OPERIS MORALIS
IN
PRAECEPTA
DECALOGI,
PARS ALTERA.

AVCTORE R. P. THOMA SANCHEZ
Cordubensi, Societate IESV Theologo.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS. MDCXXII.

APVD IVNCTAS.

LIBER TERTIVS DE II. DECALOGI PRÆCEPTO.

DE IVRAMENTO.

PROOEMIVM.

TRACTATVS hic de iuramento valde assimilis est tractatui de voto, quare multa in hoc petenda sunt ex libro sequenti, in tractatu de voto. Primo ergo de natura iuramenti, ac verbis ipsum constituentibus; de circunstantiis vt licite mittatur; de iurandi consuetudine, iuramentis æquiuocis; qualiter liceat exprimere iuramentum à male iuraturo, disputabimus. Secundo loco de obligatione orta ex iureiurando, vbi de variorum iuramentorum obligatione tractabimus, & qualiter eius obligatio transeat ad hæredes, vel successores. Vltimò loco, qualiter iuramenti obligatio cesset per relaxationem, remissionem partis cui iuratur, irritationem commutationemve.

CAPVT PRIMVM.

De iuramenti Definitione, & diuisione.

SVMMARIVM.

Explicatur definitio iuramenti numero 1.
An ad iuramentum exigantur verba, aut signa, num. 2.
An exigatur tactus alicuius sacræ scripturæ, & quando id specialiter petitur in iure, qualiter intelligendum sit, nu. 3.
Explicantur variæ iuramenti diuisiones, nu. 4. 5. 8.
An ad iuramentum execratorij veritatem, aut falsitatem conferat iurantem credere fore vt ea execratio sibi eueniat, num. 6.
Quando iuramentum execratorium est falsum, an admittatur duplex culpa, etsi iurans crederet id malum sibi euenturum, idve optaret, num. 7.
Aliæ diuisiones iuramenti proponuntur, num. 8.
An omnia iuramenta sint eiusdem speciei, sitque iuramenti qualitas in confessione explicanda, num. 9.

1 IVrare est Deũ in testem adducere: *teste D. Th. 2. 2. q. 89. art. 1. ab vniuersis recepto.* Atque ita iuramentum est inuocatio diuini nominis in testimonium. Hæc autem inuocatio in eo consistit, (vt bene explicat *Valẽtia 2. 2. disp. 6. q. 7. puncto 1.*) vt iurans quantum in se est, velit, & cupiat Deũ manifestare id quod iuramẽto confirmat, tanquam id quod est ab ipso Deo scitum, ac verum, & hoc siue in hac vita, siue in altera Deus manifestare velit. Abstrahit enim iurans, & à præsẽti vita, & à futura. Differt autem ab oratione, quæ etiã diuini nominis inuocatio est. Quod per hãc diuinum nomẽ inuocetur gratia petendi ab eo auxilij, tanquã à misericorde, ac omnipotenti. At per illud petitur vt tãquam testis infallibilis testetur iureiurãdo affirmatum. Diciturq; diuini nominis inuocatio, siue expresse, vt cum per Deũ ipsum expresse iuratur: siue tacite, vt cum iuratur per creaturas, quatenus in ipsis Deus relucet. Nõ .n. per quamuis creaturam iurans, ipsam in se respicit, ac illam vt in se est, adducit in testem. Quippe id esse blasphemium. (Vt diximus lib. præced. c. 32. nu. 10.) Sed iurat per Deum in creaturis elucentem: atq; ita creaturam in testem vocat tanquam aliquid Dei, seu potius Deũ, prout in ea creatura elucet. Tunc autẽ iuramus, cum Deũ in nostrarum assertionum testẽ inuocamus. Nam cõcionatores, & alij sacræ scripturæ testimonia referentes non iurant, cum Deus sua sponte ea testimonia dederit ad suas veritates asserendas, atq; ea referẽs nil aliud facit, quam Dei asserta referre. An vero sufficiat ad rationem iuramenti, et si res in se sacra non sit, eam talem existimari: dicemus cap. sequenti n. 5.

2 Hinc deducitur resolutio eius quæstionis, an iuramẽtum verba exigat. Et quidem certum est, vt iuramentum apud Deum obliget, satis esse internum iurandi consensum, nullis verbis, aut signis expressum. Cũ Deus cor, & mentem intueatur. Atq; ita tanquam certũ tradunt *Azor to. 1. lib. 11. instit. moral. cap. 2. q. 4. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu 11. ca. 1. dub. 2. Suarez to. 2. de religione tractatu de iuramento, lib. 1. ca. 1. num. 4. & omnes Doctores.* Sed de obligatione quo ad forũ externũ, est dubium an verba desiderentur, an potius signa sufficiant. Et breuiter triplicem sententiam referunt *Couar. de pactis 1. p. initio nu. 4. Et Zau. llos in suis quæst. practicis, tota quæst. 406.* Prima asserit verba esse omnino necessaria. Secũda ait idẽ in valentibus loqui: secus in non valentibus. Doctores vtriusq; ibidem referun

Tertia verissima ait verba nō exigi, sed sufficere signa iusiurandum indicantia. Quia nec leges, nec canones vim iurisiurādi verba requirunt. Quod si quæ inita id indicēt, intelligenda sunt ad certiorē iurisiurandi probationem, vel ad manifestiorē mentis probationē. Item quia reliqua pacta, & matrimonia solis nutibus ineūtur, etiam a potentibus loqui: iuxta verissimā sententiam, quam defendi lib. 2. de matrim. disp. 31. nu. 5. Et ita hanc partem tuentur *Couar. multos allegans eo. nu. 4. Azor eo. c. 4.* Et alios Doctores adducam c. seq. n. 12. vbi id magis explicabitur. Idē tenēt *Suarez eo. l. 1. c. 11. n. 4. & 5. & 6. Sayr. in claui reg. l. 5. c. 1. nu. 8. 9. & 10.*

3 Secundo deducitur, nec ad iusiurandum desiderari contactū rei alicuius sacræ, vt crucis, euangeliorū, &c. Quod ad inuocationē Dei in testem, in quo iuramenti substantiam consistere probauimus n. 1. is cōtactus minime petatur. Atq; ita latius probans, & alios adducens docet *Couar. de pactis 1. p. §. 1. n. 1. Zauallos in suis q. pract. q. 207. n. vnic.* Aliquando tamen ad maiorem testimonij firmitatem petitur in iure iuramentum tactis euangelijs præstari, aut alias sacra scriptura. Qui contactus qualiter intelligendus sit, diximus lib. 7. de matrim. disp 103. nu. 4.

4 Rursus iuramentum diuidi pōt, tum ex parte veritatis, siue enunciationis, ad quā cōfirmandā adhibetur: tum ēt ex parte modi proferendæ, seu exterius significandæ illius diuini testimonij inuocationis. Ex parte veritatis diuiditur in promissorium, & assertoriū. Hoc est quando aliquid asserendo, aut negando interponitur: illud autem, qñ promittendo. Atque iuramentū promissorium, & assertorium dicitur respectu diuersæ veritatis. Assertorium quidem respectu veritatis præsentis in promissione inclusæ, quæ est, promittētem habere verum implendi iuramenti animum. Promissorium autem respectu veritatis futuræ: & quia ad hanc promissionem stabiliendā potissimum ordinatur, dicitur potius & absolute promissorium.

5 Ex parte autem modi proferendi est duplex. Quoddam, quod per simplicem contestationem fit: quod iuramentum simplex, seu cōtestatorium dicitur: nempe cū simpliciter inuocatur Deus in testē. Vt testor Deū, iuro per Deum, per euangelia. Alterum, qđ per execrationem fit, quod execratoriū, seu imprecatorium dicitur: qñ, scilicet, verba iuramenti non immediate significant inuocationem Dei in testem, sed voluntatē, qua iurās se vel sua diuino iudicio offert, vt in eis Deus iniuriam sibi irrogatam vlciscatur, si falso illius testimonium inuocatur. Atque ita Deus in hac iurādi formula adducitur pariter in testem veritatis, & in iurātis vindicem, si ita non sit. Cuius iuramenti exempla adhibemus c. seq. à n. 36. Hoc autem iuramentū execratorium (vt bene notat *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 7. punct. 2. ad fin.*) non consistit formaliter in ipsa execratione, tāquā ipsa per se sit diuini nominis inuocatio, sed dicitur in execratione cōsistere, tāquam in quodā ipsius iuramenti signo, à posteriori. Et (vt bene notat *Caietan. 2. 2. q. 89. ar. 1. vers. Ad id autem,*) Officium vindicis, seu iudicis īploratur in hoc iuramento, sub testis ratione. Quippe imploratur ad hoc punitio, vt testetur. Vnde ratio iudicis, seu vindicis solum materialiter cōcurrit.

6 Hinc deducitur primo, ad huius iuramenti execratorij veritatem, aut falsitatem, nil referre, siue iurās credat Deum sumpturum vindictam, cui se offert, siue id non credat & siue id velit nolitve. Quia diuinum testimonium non adducitur ad confirmationem credulitatis, vel voluntatis sumendæ illius vindictæ à Deo, sed in alicuius alterius veritatis confirmationem, quā quis per illius vindictæ imprecationem cōfirmat. Ita *Valentia eo. punct. 2. ad fin.*

7 Secundò deducitur, quādo falsa est assertio, in cuius confirmationē execratorie iuratur, nō admitti duplicem culpam, alteram periurij, alterā vero execrationis, sed vnicam culpam esse periurij. Vt bene notant *Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 1. vers. Ad id autem. Nauar. sum. Latina, & Hispana c. 12. n. 1. fine Valent. d. punct. 2. fi. Petrus de Ledes. 2. to. sum tract. 11. c. 1. dub. 3. Suarez eo. l. 1. c. 12. fi. Sayro eo. l. 5. c. 2. fi.* Etsi contrarium teneat *Leonardus l. 2. de iust. c. 42. dubio 2. n. 9.* Et huius rationem reddit *Caiet.* quoniam periurus hic non ex animo id sibi malum imprecatur. Quā eandem significauit *Nau. & Petrus de Ledes. ibidem* dicentes id contingere, quoniam execratio prolata est sola causa aduocandi Dei in testem. Atq; ita innuunt duplicem fore culpam, si peierans malū id ex animo sibi imprecaretur. Sed *Valentia* hāc rationem impugnat, eo quod per accidens sit, siue ille se plectendum putet, siue non. Quare rationem legitimā esse ait quia iuste id sibi malum imprecatur, si falso diuinū testimonium inuocat: Quamobrem innuit vnicā fore culpam, etsi id malū sibi euenire credat. At credo in periurij ratione vnicā semper esse culpā, etsi ille malum id sibi ex animo imprecetur. Quia ad periurium oīno per accidens se habet id desideriū: vtpote quod in sola Dei inuocatione ad testādum falsum cōsistit. At si ex animo imprecetur, erit alia culpa mortalis contra sui ipsius charitatem id malum graue sibi desiderare. Vt bene *Sayro ibidem.* Non. n. licet peccatori desiderare sibi infernū, etsi Deus ea iusta pœna illū plectere possit. Quia actu peierans, aut lethali alio affectus nō, eam pœnam ex amore Dei sibi desiderat, vt iustitiæ eius satisfiat. Quia tamen aut numquā aut rarissime, peierans id sibi malum optat, non est opus de eo interrogare in cōfessione peierātem execratorie. Addit *Suarez* esse nouam malitiam contra obseruantiam, aut pietatem, si periurium fit per vitam patris aut Regis, sed non mortalem. Quod intellige, quando non capit maledictionem euenire.

8 Insuper iuramentum aliud vocatur simplex, aliud solemne. Illud dicitur, quod caret oī ritu, & solemni iuris formula. Hoc autē quod certa iuris forma præscripta adhibetur: vt coram testibus, tacto euangeliorum libro, &c. Insuper aliud est iudiciale, idest, qđ in iudicio prçstatur, aliud extra iudiciale, id est, extra iudiciū.

9 Tandē obseruandum est, iuramentum quodcumq; quibuscumq; verbis fiat, & quocumq; modo, siue per execrationem, siue per simplicē cōtestationem, siue assertoriū, siue promissorium sit, siue iuretur per Deum, siue per creaturas, siue tactis euāgelijs, seu ara, siue illis nō tactis, esse eiusdē speciei in iuramēti ratione. Quia cum iuramēti ratio formaliter in inuocatione Dei in testem consistat materialiter, & per accidens se habet huius inuocationis modus: ac proinde speciē minime variat. Ita *Caiet. 2. 2. q. 80. art. 1. paulo post princip. Sotus l. 8. de iust. q. 1. art. 1. ad fi. Couar. de pactis 1. p. initio, n. 3. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 7. punct. 2. init. Azor to. 1. l. 11. inst. mor. c. 3. q. 7. & triplici sequenti, Leonar. eo. dub. 2. nu. 9. & 10. Sayro eo. l. 5. c. 2. n. 2. Suarez eo. l. 1. ar. 5 n. 13. et c. 9. n. 2 & c. 12. n. 10. & multi alij.* Quare in confessione periurij, aut fractæ promissionis iuratæ, non est opus fateri quale iuramentum fuerit: vt an per Deum, vel per sanctos, an tactis euangelijs, vel ara, &c. Quia nullū speciē mutat: & quamuis grauius peccatum sit iuramentum falsum per Deum, & magis obliget hoc iuramentum, quàm per creaturas; ut asserit *D. August. epistola ad Publicolam, quem refert, ac sequitur D. Th. 2. 2. q. 89. art. 10. ad 2. & 4. 98. art. 2. ad* 2. At non ita notabiliter hęc grauitas augetur, ut ea sit in confessione exprimenda. Cum semper ipse Deus saltem tacite in testem adducatur. Dixi autem, in oratione iuramenti. Quia si iuramentum sit simul blasphemia, vt per vitā Dei: tunc erit alia blasphemiæ species necessario fatenda. Vt bene *Azor eo. c. 2. q. 10.* Similiter si periurium sit iudiciale, erit necessario exprimendum. Non quod in ratione periurii differat specie, sed propter malitiam specie diuersam adiunctam iniustitiæ, non parendo iudici iuste interroganti. Quam in re graui mortalem esse etiam secluso iuramento, tradunt Doctores in tractatu de reo.

CAPVT

CAPVT II.

De modis ac formulis iusiurandum constituentibus.

SVMMARIVM.

Ad iuramentum constituendum, an sit habenda ratio intentionis iurantis, & consuetudinis patria, nu. 1.
An sit necesse vti verbo, iuro nu. 2.
An verbum, iuro, cum additio distrahenti constituat iuramentum: vt iuro à no Dios, à S. Pedro el de Palo, &c. numero 3.
An verbum iuro absolute prolatum inducat iuramentum & quid si dicatur, iuro in forma iuris, nu. 4.
An ethnicus iurans per falsos Deos, teneatur iuramenti religione, nu. 5.
Quid de Christiano sic iuranti, nu. 6.
An quacumque verba quis dicatur, falso credens esse iuramenta, obligetur vi iuramenti, nu. 7.
An referat ad iusiurandum, vti prapositione, in, aut, per, num. 8.
Quotupliciter contingat iurare per creaturas, nu. 9.
Quando censeatur iuramentum, quod per creaturas fit, numero 10.
An sit iuramentum, iurare per idola aut damones, vt sunt Dei creatura, siue per contestationem, siue per execrationem: & quale peccatum admittatur sic iurando numero 1.
An tangens rem sacram, vel subscribens scriptum continens iuramentum censeatur iurare, nu. 11.
An dicere, in Deo, in Euangelijs, par Dios, per Deum, & similia, censeatur iurare nu. 13
Quid de his verbis voueo Deo, promitto Deo, nu. 14.
Quid de his, sicut credo in Deum, nu. 15.
Quid de his, vt Christianus, sicut Christianus, Sacerdos, vel religiosus, num. 16.
Quid de his, non credo in Deum, abnego Deum, tadeat Deum, male sit Deo, non sit in Deo potestas, si hoc non est ita, num. 17.
Quid de his, corpus Dei, vel fides Dei tecum, nu. 18.
Quid quando dua veritates comparantur, vt sicut Deus natus est ex Virgine, hoc est Euangelium, &c. nu. 19. Et quid de his verbis, per mortem quam debeo Deo, eodem nu. 19.
Quid de his, scit Deus, coram Deo, videt Deus, nu. 20.
Quid de his, testis est mihi Deus, vel sit testis, vel Deum testor, inuoco, adhibeo in testem, num. 21.
Quid de his, viuit Deus, aut Deus est veritas, num. 22.
Quid de his, iuro per id, vel per vitam eius per quod iurare possum, num. 23.
Quid de his, iuro à tal, voto à tal, por vida de tal, num. 24.
Quid de his, per vitam, aut membra Dei, vel sanctorum, aut eorum templa, reliquias, vestes: per habitum D. Petri, D. Francisci, per vitam cœli, per ordines, aut primam tonsuram, nu. 25.
Quid de hoc verbo iuro à san oy, nu. 26.
Quid de his para esta posita d gito super frontem, vel nasum, vel por esta cruz nulla facta cruce nu. 27.
An si rogatus per Deum, vel per propriam vitam, vel iuras ita esse, respondeat absolute ita esse, vel capite annuat censeatur iurare, nu. 28.
Quid de his, in mea anima, per meam animam, viuit anima mea in periculo anima mea super meam animam, n. 29.
Quid de his, in mea conscientia, per meam conscientiam, super meam conscientiam, testis est mihi conscientia, n. 30.
Quid de his iuro à mi, ò por mi, ò iuro à quien soy, n. 31.
Quid de his, in fide mea, per fidem meam, in bona fide iurata, in fide, vel per fidem regiam, nobilis viri, boni sacerdotis, religiosi, Christiani, à fe de quien soy per fidem Dei, vel Christiani, nu. 31. Et ibi, quid de hoc in verbo sacerdotis, in fide Christiana, Christi, vel Dei.
Quid de homagio id est, pleyto omenage? nu. 33.
Quid de his, vere, profecto, sane, in rei veritate, re vera, in veritate, per veritatem, n. 34.
Quid de his, per has barbas, per vitam mearum barbarum, per capillos, vestes, & alia huiusmodi, nu. 35. Et quid de his verbis, per lac, quod suxi.
Quid de his, hec mihi addat Deus, vel non me adiuuet, vel sic Deus me adiuuet, per vitam, aut salutem meam, vel alterius, & de similibus, n. 3 . Et ibi, quid si dicatur in periculo anima mea: vel per vitam equi, aut conseruationem rei.
Quid quando aliquo cuipiam maledictionem imprecante, si hoc non est ita, alter respondet, amen, n. 37.
Quid de his, maledicti nummi quos habeo: maledictum quod hodie edi, n. 38.
Quid de his, tot Angeli me recipiano, n. 39.
Quid de his, melius me seruet Deus, n. 40.
Quid de his, iniquus sim, habear ac iniquus, hareticus, mendax, n. 41.
Quid de his, occidar, amputenturve aures, si non est ita, num. 42.

1 QVo clarius hac in re procedatur, oportet regulas aliquas generales præmittere, ex quibus dignosci queat, quæ verba iurisiurandi rationem induant: & ex ijs aliquot corollaria deducemus, quibus res hæc manifestior fiat. Prima regula sit. Habenda est semper ratio animi interioris, vtrum videlicet, ea verba vsurpans intendat formaliter, aut virtute diuinum testimoniũ inuocare tunc enim erit iuramentũ. Nec enim ad iurandum exigitur, vt quis explicite intelligens quid sit inuocare diuinum testimonium, velit id facere: sed satis est velle vsurpare verba in eo sensu, in quo pro aliorum iurantium consuetudine vsurpari solent. Insuper est circa has iurandi formulas habenda ratio consuetudinis patriæ: an, scilicet ea verba pro iuramento vsurpentur, ex communi illius patriæ vsu. Hãc regulam tradit *Valent. 1. 2. disp. 6. q. 7. puncto 2. col. 1. vers. Neq; omnes.* Et constabit amplius ex dicendis, nu. 4. & 14. Immo hæc verba, faciam hoc, dicta cum certo signo, possunt esse ex vsu patriæ iuramentum. Vt bene *Suarez. to 2. de relig. lib. 1. de iurament. c. 12. n. 2.*

2 Secunda regula sit. Ad iuramentum non exigitur vti verbo, iuro: sed eo tacito verum iuramẽtum inducitur vsurpatis verbis id significantibus. Vt si quis dicat, per Deum, per diuum petrum. Quia re ipsa his verbis diuinum testimonium inuocatur, in quo ratio iurisiurandi consistit. Atque ita tradunt omnes Doctores toto hoc capite citandi, quatenus diuersas iurãdi formas admittunt, in quibus nõ adducitur verbum iuro. Et expresse docent reprobato *Cardin.* oppositum sentienti, *Abbas E. si Christus, nu. 2. de iureiur. Sylu. verbo Iuramentum, 1. nu. 1. Couar. de pactis 1. p. initio, n. 7. Suarez. eod. lib. 1. c. 13. n. 1. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 1. n. 7.*

3 Tertia regula. Quando verbo, iuro, additur aliquid denotans diuinum testimonium non inuocari, nõ est iuramentum. *Vt iuro à diosla: iuro à no Dios, iuro à san Pedro el de Palo, por el cielo de la cama, à san junco &c.* Quia illud additum distrahi verbum, iuro, à propria significatione. Sicut q̃n dicitur, homo pictus, distrahitur homo à propria significatione. Ita *Petr. de Ledes. 2. tom. sum. tract. 11. c. 1. dubio 1. Suarez. eod. c. 13. n. 3.*

4 Quarta regula. Si rigorem huius verbi, iuro, spectemus, inducitur per illud vere iuramentum, etiam si absoluto proferatur, non exprimendo per quid iuretur. Quia significat Deum in testem adducere. At attento communi vsu hominum, qui quoties iusiorandum petunt, vel id præstant, solent exprimere per quid iuretur, credo non esse iuramentum, nisi animus iurandi constaret. Quia, n. 1. diximus vsum esse in hoc maxime spectandum. At esset iuramentum, si ex adiunctis res sacra intelligeretur. Vt si iuramentum exigens dicat, iuras per euangelia? & alter responderet, iuro. Vel quando quis diceret, vt solet in petitionibus aliquibus iudici p-

scotandis dici, iuro in forma iuris. Quia sensus est, iuro eo pacto, quo ius præscribit iurandum. Quibus cōsonat *Suarez eo. c. 13. n. 4.* dicens ex se esse iuramentum; at vsu attento colligendum esse ex adiunctis.

5 Quinta regula. Iuxta aliquos Doctores, ad verum iuramentum non est opus rem in testem adductam esse in se sacrā, sed satis est talem esse in iurantis existimatione: atque ita dicunt ethnicos iurātes per suos deos, vere iurare, & teneri sub periurij reatu rē eo iuramento promissam exequi. Quia volunt, verum Deū in testem adducere, etsi materialiter errent in veri Dei existimatione. Vt si quis existimans librū pphanum esse euangeliorum, iuraret per euangelia in eo cōtenta, vere iuraret: quia animus fuit per euangelia iurare, & error est materialis. Secūdo, quia c. *Etsi Christus. de iureiur.* dicitur, non esse iurandum per creaturas; at si iuretur, esse seruandum iuramentum. Tertio, quia cū illi falsi dij sint creaturæ, iuramentum per illos censetur factū per Deum, quatenus in eis lucet. Tandem quia id ferre expresse docet *D. August. epistola* 154. & refertur *c. Mouet. 22. q. 1.* Et pro hac parte sunt oēs Doctores recitandi n. sequenti, id docentes de Christiano sic iurante ne dum de ethnico. Et docent *Glos. eo. c. Mouet, verbo Spontan. Sylu verbo iuramentū, 4. q. 4. Couar. de pactis p. 1 §. 1. nu. 10. vers. Ego sane. Arag n 2. 2. q. 89. artic. 1. in dubio quod mouet circa 1. concl. in solutione ad 1. Seraphinus de priuilegio iuramenti, priuilegio 30. nu. 31. Azor to. 1 institut. moral. lib. 11. c. 2. q. 1. vers. Sed ad hæc omnia, & c. 11. q. 11. Petrus de Ledesm. 2. tom. sum. tractatu 11. c. 1. dubio 5. ad Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p 2. lib. 3 c. 11. vers. Primo igitur.* At dicendum est exigi rem esse in se sacram, & ita iuramentum per falsos Deos ab ethnico præstitum, non obligare ex se, necesse verum iuramentum, sed vtrumque habere ex sola cōscientia erronea, quatenus ille putat se iurare per verum Deum, Probatur, quia cum vere in eo iuramento non adducatur Deus in testem, non est verè iuramentū, nec eius obligatio ad religionem vere pertinet. vtpote quod in Dei contumelia cedit & est actus idololatriæ. Ergo ex se nullā vim obligandi habet, sed ex sola conscientia erronea Nec obstant contraria. Quia ad primum dico, dijs existimata, vere tamen nō esse adductum verum etsi ratio motiua ad iurandum fuerit diuinitas in ijs Deum in testem, nec esse ei cultū exhibitum, sed dijs falsis ac proinde detecto errore non pertinere ad verum Dei cultū seruare iuramentum. Sicut si fingentis se regem quispiam fidē dictis haberet, ratione regiæ dignitatis falsò in ea existimatæ, nō pertineret detecto errore ad regis honorē ei credere. Nec est simile de euangelijs adductū: quia iurans intendit vere p vera euangelia iurare, etsi erret putans in eo libro contineri, nec aliquid sacrum intendit attribuere contentis in eo lib. At ethnicus vere intendit tribuere suis dijs verā diuinitatem, & per illā, quæ in eis existit iurat. Ad secundū dic ibi esse sermonē de iuramento facto per creaturas, vt in eis lucet Deus, quod est verum iuramentū: at dicitur nō esse iurandum per illas, aut ob periculum male iurandi, aut quādo nulla est necessitas. Ad tertium, ibi non iurat per falsos Deos, vt sunt res creatæ, in quibus lucet Deus, sed quasi verā diuinitatem habeāt, & ideo non est verum iuramentum. Ad vltimum dic intelligi *D. August.* dum ait non seruātem id iuramentum esse periurum, non en quod id iuramentum ex se obliget, sed ratione conscientiæ erroneæ. Et ideo hanc partem sustinent *Sotus lib 8. de iustit. q. 2. art. 2. col. 4. vers. Definitio autē & col. 5. vers. Sed rogas fortasse. Aragon eadem q. 89. art. 6. dubio vlt. Sayr in claui regia, lib. 5 c. 3. nu. 21. Suarez to 2. de religione tract. de iuramento, lib. 2. c. 5. nu. 6. Petrus de Ledesm eo tract. 11. c. 5 dubio vlt. Molina to. tertio, de iust. tract. 1. disput. 179. n. 13. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 12. dub o 1. n. 5.* Quare optimè ait *Suarez eo. c. 5. n. 7.* infidelem conuersum ad fidem nō teneri eo iuramento, sed sola professione humana, Quia tota obligationis ratio erat conscientia erronea, quia putabat illos esse veros deos. Ergo cessante errore cessat obligatio, quasi destructo eius fundamento. Sicut si quis erraret putans hodiernum diem esse ieiunij, teneretur duranti conscientia erronea ieiunare, at ea deposita cessaret obligatio. Quæ ratio idem probat, quamuis duranti infidelitate liberaretur ethnicus eo errore credendi illos esse deos. Similiter id iuramentum nō tribuit vim cōtractui, qui absque iuramento esset irritus. Quia non est verum iuramentū. Ita docet *Molina ibidem.* Et loquens de iuramento à Christianis præstito. tradit idem *Couarruuias ibidem.* Et loquens de eodem iuramento Ethnicorum dicit bene *Suarez, eodem c. 5. n. 7.* non habere contractus eo firmatos maiorem firmitatem, quam eam, quam sola promissio humana dabat, nisi ex sola conscientia erronea. Et id constat ex *l. Non erit, fine, ff. de iureiur.*

6 Quare non est verum quod tradunt *Innocentius cap. Etsi Christus, n. 2. de iureiurando, & ibi Ioan. Andreas n. 8. Hostiensis nu. 2. Antonius in principio, n. 18. Alexander de Neuo in princ pio, n. 20. Abbas, n. 13. Anchar. n. 7. Imola, n. 15. Alexander lege tertia, §. vltimo, ff. de iureiurand. Selua tractatu de iureiuran. q. 1. ad finē.* vbi aiunt Christianos iurantes per falsos deos teneri ex iuramēti religione implere promissum. Et videtur expressa sententia *D. Augustini sermone vigesimo octauo, de verbis Apostoli. cap. Ecce dico, 22. q. 5.* Sed id non esse verum constat ex dictis numero preced. Quia ethnicum sola conscientia erronea existimans illos esse veros deos obligabat: quæ in Christianis non est: quod si illi existimarent id esse iuramentum, sola conscientia erronea, quādiu duraret eos obligaret. Et ita docent *Abulensis cap. quinto Matthæi q. 269. Sotus, Couar. Seraphinus, relati n. præced. Suarez eodem c. 5. n. 5. & 9. Azor eomo 1. instit. moral. lib. 11. c. 11. q. 15.* At teneretur sic iurantes ex vi promissionis humanæ iuramento nō stabilitæ. Et sic intelligitur *D. August.* Et ratio est, quia vtile per inutile non vitiatur, quando separabilia sunt. *Regula, Vtile de regulis iuris, in sexto,* quod hic contingit Et ita docent *Gabriel tertia dist. 39. q. 2. art. 3. dubio 3. Turrecremat. cap. Mouet. 22. q. 1. art. 1. n. 1. D. Antonin. secunda p. tit. 10. c. 4. in fine principij Couar. Azor, Suarez, eo. c. 5. n. 7. Petrus de Ledesma eo tractatu 11. c. 5. fine, proxime allegati.*

7 Hinc deducitur, quid dicendum sit, an quis teneatur vero iuramento, quādo profert verba, quæ re vera nō sunt iuramentum, at intendit iurare per illa, quia forsan credebat esse iuramentum. Vt si dicat, vere, aut pfecto faciam hoc. Et videtur teneri vero iuramento. Quia cum verba illa sint apta ad iurandum, quatenus in ea veritate humana relucet Deus, & existimet ea pferens se iurare, ac consequenter id intendat, & modo licito, censetur adducere Deū in testē, vt in ea relucet. Ergo tenetur ex vi veri iuramenti. Et cōfirmatur, quia ad signandū se vera iurisiurandi obligatione probauimus capite præcedenti, nu secundo, nulla verba desiderari, sed solam iurandi intentionem, quæ hic adest. Atque hoc videtur aperte sentire *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 1. fi.* vbi ait dicentē in veritate, vel in fide mea, non iurare per se loquendo, & ex vi verborum; at per accidens, si existimet hæc esse iuramenta, proculdubio iurare ex intentione. Idem videntur sentire *Emanuel Sà summa, verbo Iuramentum, n. 1. Et Azor to. 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 3. q. 1.* vbi dicentes prædicta verba nō esse iuramenta, temperant, nisi ea dicens credat se iurare, id ve intendat. Et *Suarez 2. to. de religione, tractatu de iuramento, libro 1. cap. 11. num. 2.* vbi ait intendentem iurare per verba quæ iuramentum non sunt, vere iurare apud Deum. Sed *idem Suarez eodem libro 1. cap. 11. num. 15. & 16.* hoc ita intelligit. Dupliciter (inquit,) potest habere confirmans aliquid per fidem suam. Priori modo quando habet intentionē iurandi per ea verba, putans ex conscientia erronea satis esse

ad iu-

ad iurandum interponere fidem suam per se spectatã, & sine vllo respectu ad Deum, & tunc minus obligari, quam si per Deum iuraret: & hoc non est iuramentũ, sed putatur tale, & ideo ablata erronea conscientia nõ manet obligatus. Sicut in simili diximus nu. 5. Quasi etsi iurare in suo vero conceptu claudat habitudinem ad Deum, at in apprehensione illius errantis non claudit: & ideo cũ verè non inuocetur Deus in testem, nõ est iuramentum. Posteriori modo, quando non interuenit ea appr. hẽsio erronea, & tunc verè iurat, si sciat quid sit iurare. Quia si illa iurandi intentio est efficax, necesse est vt interponat illam fidem suam habitudine ad Deum, siue indistinctè illam norit, siue tantum confusè. Tandem concludit *Suarez* non esse in vsu hominum vsurpare prædicta verba ad testificandum per fidem suam, sicut per aliam creaturam relatam ad Deum, sed solum velle confirmare quod dicunt ex meritis veritatis humanæ, quatenus loquentes profitẽtur se solitos eam dicere. Sed ad huc non manet exhausta difficultas: quia fateor duo priora dicta esse vera: at manet adhuc difficultas, quando proferens ea verba, erat credens ea esse iuramentum, & consequenter intendit iurare; at nec expressè excludit, nec includit expressè relationẽ ad Deum, eo quod hanc Theologiam ignorat, an tunc obligetur ex iuramento, ita vt sublato errore maneat adhuc ligatus. Et credo manere. Quod probant rationes adductæ, & clarè sentiunt omnes authores citati. Quia in illa iurandi intentione nõ addito aliquo excludenti necessaria ad iuramentũ, clauditur virtute relatio necessaria ad illud, & verba sunt impertinentia in ordinem ad obligationem corã Deo. Quando autem nec proferẽs verba existimauit ea esse iuramentum, nec etiam contrarium, sed nullum formarat illorum conceptum, censendus est velle ea proferre in sensu communi, & sic votũ est quod concludit *Suarez* non reputanda tunc ea verba iuramentum.

8 Sexta regula. Nil refert ad iuramenti rationem, siue res in testẽ adducta inuocetur per propositionem, in, siue per propositionẽ, per: sed si inuocata per propositionem, in, non est iuramentum, nõ erit inuocata per propositionẽ, per; & si inuocata per hanc, est iuramentum, erit quoque inuocata per illam. Huius exempla afferemus num. 13. & 29. & 30 Et ratio est, quia idem vtriusque orationis sensus est. in Deo hoc affirmo, siue per Deum. Et ita docent *D. Bonauentura. 3. d. 39. in expositione litera nu. 5. Sil. Syl. verb. Iuramentum. 1. q. 5. Aragon 2. 2. q. 89. art. 1. in dub. quod mouet circa 1. conclu. in solutione ad 3. Petrus de Ledesma 2. to. sum. tractatu 11. c. 1. dubio 1. in solutione ad 4. Valentia 2. 2. disputatione 6. q. 7. puncto 2. col. 3. Azor to. 1. inst. moral. lib. 11. c. 3. q. 1. Manuel 1. tom. sum. in 2. editione c. 191. numero 3. Suarez to. 2. de religione, tractatu de iuram. lib. 1. c. 13. nume. 14. Sayro in claui Regia, lib. 5. c. 1. nu. 13. Leonardus lib. 2. de iust. c. 42. dub. 1. nu. 4.* Etsi minus benè *Sotus l 9. de iust. q. 1. ar. 1. col. 5.* distinguat inter vtrumque loquendi modum, dicatque non esse iusiurandum, in fide mea, in mea conscientia, secus per fidem meam, per meã conscientiam. Quam refutabimus nu. 29. & 31. & ostendentes sibi contrarium esse.

9 Septima regula. Tripliciter potest iurari per creaturas. Primo constituendo in illis finẽ iuramenti afferendo illas tanquã infallibiles veritatis testes. Et sic iurare est blasphemia, & species idololatriæ. Vt diximus lib. præcedenti cap. 32. num. 10. Secundo referendo eas in creatorem, cuius nomen, & maiestas in eis elucet, & vt sunt creaturæ Dei quod est iurare tacitè, & virtute per Deum. Et hic iurandi per illas modus est licitus. Vt docet *Diuus Thomas. 2. 2. q. 89. ar. 6. communiter receptus.* Et latè probant *Couar. de pactis prima par. §. 1. numer. 5. Suarez eodem lib. 1. cap. 5. ad num. 3. vsque ad 7.* contra aliquos iurisperitos, qui aliquibus textibus innixi contrarium docent. Qui omnes textus (vt benè docent *Couar. & Suarez ibi,* intelliguntur quando iuratur primo modo per illas. Et hoc secũdo modo præsumitur iurare fideles, quoties iurant per creaturas. nec. n. credendum est velle ipsos idololatrare. Vt benè docent *Caiet. in summa, verbo Iuramentum. Nauarrus summa. cap. 12. nu. 4.* Et hoc iuramentum licitum per creaturas, potest fieri, aut per simplicem attestationem, nempè, adducendo eas in Deum relatas in testes, Vt cum quis iurat per cœlum, per D Petrum, &c. Aut potest fieri per execrationem, nempè quando referuntur creaturæ in Deum tãquam in iudicem, easq; iustitiæ Dei obstringimus, & obligamus, in cõfirmationem veritatis, vt si aliter res se habet, quã iureiurando affirmamus, Deus in illis de periurio vindictam sumat. Vt per vitam meam, dæmon me arripiat, &c. Vltimo modo põtiurari per creaturas, nõ adducendo eas in testes infallibiles veritatis, nec vt in Deum referuntur, sed s'm dignitatem, quã in se habent. Vt cum quis iuret per veritatem, per suam conscientiam, per sanctos, s'm dignitatem sanctitatis à Deo participatam, quam in se habent. Et tunc non est iuramentum, eo quod de huius rõne sit inuocatio diuini testimonij tanquam infallibilis. Atque ita docent *Nauarra summa c. 12. Hispana num. 4. Latine num. 5. Suarez eodem lib. 1. cap. 5. num. 10. Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 42. dub. 1. num. 6. dubio 2. num. 10.* Nec ex se hic modus iurandi est peccatũ. Vt benè docet *Nauar. ibi, & Suarez eodem capite 5. num. 8.* Qui optimè aduerti *numero* 8. Angelos spectata sola creata perfectione, quam habent naturaliter, etsi possint in testes adduci, sicut & possunt homines, at non sufficiter adduci tanquam certos testes sicut nec homines. Quia in sua præcisa natura considerati, & seclusso statu gloriæ, possunt mentiri, & ignorant multa quę hic aguntur, nec sub ea consideratione habent societatem, & commercium nobiscum. At per gloriam participant ipsi, & homines beati perfectionem sufficientem ad certum testimonium ferendum: quia mẽtiri nequeunt, & in verbo videns ad suum statum pertinentia ex actibus nostris, vt sunt illi, qui ad eos ordinantur, & ad eorum gloriam aliquo modo pertinent. Et quãuis hic iurate per Angelos, aut homines beatos spectata hac sola sanctitate, & non referendo in Deũ, non sit iuramentum, & nec actus religionis, est tamen quidem sanctorum cultus, & actus venerationis ipsis debitum, nimirum duliæ. Quod etiam benè docent *Suarez eo. num. 8. Leonardus vbi que loco allegato.* At per dæmonem, aut per dãnatos, aut idola, nullatenus potest iurari. Vt dicemus numero vndecimo. Quare si iurando per dæmonẽ, aut dãnatos, aliquid promittat quis homini, nõ quasi per falsum Deum, sed quatenus intellectuales sunt, quos honorare vult, nullatenus teneretur. Vt benè docet *Suarez eod. tractatu de iuramento, lib. 2. c. 6. nu. 2.* dicẽs esse de fide. Quia cum sint mendaces nullum robur possunt dare humanæ assertioni. Nec similiter obligatur adducendo homines viatores in testes, ex vi talis testimonij, non. n. adducuntur nisi vt testes præsentis assertionis si autem adhiberentur vt promissionis fideiussores, obligaretur illis adducens ex lege iustitiæ. Vt benè docent vtrumque *Suarez eo. ca. 6. nu. 1.* Quando vero iuratur per beatos, spectata sola sanctitate, etsi iurans non obligetur ex vero iuramento stare promissis, obligatur tamen sub lethali, ex virtute duliæ. Vt benè *Suarez eodem c. 6. num. 3.* qui latè videndus est à *num. 5. vbi locum D Augustini relatum c. 2. 2. q. 5* latè explicat, qui dictis aduersari videtur. Deũ autẽ diximus in duplici priori casu iurantẽ nõ obligari, intelligimus ex vi testimonij adducti; nã ex vi promissionis tenetur. Sicut de iurante per idola diximus n. 6.

10 Octaua regula. Vt intelligatur quando creata censeatur adduci in testes, vt in eis lucet Deus & ita sit iuramẽtum, & quando censeantur adduci iuxta solam dignitatem participatam, quam habent, & ita non sit iuramentum, habenda est ratio dignitatis creaturæ, si enim eius dignitatis sit, vt peculiari quadam ratione

in ea reluceat Deus, excitetque in nobis ipsius memoriam: vt cum iuratur per sanctos, per animam rationalem, per cœlum, censentur creaturæ adduci, vt in Deũ relatæ, & sic est iuramentum. Quando autẽ creaturæ non sunt huiusmodi, sed in ijs nil diuinæ bonitatis specialiter relucet, cẽsẽtur adduci absq; relatione ad Deũ & sic non est iuramentum. Ita *Syl. verbo Iuramentum 1. q. 4. Nauar. summa Latina cap. 12. num. 5. Aragon 2. 2. q. 89. art. in dubio qđ mouet circa primam conclusionem. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 1. in nu 14. Suarez eo libr. 1. c. 13. n. 23.* Manuel *1. to sum. in 2. editione c. 191. num 1.* Hanc autem posteriorẽ partem bene temperant. *Sylu. Aragon, Sayro, & Manuel ibi.* nisi ponatur Deus in obliquo: vt per hunc ignẽ Dei, per hunc aerẽ Dei. Quippe id Dei nomen in obliquo positum efficit, vt Deus illius creaturę conditor adducatur tacitè in testẽ, ac proinde sit iuramentum. Hæc autem regula intelligenda est, seclusa peculiari iurantis intentione. Nam qualemcunque creaturam vero iurãdi animo adducat in testem verum est iuramentum. Quia tunc adducit illam vt refertur ad Deum: quod explicandum est cum distinctione, quam n. 7. retulimus. Et ita *Suarez eo tracta de iura. lib. c. 5. n. 7. & c. 13. n. 23.* ait etsi non ponatur Deus in obliquo, sufficere in conscientia animũ iurandi.

11 Duo tamen circa duplicem præcedentem regulam obseruãda sunt. Prius est, nõ licere per quãcumq; creaturã per contestationẽ iurare, ẽt vt refertur ad Deum, estque ipsius creatura. Vt nec hoc respectu licet iurare p dęmones, & per idola. Quod dæmones, & idola non sunt cõuenientes creaturæ, vt in eis repræsentetur diuina bonitas, cum potius ponantur, vt offendiculum cõtra diuinum honorem. Itẽ quia iurans hoc modo per illa videtur ea honorare, ca eis faueat cõfirmans promissionem suam nominibus eorũ inuocatis. Et ita erit peccatũ lethale. Ita *Abulensis c. 5. Matth. q. 168. Suarez eo tractatu de iuramento lib. 1. c. 5 n. 9.* dicens idẽ de dãnatis. Atq; idẽ credo, si iuretur per execrationẽ per has creaturas. Vt per vitã dæmonis. Deus ipsum destruat, aut idola, si ita non est. Quia sic soliti sunt homines iurare exponendo diuinæ vltioni ea, quæ diligunt, & magni faciũt. Ac proinde esse dęmonẽ, ac idola reuereri, & magni habere. Cęterũ si reuera per has creaturas iurans eas referent in Deum tanquam testem, vel vindicem, verè iuraret quamuis peccaret. Quia reuera Deus vtroq; modo testis illius dicti adhibetur. Sicut quando per alias creaturas eo modo iuratur. Posterius est fideles huiusmodi iuramẽta vsurpantes id causa irrisionis facere solitos esse ac proinde excusari iuramento, & à culpa lethali. Vt optime docent *Abulensis ea. q. 16. Alcozer sum. c. 15. paulo post principium, in 7. doctrina.* qui etiã à peccato veniali hæc iuramẽta excusat. Sed *Abulensis. q. ad medium,* dicit esse peccatũ veniale: *in fi.* autem *corporis* dicit posse esse absque peccato: & quidem rectè, nam potest esse verbum vanum & otiosum sic iurare: & tunc erit veniale: potest etiam esse ex causa iusti, & honesti ioci, & sic nulla erit culpa.

12 Vltima regula est. Non est opus verbis, aut signis ad iuramenti rationem, sed satis est sola mente se quempiam velle iureiurando astringere Deo. Vt autem in foro causarũ vim habeat, & vt alteri homini acceptanti promissionem iuratã constet, vt irreuocabilis fiat, satis sunt signa. (Vt probauimus capitu. præcedenti nu. 2.) Quare qui rogatus vt iuret, tangit euãgelia, vel crucẽ, vel aliud signum exhibet, quo se iurare indicet, censetur iurare. Sic vltra Doctores eo. nu. 2. allegatos docent *Syl. verbo Iuramentum 1. initio, notabili 1. Tabiena verbo Iurare n. 1. & ibi Armilla nu. 1. Sotus lib. 8. de iust. q. 1. art. 1 col. penultima, & de iuramentorum abusu c. 4. Aragon. 2. 2. q. 89. art. 1. ante dubium circa 1. conclusi. notabili vltimo. Manuel 1. tomo summa in 2. editione c. 191. numero 2.* Similiter est dicendum de subscribenti scriptum aliquod, in quo iuramentum continetur. Quod illa subscriptio sit quædã illius enunciationis iuramento firmatæ contestatio: ac proinde idem sit, ac dicere, iuro.

13 Ex his regulis deducitur primo esse æque iuramenta dicere in Deo ita est, aut per Deũ ita est. Atq; ita priori iurandi modo vsus est *D. Paulus ad Rom. 9. Veritatẽ dico in Christo Iesu.* Constet ex 6. regula tradita nu. 8. Et docẽt *D. Bonau. Syl. Aragon, Manuel, & alij ibi allegati.* Atque *Manuel* bene addit esse similiter iuramentũ, in euangelijs, per euangelia, & sic de similibus iurandi formulis. Nihil enim inter vtrumquẽ loquendi modũ distat. Ac similiter est iuramentũ dicere, *pore Dios.* Vt bene docet *Alcozer summa c. 15. paulo post principium in 1. doctrina.* Quidẽ est sensus, ac dicere, per Deũ. Contingit tamẽ quãdoque dicere, per Deũ, nõ adducendo Deũ in testẽ: sed est quidã dicendi, aut ostendẽdi tædij modus, & tunc non est iuramentum. Vt solet dicere quispiã tędio affectus, *per Dios que si por Dios, que es recia cosa esta.* Et ita etsi non hoc exẽplo adhibito tradũt tanquam regulam generalem *Ang. verb. Priurium. in fi. principij, Syl. ibi q. 1. ver. Primo quando iuratur, in fin.*

14 Secundũ deducitur, hęc verba, voueo Deo, quamuis ex se iuramentum nõ sint, sed votum significent; at ex accommodatione vsus, quem spectandũ esse diximus n. 1. accipitur vt iuramentum, & ita iuramentũ est. Ita *Sotus li. 8. de iust. q. 1. art. 1. col. pen. & de iuram. abusu c. 4. Alcozer sum. 15. paulo post principium, in 3. doctrina. Suarez eo tractatu de iuramẽto, lib. 1. c. 13. n 2. Aragon, & Manuel n. præcedẽ i allegati.* Atque idem dicendum est de his verbis, promitto tibi Deo, vulgo *yo os prometo a Dios.* Quia eundem sensum habẽt, ac voueo Deo: nec promissio aliqua dirigitur in Deum, sed in hominẽ & Deus adducitur in testem, quamuis impropria. Quamuis *Valascus cons. 99. n. 19. to 1.* dicat non esse iuramentum, & ita iudicasse viros doctissimos, ac senatum. Quod quidem attento verborum rigore votum est, secus autem ex vsus commodatione.

15 Tertio deducitur, quid sentiendum de his verbis, sicut credo in Deum. Si enim verborum rigorem attendamus, posset aliquis merito sentire nõ esse iuramentum. Quia sensus est, sicut est verũ me credere in Deũ, ita est verum hoc. At me credere in Deum non est mihi certũ certitudine fidei. Vt docent *Vega lib. 9. in Tridentinum c. 37.* At re bene inspecta credo esse iuramentum. Tum quia *Caiet. 1. 2 q 112. art. 5. ad 2. & ibi Metina, Sotus de natura, & gratia, lib 3. c. 13. & in apologia in Catharin. c 5. & multi alij* censent veritate fidei mihi certum esse me habere fidem, & ita hæc fidei certitudo aducitur in testem. Tum etiam quia ex vsus accõmodatione vsurpatur ac iuramentum. Sicut diximus n. pręced. de verbis, voueo Deo. Et ita ex hoc vsu videtur fides in Deum adducta in testem: sicut quando iuratur per fidem Dei.

16 Sed hęc verba, vt Christianus, vulgo, *como Christiano, o como soy Christiano* non videtur iuramentum. Quia nõ videtur in aliquod diuinum testimonium adduci: nullatenus enim est mihi de fide me esse baptizatum. Nec verba hæc communiter vsurpantur, vt iuramentum: nec fides aliqua diuina Christiani ad confirmãdam veritatem inuocatur. Sed vel sensus est, vt est verum me esse Christianum baptizatum, hoc est verum: vel hæc veritas, quam Christianus profiteri tenetur: & ideo existimo ea verba non esse iuramentum. Idem existimo de his verbis, sicut Christianus, vel religiosus, sacerdos, vir bonus, ita est. Quia tantum adducitur in testem, fidelitas, ac veritas, quam Christianus, religiosus, vir bonus, aut sacerdos profiteri tenetur.

17 Quarto deducitur, quid dicendum de his verbis non credo in Deum, vel abnego Deum, vel nõ est potestas in Deo, si hoc non est ita. Quidã censeant eã esse iuramenta blasphema. Ita *Sot. li. 8. de iust. q. 1. art. 1. col. pent. Alcozer sum. cap. 15 col. pe. paulo post pr. in doctr. 1. Arag. & Manuel n. 10. allegati.* Atq; idem docẽt *Sotus* de his verbis,

verbis, Deum pœniteat, displiceat Deo. Et *Leonard. l. 2. de iust. c. 42. dub. 1. n. 4.* Sed quamuis hæc blasphema sint: (vt dixi l. præced. c. 32. nu. 24.) non tamen sunt iuramenta. Quoniam Deus sub hac forma non allegatur in testem sed potius eius nomen blasphematur. Atque ita docent *Sotus de iuramentorum abusu c. 4. Couar. de pactis 1. p. §. 7. n. 9. vers. 2. Roias de hæreticis 2. par. assertione 12. nu. 173. Azebedo lib. 8. recopila. tit. 4. l. 1. nu. 14.* Illa autem verba, displiceat Deo, tædeat Deum, si per modum execrationis dicantur, vt sensus sit, hoc malum accidat Deo, nempè, vt in ipso reperiatur tædium, & displicentia, si hoc non est ita: sunt iuramenta execratoria, & blasphema. Sicut per vitam Dei. Et absolutè credo cum *Soto eo. ar. 1. col. pen.* esse iuramenta, Quia eum sensum efficiunt.

18 Sed hæc verba corpus Dei, vulgo, *cuerpo de Dios con vos*, & ô fides Dei cum tali homine, non continēt iuramentum. Quia nil adducitur in testimonium, nilque confirmatur: sed quendam iræ impetum denotāt. Ita *Sotus de iuramentorum abusu c. 4.* An vero sint blasphema, & quale peccatum diximus lib. præc. c. 32. nu 30.

19 Quintò deducitur esse iuramentum quoties aliqua fidei veritas adducitur in testimoniū, cōparando nostram veritatem illi. Vt sicut Deus est veritas, sicut natus est ex virgine, hoc ita est. Quia inuocatur veritas diuina in testem. An vero sint blasphemia, dixi lib. præced. c. 32. nu. 31. Quando tamen non ponitur particula aliqua comparationem vnius veritatis cum alia denotans, non continet iuramentum, sed simplicem nunciationem. Vt dum quis sic ait, hoc, quod dico est euangeliū. Sicut non esset iuramentum, si sic diceret, hoc quod dico est de fide. Imò etiam comparatiuè nō est iuramentum, quando veritas illa diuina non adducitur in testimonium, sed per modum simplicis enunciationis, comparando vnam veritatem alteri. Vt hæc veritas est instar euangelij: hoc est verum, sicut euangelium. Quoties autem veritas aliqua, quæ diuina nō sit, adducitur in testem, erit iuramentum. Vt sicut est certum me esse hominem, vel esse in hoc loco, hoc est verum. Quia non adducitur quid diuinum in testimonium, sed veritas humana. Hæc autem verba, per mortem, quam debeo Deo, sunt iuramentum. Tum, quia consuetudo, vt tale vsurpat. Tum etiam, quia sensus est, sicut debeo mori. Quæ est veritas diuina.

20 Sextò deducitur, quid dicendum sit de his verbis, coram Deo ita est, vel Deus scit ita esse, vel Deus videt ita esse. Quæ inter iuramenta numerant *D. August. Epistola 89. ad Hilarium, & sermone 28. de verbis Apostoli, & refertur cap. Si peccatum 22. q. 1. & D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 1. ad 3.* Atque ea esse iuramenta affirmat *Azor to. 1. libro vndecimo instit. moralium, c. 3. quæst. 1.* Idem ait *Nauarrus summa cap. 12. nu. 2.* de his verbis, scit Deus, quamuis ea verba coram Deo, fateatur esse æquiuoca. Sed dicendū est hæc oīa verba esse æquiuoca. Possunt. n. intelligi inuocatiuè, id est inuocando Deum ad confirmandum id, quod dicitur, & tunc rationem iuramenti habent. Aut enunciatiuè quando, scilicet, per modum simplicis enunciationis hæc dicuntur. Et tunc non sunt iuramentū. Quia hoc non est inuocare Deū in testem, sed narrare Deum id scire, & videre. Atque ita docent *Caiet. eo. art. 1. circa solutionem ad 3. Tabiena verbo iurare, q. 32. Sotus lib. 8. de iust. quæst. 1. art. 1. col. 6. Suarez eodem libro 1. cap. 13. num. 7. & 8. Leonardus lib. 2. de iust. c. 42. dubio 2. num. 8. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 1. num. 5. Pedraza summa, præcepto 2. §. 1. Aragon, & Manuel num. 12. allegati. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 7. punctio 2. columna 3. Emanuel Sà summa, verbo iuramentum numero 1. Petr. de Ledesma 2. tomo summa tractatu 11. cap. 1. dub. 1.* quando autem non constat de proferentis hæc verba animo, sed de eo est dubium, tunc in viris iurare recusantibus, & bonæ conscientiæ, censetur animus esse non iurandi, sed enunciatiuè dicendi. Vt benè ait *Sotus proximè allegatus*. Quia ita solent hi huiusmodi verba vsurpare. Vt optimè ait *Caietanus eadem solut. ad 3.* Idem tradunt *Suarez, Sayro eodem loco proximè allegato*, Ac in hominibus iurare solitis censebuntur in dubio iuramenta. Quia magis naturæ iuramenti accedunt; & in eo sensu solent communiter ab his vsurpari. Vt docet *Petrus de Ledesma proximè allegatus.* In iudicio autem, & in ijs, quæ in damnum tertij vergunt, accipienda sunt ea verba iuxta communem intelligentiam audientium. Ita docent *Caietanus, Tabiena, Pedraza, Sayro ibidem*. Quia in eo sensu tenebatur proferens ea intelligere, ne iudicium frustretur, damnumve alteri sequatur.

21 At hæc verba, testis est mihi Deus, dicunt esse iuramentū, *D. Th. Sotus, Aragon, Manuel nu. præced. allegati, Syluest. verbo iuramentum 1. q. 1. & q. 5. Idem Sotus de iuramentorum abusu c. 4.* Quia hoc nil aliud est, quā Deum in testem inuocare in quo ratio iuramenti consistit. Sed melius *Azor num. præced. relatus* ait eandem æquiuocationem in his verbis latere, quę latet in illis, coram Deo, & scit Deus. Quia possunt inuocatiuè proferri, & sic erunt iuramentū. Possunt ēt enunciatiuè, & per modum simplicis assertionis, quasi dicatur, huius rei spectator, & testis ipse Deus est. Et tunc non erunt iuramentum. At fatendum est maiorē iuramenti effigiem habere, quàm illa, scit Deus, & coram Deo; & ideo in dubio iusiurandum ea continere iudicarē. Et ideo ex cōi vsu esse iuramentum, docet *Suarez eod. c. 13. nu. 7.* Fr inter iuramenta ponunt *Sayro eo. libro 5. c. 1. nu 3. Leonard. eo. c. 42. dubio 2. nu. 8.* Hæc verba, testis sit Deus, Deum testor, testificor, testē aduoco, adhibeo, non patiuntur nisi sensum inuocatiuum. Et ideo merito *Azor ibid.* inter certas iurandi formulas hæc verba annumerat. *Idem Suarez, Sayro, Leonardus ibid.*

22 Similiter *Petrus de Ledesma num. 20. allegatus* refert inter verba æquiuoca, viuit Deus, Deus est veritas q̄d hoc ita est. At in neutro verbo eam æquiuocationem video, sed apertè veritas Dei, & eius vita adducuntur in testimonium, & sic manifesta iuramenta sunt. Atque ita viuit Deus, inter manifesta iuramenta numerant *Syluest. verbo Iuramentum 1. q. 1. Sotus de iuramentorum abusu cap. 4. & lib. 8. de iust. q. 1. art. 1. col. 6. Azor tomo 1. lib. 11. instit. moral. c. 3. q. 1. Suarez, eo. c. 13. nu. 6.* Quamuis *nu. 8.* ponat similiter inter verba ambigua, Deus est veritas.

23 Septimò deducitur, non esse iusiurandum, quod communiter aliqui iuramentum vitare volentes, dicere solent, per totum id, vel per vitam eius, per quod iurare possum. Nam (vt experientia didici,) id tantum volunt dicere, cum per nullam rem liceat absque necessitate iurare, per nihil iuro. Alias posteriora verba essent blasphema, cum intelligerentur per vitam Dei, per quem solum iurari potest.

24 Similiter nec sunt iuramento censenda, *iuro à tal, por vida de tal, voto à tal.* Quia, *tal*, nihil est, atque ea verba vsurpantur ad vitandum iuramentū per Deum. At si quis Deum intelligeret nomine, *tal*, clara iuramenta essent, & non esse iuramentum, *iuro à tal*, docet *Suarez eo. c. 13. nu. 3.*

25 Octauò deducitur, esse iuramenta, per vitā Dei, vel sanctorum, per quęuis Dei, aut sanctorum membra. Vt diximus explicantes quādo hæc blasphemiā contineant, & quale peccatum sint, libro præcedenti cap. 32. a nu. 25. vsq; ad 29. Similiter est iuramentum, per vestes, reliquias, templa sanctorum, per cęlum. Quia in illis specialiter honoratur Deus, & ita est iurare per Deū in illis elucentē. Iuxta regulā nu. 10 traditam. Ita docet *Azor tomo 1. lib. 11. instit. moral. c. 3. q. 1.* Atque eadem ratione est iuramētum, per vitam cœli. Quamuis enim cœlum vita careat, at iurantes nomine vitæ intelligunt esse cœli. Eadem ratione est iuramētum, per habitum diui Francisci, per habitum D. Petri, &c. Quia sunt res sacræ, in quibus Deus honoratur. Ita *Sotus lib. 8. de iust. quæstione prima, articu. 1. columna quinta. Suarez*

rat eo.cap.13.nu.23. Sayro in claui regia, lib.5.cap.1.in fi. Atque idem credo, etsi eorum sanctorum non fieret mentio, sed clericus aut religiosus diceret, per hunc habitum, vel per vestes sacras, quibus celebratur. Quia hæc omnia sacra sunt, inquantum rem sacram repræsentant. Similiter erit iuramentum, per ordinem sacrum, quem recepi. *Syluest. Iuramentum 1. quæst.1.* Et idem credo, per primã tonsuram, aut quatuor ordines minores. Quia res sacræ sunt. Et ita *Suarez eo nu.23.* indistinctè ait esse iuramentum, quando clerici iurant per suos ordines.

26 At hoc verbum, *juro à san oy*, est æquiuocũ. Si enim intelligatur de sancto qui hodierna die celebratur, est iuramentum. Si autem (vt communiter intelligere solent sic iurantes.) *à sanoy*, id est, ad hodiernam diẽ, non est iuramentum. Sicut nec est, quando iurant *à san jun co, o a san Pedro el de palo*: Atque ita ex communi vsurpanti hæc verba vsu, credo in dubio ea non esse iuramenta.

27 Verba autem, quę mulieres vsurpare solent, dũ pueros minantur, para esta, posito digito in fronte, aut na so, non sunt iuramenta. Quia non intendunt facere crucem, nec per crucem iurare: sed est quidam dicendi modus ad pueros deterrendos. Similiter non esse iuramentum dicere, per hanc crucem, nulla confictio facta cruce. Quippe tunc non iuratur per crucem, sed per crucem tunc formatam, quæ cum formata minimè sit, per nil iuratur.

28 Nonò deducitur, nec esse iuramẽtum, cum quis per Deum, aut per propriam vitam interrogatus, an ita res se habeat respondet absolutè ita rem se habere. Quia non est modus iuramenti exigendi sed quædam adiuratio. Immo etsi rogans diceret, iuras mihi per Deum ita rem se habere? & interrogatus responderet, ita res se habet, non censeretur iurare. Quia non conuinet interrogantis iuramento, sed soli eius interrogationi, per simplicem assertionem respondens. Secus esset si responderet ita, vulgo, si, vel capite annueret. Quippè tunc perinde est, ac dicere, ita iuro.

29 Decimò deducitur, an sit iuramentum dicere, per meã animam, vel in mea anima. *Iacobus Buttricanus & Saycetus, qu. s refert, & sequitur Gutierrez auth. Sacramenta puberũ, n.148.c.Si aduersus vendit. Et Gregor. Lopez l.26.verb. O le fiziere. in fi. tit.11.p.3.* dicunt non esse iuramentum, per meã animã. At dicendum est esse iuramẽtum. Quia cũ in anima rationali specialissimè splẽdeat Deus tanquam in sua imagine censetur Deus in ipsa splendens adduci in testem. Iuxta regulam numero decimo traditam. Et ita docent *Sylu. verbo Iuramentum 1.q.5. Sotus lib.8.de iust. quæst.1.art.1.colum.5. Pedraza sum. præcepto 2.§.1. Azor to.1.l.11. instit. moral.c.5 q.1. Petrus de Ledesma 2. tom. summa tracta.11. c.1. dub.1. ad 4. Suarez eo.cap.13.nu.22.* aut est iuramentum execratorium. Vt docet *Leonardus eo. dub.2.nu.8.* sed non est communiter hic execratio. Quare similiter erit iuramentum dicere, in mea anima, iuxta regulam numero octauo traditam. Et ita docent *Sylu. & Petrus de Ledesma ibidem.* Potest etiam esse sensus huius verbi in anima mea, vt non sit iuramentum. Quando nimitum sensus est, hoc quod dico est quod habeo in anima mea. Quia tunc nil adducitur in testimonium. Similiter est iuramentum, viuit anima mea, vel tua. Quia Deus in animæ vita tanq; in re nobilissima splendens adducitur in testem. Ita *Sylu. verb. iuramentum, 1. quæst.1. Azor eaq.1.* Similiter est iuramentum, in periculo animæ meæ. Vt benè docent *Innoc. c. Etsi Christus, num.3. de iureiur. & ibi Bald. nu.7.* Qui benè idem dicit de his verbis, super animam meam. Quippè videtur vtrinsque modo sensus execratorius, quasi quis dicat, id dãnum patiatur anima mea, si hoc nõ est ita. At in alio sensu neuter dicendi modus iusiurandum continet: nemp, quando sensus non est execratorius, nec adducimus hæc verba in testimoniũ alicuius veritatis: sed quando ad reddendum aliquem tutum circa opinionem aliquam amplectendam, solemus dicere, id in periculo animæ meæ, vel super animam meã potes facere. Vulgo, *yo lo tomo sobre mi conciencia, o sobre mi conciencia hazed esso.*

30 Vndecimò deducitur, quid de his verbis sentiendũ sit, in mea conscientia, vel per meam cõscientiam hoc ita est. Quidam aiunt, in mea conscientia non esse iuramentum, secus per meam consciẽtiam. Quia in priori loquendi formula nil videtur adduci in testem, secus in posteriori. Ita *Sotus lib.8. de iust. quæst.1. ar.1. col.5.* Alij vtrunque dicunt esse iuramentum. Ita *Sylu. verbo Iuramentum, 1. quæst.1. Aragon 2.2. quæstion.89. articul. primo, in dubio quod mouet circa 1. conclusionẽ, in solutione ad 3. Azor tom.1.li. vndecimo institutionum moralium cap.3. quæst prima.* Atque esse iuramentum, per meam conscientiam, testatur *Nauar. summa c.12. Hispane numero 5. Latine, num.6.* Et de eo verbo, in mea conscientia, tenet idem *Pedraz. in summa. præcepto 2.§.1.* At tenendum est, neutram dicendi formulam esse iuramentum. Quia inter vtrumuis dicẽdi modum nil distat. (vt diximus num 8) Et solus verborum horum sensus est, hoc est quod sentio in mea conscientia: vel hoc dicta mihi mea conscientia. Et ita tenet *Sotus de iuramentorũ abusu, cap.4. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 11. cap.1. dubio 1. in solutione ad 4. & Suarez eo cap.13. n.22. Sayro eo. c.1. num.13. Leonardus eo dubio 2. numero 4.* dicens idem esse, super meam conscientiam. Addit *Sotus* esse iuramentum, si dicatur iuro per meam consciẽtiam. Sed melius *Petrus de Ledesma* id negat. Quia ratione additi non continentis formam iuramenti distrahitur id verbum, iuro à propria significatione. Vt num.3. diximus. Nec similiter est iuramentum testis est mihi conscientia. Quia solam simplicem dictaminis propriæ conscientiæ enunciationem significat: ac si diceretur hoc mihi dictat mea conscientia. Quamuis minus benè dicat esse iuramentum *Syluest. verbo Iuramentum 1. quæst.1.*

31 Duodecimò deducitur, esse iuramenta, *jura à mi, ò pormi.* Quia homo est creatura nobilissima, in qua specialiter elucet Deus. Atque ita procedit regula nu.10. tradita. Et hoc supponere videtur *Sotus de iuramentorum abusu c.4.* Et tenent *Alcozer summ.c.15. paulò post principium in 1. doctrina.* At melius *Suarez eo c.13. nu.3.* ait non esse iuramentum, sed sensum esse *juro a quien soy* Id est, *à mi calidad, ò bondad.*

32 Decimotertiò deducitur, quid dicendũ de fidei interpositione; vt in fide mea, per fidem meam, regiam, viri boni, aut nobilis, *A fe de quien soy.* Et quidẽ de hoc egi lib.7. de matrim. disput.79. nu.28. & 29. vbi vtriusque partis authores retuli, & vltra Doctores ibi relatos, tenent esse iuramentũ *Gail in suis obseruationibus, lib.2. obseruatione 59. n.1. Surdus decisione 324. à n.3. p.1.* Sed ibi defendi non esse iuramenta, seclusa peculiari dicentis intentione, qui per ea verba fidem diuinam intelligeret Quippè eorum verborũ sensus, est per meã fidelitatem, veritatem; seu ita faciã, aut ita est, vt sum fidelis in promissis, aut in dicendo verax aut sicut decet regem, nobilem, virum bonũ esse fidelem, & veracem. Et reddit rationem *Caietanus statim allegandus* quia sermonum humanorum veritas fidelitati innititur non virtuti Theologicæ fidei. Et licet *Sotus lib.8. de iust. q.1. ar.5.* dicat esse iuramentũ, per meam fidẽ, non tamen, in mea fide. At hanc dictionem reprobauimus num.8. & ipsemet *Sotus ea q.1. ar.6. col.2. ver. Hac eia, et de iuramentor. abusu c.4.* ait non esse iuramenta, in fide mea, vel per fidem meam. Et ita tradunt *Caiet. 2.2. q.88. ar.6. Nau. sum. c.12. nu.2. & 5. Cenar. de pactis 1.p.9. 2. num.2. ver.9. Alcozer sum. c.15. paulo post princ. in 6. doctr. Leonar. li.2. de iust. c.42. dub.1. nu.4. Sayro in claui regia, li.5. c.1. num.13. si Valentia 2.2 disp.6. q.7. punctio 2. col.3. Arag. 2.2. q.89. art.1. in dub. quod mouet circa primam conclu. in solutione ad 3. Suarez eo. cap.13. num.10. & se-*

& sequentibus, vbi *num.* 12. iure optimo improbat *Mendozā de pactis lib.* 1. *c.* 6. *q.* 3. *n.* 9. vbi dicit in homine nobili esse iuramentum secus autem in vili. Idem tenent, nempe, non esse iuramentum, *Petrus de Ledesma* 1. *tomo summa, tract.* 11. *c.* 1. *dubio* 1. *corpore, & ad* 4. *Manuel* 1. *tomo summæ, in* 2. *editione, c.* 91. *num.* 3. *Azor tom.* 1. *lib.* 11. *instit. moral. c.* 3. *q.* 1. *& multi alij*, quos ibi retuli. Similiter nō est iuramentum, in bona fide. Ita *Sotus, Suarez nu.* 17. *Alcozer, Petrus de Ledesma ibidem.* Addit hic bene idem esse, licet dicat, iuro pro bonam fidem, iuxta regulam num. 1. traditam. Atque idem est dicendum, si sic dicatur in bona fide iurata, vulgo, *En buena fe iurada* vel per bonam fidem iuratā. Quia idem est sensus. Hæc autem limitanda sunt, nisi prædictis verbis vtens intendat, aut existimet se iurare; iuxta regulam num. 7. traditam. Ita *Azor ea. q.* 1. Secundo limitant *idemmet Azor, & Suarez num.* 17. nisi in more positum esset apud eos homines, apud quos hæc vsurpās habitat, vt ea verba accipiātur tanquā modi loquendi iurisiurandi vim habentes. Iuxta regulam num. primo traditam. Tertio limitat idemmet, nisi adducantur hæc in testimoniū tanquam res, in quibus Deus, vt author omnis veritatis elucet. Vbi autem res dubia est, an iurās intenderit per hæc verba iurare, censendum est ea nō esse iuramenta. Quia ex se iuramenta non sūt. Et ita docent *Couar. proxime allegatus. Et Sayro eo. num.* 13. & colligitur ex cæteris Doctoribus, & specialiter ex *Caietano*. Si quis autem dicat, ī fide Christiani vel boni Christiani, *Sotus eo. articulo col.* 5. *& de iuram. abusu cap.* 4. ait forsan non esse iuramentum. Quia id nō intelligitur de fide diuina, quā Christianus profitetur. atque *Petrus de Ledesma, & Azor, Suar num.* 19. *Lenard. nu.* 4. *Sayro num.* 13. *proxime allegati, & multi docti neoterici in suis scriptis, & Emmanuel Sà in summa, verbo Iuramētum n.* 1. dicunt non esse iuramentū, nisi fides Christi intelligatur. Atque ita ex ipsis colligitur in dubio non censenda hæc iuramenta. Quod verissimum reputo, idque ratio *Caietani* nuper adducta optime probat. Et quāuis, *Sotus eo. c.* 4. dicat secus esse, si quis dicat, per fidem Christiani, tūc enim ait esse iuramentum. At nil refert vtrauis formula vtatur. Vt num. 8. probauimus. Similiter ait *Sotus eo. ar.* 1. *col.* 5. forsan non esse iuramētum dicere, in fide religiosi. Atque ita dicendum est; nec similiter est iuramētum in fide religiosi. *Sayro eo nu.* 13. *& Suarz, n.* 19. & idem est dicendum, quamuis dicatur, per fidem religiosi. Vt bene tradunt *Azor & Emmanuel Sà proxime allegati.* atque idem est de his verbis, in fide, vel per fidem sacerdotis. Quia vbi non cōstat de peculiari alia intentione, verba hæc de fidelitate, & veracitate a bono Christiano religioso, aut sacerdote profitēdis accipieda sunt. Vt bene docent *Suarez eo. nu.* 19. *Leonard. eo. nu.* 4. Si quis autem dicat, per fidem Christi, aut Dei, manifestū iusiurandū esset. Quia veritas fidei diuinæ in testimonium adducitur. Ita *Sotus eo. ar.* 1. *col.* 5. *ab omnibus receptus.* Atq. idē esset, si quis diceret in fide Dei, Christi, vel Christiana. Vt constat ex regula dicta nu. 8. & dicit esse omnium *Suar. num.* 18. At in verbo sacerdotis, est iuramentum. Quia sic vsus accepit, quamuis in rigore nō sonent hæc verba iuramentum.

33 Homagium autem, vulgo *Pleito omenaie*, nō est iuramentum, sed quædam promissio simplex inter nobiles cū quibusdam solemnitatibus facta. Vt ex multis probaui l. 6. de matr. disp. 11. nu. 9. & 10. & tenet *Sayro eo. n.* 13. contra alios, quos ibi retuli dicentes continere iuramentum, quos vltra ibi allegatos sequitur *Suarez eod. c.* 13. *nu.* 25. sed verius est, quod ibi sustinui.

34 Decimo quarto deducitur, non esse iuramentum in veritate ita est. *Sylu. Iuramentum* 1. *q.* 3. *Sotus de iuramen. abusu c.* 4. *& l.* 8. *de iust. q.* 1. *ar.* 1. *col.* 5. *Alcozer summæ c.* 15. *paulo post princ. in* 6. *doctrina. Azor tomo* 1. *l.* 11 *instit. moral. c.* 3. *q.* 1. *Aragon* 2. 2. *q.* 89. *ar* 1. *in dubio quod mouet circa* 1. *conclu. in solutione ad* 3. *Emmanuel Sà in summa, verbo iuramentum, nu.* 1. *Suarez eo. c.* 13 *nu.* 21. *Leonard. eo. dub.* 1. *nu.* 4. Atque idem est dicendum de his verbis, in rei veritate, vulgo *En realidad de verdad.* Quia idem est sensus. Idem est si dicatur, per veritatem. Vt constat ex regula nu. 8. tradita. Et docent *Aragon, & Azor ibidem.* Atque idem est dicendū de his verbis, certe profecto sane vere, Et ita tradunt *Sotus vtroque loco, Suarez, Alcozer, Aragon, Azor ibidem.* Quorum omnium optime tradit rationem *Sotus*, quod idē prorsus sit dicere, verè aut in veritate ita est ac absolute dicere hoc ita est. Quia affirmare aliquid nihil aliud est, quam id verum esse assere. Sicut negare aliquid est idem falsum esse dicere. Nec refert addere verbum, iuro, vt nu. 3. diximus. Hæc tamen temperanda sunt (vt bene docent *Azor, & Emanuel Sà ibidem*, & constat ex dictis nu. 7.) vt intelligantur seclusa peculiari hæc dicentis intentione, si enim intenderet, aut existimaret se iurare adducendo summam veritatem, quæ est Deus, in testem, manifestum esset iuramentum.

35 Decimo quinto deducitur, non esse iuramentū, per has barbas, per has vestes, per hos capillos, per has paleas, & per alia vilia hmōi. Quia cum in illis diuina bonitas non specialiter eluceat, non censetur Deus adduci in testem, Iuxta regulam num. decimo traditam. Ita *Nauar. summa Latina c.* 12. *nu.* 5. *Suarez eo. c.* 13. *n.* 3. *&* 23. *Sayre. eo. lib.* 5 *cap.* 1. *in fi.* Nec similiter est iuramentum, per vitam harum barbarum. Quia eadem est ratio. At essent hæc omnia iuramentum, si adderetur, quę sunt creaturæ Dei. Iuxta dicta eodem num. 10. Nec etiam est iuramentum, per lac quod suxi. Quia lac est creatura infima.

36 Decimo septimo deducitur, esse iuramenta per meam, vel alterius vitam, aut salutem Quod sit sensus execratorius, idest, Deus auferat mihi, vel illi vitam, si hoc non est ita. Ita *D. Tho* 2. 2. *q.* 89. *art.* 6 *Sotus lib.* 8. *de iustit. q.* 1. *art.* 1. *col.* 5. *ar.* 6. *col.* 2. *& de iuramentū abusu c.* 4. *Nauar. sūma c.* 12. *Hispane n.* 5. *Latine n.* 6. *Couar. de pact.* 1. *p.* § 1. *nu.* 5. *Alcozer. summæ c.* 15. *paulo post princip. in* 1. *doctrina. Suar. eodem c.* 13. *nu.* 17. *Leonard. l. b.* 2. *de iustis. c.* 41. *dub.* 2. *nu.* 8. *Sayre in clauis reg. lib.* 5 *c.* 2. *n.* 3. *& c.* 3. *nu.* 14. *Pedraza summa in* 2 *præcepto*, § 1. *Aragon, & Azor nu.* 34. *alleg. Manuel* 1. *to. summa, in* 2. *edit. c.* 191. *n.* 3. Atque idem est dicendum, si dicatur, in mea vita, in mea salute. Quippe idem est sensus Vt cōstat ex regula num. 8. tradita. Et docet *Aragon Azor, Manuel ibidem.* Similiter est iuramentū, hæc mala Deus mihi addat, nisi hoc ita sit. Quia sensus similiter est executorius. Ita *Sylu. iuramentum* 1. *q.* 1. *Alcozer, Sayro eo. c.* 2. *num.* 3. *Leonardus eo. n.* 8. *& Aragon proxime citati.* Similiter dicendū est de omnibus alijs similibus execratoribus. Vt bene docet *Alcozar ibidem* hæc adhibens exempla. Numquā Deus mihi parcat, me saluet, tueatur, maledictus sim, mala morte obeam, non viuam vsque in crastinū. Cui alia similia exempla possumus addere, vt non mouear hinc, malū pasca mihi Deus impertiatur, ardeam in infernis, dæmō me rapiat; & alia huiusmodi. Similiter est iuramentum, quando Deus tanquam boni alicuius impertitor īuocatur. Vt ita me Deus adiuuet, seruet, det mihi gratiam, vel gloriam, vel aliquod aliud bonū, ita mihi Deus benefaciat. Quia in hoc loquēdi modo intelligitur contraria execratio: id est; Deus his bonis me priuet, si hoc non est ita. Sic *Caietanus* 2. 2. *q.* 89. *ar.* 1. *ver. At hec dicitur, in fi. Syluest. verb. iuramentū* 1. *q.* 1. *Sotus dict. art* 1. *in fi. Nauar. Alcozer. Azor, Sayro, Leonardus proxime allegati.* Quare nullo modo credo, quod aiūt quidā quos tacito nomine refert *Emmanuel Sà summa verbo iuramentum, nu.* 1. nempe, non esse iuramenta, per meam vitam, sic Deus me adiuuet. Atque ipse ait pendere hoc ex intentione dicentis. Sed dicendum est (vt probauimus) hæc esse iuramenta verborum, & ita in dubio iudicanda; nisi hæc dicens intenderet expresse contrarium aliū sensum. Posset enim esse sensus

non

non execratorius, & sic nō esset iuramentum. Vt cum quispiam ait se pauperem, aut infœlicem, & alius respondet ad affirmandum contrarium suum sensum. Faxit Deus ita diues essem, fœlix, vel ita rebus meis eueniat. Quippe tunc solum voluntatis appetitū significat, nec contrariam aliquam execrationem includit. Similiter est iuramentum, in periculo animę meæ *Suarez, eo.c.1. n.2.* 1. vbi etiam bene ait n.27. esse iuramenta, per vitam mei equi, vel per conseruationem rei inanimatæ nisi ex circumstantijs appareat id dici causa vitandi veri iuramenti.

37 Similiter est iuramentum, quando aliquis maledictionem alteri imprecatur, si hoc non sit ita. Vt si hoc non est ita, Deus non te adiuuet, dæmon te rapiat. Et ipse respondet, amen. Quippe idem est, ac dicere id malum mihi eueniat.

38 Non tamen est iuramentum, quod communiter dici solet ad affirmandum quempiā in nummis carere, aut nihil edisse, maledicti nummi, quos habeo, maledictū quod hodie edi. Quia maledictio nō cadit in personā, sic.n.esset iuramentum, sed cadit in nummos vel in esum. Ita *Suar.eo.c. 3. n.28.* vbi bene addit fore iuramentum, si animus esset obijcere illam rem, vt materiam diuini iudicij. At credo raro hoc accidere.

39 Nec similiter est iuramentū.qd solet dici ad significandum aliquid ita esse. Tot Angeli animam meam reciperent, vulgo, *Tantos Angeles vengan por mi alma, quantas vezes auia hecho esto o ducados tenes, o mas ducados de le que dezis.* Quippe hæc dicendi formula nō habet contrariam maledictionem in se inclusam. Sed solus est sensus, gauderem vt tot Angeli me reciperent. Vt solēt etiā dici, tot aureos haberem, quot te habere credo. Secus esset, si quis sic diceret, sic Angeli animā meam recipiant. Quia (vt diximus nu.3.) includitur tunc contraria execratio, nimirum, alias Angeli non me recipiant.

40 Hæc autē verba, melius me seruet Deus, vulgo, *Mejor me guarde Dios me haga bien, ventura tengais que esso es assi* dupliciter possunt dici. Primo comparatiue, nempe quādo significare volentes aliquem quippiam mali facere, dicimus melius illi Deus faueat. Et in hoc casu non includunt iusiurandum. Quia nullā execrationem claudunt. Secundo modo, non comparando, sed affirmatiue vt si velim affirmare me aliquid non fecisse, dicam sic, melius mihi faciat Deus, quam ita fecerim, vel melius me seruet Deus vulgo, *Mejor lo haga Dios com go o mejor me guarde Dios que yo tal hize*. Et in hoc sensu sunt iuramentum. Quia contrariam execrationem claudunt. Sicut diximus n.36. claudi, quādo dicimus, sic Deus me adiuuet.

41 Nec hæc verba, habeat ac perfidus, aut hæreticus, aut mendax, aut iniquus sim ego, vulgo, *Ruin sea yo sea tenido per herejo, traydor, mentiroso, si esto no es assi* nō sunt iuramenta. Quia idem significant, ac æstima me talē, si hoc non ita est: & ita non efficiunt sensum execratorium: Sicut non esset iuramentum dicere alicui, interfice me si hoc non fecerim.

42 Tandem hæc verba, occidar, amputetur mihi aures; vulgo, *Que me maten, o me corten las orejas si esto no es assi* in rigore iuramentū execratoriū pre se ferūt. Sicut esset iuramentū diris pugionis ictibus punctim cōfodiar, aut suspensus obeam, si hoc non est ita. At vt cōmuniter ea verba circumferuntur, non claudūt iusiurandū. Quia non dicuntur ea verba, quasi id sibi malū imprecādo: ac inuocando Deum, vt tanquā iudex vindictam sumat de dicenti, si mendax sit, sed dicūtur instar cuiusdam sponsionis. Et ita communiter incipiunt hæc dicentes per hanc particulam Hispanam, *que* cui Latine correspondet, sponsionem facio. Quare perinde est, ac si diceret quis spondeo vitam, verbera, &c. *Yo apuesto la vida que esto es assi, o me dexare cortar la cabeza, e azotar por justicia, si esto ne es assi.*

CAPVT III.

Qualiter sit licitus iurisiurandi vsus; & quæ circumstantiæ iure positiuo desiderentur, tam ex parte personæ iurantis, quam modi iurandi, vt iuramentum in iudicio licite præstetur.

SVMMARIVM.

Iuramentum est de se licitum & actus religionis, nu.1.
Est instar medicinæ nec appetendum, nu.2.
Est aliquando in præcepto, nu.3.
An in iudicio iurandum sit a ieiune, & aliquibus temporibus interdicatur iuramentum accipi, nu.4.
An periurus nequeat in iudicio iurare, nu.5.
Quid de impuberibus; & an si iurent, faciant fidem, & quæ ætas requiratur ad testificandum, nu.6.
An sacerdotibus interdictum sit iuramentum iudiciale, & calumniæ, nu.7.
An possint clerici in manu laici iudicialiter iurare, n.8.
Sacerdotes iurantes, an debeant sacra tangere, et qualiter iurare debeant, nu.9.

1 PRima conclusio sit. Iurisiurandi actus non est generaliter & simpliciter in Euangelio damnatus: sed est ex se licitus, vtpote qui actus virtutis religionis est. Hæc est de fide, & eam contra aliquos hæreticos negantes, multis Scripturę locis, sanctorum testimonijs, & rationibus probant, respondentque hæreticorum rationibus, ex neotericis *Castro l.8. contra hæreses, verb. iuramentum Azor tom.1. lib.11. instit. moral. c.2. q.3. Valentia 2.2. disp.6. q.7. puncto 3. statim in princ.* Et latius omnibus explicans, qualiter sit actus religionis, *Suar. tomo 2. de religione, tractatu de iuramento, libro primo c.4. & c.7. per tota.*

2 Secunda conclusio. Iusiurandum non est sicut bonū quoddam per se appetēdum, sed eo in sola necessitate vti licet. Hanc asserunt *D. Augustinus de sermone Domini in monte, libro primo, c.30.* & refertur, *c. Ita ergo 22. quæst. 1. numero 1. & D. Thom. 2.2. quæst.89. articul.5.* Qui eam rationem reddit. Nam iusiurādum est tamquam quoddam imbecillitatis humanæ remedium, & ad fidem rei faciendam necessarium instrumentū. Quare habet se instar medicinæ corporeis morbis subuenientis. Sicut ergo frequens medicamentorū vsus noxius esse solet, ac tantum est proficuus necessitate exigenti; ita frequens iurisiurādi vsus perniciosus est, & tantum est salutaris, appetendusque, quando grauis causa subest.

3 Tertia conclusio. Iusiurandū, quandoque est in præcepto nimirū, publica potestate illud legitime exigenti: & quoties necessarium est ad proximo subueniendū. Ratio prioris partis est, quia publica potestas fungitur authoritate continēdi in pace suos subditos, illorumque controuersias eo medio cōponendi. Posterioris autem, quod lex charitatis obliget ad prospiciendū necessitati proximi medio licito, & facili. Quale est iuramentum. Et ita docent vniuersi. Et late *Suarez. eo. tractatu de iuramento lib.3. toto c.1.* Qui in fine bene concludit id præceptum non esse ex virtute religionis, sed iustitiæ, aut misericordiæ.

4 Quarta conclusio. Triplex circumstantia est iure positiuo necessaria ad licitum iuramenti in iudiciali causarum foro præstandi vsum. Prima est, ex parte modi iurandi, vt iuraturus sit ieiunus *cap. Honestum 22.q.5. & c.1. de testibus, & attestat.* Sed hæc est de solo cōsilio, vt clare significatur *eo.c. Honestum.* Et docent *Glossa ec. c.1. in fi. & ibi Doctores. Azor tom.1. lib.11. instit. moral. c.11. quæst.9. Valentia 2.2. disputat.6. quæstione septima, puncto 3. celum.5. versicul. iam ex parte modi, & vniuersi.*

Secun-

Secunda est, ex parte temporis, vt debito tempore iuramentũ præstetur. Namque diebus festis id præstare in iudicio, nisi pro bono pacis, aut piæ causę, interdicitur, *capite Conquestus, de ferijs*. De qua relate dicemus in tractatu de obseruatione festorum. Nec licet etiam illud præstare ab aduentu Dñi vsq; in octauam Epiphaniæ; & in litanijs maioribus, & rogationibus, & in ieiunijs quatuor temporum; & à septuagesima vsque in octauam paschatis. Vt expresse habetur, *c. Decreuit 22. quæst. 5.* Sed hæc prohibitio abijt in desuetudinem. Vt bene docent *Glossa ibi. statim in principio, et Valentia proxime allegatus*. Vltima est, ex parte personæ iurantis. Quibusdam enim personis interdicitur iusiurandum in iudicio præstare; nempe, periuris, impuberibus, & clericis.

5 In primis periuri excluduntur à iuramento in iudicio præstando, *c. Paruuli 22. quæstione 5*. Quia ex quo semel peierarunt, præsumitur fore vt semper peierent. Quidam hoc intelligunt de omnibus periuris notorijs notorietate facti; etsi in iudicio non conuictis; si iuramentum id notoriũ fuerit, quantum ad verba, deliberationem, & factum. Quia nimirum, eiusdem est euidentia facti illum dixisse verba iurisiurandi, & bene deliberasse, & cognouisse se iurare falsum. Ita docent *Syluester verbo Iuramentum, 2. quæst. tertia Valentia dicto tertio, columna quarta, versiculo. Disputat vero Azor tomo 1. lib. 11. institution. moralium, capite 11. quæst. sexta.* At verius est, oportere ad hanc pœnam incurrendam, periurum esse in iudicio conuictum, & damnatum. Quod sustinent *Archid.* quem refert, & sequitur *Syluester verbo Periurium, quæst. 5. Tabiena verbo iurare, quæstione 21. Sotus lib. 8. de iustit. quæst. 1. artic. 10. columna 2. Aragon. 2. 2. quæst. 89. art. 10. paulo post principium.* Et in hanc partem, licet dubius magis inclinat *D. Antoninus 2. part. tit. 10. cap. §. 2.* Atque dum in *eo. capite Paruuli* interdicitur periurum etiã in sua causa ad iurandum admitti; intelligitur de iuramento purgationis, ita vt à suspicione contra se orta nequeat se proprio iuramento purgare. At iuramenta, quæ sunt potius oneris, quam honoris, bene præstabit. Vt iuramentum calumnię, & domino in causa feudi.

6 Secundo interdicitur pueris ante pubertatẽ iurare in iudicio, *cap. Paruuli. & cap. Pueri 22. quæst. 5.* Cuius rationem assignat *D. Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 10.* Quia ante eam ætatem non eo pleno rationis vsu gaudent, vt debita cum reuerentia iurare valeant. Sed dubium est, an si sponte iurare velint, admittendi sint. Nam *Sotus lib. 8. de iustitia q. 1. art. 10. paulo post principium*, ait cogendos nõ esse; admittendos tamen sponte iurare volẽtes. Quod prædicti textus eos cogi tantum interdicant. At verius est, nec eos esse admittendos. Quia ratio adducta id probat & ius merito præsumit eã ætatem non esse capacem iuramenti, quod tanta maturitate præstari oportet. Vt cõstat ex *c. 1. 4. q. 3.* & ita docent *Sylu. verbo Iuramentum 2. q. 3. initio. Valẽtia 2. 2. disp. 6. q. 7. puncto 1. col. 4. versic. Item est hic.* Si tamen ad testificandum admittantur, etsi non faciant plenã fidẽ, faciunt tamẽ præsumptionem, *l. Inuita, ff. de testib.* Atque in ciuilibus ita habetur expresse *l. regia. 9. tit. 16. p. 3.* Nõ tamen eadem ætas sufficit ad testificandũ in ciuilibus, & in criminalibus. Nam in ciuilibus non admittitur minor quatuordecem annis *c. 1. 4. q. 3.* At in criminalibus non admittitur minor viginti annis. Vt constat ex *d. l. Inuiti, & d. l. regia 9.* Hoc tamen intelligitur, quoad plenam probationem; nam potest examinari impubes, & eius dictũ facit plenum indiciũ ad torturam. Vt *allegato Bartolo* docet *Sylu. verb. Impubes fine, & verb. Testis, q. 1. dicto 3.*

7 Tertio interdicitur sacerdotibus ex leui causa iurare in iudicio, *c. Si quis presbyter 2. q. 5.* cuius rationem reddit *D. Th. d. ar. 10.* Quod dictum hominis tũc confirmatione iuramenti indigeat, quãdo de eius veracitate dubitatur. Quod dubium dedecet sacerdotum dignitatẽ. Et ideo pro leui causa interdicitur eis iurare in iudicio. Addit aũt D. Th. licere sacerdotibus pro necessitate, vel magna vtilitate iurare. Quod explicãt *D. Antonin. 2. p. titulo 10. c. 4 §. 2. Sylu. verbo. Iuramentum 2. q. 3. Tabiena verbo Iurare, q. 21. Azor tomo 1. lib. 11. institution. moralium c. 11. q. 6.* vt liceat iurare, quando defectu probationis aliquis læditur, vel rem suam perdidit, vel pro fide, vel pro pace obediẽtia, indemnitate Ecclesiæ, vel quando ipsi sacerdotes ab infamiæ nota se purgare coguntur, vel dum ab excõmunicatione absoluendi sunt. Quæ probantur ex *capite Significasti, de electione, capite De Syracusana, dist. 28. c. Ad reprimendam, de officio ordinarij.* Tandem si in causa propria litigent, debent iurare de calumnia; id est, se bona fide, & non animo calũniandi causam mouere, vel aliquid proponere, vel respondere, nec id in posterum se facturum. Ita *Glossa capite 1. verbo Criminali, de iuramento calumnię. Sylu. d. q. 3. fine. Azor d. c. 11. fine.* Addunt *Glossa, & Azor.* si sacerdos pro Ecclesiæ causa litiget eum non compelli iuramentum calumniæ præstare, sed posse in sui locum aliquem substituere, qui pro eo petat, agat, & excipiat ac iuramentum calumniæ præstet. Quod si in persona propria eam Ecclesiæ causam agat, tunc dicit *ibi Glossa* præstandum ab ipso hoc iuramentum.

8 Quinta conclusio. In triplici casu nequeunt clerici in manu laici iurare absque sui episcopi licẽtia. Primus est, quando iurant coram laico, tanquam suo superiori, & ab ipso coacti, *cap. Nullus 22. q. 5.* secus quando non tanquam superiori; tunc enim possunt absque licentia, *cap. Ex rescripto. & cap. Peruenit, de iureiurand.* Secundus est, quando iurant de calumnia. Non enim possunt hoc iusiurandum præstare, nisi is, coram quo litigant, sit superior eorum, vel de licentia superioris, *cap. Nos 22. q. 7.* Tertius est, non possunt in actu testificandi iurare in manu laici, absque sui superioris licentia, *cap. Quamquam 24. q. 2.* In reliquis vero casibus possunt sine sui prælati licentia iurare in manu laici, *dict. c. Ex rescripto, & d. c. Peruenit.* Ita *Abbas*, quẽ referunt, & sequuntur *Angelus verb. Iuramentum 3. n. 3. Sylu. verb. Iuramentum 2. q. 3. Tab. verb. Iurare q. 21.* Est autem hoc temperandum quoad sacerdotes, vt liceat eis iurare quando est causa grauis necessitatis, aut magnę vtilitatis. Iuxta dicta n. pręced. Ita *Sylu. ibid.*

9 Vltima conclusio Sacerdotes cum iusiurandum pręstant, non tenentur regulariter sacra tangere; sed sat est si per suam consecrationem tangendo proprium pectus iurent; nisi in causis grauibus, & in quibus iure expressum est, vt Episcopi, et sacerdotes sacra tangant. Ita multis relatis *Couar. de pactis. 1. p. §. 1. nu. 3.* Et extra hos casus debent loco alterius iuramenti iurare per suam consecrationem. Vt habentur *c. Si quis presbyter 2. q. 5.*

CAPVT IV.

Quæ circumstantiæ, seu comites iuramenti desiderentur iure diuino naturali, vt id licite pręstetur. Et qualis culpa sit defectus horum comitum; & veritatis, tam in iuramento assertorio, quam promissorio.

SVMMARIVM.

Iurisiurandi comites vt licite præstetur, quot sint, nu. 1.
Veritas requisita in iuramento promissorio est duplex, nu. 2.
An defectus iustitia reperiatur quoque in iuramento assertorio, num. 3.
Iudicium ad iuramenti honestatem requisitum quid sit? n. 4.
An omne iuramentum destitutum aliquo ex tribus comitibus dicatur periurium, & vanum, & sit contra secundum præceptum? num. 5.
Iuramentum assertorium falsum in quauis materia, et ratione cuiusuis necessitatis, & finis nunquam excusatur à mortali, num. 6.
Nec ratione ioci excusatur à mortali. nu. 7.

Mortale

Mortale est iurare rem certam ac dubiam, vel dubia ac certam, num. 8.

An sit iuramentum falsum, quod per hyperbolem, aut aliam figuratam loquutionem dicitur? n. 9.

Qualis certitudo veritatis exigitur ad iurandum, & an in omni materia desideretur æqualis certitudo, & diligentia ad scrutandam veritatem? num. 10.

Quæ certitudo in scholasticis desideretur, vt vere cursus scholasticorum testentur. num. 11.

Quando quispiam vere suam opinionem iurare possit. nu. 12.

An ad rem iurandam sat sit eam a fide digno audisse, nu. 13.

An iurãs falsũ putãs esse verũ, peccet aliqñ mortaliter, n. 14.

Quid, quando non aduertit se iurare, aut non aduertit rem esse falsam, num. 15.

Iuramentum promissoriũ absq; implẽdi aĩo, est mortale, n. 16.

Quid, si animus implendi sit dubius, nu. 17.

Quid de iurante rem impossibilem, aut quam credit se non posse implere, & quæ potentiæ implendi certitudo desideretur, n. 18.

Ad iuramenti comminatorij hyperbolici veritatem, quid desideretur. nu. 19.

Quis animus implendi exigatur in iuramentis præuenientiũ se honore, n. 20.

An iuramentum promissorium, cui deficit veritas non implendo illud, sit in quauis materia mortale? Refertur duplex sententia, nu. 21. & 22. Et sententia Authoris, n. 23.

An iurans rem leuem quotidie faciendum nec implens, peccet mortaliter; & alia de hoc remissiue, num. 24.

An iuramentum addat vinculum aliquod supra simplicem promissionem, n. 25.

Iuramentum quo res mortalis promittitur, est mortale, n. 26.

Quid, si tunc desit intentio implendi, nu. 27.

An iuramentum rei venialis sit veniale, nu. 28.

An implere iuramentum rei venialis, quia iuramento stabilita est, sit mortale, nu. 29.

Iuramentum rei contra consilia, quale peccatum sit, num. 30.

Quid de iuramento rei indifferentis, nu. 31.

An peius sit iurare rem mortalem, aut venialem, aut contra consilia, aut indifferentem animo non implendi, quam animo implendi. nu. 32.

An iuramentum assertorium materia mortali, sit mortale defectu iustitiæ, num. 33.

An idem contingat in iuramento de futuro emisso absque implendi animo, nu. 30.

Iuramentum defectu iudicij, qualis culpa sit. n. 35.

An sit necesse distincte fateri iuramenta, cum mendacio, dubio, sit absque animo implendi dicta, nu. 36.

An periurium sit grauius peccatum homicidio, & cæteris peccatis in proximum, n. 37.

An sit grauius iuramento per falsos Deos, n. 38.

1 CONstans est omnium Doctorũ sententia cũ D. *Th. 2. 2. q. 89. art. 3.* iure diuino naturali tres circũstãtias, seu comites desiderari ex parte modi iurãdi, vt licite præstetur. Hæc sũt veritas, iustitia, & iudiciũ. Quæ habentur *Hierem. 4. Iurabis viuit Dominus in iustitia, in iudicio, in veritate.* Et docet *ibi D. Hieron.* & refertur *c. 2. 22. q. 2. & c. vlt. 22. q. 4.* Et ratio est; nã si deest veritas, efficitur Deus, vel ignorãs, vel improbus. Alterutrũ .n. falsitatis testẽ esse oportet. Et tũc dicitur iuramentũ falsum, siue periuriũ ꝓprie loquendo. Si deest iustitia, efficitur Deus cooperator illius mali, quod ipsius testimonio faciendũ promittitur. Et tũc dicitur iuramentum iniustũ, siue iniquũ. Si deest iudiciũ cedit in Dei irreuerentiã, cum absq; vlla causa inducatur in testẽ. Quare vt iuramentũ sit licitum, his tribus comitibus indiget.

2 Veritas in iuramẽto assertorio in eo cõsistit; vt iurans arbitretur esse verum id, quod iureiurãdo asserit. At in iuramento promissorio duplex veritas exigitur. Altera de præsenti, nempe, vt adsit animus rei iuramẽto promissæ implendæ; in qua cõuenit cum iuramento assertorio. Altera vero de futuro, vt res promissa impleatur suo tẽpore. Quare inter assertionẽ simplicem, & iuramentum id distat, quod ad illius veritatẽ satis sit affirmantem in animo habere id implere quod affirmat; nec erit mẽdax, si postea mutata voluntate id non impleat. Vt si quis affirmet se à prãdio dormiturum, verax est, si tunc id in animo habuit, etsi postea non dormiat. Ad iuramenti autẽ promissorij veritatẽ vtraque veritas desideratur. Atque ita docent D *Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 1. & ibi Caietanus circa eam solutionem, Sotus libro octauo de iustit. q. 1. art. 7. ad 1. & omnes.*

3 Iustitia in eo consistit, vt actus iurandi sit iustus, & rectus. Et de hoc comite dubium est, an reperiatur in iuramento assertorio, an in solo promissorio. De qua redicemus nu. 33.

4 Iudicium autẽ est discretio, & prouidentia quædam in omni iuramento necessaria; ad ꝗ tria pertinent. (Vt optime docet *Sotus lib. 8. de iustit. q. 1. art. 3. ad finem corporis.*) Primum est, vt veritas iuramento stabilienda nequeat alia via comprobari. Quippe patentissimas veritates iuramento cõfirmare, vel speculatiua dubia, quæ rationibus muniri debẽt, temerarium est. Secundum est, vt subsit necessaria, aut pia iurãdi causa. Tertium, vt præcedat veritatis maturum examen. Quibus possumus addere quartum, nempe, vt debita diuini nominis in testem adducti reuerentia iuretur.

5 Quamuis autẽ simpliciter, & proprie loquẽdo periuriũ dicatur id solũ iuramentum, cui deest veritas; vtpote quod proprio iuramẽti fini aduersatur, qui est veritatẽ cõfirmare. At quoduis iuramẽtum iustitia, aut iudicio destitutũ, est quodãmodo periurium. Nã cũ deficit iustitia, tenetur iurãs efficere falsum id, quod iuramento promisit, nõ implendo illud, si quid illicitum iurauit, aut non tenetur id efficere verum, si iurauit rẽ cõtra cõsilium. Si autẽ desit iudiciũ, est falsitas in potentia. Quod sic iurãs in peierandi periculo versetur. Atq; ita intelligitur *D. Hieron. n. 1. alleg.* vocãs hæc oĩa periuria. Et ita docẽt *D. Tho. ab omnibus receptus 2. 2. q. 98. art. 1. corpore, & ad 1.* Similiter iuramẽtum veritate destitutum dicitur simpliciter vanũ, destitutum vero iustitia, vel iudicio, secundum qđ vanũ. Ratio est, quia vanũ dicitur, quod suo fine frustratur. Quare cũ iuramẽti finis sit verum testari; primo dicitur vanum, cui deest veritas. Et cum ẽt iurãdi facultas in eũ finẽ concessa sit, vt iustitia seruetur; iuramẽtũ quoque, cui iustitia deficit, dicitur vanum. Et quia ẽt iuramentum iudicio vacãs caret causa iurãdi, scilicet, necessitate, dicitur vanum. Ita *Sotus lib. 8. de iustitia, q. 1. art. 3. et q. 2. ar. 1. ad finem.* Quam ob rem omne iuramentum, cui deficit aliquis ex his tribus comitibus, interdicitur secundo Decalogi præcepto; vtpote quod est aliquo modo periurium, & vanum. Sed per se primo iuramentum falsum, quod proprie, & simpliciter periurium, & vanum est. Ita *Sotus eodem lib. 8. q. 2. art. 1. & 2.*

6 His præmissis difficultas est, quale peccatũ sit iuramẽtũ cui aliquid ex his tribus comitibus deficit? Sit prima cõclusio. Iusiurãdum assertorium veritate destitutum in quacunque materia, quãtumuis leui, est sẽper mortale. Solumque à mortali excusari põt defectu plenæ deliberationis, Quia Deum afferre in testẽ mendacẽ, est grauissima iniuria abstrahendo à quacunq; materia. Vt probat ratio num. 1. adducta. Atque ita docent *Caietanus in sũma verbo Periuriũ, c. 1. vers. Inchoãdo igitur. Sotus lib. 8. de iustitia, q. 2. art. 3. concl. 2. Toledo lib. 4. sũmæ c. 21. n. 8. Couar. 1. variar. c. 1. n. 2. & de pactis 1 p. § 1. n. 4. Suarez to. 2. de religione, vbi de iuramẽt. lib. 3. c. 4. n. 2. Sayro in Claui Regia lib. 5. c. 4. n. 15. et 16. Azor to. 1. lib. 11. inst. moral. c. 2. q. 1. Valẽtia 2. 2. disput. 6. q. 7. puncto 3. col. 6. concl. & oẽs.* Nec excusat à mortali quicunq; finis, quãtumuis sanctus, ac necessarius sit, & quicunq; timor. Vt optime docent *Caietanus, Suarez n. 6. Sayro, Sotus Toledo ibi. Nau. summa c. 12. Hispane n. 5. Laime nu. 6.* Quia mẽtiri est ita intrinsece malum, vt nunquã honestari valeat, ac proinde nec iuramento confirmatum potest quacunque ex causa excusari à mortali.

Hinc

7 Hinc fit minus bene aliquos iuris peritos, quos refert *Angelus verbo Periurium, initio*, dicens eorū sententiam esse probabilem, sed contrariam tutiorem, esse iuramentum falsum causa ioci dictum excusari à mortali. At verissima sententia est esse peccatū mortale, inimo quoad aliquid gravius, quam si serio diceretur. Quia plus diu ni nominis honori derogatur assumpto eo in falsitatis testem nulla causa ducenti, sed solo ioco, magisque id iuramentū est vanum. Quod optime docent *Diuus Thomas 2. 2. quaestione 98. artic. 3. ad 2. Syluester verbo Periurium, num. primo, & verbo Iuramentum 6. quaestione 6 Couarruuias de pactis 1. parte §. 6. numero 5. & omnes. Sayro relatus numero praecedēti. Suarez eodem cap. 4. num 5.*

8 Atque idem prorsus dicendum est si quis rem sibi dubiam ac certam iuret. Quod periurij periculo exponatur; immo re vera falsū iurat. Quia mentitur afferens tanquam certam rem, de qua est dubius. Secus si rē illam asserat tanquam dubiam. Vt dicendo suspicor ita esse, vel credo ita esse. Quia tunc verū iurat. Quod inter alios specialiter docent *Angelus verbo Periurium, n. 3. & ibi Syluester quaestione prima, Suarez eodem lib. 3. c. 4. nu. 7. Sayro eodem lib. 5. in cap. 4. nu. 7. Nauarrus summa capite 12 num. septimo.* Atq; idem credo, si rem sibi certam iuraret ac dubiā. Vt dicens, suspicor, aut credo ita esse. Quia sicut re vera mentitur dicens dubium, ac certum, ita ecōtra dicens certum, ac dubiū. Sicut reus esset mortalis mendacij fatens peccatū mortale, quod certo se admisisse nouit, ac dubium. Quod tamen intellige, quando iurans id consulto efficeret. Namq; sępe scrupulis conscientiæ personæ agitatæ hac loquēdi formula vtuntur gratia cauendi mendacij; quasi scrupulo coactæ ad timendū ne forte non ita certæ sint de ea veritate, quam proferunt. Quas à peccato excusari constat.

9 Nec est iuramentum falsum, quod per hyperbolem, aliamve figuratam loquutionem iuratur, etsi vt sonat, verum non sit. Quod de figurata loquutione testatur *D. Augustinus lib. 1. de quaest. Euangel. cap 52. & D. Tho. 2. 2. q. 11. art. 1. ad 1.* & specialiter de hyperbolica *Naua. lib. 5. concil. in 1. editione titulo de hereti. consil. 41. nu. 1.* & constat, quia sacra Scriptura vtitur hac loquēdi formula. Vt *2. Regū 1. Ionathas, et Saul aquilis velociores, & leonibus fortiores.* Et multis alijs in locis. Quia nō eū sensum efficit ea loquutio, quem sonant verba; sed est quędam exaggeratio. Quare ne id iuramentū veritate destituatur, debet iurans ita rem cū ea exaggeratione æstimare. Vt iurans calamum tanti æstimari, quanti equum, verax erit, quādo calamum illum valde bonū esse existimat. Quippe id solūea exaggeratio significat.

10 Ad veritatē autem huius iuramenti assertorij exigitur, & satis est, vt iurans ita rem se habere arbitretur prudenter & nō leui coniectura ductus, sed certa, aut verisimili, atque probabili, ac proinde secundum iudicium iurantis cōsentaneum rationi, siue id a parte rei verum, siue falsum sit. Quia hoc est mortaliter certum esse. Et dicemus in simili n. 18. Ita docent *Azor tomo 1. lib. 11. instit. moral. c. 2. q. 5. Valentia 2. 2. disput. 6. 7. puncto 3. col. 1. versic. Veritas enim requisita. Suarez. eodē li. 3. cap. 5. num. 3. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 42. dubio 4. nu.* Atque idem *Valentia in eodem puncto 3. col. 12. versi. Dubitamen*, optime ait iurantē nō excusari à periurio, si leuiter, ac temere putet esse verū, quod iurat, siue id re contigat esse verum, siue falsum. Quando quidem non sufficienter prouidet vt verum sit & per accidens tale esse contingit. Nec tamen æqualis diligentia in omni materia ad perscrutandam rei iuratæ veritatem exigitur; sed rei iurandæ conditio spectanda ēst. Multo cū maior in rebus egregi s, & arduis desideratur, quam in rebus minoris momenti. Immo aliquando pōt res esse tam peruia, & clara, vt fine vlla discussione possit iuramēto asseri. Ita docent *Sotus lib. 8. de iustit. q. 1. ar. 3. cōcl. 6. paulo post principiū. Aragō 2. 2. q. 89. art. 3. fol. 1065. col. 1. Sayro in Claui Regia, l. 5. c. 4. nu. 33.*

11 Hinc deducitur, vt vere iurent scolastici deponentes aliquem scholasticum ad scholas confluxisse tēpore requisito, iuxta vniuersitatis statuta ad cursus conficiendum, nempe, sex mensibus, & vna die, satis esse vt deponentes viderint eum eo toto tempore communiter scolas adeuntem, & rationabiliter id credāt. Quia hęc est certitudo moralis, & alia mathematica est moraliter impossibilis. Et cōsiniiter petens iuramentum est de hac morali certitudine intelligenda Et cōstabit amplius ex dicendis nu. 13. At opus est ad huius iuramenti veritatem, vt mathematicē totū id tempus expletum sit. Quia id vniuersitatis cōstitutiones petunt, vt reputetur integer vnius anni cursus.

12 Secundo deducitur, quamuis, temerarium sit in speculabilibus opinionem suam iuramento confirmare, cum solis rationibus, & authoritate confirmanda sit; minime tamen periurum fore illam iurantē, si ei muniturs rationibus, & authoritate adhæreat. Quia iurat, quod moraliter credit esse verū, duciturque rōnibus sufficientibus iuxta materiæ qualitatem ad id credendum. At esset periurus, si rationibus sufficientibus destitutus eam iuraret. Quia deficit veritas, quam n. 10. desiderari probauimus. Et ita iurantem hoc posteriori modo affirmando suam opinionem, esse periuriū, secus si iuraret sub dubio dicens se ita credere, tenet *Suarez eodem lib. 3. c. 4. num. 7.*

13 Tertio deducitur, ad veritatem iuramenti satis esse, iurātem addiuisse rem illam à persona ita fide digna, vt sit moraliter certus ita rem se habere. At in iudicialibus id non satis erit ad rem tanquam certam iurandam, nisi adiungatur causa illius notitiæ. Vt scio hoc, qa audiui a persona fide digna. Quia in eo iudicio testis solo auditu rem sciens nō semiplene probar; & est conditio diminuens testimonij fidē. Et qui in eo foro iurat se aliquid scire testatur se notitia visus, & præsētiæ id scire, ita vt eius dicto sit integra fides habēda tāquam semiplenæ probationi. Nam *c. Testes 3. q. 9.* iubet Calixtus Papa testes de his solis, quæ in eorum præsētia gesta sunt, testificari. Atq; ita in iudicialibus exigi ad iuramenti veritatem, omnimodam certitudinem, nisi quando ex lege, aut consuetudine intelligitur id iuramētum de credulitate, eo quod nequeat plena certitudo haberi; vt quando accipitur à iudice iuramentum de idoneitate alicuius personæ, tradunt *Scotus 3. d. 39. q. vnica, art. 2. & ibi Gabriel q. 2. ar. 2. concl. 3. & Sayro eodem l. 5. c. 4. nu. 38.*

14 Secunda conclusio. Iurans rem falsam, quam præmissa debita diligētia verā putauit, vacat culpa. Quia iuxta suam mentem verum dicit, & solū est materiale mendacium. Si vero non adhibuit debitam diligentiam, erit mortale, vel veniale, pro ratione negligentiæ in veritate inquirenda. Si ea fuit magna, & notabilis, erit mortale; si aūt parua, erit veniale. Vt si aliquam diligentiam, non tamen sufficientem adhibuit. Quia quādo quis est notabiliter negligēs, censentur perfecta falsi iurandi voluntas; quando vero leuiter, censetur ea voluntas imperfecta. Cum enim tota volūtarij indirectè, & culpæ ratio ex negligentia proficiscatur, eatenus est perfecte aut imperfecte voluntariū, quatenus est perfecta, aut imperfecta negligentia. Sic *Abul. c. 5. Matth. q. 301. Angel. verbo periurium, initio, & ibi Sylu. q. 1. & verbo Iuramentū 2. q. 6. & 8. de iust. q. 2. art. 3. concl. 6. Nauarus summa c. 12. Hispane n. 6. Latine n. 7. Suarez. eodem lib. 3. c. 5. fi. Leonardus eo dem c. 42. dubio 3. nu. 17. Sayro eodē c. 4. n. 16. & 18. & 33. Valentia 2. 2. disputatione 6. quaest. 7. puncto 3. col. 12.* Nec sic notabiliter negligens culpa hac mortali liberabiliter, eo quod cōtingat id quod iurauit esse verum. Quippe ex parte sua peierandi periculo se exposuit, & per accidens contigit esse verum. Sic *Valentia ibi.* Hæc autem negligentia pensanda est attenta rei iuratæ dignitate. Vt n. 10. diximus.

Tertia

15 Tertia conclusio. Periurium potest à mortali excusari ex perfectæ deliberationis defectu. Vt si quis ex lapsu linguæ iuret, id cuius veritatē nō sufficienter discussit, aut nō aduertens se iurare, aut nō aduertēs id quod iurauit esse falsum. Atque ita docent *D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 3. ad 2. & ibi Caietanus sine Syluest. verbo Iuramentum 2 q. 6. vers. 2. Nauar. & Valentia, & alij, num. præcedenti allegati*, & oēs. Quippè oēs ad periurium mortale petūt, vt quispiā, & se iurare, & id esse falsū, eiusve veritatem nō sufficienter esse discussam aduertat. Quia absq; ea aduertentia iurare aut nō, est actus humanus, aut est imperfectè talis. Quā autem id prouenit ex praua iurandi cōsuetudine, dicemus c. sequēti. Qui fitis autem dum initio iurare cœpit, non plenè aduertit, si in ipso iuramēti discursu aduertat esse mēdacium, & cum aduertit, nō cessat, est mortale. Quia tunc consulto rem falsam iurat. Et ita videtur tenere *Syluest. proxime allegatus*, ait enim peccare mortaliter iurātē ex ira, si aduertens esse falsum prosequitur.

16 Quarta conclusio. Iuramentū promissoriū est semper mortale ex defectu veritatis de præsenti, eo quod nō cōcordat vox externa cū intentione exequendæ rei promissæ animo; id est, quoties iurās nō habet animū seruandæ rei promissæ, siue ea licita, siue illicita, siue magna, siue parua sit; ob quamcūq; causam deficiat animus ille. Ratio est quod hæc veritate deficiens sit vere, & perfecte mendaciū. Cum iurans contra mentē eat, affirmans se facturum, quod facere minime putat. Hæc est certissima & illā affirmant *Syluester verbo Periuriū q. 1. & ibi firmiss. n. 2. Caietanus 2. 2. q. 89. art. 7. circa sol. tertiam ad 1. & q. 98. ar. 2. & 3. & in summa, verbo Periurium, capite 2. initio. & capite 3. initio. Sotus lib. 8. de iust. q. 1. art. 7. & q. 2. ar. 1. & 3. Nauar. summa c. 12. Hispanæ nu. 12. Latinæ nu. 13. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 7. puncto 2. concl. 2. Azor tom. 1. li. 11. inst. moral. c. 4. q. 1. Suarez eodē li. 3. c. 15. nu. 2. Sayro eodē lib. 5. c. 4. nu. 27. Leonardus lib. 2. de iustit. 42. dubio 4. num. 18.*

17 Hinc deducitur, primo similiter, esse mortale iurare rem animo dubio implendæ rei promissæ. Quia deficit similiter certa veritas. Sicut contingit, cum quis iuramento assertorio affirmat rem dubiam. Et ita fatentur omnes. Quare optime *Sotus lib. 8. de iust. quæst. 1. art. 7. in solutione ad* 1. ait exigi ad huius iuramenti veritatem, vt adsit animus firmus, & certus implendæ rei promissæ.

18 Secundo deducitur, peccare mortaliter, qui iuramento aliquid promisit, credens fore vt implere nequeat. Quia deficit veritas, cum non adsit firmus implendi animus. Ita *Host.* quem refert, & sequitur *Angelus verbo Iuramentum 5. nu. 31. Syluester verbo Iuramentum 4. q. 18. & 25. Abulensis c. 5. Math. q. 207. Nauar summa Latina, & Hispana c. 12. n. 22. Philiarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. li. 3. cap. 13. fine. Suarez tom. 2. de religione tractatu de iuramento, lib. 3. cap. 18. in fine. Azor tomo 1. lib. 11. instit. moral. cap. 5. q. 1.* Similiter est mortale, si non habebat probabilem credēdi causam fore, vt posset implere, sed leuiter id credidit; secus quā eam probabilem credendi causam habuit. Quia hāc certitudinem in iuramento assertorio desiderari diximus nu. 10. Et ita docent *Hostiensis, Abulensis, Angelus, & Sy. Suarez ibidem*. Et a fortiori erit mortale, quando dubitat, an possit, & debeat facere, quod iureiurando confirmat. *Syluest. verbo Periurium q. 1 fin.* Quare minus bene *Aragon 2. 2. q. 89. art. 3. fol. 1062. in quarto dicto*, ait iuramētum rei impossibilis esse veniale; quem etiam sequutus est *Sayro eodem lib. 5. c. 4. fine.*

19 Sicut autem nu. 5. diximus iuramenti hyperbolici assertorij veritatem nō esse pensandam iuxta sonum verborū, sed iuxta sensum hyperbolicum; ita iuramētum promissoriū hyperbolicum non est mendax, quātūis iuxta externum verborū sonum non sit animus illud implendi; si re vera adsit animus implendi iuxta sensū hyperbolicū. V. g. iurat quis alicui fore vt ipsum auri catena pendat, si aliquid bene exequatur, vulgo, *hazed esto bien, que yo os pesare a oro*; sufficit ad veritatem adesse animum satis superque soluendi. Id enim exaggeratio illa hyperbolica significat. At esset mendacium, si deesset animus copiosæ solutionis. Similiter minatur quis filio, famulo, aut seruo, fore vt ipsum interimat, ipsiue ossa cōstringat; satis est, & requiritur ad huius iuramenti veritatem, vt iurans animum habeat grauiter puniēdi. Qui est sensus illius hyperboles.

20 Similiter iuramenta præuenientium se honore, iurantiumq; non prius altero se per ianuam egressuros, & alia similia, vt vera sint, non necesse est habere firmum ac immobilem eam implendi animum, sed cōformem sensui, quem faciūt hæc verba, nempe, quod ad me attinet, vel quantum est in me, non prius egrediar. Quippe hunc esse legitimum horum verborum intellectum dicemus cap. 9. nu. 15.

21 Maior autem difficultas est, quādo iuramento promissorio sola veritas de futuro deficit, quia, nimirum adfuit animus adimplendi tempore iuramenti emissi, at postea res promissa non impletur. Et quidē quando illa materia est grauis, & de se sufficiens ad mortale, fatentur omnes esse mortale. At discordant, quando materia est leuis. Triplex est sententia, prima ait esse lethale, quæcunque sit materia promissionis, siue magna, siue parua, siue illa parua sit totalis, siue partialis materia iuramenti promissorij. Ratio huius est, quia huic iuramento deficit veritas quantumcumq; parua materia partialis non impleatur. Nā (vt n. 2. diximus) iuramentū verum promissorium duplicē veritatem exigit, alterā de præsenti, alteram vero de futuro. Sicut ergo quicunq. defectus in veritate de præsenti constituit culpā mortalem. Vt si quis iuret daturū se mille nūmos habens animū non integre dandi, sed in modica quātitate deficiēdi, lethaliter delinquere. Sic culpa lethalis erit quicūque defectus in veritate de futuro, etsi in re modica sit. Et cōfirmatur, quia ideo iuramentū assertorium, aut promissoriū, cui deficit veritas de p̄senti, est lethale in quauis materia, quia Deus vt testis falsus adducitur. At similiter, quando deficit plena de futuro veritas, iurans est causa, quantū est in se, vt Deus sit testis falsus. Quia Deus in iuramēto promissorio non solū adducitur vt testis veritatis præsentis, nempe, animi exequendi, sed etiā veritatis futuræ, id est, ipsiusmet executionis futuræ. Quod inde constat, quia alias iuramentū promissorium vt sic, nō esset vere, & proprie iuramentum. Cum nō adducatur Deus in testē futuræ promissionis. Quod est de iuramenti ratione. Hanc sententiā tenet, & latissime probat *Valentia secunda secundæ disputatione sexta, quæstione septima, puncto tertio, concl. 3.* cui fauet *Gabriel 3. dicto trigesimo nono, quæst. 2. art. secundo, conclusione quarta, & Caietanus in summa, verbo Periurium, capite secundo*, vbi absolute docent esse mortale non adimplere promissionē iui eiurādo firmatam. Eamdem expresse tenet *Leonardus libro secundo de iust. cap. 42. dubio 5. nu. 23.* & limitat nu. 24. nisi credatur fore vt alter facile condonet rem paruam sibi iuramēto promissam.

22 Secunda sententia distinguit, sic, si exigua illa materia omissa sit partialis; erit veniale; vt si quis iurans se daturum centum aureos, omittat dare asem. Secus si materia omissa sit totalis. Vt si quis iuramento asem promittat, reus erit culpæ lethalis, nō dando. Quia in priori casu nō violatur omnino iuramēti fides, sed in re minima; secus in posteriori. Et ideo hanc docent *Caietanus secunda secundæ quæstione octuagesima septima. articulo septimo, dubio primo, Nauarrus summa Hispana capite duodecimo, nu. decimo, et capite decimo octauo, num. 4. Couar. lib primo variarum capite primo, num. 2. versiculo secunda, ad finem. Philiarcus de officio sacerdotis tom. 1. p. 2. lib. tertio, capite tertio*, & hanc appellat tutiorem *Corduba summa quæstione cētesima octuagesima octaua*. Atque iuramentum promissorium in re etiam

leui

leui obligare ad mortale tenent etiam *Tabiena verbo Iurare, qu. 10. nu. 11. Armilla verbo iuramentum, nu. 12. Pedraza summa, præcepto 2. §. 5.* Et expresse tenēt eandem *Sayro in Claui regia. lib. 5. c. 4. nu. 18. vsque ad 31.*

23 Tertia sententia (cui tanquam probabiliori accedo) ait solam esse culpam venialem, etsi materia illa exigua sit totalis. Ad cuius probationem præmittendum est, non esse vere & proprie mendacium, nō implere promissionem recta implendi intentione factā, sed esse infidelitatem. Vt expresse docet D. *Tho. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 5. ibi: Qui aliquid promittit, si habet animū faciendi quod promittit, non mentitur. Quia non loquitur contra id, quod gerit in mēte. Si verò non faciat, quod promittit, tunc videtur infideliter agere, per hoc quod animū mutat.* Et id etiam constat: nam mentiri est intrinsece malum, ita vt nunquam liceat; at non implere id promissum, sæpe licet. Insuper quia etsi non implens promissionem possit dici causa vt postea reddatur falsa ea promissio, eo quod infideliter agat non implens, & ideo à veritatis perfectione aliquo modo deuiat; at vere non mentitur, probatur ergo hæc sentēna. Quia non implens eam promissionem iuramēto firmatā, & factam animo implendi, non mentitur, & proinde non affert Deum tāquam mendacij testem, sed est infidelis in re promissa sub diuina authoritate. Ergo longe diuersa est ratio veritatis primariæ petitæ in iuramento promissorio, nempe, vt tunc adsit intentio implendi, cuius defectus est mendacium, & afferre Deum tanquam testem mendacij: & veritatis secūdariæ, nempe, vt promissio impleatur, cuius defectus est sola infidelitas, & ita licet in defectu prioris veritatis nequeat dari paruitas materię, poterit vtique dari in defectu posterioris. Et confirmatur, quia dū homo affertur tanquā testis promissionis, inducitur solum vt attestetur de cōtractu præsenti & obligatione inde orta; at respectu executionis futuræ non adducitur in testē, sed vt pręster authoritatē per modū cuiusdā fideiussionis. Ergo quādo non impletur, non adducitur Deus tanquā testis mendacij. Tandem quia nō vtrāque veritatem esse eodē modo spectandam, inde constat. Nam in quauis materia, quātumuis mala, est mortale deesse primariam iuramenti veritatem (Vt diximus numero 16.) At quando materia est mala ēt venialiter, nulla est culpa defectus posterioris veritatis. Ergo hæc veritas non est independenter à materia promissa, spectanda, sicut in priori cōtingit; sed sicut quādo materia est mala, nullū est peccatū, ita erit solū veniale, quando materia est licita, sed leuis. Et ideo hāc sustinet D. *Antonin. 2. p. 1. 10. c. 4. §. 1. Angelus ver. Iuramentū. 5. nu. 41. Sylu. verb. Iuramentū 4. q. 1. fine, Sotus l. 8. de iust. q. 1. a. 7. dubio 1. Naua. mutans sententiā, in sum. Latina c. 12. nu. 10. & c. 18. nu. 7. Aragon 2. 2. q. 89. a. 3. fol. 1061. Azor tomo 1. inst. moralium, lib. 5 c. 27. q. 2. versic. Animaduertendū igitur est. in fine; & lib. 11. c. 5. q. 3. Enriquez lib. 5. de pœnitētia c. 20. nu. 4. in cōmento, litera M. Manuel 1. tomo summa in 2. editione, capite 192. nu. 5. Petrus de Ledesma 2. tom. summa, tractatu 11. c. 3. dubio 1. Emmanuel Sa summa verbo Iuramentū, nu. 7. Suarez. tom. 2. de religione, vbi de iuramēt. lib 3. c. 16. à nu. 9. vsq; in finē.* Et dicūt esse satis probabilē *Alcozer summa cap. 15. fol. 52. & Corduba summa q. 188. fine.*

24 An vero iurans rem exiguā quotidie faciēdam, & nunquā implet, peccet mortaliter, diximus lib. 1. cap. 4. à num. 10. Et alia multa ad hoc spectantia dicemus libro sequēti, in simili quæstione de voto rei modicę.

25 Hinc deducitur minus veram esse sententiam aliquorum iuris peritorū, quos refert, ac improbat. *Sarmiento lib. 1. selectarum cap. 3. nu. 4. & 5.* dicentium nullam obligationem superaddere iuramentum simplici promissioni; nec constringi plus fidem seruare, qui illam iuramento stabiliuit.

26 Quinta conclusio. Quādo deest iuramēto promissorio secūdus comes, qui est iustitia, spectāda est qualitas rei promissæ ad discernendam iuramēti culpam. Si. n. res promissa est lethalis, erit iuramentum lethale contra religionem ex iustitiæ defectu. Vt si quis se fornicaturum iuret, est peccatum lethale iuramenti male præstiti contra secundū Decalogi præceptū, pręter peccatum mortale propositi fornicandi. Rō est quia cum sic iurans teneatur sub mortali efficere contrariū, perinde est, ac si falsum iurasset. Deinde, qa magna Deo irrogatur iniuria afferendo Deum in testem faciendi aliquid contrarium eius legi. Sic docent *Sotus 3. d. 39. q. vnica, ar. 3. Sylu. verbo Iuramentū 1. q. 1. particula 6. & Iuramentum 2. q. 7. Caietanus 2. 2. q. 98. art. 2. paulo post principium, & in summa, verbo Periurium, c. 2. Sotus lib. 8. de iust. quæst. 2. art. 3. conclusione 3. Nauarrus summa c. 12. nu. 13. Couar. de pactis 1. p. §. 6. nu. 6. Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 7. puncto 3. col. 11. Azor tomo 1. l. 11. institut. moral. c. 5. q. 1. Sayro in Claui Regia, l. 5. c. 4. num. 35. Leonar. l. 2. de iustit. c. 42. dubio 4. nu. 18. Suarez. late huius rationem discutiens col. 3. c. 19. à nu. 9. & omnes.*

27 Hinc deducitur esse tunc culpā mortalem, siue adsit animus implendæ rei illius iuramento promissæ siue nō. Quippe in priori casu est culpa mortalis ob rōnem num. præcedenti dictam. In posteriori autem, quia est iuramētum mendax; iuxta dicta nu. 16. Et ita docent *Scotus, Caiet. eo. art. 1. Nauar. Azor n. præcedenti allegati.* Subdit *Nauar.* qn̄ adest animus exequendi, esse tūc duplex lethale, iuxta dicta num præcedenti. Quando autem deest animus, esse vnicum mortale periurium. (Sed an in hoc casu sit aliqn̄ duplex lethale, dicemus nu. 34.) Et idem docet *Suarez eodem c. 19. nu. 13.* Quare non placet, quod dicit *Suarez eodem tract. de iuram. lib. 2. c. 14. a. 5* nempè, quando est minus malum periurium quam mortale iuramēto promissum, tenere habere animū non implendi; sed non placet. Quia semper est maius peccatum habere animum implendi.

28 Sexta cōclusio. Iurans se admissurum rem venialem animo implendi peccat venialiter defectu iustitiæ præter illud veniale propositū peccandi venialiter, & ita erit duplec veniale. Quia nō grauis irreuerētia Dei est; & quāuis teneatur hic reddere falsum id iuramentum nō implendo illud, non tenetur ad id sub mortali, sed sub veniali. Ita *Syluest. verbo Iuramentum 4. q. 1. Caietanus vtroque loco, Sotus conclus. 5. Nauar. num. 15. Couar. Valētia, Suarez. nu. 3. Sayro, Leonar. Azor allegati n. 26.* Quamuis *Catharinus* (vt refert *ibi Couar.*) dicat ab hac opinione cauendum. Sed immerito id ait.

29 Implere autē id iuramentum rei venialis, eo quod sit iuramento promissa, dicunt aliqui esse mortale. Ita *Hugo, quem refert, & sequitur Angelus verbo Iuramentum 5. n. 2.* Et fauet *Sotus lib. 8. de iust. q. 1. art. 7. circa solutionem ad 2. versi. Ex his ergo,* vbi ait seruare iuramētum rei mortalis respiciendo iuramenti vinculum, vt scilicet, illi reuerētia seruetur, esse blasphemiam. Quia peccatum in Dei honorem offerretur. Quæ ratio similiter in culpa veniali locum habet. At contradicunt *Sylu. & Nauar. & Sayro nu. præcedenti relati.* Ducūtur, quod circūstantia hæc id peccatum leuius reddat. Cū executio illius venialis ex quadam iuramenti reuerentia proficiscatur. Sed quamuis verum sit esse solam culpam venialem, velle sic implere iuramentum, non ex errore in fide, sed ex quadam ignorantia vulgari; quia nō est maior culpa in illa quasi continuatione, & repetitione prioris culpæ, quam fuerit in iuramento præstando. At ea circūstantia non extenuat, sed aggrauat, priorem culpam. Quia pertinet ad superstitionē indebiti cultus Deo exhibiti. Item, quia volendo implere ratione prioris voluntatis impiæ in sic iurando. Ergo potius aggrauatur culpa. Et ita vtrūque docet *Suarez eodem c. 19. nu. 6. & 7.* Esset autem vera sententia *Angeli, & Soti,* quando rem mortalem, aut venialem iuramento promissam impleret iurans quasi id Deo placeret. Quippe nisi ignorantia excusaret, blasphemum esset offerre Deo peccatum, quasi ei placens.

30 Septima conclusio. Si quis iurer se facturum aliqoid contra consilia Euangelica, vt se non futurum religiosum, non erogaturum eleemosynam, quando ad eam non tenetur, est veniale defectu iustitiæ. Quoniam materia hæc nō est apta iuramenti; & est lenis irreuerentia vti diuino testimonio ad obligandum se ad nō seruanda consilia; cum Deus ea non præceperit. Ita docent *Caetanus vtroque loco, Sotus conclus. 5. Nau. nu. 26. Valentia, & Azor allegati nu. 26. Idem Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 7. circa solutionē ad 2. Armilla verbo Iuramētū n. 15. Suarez eo. lib. 3. c. 18. nu. 6. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 4. n. 36. Leonard. li. 2. de iust. c. 42. dub. 3. n. 17.* Quāuis contrarium doceant dicentes esse mortale *Abulens. capite 2. Mat. q. 301. Angelus verbo Iuramentū 5. nu. 3.* Quod etiam approbat *Syluest. verbo Iuramentum 2 q. 7.* quando res illa contra consilia esset grauis, vt non ingredi religionem. Sed communis, & vera sententia est, esse solam culpam venialem.

31 Octana conclusio. Iurare rem indifferentem est veniale defectu iustitiæ. Quod res indifferens nō sit apta iuramenti materia. *Ita Armilla verbo Periurium, nu. 3. Sotus lib. 8. de iustit. q. 2. art. 3. conclusione 5. Sayro eod. c. 4. num. 36.*

32 Ex his deducitur, minus malum esse iurare quempiam se facturum rem venialem, aut indifferentem, aut contra consilia, animo exequendi, quam absque eo animo. Quod in priori casu sit solum veniale. (Vt dixi quadruplici num. præcedenti.) At in posteriori est periurium mortale. (Vt num. 16. dixi.) At minus malum est iurare rem mortalē animo non exequendi, quam animo exequendi. Quia (vt numero 27. diximus) in priori euentu est vnica lethalis culpa, in posteriori autem duplex.

33 Nona conclusio. Defectus iustitiæ non in solo iuramento promissorio reperitur, sed etiam in assertorio. Quare iuxta aliquorum sententiā, quoties quis iuramento assertorio affirmat rem, in cuius assertione est culpa lethalis commissa, tunc eam asserendo est, præter illam culpā lethalem assertionis, alia culpa lethalis iuramenti defectu iustitiæ. Et si in assertione committitur culpa venialis, est alia venialis ratione iuramenti. Sicut in iuramento promissorio contingere diximus. Vt si quis absque iusta causa occultam grauē proximi infamiam detegat, eive mortalem contumeliam dicat, id iuramento asserens; aut iureiurādo proprium mortale crimen cum illius iactantia, aut delectatione referat; vltra peccatum lethale detractionis, contumeliæ, iactantiæ, delectationis, est mortale id iuramentum defectu iustitię, quale est promissorium rei iniquæ mortalis iuramentū. Ducuntur, quod grauem iniuriā hic Deo inferat asserendo eum in testem suæ malitiæ, & fractionis diuinæ legis. Secūdo, quia *D. Th. 2. 2. q. 89. ar. 3. ad 2. & ibi Caiet. statim in princ. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 7. puncto 3. col. 5. versi. Similiter iustitia,* dicunt defectum huius comitis reperiri quoque in iuramento assertorio, non ex parte rei iuratæ, sed ex parte causæ iurandi. Et clarius *Abulensis c. 20. Exodi, q. 8. paulo post mediū* vbi ait comitem iustitiæ desiderari quoque in iuramēto assertorio, nempè, vt iustum sit quod iuratur. Vnde ait iuramentū, quo crimen proximi occultum detegitur absq; iusta causa, esse illicitum defectu iustitiæ. Et clarius *Sotus lib. 8 de iust. q. 1. a. 3. col. 2. vers. De secūdo aūt, & Aragon 2. 2. q. 89. ar. 3 paulo post princip ū, in expositione secūdi comitis Petrus de Ledesma 2. tom. sum tract. 1 1. c. 2 dub. 4. Toledo lib. 4. sum. c. 21. nu. 19. fine,* vbi aiunt ad iuramenti assertorij honestatē exigi comitem iustitię, nec hunc solū attendi ex parte rei iuratæ, sed etiam ex parte causæ iurandi, ac proinde iniustum esse iuramentū, quoties illo detegitur iniustè crimē proximi. Adduntque *Sotus et Petrus à Ledesma,* non minus esse iniustum hoc iuramentū, quā cum res iniusta facienda promittitur iuramēto. *Et Toletus eo. cap. 21. nu. 11.* hoc peccatum esse mortale quando assertio iurata est mortalis, & veniale, quādo est venialis. Verum quamuis fateat eum iustitiæ comitem esse quoque necessarium in iuramento assertorio, vt prędicti Doctores asserunt. Et vltra illos tenent etiam *Sayro in claui regia, lib. 5. c. 4. n. 4. Suarez 2. de religione, tractatu de iuramento, lib. 1. c. 3. nu. 6. & lib. 3. c. 2 nu. 5. & cap. 12. n. 7. & 8.* At oprime addit hoc *n. 7. & 8.* eam malitiam super additam contra iuramenti iuste emittēdi religionem esse regulariter venialem, etsi aliūde in assertione peccetur mortaliter. Quod hic defectus non euacuet directè finem iuramenti, nec faciat Deum testem mendacij, sed rei prauæ, & indecentis; quod per se non est grauis iniuria. Item, quia considerata præcise iuramenti ratione, quæ est testificatio veritatis, videtur illi accidentarium narrari veritatem peccando, aut non peccando. Quare in hoc solo casu concludit esse mortale, quando iuramētum assumitur vt instrumentum illius peccati, id est, vt augeatur, & probabilior fiat infamia grauis proximi eo iuramento dicta. Quia est grauis iniuria assumi nomen Dei, vltra mortalem infamiæ culpam.

32 Hinc deducitur, aliquando in iuramento de futuro emisso absque animo implēdi reperiri quoque vltra id periurium, aliud peccatum mortale defectu comitis iustitię, quando nimirum, in assertione illius rei iuratæ est peccatum mortale aliud & adducitur iuramentum, vt id securius, & probabilius reddatur. Vt si quis alium afficiat contumelia mortali, iurans ei fore vt eum fustibus cædat, absque animo implendi, quia vltra periurium, & contumeliam, assumitur nomen Dei, vt instrumentum illius rei iniquæ; & ita erit distincta malitia mortalis contra religionem; iuxta dicta numero præcedenti.

35 Vltima conclusio. Iuramentum, cui deficit tertius comes, nempe, iudicium, quod attinet ad necessariā iurandi causam, & debitam reuerentiam, est sola venialis culpa. Quia non est grauis hæc irreuerentia, si quidem solius vanitatis, & superfluitatis peccatum est. *Ita Suarez eod. lib. 3. c. 12. n. 3. Sayro eod. cap. nu. 32. Leonardus eod. dubio 3. nu. 17. D. Antoninus 2. par. titu. 10. cap. 7. §. 1. Angelus verbo Iuramentum 3. nu. 7. Syluest. verbo Iuramentum 2 q. 8. Nauar. summa cap. 12. n. 3. & omnes.* Si autem desit iudicium ex parte inquisitionis necessariæ ad perpendēdum, an verum sit, necne, id quod iuratur, qualis culpa sit, diximus num. 14. & 15. & quando id ex praua consuetudine procedit, dicemus capite sequenti.

36 Demum tria obseruanda sunt, Primum est, nō esse necessarium distinctè fateri, quoties quis cum mendacio, & quoties cum dubio, & quoties de futuro cū animo non implēdi iurarit; sed satis esse fateri toties se falsum iurasse. Quia hæc omnia sunt iuramenta mendacia eiusdem rationis. Vt ex dictis numero 8. 16. & 17. constat. Sed oporter de his distinctè, & feorsum interrogare pœnitentes. Quia rari erunt, qui hęc iuramenta coniungere sciant.

37 Secundum est. Etsi multi graues authores, quos refert *Azor tom. 1. lib. 11 instit. mor al. c. 12. quæst. 6* censeant homicidium esse grauius periurio. Quod illud sit contra iustitiam; hoc vero contra religionem. Ex vltra eos id tenent relate disputata eo lib. 3. c. 3. n. 12. *Leonardus lib. 2. de iust. c. 42. dub. 14. nu. 75.* At probabilior sententia habet esse periurium grauius homicidio, & alijs peccatis quæ in proximum committuntur. Quippe periurium tēdit directè contra diuinum honorem. Atque ita tenet D. *Thom. quod lib. 1. art. 18. Abulensis c. 5. Mat. q. 302. & seq. Sotus lib. 8. de iustit. q. 2. ar. 3. & alij,* qoos refert, & sequitur *Azor ea q. 6. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 4. a n. 9.* Immo peccare magis periurum, quam parricidam, ait *Medina lib. 1. sum. c. 14. §. 5. fol. 83.* Quod non credo; & merito ait *Suarez eod. cap. 3. nu. 10.* esse incredibile.

38 Vltimum est. Peius est iurare verū per falsos deos,

quam

quam mendaciter per verum Deum. Quia illud pertinet ad idolatriam, & blasphemiam, quæ peior periurio est *teste D. Th.2.2.q.13.art.3. ad* 1. & ita sustinent *Sotus lib.8.de iustit.q.2.ar.3.conclusione prima, Couar.de pactis 2.p.§.1.n.10. & alijs* quos referunt & sequuntur *Suarez eod.c.3.nn.6. & to.1 de religione, tract.3.de religiositate, lib.1.c.6.n.15.Sayro eod.c.3.n.18. Azor tom.1.institutionum moral.lib 11.c.12.q.12.* Quare *D Aug.epist.154.*& refertur *c. Monet 22.q.1.* significans oppositum, intelligitur, (vt bene explicat *Azor ea q.12.*) quando Christianus iurat per falsos deos, qui eos falsos existimat, solo decipiendi animo, is enim si fidem non seruet, peccat decipiendo; at non est periurus. At iurans falsum est periurus, & sic grauius peccat. Vel secundo dic cum *Soto*, intelligi peius esse, non absolute, sed in ratione periurij. Nam iurare falsum per verum Deum est proprie periurium; at per falsos deos, est secundum quid; *teste D.Th.2.2.q.98.art.1.ad 2.*

CAPVT V.

De consuetudine iurandi, quando in statu peccati mortalis constituat, & efficiat, vt iuramenta indeliberata sint mortalia.

SVMMARIVM.

1 CVm hæc iuramenta indeliberata, solum possunt culpæ imputari ratione vitiosæ iurandi consuetudinis, in qua sola sunt voluntaria; culpa in illis reperta pendet ex culpa consuetudinis illius. Et ideo duplex est disputanda quæstio. Prior est de ipsius consuetudinis culpa. Posterior de culpa ipsorum.

2 Quæstio prior. Quando consuetudo iurandi constituat ea affectū in statu lethalis culpæ; ac proinde omissio eius euellendæ sit mortalis? Præmittendum est consuetudinem iurandi esse quadruplicem. Prima est passim iurandi, cum debita tamen aduertentia, vt iuretur verum, siue coniungatur illi consuetudo mentiendi absque iuramento, siue non. Secundo est, iurandi falsum aduertenter. Tertia, aduertendo ad iuramentum, non tamen ad veritatem, aut falsitatem rei iuratæ. Vltima quando ad neutrum aduertitur.

3 Secundo præmittendum est statum peccati mortalis dici tripliciter, nempe, vel dum quis est in actuali peccato mortali, vel habituali; eo quod mortalis admissi nondum pœnitentiam egerit; vel quando versatur in proxima, & mortali peccandi mortaliter occasione. Vt si domi retineat concubinam, vel cum commode restituere possit, id differat. Ita *Sotus de iuram. abusu c.12.& lib.8.de iust.q.2.ar.3.post 7.concl.versic.at fortasse.Petrus de Ledesma 2.tom. sum. tract.11.c.dubio 1. in solutione ad confirmationē 2.arg.Suarez to.2. de relig.tract.de iuram. lib.3.c.6 nu.3.* qui latius, & optime hoc explicat, aitque statum peccati mortalis hoc tertio modo dictum, esse medium inter duos priores. Quia ad hunc nō est opus tunc actu peccare, nec sat est permanere in mortali admisso, sed vltra perseuerantiam in eo addit deordinationem eius status, ita vt quoties homo se in eo esse aduertit, teneat ab eo recedere; vnde est quasi continuū peccatum externum; diciturque status peccati, quia ex vi illius semper actu peccat existens in illo, solumque interdum non peccat quod ad illum non aduertat. Et de hoc tertio statu modo est præsens quæstio an cōsuetudo iurandi in illo constituat. Nā si loquamur de statu peccati mortalis duplici priori modo, nil peculiare est de hac consuetudine; cum id alijs peccatis mortalibus nondum pœnitentia deletis commune sit.

4 Tertio præmittendum est, ipsam iurandi consuetudinem non esse per se peccatum distinctum ab ipsis iurādi actibus, ex quibus coalescit. Quia si loquamur de ipsa consuetudine formaliter, non est distinctum peccatum ab ipsius actibus, est enim ipsemet actus frequenter repetiti; *teste Arist.2. Ethicorum.* Si vero loquamur de cōsuetudine, id est, de effectu ipsius, qui est quidam iurandi habitus ex ipsa productus, quāuis hic sit vitiosus, eo quod ad malum inclinat, non tamen potest esse peccatum. Quod hoc in solo actu, eiusq; omissione reperiri possit. Ita docent *Sotus lib.8.de iust q.2.ar.3.cōcl. 7.de iuram.abusu c.12. Medina lib.1.sum.c.14.§.4. ad finem. Aragon.2.2.q.89.art.3.dub.vlt.concl.2. Azor tom.1. inst.moral.lib.11.c.3.q.3. Petrus de Ledesma 2. tom.sum. tract.11.c.2.dub.2.in solutionis ad 2. argu. Suarez eodem lib.3.c.6.n.1.Vega 2.1.sum.c 16.casu 15.*

5 Quamuis autem ea praua consuetudo non sit in se peccatum & omissio eius extirpandæ potest esse culpa lethalis, ratione periculi moralis, & proximi, cui exponit illa affectum incidendi in iuramenta mortalia, & sic potest illum constituere in statu peccati mortalis.

6 His præmissis difficultas huius quæstionis eo pertinet, vt explicetur, quando iurandi consuetudo dicatur proxima, & moralis occasio incidendi in iuramenta mortalia, ac proinde constituat ea affectum in statu peccati mortalis, atque omissio illius extirpandæ sit lethalis. Qua in re variæ sunt sententiæ. Prima ait, quamcūque iurandi consuetudinem esse huiusmodi, quamuis illa affectus non soleat mentiri. Hanc cum eius rōne tradit *Sotus de cauendo iuramentorū abusu c.12.* his verbis *Quāuis propositum cauendi à multiloquio, et ab alijs venialibus culpis non sit ad salutem necessarium, tamen propositum cauendi ab assuetudine iurandi illi etiam necessarium est, qui non est vitio mentiendi corruptus. Nam sicut multiloquio periculum conflatur mētiendi venialiter; ita in frequentatione iurandi periculum existit mentiendi cum iuramento; quod semper est mortale. At qui amat periculum, peribit in illo.* Idē vr̃ expresse tenere *Sayro in claui regia, lib.5.c.5. n.8.* ubi absolute docet habente consuetudinem iurandi, non esse absoluendos, tanquam constitutos in peccato mortali, nisi firmiter eam extirpare proponant.

7 Secunda sententia ait, huiusmodi esse cōsuetudinem iurandi coniunctam consuetudini mentiendi absq; iuramento; & ita quamuis sic assuetus curam habeat cauendi iuramenti falsi, ait eum esse in statu peccati lethalis, dum non curat consuetudinem hāc euellere. Quod quantūuis curet cauere mendax iuramentum, ea consuetudo & iurandi, & mentiendi absq; iuramento, constituet illum in morali, ac proximo periculo coniungēdi mendacia solita cum iuramento. Sic *Valentia 2.2. disp.6.q.7.punct.3.col.antepenultima, vers.Respondeo diiudicandum & columna penultima, vers.Ex alia vero parte, iuncto vers.praeced.Petrus de Ledesma 2.to.sum.tractatu 11.c.5.dub.5 dict.2.* Additq; *Valentia*, etsi ad vtrumque assuetus forte nō aduertat ad periurium, imputari ei illud ad culpam mortalem, ratione consuetudinis prædictæ. Nec obstat (inquit) eam consuetudinem iurandi sine necessitate esse solum venialem, & eadem sola culpa affici consuetudinem mendacij absque iuramento. Quia per accidens se habet ad id periurium

indeliberatum ex ea consuetudine secutum, vt consi e- rado sit secundum se venialis, nec enim est causa eius quatenus secundum se est venialis, sed quatenus est cõsuetudo iurandi plene voluntaria, vnde si effectus ex illa vt plene voluntaria secutus, sit ex genere suo mortale, quale est periurium erit mortalis; quando quidẽ est voluntarius in causa perfecte voluntaria, & cõsequenter ex hac parte est mortalis omissio euellendæ eius cõsuetudinis. Immo idem ait *Petrus de Ledesm. ibidem* de iuramento vero dicto inaduertenter, an res iurata sit vera.

8 Tertia sententia ait, huiusmodi consuetudinem esse, quando est iurandi, aduertendo ad iuramentum, non tamen aduertendo ad veritatem, vel falsitatem rei iuratæ, secus autem, quando ad neutrum aduertitur, sed omissio iuramenti plenam rationis aduertentiam antevertit. Quod non sit in hominis potestate motus primo primos coercere, nec teneatur sub mortali ad secundo primos coercendos, ac proinde id iuramentũ ex motu primo consurgens, nulli imputabitur culpæ, quod si ex secundo primo, soli veniali. Ita tradit *Azor tom. 1. instit. moral. l. 11. c. 4. q. 1.*

9 Prima tamen conclusio sit. Consuetudo iurandi cum aduertentia debita ad rei iuratæ veritatem, non constituit in statu peccati mortalis, nec omissio eius extirpãdæ est lethalis. Hæc est contra primam sententiam numero sexto relatam. Probatur, quia (vt optime aiunt *Scotus 3. d. 39. q. vnica, art. 1. paulo ante vers. Videtur ergo, & ibi Gabriel q. 2. artic. 1. notabili 2. Sayro in Claui Regia lib. 5. cap. 5 n. 7*) cum habitus totam suam malitiam desumat ex actibus, ex quibus generatur, nequit grauiorem habere, quam ipsi actus. At actus iurandi, ex quibus hæc consuetudo consurgit, sunt veniales, cum illis solus iudicij comes, quo ad necessitatem & reuerentiã, deficiat Ergo ea consuetudo venialis erit, ac in solo statu veniali constituet. Secundo, quia cum adsit debita vere iurandi cura, ea non constituit in mortali, ac proximo peierandi periculo, sed in solo iurandi absque necessitate, & reuerentia quod veniale est. At periculum proximum incidendi in venialia, sub solo veniali cauendum est, & in solo veniali statu constituit. Et confirmatur, quia etsi quandoque ea consuetudo præcipitat ad iuramentum indeliberatum, & absq; plena veritatis aduertentia, immo & ipsius iuramenti, non censebitur causa moralis eius inaduertentiæ, cũ potius sit consuetudo aduertendi; atq; adeo ea inaduertentia nõ reputabitur voluntaria in sua causa, sed naturalis, qualis solet esset in non assuetis ad iurandum. Tandem, quia etsi aliquando pertrahat ad periurium mortale, non dicitur proximũ, & mortale peierandi periculũ. Quippe (vt probaui libro primo huius tractatus capite octauo, numero primo,) hoc est, quod vel ex suo genere est tale, vt frequenter inducat homines similis cõditionis ad tale peccatum; vel experientia constet in hoc homine habere frequenter talẽ effectum. At huiusmodi consuetudo neutrius generis est. Nec enim curam habẽtes iuramenti reuerentiam, cauendæ eius falsitatis, solẽt frequenter peierare, etsi iuramentis assueti sint: nec id experimento constat. Et hanc tenent *Medina l. 1. summa cap. 14 § ad finem Ludouicus Lopez 1. p. instructorij conscientiæ c. 25. columna antepenultima versic. Postremo dicimus, & capite quadragesimosecundo, columna 3. vers. Sed nec alioquin. Suarez tom. 2. de religione, tractatu de iuramento, lib. 3. c. 6. num. 4. & 5. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 11. cap. 7. dubio 1. in solutione confirmationis secundi argumenti, & c. 5. dubio 4. paulo post principium, & dubio 5. dicto vltimo. Valentia 2. 2. disputatione 6. q. 7. puncto 3. columna antepenultima, versic. Respondeo dijudicandum. Manuel 1. tomo summa, in 2. editione c. 192. n. 11. Vega 2. tomo summæ c. 16. casu 12.*

10 Secunda conclusio. Idem prorsus est dicendum, quã consuetudini iurandi aduertenter & cauendo periuria, adiungitur cõsuetudo mentiendi absque iuramento. Hæc est contra secundam sententiam numero septimo relatam. Ducor, quod militẽnt oẽs rationẽs adductæ numero præcedenti, cum vtraque cõsuetudo sit solum venialis, nec frequenter pertrahat ad iuramẽtum mortale. Quod si aliquando contingat sic assuetum prorumpere ex illa cõsuetudine in iuramentum absq; aduertentia veritatis, cum id non sit in se voluntarium, sed in sua causa, nequit grauior culpa esse, quam illa, quæ quidem venialis est. Hanc videtur tenere *Suarez eodem lib. 3. c. 6. n. 2.* nam tractans de habenti consuetudinem iurandi, cum debita aduertentia ad vitandum periurium, ait parum referre ad præsens, si assuetus sic iurare, soleat absque iuramento mentiri.

11 Tertia conclusio. Quando est consuetudo iurandi aduertenter & indiscriminatim, siue verum, siue falsum constituit ea affectum in statu peccati mortalis, & omissio eius extirpandę est lethalis. Quod pertrahat ad frequentissima mortalia periuria, & ad iuramenta inaduertenter prolata. Et ita docent *Suarez eodem c. 6. n. 6. & 8. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 11. c. 5. dubio quarto paulo post principium. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 7. puncto 3. co- lũna antepenultima, versic. Respondeo diiudicandum, & col. penult. vers. Vtrum vero. Vega 2. to. summæ c. 16. casu 14.*

12 Addit *Vega ibi* sic assuetum peccare mortaliter, etsi verum iuret. Quod caute intelligendum est: si enim intelligit de iuramento inaduertẽter dicto, id verum est. Si autem inaduertenter verum iuret neutiquam peccabit mortaliter. Quia illi iuramento solus iudicij comes deest, quatenus claudit necessitatem, & reuerentiam, cuius defectus est sola venialis culpa. Præterea quia ea consuetudo non inducit ad hunc actum, sed tantum se habet concomitanter cum illo. Ergo non efficit vt sit mortalis. Quod docet *Suarez eo. c. 6 n. 6.*

13 Quarta conclusio. Quando est consuetudo iurandi inaduertenter circa rei iuratæ veritatem, constituit sic assuetum in statu peccati mortalis, & tenetur sub lethali eam extirpare. Quia eum proximo, & mortali periuriorum periculo exponit. Cum enim non soleat aduertere, an verum, an falsum iuret, sepæ falsum inaduertenter iurabit: quod si id, quod sic iurat, contingat esse verum, id casu accidet, & præter iurantis opinionem: cum ille iurandi vsus sit æque veritati, ac falsitati expositus. Et ita docent *Aragon 2. 2. q. 89. art. 3. dubio vltimo, in 3. conclusione. Suarez eodem c. 6. nu. 9 Petrus de Ledesma eodem c. 5. dubio 4. paulo post principium Azor to. 1. instit. moral. lib. 11. c. 3. q. 2.*

14 Vltima conclusio. Idem prorsus quod in præcedenti conclusione, est dicendum, quando consuetudo est iurandi absque aduertentia an iuretur, nec ne. Hæc est contra tertiam sententiam numero octauo relatam, Quod nil discriminis sit inter inaduertentiam ad iuramentum, & ad ipsius veritatem: cum vtraque sit æque voluntaria in sua causa, nempe, in consuetudine iurandi inaduertenter: & vtraque æquali periculo incidẽdi in periuria exponat, & vtrique casu accidat veritatis rei iuratæ. Et Ita *Suarez eodem lib. 3. c. 8. n. 1.* est aperte huius sententiæ, vbi vt imputentur culpę mortali iuramẽta inaduertenter emissa, æquiparat consuetudinem inaduertentię circa ipsa iuramenta, & circa rei iuratę veritatem.

15 Hinc deducitur primo, iurantem ex consuetudine, quam sub mortali corrigere tenetur, nec curantem corrigere, peccare mortali omissionis peccato, & tenendo iuramenta inaduertenter dicta procedentia ex ea consuetudine esse in se mortalia, vt tenet sententia referenda, num. 14. est dicendum hoc peccatum esse peculiare vltra illa. Et ita docent *Valentia 2. 2. disputatione 6. q. 7. puncto 3. columna penult. versic. Sed aduertendum et Sayro in Claui Regia, lib. 5. c. 5. n. 10. fine.* qui tenent illã sententiam.

16 Secundo deducitur, quando neganda sit absolutio affectis prædicta iurandi consuetudine. Quod tantum

contin-

contingit, quãdo ea est iuxta dicta, mortalis, nec est firmum eius corrigendæ propositum: sicut contingit in alijs peccatis mortalibus. Quod multo fortius est in hac consuetudine obseruandũ, eo quod quasi alteram naturam trãseat, & cõsistat io peccato oris, quod facilius committitur, & difficilius euellitur. At existenti eo proposito non est deneganda absolutio, & circa illud est habẽda fides ipsi pęnitenti, sicut in alijs, quę pro se, & contra se dicit. Tenetur quoque vt absolutionis capax sit, externas occasiones, quæ morale, ac proximum illius consuetudinis iurandi periculũ illi asserũt, euitare, si id absque magno incõmodo possit. Sicut de alijs proximis peccãdi occasionibus tradunt Doctor. communiter. Et hæc omnia docet *Suarez. eo. lib. 3. c. 8. n. vlti.* Et satis clare indicant *Sotus lib. 8. de iust. q. 1. art. 3. post 7 cõcl. vers. At fortasse. & de iuramẽtorũ abusu. c. 12.* tradens tunc statum huius peccati cessare, quãdo hic proponit firmiter emendã, & aufert occasiones. Et *Valētia 2. 2. disputatione 6 q 7. puncto 3. col. pen. vers. Ab hoc tamen peccato, & Sayro in claui regia li. 5. c. 5 nu. 10. fine,* vbi docẽt ab hoc peccato tũc quẽpiam desistere, quãdo dolet de peccatis, & de mala cõsuetudine præterita & proponit fore, vt ab illa desistat: atq; ita eadẽ pęnitentia liberari peccatis commissionis vsurpandi male iuramenta, quæ ex ea consuetudine pullularũt & peccato omissionis, in quo heræbat. quãdiu non curabat à se eam prauam consuetudinem abolere.

17 Quod si sæpe proposuit emendã, nec id fecit, dubiũ est an teneatur pęnitens ad aliquam pęnam, vel remediũ acceptanda iudicio cõfessoris, qualia sũt frequentius fateri, aliquam breuem orationẽ recitare, aliquẽ eleemosynã largiri, pro singulis iuramẽtis temerarijs, aut alia huiusmodi. Affirmat *Suarez. eo. n. 8.* nullamque rationẽ affert. At melius *Sotus de iuramẽtorũ abusu ca. 12.* absolute & indistincte ait non teneri in rigore pęnã aliquam acceptare, si in ea temeraria iuramẽta reinciderit, quamuis id cõsilium saluberrimũ sit. Quia alijs peccatis id imponi nequit, nec iure aliquo probatur id speciale esse in hac consuetudine.

18 Tandem potest dubitari, an affecto hac praua mortali iurandi consuetudine, sit absolutio differẽda. Quidam affirmant, quando sæpe fassus eã non corrigit, secus quando bis, vel ter. Ita docent *Metina lib 1. summa c. 14. §. 4. Vega 2. tom. summa c. 16. casu 14. fine. Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij conscientiæ c. 25. col. antepen. vers. Postremo dicemus. Manuel 1. tomo summæ. in 2. editione c. 192. nu. 11.* Atque id esse interdũ saluberrimum consilium tradũt *Sayro in claui regia, lib. 5. c. 5. n. 8. Et Suarez eo. li. 3. c. 8. fine:* qui addit non esse in hoc scrupulose procedendum, nec. n. oportet confessorem iudicare fore vt pęnitens non reincidat, sed satis illi est vt, iudicet in præsenti eum tali proposito affectũ esse, & facere quod moraliter põt vt efficax sit. At in hoc est omnino dicendum, quod de habẽti blasphemandi cõsuetudinem diximus lib. præced. c. 32. nu. 45. vbi etiã retulimus quod circa hoc sentit *Azor.* Immo mitius se debet in hoc habere confessarius, cum minus iniqua sit hæc consuetudo, quam blasphemandi.

SVMMARIVM.

An iuramenta indeliberata imputentur assueto iurare, qui consuetudinem interrupit? nu. 19.

An omnia iuramenta profecta ex consuetudine iurandi male, sint mortalia? n. 20.

An differant iurantes ex consuetudine aut sine illa quãdo eorum iuramentis adsunt tres comites, aut quãdo aduertenter iurantibus deficit aliquis illorum? n. 21.

An iuramentum indeliberatum habentis vsum iurandi, nec ab eo vsu procedens, sit mortale? n. 22.

An satis sit vt imputetur culpæ id iuramentum falsum, fore vt aduertens sic iuraret? n. 32.

An iuramenta indeliberata procedentia ex mortali male iurandi vsus, sint mortalia? Refertur quædam sententia à n. 24. vsque ad 27.

Explicatur sententia Authoris n. 28. 29. & 30.

An ratione consuetudinis consurgat plena deliberatio breuiori tempore, aut ratione veritatis valde patentis possint excusari iuramenta indeliberata? n. 31.

In quo actu consuetudinis censeatur illa inducta, vt ex tunc sit obligatio eius extirpandæ, & iuramenta indeliberata censeantur culpabilia in illa? n. 32.

Qualiter ea consuetudo, & iuramenta indeliberata inde sequuta sint fatenda? n. 33.

An lata excommunicatione in periuria, ijs vt reseruatis, claudãtur indeliberata procedentia ex ea consuetud. n. 34.

19 Quæstio posterior. Quando iuramenta incauta, id est, absq; plena veritatis indagine deliberatione, reddantur mortalia ratione prauæ iurandi cõsuetudinis, qualia non essent in carentibus ea cõsuetudine. Quia in re præmissis tribus, quæ certa videntur, descẽdemus ad principalẽ difficultatem. Primũ est, qualiscunq; sit consuetudo, si ea interrumpantur per efficax emendæ propositum, (sic. n. interrumpi constat ex dictis n. 16.) nõ aliter imputabuntur culpæ iuramenta deinceps inaduertenter emissa, habenti prædictã consuetudinẽ, q̃ illã nõ habenti. Quippe cum causa iam sit interrupta, nõ censebuntur ea iuramenta esse volũtaria in ea, sed ea inaduertẽtia erit naturalis, qualis esse solet in carẽtibus ea consuetudine: & quamuis in eam habenti sit frequentior hæc inaduertẽtia ex habitu priori relicto ex cõsuetudine, reputabitur hic habitus quasi naturalis, cum non sit in hominis potestate illum statim eradicare, sed contrarijs actibus, contrariaque cõsuetudine est paulatim euellendus. Atque ita docent *Gabriel. 3. d. 39. q. 2. art. 1. concl. 1. fratres Franciscus de Victoria, & Didacus de Victoria ex sacra Dominicorum familia, in quibusdam propositionibus, quas typis mandarunt inter regulas confraternitatis nominis Iesu,* Quas refert *Sotus de cauendo iuramentorum abusu c. 12. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij conscientiæ cap. 42. col. 3. vers. Quanquam cõiter. Manuel 1. tomo sum. in 2. edit. c. 191. n. 12. Petrus de Led. 2. to. sum. tract. 11. c. 5. dubio 4. d. 3. Suarez. to. 2. de relig. tract. de iur. li. 3. c. 6. n. 8* Et loquens de blasphemandi consuetudine docet idem *Toledo li. 4. sum. c. 13. n. 7.* Intelligo autem de interruptione consuetudinis, aut passim iurandi, aut iurandi absq; debita veritatis discussione. Quia vtralibet consuetudo interrumpatur, inaduerteotia illa erit inuoluntaria: cum vtramque ad statum peccati mortalis necessariam esse constet ex dictis n. 9. & 10. iuncto n. 13.

20 Secundum est, quamuis quidã, quos tacito nomine refert *Sotus li. 8. de iust. q. 2. art. 3. paulo ante sept. conclus.* asserunt omnia iurameota, & vera. & falsa, ꝓfecta ex praua iurandi cõsuetudioe, esse lethalia. Quia eis nequit adesse tertius iurãdi comes, qui est iudiciũ, atque adeo si tũc iuretur verũ, id accidit materialiter, & pręter iurantis intentionẽ. At certissimũ reputo nõ omne id iuramentũ esse illicitum. Quia põt fieri, vt adsit triplex iuramenti comes, & proinde id iuramentũ omni culpa careat: nec cõsuetudo praua legitimã bene iurãdi potestatẽ aufert. Quamobrẽ consuetudo iurãdi nõ mutat iuramẽti naturã, nec illud aggrauat, aut reddit illicitũ, nisi eatenus solũ, quatenus cum illa cõiungitur defectus alicuius comitis iuramenti neq; solius cõsuetudinis est per se, & formaliter. habenda ratio ad cognoscendum illicitum iuramentum, sed defectus etiã illorum comitum. Atq; ita tanquam certum docent *Sotus eo. art. 3. conclus. 7. & de iuramentorum abusu c. 12. Valentia 2. 2. disput. 6 q. 7. puncto 3. col. antepult. vers. Ex his autem, Aragon. 2. 2. q. 89. art. 3. dubio vlt. conclus. 2. Petrus de Ledes. 2. to. sum. tract. 11. c. 2. dubio 2. in solutione confirmationis 2. argu. & c. 5. dubio 4. dicto 1. Sayro in claui regia l. 5. c. 5. nu. 8.*

21 Hinc deducitur nil discriminis esse inter iurantẽ ex

praua

praua cõsuetudine, & absq; illa, quando nullus ex triplici iuramenti comite deficit, sed in vtroq; id erit licitum, Quod fatentur vniuersi Doctores nu.ine. præced. allegati. Nec etiã est inter eos discrimen, quãdo vterq; aduertit se iurare, & veritatẽ, aut falsitatẽ, rei iuratæ; at deficit aliquis iuramenti comes, Sed vterq; peccabit mortaliter, si veritas, aut iustitia in materia graui deficiant, & solũ venialiter, deficientibus solis iustitia in re veniali necessitate, & reuerẽtia. Quia cũ hoc iuramẽtum non procedat ex illa iurãdi consuetudine, illa nec accusat, nec excusat, sed solũ per accidens, & concomitanter se habet ad id iuramentũ. Quare grauitas malitiæ illius in vtroque est spectãda ex comite, qui in eo iuramento deficit. Et ita docent: *Sotus eo. art. 3. concl. 7. Aragon ea concl. 2. Per. de Ledes. vtroq; loco alleg. n. pced.*

22 Vltimum est, potest cõtingere vt iuramentũ inaduertenter dictum in habente prauam iurandi consuetudinem, nõ ex illa proficiscatur, sed aut ex repentino iræ impetu, aut ex nimia ad rem affectione, vt contingere solet in non assueto iuramentis: ac proinde tunc nec consuetudo accusabit, nec excusabit, sed idem erit de eo dicendũ, quod de iuramento dicto inaduertenter à non habente consuetudinem. Quia cum consuetudo non sit cã inaduertentiæ, non potest dici voluntaria in illa. Atque ita docent *Sotus eodem art. 3. concl. 7. & de iuramentorũ abusu c. 12. Alcozer in sum. c. 15 fol. 50. pag. 1. vers. Iurar alguna cosa. Suarez* dicens esse certum *to. 1. de relig tractat. de iuram. lib. 3. c. 7. nu. 6. Per. de Ledes. eo. c. 5. & dubio 5. dicto 2.*

23 Sed quidam culpam mortalem in hoc inueniunt, eo quod ratione illius prauę cõsuetudinis ita affectus sit, vt si aduerteret id iuramentum esse falsum, nõ desisteret ab illo, Atq; ita videtur expresse tenere *Caietanus 2. 2. quæst. 98. art. 4. fine* hanc enim reddit rationem, cur inaduertentia non excuset à periurio assuetum iurare, quia (inquit) si aduerteret, similiter peieraret. Et tenet expresse *Naur. sum. Latina, & Hispana c. 12. num. 6. Toledo l. 4. sum. c. 22. n. 8. fi. Sayro i clauis regia l. 5. c. 4. n. 17.* Atq; loquentes de blasphemia docent idẽ *Caiet. sum. verbo Blaspemia. & Nauar. sum. in cap. 12. n. 84.* vbi dicunt blasphemiã inaduertenter dictã excusari à mortali, nisi non aduertens ita dispositus esset, vt aduertendo similiter blasphemaret. Sed hanc doctrinã iure optimo reprobãt alij. Quia cum ea dispositio sit solũ ꝓclinitas ad peccandũ, nec sit actus, nequit esse peccatum. Et vt recte ait *D. August. contra semi Pelagianos*, nõ imputat Deus nobis quod faceremus, si hoc, vel illud occurreret, sed quod actu facimus. Sic *Sotus li. 8. de iustitia q. 2. art. 3. an insolutione ad 3. vers. Vnum autẽ. & de iuramentorũ abusu c. 12. Manuel 1. to. sum. in 2. editione c. 191. fi. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 7. puncto 3. paulo ante finem, Suarez eo. lib. 3. c. 7. nu. 5. Petrus de Ledesma. 2. to. sum. tract. 11. c. 5. dub. 4. vers. Lo tercero se prueua.*

24 Punctus autem difficultatis in eo versatur, an iuramenta hæc indeliberata sint mortalia, quando procedunt tanquam à causa ex mala iurandi consuetudine adhuc durante. Duplex est sententia. Prior ait ea esse lethalia. Ducitur, quod si ea iuramẽta sint falsa, sunt ex se lathalia, & ex ea sola inaduertentia debẽt excusari. At ea non excusat, vtpote quæ manat ex notabili non corrigendæ eius consuetudinis negligentia: & ideo est præuisa, & voluntaria in sua causa. Sicut peccata commissa in ebrietate nõ liberantur culpa lethali, defectu liberi arbitrij, quando ante ebrietatem sunt præuisa, nec curatum est ea vitare. eo quod tunc sint volũtaria in sua causa. Quod si ea iuramenta sint vera, probatur adhuc ea esse lethalia. Quia ad euadendam lethalem culpam, nõ satis est iurare, quod in se verum est, immo id nihil prorsus ad rem confert, sed oportet vt iurans prudenti discussione præmissa id verum existimet. (Vt diximus c. præc. n. 10.) At hic inaduertenter iurãs non discutit sui iuramenti veritatem, sed per accidens omnino illi est, id esse verum. Quippe ille iurandi modus ęque expositus veritati, & falsitati est. Nec illa inaduertentia excusat, vt probaui. Ergo hic ęque delinquit lethaliter, ac si inaduertenter iuraret nõ perpendens an id quod iurat, sit verum, necne. Insuper id probatur ex *D. Aug. l. contra mendaciũ c. 15.* vbi ait ex iurandi consuetudine incurri periurium: & ex *D. Chrys. homil. 24. ad populũ*, vbi ait apertum esse, vt necessario multũ iurans incidat in periurium: nec esse idoneã excusationem causari consuetudinẽ. Et ex *D. Isid. li. 2. synonym. c. 10.* ibi: *Assiduitas iurandi periuriã facit*. Et *li. 2. de summo bono c. 31.* ibi: *Deum vsum iurandi facimus, periurij crimen incurrimus*. Et ex *D. Bernardo li. de modo bene viuendi sermone 32.* ibi: *Vsus iurãdi ducit hominẽ ad periuriũ*. Huius sententiæ sunt *fratres Franciscus de Vict. & Did. de Vict. relati n. 19. Alcozer sum. c. 15. fol. 50. pag. 1. vers. Iurar. alguna cosa. & pag. 2. vers. Assi mismo se note. Medina lib. 1. sum. c. 14. §. 4. ad finem. Azor to. 1. institut. moral. li. 11. c. 3. q. 3. Manuel 1. to. sum. in 2. editione c. 192. n. 11. Pet. de Ledes. 1. to. sum. tract. 11. c. 5. dub. 4. dicto 2. & dub. 5. dicto 3. Lud. Lopez allegãs F. Ioannẽ de la Peña 1. p. instructorij conscientia c. 42. col. 3. vers. Quanquã communiter. & duplici sequenti*. Atque quando iuramentum inaduertenter dictum est falsum, tenet clare. *Gabr. 3. dist. 39. q. 2. artic. 2. concl. 1.* vbi dicens nullum periurium ex indeliberatione procedens esse mortale, addit id intelligi de formali, & interpretatiua: quia iurãtes (inquit) in singulis fere verbis ex pessimo vsu, nullamque apponentes diligentiam ad eum reuocandũ, non semper excusantur. Et *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 3. fine. & Nau. sum. Latina, & Hispana c. 12. num. 6. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 7. puncto 3. paulo ante fin. vers. Hinc sequitur, Sayro in clauis regia, lib. 5. n.* n. Vbi dicunt eũ qui propter malum iurandi vsum, tam vera, quam falsa iurat aliquãdo inaduertenter falsum, peccare mortaliter in hoc iuramento. Idem tenet *Caietan. 2. 2. q. 88. art. 1. in dubio quod mouet circa primam conditionem ad votum requisitam ante versiculum, Ad obiecta autem in oppositum*, vbi ait iurantem ex malo vsu reum esse periurij in omni iuramento falso. Et in *summa, verbo Periuriũ, c. 1. & ibi Armilla, n. 1.* vbi dicunt inaduertentiã excusare à periurio, nisi actus redeat in naturã suæ formæ. At hoc contingit quando quis non intendens, iurare falsum, non opponit curam vitandi periurij. Idem tenet *Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 1. difficultate 3. concl. 2. vers. Hinc quis iurãdi*, vbi ait deliberationem virtualem, seu debitam procedentem ex malo iurandi vsu, satis esse ad mortale periurium. Et loquens de blasphemia tenet *Toledo lib. 4. sum. c. 13. n. 7.* dicitq; esse blasphemiã mortalem dictã inaduertenter ab assueto blasphemare, nec curanti consuetudinem extirpare.

25 Quidam ex his authoribus hoc extendunt, vt etiam procedat quando consuetudo est iurandi aduertendo ad rei iuratæ veritatem, & cauẽdo periurium, si simul cum consuetudine iurandi sit consuetudo mentiendi absque iuramento. Ita tradunt *Valentia, & Petrus de Ledes. allegati n. 7.* innitentes sententiæ, quã ibi ex ipsis retulimus.

26 Alij extendunt ad consuetudinem iurandi indiscriminatim, & inaduertẽter, siue verum, siue falsum. Sic clare sentiunt *Caiet. Nau. Valentia, Sayro*, quatenus, vt ex eis retuli nu. 24. dicunt absolute habentem consuetudinem iurandi, tam vere quam falso non excusari à periurio inaduertenter dicto.

27 Tandem alij limitant, vt intelligatur quando cõsuetudo inaduertentiæ iuramentis est non solum circa rei iuratæ veritatem, sed etiam circa iuramenti emissionem. Ita *Azor citatus n. 8.* innixus sententiæ, quam ibi ex ipso retuli.

28 Posterior sententia (cui tanquam probabiliori, accedo,) ait iuramẽta prolata sine aduertentia formali, & per se sufficienti ad peccatũ mortale, non esse in se nouum, ac proprium, & speciale peccatum, propter solã iurandi consuetudinem, qualiscunque sit illa, & non-

dum

dum sit retracta, sed totam malitiam esse in sua causa: atque ita vt sint peccata lethalia, exigi talem aduertentiam, qualis est necessaria in homine non sic ad iurandum assueto. Probatur, quia nullũ potest esse peccatum, nisi sit directè, aut indirectè voluntariũ. At ea iuramẽta carentia deliberatione necessaria ad culpã cõtrahendam, neutro modo sunt volũtaria. Ergo nõ sunt peccata. Probatur minor, in primis nõ sunt directè voluntaria: vt ex se patet, eo quod illa inaduertentia fuit in se inuincibilis, vt supponimus, nã si esset vincibilis, minime excusaret etiam iuramentis non assuetum. At nec esse indirectè voluntaria, inde probatur. Quia indirectè volitũ petit, vt quis possit, & teneatur vitare. At illo tempore quo quis ex illa inaduertentia iurat, nõ potest vitare, cum illa inaduertentia sit tunc inuincibilis: ob cõsuetudinem enim nõ est homo potentior ad aduertendũ, sed æque naturaliter rapitur, & æque deest illi medium, quo tũc applicetur ad aduertendum. Secundò, quia peccata ex ignorãtia initio culpabili consurgẽtia, & præuisa in sua causa, sicut cõtingit in peccatis ebriorũ præuisis ab eis ante ebrietatẽ, nulla noua malitia afficiuntur, nisi iuxta aliquos denominatione extrinseca denominantur mala ex suæ causæ malitia, quæ denominatio, dato id esse verum (alij enim eã negant) nil confert ad præsens: sed tota malitia est in sua causa. (Vt probauimus l. 1. huius tractatus cap. 16. nu. 45.) eo quod eatenus malitiã participãt, quatenus volũtaria sunt, ac proinde cum in sola sua causa sint volũtaria, solam illius malitiam participant. Sed hæc iuramenta inaduertenter dicta ab assuetis iurare, nõ sunt in se voluntaria; sed in sua causa, nẽpe praua consuetudine nõ eradicata, in qua præuidentur. Ergo nullã participant culpam propriã, & specialem, sed tota est in sua causa. Et ideo pro hac sententia sunt *D. Thomas 2. 2. quæst. 98. artic. 3. ad 2. Durandus 3. dist. 39. q. 5. nu. 6. Ricardus ibi, artic. 3 q. 2. Paludanus q. 2. art. 1. Guilielmus Rubien q. 2. art. 2. cõcl. 1.* quatenus absolute tradunt iuramenta inaduertẽter prolata esse libera à culpa. Et *D. Bonauẽtura 3. d. 39. ar. 1. q. 3. n. 21. & 24.* quatenus ait esse veniale, quãdo quis ex praua consuetudine iurat, non attendens quem in uocet, & ad quid. Et *Maior in 3. d. 39. q. art. 4. statim in principio. in tertia conclusione*, vbi expresse ait nullum periurium indeliberatum esse mortale. Et paulo inferius in secunda probatione eius cõclusionis, vbi eam probat, quia alias (inquit) homo affectus habitu iurandi, toties peccaret, quoties in actum periurij ex habitu prorumperet. Quod cum inferat tanquam absurdum, est manifeste in contraria sententia. Et in solutione ad secundum contra tertiam conclusionẽ, vbi ait assuetũ iurare posse nõ peccare, vt quando iurat ex motu, qui est primo primus, & venialiter, quando aduertit ad id quod iurat, sed ex habitu retento iurãdi, ex actuali inaduertẽtia id iuramento cõfirmat, quod nõ debet. Et *Scotus 3. d. 39. q. vnica, art. 1. fine*, vbi hæc ait. *Non igitur distinguo quantum ad rationem peccati mortalis, inter raritatẽ, & frequentiam periurij, sed inter deliberationẽ, & indeliberationem: & indeliberatio excusat, siue semel, siue quotiescunque.* Et *Angelus verbo Iuramentum. 3. n.* 10. vbi ait iurantem falsum sine discretionis iudicio, vt cõtingit in ijs, qui passim iurant, nõ excusari à mortali, iuxta distinctionẽ ab ipsomet traditã *verbo Periurium, statim in principio*, vbi dicit id spectandum esse ex negligentia apposita, quæ si sit notabilis, esse mortale, si autem modica, veniale. Quæ etiam distinctio procedit in non habenti consuetudinem. (Vt diximus cap. præced. n. 14.) & ideo vtrũq; æquiparat. Et *D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 7. §. 1. immediate ante vers. Tribus autem modis*, vbi dicens nõ excusari à mortali, qui ex lapsu linguę, seu ex vsu peierat, id limitat, dũmodo aduertat se iurare, & falsũ esse quod iurat. Et expressis verbis *Sotus de iuramentorum abusu cap. 21.* etsi n. videatur cõtrariæ sententiæ, statim post priorem cõfraternitatis regulam, quam ibi refert, vbi hæc ait. *Vbi nõ subita commotio tempus præripuit cogitandi, sed sola consuetudo iurandi fecit, vt negligenter, & per contemptum, inaduertenter quis peierauerit, non excusatur a mortali.* At bene inspectus tenet aperte hanc sententiam, quia clare ibi loquitur de negligẽtia mortali: vt constat ex ija verbis, *negligẽter, & per contemptũ inaduertenter.* Et paulo inferius id magis explicat: nã reddens, huius rationem, hæc ait. *Negligentia illa, quæ secum affert contẽptum, reducitur ad eandem rationem, ac si consulto fieret periurium. Quemadmodũ qui citra debitam cautelam sagittam emittit in nemore, hominemq; imprudens cõfigit, nequaquam ab homicidio est immunis.* Vbi sunt ponderanda, id verbum, Contemptus, & exemplum adhibitũ, vtraq;. n. negligẽtiã mortalem petũt. Et quod omnem prorsus dubitationẽ aufert, est corollariũ quod statim infert. Nam regula quã ibi refert, est, vt habẽs vsum iurandi peccet lethaliter, quoties inaduertenter iurat, quamdiu non retractat consuetudinem. Et ait *Sotus* hæc; *Hinc fit, non fuisse necessariũ prædictæ regulæ hoc adhibere temperamentũ, vt intelligatur quamdiu nõ retractauerit homo consuetudinẽ iurandi, quasi idem numero opus in eo qui consuetus est, sit peccatum, in eo vero minimè, qui nõ habet consuetudinẽ. Id quod profectò falsum est: nam ex inaduertentia modo exposito peierare, mortale crimen est undecunq; proueniat, siue à consuetudine, siue ab oscitantia, & vecordia.* Et statim post regulã posteriorem, quã ibi refert, improbat idem temperamẽtum, & subdit hæc. *Crediderim nullũ esse actum, qui adiuncta consuetudine sit peccatum mortale, & ea sola cessãte id desinat esse mortale.* Idem etsi nõ ita aperte tenet *Sotus lib. 8. de iust. q. 2. art. 3. cõcl. 7. in fine*, vbi relata sententia dicenti omne iuramentum indeliberatum procedẽs ex vsu iurãdi esse mortale, tripliciter reprobat; & in tertia reprobatione sic ait. *Deinde quia potest contingere in illo motus subreptitius, qui sic naturaliter linguam rapiat, vt culpam vel omnino tollat, vel venialem reddat. Adde quod, vt supra monstrauimus, non quæcunque negligentia iudicandi mortale peccatũ est.* Et clarius *in solutione ad 3.* vbi cũ in *ver. Hæc omnia* dixisset hæc. *Si mala consuetudo fuit in causa non plenè deliberandi, nõ semper excusabitur à mortali. Paulo inferius ĩ fine totius articuli* sic ait. *Inaduertentia postquã tollit voluntarium, tollit peccatum: hoc autẽ verum est, quod si cõsuetudo me præcipitauit vt non aduerterẽ, illa præcipitatio, & inaduertentia potuit esset peccatũ, & forte tanta potuit esse negligentia, vt esset mortale: vt supra dictũ est.* Et expresse tenet *Suarez. to. 2. de relig. tract. de iura. li. 3. c. 7. à nu. 3. vsq; ad* 8. Et loquens de blasphemia tenet idẽ *ipsemet Suarez. to. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. de irreligiositate c. 6. n.* 2. Et *Syluest. verbo Blasphemia quæst.* 4. dicit præsumptiue in solo foro externo blasphemiam inaduertenter dictam esse mortalem in assueto blasphemare. Et *Emmanuel Sa in sum. verbo Blasphemia, in fine*, vbi ait blasphemiam inaduertenter dictam non esse mortalem, & subdit quosdam oppositũ asserere, quando ex malo vsu procedit, & id tantũ vocat nõ improbabile.

29 Quod si petas, quando ea iuramenta inaduertẽter dicta afficiantur mortali suæ causæ malitia perinde est ac quærere, quãdo iniqua iurandi cõsuetudo sit mortalis: quod explicuimus nume. nono, & sequentibus. Quando n. illa est mortalis, iuramenta erũt mortalia in sua causa, venialia autem, quando illa est venialis.

30 Sunt tamen aliqua obseruãda circa hãc sententiã. Primum est, quoties peccatur in iuramẽtis absq; aduertentia emissis, nullũ est discrimen, sed æque peccatur, siue illa falsa, siue vera sint: & hoc, siue sequamur priorẽ, siue posteriorem sentẽtiam. Quod tota huius culpæ ratio consistat in periculo peierandi, cui iurans inaduertẽter se exponit, & ita per accidens, & præter opinionem iurantis contingit id quandoq; esse verũ. Quippe modus iurãdi inaduertẽter, est æque expositus veritati, & falsitati. Et ita sentiũt aliqui ex Docto-

ribus

ribus relatis nu.24. Vt ibi retuli. Et vltra eos tenet *Suarez, to.2. de relig. tract. de iuramento, lib.3. cap.8. à num.1. vsque ad 4.*

31 Secundum est, vt optime aduertunt *Scotus 2.d.39.q. vnica, art.1. ad finem, & ibi Gabriel q.2.a.1. notabili 2. Suarez eod. lib.3.c.7.nu.10.* Sicut nimia bene operandi consuetudo, vt diligendi Dei, erogandæ eleemosynæ efficit, vt assuetus deliberet plene circa hos actus, quando non assuetus non deliberaret, quia ratione vsus citius multo ille deliberat: ita circa peccata, & iuramenta solet contingere: & proinde sæpe erit iuramentum indeliberatum in non assueto ad iurandum, quale in assueto non esset. Quod summopere aduertendum est ad damnanda, vel excusanda à speciali culpa in se iuramenta assuetorū iurando. Quippe si ratione vsus plene citius deliberent circa iuramentum, si id est verum, non erit mortale, nec in se, nec in causa. Quia nulli iurans periculo se exposuit, vt pote qui plene aduerrit ad rei iuratæ veritatem: si autem sit falsum, erit in se culpa periurij aduertenter commissi, quæ lethalis est. Præterea bene ait *Suarez ibid.* ad discernēdum hoc, esse quoque habendam personarum rationem; pollentes enim discretione, ac ingenio, deliberant plene, ciuusque quā tardioris ingenij, & rustici: vt experientia satis docet. Insuper habenda est veritatis iuratæ ratio, sunt enim veritates ita patentes, vt breuissime sit deliberatio circa illas, & nulla mora ad deliberandum sit opus. Vt si quis iuret Deum esse, vel solem lucere. *Ita Sotus lib.8. de iustit. q.1. art.3. conclus.7. & de iuramentorum abusu c.12. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 11.c.5. dub.4. dicto 1. & dubio 5. dicto 2. & 3. Metina lib.1. summe c.14.§.4. ad fi. Ludou. Lopez 1.p. instruct. conscientia c.42. colum.3. vers. Quanquam communiter.*

32 Tertium est, præceptum extirpandæ prauæ, ac mortalis iuramentorum consuetudinis, ex tunc incipit obligare, & ex tunc censentur iuramenta indeliberata esse voluntaria in illa; quando ex varijs iurandi actibus inaduertenter, eo iurans progressus est, vt aduertat illum prauum vsum esse sibi proximam, & moralem occasionem incidendi in multa iuramenta indeliberata. Quare actus iurandi præcedentes consummationem consuetudinis afferentis hanc mortalem occasionem, nondum continent in virtute iuramenta hæc indeliberata, nec adhuc est præceptum sub mortali extirpandæ consuetudinis, sed illi actus virtute continent, qui consuetudinem ita consummant, vt ex tunc aduertat iurās eam occasionem, & ex tunc tenetur sub mortali interrumpere. Quod docet *Suarez eod. lib.3.c.7.n.8. & 9.* & in simili blasphemandi consuetudine probaui l. præced. cap.12. numero 13.

33 Quartum est, quando consuetudo iurandi est mortalis, est explicanda in confessione, & tempus durationis illius, & quoties noua aduertentia, & quasi repetita voluntate iurans in ea permanere decreuerit. Et quamuis conueniens sit explicare iuramenta indeliberata, id nu. meliori conscientiæ medendi modo deseruiet; at non est necessarium. Hæc docet *Suarez eodem lib.3 cap.8. nu.5.* vbi huius posterioris partis rationem non assignat. Sed eius ratio est, quia & si quando actus externus est in se volitus, & proinde in se peccatum, sit necessario exprimendus in confessione, nec satis sit internum voluntatis actum exprimere: at quando opus externum non est in se voluntarium, sed in sua sola causa, satis est causam exprimere. Vt probaui l.1. huius tractatus cap.16. nu.46.

34 An vero satis excommunicatione in periuria, eis vere seruatis, comprehendantur hæc periuria indeliberata, quæ sunt voluntaria in sola sua causa, diximus eodem cap. in fine, vbi tenuimus non comprehendi sub ea excommunicatione, aut reseruatione, sed illa duntaxat, quæ proprie, & simpliciter talia dicuntur, eo quod in seipsis voluntaria sunt.

CAPVT VI.

De malitia iuramenti dolosi, quod absque animo iurandi, aut se obligandi, aut verbis æquiuocis, sit præstitum.

SVMMARIVM.

Quotupliciter iuramentum dolosum præstari possit, nu.1.
Quot difficultates tractanda sint nu.2.
Qualis culpa sit, quando solus implendi animus deest? nu.3. & ibi, quid quando deest animus promittendi, aut se obligandi ex promissionis fidelitate.
Qualis culpæ reus sit, qui verum iurandi animum habet, non tamen animum se eo iuramento obligandi? Referuntur varia sententia num.4.5. & 6.
Proponitur sententia Authoris, num.7.
Quid, quando deest animus iurandi? Refertur duplex sententia, nu 8. & 9.
Explicatur sententia Authoris. Et an liceat tunc verba iuramenti materialiter capere: & quando ita capi censeantur? nu.10.
Quid, si verba illa non vsurpentur communiter vt iuramentum? num.11.
Post. num. 11. inuenies summaria qua desiderantur.

1 PRæmittendū est, dupliciter posse iuramentū dolosum præstari. Priori modo, quando animus iurātis non concordat cum externis verbis: eo quod verba externa iusiurandū contineant: at internus animus sit, aut non iurandi, aut non se obligandi, aut non implendi. Posteriori modo, quando animus iurantis concordat cum externis verbis, at non concordat cū animo eius, cui iusiurādum præstatur. Quia, videlicet iurans concipit mente, & intelligit aliquid aliud, quam is, cui iuratur. Et ita decipit alium vel artificio verborum, vel aliqua eorū amphibologia, vel aliqua conditione mente retenta, quā alteri non explicat. Et de neutrius iuramenti obligatione disceptatur in præsenti, sed de ea tractabitur capite decimo. In præsenti autē de sola vtriusque malitia, & falsitate tractatur.

2 Duplex ergo difficultas enodanda est. Prior, quale peccatum sit, siue in iudicio, siue extra illud, iurare absque animo iurandi, aut se obligandi aut implendi. Posterior, quale peccatum sit, vti verbis æquiuocis.

3 Circa priorem difficultatem quadruplex potest esse defectus animi interni. Primus est quando adest animus iurandi, & se obligandi, non tamen implendi. Secūdus est, quando adest iurandi, at cum animo ex iuramenti religione non se obligandi. Tertius est, quando adest animus non iurandi. Quartus est, quando deest animus non promittendi, aut non se obligandi tanquam ex promissionis virtute. Et quidem quando adest animus iurandi, & se obligandi, non tamen implendi, constat apud omnes, (vt diximus cap.4.nu.16.) esse peccatum mortale periurij. Quando vero deest animus non promittendi, aut non se obligandi ex sola fidelitate promissionis, est tamen animus implendi, nulla est culpa, nisi iuret ille se promittere, tunc enim erit mendacium: aut nisi ex contractu teneatur. Sic *Suarez tomo secundo de relig. tractatu de iuram. lib.3. cap.17. nu.10. & 11.*

4 Quando autem adest animus iurandi, cum animo doloso nullatenus se obligandi. *Abbas c. Si vero, nu.10. de iureiur.* ait quando id iuramētum per iniuriam extorquetur, forsan in viro perfecto esse venialē culpā: in imperfectis autem nullam. Nec egit de iuramento non vi extorto. Alij autem excusant à culpa coactum metu iurantem cum prædicta intentione, quando interius aliquam conditionem subintelligit iuxta quam id iuramentum sit verum. Vt si quis absque animo se ob-

se obligandi iuret latroni se daturum ei numos: intelligendo interius, si debuero. (De qua conditione dicemus, nu. 38.) Ita *Angelus verbo Iuramentum 5. n. 8. casu. 9. Sylu. verbo Iuramentum 4. q. 7. dicto 2.* Qui addit esse mortale sic iurare, nulla subintellecta conditione.

5 Alia cõmunis sententia est in omni euentu esse mortale sic iurare. Quia quoties deficit animus se obligandi, ex iuramenti religione, est mendaciũ iuramento firmatum. Cum sit falsa vocis significatio, vtpote quæ veram se obligandi intentionem significat: quæ tamen nõ est. Atque ita docent *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. circa solutionem ad 4. col. penult. versic. Ad hoc dicitur. D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 6. in casu 5. fine. Armilla verbo Iuramentum, num. 14. & verbo, Periurium nu. 3. Tabiena verbo, Iurare q. 11. nu. 12. Scotus tertio sententiarum, distinctione 39. q. vnic. artic. 3. Nauar. summa c. 12. Latine, & Hispane, n. 14. Couar. de pactis 1. p. §. 5. n. 3. & 4. Decret. 2. p c. 3. §. 5. n. 3. fine. Alcozer summa c. 15. folio 51. pag. 1. versic. Iurar de hazer. Salzedo additione ad regulam 384. Bernardi Diaz. Aragon. 2. 2. q. 89. art. 7. circa solutionem ad 4. in 4. concl. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 42. dubio 8. nu. 42. & Suarez. eodem c. 17. n. 10.* dicit esse grauem culpam.

6 Alij sic distinguunt, si rationabiliter exigatur iuramẽtum, est culpa venialis. Quia iurãs nulla causa iusta ductus decipit eũ, cui iuratur: at est sola venialis culpa, eo quod cum re vera maneat ille iuramẽto obligatus, nõ est admodũ perniciosa proximo ea deceptio. At si irrationabiliter exigitur, & iurans sine animo se obligandi non intendit significare alteri velle se iuramento obligare, nil peccat. Si vero id significare velit, est veniale mendacium. Ita docet *Valentia 2. 2. disput. 6. q. 7. puncto 4. columna penult. versic. Potest autem dubitari.* Et quamuis ipse non explicet, debet necessario hoc intelligere, quando in eo iuramento adest animus implendę rei iuramẽto promissæ. Quippe si is deesset, debet necessario dicere esse mortale periuriũ. Cũ ipse sentiat esse verum iuramentũ, & tanq̃ tale obligare. Et est hoc probabile.

7 At cum nos teneamus id tunc non esse iur̃m, nec tanquam tale obligare: (vt dicemus c. 10. n. 3.) eo q̃d sit de intrinseca veri iuramenti ratione promissorij inducere obligationẽ, censendũ erit de hoc iuramento idẽ prorsus, quod statim dicemus de iuramento emisso absq; iurandi animo. Quia eo ipso, quod est animus nõ se obligandi, adest animus non vere, sed ore tenus iurandi.

8 Tandem quando deficit animus iurandi, solisq; verbis externis profertur iuramentum: quidam sentiũt in omni euentu esse mortale, siue verum, siue falsum sit id quod iuratur. Ducuntur, quia quando verũ est id, quod iuratur, id iur̃m est perniciosum in ordine ad Deũ, cuius diuino testimonio per id illuditur. Cum actu exterius illud inuocetur, interno autẽ eius inuocationis dissentiatur. Est ẽt perniciosum toti generi humano, tollẽs iuramento externo finem, qui est vere adhiberi in veritatis confirmationem: eneruatq; fidem iuramento externo habendam. Quando autẽ iuratur falsum, siue in iuramento assertorio affirmando falsum, siue in ꝓmissorio nõ habendo animum implendi, vltra prædictam rationem militat alia, Quippe exterior illæ latriæ cultus, ad quẽ iur̃m pertinet exhibetur materiæ indebitæ, nempe rei falsæ. Sicut est mortale, ficte externum latrię cultum idolis exhibere: vt pote quæ indebita illius externi cultus materia sunt. Atq; ita docẽt *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. col. penult. vers. Ad hoc dicitur, & col. vlt. vers. Ad euidentiam primi dubij. Armilla verbo, Periurium, n. 3. Couar. de pactis 1. p. §. 5. n. 2.*

6 Alij autem concordãt cum prædicta sententia, q̃n id iur̃m est circa materiam falsam, siue de præsenti, siue futuro: & similiter q̃n est circa materiã veram, at legitime exigit iudex iuramentũ, vel ratione cõtractus id legitime petitur. Discordant vero, q̃n est circa materiã verã, nec iuramentũ sic legitime petitur. Quod põt contingere scrupuloso, qui cũ iuramento veru asserat, aut ꝓmittat vero implendi animo, non vult scrupulo agitatus habere verum iurandi animum. Quare tunc dicunt esse culpã venialem sic iurare. Quia est mendaciũ, cum ille se iurare protestetur, vere tamen non iurãs. Non tamen est mortale. Q̃d non irrogetur iniuria alicui proximo habenti ius veri iuramẽti, nec etiam Deo. Quia is non iuret se iurare, id iur̃m non cadit in illud fictionis iurandi mendacium. Et ita quãuis ficte diuinum testimonium adducatur est ad confirmandũ verũ. Nec est diuini testimonij illusio. Sicut cum quis nõ tenetur iurãdi, aut Dei colendi præcepto, non illuderet Deo, nec moraliter delinqueret, solo actu externo fingens se orare, aut colere Deum. Ita docent *Sotus lib. 8. de iustit. q. 1. art. 7. in solutione ad 4. a versic. Ex secundo autem membro. Aragon 2. 2. q. 89. art. 7. circa solutionem ad 4. concl. 6. Petrus de Ledes. 2. to. suma. tractatu 11. c. 3. dubio 6. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 42. dubio 8. n. 42. & 43. Suar. to. 2. de religiõne, tractatu de iuram. lib. 3. c. 17. a nu. 3. vsq; ad 6.* Et quamuis *Sotus* loquatur de coacto ad iurandũ, eius ratio probat de omni non obligato ad iurandum. Et ita *Aragon* expresse de vtroque agit. Et *Petrus de Ledes.* vniuersaliter loquitur de eo, qui non tenetur iurare. Et vniuersaliter loquuntur *Leonardus, & Suar.*.

10 At verius est, quod docet *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 7. puncto 4. col. vltima*, vbi quando quispiam non obligatur ad iurandum, sed irrationabiliter ab eo exigitur iuramentũ, sic distinguit. Si iurans dicit verum, tunc solum peccat venialiter, quando vult significare se habere iurãdi animum. Quia est mendaciũ, & nõ perniciosum. Vt bene docent authores nu. pręced. allegati, vbi id satis probatum est. Secus si id significare nolit, sed quoddã aliud disparatum, vt mox dicemus, tunc .n. nulla est culpa Si autem iurat falsum, vellitque illa externa iuramenti verba referre ad materiam falsam, confirmãdo illa in eo externo iuramento, est mortale. Vt probat ratio n. 8. adducta: & concordant omnes Doctores num. præced. relati, & citati, nu. 8. Si autem interiori animo nollit illa ad materiam falsam referre, nec potest ob aliquas rei circunstantias rationabiliter ab alijs putari id velle, vt inde scãdalizentur. Sed tm̃ iure suo vtens vsurpat ea verba ad significandum aliquid aliud interius conceptum quod verum sit: vel vsurpat ea tm̃ materialiter, nil per illa confirmare volens, non peccat mortaliter, nec applicat iuramentum indebitæ materię. Immo ego credo nec hunc venialiter peccare. Quia nullũ est mendacium, & cogit causa iusta vti ea æquiuocatione. Et constabit magis ex statim dicendis à n. 15. Atque idem fatetur *Sotus nu. praeced. allegatus*, quando iniuste coactus vsurparet ea verba materialiter. dicẽs tũc eum non peccare. Vt si ita respõderet, dico, ego iuro, vel dico, Deus est mihi testis. Secus (ait *Sotus*) si diceret, dico quia Deus est mihi testis. Quia tunc ait capi verba formaliter. Sed existimo potius id pendere ex dicentis intentione. Quippe posset hunc quoque dicendi modum capere solum materialiter, vel ad aliquid aliud significandum, Vt proxime diximus ex *Valentia.*

11 Sed dicta limitanda sunt, vt intelligantur, q̃n vsurpãtur verba, quæ vt iuramentum adduci solent. secus si talia verba non sint, nec ab audientibus vt iuramenta assumantur. Tunc enim non esset mortale ea adducere absque iurandi animo ad confirmandum aliquod veniale mendacium. Vt *allegato Aureolo* docent *Angelus verbo Periurium, paulo post principium.* Sylu. *ibi quaest. 1. Azor tomo 1. institutionum moralium, libro 13. capit. 12. q. 5.*

SVMMARIVM.

An absque mendacio vsurpari possint quauis iuramenti verba dicta amphibologice, intelligendo diuersum ab eo, quem audientes concipiunt? Refertur quædam sententia, numer. 12.

Possunt absque mendacio vsurpari, quando ea verba ambigua sunt ex sua significatione, n. 13.

Possunt etiam quando attentis circumstantijs eum sensum faciunt, n. 14.

Idem quando ex sola additione mente retenta eum sensum faciunt, quamuis ex se ambigua non sint, nu. 15. & ibi quid si verba id significatum non habeant.

Non licet absque necessitate hac verba, aut ambigua in alio sensu vsurpare: & an id opponatur pracepto veritatis, nu. 16.

An non legitime in iudicio interrogatus possit his amphibologijs vti, quando alia via patet diffensio, n. 17.

An vtens ex causa iusta his amphibologijs animo fallendi, peccet? n. 18.

Quæ sit causa iusta vtendi; & an talis sit iocus honestus, num. 19.

An talis sit, quoties quis à priuato rogatus iurat, n. 20.

An liceat sponte se offerenti vti aliquando his, n. 21.

Qualis culpa sit his æquiuocationibus absque necessitate vti, cum iuramento, in iudicio, vel extra? n. 22.

Testis non iuridice interrogatus an possit iurare se nescire, non meminisse, non audisse, non vidisse, n. 23.

An possit hac dicere, quando ex aliqua causa à ferendo testimonio excusatur, n. 24.

Rogatus in familiari colloquio de re, quam occultare expedit, an possit negare se scire, aut alia amphibologia vti, nu. 25.

An reus non iuridice rogatus possit respondere se non fecisse intelligendo, vt tibi dicam, vel aliam diem, vel alium, qui eo nomine vocetur, vel antequam nasceretur, n. 26.

An id liceat, quando rogans non est in eo casu suus iudex, aut iurisdictio suspensa est per excommunicationem, aut appellationem: aut reus extractus est ab Ecclesia, n. 27.

Quid, si reus testis, iuque deposuere de occulto alterius crimine coram iudice, an possint, & teneantur dicere se mentitos, vel alia æquiuocatione vtendo retractare. Et idem de iniuste, sed vere alium infamanti, n. 28.

Quando factum exterius ob aliquam causam excusatur à peccato, an possit negari iudici roganti iuridice: vt quando quis pluris taxa probabiliter iniusta vendidit? n. 29.

Quid de rogato iuridice de aliquo indicio vero alicuius delicti a se non commissi, n. 30.

Quid de rogato an aliqua bona absconderit, vel sciat vbi sunt, an possit negare quando iuste abscondere potest, n. 31.

An excusatus à debito vere contracto possit id negare. Vt rogatus à iudice de mutuo, quod vere soluit, vel de promissione matrimonij, ad quod non tenetur: vel de rebus portatis, aut venditis, quarum gabellam non debet. aut non debet integram? Aut quando excusatur à statim soluendo mutuum, aut aliam rem. n. 32.

An rogatus à iudice an debeat centum, cum tamen debeat quinquaginta, vel de fundo an sit suus, cum tamen sola pars sit sua, possit absolute negare, n. 33.

Scholastici rogati an loquuti sint cum aliquo ex oppositoribus, aut eius domum ingressi, possint negare, quando non subornationis causa id fuit: & rogati an de actu in congregatione loquuti sint, possint negare quando non de ijs egere, quæ secreto seruari oportet. n. 34.

Venientes ex loco, qui falso putatur peste infectus, vel obiter per infectum transeuntes, vel ex loco vere infecto venientes an possint negare iuramento, etiam si sint clerici, vel religiosi? n. 35.

An creditor virtute instrumenti exigens debitum, cuius pars est soluta possit iurare integrum debitũ ac nil sibi solutum sit, si alio titulo tantumdem sibi debeatur, n. 3[illegible].

Si per iniuriam extorqueatur promissio. an liceat vti verbis iuramenti materialiter, vel alia amphibologia, vel dicere, vro, sublata I, n. 37.

An liceat mente intelligere, si tibi debeo, aut si voluero, numer. 38.

An coactus iurare accipere aliquam in sponsam, possit interius intelligere si tibi debuero, n. 39.

Femina sciens irritum esse matrimoniũ, an possit iurare se cohabitaturam viro, intelligendo, si licet? n. 40.

Adultera rogata à viro, an adulterium admiserit, qua æquiuocatione possit vti: & an possit negare, eo quod illud fassa sit? n. 41.

An rogatus de transitu delinquentis, possit negare transisse hac, intelligendo per locum, quem pede, aut manu tãgit, vel simili æquiuocatione vtendo, n. 42.

An is, à quo mutua pecunia petitur, possit negare se nõ habere, intelligendo vt mutuo det? n. 43.

Pœnitens rogatus an aliquod crimen fassus sit, possit negare se id confessum, n. 44.

Quoties licet vti amphibologia, an licet etiam si alter roget an id sciatur in confessione, vel secreto, vel factum sit etiã occulte. & seclusa quauis amphibologia, n. 45.

An oporteat vtentem amphibologijs nosse verborum verum sensum, n. 46.

12 POsterior difficultas est. Quando sit periurium, aut illicitum amphibologia aliqua vti iuramẽto ad significandum aliquod verum iuxta mentem iurãtis; at iuxta diuersum sensum ab eo, quẽ audientes excipiunt? Qua in re quidam Doctores sentiunt id carere mendacio, & consequenter ex causa iusta licitum esse, quoties verba, quæ vsurpantur, sunt ex significatione sua, & cõi audientium vsu, aut saltem sapientium vsu ambigua; & proinde vtrumq; sensum recipientia: secus quando talia non sunt, sed in sensum verum detorquentur ex solo aliquo addito mente iurantis concepto: id enim dicunt semper esse mendacium, & consequenter periurium mortale in quouis euentu. Ducuntur, quod nisi id sit mentiri, magnus aditus multis incommodis pateferet in cõi hominum conuersationem. Tolleretur enim omnium sermonum, qui inter æquales habentur, certitudo: ac subinde omne cõmercium, vniuersaq; dolis paterent, si qñ quis iuridice nõ interrogatur, posset absq; mendacio vti verbis omnino verborum significationi contradicentibus, affingendo illis suo arbitratu sensum à proposito alienũ. Nil. n. iam falsum esse potest, quod non valeat omni mendacio liberari, si aliquid quo verum reddatur, liceat arbitratu nostro addere. Secundo, quia mentitur verba aliter accipiens quã ea significent. Tandẽ quia nõ consonat os menti, ac proinde erit mẽdacium cum verba sint absoluta, nõ autem mens. Atq; huic sententiæ fauet *Palud. 4. d. 21. q. 3. art. 3. nu. 39.* vbi ait quantumcunque verba sint generalia, si loquens intendat se restringere, & audiens similiter debet in eo sensu intelligere, non esse mendacium. Quare contrarium videtur sentire, quando audiens non debet in eo sensu intelligere. Quod contingit quãdo verba nõ sunt ex se ambigua. Et in proprijs terminis docent *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. col. penult. versic. Ad hoc dicitur. Sotus lib. 5. de iustit. q. 6. art. 2. conclus. 7. & lib 8. q. 1. artic. 7. col. vlt. & de secreto, membro 3. q. 3. concl. 1. fine. Alcozer summa cap. 15. fol. 52. pagina 4. vers. Iurar con cautela. Corduba summa, q. 65. & de secreto, membro 3. q. 3. Azor tomo 1. lib. 11. institut. moralium c. 4. q. 5. fine. Aragon 2. 2. q. 69. ar. 2. fine. & q. 89. art. 7. circa solutionem ad 4. in secunda concl. Petr. de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 8. c. 24. post. 6. concl. dubio 2. dicto 3. & tractatu 11. c. 3. dubio 6. paulo ante finẽ. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij c. 42. col. 7. versic. Item qui non, & sequenti.*

13 At rem hanc quibusdam propositis regulis, atque ex eis deductis corollarijs explicabo. Prima regula sit. Quoties verba sunt significatione sua ambigua, pluresq; sensus admittentia, nullum est mendacium ea proferre in sensu, quem proferens ex illis vult, & concipit, etsi audientes, ac is cui iuratur, in alio sensu accipiãt: etsi nulla iusta causa ducatur proferens. Ratio est, quia cũ verba oẽs illos sensus admittãt, nil contra mentẽ itur, aut germanũ verborũ sensum, illa in quouis illorũ vsurpando. Alias in nulla necessitate eis vti liceret cõtra oĩum Doctorũ mentẽ. Cũ necessitas efficere nequeat quin mendaciũ sit, quod ea cessanti mendaciũ esset. Atq; ita expresso docent *Sotus de secreto, membro 3. q. 3. fine Nauar. c. Humana aures 22. q. 5. in q. 3. n. 9. & 16. Valent. 2. 2. disp. 5. p. 13. puncto*

13.*puncto 2.in solutione ad 2. Pereira c. 17. Genesis dispu- tatione 5.n. 57. Suarez tomo 2. de religione, vbi de iuram. lib. 3. cap. 11.nu. 4.& 5. Leonardus lib. 2. de iustit. cap. 42. dub. 9. num.* 48. & latius probabimus num 15. in verbis etiā eam amphibologiā ex se non patientibus. Quare dum *Angelus verbo iuramentum 4. notio, et Sylu. verbo Mendacium, fine & verbo, iuramentum 3.q. 2. versic. Si vero 15, et versic. sequenti*, vocanti huiusmodi locutiones absque necessitate dictas mendacia, & periuria, accipiunt large mendacium, non pro eo quod est contra mentem ire, & opponitur negatiuo no mentiēdi præcepto: sed pro eo quod opponitur affirmatiuo veritati dicēdæ præcepto. Quod latius explicabimus num. 16.

14 Secunda regula sit. Possunt quoque absq; mēdacio vsurpari, etsi verba ex sua significatione ambigua non sint, nec eū sensum habeant, si reuera attinētis circunstantijs loci, tēporis, & personæ, ac modi interrogandi verba eum sensum faciant iuxta interrogātis intento nūquam respondens concipit. Constat exemplis, quia pœnitens rogatus à cōfessore de fornicatione, vere eā se admisisse negat, cum tamē vere admiserit, si eā iam fassus sit. Quia ea propositio vniuersalis negatiua, non admisi, facit eum sensum ex modo interrogādi, & circum stantia personæ interrogantis, nō admisi fornicationem, quā fassus nō sim. Similiter si quis aliquē quærens interroget me, an illū viderim, vere respōdeo me illum non vidisse, si ita proxime nō viderim, vt possim de illo rationē reddere, vt à quærente inueniatur. Quippe ea vniuersalis negatio, nō vidi, ex interrogātis fine restringitur, vt intelligatur de proxima visione. Atque ita docent *Nauar. c. Humanæ aures 22.q. 5. in q. 2. nu. 8. & Bañes 2.2.q. 69. arti. 2. dub. penultimo & ibi Salon contron. sia 11. Azor. to 1.l. 11. inst. moral. c. 4. q. 5. regula 2. Sayrus Clauis Regia l. 12. c. 17. n. 26. Suar. eo. c. 11. fine.*

15 Tertia regula est. Possunt quoq; absq; mēdacio ea verba vsurpari, etiam si ex sua significatione non sint amphibologia, nec ei sensum verum admittāt ex se, nec ex circunstantijs occurrentibus, sed tantū verum sensum reddant ex aliquo addito mente proferentis retento, quodcunque illud sit. Vt si quis vel solus, vel corā alijs siue interrogatus, siue propria sponte siue recreationis gratia, siue quocunq; alio fine, inter se non fecisse aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod nō fecit, vel aliā diē ab ea, in qua fecit, vel quoduis aliud additū verū, re vera non mentitur, nec est periurus, sed tantum non diceret vnā veritate determinatā, quā audientes cōcipiunt, ac verba illa ex se significant, sed aliam veritatē disparatam. Hęc regula nō est vsq; adeo certa vt duæ priores: illam n. negant Doctores n. 12. relati. Sed eam amplectuntur *Angelus, Sylvester & multi alij*, quos n. 38. 39. 40. & triplici sequēti referam: qui admittunt quædā responsa eam ex se significationē nō habentia sed ex solo addito mēte respondētis retento. Et in proprijs terminis docent *Nauar. c. Humanæ aures 22.q. 5. in q. 2. n. 12. Valentia 2.2. disputatione 5.q. 13. pū̃to 2. col. penult. & 4. tomo in 3. par. dispu. 7.q. 15. puncto vlt. col. 2. Salon 2.2.q. 69. art. 2. controuersia 11. in quarta ratione. & in solutione ad. 1. & ad 5. Toledo li. 4. summæ capite. 21. n. 9. Manuel de ordine iudiciario c. 1. n. 4. & in 1. tomo summæ, in 2. editione c. 91. n. 7. Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p 2. li. 3. c. 14 Suarez eodem c. 11. n. 6. Leonardus eodem dubio 9. n.* 48. & dicit esse probabilem *Emanuel Sá summa verbo Iuramentū, n.* 6 Probatur primo, quia in sacris literis hic loquēdi modus vsurpatur. Nā Christus *Ioan VII.* dixit: *Non ascendam ad diē̄ festum* Et tamen statim ascendit, quæ tamen oratio vera fuit ex addito mente Christi retento, scilicet, non ascendam manifeste. Quem sensum ea verba ex se nō faciebant. Et *Tobiæ* 5. Angelus dixit: *Ex filijs Israel ego sum Azarias Ananiæ magni filius.* Quæ verba sunt vera iuxta eorū interpretationem retentā in Angeli mente: falsa autem secundū propriā vocum significationē. & *Genes.* 27. Iacob dixit se esse Esau, & fecisse quę ei præceperat Isaac; & tamen multi, quos refert, & sequitur *Pereira in eū locū, tota disput.* 5. eum à mendacio vindicant propter sensum à Iacob intentū. Et Iudith multa dixit Holoferni, quę secūdū verborū intellectū à mendacio excusari nequeuntia excusantur secundū aliquem mysticum intellectum, authore *D. Th. 2. 2. q. 110. ar. 3. ad 3. fine.* Secundo probatur ex D. *Gregor. l. 26. mora. c. Et refertur, c. Humanæ aures 22. q. 5. ibi: Humanæ aures verba nostra tali indicant, qualia foris sonant. Diuina vero iudicia talia esse audiunt, qualia ex intimis proferuntur.* Sentit ergo veritatem, aut falsitatem verborum, non ex verbis externis tantū spectādā: sed ex proferentis intentione. Quo idē satis significat. *Diuus Hilarius lib. 4. de trinitate cap. 5. & refertur capite Intelligentia, de verb. signific. ibi: Intelligentia verborū ex causis est assumenda dicendi. Quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.* Tertio probatur, quia cum mēdri sit contra mentem ire verba externa mere materialiter se habent ad mēdacij rationē, ac nil prorsus refert, siue vera, siue falsa in se sint, sed sola proferentis mens attendenda est: & in deformitate verborū ad ipsā consistit formalis ratio mendacij. Cū ergo in hoc euentu mens nō intendat aliud verbis asserere, aut negare, quā ipsa concipit, verba nō aduersantur menti: ac proinde non erunt mendacium. Et confirmatur, quia ratio mendacij non consistit in falsitate menti alterius impressa: alias vtens ēt verbis ex se ambiguis mentiretur. Nec ēt consistit in vsurpatione verborum, quæ secundum cōmunem loquendi vsum in tali propositio eā amphibologiam non admittunt. Sed mendacium est intendere verbis negare eam ipsam veritatem, q̄ quis mente cōcipit. Id autem non fit in proposito casu: sed sola dispa rata quędam veritas alia significatur, saltē inadęquate per illa verba, etsi amphibologia sit extraordinaria. Eam n. esse ordinariam, vel extraordinariam per accidens se habet ad mendacij rationē, quæ consistit in dicendo aliquid contra mentem. Rursus cōfirmatur, quia verba illa externa, quatenus à iurante proficiscūtur, non significant quod alij percipiūt, sed quod ipse vult, quāuis nō adæquate id significēt, sed inadęquate, vtpote quæ non significāt, & exprimūt quidquid iurās in mente habet. Quarto, q̄a si q̄s alta voce ita vt perciperetur ab astantibus, diceret aliquid quod ita vt sonaret esset falsum, & cōtinuās submissa voce ab alijs nō perceptibili diceret additū, quo id redderetur verū, non mentiretur. Cū tota propositio ore prolata vera sit: & ad veritatem, mendaciumve, nil cōferat, totā, aut solā illius partē ab alijs percipi. Ergo idem est, si additū illud sola mente retineatur. Cum in vtroq; euentu id q̄ iurans plene dicere tentat, verū sit, etsi aliud ab audiētibus cōcipiatur. Quinto, quia licet verbis ex se ambiguis vti absq; mendacio, q̄uis iuxta expressam interrogationē, & externā responsionē eū sensum verba non admittāt, & expresse omnem amphibologiā excludāt, cōcipiendo aliū sensum mēte. (Vt ex fere oīum mente dicemus. n. vltimo.) Cur ergo mendaciū erit vti verbis ex se nō ambiguis, si ex cōditione in mente retenta verū sensum efficiunt? Sexto, q̄a mendacium non tantū est, qn̄ verbis exprimere quis intendit q̄ non habet in mente: sed ēt quando factis ipsis. (Vt docet *D. Tho. 2. 2. q. 111 art. 1.*) At non mentitur, qui aliquo facto v.g. dirigendo gressus aliquam partem, ad quā ire nō intendit, nō vult significare se animum illuc eundi habere, etsi videntes id concipiant: sed tantum vult occultare animū suum alio eundi. (Vt docet *Tho. eo. art. 1. ad 4.*) Similiter ergo non mentitur, qui verbis qualibuscunque non intendit aliquid significare, quod nō est, sed tantum occultare aliq̄ veritatem audientibus, intendēdo dicere, quod est verum secundum suum sensum. Tandem quia non obstant contraria nu. 12. adducta. Non primum, quia cum id non licitum sit, q̄nis non sit mendacium, nisi quādo necessitas occultandæ veritatis vrget (vt n. sequenti dicemus) cessant ea absurda.

Quæ vtiq; sequerētur, si diceremus illis verbis indifferenter vti licere. Immo hoc est vtilissimū ad tegenda multa, quæ tegere opus est, nec tegi absq; mēdacio possēt, nisi modus hic esset licitus. Quia verba ex se ambigua non passim inueniuntur. Ad secundum, negandū est, id esse mētiri. (vt proxime diximus) Ad tertiū, negandum est nō consonare os mēti. Quippe mens non intēdit dicere, qđ verba exterius sonat, sed ea in sensu vere mente concepto proferre. Est tamen intelligenda hac sententia. (vt bene *Suarez eo. lib. 3. c. 10. n. 4.*) dum modo restrictio concepta mente sit ꝓportionata verbis, ita vt illis adiuncta verum, ac congruum sensum efficiat, quo apta responsio resultaret. Quare bene ait *Vazquez 1. 2. q. 103. art. 4. disput. 82. c. 4. nu. 29.* non esse æquiuocationē huiusmodi, vsurpare verba in significatione alia. Vt si quis dicat, nō comedi, volens significare se non dormisse. Quia non est in cuiusuis arbitrio significationem vocibus imponere.

16 Quarta regula sit. Nullo modo licet vti verbis ambiguis quibuscunque ēt si ex sua significatione ambigua sint, id nulla causa iusta petēte, nisi in eo sensu vsurpētur, quem communiter audientes percipiunt. At id licebit ex iusta causa. Hanc probat ratio prima adducta n. 12. pro sententia ibi relata. Hoc .n. victus hominum communis postulat, quamuis ea verba in alio sensu prolata non contineant mendacium. Atq. ita docent *Angelus verbo iuramentū 4. initio. Syluest. verbo Iuramentū 3. q. 2. vers. Si vero 11, & sequenti. Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 7. col. penult. vers. Ad hoc dicitur. Sotus de secreto, memb. 3. q. 3. in fine. Nau. c. Humanæ aures 22. q. 5. in q. 1. ad finē, & q. 3. n. 8. & 9. & 16 & summæ c. 12. n. 8. & 13. Suarez eo. lib. 3. c. 10. n. 10. et c. 11. n 6. Sayro in Claui Regia, li. 5. c. 4. n. 21. et lib. 12. c. 17. nu. 28. Leonardus lib. 2. de iustit. a c. 42. dubio 9. in n. 46. 48. Toledo lib. 4. summæ c. 21. nu. 9. notabili 1. Azor to. 1. lib. 11. instit. moral. ū c 4. q. 5. regula 4. Philiarchus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. lib. 3. c. 14. initio. Valentia 2. 2. disput. 5. q. 13. puncto 2. in solutione ad 2.* vbi de hoc optime explica, sic. Quamuis verba ad aliquē alienū sensū significandū in cōuersatione cōi, nō sit mendaciū contra negatiuum non mentiendi præceptum: est tñ peccatū omissionis cōtra affirmatiuum virtutis veritatis dicendæ præceptum. Quod exigenti ita ratione boni cōis, & ciuilitatis, obligat quemlibet à proximo interrogatum, ad respondendam determinatam veritatē, de qua interrogatur, vel de qua ortus est sermo, nisi ex iusta causa interrogatus ius habeat ad eam veritatem interroganti occultandā. Atq; ob hanc rationem *Ang. et Syluest. proxime allegati*, vocant huiusmodi iuramēta æquiuoca absque necessitate dicta, periuria. (Vt diximus nu. 13) Dices esse quæstionē de nomine. Respondeo esse quæstionem de re valde necessaria. Quippe si his æquiuocationibus vti, esset contra non mentiendi præceptū, nunq̄ id posse licere. Sicut in nullo euentu licet mētiri. At cū soli affirmatiuo veritatis explicandæ præcepto opponatur, pōt ex causa iusta id licere. Quippe veritatem occultare, in pluribus euentibus licet. Et hæc est ratio discordiæ inter autores allegatos. Quamuis .n. oēs illi concedant priorem huius regulæ partem, nēpe nullius verbis amphibologicis vti licere absque iusta causa. At in posteriori parte, nō circa oīa verba omnes cōcordant. Quia censentes inesse mendaciū in verbis ex sua significatione non ambiguis, quantuncunq; aliquo addito mente cōcepto verū sensum efficiant, dicunt subinde illorum vsum in nullo euentu esse licitum, sed solum illorū verborum, quæ ex se ambigua sunt. (Vt n. 12. retulimus.) At nos q̄ censemus in nullis verbis inesse mendacium, si ex addito mente retento vera efficiantur, dicemus pariter omnibus verbis licere vti cum dicta amphibologia, quando causa iusta eius vsus subest. Cuius sententiæ authores nu. præcedenti retulimus.

17 Immo nec in iudicio quādo q̄s nō legitime interrogatur, fas est his amphibologijs vti absque necessitate. Quando scilicet facile, & absq; criminis suspicione, interrogatus posset se alia via tueri. Vt non respōdendo, vel appellādo ab iniqua interrogatione. Vt bene docet *Sotus de secreto, membro 3. q. 3. concl. 3.* At tarissime, vel potius nunquam, hoc in iudicio habebit locum. Quones enim reus, vel testis subterfugio aliquo vti voluerint, concipient iudices vehementem delicti suspionem. Et ideo hac limitetione non est opus.

18 Quoties autem adest causa iusta his vtendi æquiuocationibus, animus vtentis non debet esse ad fallendum proximum, sed ad occultandam veritatem, q̄ non expedit reuelare. Vt bene docet *Sylu. verbo Iuramentū 3. q. 2. versic. Licet autem.* At etsi animus esset fallēdi, cum iuramentum non sit falsum, hic .n. nil falsum significare illis verbis vult, sed vt alter decipiatur non intelligēs sensum ab eo intentum, sola culpa venialis videtur. Quia non est grauis inordinatio, nec iniuria proximo grauis infertur, vtpote qui ius ad id iuramentum non habet. At re bene inspecta, est mortale periurium. Quia cū intēdat psuadere, ac fingat aliud, quā in mēte tenet, est mendacium simile mendacio cōsistenti in facto. Vt constat ex ratione 6. quā n. 15. adduxi ex mente *D. Th.*

19 Causa vero iusta vtendi his amphibologijs est, quoties id necessarium, aut vtile est, ad salutē corporis, honorem, res familiares tuenda: vel ad quemlibet alium virtutis actum ita vt veritatis occultatio censeatur tunc expediens, ac studiosa. Ita *Nauar. capite Humanæ aures 22. q. 5. in q. 1. ad finem, & in q. 2. nu. 10.* An vero sit causa iusta iocus honestus dicemus n. 22.

20 Immo iustā huius causam esse, quoties quis rogatus ab alio priuato iurat, videtur clare sentire. *Nauar. eo. ca. Humanæ aures, in q. 3. nu. 10.* Eamque rationem reddit: Quia respondere alteri non obligatus, nec obligatur respondere ad ipsius mentem. A quo eñ remouetur genus, omnis quoque species remouetur. Idē videtur docere *Toledo lib. 4 summæ c. 21. n. 9. fine*, vbi ait posse hunc vti æquiuocatione, maxime cum rem cęlare expedit, & priuatus importune interrogaret petens iuramentum. Atque hoc idem concedit *Nauar. in summa. c. 12. nu. 8.* quoties priuatus importune rogat, vt alter iuret. Cęterum quando nulla alia causa præter has importunas præces vrget, non existimo eas sufficere ad licitum harum amphibologiarum vsum. Qui si alias non ęst iusta causa eius veritatis occultādæ, nullum eius ad id preces importunæ rogantis eam sibi detegi conferunt. Et ita videtur sentire *Sylu. verb. Iuramentū 3. q. 2. versic. Licet autem* vbi tunc licere vti æquiuocatione ait, quādo priuatus deprecatiue petit iuramentum, & animus iurātis est, non fallendi, sed occultandæ veritatis quā non expedit reuelare. Et tenet expresse *Valentia 2. 2. disput. 5. q. 13. puncto 2. col. penult. in solutione ad 2.* vbi ait interrogatum à proximo teneri ratione boni cōis, & ciuilitatis respondere determinatam veritatem, de quo interrogatur, nisi attentis circunstantijs peculiare ius ad eam veritatē interroganti occultandam habet. Et *Suarez eodem lib. 3. c. 10. nu. 10.* vbi ait tūc licere qñ importune q̄s cogitur ad aperiendum quod non expedit sibi aperire.

21 Quando vero quis nemine petente se ad iurandum offert, nequit amphibologijs vti. Vt docēt *Sylu. Suarez. nu. præcedenti allegati. Nauar. summa c. 12. nu. 8. Ledesma 2. p. 4. q. 10. art. 2 dubio 6. Sayro in Claui Regia, lib. 5. c. 4. n. 21. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 42. dubio 9. n. 46. Toledo eo. c. 21. nu. 9. notabili primo.* At hoc ita vniuersaliter dictum minime approbo. Quia si necessitas, vel vtilitas eis vtendi cogit: parum refert, siue rogatus, siue non rogatus quis iuret: eo vel maxime quod sæpe occasio se offerre possit, qua valde expedit cuiquam se spōte sua ad sic iurandum inuitare. Vt ad placandum proximū, vel ad restituendam famam iniuste ablatam. Et ita bene *Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. lib. 3. c. 14. initio* dicens vltro se offerenti ad iurandum hoc nō licere, temperauit quando nulla necessitate, aut vtilitate cogitur. Atq; idem tenēt Doctores, quos nu. 27. allegabo, dicūt

enim

enim eũ qui verum crimen occultum proximi iniuste detegit, posse se offerre ad famã restituendam amphibologica loquutione vtendo.

22 Sed quæres, qualis culpa sit, iurare his amphibologijs vtendo absque necessitate? Cõmunis sententia habet id esse mortale. Quod sit contra præcipuum iuramẽti finem, qui est veritatem determinatam testificari. Atque ita docent *Angelus verbo Iuramentũ 4. initio, Tabiena verbo, iurare q. 13. num. 14. Armilla verbo iuramentum num. 16. Nauarro cap. Humanæ aures 22. q. 5. in quæst. 3. nu. 8. Et in summa c. 12. nu. 8. & 13. Toledo Sayro, & Leonardus, & Philiarcus nu. præced. allegati Ludouicus Lopez 1. p. instru. c. 42. col. 5. versic. Dolose iurãs.* At probabilius credo, quãdo id non est in iudicio, iudice legitime interrogãti, vel in materia præiudiciali, solam esse culpam venialem, si intentio dicentis nõ sit vt audiens fallatur. Iuxta dicta num. 18. Ducor, quod hic non sit mendaciũ: (vt num. 13. probauimus,) nec adsit iniustitia aliqua. Quia nec iuramentum est in iudicio, nec in materia præiudiciali. Quare sola discretio huic iuramẽto deficit: eo quod diuinũ testimoniũ nõ debeat absq; necessitate his amphibologijs immisceri. Quoties autẽ sola discretio iuramento deficit, est veniale. Nec obstat aduersari fini iurisiurãdi. Quia id cõtingit in hoc casu in materia leui, ac proinde nõ est mortale. Sicut iureiurando rem venialiter malã promittere aduersatur fini iuramenti, quod ad rẽ iustam confirmandã institutum est. At quia materia est leuis: est veniale Et ita sustinet *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. col. penult. versic. Ad hoc dicitur*, loquens de verbis ex sua significatione ambiguis. Sed retẽta nostra sententia n. 15. explicata idem dicẽdum est, quando verba nõ sunt ex se ambigua, sed ex solo addito in mente iurantis retento efficiunt sensum verum. Quippe militat eadẽ ratio. Cum enim iuramentum verum sit sola, discretio illi deest. *Et Leonardus eodem dubio 9. n. 48.* loquens de vtraque æquiuocatione dicit forte nõ esse mortale. *Et Suarez eo. lib. cap. 11. nu. 5. & 6.* loquens de vtraque dicit esse graue peccatũ, at non explicat esse mortale, nisi quando iniustitia miscetur. Quare dũ *Sotus de secreto, membro 3. q. 3. fine*, ait nõ esse culpam; amphibologijs. vti ioco, & in ridiculis, intelligo quãdo absq; iuramento id fieret. Tunc enim honestus ille ludus recreationis iustæ causa exercitus honestum redderet amphibologiæ vsum. At si iuramentũ adesset, est manifesta culpa propter vanam, & indiscretam diuini nominis vsurpatonẽ. At sola esset venialis, iuxta dicta. In iudicio autem iudice legitime interroganti, & in materia præiudiciali, est peccatum mortale verbis quibusuis ambiguis vti. Vt latius c. sequenti dicemus.

23 Et his deducitur primo, testẽ non iuridice rogatum de aliquo delicto, posse respõdere se nescire, intelligendo intra mentẽ, ita vt teneatur dicere, quamuis id vere sciat, quia vidit. Quia cum voces sint conceptuũ signa id verbũ, nescio, recipit hunc sensum, vt tibi dicã. Vt constat ex illo *Marci 13. De die illa nemo scit, neque filius hominis*. Quod explicat *Diuus Augustinus psalm. 6. in prologo*, vt intelligatur, ad dicendum. Hoc minus bene negat *Sepulueda lib. de ratione reddendi testimonij. ca. 53.* At fere oẽs alij Doctores id concedunt. Et quamuis *Sotus lib. 5. de iustit. q. 6. art. 2. concl. 7. & de secreto, membro 3. q. 3. conclus 4.* dubitet; an huic testi liceat dicere, non audiui, vel non vidi, intelligendo ad dicendum: fatetur tamen licere dicere non memini. Quia (inquit) non vidi, & non audiui, non videtur implicare relationem ad dicendum. Sicut implicãt, nescio, & non memini. Ad dubitandum non est, licere his oĩbus verbis vti: & eandem significationem habere. Atque ita docet *Nauarro communiter receptus cap. Humanæ aures 22. quæstione 5. in quæstione 1. num. 9.* Quod maxime verum est, cum etiam liceat testi dicere, reum non commisisse id delictum. Vt numero 28. dicemus. Atque vtrumque licere testi docet etiam *Sayro in Claui Regia, libro 4. capite 5. numero 24. & libro 12. capite 17. num. 29.*

24 Atque põt testis prædictis æquiuocationibus vti, ẽt si alias iuridice rogetur, quotiescunque non tenetur ob aliquam causam ferre testimonium: vt quia notabile damnũ ipsi sequetur, &c. Quia cum ea causa excusanti non teneatur, vere dici se nescire, non vidisse, nec audiuisse, intelligendo, ita vt dicere teneatur.

25 Insuper in communi loquutione interrogato de re, quam secreto seruare expedit, licitum est dicere: se nescire, intelligendo ita vt expediat dicere: Quia loquutio est vera, & necessitas vtẽdi amphibologia vrget. Ita *Syluester verbo Mendacium, quæstione vltima, vers. 4. Sotus libro 5. de iustitia, quæstione 6. art. 2. col penultima. Ledesma 2. par. 4. quæst. 10. art. 1. dubio 6. Nauarra de restit. lib. 2. cap. 4. in noua editione, in 3. p. dubio 5. num. 242.* Potest etiam iuxta regulam, quam n. 15. tradidimus, vti quauis alia amphibologia verum sensum reddenti ex sola conditione mente intellecta; etsi verba ambigua non sint.

26 Secundo deducitur, reum non legitime à iudice interrogatum de proprio delicto quod fecit, posse respõdere se nõ fecisse illud; intelligendo intra se, eo modo, quo iudex rogat, nempe vt subsit illi iudicio Et quãuis hoc probetur *à Valentia & quibusdã alijs.* Quod cõtra ius interrogatus possit verba in quocunque sensu à se conficto accipere. Quod nu. 15. approbauimus. At planior defendendæ huius respõsionis modus est, iuxta regulam nu. 14. traditam. Quia cum iudex non vt tyrannus, sed vt persona publica roget, de ijs solis quæ illi iudicio subsunt, censetur interrogare, attentis personæ interrogantis, & iudicii circumstantiis. Ac proinde respõsio simpliciter, facta est vera iuxta interrogantis mentem. Hoc est contra *Sotum l. 5. de iust. q. 6. art. 2. col. penul. & de secreto, membro 3. q. 3. concl. 6. Cordubam ibi, circa 4. & 5. conclusionem, & in sua summa q. 65. & in q. lib. 1. 43. dubio 2. versic. Igitur si primũ, et vers. Sed si iudex. Et Aragon 2. 2. q. 69. ar. 2. fine* qui dicunt id esse periurium mortale. Quia cõtradictoria responsio est vera, nempe, fecit id delictum. Et qa si hæc responsio non contineret mendacium, frustra defatigarẽtur Doctores dicendo nõ licere huic reo mentiri. Quia cũ hæc verba sint oĩno, & directe veritati contradicentia, si ea non continerent mendacium, nulla id continere possent. Tandem, quia verba factũ significantia nullũ ordinem ad loquelam implicant. At hæc facile soluuntur. Nã ad primum dico contradictoriam propositionem debere accipere in eodem sensu, nempe, feci vt tu rogas, & ita vt tuo iudicio subsit; & in hoc sensu est falsa. Ad secundum dico, tunc reum mentiri, quando nullo sensu vero in mẽte retento ea verba diceret. Ad tertiũ dico, etsi facta ipsa nullum ordinem ad loquelam implicent; at verba quibus facta exprimuntur, eũ implere; item ex circũstantiis interrogantis, & iudicii ea verba hunc sensum patiuntur. Et ideo nostrum corolarium sustinent *Caietanus in opusculis, to. primo tractatu 31. septendecim responsionum, in 5. responsione, vers. Ad primum in fine. Maior in 4. d. 15 q. 18. propositione 1. fine. Adrianus 4. q. de sigillo confessionis, §. ad argumenta principalia, vers. Ad 2. principale. Nauarrus cap. Humanæ aures 22. q. 5. in q. 1. n. 9. & c. Inter verba 11. q. 3. in 5. editione, corol. 64. n. 766. in 2 corol. 65. num 274. Toledo lib. 4. summa cap. 21. num. 9. & libro 5. cap. 58. nu. 7. Leonardus lib. 2 de iustit. cap. 11. dubio 20. num. 110. & cap. 42. dubio 9. num. 47. Sayro in Claui Regia, lib. 5. cap. 4. n. 24. & libr. 12. capit. 17. num. 24. Enriquez lib. 6. de pœnit. cap. 19. num. 7. in commento, litera O. Valentia 2. 2. disput. 5. q. 13. pũcto 2. col. penult. Bañes 2. 2. q 69. art. 2. dubio penultimo, & ibi Salon cõtrouersia 11. Azor tomo primo instit. moralium, libro 11. cap. 4. 5. regula 2. Nauarra lib. 2. de restit. c. 4. in noua editione, & in 3. p. dubio 5. n. 242. Petrus de Ledesma 2. to. summæ tractatu 8. c. 24. post 6. concl. in dubio 2. dicto 5. Suarez eo. li. 3. c. 10. n. 2. et 3. Philiarcus*

de officio sacerdotis tomo 1.p.2.lib.3.c.14. Addunt bene *Nau.summa Latina c.12.n.88. Toledo, Sayro, Leonardus, & Philiarcus* posse dicere se non fecisse, intelligendo intra se, in alia die ab ea, in quo fecit. Immo, & bene *Valentia* ait posse intelligere quodcunque aliud additum sola mente conceptum, quo id reddatur verũ. Idque constat ex regula n.15. tradita. Idem licebit respondere se non occidisse Petrum; intelligendo alium eiusdem nominis, vel etiam eundemmet, intelligendo antequam nasceretur. Ita *Salon dicta controuersia 11. in solutione ad 5.* Quamuis *Sotus de secreto, memb 3.q.3 ad finem* non admittat eam amphibologiam, vt possit intelligere alium eiusdem nominis.

27 Atque eisdem amphibologijs vti potest reus quãdo iudex interrogans nõ est legitimus interrogati iudex, aut in hoc casu peculiari. Quia tunc nõ rogat iuridice, atque ita põt per æquiuocationem licitam ei occultari veritas. Vt bene docent *Sylu. verbo Accusatio q.13. Sotus de secreto, memb.2.q.7. post 3. conclusionem, vers. At vero quia, Nau.summa c.12.n.8. Manuel de ordine iudiciario, c.10.n.4. Sayro relatus n.præcedenti.* Similiter potest vti æquiuocatione, quando extractus est ab Ecclesia. Quia tunc iudex nõ habet ius interrogãdi, & procedendi. Ita *Sotus ibidem.* Similiter idem licet ob eandem rationem, quando iurisdictio huius iudicis est suspensa per appellationem. Ita *Manuel ibi.* Idem, quãdo iudex interrogans est excommunicatus denunciatus, aut notorius clerici percussor. Quia in his casibus eius iurisdictio suspensa est. Vt traditur in tractatu de excommunicatione.

28 Immo, qñ reus iniuste occultos socios detexit, aut testis iniuste crimen rei occultum coram iudice prodidit, si non sit sufficiens aliunde informatio ad procedendum contra eos socios, aut illũ reum, possunt reus, & testis ille se offerre coram iudice, & iurare illos non fecisse id delictum, intelligendo ita vt id delictũ subsit illi iudicio; & falsũ dixisse, intelligendo, quatenus falsum fuit, id delictum eos fecisse publice, ita vt subesset illi iudicio. Probatur, quia cũ res sint immutatæ, sicut à principio, quando iurarunt, poterãt vere dicere hos nõ esse reos, intelligendo, publice, & vt illi iudicio subsunt, de quo delicto solo interrogat iudex, vt iudex; ita & modo id vere dicere poterunt. Immo si scienter detexerunt iniuste, possunt etiam dicere se mentitos esse, intelligendo de mendacio practico; ꝙ dicitur quodcunque opus rationi dissonũ. Sicut iniustum criminis veri detractorẽ, dicũt multi posse dicere se mentitum esse, ac falsum dixisse, intelligẽdo de hoc mẽdacio practico. Hi sunt. *Metina lib.1.summa cap.14.§.33.en la septima cabeça. Nau.lib.2.de rest.c.4.in noua editione.p.3.dub.5.n.242.& sequentibus. Enriquez lib.5.de pœnitentia c.12.n.6. Manuel t.10.summæ in 2. editione c.vlt.n.3. Bañes.2.2.q.62.art.2.dubio 8.& ibi Salon cõtrouersia 15.* dicens *Canum, Mantium, & viros doctissimos in suis prælectionibus* hoc docuisse. *Leonardus lib.2.de iustit.c.11.dubio 20.n.110. Sayro in Claui Regia lib.11.c.4.in num.27. Petrus de Ledesma 2.to.sum. tractatu 2.c.7. concl.3* & in proprijs terminis ita docet *Sayro eo. c.4. in fine.* Immo, quamuis illi bona fide detexerunt, & ita culpæ fuere immunes, possunt dicere se mentitos fuisse, intelligendo de mendacio materiali, quod appellatur quodcunq; falsum bona fide dictum; ac proinde tale ẽt dicetur falsum practicum, id est, quod in se erat peccatum, & rationi dissonum, & ratione bonæ fidei excusatum. Nam necessitas reparandi damni illati est causa iustum reddens harũ amphibologiarum vsum. Quod si roges, an teneantur ad hoc, *Petrus de Ledesma proxime allegatus, & Sayro eo.c.4 n.27.* aiunt teneri hac æquiuocatione vti, qui iniuste famam læsit, detegendũ verum crimen occultum. Sed distinguendum est ita. Si reus ille, & testis mala fide sic iniuste detexere, tenentur vti ea æquiuocatione, & se ad id offerre, si possint absq; maiori notabiliter detrimẽto suo, & spes est fore, vt retractio prosit. Quia cum hac via possint licite damnum illatum resarcire, & lege iustitiæ ad id teneantur, tenebuntur vtique. Si tamen bona fide (vt cõmuniter accidit) detexere non tenentur lege iustitiæ. Quia in nihilo facti sunt locupletiores, nihilque possident. At possessor bonæ fidei extra hoc casus non tenetur restituere. At si possunt absq; suo detrimento, & speratur retractationem profuturam, tenentur lege charitatis obligantis quemlibet, vitare graue proximi damnum, quando absique suo detrimento potest.

29 Tertio deducitur quoties factum exterius contra legem, excusatur à culpa ratione alicuius circunstantiæ, posse rogatum iuridice de illo facto, id negare, intelligendo de facto criminoso. Vt si quis hominẽ ignoranter putans esse feram occidat; aut in propriã defensionem; aut rem alienã in debiti compensationem vsurpauit, potest de eo facto rogatus in iudicio id negare. Quia interrogatio iudicis ex circũstãtia interrogantis, & iudicii, de eo solo facto intelligitur. Atq; ita docent *Bañes 2.2.q.69.art.2.dubio penult. & ibi Salon cõtrouersia 11.in quarta ratione, & Sayro in Claui Regia, lib.12.c.17 n.26. Leonardus lib.2.de iustitia c.31. dubio 3.n.14.* beneque addit idem, si sola culpa venialis fuit. Quare ob eandem rationẽ, quando taxa alicuius rei est iniusta si pluris vendens, aut defraudãs in pondere, & mẽsura, ita vt sibi satisfaciat pro pretii iniustitia, & reddat correspondentes merces pretio dato, põt hic rogatus à iudice, an pluris vendiderit, vel defecerit in pondere aut mensura; id negare; assererеque se preно taxato vendidisse, & integre pondus, & mensuram tradidisse, intelligẽdo hæc, ita vt pluris vendens, aut deficiens in pondere, & mensura deliquerit. Quippe absque delicto vtrumque fecit. Atque ita vere dicit se integre tradidisse, nempe, quatenus tenebatur eo pretio accepto, nec excessisse delinquendo. Atque ad hoc satis est, opinionem esse probabilem eã taxam non obligare. Vt in simili dicemus n.31.

30 Quarto deducitur, rogatũ iuridice de aliqua circunstantia vera, vt indicio alicuius delicti à se non perpetrati posse eam negare, intelligendo intra se, quatenus est indicium illius delicti. Vt si reperto cadauere, quis interrogetur, an gladius ibi repertus sit suus, vel tali hora illac transierit, quæ vera sunt, & petuntur ab eo tanquam illius homicidii indicia quod vere non cõmisit, potest negare. Quippe ad debitam iudicis mentem vere respondet. Ita *Sotus lib. de secreto, membro 2.q.7. post 3. concl. dubio 2. Manuel de ordine iudiciario c.10.nu.7. Salon n.præcedenti allegatus. Sayro eodem c.17.num.11. Leonar. eodem dub.3 n.14*

31 Quinto deducitur, eum, cui licitum est aliqua bona abscondere, eo quod illis ad vitam sustentandũ egeat, ne à creditoribus capiantur, & sic cogatur mendicare, posse rogatum à iudice iurare se nulla bona abscondita habere. Atq; idem possunt iurare id scientes dũmodo ipsis constet, licite eum abscundere ad hunc finem. Intelligendo secum, non habere bona abscondita, quæ iudici manifestare teneatur. Hæc enim est intentio illius interrogationis.

32 Sexto deducitur, quoties quispiam à cuiusuis debiti obligatione liber est, posse rogatum à iudice de illo, id negare, intelligendo intra se, ita vt debeat. Quia respõdet ad debitam iudicis mentem. Qua ratione optime *Couar. relatis Alciato, et Cæpola, lib.1.var.c.2.n.4. Azor to.1.l.11.inst.moral c.4 q.5.regula.2.* docent eũ, qui nũmos mutuo acceptos soluit, posse à iudice rogatum de mutuo, iurare se illud non accepisse, intelligendo, ita vt teneatur id soluere. Idem docent *Suarez eo. lib.3.c.9.num.6. Parlad. de rebus quotidianis lib.2.c.fin.parte 1.§.quarto, numero 13.* Atque idem dicendum est, si quacunque alia ex causa ab eo mutuo soluendo liber esset. Atque idem credo, si tunc non teneretur soluere, eo quod terminus ad quem mutuum datum fuit, non est impletus; vel præ paupertate excu-

fatur

fatur debitor à tunc soluendo. Quia iudex ad eũ effectum,rogat,vt cogat stati soluere;quare negans se accepisse, intelligendo, ita vt statim debeat soluere, vere ad debitam iudicis mentem respondet. Atque ob eandem rationem lib. primo de matrimonio,disputatione decima.n.27.& 28. probauimus,quoties siue vere, siue ficte promittens matrimoniũ, immunis est ob aliquam causam ab implendi obligatione, potest cum à iudice vocatum iurare se non promisisse,intelligendo ita vt teneatur implere. Quod ibi nu.28.diximus procedere,non tantũ,quando est certa causa non implendi, sed etiam quoties sapientum iudicio est probabile non teneri seruare. Quia potest amplectendo opinionẽ probabilem existimare se tuta conscientia non obligatum. Atq; ideo immerito Gutierez, allegato Perez, q.pract.li.1.c.10 q.60,negat posse negari mutuum iam solutum. Et eadem ratione clericus rogatus à custodibus, an aliqua portet, eo fine vt gabellã soluere compellatur, potest iurare se nil portare intelligẽdo ex quo gabellam debeat. Ita Sylu.verbo Mendacium,q.vlt. Et idẽ credo, quoties laicus aliquo portat,aut habent,aut vendidit, ex quibus gabellam aliqua ratione non debet,aut non debet integram,iuxta probabilem opinionem. Potest enim iuramento rogatus negare se habere, portare, vendidisse eam solam quantitatem, ex qua gabellam nõ debet; intelligendo intra se,ita vt ex illa debeat. Vt bene docet Suarez eodem c.9.nu.7.

33 Maior difficultas est,an debens quinquaginta rogatus in iudicio, an debeat centũ, possit absolute negare se certum debere; & similiter rogatus de fundo, an sit suus, possit absolute negare suum esse, si sola pars eius sua sit? Bart.d.l.is qui ducenta,§.Vtrum,ff de rebus dubijs, Abbas, Felinus, Alexander, Alciatus, Aretinus, & alij quos refert.Conar.li.1.variarum,c.4.nu.5. dicunt hunc ita absolute negantem esse periurium. Quorum fundamenta refert, & soluit ibi Conar. Qui alijs relatis iure optimo tenet cõtrariam opinionem, quam etiam sustinent Azor to.1.l.11.instit.moral.cap.8.fine.& Gutierrez quæstionib practicis lib.1.q.61.nu.1.qui alios num.1. refert pro contraria sententia. Quia qui rogatur,an comederit in templo, cum solum extra comederit, vere negat. Item,quia propositio affirmatiua est falsa,nempe debeo centum. Ergo negatiua eius contradictoria est vera. Quamuis autem hic non sit periurus, poterit ex alio capite culpæ reus esse, nimirum,si neget,ne cogatur soluere partem, quam debet, vel causa alterius fraudis,& quia cogit actorem ad probandam partem illam vere debitam. Et ita ait Gutierrez eod. nu.2.

34 Septimo deducitur, scolasticos rogatos, an fuerint collocuti cum aliquo ex candidatis circa cathedram concertantibus; vulgo, opositores, posse tuta consciẽtia iurare se non collocutos,si de ijs solis rebus egere, quæ ad subornandum eos non pertinebant; intelligendo intra se de huiusmodi rebus. Quia hæc est debita interrogãtium mens. Ita Nauarrus summa cap 12.nu.19. Suarez eodem lib.3.c.9.num.7. Sayro in claui Regia,li.5. cap.4.nu. 14. Quamuis contrarium immerito teneat Ludou. Lop. 1.part.instruct.c.p.42.colum 7.versic.Qui tempore pest. Et similiter ob eandem rationem possunt à iudice interrogati, an domũ alicuius ex illis ingressi sint, iurare se nõ ingressos, quando non ingressi sunt, vt subornarentur. Ita Manuel 1.to sum.in 2.editione c.191. nu.4. Atque ob eandem rationem rogati, an egerint de ijs, quæ in aliqua cõgregatione tractata sunt, si egerint de non præiudicialibus, & quæ iuxta statutorum meatem non sunt secreto seruanda, possunt iurare se nõ egisse, sed secreto seruasse;intelligẽdo intra se de ijs,quæ seruare tenebantur. Ita Philiarc.de officio sacerd.to.1.p.2.l.3 c.14.fi.Suar.& Say.proxime alleg.

35 Octauo deducitur, venientẽ ex loco minime peste infecto, qui falso infectus creditur, rogatum ab vrbis custodibus, venerit ne ex eo loco, posse iurare se ex eo non venire, intelligendo non venire tanquam ex loco pestilenti. Quia hæc est debita custodum intentio. Ita Syluester verbo Iuramentum,3.q.2.fine Nauarrus capite Humanæ aures 22.q.5.in q.2.num.9. & in summa ca.12. num.19. Toledo lib.4. summæ cap.21. num.9. Philiarcus de officio sacerdotis, tomo 1.part 2.lib.3.cap.14. ad finem. Azor tomo 1.lib.11.instit.moral.cap.4.quæst.5.regula 3. iuncto versic. Primo quidem. Suarez eo.cap.9.nu.7. Sayro eo.cap.4.nu 22. Leonardus lib.2. de iustitia, in cap.42. dubio 9.nu.47. Atque idem bene docent Sylueſt. & Azor ibidem, & Manuel 1.tomo summæ,2.editione,c.191. num.4. quando adeo celeriter transijt per locum peste infectum, vt nihil eum pestis attigerit, potest enim iurare se illac non transijsse, intelligendo ita vt aliquid mali ex loci pestileotia cõtraxerit. Quia hæc debet esse recta custodum intentio. Et ita debent intelligi. Nau. eo.c.12.nu.19.& Toledo.eo.n.9. Suarez eo.nu.7.dum dicunt venientem ex loco pestilẽti, si merito credat. nec se,nec aliquid suum peste infectũ esse, posse iurare inde non venire,intelligendi enim sunt,quando ita celeriter illac trãsiere, vt explicatum est. Quia alias nullatenus id iurare liceret. Sẽper enim est periculum contagionis. Et ideo optime Leonardus eo.n.47.dixit oportere vt iurans sit certus non esse periculũ contagionis. Atque optime aduertit Syluest.ead.q.2. & verbo Mendacium,fine,religiosos,& clericos venientes ex loco vere pestilenti, ac de hoc rogatus ab vrbis custodibus teneri ad ipsorum costodũ mentẽ iurare. Quia etsi laici exigentes iuramentum non sint eorum superiores, id tacite exigunt. Cum nõ vi illata, sed ex suppositione, si in vrbem ingredi velint, id petant.

36 Nono deducitur, creditorem virtute instrumẽti publici exigentem coram iudice debitum, vulgo, executando por la deuda, posse iureiorãdo asserere quantitatem, in eo instrumento contentam, esse sibi debitam, prout iurare iubetur, l.9.regia,tit.21.lib.4.nouæ recop. etsi pars illius summæ debitæ soluta sibi sit; si tantũdẽ pecuniæ, quantumdẽ solutum est, sit alia via sibi debitum, de quo nullum est instrumentum publicum, virtute cuius exigatur. Quia cum re vera ea quantitas debita vere sit, nec iuret sibi deberi virtute illius instrumenti, vere iurat, ac iuxta principalẽ iudicis mentem; & nulli iniuriam irrogat. Cum debitor totam illã soluere teneatur. Hoc tñ intellige, nisi esset præiudicium iuris alterius creditoris, qui haberet ius anterius debito illo nõ contento in instrumẽto, & debitor ille non esset omnibus soluendo, & ius illius alterius creditoris esset posterius debito contento in instrumento. Quippe hic recuperans virtute illius instrumenti totã summam, præferretur in tota in præiudiciũ alterius creditoris, qui in quãtitatis solutę parte maius ius habebat. Immo quando hoc præiudicium non est, si debitor reconueniat coram iudice creditorem, vt iuret, an pars illud debiti soluta sit sibi, potest iurare solutam non esse intelligendo vt modo nõ sit tantundem sibi debitum. Quia verum in hoc sensu iurat, hac necessitate debiti recuperandi cogitur.

37 Decimo deducitur, si per iniuriã extorqueatur promissio iurata alicuius pecuniæ dandæ, licere iurãti vti hac æquiuocatione, iuro tibi me numeraturum pecuniam; intelligendo, vt ille casus, tibi, regatur a verbo, Iuro ita vt sit sensus, tibi iuro fore, vt numerem pecunias, siue tibi, siue alteri. Quod ea oro patiatur vtrũq; sensum. Item, si in ea lingua, in qua iuratur, nomen Dei habeat diuersas significationes, liceret iurare per Deum vsurpando id nomen in alia significatione. Similiter non esset plus quam veniale mendacium, dicere, vro, ablata, l. cum nil vere vrat. Hæc omnia docet Sotus lib.8.de iust.q.1.art.7 in fine. Imo credo nullũ fore mendacium, si illud verbum, Vro, accipiatur materialiter ad nil significandum. Sicut nu. 10. diximus de alijs iuramenti verbis materialiter acceptis.

38 Sed an liceat tunc iurare, retinendo mẽte hanc cõditionem, iuro me daturum, si tibi secluso iuramento sum

sum debitor; aliqui negant ducti, quod ea verba hanc amphibologiam nõ patiantur in communi hominum sensu. Ita docent *Caiet. 2.2. q. 89. artic. 7. col. penult. vers. Ad hoc dicitur. Et ibi Aragon circa solutionem ad 4. in 2. concl. Sotus lib. 8. de iust. q. 1. art. 7. col. vlt.* At retenta nostra sententia num. 15. tradita, dicendum est id licere. Quia nil refert verba eam amphibologiam non pati, & cogit necessitas ea vti. Et ita cum secluso iuramento non debeat, minime tenebitur soluere. Atque ita docet *Angelus verbo Iuramentum 5. n. 8. casu 9. Sylu. verbo Iuramentum 4. q. 7. dicto 2. Nauar. cap. Humana aures 22. q. 5. in q. 3. num. 6. fine, & sum. cap. 12. nu. 14. Azor t. 1. lib. 11. instit. moralium c. 4. q. 5. regula 3. iuncto vers. Primo quidem. Valentia 2.2. disp. 6. q. 7. puncto 4. col. antepenul.* Qui bene addit, nec teneri tunc propter alios id iuramentum implere. Poterunt enim, & debebunt credere iuramentum in alium sensum fuisse detortum; si quidem ad id iusta causa suberat.

39 Vndecimo deducitur, coactum aliquam accipere in sponsam, quam deducere non tenetur, posse iurare se accepturum, intelligendo intra se, si teneor, vel si postea placuerit mihi. Constat ex dictis. Et docet *Toledo lib. 4. sum. c. 21. n. 9.*

40 Duodecimo deducitur, eadem ratione fœminã morti proximam, ac excommunicatam, eo quod viro non cohabitet, quem nouit ob impedimentum occulum non esse suum, coactamq; iurare vt absoluatur, fore vt adepta sanitate illi cohabitet, posse id iurare, intelligendo intra se, si id mihi licet. Quia non est mẽs iuramentum exigentis vt ea peccet. Et ita docent *Angelus verbo Iuramentum 4. initio. Syluester verbo Iuramentum 3. q. 1. vers. In iuramento vero. Nauar. sum. in cap. 12. nu. 9. Azor tomo 1. lib. 11. instit. moralium. c. 4. q. 5. reg. 2. fine Philiarcus de officio sacerdotis, tomo 1. par. 2. lib. 3. c. 14. ad finem.* Atque *Syluester* eam vniuersalem regulam tradit, quoties iuramentum exigitur exequendi aliquid, quod sine peccato fieri nequit. Potest enim iurans intra se intelligere, si absque peccato id efficere potuero. Idem intelligo de muliere non cohabitanti viro, eo quod conscia sit adulterij viri ac proinde iustam diuortij causam habet. Quippe iurare compulsa se viro cohabitaturam, potest id iurare, intelligendo intra se, si ad id teneor. Quia mens iudicis non est nouam illi obligationem imponere.

41 Decimotertio deducitur, adulteram rogatam à marito, an adulterium admiserit posse iurare se non fregisse matrimonium. Quia adhuc matrimonium integrum, & stabile perseuerat; quamuis vir ea verba in eo sensu percipiat, vt fidem tori non violarit. Ea enim oratio vtrumq; sensum admittit. Ita *Sotus de secreto membro 3. q. 3. conclus. 7. Aragon 2.2. q. 69. art. 2. fine Sayro in claui regia, lib. 12. cap. 17. nu. 25.* Negat autem *Sotus ea q. 3. post 5. conclus. vers. Sed ais forte, & lib. 5. de instit. q. 6. art. 2. ad finem corporis* licere illi negare adulterium, concipiendo intra se aliam diem ab ea, in qua id admisit. At tenendo nostram sententiam nu. 15. relatam, verius est id licere. Et ita docent *Nauar. cap. Humana aures 22. q. 5. in q. 1. n. 9. Philiarcus num. praeced. allegatus*, Et constat ex dictis in simili num. 26. fine. Similiter potest iurare se non fecisse, intelligendo intra se, vt tibi reuelẽ. Ita *Philiarcus ibid. Azor tomo 1. lib. 11. instit. moral. c. 4. q. 5. regula 3. iuncto vers. Primo quidem. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 4. n. 24.* At nequit iurare se adulterij crimine carere, eo quod illud confessa sit. Quia veniam sibi concessam à Deo esse ignorat. Ita *Palud. 4. d. 35. q. 1. artic. 3. num. 26. Syluest. verb. Iuramentum 2. q. 8. Nauarrus sum. cap. 12. nu. 18.* Quamuis minus bene concedat hoc licere *Sayro eo c. 4. n. 24.*

42 Decimo quarto deducitur, licitam fuisse amphibologiam, qua vsum fertur D. Franciscum, qui à iudicis ministris rogatus, an illac quidam reus transijsset, manus in vestis manicas introducens, dixit sic, Non transijt hac, intelligens de loco, in quo manus habebat. Quia aderat iusta occultãdæ veritatis causa; & verba verum sensum iuxta additum mente intellectum habebant. Hoc est contra *Sotum de secreto, membro 3. q. 3. post 5. conclus. versic. Sed ais forte.* Sed approbant *Ananias, & Angelus*, quos referunt, & sequuntur *Nau. cap. Humana aures 22. quaest. 5. in q. 2. num. 10. & 11. Suarez tomo 1. de religione, tractatu de iuramento, lib. 3. c. 9. nu. 7. & 8. Idem Nau. in sum. c. 12. nu. 8. Salon 2.2. q. 69. art. 1. controuersia 11.* Atque similiter posset dicere sic, Non transijt hac, intelligendo locum indiuiduum, quem pede, aut manu tangit. Vt bene docet *Sylu. Verbo Mendacium, q. vltima*. Similiter mulier, quæ nupsit consobrino, rogata à iudicis ministris an maritus domum intrarit, potest iurare neminem domum intrasse præter consobrinum. Vt bene docet *Sotus ea quaestione 3. conclus. 7.*

43 Decimo quinto deducitur, eum à quo mutua pecunia petitur, quam re vera habet, posse iureiurando affirmare se eam non habere, intelligendo intra se, vt mutuo det, quando non tenetur mutuare. Ita docent *Nauarrus summa Latina cap. 12. num. 18. Hispana cap. 28. additione ad num. 8. cap. 12. & cap. Humana aures 22. q. 5. in q. 3. n. 13. Manuel t. 10. sum. in 2. edit. c. 191. nu. 4. Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. lib. 3. c. 14. ad fin. Sayro eo c. 4. nu. 26.* At contrarium tenent *Corduba de secreto membro 3. q. 3. Enriquez lib. 6. de pœn. cap. 19. n. 8. in commento, litera R. in fin. Lud. Lopez 1. p. instructorij cap. 42 col. 7. vers. Item qui non tenetur. Parlad. de rebus quotidianis, lib. 2. c. fin p. 1. in §. 4. n. 5.* At credo priorem sententiam esse veriorem, quoad hoc vt ille non sit periurus. Quia in suo sensu verum dicit; cum sensus sit, non habeo vt tibi mutuare velim. Quare ad veritatem huius iuramenti nil refert, an ille teneatur mutuare, nec ne. Et ita non oportet addere illam limitationem, quam prædicti Doctores addunt, quando non tenetur mutuare. Et solum intelligo illam addere, vt sit peccatum tunc negare mutuum. At quamuis non sit periurus, peccabit venialiter in ea iuramenti æquiuocatione, si nulla non mutuandi causa sit. Iuxta dicta num. 28. Nulla autem esset culpa, si adesset iusta non mutuandi causa. Vt quia iurans illis pecunijs eget ad alium vsum; aut credit fore, vt accipiens sit tardus, ac difficilis in soluendo; aut ignorat qualiter se habiturus circa solutionẽ sit. Similiter idem dicendum est, si intra se intelligat, non habere se pecunias in alio loco, ab eo in quo re vera habet. Quia similiter iuxta additum mente retentum ea verba vera sũt. Et tandem iuxta omnem sententiam potest vere iurare se non habere eas pecunias, quando re vera illis pro tunc ita eget, vt eas mutare nequeat. Quia iuxta petentis intentionem respõdet, quæ est. an habeat pecunias, quas commode mutuo dare possit.

44 Vltimo deducitur, pœnitentem temere rogatum, an hoc, vel illud peccatũ fassus sit, posse iurare se non confessum, intelligẽdo ita vt teneatur illi explicare. Ita cõtra *Sotum 4. d. 18. q. 4. art. 5. in solut. ad 4. vers. Atque considerare* dicentem posse dicere, se nõ dixisse, at nõ posse dicere se non dixisse in confessione, aut non falsum esse, tenent *Enriquez l. 6. de pœn. c. 19. n. 7. Valẽtia 4. to. disp. 7. q. 13. puncto vlt. col. 2.*

45 Tandem ad obseruandum est, quoties licitum est ad se tuendum vti aliqua æquiuocatione, id quoque erit licitum, etsi interrogans vrgeat excludens illam æquiuocationem; verbi gratia iniquus iudex interrogat testẽ, an sciat delictum, siue publice, siue occulte, potest testis respondere, se nec publice, nec occulte scire, intelligendo ita vt teneatur dicere. Vt docet *Sotus*, etsi aliquantulum dubius, *de secreto, membro 3. quaest. 3. post 4. conclus. vers. Sed hoc est, quod me dubium. Aragon. 2.2. quaest. 79. artic. 1. fol. 522.* Et de confessore, qui iniqua interrogatione vrgetur, an sciat in confessione, & vt Deus, dicunt posse eum iurare etiam, nec hoc modo scire, intelligendo intra mentem, ita vt teneatur dicere, *Sotus 4. distinction. 18. quaestione 4. artic. 5. ad 4. Nauar.*

uar. c. Humana aures 2.2. quaest.5. in quaest.2. nu.7. Suarez 4 to. in 3. p. disput. 33. sectione 6. nu.7. Enriquez lib. 6. de poenit. cap. 19. nu.7. Valentia 4. tomo, disputatione 7. quaest. 13. puncto vlt. colum. 2. Atque idem docet de reo, qui rogatus de delicto secreto, vrgetur vt dicat, siue fecerit publice, siue occulte, siue ipse iudex iuridice roget, siue non, dicens posse adhuc respondere se non fecisse, intelligendo, non vt tu iniquitate tua rogas, sed vt teneris tanquam iudex rogare; 2.2. *q.69. art.2. dubio penultimo, & ibi Salon controuersia* 11. *pag.* 1575. *vers. Quod si iudex.* At idem docet de rogato à custodibus Vrbis aliquem locum peste infectum falso esse existimantibus, & rogantibus quempiam, an ex eo loco venerit, siue infectus peste sit, siue non, nempe, posse hunc respondere non venire ex eo, intelligendo, nō vt vos rogatis, sed vt debetis rogare, *Nauar. in d. c. Humana aures, in q.* 2. *num.*9. Quorum omnium ea est ratio, quia etsi ita interrogans excludat eo ipso omnē alium modū sciendi, & responsio ex se id significet; id tamen verum est ex formali iniqua interrogantis intentione, cui imputari debet repugnātia in ipsis verbis, & interrogatione. At alter vtitur iure suo, respondendo ad mentem legitimā, quæ inesse deberet. Quare idē censeo ob eandem rationem, quantumcūque re duplicet iniquus interrogator, vt iuret se nulla æquiuocatione vti, & absq. omni prorsus æquiuocatione id intelligere; adhuc enim id iurare potest, intelligendo, ita vt plane debet loqui, & explicare; vel aliquid aliud mente concipiendo, quo verum id reddatur. Quia cum non teneatur ad formalem interrogantis mentem respondere, sed ad debitam, illa respōsio iuxta debitam eius mentem vera est.

46 At oportet vt vtens quacūque ex dictis amphibologijs intendat sensū, quem verba vere possunt habere, & sic est opus vt sciat se in aliquo vero sensu posse dicere, quamuis in specie illum ignoret. Ita *Suarez. eo. li.*3. *c.*14. *nu.*5. at sat erit vt intendat sensum, quem doctus vir illi consulit, aut intelligit.

CAPVT VII.

Qualiter non liceat in iudicio iudice bene roganti, vel in contractibus, amphibologia vti in iuramento. Et an qui tunc negauit possit absolui antequam declaret delictum, etsi iam ducatur morte plectendus; & an si sibi falso crimen imposuerat, teneatur ratractare.

SVMMARIVM.

*An iuridice rogatus, vel in contractibus, peccet mortaliter iurans vtendo amphibologijs. nu.*1.

*Quid, si in his casibus fingat se iurare, non iurans. nu.*2.

*Rogatus iuridice de delicto, an possit iurare se non fecisse, si fieri mandauit. num.*3.

*An possit negare, si iam in confessione sacramentali id delictum fassus sit. num.*4.

*Testis iuridice rogatus, an possit iurare se nescire, quæ solum audiuit. num.*5.

*An reus, qui illegitime negauit veritatem, si iam punitus, vel absolutus sit, vel fugit, teneatur se offerre ad fatendam veritatem. num.*6.

*Quid si adhuc sit sub iudicis potestate, & duret iudicium? Refertur quædam sententia, nu.*7. *Et sententia Authoris. num.*8.

*Qualiter se habere debeat confessor cum reis, circa fatendæ veritatis propositum, si iterum rogentur. nu.*9.

*An reus iam condemnatus, qui ad mortis supplicium ducitur, teneatur fateri veritatem, quam iuridice rogatus negauerat? Refertur quædam sententia. num.*10.

*Proponitur sententia Authoris. nu.*11.

*Quid, si sibi falsum imposuerat, propter quod damnatur an teneatur se retractare. nu.*12.

1 NOn est animus in præsenti tractare, quādo iudex ita iuridice roget, vt reus fateri teneatur; hoc. n. spectat ad tractatum de reo. Sed tantū in præsenti tractat, quādo tenetur sub mortali crimen fateri, an peccet mortaliter id amphibologijs tegendo, quæ verum sensum efficiunt; teneaturq. postea se offerre ad veritatem syncere detegendam. Et quidē quando iudex ita iuridice rogat, vt reus teneatur fateri veritatem, cōstat esse lethale in re notabili eam amphibologijs tegere. Cum teneatur eā syncere detegere. Et ita docēt omnes Doctores toto capite præcedēti allegati. Atq; idem est, quando à priuata persona, cuius interest ratione contractus, iuramētum præstari exigitur. Quod bene docent *Sotus lib.*8. *de iust. q.*1. *art.*7. *circa solutionem ad* 4. *vers. Quod si rursus, & vers. Hactenus de his. Philiarcus de officio sacerdotis, to.*1. *par.*2. *li.*3. *cap.*14. *paulo post principium. Leonard. lib.*2. *de iustit. ca.*42. *dubio* 9. *n.* 46. *Sayro in claui regia, lib.*5. *c.*4. *nu.*13. & est omnium. Quod intelligo, quādo illi priuatæ personæ damnum notabile inde immineret. Vt explicabo num. seq.

2 Quare in vtroque casu peccat mortaliter, si fingat si iurare, & re vera non iuret, verba iuramēti subticens. Quia iniuriā irrogat iudici, aut parti legitime iuramētum exigentibus. Ita docent *Alcozer sum. c.*15. *fol.* 52. *pag.*2. *vers. Iurar con cautela.* At hoc intelligo qn inde aut iudicio, aut contractui notabile damnum sequeretur. Nec. n. mortaliter peccaret, si nulla fraude; sed reuerentia iuramenti ductus, & scrupulo, fingeret se iurare, ita vt astantes, & tabellio intelligerent eū iurare. Quia cū in foro externo cōstet de eo iuramento, nullū damnū sequitur iudicio, aut cōstractui; & ex alia parte integre veritatē fatetur, nec aliquā fraudem molitur.

3 Hinc deducitur, rogatum iuridice, an crimē aliquod admiserit, quod per se non admisit, sed per tertiā personam, cui id præcedit, esse periurium; si iuramento se admisisse neget. Quia id iusiurandum accipiendū est secundum legitimum verborū sensum, quem aut suapte natura verba habent, aut in quo canones, & leges accipiunt. At fecisse vere dicitur nō solus ille, qui per se ipsū fecit, sed & qui fieri mandauit, *l.*1. *vers. Deiecisse. ff. de vi, & vi armata.* Ita *Azor to.*1. *li.*11. *insti. mor. c.*8. *q.*2.

4 Secūdo deducitur, iuridice de delicto rogatum non posse iurare se ab eo delicto liberum. eo quod illud in confessione sacramētali detexerit. Quia etsi certus esset id delictum per cōfessionem esse sibi à Deo condonatum, adhuc ius habet index de illo interrogandi ad punitionem in foro externo. Ita docent *Paludanus* 4. *dist.*35 *q.*1. *art.*3. *nu.*26. *Azor eo. lib.* 11. *instit. moral. c.*11. *q.*1. Idque constat ex *c. Accepimus, de purgat. canon.*

5 Tertio deducitur, licere testi iuridice interrogato, an aliquid sciat, non tamen rogato, an audierit, iurare se nescire, si solum audierit. Quia hæc verba plana sunt, & ab omni amphibologia libera. Quippe ea sola censentur testes scire, quæ in eorum præsentia gesta sunt, *cap. Testes,* 3. *q.*9. Ita *Sotus* 4. *dist.*18. *q* 4. *art.*5. *in solutione ad* 4. *& de iust. lib.*6. *art.*2. *concl.*7. *& de secreto membro* 3. *q.*3. *post.* 4. *concl. vers. Sed quicquid sit. Aragon.* 2. 2. *q.*70. *art.*1. *fol.*5:0. *col.*2.

6 Potissimū autem dubium est, quando reus legitime interrogatus, ita vt sub mortali fateri teneretur, negauit veritatem, aut amphibologijs texit, an absolui possit, nisi se iudicio offerat ad veritatē detegendam, etsi iterum non rogetur; Et in triplici statu potest hoc in dubium verti. Primus est, quando reus hic iā à iudice absolutus fuit, aut punitus, aut è carcere fugiens est omnino extra iudicis potestatem. Secundū est, quādo adhuc iudiciū durat, ac reus est sub iudicis potestate. Tertius est, quādo conuictus, & damnatus ducitur ad

mortis

mortis supplicium perferendum. Et quidem in primo statu, fatentur Doctores non teneri hunc se offerre ad veritatem manifestandam. Quia cum iam extra iudicis potestatem sit, id nil aliud esset, quam se procedere. At que ita docent *Bañez 2.2.q 69.art.2.in 2.p.dubio 1.conclus.3.& ibi Salon controuersia 10.concl.3. Sayro in claui regia,lib.12.c.17.n.14.*

7 In secundo autem statu, nempe, quando adhuc reus sub iudicis potestate est, nec sententia est lata commu nis sententia affirmat, eum in malo statu esse, nisi se ad fatendam veritatem etiam non rogatus offerat; ac pro inde absoluendum non esse, nisi id efficere firmiter proponat. Ducitur, quia quamdiu iudicium durat, censetur eadē iudicis interrogatio durare, ac proinde eadem fatendæ veritatis obligatio. Secundo, quia hic est causa per iniuriam differendæ sententiæ, ac concedendæ sibi appellationis; ac semper negatione illa iniusta se tuetur. Quare causam iniustam defendit, & est quasi repetita iniusta negatio. Atque hanc partem videntur clare sentire *Sotus de secreto, memb.2.q.7. concl.3.et lib.5. de iust.q.6.art.2.colum.12. versic. Ex his autem. Nauar. cap. Inter verba.in 1.ad id ne,corol 64.nu.7.17.in 2.corol. 65.n.140.et in summa cap.25.Hispane,n.35.Latine n.36. Salcedo addit.ad practicam Bernardi Diaz.c.126.vers.2.* vbi dicunt reum iuridice rogatum perseuerare in peccato, donec fateatur, nec absoluendum esse. Et tenent expresse *Angles floribus 2 par.q.de correctione fraterna, articulo 3.difficultate 7.Sayro eo capite 17.n.14.* & à fortiori Doctores, quos num. 10. allegabo. Et *Bañez, et Salon, numero præcedenti allegati.* Atque temperant hoc *Sayro & Bañez*, nisi ob periurium prius esset reus alia pœna plectendus.

8 Quamuis autem hoc satis probabile sit; at mihi probabilius est non teneri hunc se offerre ad fatendam veritatem, sed satisfacere dolendo de præterita culpa, & proponendo si iterum interrogetur, fateri veritatem. Ducor, quod hic reus duplicem iniuriam irrogarit, alteram parti læsæ, & huic satisfacit animo restituendi cuiuscumque damni sequuti. Alteram autem iudici, de negando illi debitam obedientiam; & huic satisfacit dolore peccati, & proposito obediendi iudici iterum interroganti. Quippe id veritatis detegendæ præceptum est transiens, duransque solum dum iudex interrogat. Secundo, quia minus tenetur reus contra se deponere, quam testis contra alium. At testis, qui iuridice rogatus de alterius delicto negauit veritatem, nō tenetur se offere ad veritatem manifestandam, sed damnum restituendo satisfacit. Ergo, nec reus. Tandem, quia in ordi ne ad iudicem non peccat contra iustitiam commutatiuam, sed solam legalem, & licet respectu partis pecca rit contra iustitiam commutatiuam negando; ille satis facit proposito damni resarciendi. Nec obstant argumenta num. præcedenti adducta. Non primum, quia negandum est durare id præceptum. Ad secundum dico, non esse repetitam delicti negationem, sed eā transijsse, & quamuis causa, quam reus tuetur, ex ea parte qua delicti negationi innititur, sit iniusta, non tenetur cum tanto proprio detrimento se offerre ad veritatem aperiendā; sed satisfacit animo soluendi parti expensas, & alia damna. Et ideo hanc partem tuentur *Philiarcus de off. sacerd. to.1.p.2.lib.4.c.25. inter peccata reorum in fine.* Et quidam neoterici doctissimi. Et constabit ma gis ex dicendis num. 11.

9 Caute autem se debet habere confessarius circa hoc propositum reorum fatendæ veritatis si iterum rogentur. Si enim credat fore vt iterum non rogentur, nil debet interrogare de tali proposito, ne pœnitentes temere, & exponat periculo denuo peccandi habendo propositum contrarium; cum sit difficillimum negotium fateri proprium crimen. Sed satis est, vt in genere proponant cauere in posterum peccata. Immo, si credat fore vt iterum rogentur, nec conijciat confessarius in pœnitenti animum negandæ veritatis, non debet etiam ipsum tentare interrogando de hac re. Cum tunc non sit in peccato mortali, id enim iam transijt. Et satis est in genere proponere emendam. Et quamuis prior opinio vera esset, si pœnitens sit in bona fide, debet confessarius non certiorem illum facere de hac obligatione, vtpote quæ difficillima est, & raro acquiescet. Iuxta ea, quæ late diximus lib. 2. de matrimonio tota disputatione 38.

10 In tertio statu, nempe, quando iam reus damnatus est, ac pœna mortis, vel alia plectendus, quidam censent eum teneri offerri se ad manifestandam veritatem, etsi iterum non rogetur. Ducuntur, quod eius veritatis taciturnitas redundet in detrimētum accusatoris, testium, & iudicis; qui inique in ea causa processisse censebuntur ac vulgo scandali ansa datur, quod existimabit innocentem occidi. Deinde, quia dum sententia nōdum est executioni mādata, reus est sub iudicis potestate, & durat prior interrogatio. Tādem quia in eo mortis articulo, in quo de æterna salute agitur, est necessario cōsulenda pœnitenti opinio, in qua nullum est peccati periculum, ne si forte opinio in qua id est, ei consulatur, sit corā Deo falsa, damnetur. Et ideo hāc tenent *Corduba sum.q.64.punct. 2.vers. Tamq; . Medina lib.1.sum.c. 14.§.35.fol.179.initio. Petrus de Ledes.2.to.sum.tract.8.c. 24.post 2.conclus.dubio 2. Vega 2.t.sum.c.89.casu 2.fine. & cas. 7.* vbi ait huius sententiæ fuisse fratrem. *Orellana. Bañez & Salon all.ga i nu.7.* Et videtur tenere, *Angles ibidem relatus*, vbi ait durante iudicio non esse absoluendum, qui negauit secus eo finito, quando est absolutus; vbi contrarium videtur tenere, si damnatus est.

11 At dicendum est ad id minime teneri, nisi in aliquo speciali casu notabile alicui tertio damnum sequeretur (quem casum rarissimum fore credo, immo moraliter impossibilem.) Probatur destruendo opposita fundamenta. Primo quia non tantum non durat interrogatio iudicis, immo nec pōt lata sententia interrogare, vtpote qui functus est officio suo, & reputatur quasi persona priuata, *l. Iudex 55.ff. de re iud. cata,* ibi: *Iudex postea quam semel dixit sententiam iudex esse desinit.* Et *paulo inferius*, ibi: *Semel enim male, seu bene functus est officio.* Et *c. Cum Ioan. de fide instrum.* ibi: *Cum iudex qui vsque ad prolationem sententiæ debet vniuersa rimari post interrogare de facto, quoties dubitationis aliquid occurrit.* Ergo à contrario sensu nequit post prolatam sententiam aliquid timari, vel interrogare. Secundo, quia cum iam omnino iudicium terminatum sit, & reus, iam damnatus, cessat finis interrogationis, qui est ad illum reum damnandum, vel absoluendum. Tertio, quia nullatenus sequitur infamia aliqua iudici accusatori, aut testibus. Cum omnibus notissimum sit solitos esse reos delicta negare; immo ac pusillanimes, ac stulti habentur, si ca id fateantur. Et præsumptio stat pro iudicis sententia *capite Consanguinei, & ca. Causam, de re iudicata,* & latissime *Mascard concl.1302.n.3.* Nec iustitia præteritæ sententiæ pendet ex futura delinquentis iam dānati confessione, sed ex actis in processu, per quę est illa lata. Quarto, quia in solis requisitis ad valorem sacramenti necessarijs ad salutem tenet verum in articulo mortis sequendam esse opinionem, in qua nullum est periculum, ne valor eius sacramenti periculo exponetur, & sic æger absque vero sacramento recepto recedat; in alijs autem id non est necessarium, sed satis tute potest amplecti opinionem minus tutam, si sit probabilior, aut probabilis. Quia in ea amplectenda nil est periculi; etsi enim ea coram Deo sit falsa, excusabitur, eam sequens ignorantia inuincibili; alias constitutus in mortis articulo obligandus esset restituere, in omnibus casibus, in quib. sunt opiniones, etsi opinio multo probabilior illum onere restituendi liberaret. Quippe in restituendo nullum est periculum in carente saltem hæredibus necessarijs. Quinto, quia hanc sententiam amplectendo occurritur iniquæ aliquorum iudicum calliditati, qui nondum conuictum iniqua mortis pœna damnant,

nant, sperantes forte, vt in vltimo agone delictum fateantur, vt vel sic coram vulgo excusationem habeat; vel denegant appellationem (quod his diebus cōtigit Malacæ) admonito Tabellione, vt si in patibulo delictum confiteretur, suspenderetur, sin minus, ad carcerem reduceretur. Quod iniquissimum est, cum institia eius sententiæ, & denegatio appellationis non pendeant ex ea confessione, sed ex solis actis in processu. Atque iniquum est velle medio confessionis sacramētalis ad eam iniquitatem vti; atque ansam præbebit delinquenti negāde veritatis, freto spe euadendi mortem: quod si confessor illi dicat teneri eum sub mortali fateri, damnabitur reus ille negans, ex conscientia erronea, qua ex confessoris dictis credebat, aut credere debuit ad id teneri, nec fecit spe vitæ. Tandem, quia frequentissima Theologorum sententia habet reum non teneri veritatem fateri nisi aperiantur status causæ, & quæ in processu contra ipsum probata sunt, vt vel sic certo illi constet iuridicam esse interrogationē. Vt potest videri in *Soto de secreto, membro 2.q.7.versic. At vero quia. Nauar. sum. capit. 25. numero 35. & 36. Caietan. 2.2. quæst. 69. art. 2* quem ibi vniuersi sequuntur. Hoc autem iudicis reum interrogantes nunquam solent facere, freti alia iurisperitorum quorundā sententia dicentium id non exigi. Ergo saltem sequendo cōmunem Theologorum sententiam posset hic reus ab ea delicti confessione excusari, etsi rationes prędictæ non vrgerent. Et ideo hanc partem tuentur. *Nau. sum. Latina cap. 25. num. 38. Hispana capit. 28. additione ad num. 36. capit. 25. Segura in directorio iudicum 2. par. cap. 14. num. 36. Salcedo additionibus ad practicam Bernardi Diaz, cap. 126. versic. Tertio. Manuel de ordine iudiciario cap. 15. num. 2. Nauarra l. 2. de restit. cap. 4. in noua editione 2. parte dubio 1. num. 36. & 3. part. dubio 15. num. 215. Emanuel Sa summa verbo Iudiciales actus, vbi de peccatis rei, num. 5. Sayro in Claui Regia l. 12. cap. 17. num. 15. Philiarcus relatus, num.* 8. Hinc excipiendus est, qui comburitur, eo quod hæreticus negatiuus sit, neutiquam enim est absoluendus, nisi publice crimen fateatur. Et hoc quidē ratione scandali, eo quod præsumitur in hæresi decedere, & pertinax in negando. quare si vere reus est, tenetur crimen fateri, vt scandalum cesset.

11 Tandem dubitatur, an metu tormentorum, aut alia ratione falsum sibi crimen imponens, ob quod moritur, teneat i supplicij loco, vel antea se retractare, Qui dam affirmant, ducti ex *D. August. li. 1. de ciuitate Dei, cap. 17. & 18.* & refertur *cap. Si non licet 23. quæst. 5.* qui textus nil probat, tantum enim decidit non licere se occidere. Ita docent. *Abbas cap. Ex parte, el 2. numero 2. de sepul. Felin. cap. Causam, num. 7. de test. cogendis. Socin. repetitione super cap. Ad audientiam, de homicidio. D. Anton. 2. p. tit. 2. capit. 2. §. 3. versic. Quantum ad 4. Syluest. verb. Detractio, quæst. 3. num. 4. & ibi Angel. fine*, qui hunc eo solo casu excusat quando timet torturam repetendam. At hoc verum est, quando res in eo statu esset, vt ex retractatione speraretur fore, vt ille morte euadat. Cum enim vitæ dominus non sit, tenetur ad vitam tuendam se retractare; at vbi ea spes deest, non tenetur. Quia est dominus suæ famæ. Et ita docent *Nuar. lib. 2. de restit. cap. 4. in noua editione, in 2. p. dub. 1. n. 21. & 25. Manuel de ordine iudiciar. cap. 11. n. 6. fine*, qui bene addit ad id quoque teneri, quando nisi se retractet, infamia notabilis in alios redundaret. Quod intelligo, si ea retractatione ei damno obuietur. Quare credo in casu rarissimo, aut nullo, hoc obligaturū. Quia vbi semel quispiam est legitime damnatus, retractatio nil proderit ad mortem euadendam, aut eā infamiam cauendam.

CAPVT VIII.

De iuramento licite exigendo à peieraturo, aut per idola iuraturo.

SVMMARIVM.

Qualis culpa sit inducere ad iurandum, aut exigere, quando aut nullus comes, aut alij à veritate desunt, n. 1.
An iudici integrum sit exigere iuramentum, sciendo alterū peieraturum, nu. 2.
Quid si non ad instantiam partis, aut non officio coactus, exigat, qui possit id vitare, n. 3.
Quid de actore petenti à iudice exigi id iuramentum, n. 3.
Quid de priuata persona petenti extra iudicium, n. 5.
Quid si alter sit paratus ad peierandum, nu. 6.
Quid si non sit paratus; at adest legitima causa n. 7.
Quid de iuramento promissorio, quando creditur fore vt alter non impleat, & an errent confessores petentes a pœnitente votum, vel iuramentum cauendi peccati, n. 8.
Qualis debeat esse scientia periurij, aut non adimplenda promissionis, n. 9.
Quid de inducente alium ad iurandum, quod credit verum, si inducens sciat esse falsum, n. 10.
Post n. 10. inuenies alia summaria quæ deficiunt.

1 Dvplex petitur difficultas. Prior, quādo liceat petere iuramentū ab eo quem peieraturum creditur. Posterior, quādo ab eo, quem creditur iuraturum per falsos deos. Circa priorē difficultatem si loquamur de iuramento, cui creditur defutura sola iustitiā, & iudicium, manifestum est peccare petentē ea peccati grauitate, quæ in iurāte reperitur, nēpe, mortali si est mortalis, & veniali, si est venialis. Quia cū nulla prorsus necessitas occurrere valeant exigēdi hæc iuramenta, inductio ad illa nullatenus excusari valeat. Quæ ratio idē probat, quātumuis alter paratus sit ad ita iurandū. Nā ēt in parato exigitur legitima causa ex parte petētis. Vt dicemus n. 6. Potest autem esse, vt iuramentum in ipso iurante non sit culpa; at in præbente causam illius, sit culpa venialis. Vt optime explicat *Suarez tomo 2. religione, tractatu de iuramento, lib. 3. c. 14. num. 5.* vt si alicui simpliciter affirmanti nō credatur absque causa, imo cū iniuria, cui expedit, vt sibi fides habeatur, nō peccabit iurando; at præbens causā peccat venialiter. Quod id iuramentū, vt à iurāte procedit, sit necessarium; id iuramentū vt à petente, sine causa, superfluum, & vanum. Quādo aūt iuramēto nullus deficit comes, licitum est ad illud inducere; sicut & iurare tūc licet. Exigere aūt huiusmodi iuramentū, idest, necessitatē iurādi imponere, est solius habētis ad id legitimā potestatē, ea autem deficienti peccabitur cōtra iustitiam, non tamen cōtra iuramēti religionem. Quia iniustitia est cogere, quempiam absque legitima in eum potestate; at nil sit contra iuramenti religionem, qñ ei triplex suus comes adest. Et ita vtrumque docet *Suar. eo. c. 14. n. 19. & 20.*

2 Potissima autem difficultas est, quando creditur defuturam iuramento veritatem. Et quidē vt clarius procedamus de triplici persona petenti hoc iuramētum est seorsum agendū. Prima est iudex secunda actor in iudicio; tertia persona priuata extra iudiciū. Et quidē si de iudice loquamur, res est certa posse illū iusiurandū exigere seruato iuris ordine, quamuis norit iurantē peieraturum. Quia index vtitur iure suo, & ratione officij legitimā iuramenti exigendi causam habet, deseruitq; id iuramentū scientiæ, quam iudex sequi tenetur, & vt legitimus sit processus, & sæpe instanti parte cogitur ratione sui officij ad illud exigendum. Atq; ita docent *Alensis 3. p. q. 31. memb. 2. ar. 6. §. 1. D. Th. 1. 2. q. 98. art. 4. corpore, & 3. d. 39. q. vnic. art. 5. quæst. 1. ad 2. & ibi D. Bonau. in expos. litera, dub. 5 & artic. 2. q. 3. Ricardus ibi artic. 3. q. tertia. Paludan. quæst. 2. in fine, in solu-*

tione

tione ad 2. Maier in q.3.concl.2. Gabriel q.2.art.3.dubio 3. Arch.c.Ille,n.2,1.1.q.5. & ibi Bellamera,nu.1. Turrec. nu.vnico,& c.Quamuis,2 2.q.1.nu.2 Bartho. Soc. regula 210. iurare faciens,nu.vnico, Abulensis c.5. Matth.q.298. D. Anton.2.p.tom.10.c.7.§.3. Aug. verbo Iuramentum 3. nu.11. Syl.verbo Iuramentum,2.q.9. Armilla verbo Iuramentum, nu.33. Tabiena verbo Iurare q.33.num.34. & verbo Periurium, q.3.num.4. Sotus l.8. de iust.q.2. art.4. concl.3. Nau.sum. Latina,& Hispana c.12.nu.20. Couar. de pactis 1.p.§.6.nu.2.fine Pedraza sum.in 2.precepto §.7. Alcozer sum.c.15.ad fin. vers. Pedir a alguno. Toledo l.4. sum.c.21.[illegible] Sayre in claui regia,l.5.c.5.num.1. Pet.de Ledes.2.[illegible] summa,tract.11.cap.5.statim in princ. concl.3. quam approbat dub o 6. Azor tom.1 institutionum moralium,lib.11.c.11.q.2. Graffis 2.p.decis.lib.2.c 4.nu.5. Suarez eod.c.14 nu.[illegible] & 17. Leonardus l.b.2. de iustitia c.42. dubio 10.n.49. Philiarcus de officio sacerdotis, tom.1.p.2. lib.[illegible] cap.16.ad finem Manuel 1.tomo summæ, in 2. editione,[illegible]

3 Temperant quidam vt intelligatur, quando iudex ad partis instantiam id iuramentũ exigit, secus si propria sponte. Quod probatur ex *c. Clericos, de cohab.cleric.* vbi interdicitur iudici accipere iuramentum dimittẽdi cõcubinam præstitum à clerico, ob periurij suspicionem. Et ita clare videntur sentire *D. Thom. eo. art.4. Ricard. Paluda. Gabriel, Scotus, Abulens. D. Antoninus, Ang. Syl. Tabiena verbo Periurium,q.3.n.4. Nau. Sotus, Sayro, Pet. de Ledesma allegati nu.prac. & Pedraza, & Manuel ibidem*, dum enim aiunt id licere iudici, temperant qñ ad instantiam partis petit. Atque *D. Tho.* reddit rationem his verbis: *Quia non videtur iudex exigere, sed ille ad cuius instantiam exigit.* Quam eandem tradunt *Richar. Palud. Gabriel, D. Antoninus, Tabiena ibid.* Atq; expresse sic temperant dicente, non licere, quãdo Pars non petit, *Arch. & Bellamera, & Azor nu. prac. allegati Maier in 3.d.39.q.3.ad 2. Graffis eod.c.4.n.*[illegible] At existimo id intelligendum qñ iudex nulla legis aut partis necessitate coactus, id iuramentum exigere sed sponte sua ad conscientiam suam informandam. Quia cum nulla necessitas cogat, tenetur tunc instar personæ priuatæ id proximi periurium vitare. Secus aũt, qñ etsi pars non petat, tenetur iudex ex officio lege ad id obligante, ad petendum iuramentum. Vt contingit in causis criminalibus, qñ iudex ẽt ex officio procedit. Vt potest videri in *Iulio Claro l.5. receptarum, in pract. criminali, q.6. nu penult.* Atque hoc satis indicant *Durandus 3.p.39.q.5. in solutione ad 2. & ibi Palud.q.2.art.vlt.ad 2. Turrec.capite, Quamuis n.2.in solutione ad 3.22. quæstione 1.* vbi reddentes rationem cur iudex ad instantiam partis hoc iuramentum exigens non peccet, aiunt id euenire quod hæc exactio non sit iudicis, sed partis, & legis; vbi clare significãt eum culpa liberari, quoties pars, vel lex ad id cogunt. Et clarius *Alensis citatus,n.2. & Turrec. eodem, n.2. in corpore*, vbi dicunt eum excusari quoties cogitur ordine iudiciario, ita vt non exigens iuramentũ omitteret aliquid ex pertinentib. ad ordinem iudiciarium. Et *Leonardus, & Philiarcus citati nu. praced.* vbi dicunt excusari, quando pars postulat, vel alias ratio officij id exigit. Quare si iudex potest aliqua via non deficiendo suo muneri vitare petitionem huiusmodi iuramenti, tenetur ad id, vt vel sic peccatum proximi vitare. Et ita docent *Alensis Turrec. Azor, Leon Philiarcus ibidem, Suarez eod.c.14 n.17. ad finem.* Quod clare *D. Th.* & reliqui cum eo citati indicant, solum enim excusant iudicem, dum necessitate officij cogitur.

4 Rursus de actore in iudicio est difficultas. Quia eum peccare tradunt *Maier in 3.d.39 q.3. ad 2. Pet. de Led. 2.tom. summa, tract.11. c.5. dub o 6. in solutione ad 3.* Et colligitur clare ex *D. Th. & reliquis nu.prac. intetso alleg.* quatenus excusant iudicem ad instantiam partis exigentem id iuramentum, eo quod non ipse, sed pars censeatur exigere; quare partem ipsam videntur dãnare, eo vel maximè, quod ibi absolutè damnent priuatam personam id iuramentum petentem, qualis cõmuniter solet esse actor. Atque eundem ait peccare. *Abbas c. Clericos, n.2. de cohabit. cleric.* Ducuntur autem, quod iudex sola officij necessitate coactus excusatur; at pars nequaquam cogitur. Adde nullã ex eo periurio vtilitatem sequi parti ad ius suum obtinendum. Ex alia autem parte videtur culpæ immunis. Quia communis sententia habet nullam culpam incurri petendo id, ad quod ius iustitiæ quis habet, etsi nulla necessitate cogatur, & norit alterum exhibendo peccaturum. Vt tradunt Doctores asserentes petentem sacramenta à suo parocho iniquo, nulla vtilitate ductum esse à culpa liberum, eo quod ius suum petat. Vt põt videri in *Soto 4.d.1.q.5.art.6.colum.10.concl.2.& 3.* Cum ergo actor hic ius iustitiæ habeat ad exigendum rei iuramentum medio iudice, nec ipse velit vt falsum iuret, nõ erit culpæ reus vtpote qui iure suo vtitur, etsi credat fore vt alter peieret, nec vtilitatem aliam ipse actor inde cõparet. At dicendum est, in neutiquam licere actori, qñ id iuramentum non conducit ad suum ius tuendum. Vti cõtingit aliquando in rebus ciuilibus; secus quando ad id conducit, vt cõtingit in criminalibus, & aliquando in ciuilibus. Probatur, quia licitum est ab aliquo petere id quod ipse bene potest præstare, quando petẽtem cogit necessitas, secus vbi nulla est necessitas. Sicut à numero vndecimo probabimus hac ratione licere petere iuramentũ a iuraturo per falsos deos, & mutuum ab exacturo vsuras, quãdo petens necessitate cõpellitur, secus vbi nulla est necessitas. At sæpe actoris interest ad ius suum tuendum, id iuramentum exigi à reo. Vt quia cõfessione hac minime petita nequit causa illa decidi, nec ad sententiam veniri. Põt etiã Actor periurio illo rei vti in suum commodum; verbi gratia, ad eius fraudes detegendas, & fidem ei detrahendã, vt sic iniuriam euadat, aut ius obtineat, illumque postea conuincat, quando alia via nequit cõmode. Ergo in hoc necessitatis casu id licebit actori, secus autẽ necessitate cessanti. Et hoc constabit clarius ex dicendis n.7. vbi qualis hæc necessitas excusans debeat esse, declarabimus. Et numero sequenti dicemus, qualis culpa sit absque necessitate hoc iuramentum exigere. Atque ita docẽt *Suarez. to.2. de religione, tractatu de iuramento, lib.3.c.14.n.13. Leonardus lib.2. de iustitia capite 42. dubio 10. nu 47.* Nec obstat authoritas Doctorum adducta pro priori parte cõtraria. Quia (vt ex eorum ratione constat) loquuntur, quando id iuramentum exigi non interest actoris. Nec obstat etiam alia doctrina adducta pro posteriori parte. Tum, quia prædictam doctrinam de ministerio sacramentorum ex officio, nõ approbo. Et bene reprobat illam *Suarez 3.tom. in 3.p. q.65.art.4. disputatione 18. sectione prima, col.7. corollario 1.* Quia etsi secundum iustitiæ rigorem vnicuique liceat petere ab altero ius suũ; at lex charitatis ad id non petendum astringit, quoties nil petentis interest, & maximum inde detrimentum proximo sequitur; & quamuis proximus ille in necessitate physica constitutus non sit, cum possit bene ministrare sacramentũ, aut bene iurare, & ex praua sua voluntate peccet, est tamẽ in necessitate morali, & miseria satis graui. Tum etiã, quia admissa ea doctrina non est eadem ratio. Quippe parochus tenetur ex officio ad sacramẽta ministranda, ac videtur durũ obligare subditos ad ministrum voluntarium quærendũ, ob propriũ parochi malitiam; subditorumque interest non fraudari suo iure, & perceptione debiti à vero debitore. At reus, v.g. debitor pecuniæ non tenetur ex officio iurare debitũ, & nullam prorsus ex eius periurio vtilitatem creditor consequitur. Adde subditos habere directè ius percipiendi sacramenta à parocho, quo iure priuãdi essent ob eam parochi malitiam. At creditor non habet directè ius ad debitoris iuramentum, sed quatenus ad debitum recuperandum confert, quare quoties non confert, quia scitur alterum peieraturum, nullo iure

frauda-

5 Demũ persona priuata petens extra iudicium id iurm, sciens fore vt alter peieret, peccat. Ita docet *D. Aug. sermone 11. de sanctis* & refertur *c. Ille 22. q. 5. & serm. 28. de verbis Domini*, & refertur *c. Qui exigit 22. q. 5. & D. Th. vniuersiq; DD. allegati n. 2.* Atq; rationẽ diuersitatis inter iurm verum p falsos Deos, & inter periuriũ, reddunt *D. Aug. epist. 154. ad Publicolam, & D. Th. 2. 2. q. 98. ar. 4. ad 4. D. Bon. 3. d. 39. ar. 2. q. 3. ad 2. Sotus l. 8. de iustitia q. 2. ar. 4. ad finẽ corporis. Aragon 2. 2. q. 89. art. 6. dub. 2. in solutione ad 2. Sayro in Claui Regia, l. 5. c. 3. n. 20. & c. 5. n. 2.* Quia tũc integrũ est ab aliquo petere id qd licite põt facere at nõ est absq; pctõ facturus, qñ in petente reperitur aliqua necessitas rõne alicuius vtilitatis sibi consurgẽtis ex opere illo faciendo cũ peccato; hoc aũt reperitur in iurõ per falsos Deos; nam per illud cõfirmatur veritas, & firmãtur pacta cũ paganis inita; in periurio autẽ nulla reperitur vtilitas, quia finis iuri, qui est confirmatio veritatis, euertitur omnino, & consequenter nũ firmatur fides. Et ideo licitũ esse aiunt petere iurm à pagano, quem scitur per falsos deos verè iuraturum, non aũt à quocunq;, quem peieraturũ scitur. Atq; culpa petẽtis hoc iurm à peieraturo est mortalis. Quia absque causa iusta cõsentit periurio proximi, imo occasionẽ eius offert. Qd apertè docet D. *Aug. eo serm. 11. de sãctis*, vbi ait hũc necare animã suã & peierãtis, & *sermone 28. de verbis Apostoli*, quẽ D. *Th. & reliqui authores citati nu. 2.* sequũtur, ac referũt, dũ ait hũc esse animæ iurantis homicidã. Et in proprijs terminis tradũt D. *Bona. q. 3. corpore, Angelus D. Ant. Syl. Armilla, Nauarrus, Sotus, Turrecr. eo c. Quãuis, n. 1. Alcozer, Pedraza, Manuel, Sayro eo c. 5. n. Suar. eo. c. 14. n. 14. Toledo, Pet. de Ledes. cõcl. 3. Graffis nu. 2. vbi eos n. 2. retuli.*

6 Atque hoc aliqui extendunt, vt non liceat id iurm à peieraturo petere, quãuis ille ad peierãdum paratus sit, seque spõte offerat. Quod apertè indicat ratio discriminis tradita à D. *Aug. & D. Th. & alijs*, relata nu. præcedẽti inter petitionẽ iuramẽti veri p falsos deos, & periurij. Si enim hoc nulli vsui deseruire possit nulla necessitas, aut vtilitas in petẽte erit, ac proinde peccabit occasionẽ illius periurij externi alias non committẽdi tribuẽs. Atque ita docẽt, etsi nõ ita clare, *Antonius c. Clericos, n. 2. de cohabit. cler. & ibi Imo. nu. 1.* & in proprijs terminis docent *Maior in 3. d. 39. q. 3. conclu. 1. & ibi Gabriel q. 1. ar. 3. dubio 1. Petrus de Ledes. 2. to. sum. tract. 11. c. 5. dub. 6. ad 1. fine. Tabiena verb. Iurare n. 34. q. 13.* At hęc extẽsio est vera, qñ nulla est iusta causa eius iuri recipiendi, idque solum probat ratio adducta, at concurrenti ea iusta causa (vt nu. sequenti probabimus posse cõcurrere) nulla est culpa. Quod constabit ex dicendis nu. seq. Atque ita docent *Sylu. verb. Iuramentũ 2. q. 9. Armilla verb. Iuramentũ n. 33. Driedo li. 1. de libertate Christiana, in mea editione c. 9. ad finẽ. Nau. sum. Latina, & Hispana c. 12. n. 20. Graffis 2. p. decisionũ li. 2. c. 4. fine. Sayro in claui regia, li. 5. c. 15. n. 4. Suarez t. 2. de religione, tract. de iuramẽto li. 3. c. 14. nu. 15. fine Ang. Philiarchus, Manuel, vbi allegati sunt n. 2.* Quãuis em̃ *Ang. Sylu. Armilla, Graffis*, tm̃ dicant hũc nõ peccare moraliter, at ratio, q̃ afferunt, probat nec venialiter, & reliqui authores absolutè dicũt hũc non peccare. Quod idem satis aperte indicat *Sotus li. 8. de iust. q. 2. ar. 4. ad 2.* vbi dicens petentẽ hoc iurm à sic parato non peccare, subdit teneri petentẽ pręcepto correctionis fraternæ vitare, & monere illum vt desistat, si spes sit emẽdæ. Nam rõ huius est, qa in hoc casu nulla est in petẽti necessitas. Quod si petas, an sit mortale petere iurm à sic parato ad peierandũ, absq; vlla necessitate, vel vtilitate petẽtis, cõstabit ex dicendis *n. 23.* de petẽn mutuũ ab vsurario, absq; ea necessitate, similis. n. est casus. Quãuis adhuc dicẽdo in eo casu nõ esse mortale, credo in hoc casu esse mortale. Nã in mutui petitione sub vsuris, & iuri ab idololatra, aliqua petẽtis vtilitatis regulariter reperitur, secus aũt in hoc periurio. Vt ex mẽte *D. Aug. & D. Th.* retuli n. p̃c. Et ita eẽ tũc mortale docet *Suar. eo. c. 14. n. 14.*

7 Sed maior difficultas est, qñ ille peieraturus non erat actu paratus, at est necessitas in petenti. Videtur em̃ id nullatenus licere. Quia oẽs authores relati n. 2. cõstituunt discrimen inter iudicẽ petentẽ id iurm, & personam priuatam, vt illi liceat, non autem huic. At nec iudici licet, nisi qñ necessitate officij cogitur ad petendum. (Vt diximus nu. 3.) Ergo ne vanum sit discrimen, est negandum id licere priuato, etiam si iusta petendi necessitas adsit. Pręterea corruit discrimẽ traditũ à *D. Aug. & D. Tho. & alijs*, quos retuli nu. 5. dum dicunt nõ licere petere iurm à peieraturo, at licere à iuraturo verum per falsos Deos. Nam si intelligatur absque vlla necessitate, aut vtilitate petẽtis, neutrũ licet. Si ergo ex ea licet vtrũque, nulla est differẽtia. Verum dicendũ est licere concurrenti causa iusta necessitatis eius iuramẽti, quamuis alter sit peieraturus, nec esset paratus ad peierãdũ. Ratio est quia ab eo non petitur periuriũ, sed iurm, quod vere p̃stare põt, & id intendit petens, vtpote quod sibi magis cõducit, & sequitur magna vtilitas petẽti ex eo iuramẽto, vt statim probabo, qua non tenetur cedere ad vitandũ periuriũ ex alterius malitia cõmissum. Quare nulla est in hoc casu inductio ad periuriũ, nec cõsensus in illud, sed quædam illius permissio, quæ aliquãdo ob bonũ finem, & ad propriũ ius obtinendũ, est licita. Nec lex charitatis obligat cũ proprio notabili dispẽdio ad vitandu id proximi peccatum, quod sua malitia perpetrat. Posse aũt reperiri hanc vtilitatis, & necessitatis causam in eo iuramento petendo, partim cõstat ex dictis n. 4. & oñditur modo sic. Quia potest quispiã alterius cãm agere, & rõ administrationis petit exigi id iurm, & nisi petatur, arguetur p̃uaricationis existimatæ, aut negligentis administrationis. Insuper põt deseruire id iurm confirmando contractui, qui alias infirmus erit: & quamuis credatur iurãtem fore periurum non implendo aut carendo implendi animo, erit necessarium id iurm ad dandas contractui vires necessarias ad petẽdum coram iudice cum impleri. Et ita huius sñiæ videtur aperte *Leonardus l. 2. de iust. c. 42. dub. 10. n. 49.* nam indistinctè docet licere petere hoc iurm. Et in proprijs terminis docet *Suarez eo. 2. de religione, tract. de iuramento, li. 3. c. 14. n. 16.* Non obstant contraria, quia ad primum optime ait *Suarez eo. c. 14. n. 17. ad finem*, in hoc consistere discrimen inter iudicem, & priuatum, quia iudici per se, & quasi ex officio licet petere id iurm, non obstãti periurij scientia, & ideo regula moralis est, vt illi cõiter liceat, & specialis limitatio fit, nisi in aliquo peculiari casu id iurm vitare possit. (Vt diximus nu. 3.) At vero in priuato regula moralis est, vt cõiter non liceat, & exceptio peculiaris est, nisi in casu peculiari necessitas petentem cogat. Ad 2m optime etiam dicit *Suarez eo. c. 14. n. 17.* eodem modo illam differentiam intelligi moraliter, & regulariter. Quia em̃ ea vtilitas regulariter inuenitur in iuramento vero per falsos Deos, ideo regulariter est licitum petere id iuramentum à pagano, quamuis sciatur fore, vt per falsos Deos iuret, & exceptio peculiaris est, vbi ea vtilitas cessaret. At quia regulariter ea deficit in periurio, ideo regulariter non licet priuato petere iuramentum ab eo quẽ scit peieraturum, excipitur tñ specialis casus, in quo ea vtilitas eius iuramenti reperietur. Atque leuior necessitas exigitur ad petendum id iuramentum à parato, quam à non parato: ad vtrumque aũt requiritur causa proportionata. Quia alias non esset sola pmissio, sed moralis cõsensus. Sic *Suarez eo. n. 17.* Nõ tñ oportet vt sit præcisa necessitas, sed satis ẽt est notabilis vtilitas. Vt bene ait *Suarez eo c. 14. nu. 14.* Sicut etiã contingit in petenti iurm à pagano iuraturo per Iouem, & mutuum ab vsurario. Vt dicemus à num. 12.

8 Hucusque dicta de iuro assertorio. sunt etiã dicenda de iuramento promissorio, nõ em̃ id petere licet, qñ creditur fore vt alter non impleat. Constat ex *cap.*

Clericos, de cohabit. cler. vbi interdicitur peti à clericis iuſm dimittendi concubinas, ob tranſgreſſionis periculum. Item, quia idem periculum eſt peccandi mortaliter non ſeruando fidem iuſo datā, ac in periurio aſſertorio rei falſæ. Et ita traditur *Abb. eo. c. Clericos n. 2. Ang. Sylu. Nauar. vbi eos n. 2. re ult. Sayro in Claui Regia, l. 5. c. 5. n. 3. Graffis 2. p. deciſionũ, li. 2. c. 4. n. 11. fi. Suarez eo. c. 14. n. 18.* qui intelligit, niſi cauſa iuſta adſit ex parte petentis. Sicut ẽt in iuramento aſſertorio cōtingere diximus n. p̃ced. Hinc deducitur imprudẽter agere confeſſarios à pœnitentib. petentes iuſm, aut votum deſiſtendi ab aliquo crimine. Quia eos trãſgreſſionis periculo exponunt. Atq; ita docent *Syl ueſt. Nau. Sayro, Graffis & Suarez ibid. Idẽ Nau. ſum. c. 26. c. 2. Phi. arcus de officio ſacerdotis to. 1. p. 2. l. 3. c. 16. a fi. c.* Addit *Nau. eo. n. 25* conſilium eſſe vt eos iurare, aut promittere faciant aliquam pœnam, ſi reincidant. Sed hoc nõ approbo ratione eiuſdem periculi.

Sed ſupereſt explicandum, qualis ſcientia periurij alterius exigatur, vt nõ liceat ab eo iuramentum petere, ſecluſo neceſſitatis caſu *Sotus l. 8. de iuſtitia q. 2. ar. 4. in fine corporis*, ait non ſufficere id ſuſpicari, aut opinari cum alterius partis formidine, ſed exigi probabiliſſimam coniecturam conuincentem ad credẽdum more humano. Ducitur, quod ea formido exiſtimandi fore, vt alter iuret, aliquod exigenti ius tribuat. Sed dicendum eſt non ſat eſſe dubium. Quia in dubio non eſt præſumenda iniquitas. At ſatis eſt probabiliter id credere. Quia ea probabilitas eſt ſcientia moraliter. Et ita docent *D. Th. 3. d. 39. q. vn. ar. 5. q̃ſtiuncula 2. ad 2. & ibi Gabriel q. 2. ar. 3. dub. 1. Abulenſis cap. 5. Matthæi quæſt. 208. ad 2. D. Ant. Sylu. Armil. Alcozer, Toledo, vbi eos n. 2. re ult. Tabiena verb. Iurare, q. 33. nu. 34. Sayro in Claui Regia, l. 5. c. 5. nu. 2. & 3. Suar. eo. c. 14. n. 9. iuncto n. 14.* Imò & vehemens ſuſpicio ſatis eſt. Vt tradunt *D. Th. Sylu. Abulenſis, Tabiena, Suarez eo. c. 14. Ang. verb. Iuramentum 3. n. 11. Graffis 2. p. deciſionũ l. 2. c. 4. nu. 11.* & ſatis indicant *Ant. c. Clericos n. 2. de cohab. cleric. & ibi Abb. nu. 2 Imola n. 1.* dum ex eo textu colligunt ſuſpecto de periurio hõ eſſe deferendum iuramentum. Quare dum *D. Augu. ſerm. 28. de verbis Apoſtoli* nõ audet culpa liberare neſcientẽ, an alter bene iuraret; id dicit, vt bene ait *Sotus ar. 4. paulo poſt principiũ*: quia frequenter id iuſm petitur abſque neceſſitate, & ob id eſt veniale.

10 Tandem obſeruandũ eſt, minime quoq; alicui licere eũ ad iuſiurandũ inducere, quẽ ſcit falſum re ipſa iuraturũ, ſed bona fide deceptũ, exiſtimãdo id eſſe verũ; v. g. ad tuendum meum ius certũ mea intereſt aliquid verũ probare, eſt aliqua circũſtantia q̃ quiſpiã bona fide reputat verã; at ego ſcio non ita eſſe nõ licebit mihi eũ inducere, vt id, q̃ bona fide verũ putat, iuret. Quia etſi iurans non iuret falſum opinione ſua; at iurat, quod reipſa falſum eſſe non latitat inducentem. Quare inducens à crimine periurij non excuſatur, cum inducat ad afferẽdum eum in teſtem rei in ſe falſæ. Atq; ita docent *Azor to. 1. l. 11. inſt. mor. c. 11. q. 2. & Suar. eod. c. 14. nu. 8.* Et q̃uis tantum dicant id nõ licere, nec exprimãt, qualis culpa ſit; at credo eſſe mortalẽ. Id enim ratio dicta probat. Si tñ abſque inductione aliqua mea ille ſe offerat ad iurãdũ, id q̃ bona fide putat eẽ verũ, etſi ego falſum noui, & cõducat ad probandũ, q̃ ſcio eſſe verũ, & ne iure meo defrauder, licebit vtiq; acceptare. Qđ cõſonat dictis n. 6. Eo vel maxime, q̃ in illo caſu iurãs peccat mortaliter, cũ ſe periurare nõ intelligat in hoc, nec venialiter peccat rõne bonæ fidei; & acceptans, qui eã circũſtantiã falsã nouit, habet ſe paſſiuè, nec vtitur eo teſtimonio ad falſum aliquid probandum, ſed quod verum eſt, ac ius ſuũ tuendũ; quamuis ea circumſtãtia ſit falſa.

S V M M A R I V M.

An liceat iuramentum ab Ethnico exigere, quem ſcitur per falſos deos iuraturum. nu. 11.

An ſit idem cenſendum de hoc caſu, & de petenti mutuum ab vſurario ſciendo fore, vt exigat vſuras, & an vt hac petitio iuſta ſit, deſideretur iuſta cauſa, nu. 12.

Qualis ſit hac cauſa, latè explicatur, à nu. 12. vſque ad 17.

An deſideretur maior cauſa, quando vſurarius non ex malitia, ſed ex fragilitate peccaturus eſt, nu. 18.

An liceat petere id mutuum, vel id iuramentũ, etſi alter paratus nõ ſit ad id; & maior cauſa tunc deſideretur, n. 19.

An ſolutio vſurarum poſtea facta indigeat iuſta cauſa, vt licita ſit, num. 20.

Qualis cauſa deſideretur, vt liceat ab infideli petere iuramẽtum, quãdo ſcitur eum per falſos deos iuraturum. nu. 21.

Quale peccatum ſit, abſque cauſa iuſta petere id mutuum ab vſurario parato? Refertur quædam ſententia. num. 22.

Explicatur ſententia authoris, nu. 23.

An ſit idem dicendum de petenti ab infideli iuramentum, qui paratus eſt ad iurandum per falſos deos? Et qualis ſcientia peccati proximi, deſideretur, nu. 24.

An liceat inducere expreſſe, vt mutuet ſub vſuris, & quando cenſeatur inductio, num. 25.

An liceat petere expreſſe mutuum ſub vſuris; Refertur quædam opinio, nu. 26.

Proponitur ſententia Authoris, nu. 27.

An ſit idem ſentiendũ de petitione corporis à ſcorto, nu. 18.

An liceat id petere ab vſurario, quando aliquoties gratis mutat. nu. 29.

An maior cauſa deſideretur ad petendum mutuum expreſſo ſub vſuris, quam abſoluè, nu. 30.

An ſit idem prorſus dicendum quando petitur expreſſe ab infideli, vt iuret per falſos deos. nu. 31.

An vt id iuramentum licitè petatur, oporteat infidelem habere notitiam veri Dei, nu. 32.

11 Poſterior difficultas eſt. An liceat iuſm ab ethnico exigere, q̃n exigẽs nouit fore, vt p falſos Deos iuret? Hac in re certiſſimũ eſt, id licere, q̃n exigens neceſſitate cogitur. Quia hoc nõ eſt cooperari peccato illi*, ſed iuſta ex cauſa illo vti, in propriã vtilitatẽ. Cũ petatur iuſm, q̃ licitè p̃ſtare poteſt per verũ Deum, & ex malitia ſua malè præſtat. Quare ea iuramenti petitio tñ eſt offerre materiam ex ſe licitã, qua alter ex malitia ſua abutitur ad peccandum. Quod licitum eſt, q̃n iuſta offerendi cauſa adeſt. Et ita docent *D. Aug. epiſt. 154. ad Publicolam*, & refertur *c. Mouet te 22. q. 1. & D. Th. 2. 2. q. 98. ar. 4 ad 4. ab omnibus receptus.*

12 Triplex aũt eſt difficultas circa hoc. Prima eſt, quãta neceſſitas in exigente iuſm deſideretur, ne ipſi culpæ tribuatur anſa peccãdi infideli data, iurando per falſos Deos. Quod q̃dẽ in hac peculiari materia pauci tractant DD. ſed in alia oĩno ſimili, & quas cõiter cõiungũt, ex vna ad alterã argm̃ deducunt. Nẽpè, in petẽte mutuũ ab eo, quem ſcit fore, vt ad vſuras mutuet. Vt cõſtat ex *D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 4. corpore, & ibi Caiet. & ex omnib. Doctorib. allegãdis.* Quippè eadẽ eſt vtriuſq; rõ. Cũ in vtroq; caſu res licita petatur, alterque ex malitia ſua petitione abutatur. In petẽti ergo mutuũ ab vſurario dicũt DD. noĩe neceſſitatis excuſantis à culpa eã petitionẽ nõ cõprehẽdi ſolam extremã, aut grauẽ, ſed ẽt q̃uis vtilitatẽ p̃tinentẽ ad ſtatus decẽtiã: ad q̃ ea pecunia mutuo accepta eſt neceſſaria, nec aliũde facilè haberi põt. Quia p̃ceptũ charitatis vitãdæ occaſionis illius ruinæ proximi, nõ adeo ſtrictè obligat, vt teneatur ob illud quiſpiã ſtatum & propriũ honorẽ negligere. Atq; ita docẽt *Durãd. 3. d. 37. q. 4. n. 4. & ibi Palud. q. 2. ar. 1. poſt 3. cõcluſionem D. Ant. 2. p. to. 1. c. 9. §. ult. in fi. Caiet. 2. 2. q. 78. art. 4. paulo poſt princip. ũ. Sylueſt. verb. Vſura 7. q. 1. Sotus l. 6. de iuſ. q. 1. ar. 4. paulo poſt principiũ, dub. 1. Molina to. 2. de iuſt. diſp. 325. col. 1. cõcl. 5. Valẽt. 2. 2. diſp. 5. q. 21. pũct. 4. col. 3. verſ. 2. Hic aũt duo. Bañes 2. 2. q. 78. a. 4. ſtatim ĩ prin. dub. 3. & ibi Aragõ dub. 1. cõcl. 2. & ibi Salõ controuerſia 3. notabili 2. & cõcl. 1. Pet. de Ledeſ. 2. to. ſum. tract. 8. c. 33. poſt concluſ. 29. dub. 2.* Quare ſcrupuloſe ſatis loquutus eſt *Ricard. 4. d. 15. ar. 5. q. 5. ad vlt.* dicẽs eã neceſſitatem

cessitatem exigi, vt ea pecunia ad vsuras non petita notabile damnum sequeretur, notabilisque penuria patienda esset.

13 Sufficit autem, siue ea necessitas sit propria, siue aliena, cui accipiens sub vsuris subuenire vult. Vt docet *D. Thom. 2.2.q.78.art. ab omnibus receptus.*

14 Ex his deducitur primò, sufficere quoq; vtilitatem propriã. Vt benè docet *Caiet. Bañes, Salon, Petr. de Ledes. nu. 12 alleg. Emanuel Sà in sum. verb. Vsura num. 5.* Imò & vtilitas aliena sufficit. Vt benè docet *Caiet. ibi.*

15 Secundò deducitur, cõprehendi noĩe huius necessitatis aut vtilitatis, pecuniam necessariam ad torneamenta, ludos, & spectacula honesta, qñ alij eiusdem status ad ea exhibenda concurrerent: indecorumque quodammodo esset exigenti pecuniã ad vsuram illos non sequi. Quia hæc oĩa ad status decentiã pertinẽt. Ita docent *Sotus, Aragõ Sa ò Petrus de Ledesma alleg. n. 12. Molina ead. disput. 335. col. 2. vers. Verum autem.*

16 Tertiò deducitur, qualiter intelligendũ sit q͏ fertur D. Th. respondisse lectori cuidam Florentino, nempè, non esse cãm iustam huius, voluntatem copiosius negotiandi. Id. n. intelligendum est, quando negotiator sufficientia oĩno haberet ad vitam decenter transigendam: solaq; maioris lucri auiditate ad eam pecuniam sub vsuris accipiẽdam duceretur. Ita docẽt *Durandus, Paludanus, D. Ant. Caiet. Sotus n. 12. alleg. Syluest. verb. Vsura 7. q. 1. Tabiena: verb. Vsura 8. nu. 3. q. 1. Nauar. sum. c. 17. num. 162.* Imò (vt optimè ait *Valentia eo. punct. 4. col. 3. versi. Quapropter*) non tantum spectandum est, an ea pecunia sit necessaria ad præsentem negotiatoris statum: sed etiam quando iudicatur rationabiliter eam pertinere ad augendum statum: secus quando hoc non iudicatur. Vt si status quem negotiator cogitat, non deceat ipsius personã, nec putetur fore, vt moraliter illum assequatur. Atq; ideo meritò iudicatur, frustra, & sine ratione velle illum copiosius negotiari, vt eum comparet.

17 Quarto deducitur, raro accidere, vt qñ aliqs petit mutuum ab vsurario gratia alicuius actus s̃m se liciti, peccet defectu huius necessitatis. Quippè cõiter actus liciti referri possunt ad status decentiam. Quare defectus necessitatis huius cõiter habet locũ, quãdo petitur pecunia illa ad actus illicitos. Ita docet *Valentia eo. pũcto 4. col. 3 vers. Ex quo sequitur.* Et ita *Gabriel 4. d. 5. q. 11. ar. 2. dub. 14. Angel. verb. Vsura 2. n. 2. Sa ò d. cõtrouersia 3. in 3. concl.* solum dãnant hanc petitionem defectu necessitatis, quando est ad vsus illicitos.

18 Tria autem obseruanda sunt. Primum est, si vsurarius non ex mera malitia, sed ex vehementi auaritiæ passione, esset vsuras petiturus, deberet quis etiam cum aliquo suo detrimento ab hac mutui petitione abstinere. Quia tunc proximus est in maiori necessitate, & ideo tunc strictius obligat præceptum charitatis de eo impediendo eo proximi peccato. Ita *Valentia eo. puncto 4. col. 3. vers. Adde quod.*

19 Secundum est, etsi maior causa desideretur ad petendum id iuramentum à non parato, & mutuum à non parato dare ad vsuras; (vt in simili dixi num. 7.) at non est necessaria conditio vt ille paratus sit. Quare etsi infidelis nunquam soleat iurare, ac si fidelis intersit vt illi iuret, potest ab eo petere iuramentum, ac compellere in iudicio, vt sibi iuret, si causa compellendi adsit. Ratio est, quia cum illa petitio non sit ex se inductio ad peccãdum, nec causa peccati, nec habeat scandali actiui rationem, eo quod res iusta petitur, atque necessitas, vel vtilitas magna cogit ad petendum; sed sit sola quædam peccati malitia sua peccantis permissio, non est necessaria cõditio ad huius petitionis honestatem, vt alter paratus sit. Quia tamẽ non paratus est remotior ab eo peccato perpetrãdo, q̃ paratus, ideo maior causa exigitur respectu illius. Atque ita hæc docet *Suarez* loquens de accipiendo iuramento infidelis, *to. 2. de religione, tract. de iuramento, lib. 3. c. 13. n. 7.* de petente mutuum ab vsurario docet idem *Suarez tom. 3. in 3. p. q. 65. ar. 4. disp. 18. sect. 1. col. 8. corol. 2. vers. Dixi autem* aitque sufficere ad id mutuum petendum magnam vtilitatem. Et idem etiam dicit ibi de petitione huius iuramenti.

20 Tertium est, quidam intelligunt hactenus dicta de vsurario, non tñ esse vera de acceptione mutui sub vsuris petita absque iusta causa, sed etiam de solutione vsurarum postea facta. Sicut. n. illa mala est, dum iusta causa deest: ita hæc quoque. Ratio est, nam similiter cum postea soluitur absque iusta causa, præbetur vsurario ansa eius peccati committendi, quod accipiendo id pretium ratione mutui committit. Ita *Valentia eo. punct. 4. col. 5. vers. Iam de secundo.* Quod colligitur ex Doctoribus, quos c. 11. nu. 4. allegabo, qui vt eã solutionem licitam esse dicant, ac proinde iur̃m illius faciendæ obligare defendant, eo confugiunt, quia redemptio vexationis concurrens ad reddendã iustam eam mutui petitionem cẽsetur durare donec solutio fiat. Quare clarè sentiunt exigi quoque causam iustã, vt ea solutio licita sit: at sufficere ad id cãm eam, quæ à principio iustã reddit petitionem. Sed hoc non placet, vt dicemus cap. 11. nu. 5. Addo autẽ, quãuis ad petitionem eius mutui causa iusta deesset, & sic esset illicita, posse contingere vt adsit causa iusta ad solutionem, vt hæc licita sit. Quia vel est timor rixæ non soluendo, vel amissionis existimationis promittentis, habebitur enim ac perfidus, nec fidetur ei.

21 Ex his deducitur quid dicendũ sit in præsenti quæstione, de necessitate petita ad petendum iur̃m ab ethnico iuraturo per falsos deos. Quidam dicũt ob bonum publicum id licere, non autem ob priuatum. Sic *Abulensis 3. p. q. 31. membro 21 ar. 6. §. 2.* & fauet *D. Bonau. ibi, ar. 2. q. 2.* q̃uis enim prius dicat licere maximè pro bono cõi, vbi insinuat etiam pro bono priuato: at paulo inferius concludit id licere, quando necessitas, vel vtilitas cõmunis id postulant. Idem innuit *Maior in 3. d. 39 q. 3. cõcl. 3.* vbi ait licere pro pace gentis ineunda, aut conseruanda. At hæc pertinet ad bonũ publicum. At dicendũ est nõ esse necessarium bonũ publicũ, sed satis esse priuatũ exigentis. Quia id satis esse ad petendum mutuũ ab vsurario, probauimus satis, atque vtriusq; eandẽ esse rationem diximus n. 12. Atque ita *Gabriel 3. d. 39. q. 1. ar. 3. dub. 1. vers. De circũstãtia per quid,* relata priori sententia, cõcludit fortè dici posse sicut in petitione mutui ab vsurario. Et *Sayro in Claui Reg. lib. 5. c. 3. n. 1.* æquiparat vtrũq; casũ, & concludit solum non licere, quando petenti iuramentũ, aut nullum, aut exiguum cõmodum inde resultat. Et *Suarez to. 3. in 3. p. q. 65. ar. 4. disp. 18. sect. 1. corol. 2 col. 8. vers. Dixi autẽ* æquiparat vtrumq; casum, & dicit satis esse necessitatem priuatã petentis, vel magnã vtilitatẽ. Et *to. 2. de religione, tractatu de iuramento lib. 3. ca. 13. n. 7.* ait iustã huius exigendi iuramenti causam esse si sit cõponenda lis, aut cõtrouersia finienda, vel fœdus firmandũ, aut securitas in quolibet humano negotio accipienda: quas omnes causas ad priuatũ petentis bonũ spectare constat. Et *Leonard. l. 2. de iustitia c. 42. dub. 20. n. 50.* vbi ait in cõtractibus, & alijs causis licere exigere id iuramentum ad damnum, vel iniuriam cauendam: quæ ẽt sunt causæ boni particularis. Et *Graffis 2. p. decisionum, l. 2. c. 4. nu. 13.* ait licere id recipere propter vtilitatem. Et *Driedo lib. 1. de libertate Christiana, in mea editione c. 9. ad finẽ,* dicit id licere pro obseruatione pacis, seu promissi fœderis, at hoc potest ad bonum commune, & ad priuatum spectare.

22 Secũda difficultas est quale peccatum sit hoc iuramentum exigere ab infideli parato ad iurandum per falsos Deos, quando deficit necessitas aut vtilitas excusans. Quã difficultatem in his terminis nõ enodant authores, sed in simili casu de petenti mutuũ ab vsurario parato, absque causa iusta. In quo casu eã petitionem esse lethalẽ affirmant aliqui. Ducuntur, quia

generale charitatis proximi, ac correctionis fraternę præceptũ, obligat quemlibet sub mortali ad vitandũ lethale alterius peccatum, quãdo commode, & absq; suo damno id potest. Atque ideo hanc partẽ sustinet *Syl. verb. Vsura 7. q. 1. Cõrad. de cõtractib. q. 47. Aragon 2. 2. q. 89. a. 6. dub. 2. cõcl. 3.* vbi idẽ dicit de petitione iuramenti ab infideli parato ad iurãdũ per falsos deos *Molina to. 2. de iust. disp. 335. col. 1. cõcl. 4. & col. 2. vers. Vtrum autẽ. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 21. punct. 4 col. 2. dict. 2. & col. vlt. ad finẽ.* Idem tenet cũ quadã limitatione *Salon 2. 2. q. 78. ar. 4. cõtrouersia 3. ad finẽ*, nẽpe, quãdo is vsurarius ex fragilitate peccat: secus qñ ex malitia.

23 Quamuis autem hoc probabilius esse credã, quia ratio adducta fortiter vrget. at probabile est culpã solam venialem admitti: nisi aliqua finis mortalis circunstantia adiungatur. Vt si petantur eæ pecuniæ ad expendendum cum meretricibus: tunc enim non ratione occasionis datę vsurario, sed ratione solius finis erit mortale: vel, vt ait *Sotus statim allegandus,)* ratione damni. Vt si ratione prodigæ pecuniarum ad vsuras acceptionis, accipiens conflet magnum ęs alienũ, ita vt notabile suæ familiæ educandæ damnum inferat. Ducor ad censendum esse probabile. Quia video viros grauissimos tenere esse solum veniale. Id enim tenet *Caiet. 2. 2 q. 78. art. 4. paulo post principium: & in summa, verb. Vsura. c. penult. initio. Sotus l. 6. de iusti. q. 1. art. 5. paulo post principium. dub. 1. Nauar. sum. c. 17. nu. 262. Emanuel Sa sum. verb. Vsura nu. 5. Aragon. 2. 2. q. 78 ar. 4 dub. 1. concl. 2. Petr. de Ledes. 2. to. sum. tract. 8. c. 33. post. 29. concl. dub. 2.* Et tenent plurimi ex neotericis, (vt refert Bañes *2. 2. q. 78. ar. 4. statim in princ. dub. 3.*) & oppositam sentẽtiam solum vocat probabilem. Secundo quia eadem est prorsus ratio de hoc, ac de petenti sacramentum à ministro malo parato, sciendo fore vt in peccato mortali ministret. Et tamen petẽtem, absque necessitate, vel vtilitate aliqua, ab hoc sacramento affirmant multi venialiter solum peccare. Quod adeo firmiter tenet *Sotus 4. d. 125. ar. 9. vers. Primam itaque propositio sit*, vt dicat esse certũ, & absque controuersia apud omnes. Tertio quia (vt vidimus nu. 12. & seqq.) vel modica vtilitas satis est ad excusandum ab hoc præcepto vitandæ huius occasionis. At à præceptis sub mortali obligantibus non tam leuis causa excusare solet. Tandem quia quamuis pręceptum vitandæ ruinæ proximi in mortale obliget ex genere suo ad mortale, at in hoc casu eæ circumstãtiæ concurrunt, vt videatur is rigor temperandus. Cõcurrunt enim ex parte dantis occasionem, eam non censeri datam, sed acceptam ex sua praua voluntate: qui si vult, potest absque culpa dare mutuum petitũ. Item videtur graue onus, tam stricta peccati mortalis obligatione astringere petentem mutuum, ad discutiendum, an causa iusta sit, nec ne. Et ex parte vsurarij concurrit modica necessitas. Cum sponte sua in mortale labatur, ad idq; paratus sit. Etsi modo in hoc vsuræ peccatũ non labatur, statim in alia laberur alijs mutuũ petentib. aut saltẽ prauę voluntatis desiderijs.

24 Ex his sequitur, idem prorsus dicendũ esse de petẽti ab infideli parato ad iurãdũ per falsos deos, iuñm, absque causa iusta. Quippe probabilius est culpã esse mortalem. (vt dixit *Aragon n. 22. alleg.*) At est probabile esse veniale. Quia (vt diximus n. 12) vterq; casus æquiparatur. Quãdo autem non esset paratus, manifesta esset culpa lethalis, absque necessitate vel vtilitate iusta, id iuramentum petere, sciẽdo fore vt alter per falsos deos iuret. Quod de non parato ad mutuũ sub vsuris dandũ, fatentur omnes. Qualis aũt scientia huius peccati pximi desideretur, cõstat ex dictis n. 9.

25 Vltima difficultas est, an casu quo licet ab infideli hoc iuñm petere, sciendo fore vt p falsos deos iuret, ac nullo alio mõ iurare velit, licet ab eo petere vt per falsos deos iuret? Quæ difficultas similiter cõmunius tractari solet in casu simili petentis mutuum ad vsuras. Et qui constat neutiq̃ licere inducere vsurarium illum vt mutuet ad vsuras. Quia est inducere ad rem intrinsecè malam. Et ita fatetur *D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 4. corpore*, loquens de petenti mutuum ab vsurario, & iuñm a gẽtili. Quem omnes sequuntur. At (vt optimè ait *Sotus l. 8. de iust. q. 2. art. 4. col. 5.*) non quæcunque mutui petitio ab vsurario, censetur inductio: sed qñ dans ad vsuras, nullatenus dare vult, eo quod id nefas esse norit, & petens instigat eum, vt det.

26 Difficultas ergo eo pertinet, qñ petens nõ vult vsurarij pctm̃, sed gratis sibi dari mutuum; quia tamen certò nouit fore, vt alter nolit nisi cum vsuris, ne frustra tempus terat, petit mutuum sibi cum vsuris dari; vel offerendo mutui lucrum. Multi id licere negant. Quod obiectum illius petitionis sit intrinsecè malũ. Item quia qđ licet petere, licet desiderare. At nullatenus licet desiderare vt alter det ad vsuras. Ergo nec petere. Atq; ita docẽt *Maior. in 4. d. 15. q. 35. concl. 1. Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 4. paulo post principium. Castro l. 1. de iusta heret. punit. c. 15. Nau. sum. Latina c. 14. n. 39. Hispana c. 28. addit. ad n. 30. c. 14. vers. La onzena & c. 17. Latinè & Hispanè n. 262. Couar. de pactis. 2. p. §. 1. n. 10. Corduba sum. q. 5. corol. 5.* Et cõtrariũ nõ eẽ tutũ docet *Aragõ 2. 2. q. 78. art. 4. dub. 1. in solutione ad vltimũ*. Et hãc partẽ esse probabilem docet *Petrus de Ledes. 2. to. sum. tract. 8. c. 33. post 29. cõcl. diffic. 1.* Et loquẽs de petitione iuñi per falsos Deos ab ethnico parato, docet *Valẽtia 2. 2. disp. 6. q. 7. pũct. 3 col. 5. vers. Aduertẽdũ est.*

27 Quamuis tñ hoc satis pbabile sit, reputo tñ pbabilius, licere petere id mutuum formaliter, & expressè sub vsuris, his verbis, da mihi mutuum ad vsuras, vel da mihi mutuum, & tñ lucri rependam: quando petens certus est fore vt alter nolit dare mutuũ, nisi vsuris exactis & ipse eget mutuo. Ducor, quod eius petitionis obiectum non sit actio dantis mutuum sub vsuris quatenus ab eo procedit. Hæc. n. est ita intrinsecè mala, vt in nullo euentu, aut peti, aut desiderari possit. Sed obiectum illius est mutuum; qđ autẽ dicit, sub vsuris, est permissiuè. Et ita est sensus, da mutuũ, sed quia certò noui te non daturum nisi sub vsuris, id tibi permitto vt mihi cõsulam. Vel da mihi mutuũ; & si nolueris dare nisi vsurario lucro tibi pstito, ad id sum paratus. Vel da mihi mutuum, ẽt si vsuras exigere debeas. Quod obiectũ licitũ est, & sub hac forma, & conditione, & petere, & desiderare illud licet. Hoc em̃ nõ est petere, aut desiderare alterius pctm̃: sed exponere quid petens facturus sit, idque permittere. Sicut dum multi DD. dicunt licere minus malũ consulere parato ad maius perpetrandum, obiectum illius cõsilij non est minus id malum: qđ nec cõsulere, nec desiderare liceret. Sed obiectum illius est, cum certus sim te alterum ex duob. malis facturum, facleuius & ne granius facias. Et hinc cõstat solutio ad argumẽta cõtraria. Et confirmatur, qa licitum est, id mutuum petere, & altero rñdente se nolle dare, nisi vsuris promissis, fas est acceptare cõdõnem, ac vsuras pmittere. Ergo licet à principio eã conditionem offerre, qñ certò scitur eam petendam. Atque ita pro hac snia est *Sotus n. 25. alleg.* quatenus solam inductionem ad vsuras dãnat, quando dans nollet dare, nisi à petenti inductus. Pro eadem est *Abulensis n. 31. referẽdus*, quatenus in simili, de iuñó per falsos Deos petendo id admitti in quodam casu: & proinde non esse intrinsecè malum, sentit. Et in proprijs terminis docent *Durãd. 3. d. 37. q. 4. nu. 5. & ibi Palud. q. 2. ar. 1. post 3. conclusionẽ D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 9. §. vlt fine. Canus & plerique ex recentiorib. Theologis*, vt refert, & sequitur *Salõ 2. 2. q. 78. ar. 4. controuersia 2. & ibi Bañes statim in princ. dub. 2. Molina to. 2. de iustitia, disp. 335. col. 1. concl. 5. Valẽt. 2. 2. disput. 5. q. 21. punct. 4. statim in princ. Emanuel Sà sum. verb. Vsura nu. 5.* & dicit esse probabile *Petrus de Ledes. n. pc. alleg.* & similiter docet esse pbabile *Suar. to. 2. de religione, tract. de iuramento, l. 3. c. 13. nu. 9. fine.*

Tria

28 Tria tamen obſernanda ſunt. Primum eſt *Valentia* nu.præced. allegatus ſentit eſſe nullum diſcrimen inter petitionem mutui ad vſuras ab vſurario, modo explicato n. preced. & petitionem corporis à ſcorto. Atque ita dicit non eſſe participem peccati ſcorti petentē ab illo corpus, ita vt potius videatur illud interrogare an velit conſentire, & ipſo conſentiente ſignificare animi ſui præparationē ad peccādum cum illo. At hoc nō placet. Quia eſt lata differentia, quādo petitur aliquid, quod licite ab altero præſtari nequit: vt in fornicationem. (Vt latè probaui li. 1. c. 6. nu. 14.) Non. n. huius petitionis obiectum poteſt eſſe aliquid bonū. Sicut in petitione mutui ſub vſuris. Et negari nō poteſt interrogationem illam eſſe occaſionem, vt ſcortum hāc ſpecialem fornicationē admittat. Vt ibi explicui.

29 Immò (vt bene ait *Salon 22. q. 87. ar. 4. cōtrou. 1. pag. 1193. Verſ. Primum eſt*,) nec licet petere ab vſurario mutuum ſub vſuris, quādo non ſemper vſuras exigit ſed aliquādo ijs non petitis mutuum dat. Et conſtat, quia tunc offertur occaſio exigendi vſuras: & ita peccandi non oīno parato. Itē quia vt hæc petitio liceat, petunt DD. certitudinem in petenti voluntatis alterius non mutuandi niſi ſub vſuris. At quando aliquādo abſque vſuris mutuat, ea voluntas eſt certa.

30 Secundum eſt. *Salon eodem ar. 4. controuerſia 3. conclu. 3.* aſſerit maiorem neceſſitatem deſiderari ad petendum mutuum expreſſe, & formaliter, ſub vſuris, cognita vſurari voluntate non aliter mutuandi: quā vbi abſolutè petitur mutuū. Atq; ita dicit ad petendū hoc poſteriori modo ſat eſſe voluntariā petentis mutuū neceſſitatem, id eſt, neceſſitatem ad eas res comparandas, quæ honeſtæ ſunt, ac liberè oīno intenduntur, ita vt ex defectu illarū nec ſtatus, nec decentia illius in minimo minuatur. Ad petendū priori modo dicit opus eſſe neceſſitate, q̄ petens vitare nequit. Vt qa indiget pecunia illa ad decentiā ſui ſtatus conſeruandā. Et conſonat *doctrina Abulenſ. n. ſeq. alleganda*, petēs peculiarem neceſſitatē ad petendū à gentili expreſſe iuſm per falſos Deos. At melius reliqui DD. nu. 27. allegati non meminere neceſſitatis maioris cauſæ in hoc petēdi mō. Cū reuera vterq; petēdi modus cōcurrētib. illis circūſtātijs eādē potius occaſionē paſſiuā peccandi alteri tribuat. Quare eadē prorſus culpa in vtroq; modo inuenitur, quādo cauſa iuſta deeſt, & ex eade prorſus cauſa vterq; modus culpa liberatur.

31. Vltimū eſt. *Sa ō eo. 1. 4. cōtrouerſ 2. fi.* ait diſtare petitionem mutui ſub vſuris, & petitionē iuſi per falſos Deos, vt illa liceat mō explicato n. 27. hæc autē in illo euentu liceat, ſed ſolum petere iuſm nō explicando per falſos Deos. Quod illa mutui petitio reddat licita redimendæ vexationis, q̄ petens patiť, denegato ſibi mutuo, niſi oblatis vſuris: ac pinde petens non apponit verè cōdōnem uſurarum, ſed iniqtas uſurarij, ipſo ſolū permittēte. At in petitione iuſi per falſos Deos, nulla redimitur uexatio, cū cōtractus, vel teſtimoniū infidelis poſſit narijs alijs modis cōfirmari. Ac diſplicet hęc diſcriminis rō. Quia cū uſuratius nō teneatur mutuum dare, nullā in eius denegatione eſt vexatio, & ſicut id mutuū eſt petēti neceſſariū, aut vtile ita id infidelis iuſm: eo. n. pſtito firmabitur cōtract⁹, q̄ alioquin erat irritus, & teſtimoniū eius firmius reddetur, imò aliquando id fide carebit abſq; iuſo. Vt ſi teſtari ī iudicio debeat, atq; tunc ſi nolit iurare niſi p falſos Deos, redimeť vexatio petito iuſo p illos. Pręterea qa idē protſus eſt vtriuſq; petitionis ſenſus, ī neutro. n. caſu vult petēs q̄ verba eaterius ſonāt, ſed mutuum, vel iuſm, q̄ licita ſunt: atq; ſolū cognita alterius malitia nolētis dare, niſi cum vſuris, aut iurare niſi per falſos Deos, permiſſiue offertur illi ea cōdō, vt det ſub vſuris, aut iuret p falſos Deos, ſi aliter dare, aut iurare nolit. Et iō hoc licere tenent *Banez 2. 2. q. 78. art. 2. ſtatim in prin. dub. 2. Petr. de Ledeſ. 2. to. ſum. trac. 11. c. 2. dub. vlt. notab. 3.* Et idē fatetur *Abulēſ. c. Matth. q. 270. q̄n* eſt magna neceſſitas. Et idē in rigore fatetur dicendū *Suar. to. 2. de religione tract. de iuramēto, li. 3. c. 13. n. 10. fine, & n. 11. fi.* Qui tamē optimè ait *eo. n. 11.* lōgè diuerſum eſſe in petitionē mutui ſub vſuris, q̄ in petitione iuſi per idola. Nam etſi ſit ex ſe licita vtraq; petitio ī pdicto ſenſu permiſſuro; at ī petitione mutui ſub vſuris nō datur anſa ſcādali, nec eſt externa ſpecies inductionis ad vſuras exercendas, q̄ manifeſtum ſit petētē mutuum nolle vſuras dare, atq; inuitum eas offerre, deſperando alias mutuū cōſequi, ac pinde datur neceſſitas offerendi illas. At in petitione iuſi per falſos Deos, ſatis datur anſa ſcandali, & vt exiſtimetur īductio ad ſic iurandū, & illius approbatio. Quia moraliter nunq̄ eſt neceſſaria ea expſſio, & ſufficit abſoluta iuſi petitio, & vt alter acceptet cōdōnem iurandi, eſt ſatis ne petatur iuſm per verum Deum, quē Chriſtiani pfitentur, & iō bene cōcludit *Suarez ibi*, etſi ex ſe non ſit illicitum in eo ſenſu permiſſiuo petere iuſm per falſos Deos at regulariter id non licere ob prædictam ſcandali rationem: at ſi in aliquo caſu peculiari eſſet neceſſitas ſic petendi, id licere oſtendendo animum ſic acceptandi iuſm, permittendo illud, non quia placeat, ſed quod alio modo obtineri nequeat.

32 Demum obſerua ad licitam petitionem iuſi à pagano, quem per falſos Deos iuraturū ſcitur, etſi nō explicetur vt per falſos Deos iuret, eſſe opus vt ille aliq̄ ſaltem notitiam cōfuſam veri Dei habeat. Quia ſi nō nouit licitū iurandi modū, petitur ab ipſo q̄ nequit licitè facere, ſuppoſita ſua veri Dei ignorantia, per quē eſt iurandū. At hæc cōdō impletur moraliter, ſeu ſupponitur, quoties fidelis petit ab infideli iuſm. Quia non pōt tunc ille infidelis non habere ſaltem famam aliq̄ alterius Dei, per quem Chriſtiani iurant, cū quibus cōtractum init. Atque hoc ſufficit, vt iuramentū per verum Deum non ſit impoſſibile illi infideli, iam enim in eius poteſtate eſt plenius informari, & voluntariè determinatur admodum illicitum, & licitum negligit. Hæc docet *Suarez eodem cap. 3. nu. 5. & 6.*

C A P V T IX.

De obligatione iuramenti, qualis, & quanta ſit, & qualem materiam deſideret, vt obligationem inducat.

S V M M A R I V M.

An iuramentum obliget tanquam priuata lex, nu. 1.

An illius obligatio oriatur ſemper ex præcepto affirmatiuo, & cuius virtutis, num. 2.

An ſemper ſit ſub mortali, etiam in re modica, num. 3.

An ſit maior quam voti, num. 4.

An iuramentum rei futuræ contineat ſemper promiſſionem, & quid in dubio, num. 5.

An dum non continet promiſſionem, obliget ad rem illam futuram implendam, num. 6.

Qualiter iuramētū facti alieni intelligatur, & obliget, n. 7.

An in iuramento includenti promiſſionem ſit duplex obligatio, & vnica, quando illam non includit, num. 8.

An obligatio primaria iuramenti promiſſorij facti homini, ſit erga Deum, num. 9.

An iuramentum promiſſorium factum homini, nullo acceptanti legitimè obligat, num. 10.

Iuramentum ſoli Deo factum materia mala. n indifferentis impedientis maius bonū, ſeu contra cōſilia, vt non mutuandi, non fideiubendi, rei impoſſibilis, aut difficillima, aut ob finem malum; & quando partim materia eſt mala, aut impoſſibilis, vel ſub conditione impoſſibili, vel ſub pluribus cōditionibus, quarum vna eſt impoſſibilis, an obliget? remiſſiuè, num. 11.

Quid ſi id iuramentum ſoli Deo factum, non contineat promiſſionem, aut non referatur explicitè in Deum, nu. 12.

An nulla petita relaxatione poſſit contrauenire iuramento de materia mala, impoſſibili, indifferenti, aut contra conſilia. Et explicantur c. Cum quidam, de iureiur. & cap. Venerabilem, verſ. Idem etiam, de electio. nu. 23.

de officio sacerdotis tomo 1. p. 1. lib. 3. c. 14. Addunt bene *Nau. summa Latina c. 12. n. 88. Toledo, Sayro, Leonardus, & Philiarcus* posse dicere se non fecisse, intelligendo intra se, in alia die ab ea, in quo fecit. Immo, & bene *Valentia* ait posse intelligere quodcunque aliud additum sola mente conceptum, quo id reddatur verū. Idque constat ex regula n. 15. tradita. Idem licebit respondere se non occidisse Petrum; intelligendo alium eiusdem nominis, vel etiam eundem met, intelligendo antequam nasceretur. Ita *Salon dicta controuersia 11. in solutione ad 5.* Quamuis *Sotus de secreto, memb. 3. q. 3. ad finem* non admittat eam amphibologiam, vt possit intelligere alium eiusdem nominis.

27 Atque eisdem amphibologijs voti potest reus quādo iudex interrogans nō est legitimus interrogari iudex, aut in hoc casu peculiari. Quia nunc nō rogat iuridice, atque ita pōt per æquiuocationem licitam ei occultari veritas. Vt bene docent *Sylu. verbo Accusatio q. 13. Sotus de secreto, memb. 2. q. 7. post 3. conclusionem, vers. At vero q. 14. Nau. summa c. 12. n. 8. Manuel de ordine iudiciario, c. 10. n. 4. Sayro relatus n. praecedenti.* Similiter potest vti æquiuocatione, quando extractus est ab Ecclesia. Quia tunc iudex nō habet ius interrogādi, & procedendi. Ita *Sotus ibidem.* Similiter idem licet ob eandem rationem, quando iurisdictio huius iudicis est suspensa per appellationem. Ita *Manuel ibi.* Idem, quādo iudex interrogans est excommunicatus denunciatus, aut notorius clerici percussor. Quia in his casibus eius iurisdictio suspensa est. Vt traditur in tractatu de excommunicatione.

28 Immo qñ reus iniuste occultos socios detexit, aut testis iniuste crimen rei occultum coram iudice prodidit, si non sit sufficiens aliunde informatio ad procedendum contra eos socios, aut illū reum, possunt reus, & testis ille se offerre coram iudice, & iurare illos non fecisse id delictum, intelligendo ita vt delictū subsit illi iudicio; & falsū dixisse, intelligendo, quatenus falsum fuit, id delictum eos fecisse publice, ita vt subesset illi iudicio. Probatur, quia cū res sint immutatæ, sicut à principio, quando iurarunt, poterāt vere dicere hos nō esse reos, intelligendo, publice, & vt illi iudicio subsunt, de quo delicto solo interrogat iudex, vt iudex sita & modo id vere dicere poterunt. immo si scienter detexerunt iniuste, possunt etiam dicere se mentitos esse, intelligendo de mendacio practico; q̄ dicitur quodcunque opus rationi dissonū. Sicut iniustum criminis veri detractorē, dicūt multi posse dicere se mentitum esse, ac falsum dixisse, intelligēdo de hoc mendacio practico. Hi sunt. *Medina lib. 1. summa cap. 14. §. 33. en la fegunda cabeca. Nau. lib. 2. de rest. c. 4. in noua editione. p. 3. dub. 0. c. n. 232. & sequentibus. Enriquez lib. 5. de pœnitentia c. 11. n. 6. Manuel 1. to. summæ in 2. editione c. vlt. n. 3. Bañes 2. 2. q. 62. art. 2. dubio 8. & ibi Salon cōtrouersia 15.* dicens *Canum, Mantium, & viros doctissimos in suis prælectionibus* hoc docuisse. *Leonardus lib. 2. de iustit. c. 11. dubio 20. n. 110. Sayro in Claui Regia lib. 11. c. 4. in num. 27. Petrus de Ledesma 2. to. sum. tractatu 2. c. 7. concl. 3.* & in proprijs terminis id docet *Sayro eo. c. 4. in fine.* Immo, quamuis illi bona fide detexerunt, & ita culpæ fuere immunes, possunt dicere se mentitos fuisse, intelligendo de mendacio materiali, quod appellatur quodcunq; falsum bona fide dictum; ac proinde tale ēt dicetur falsum practicum, id est, quod in se erat peccatum, & rationi dissonum, & ratione bonæ fidei excusatum. Nam necessitas reparandi damni illati est causa iustum reddens harū amphibologiarum vsum. Quod si roges, an teneantur ad hoc. *Petrus de Ledesma proxime allegatus, & Sayro eo. c. 4. n. 27.* aiunt teneri hac æquiuocatione vti, qui iniuste famam læsit, detegendū verum crimen occultum. Sed distinguendum est ita. Si reus ille, & testis mala fide fecit iniuste detexere, tenentur vti ea æquiuocatione, & se ad id offerre, si possint absq; maiori notabiliter detrimēto suo, & spes est fore, vt retractio prosit. Quia cum hac via possint illatæ damnum illatum resarcire, & lege iustitiæ ad id teneantur, tenebuntur vtique. Si tamen bona fide (vt cōmuniter accidit) detexere non tenentur lege iustitiæ: Quia in nihilo facti sunt locupletiores, nihilque possident. At possessor bonæ fidei extra hoc casus non tenetur restituere. At si possunt absq; suo detrimento, & speratur retractationem profuturam, tenentur lege charitatis obligantis quemlibet, vitare graue proximi damnum, quando absque suo detrimento potest.

29 Tertio deducitur quoties factum exterius contra legem, excusatur à culpa ratione alicuius circunstantiæ, posse rogatum iuridice de illo facto, id negare, intelligendo de facto criminoso. Vt si quis hominē ignoranter putans esse feram occidat; aut in propria defensionem; aut rem alienā in debiti compensationem vsurpauit, potest de eo facto rogatus in iudicio id negare. Quia interrogatio iudicis ex circūstātia interrogantis, & iudicij, de eo solo facto intelligitur. Atq; ita docent *Bañes 2. 2. q. 69. art. 2. dubio penult. & ibi Salon cōtrouersia 11. in quarta ratione, & Sayro in Claui Regia, lib. 12. c. 17. n. 24. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 31. dubio 3. n. 14.* beneque addit idem, si sola culpa venialis fuit. Quare ob eandem rationē, quando taxa alicuius rei est iniusta, si pluris vendens, aut defraudās in pondere, & mēsura, ita vt sibi satisfaciat pro pretij iniustitia, & reddat correspondentes merces pretio dato, pōt hic rogatus à iudice, an pluris vendiderit, vel defecerit in pondere, aut mensura, id negare; asserereque se pretio taxato vendidisse, & integre pondus, & mensuram tradidisse, intelligēdo hæc, ita vt pluris vendens, aut deficiens in pondere, & mensura deliquerit. Quippe absque delicto vtrumque fecit. Atque ita vere dicit se integre tradidisse, nempe, quatenus tenebatur eo pretio accepto, nec excessisse delinquendo. Atque ad hoc satis est, opinionem esse probabilem eā taxam non obligare. Vt in simili dicemus n. 32.

30 Quarto deducitur, rogatū iuridice de aliqua circunstantia vera, vt indicio alicuius delicti à se non perpetrati posse eam negare, intelligendo intra se, qua teous est indicium illius delicti. Vt si reperto cadauere quis interrogetur, an gladius ibi repertus sit suus, vel tali hora illac transierit, quæ vera sunt, & petuntur ab eo tanquam illius homicidij indicia, quod vere non cōmisit, potest negare. Quippe ad debitam iudicis mentem vere respondet. Ita *Sotus lib. de secreto, membro 2. q. 7. post 3. concl. dub. 2. Manuel de ordine iudiciario c. 10. nu. 7. Salon n. praecedenti allegatus, Sayro eodem c. 17. num. 11. Leonar. eodem dub. 3. n. 14.*

31 Quinto deducitur, eum, cui licitum est aliqua bona abscondere, eo quod illis ad vitam sustentandū egeat, ne à creditoribus capiantur, & sic cogatur mendicare, posse rogatum à iudice iurare se nulla bona abscondita habere. Atq; idem possunt iurare id scientes dūmodo ipsis constet, licite eum abscondere ad hunc finem. Intelligendo secum, non habere bona abscondita, quæ iudici manifestare teneatur. Hæc enim est intentio illius interrogationis.

32 Sexto deducitur, quoties quispiam à cuiuis debiti obligatione liber est, posse rogatum à iudice de illo, id negare, intelligendo intra se, ita vt debeat. Qua respōdet ad debitam iudicis mentem. Qua ratione optime *Couar. relatis Alciato, et Cæpola, lib. 1. var. c. 2. n. 4. Azor to. 1. l. 11. inst. moral. c. 4. q. 5. regula. 2.* docent eū, qui nūmos mutuo acceptos soluit, posse à iudice rogatum de mutuo, iurare se illud non accepisse, intelligendo, ita vt teneatur id soluere. Idem docent *Suarez eo. lib. 3. c. 9. num. 6. Parlad. de rebus quotidianis lib. 2. c. fin. parte 1. §. quarto, numero 13.* Atque idem dicendum est, si quacunque alia ex causa ab eo mutuo soluendo liber esset. Atque idem credo, si tunc non teneretur soluere, eo quod terminus ad quem mutuum datum fuit, non est impletus; vel præ paupertate excusatur

satur debitor à tunc soluendo. Quia iudex ad eū effectum,rogat,vt cogat statī soluere;quare negans se accepisse, intelligendo, ita vt statim debeat soluere,vere ad debitam iudicis mentem respondet. Atque ob eandem rationem lib. primo de matrimonio,disputatione decima.n.27.& 28. probauimus,quoties siue vere, siue ficte promittens matrimoniū, immunis est ob aliquam causam ab implendi obligatione,posse eum à iudice vocatum iurare se non promisisse,intelligendo ita vt teneatur implere. Quod ibi nu.28.diximus procedere,non tantū,quando est certa causa non implendi, sed etiā n quoties sapientum iudicio est probabile non teneri seruare. Quia potest amplectendo opinionē probabilem existimare se tuta conscientia non obligatum. Atq; ideo immerito *Gutierez allegato Perez, q.pract.l.1.q.60*,negat posse negari mutuum iam solutum. Et eadem ratione clericus rogatus à custodibus, an aliqua portet, eo fine vt gabellā soluere compellatur, potest iurare se nil portare intelligēdo ex quo gabellam debeat. Ita *Sylu.verbo Mendacium,q.vlt.* Et idē credo,quoties laicus aliquo portat,aut habent,aut vendidit, ex quibus gabellam aliqua ratione non debet,aut non debet integram,iuxta probabilem opinionem. Potest enim iuramento rogatus negare se habere, portare, vendidisse eam solam quantitatem, ex qua gabellam nō debet; intelligendo intra se,ita vt ex illa debeat. Vt bene docet *Suarez eodem c.9.nu.7.*

33 Maior difficultas est,an debens quinquaginta rogatus in iudicio, an debeat centū, possit absolute negare se certum debere; & similiter rogatus de fundo, an sit suus, possit absolute negare suum esse, si sola pars eius sua sit? *B.in l.1.si qui ducenta, §.Vtrum.ff de rebus dubijs, Abbas, Felinus, Alexander, Alciatus, Aretinus, & alij quos refert Couar.li.1.variarum,c.4.nu.5.* dicunt hunc ita absolute negantem esse periurium. Quorum fundamenta refert, & soluit *ibi Couar.* Qui alijs relatis iure optimo tenet cōtrariam opinionem, quam etiam sustinent *Azor to.1.l.11.instit.moral.cap.8.fine.& Gutierrez quæstionib.practicis lib.1.q.61.nu.1.*,qui alios *num.1.* refert pro contraria sententia. Quia qui rogatur,an comederit in templo, cum solum extra comederit, vere negat. Item,quia propositio affirmatiua est falsa,nempe debeo centum. Ergo negatiua eius contradictoria erit vera. Quamuis autem hic non sit periurus, poterit ex alio capite culpæ reus esse, nimirum,si neget,ne cogatur soluere partem, quam debet, vel causa alterius fraudis,& quia cogit actorem ad probandam partem illam vere debitam. Et ita ait *Gutierrez eod. nu.2.*

34 Septimo deducitur, scolasticos rogatos, an fuerint collocuti cum aliquo ex candidatis circa cathedram concertantibus; vulgo, *opositores*, posse tuta conscientia iurare se non collocutos,si de ijs solis rebus egere,quæ ad subornandum eos non pertinebant; intelligendo intra se de huiusmodi rebus. Quia hæc est debita interrogātium mens. Ita *Nauarrus summa cap 12.nu.19. Suarez eodem lib.3.c.9.num.7. Sayr in claui Regia,li.5, cap.4.nu.14.* Quamuis contrarium immerito teneat *Ludou. Lop. 1.part.instruct.c.p.42.colum 7.versic.Quo tempore pest.i.* Et similiter ob eandem rationem possunt à iudice interrogati, an domū alicuius ex illis ingressi sint, iurare se nō ingressos, quando non ingressi sunt, vt subornarentur. Ita *Manuel t.to sum.in 2.editione c.191.nu.4.* Atque ob eandem rationem rogati, an egerint de ijs, quæ in aliqua cōgregatione tractata sunt,si egerint de non præiudicialibus,& quę iuxta statutorum mentem non sunt secreto seruanda, possunt iurare se nō egisse, sed secreto seruasse;intelligēdo intra se de ijs,quæ seruare tenebantur. Ita *Philiarc.de officio sacerd.to.1.p.2.l.3 c.14.fi. Suar.& Say.proxime alleg.*

35 Octauo deducitur, venientē ex loco minime peste infecto, qui falso infectus creditur, rogatum ab vrbis custodibus, veneritne ex eo loco, posse iurare se ex eo non venire, intelligendo non venire tanquam ex loco pestilenti. Quia hæc est debita custodum intentio. Ita *Syluester verbo Iuramentum,3.q.2.fine Nauarrus capite Humanæ aures 22.q.5.in q.2.num.9. & in summa ca.12. num.19. Toledo lib.4. summæ cap.21. num.9. Philiarcus de officio sacerdotis,tomo 1.part.2.lib.3.cap.14. ad finem. Azor tomo 1.lib.11.instit.moral.cap.4.quæst.5.regula 3. iuncto versic. Primo quidem. Suarez eo.cap.9.nu.7. Sayro eo.cap.4.nu 22. Leonardus lib.2. de iustitia, in cap.42. dubio 9.nu.47.* Atque idem bene docent *Syluest. & Azor ibidem,& Manuel t.tomo summæ,2.editione,c.191. num.4.* quando adeo celeriter transijt per locum peste infectum, vt nihil eum pestis attigerit,potest enim iurare se illac non transijsse, intelligendo ita vt aliquid mali ex loci pestilentia cōtraxerit. Quia hæc debet esse recta custodum intentio. Et ita debent intelligi. *Nau. eo.c.12.nu.19.& Toledo.eo.n.9. Suarez eo.nu.7.*dum dicunt venientem ex loco pestilēti, si merito credat. nec se,nec aliquid suum peste infectū esse, posse iurare inde non venirē,intelligendi enim sunt,quando ita celeriter illac trāsiere, vt explicatum est. Quia alias nullatenus id iurare liceret. Sēper enim est periculum contagionis. Et ideo optime *Leonardus eo.n.47.*dixit oportere vt iurans sit certus non esse periculū contagionis. Atque optime aduertit *Syluest.ead.q.2. & verbo Mendacium,fine*,religiosos,& clericos venientes ex loco vere pestilenti,ac de hoc rogatos ab vrbis custodibus teneri ad ipsorum custodū mentē iurare. Quia etsi laici exigentes iuramentum non sint eorum superiores, id tacite exigunt. Cum nō vi illata,sed ex suppositione, si in vrbem ingredi velint,id petant.

36 Nono deducitur,creditorem virtute instrumēti publici exigentem coram iudice debitum, vulgo, *executando por la deuda*, posse inreiurādo asserere quantitatem, in eo instrumento contentam, esse sibi debitam, prout iurare iubetur,*l.9.regia,tit.21.lib.4.noue recopi.* etsi pars illius summæ debitæ soluta sibi sit; si tantūdē pecuniæ,quantumdē solutum est,sit alia via sibi debitum,de quo nullum est instrumentum publicum, virtute cuius exigatur. Quia cum re vera ea quantitas debita vere sit, nec iuret sibi deberi virtute illius instrumenti,vere iurat,ac iuxta principalē iudicis mentem; & nulli iniuriam irrogat. Cum debitor totam illā soluere teneatur. Hoc tñ intellige, nisi esset præiudicium iuris alterius creditoris,qui haberet ius anterius debito illo non contento in instrumēto, & debitor ille non esset omnibus soluendo,& ius illius alterius creditoris esset posterius debito contento in instrumento. Quippe hic recuperans virtute illius instrumenti totā summam, præferretur in tota in præiudiciū alterius creditoris,qui in quātitatis solutę parte maius ius habebat. Immo quando hoc præiudicium non est,si debitor reconueniat coram iudice creditorem, vt iuret, an pars illud debiti soluta sit sibi, potest iurare solutam non esse intelligendo vt modo nō sit tantundem sibi debitum. Quia verum in hoc sensu iurat, hac necessitate debiti recuperandi cogitur.

37 Decimo deducitur,si per iniuriā extorqueatur promissio iurata alicuius pecuniæ dandæ,licere iurāti vti hac æquiuocatione, iuro tibi me numeraturum pecuniam; intelligendo, vt ille casus,tibi,regatur a verbo, Iuro ita vt sit sensus,tibi iuro fore,vt numerem pecuniam,siue tibi,siue alteri. Quod ea oro patiatur vtrūq; sensum. Item, si in ea lingua,in qua iuratur, nomen Dei habeat diuersas significationes, licere iurare per Deum vsurpando id nomen in alia significatione. Similiter non esset plus quam veniale mendacium,dicere,vro,ablata,I.cum nil vere vrat. Hæc omnia docēt *Sotus lib.8.de iust.q.1.art.7 in fine.* Imo credo nullū fore mendacium,si illud verbum, Vro,accipiatur materialiter ad nil significandum. Sicut nu.10.diximus de alijs iuramenti verbis materialiter acceptis.

38 Sed an liceat tunc iurare, retinendo mēte hanc cōditionem,iuro me daturum,si tibi secluso iuramento

sum

sum debitor; aliqui negant ducti, quod ea verba hanc amphibologiam nó patiantur in communi hominum sensu. Ita docent *Caiet. 2.2.q.89. artic.7. col. penult. vers. Ad hoc dicitur. Et ibi Aragon circa solutionem ad 4. in 2. concl. Sotus lib.8. de iust.q.1. art.7. col. vlt.* At retenta nostra sententia num. 15. tradita, dicendum est id licere. Quia nil refert verba eam amphibologiam non pati, & cogit necessitas ea vti. Et ita cum secluso iuramento non debeat, minime tenebitur soluere. Atque ita docet *Angelus verbo Iuramentum 5.n.8. casu 9. Sylu. verbo Iuramentum 4.q.7. dicto 2. Nauar. cap. Humanæ aures 22.q.5. in q.3. num.6. fine, & sum. cap.12. nu.14. Azor t.1. lib.11. instit. moralium c.4.q.5. regula 3. iuncto vers. Primo quidem. Valentia 2.2. disp.6.q.7. puncto 4. col. antepenul.* Qui bene addit, nec teneri tunc propter alios id iuramentum implere. Poterunt enim, & debebunt credere iuramentum in alium sensum fuisse detortum; si quidem ad id iusta causa suberat.

39 Vndecimo deducitur, coactum aliquam accipere in sponsam, quam deducere non tenetur, posse iurare se accepturum, intelligendo intra se, si teneor, vel si postea placuerit mihi. Constat ex dictis. Et docet *Toledo lib.4. sum. c.21. n.9.*

40 Duodecimo deducitur, eadem ratione fœminã morti proximam, ac excommunicatam, eo quod viro non cohabitet, quem nouit ob impedimentum occultum non esse suum, coactamq; iurare vt absoluatur, fore vt adepta sanitate illi cohabitet, posse id iurare, intelligendo intra se, si id mihi licet. Quia non est mẽs iuramentum exigentis vt ea peccet. Et ita docent *Angelus verbo Iuramentum 4. initio. Syluester verbo Iuramentum 3.q.2. vers. In iuramento vero. Nauar. sum. in cap. 12. nu.9. Azor tomo 1. lib.11. instit. moralium. c.4.q.5. reg.2. fine Philiarcus de officio sacerdotis, tomo 1. par.2. lib.3. c.14. ad finem.* Atque *Syluester* eam vniuersalem regulam tradit, quoties iuramentum exigitur exequendi aliquid, quod sine peccato fieri nequit. Potest enim iurans intra se intelligere, si absque peccato id efficere potuero. Idem intelligo de muliere non cohabitanti viro, eo quod conscia sit adulterij [illegible] ac proinde iustam diuortij causam habet. Quippe iurare compulsa se viro cohabitaturam, potest id iurare, intelligendo intra se, si ad id teneor. Quia mens iudicis non est nouam illi obligationem imponere.

41 Decimotertio deducitur, adulteram rogatam à marito, an adulterium admiserit posse iurare se non fregisse matrimonium. Quia adhuc matrimonium integrum, & stabile perseuerat; quamuis vir ea verba in eo sensu percipiat, vt fidem tori non violarit. Ea enim oratio vtrumq; sensum admittit. Ita *Sotus de secreto membro 3. q.3. conclus.7. Aragon 2.2. q.69. art.2. fine Sayro in claui regia, lib.12. cap.17. nu.25.* Negat autem *Sotus ea q.3. post 5. conclus. vers. Sed ais forte, & lib.5. de instit. q.6. art.2. ad finem corporis* licere illi negare adulterium, concipiendo intra se aliam diem ab ea, in qua id admisit. At tenendo nostram sententiam nu.15. relatam, verius est id licere. Et ita docent *Nauar. cap. Humanæ aures 22.q.5 in q.1. n.9. Philiarcus num. præced. allegatus*, Et constat ex dictis in simili num.26. fine. Similiter potest iurare se non fecisse, intelligendo intra se, vt tibi reuelẽ. Ita *Philiarcus ibid. Azor tomo 1. lib.11. instit. moral. c.4.q.5. regula 3. iuncto vers. Primo quidem. Sayro in claui regia, lib.5. c.4. n.24.* At nequit iurare se adulterij crimine carere, eo quod illud confessa sit. Quia veniam sibi concessam à Deo esse ignorat. Ita *Palud. 4.d.35.q.1. artic.3. num.26. Sylvest. verb. Iuramentum 2.q.8. Nauarrus sum. cap.12. nu.18.* Quamuis minus bene concedat hoc licere *Sayro eo c.4. n.24.*

42 Decimo quarto deducitur, licitam fuisse amphibologiam, qua vsum fertur D. Franciscum, qui à iudicis ministris rogatus, an illac quidam reus transijsset, manus in vestis manicas introducens, dixit sic, Non transijt hac, intelligens de loco, in quo manus habebat. Quia aderat iusta occultãdæ veritatis causa; & verba verum sensum iuxta additum mente intellectum habebant. Hoc est contra *Sotum de secreto, membro 3.q.3. post 5. conclus. vers. sic. Sed ais forte.* Sed approbant *Ananias, & Angelus*, quos referunt, & sequuntur *Nau. cap. Humanæ aures 22. quæst.5. in q.2. num.10. & 11. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de iuramento, lib.3. c.9. nu.7. & 8. Idem Nau. in sum. c.12. nu.8. Salon 2.2.q.69. art.1. controuersia 11.* Atque similiter posset dicere sic, Non transijt hac, intelligendo locum indiuiduum, quem pede, aut manu tangit. Vt bene docet *Sylu. Verbo Mendacium, q. vltima.* Similiter mulier, quæ nupsit consobrino, rogata à iudicis ministris an maritus domum intrarit, potest iurare neminem domum intrasse præter consobrinum. Vt bene docet *Sotus ea quæstione 3. conclus. 7.*

43 Decimo quinto deducitur, eum à quo mutua pecunia petitur, quam re vera habet, posse iureiurando affirmare se eam non habere, intelligendo intra se, vt mutuo det, quando non tenetur mutuare. Ita docent *Nauarrus summa Latina cap.12. num.18. Hispana cap.28. additione ad num.8. cap.12. & cap. Humanæ aures 22.q.5. in q.3. n.13. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c.191. nu.4. Philiarcus de officio sacerdotis, to.1. p.2. lib.3. c.14. ad fin. Sayro eo c.4. nu.26.* At contrarium tenent *Corduba de secreto, membro 3.q.3. Enriquez lib.6. de pœn. cap.19. n.8. in commento, litera R. in fin. Lud. Lopez 1. p. instructorij cap.42. col.7. vers. Item qui non tenetur. Parlad. de rebus quotidianis, lib.2. c. fin p.1. in §.4. n.5.* At credo priorem sententiam esse veriorem; quoad hoc vt ille non sit periurus. Quia in suo sensu verum dicit; cum sensus sit, non habeo vt tibi mutuare velim. Quare ad veritatem huius iuramenti nil refert, an ille teneatur mutuare, nec ne. Et ita non oportet addere illam limitationem, quam prædicti Doctores addunt, quando non tenetur mutuare. Et solum intelligo illam addere, vt sit peccatum tunc negare mutuum. At quamuis non sit periurus, peccabit venialiter in ea iuramenti æquiuocatione, si nulla non mutuandi causa sit. Iuxta dicta num.28. Nulla autem esset culpa, si adesset iusta non mutuandi causa. Vt quia iurans illis pecunijs eget ad alium vsum; aut credit fore, vt accipiens sit tardus, ac difficilis in soluendo, aut ignorat qualiter se habiturus circa solutionẽ sit. Similiter idem dicendum est, si intra se intelligat, non habere se pecunias in alio loco, ab eo in quo re vera habet. Quia similiter iuxta additum mente retentum ea verba vera sũt. Et tandem iuxta omnem sententiam potest vere iurare se non habere eas pecunias, quando re vera illis pro tunc ita eget, vt eas mutare nequeat. Quia iuxta petentis intentionem respõdet, quæ est. an habeat pecunias, quas commode mutuo dare possit.

44 Vltimo deducitur, pœnitentem temere rogatum, an hoc, vel illud peccatũ fassus sit, posse iurare se non confessum, intelligẽdo ita vt teneatur illi explicare. Ita contra *Sotum 4.d.18 q.4. art.5. in solut. ad 4. vers. Atque considerate* dicentem posse dicere, se nõ dixisse, at nõ posse dicere se non dixisse in confessione, aut non fassum esse, tenent *Enriquez l.6. de pœn. c.19. n.7. Valẽtia 4. to. disp. 7.q.13. puncto vlt. col.2.*

45 Tandem ad obseruandum est, quoties licitum est ad se tuendum vti aliqua æquiuocatione, id quoque erit licitum, etsi interrogans vrgeat excludens illam æquiuocationem; verbi gratia iniquus iudex interrogat testẽ, an sciat delictum, siue publice, siue occulte, potest testis respondere, se nec publice, nec occulte scire, intelligendo ita vt teneatur dicere. Vt docet *Sotus*, etsi aliquantulum dubius, *de secreto, membro 3. quæst.3. post 4. conclus. vers. Sed hoc est, quod me dubium. Aragon. 2.2. quæst. 79. artic.1. fol.522.* Et de confessore, qui iniqua interrogatione vrgetur, an sciat in confessione, & vt Deus, dicunt posse eum iurare etiam, nec hoc modo scire, intelligendo intra mentem, ita vt teneatur dicere, *Sotus 4. distinction.18. quæstione 4. artic.5. ad 4. Nauar.*

uar.c.Humana aures 2.2. quaest.5. in quaest.2.nu.7.Suarez 4 to.in 3.p.disput.33. sectione 6.nu.7. Enriquez lib. 6.de poenit.cap.19.nu.7. Valentia 4.tomo,disputatione 7. quaest.13.puncto vlt.colum. 2. Atque idem docēt de reo, qui rogatus de delicto secreto, vrgetur vt dicat, siue fecerit publice, siue occulte, siue ipse iudex iuridice roget, siue non, dicens posse adhuc respondere se non fecisse, intelligendo, non vt tu iniquitate tua rogas, sed vt teneris tanquam iudex rogare; 2.2.q.69.art.2. *dubio penultimo, & ibi Salon controuersia* 11. *pag.*1575. *vers. Quod si iudex.* At idem docet de rogato à custodibus Vrbis aliquem locum peste infectum falso esse existimantibus, & rogantibus quempiam, an ex eo loco venerit, siue infectus peste sit, siue non, nempe, posse hunc respondere non venire ex eo, intelligendo, nō vt vos rogatis, sed vt debetis rogare, *Nauar.in d.c Humanae aures, in q.2.num.9.* Quorum omnium ea est ratio, quia etsi ita interrogans excludat eo ipso omnē alium modū sciendi, & responsio ex se id significet; id tamen verum est ex formali iniqua interrogantis intentione, cui imputari debet repugnātia in ipsis verbis, & interrogatione. At alter vtitur iure suo, respondendo ad mentem legitimā, quae inesse deberet. Quare idē censeo ob eandem rationem, quantumcūque re duplicet iniquus interrogator, vt iuret se nulla aequiuocatione vti, & absq; omni prorsus aequiuocatione id intelligere; adhuc enim id iurare potest, intelligendo, ita vt plane debet loqui, & explicare; vel aliquid aliud mente concipiendo, quo verum id reddatur. Quia cum non teneatur ad formalem interrogantis mentem respondere, sed ad debitam, illa respōsio iuxta debitam eius mentem vera est.

46 At oportet vt vtens quacūque ex dictis amphibologijs intendat sensū, quem verba vere possunt habere, & sic est opus vt sciat se in aliquo vero sensu posse dicere, quamuis in specie illum ignoret. Ita *Suarez eo. li.3. c.14.nu.5.* at fat erit vt intendat sensum, quem doctus vir illi consulit, aut intelligit.

CAPVT VII.

Qualiter non liceat in iudicio iudice bene roganti, vel in contractibus, amphibologia vti in iuramento. Et an qui tunc negauit possit absolui antequam declaret delictum, etsi iam ducatur morte plectendus; & an si sibi falso crimen imposuerat, teneatur ratractare.

SVMMARIVM.

An iuridice rogatus, vel in contractibus, peccet mortaliter iurans vtendo amphibologijs.nu.1.

Quid, si in his casibus fingat se iurare, non iurans.nu.2.

Rogatus iuridice de delicto, an possit iurare se non fecisse, si fieri mandauit.num.3.

An possit negare, si iam in confessione sacramentali id delictum fassus sit.num.4.

Testis iuridice rogatus, an possit iurare se nescire, quae solum audiuit.num.5.

An reus, qui illegitime negauit veritatem, si iam punitus, vel absolutus sit, vel fugit, teneatur se offerre ad fatendam veritatem.num.6.

Quid si adhuc sit sub iudicis potestate, & duret iudicium? Refertur quaedam sententia, nu.7. Et sententia Authoris. num.8.

Qualiter se habere debeat confessor cum reis, circa fatenda veritatis propositum, si iterum rogentur.nu.9.

An reus iam condemnatus, qui ad mortis supplicium ducitur, teneatur fateri veritatem, quam iuridice rogatus negauerat? Refertur quaedam sententia. num. 10.

*Proponitur sententia Authoris.nu.*11.

*Quid, si sibi falsum imposuerat, propter quod damnatur an teneatur se retractare.nu.*12.

1 NOn est animus in praesenti tractare, quādo iudex ita iuridice roget, vt reus fateri teneatur; hoc.n. spectat ad tractatum de reo. Sed tantū in praesenti tractat, quādo tenetur sub mortali crimen fateri, an peccet mortaliter id amphibologijs tegendo, quae verum sensum efficiunt; teneaturq. postea se offerre ad veritatem syncere detegendam. Et quidē quando iudex ita iuridice rogat, vt reus teneatur fateri veritatem, cōstat esse lethale in re notabili eam amphibologijs tegere. Cum teneatur eā syncere detegere. Et ita docēt omnes Doctores toto capite praecedēti allegati. Atq; idem est, quando à priuata persona, cuius interest ratione contractus, iuramētum prestari exigitur. Quod bene docent *Sotus lib.8. de iust.q.1. art.7. circa solutionem ad 4. vers. Quod si rursus, & vers. Hactenus de his. Philiarcus de officio sacerdotis, to.1.par.2.li.3.cap.14.paulo post principium. Leonard.lib.2.de iustit.ca.42.dubio 9.n.46.Sayre in claui regia, lib.5.c.4.nu.13.* & est omnium. Quod intelligo, quādo illi priuatae personae damnum notabile inde immineret. Vt explicabo num.seq.

2 Quare in vtroque casu peccat mortaliter, si fingat se iurare, & re vera non iuret, verba iuramēti subticens. Quia iniuriā irrogat iudici, aut parti legitime iuramētum exigentibus. Ita docent *Alcozer sum.c.15.fol.52. pag.2. vers. Iurar con cautela.* At hoc intelligo qñ inde aut iudicio, aut contractui notabile damnum sequeretur. Nec .n. mortaliter peccaret, si nulla fraude; sed reuerentia iuramenti ductus, & scrupulo, fingeret se iurare, ita vt astantes, & tabellio intelligerent eū iurare. Quia cū in foro externo cōstet de eo iuramento, nullū damnū sequitur iudicio, aut cōstractui; & ex alia parte integre veritatē fatetur, nec aliquā fraudem molitur.

3 Hinc deducitur, rogatum iuridice, an crimē aliquod admiserit, quod per se non admisit, sed per tertiā personam, cui id praecedit, esse periurium; si iuramento se admisisse neget. Quia id iusiurandum accipiendū est secundum legitimum verborū sensum, quem aut suapte natura verba habent, aut in quo canones, & leges accipiunt. At fecisse vere dicitur nō solus ille, qui per se ipsū fecit, sed & qui fieri mandauit; *l.1.vers. Deiecisse.ff. de vi, & vi armata.* Ita *Azor to.1.li.11.insti.mor.c.8.q.2.*

4 Secūdo deducitur, iuridice de delicto rogatum non posse iurare se ab eo delicto liberum. eo quod illud in confessione sacramētali detexerit. Quia etsi certus esset id delictum per cōfessionem esse sibi à Deo condonatum, adhuc ius habet iudex de illo interrogandi ad punitionem in foro externo. Ita docent *Paludanus 4. dist.35 q.1.art.3.nu.26. Azor eo.lib.11.instit.moral.c.11. q.*1. Idque constat ex *c. Accepimus, de purgat.canon.*

5 Tertio deducitur, licere testi iuridice interrogato, an aliquid sciat, non tamen rogato, an audierit, iurare se nescire, si solum audierit. Quia haec verba plana sunt, & ab omni amphibologia libera. Quippe ea sola censentur testes scire, quae in eorum praesentia gesta sunt, *cap.Testes,3.q.9.* Ita *Sotus 4.dist.18.q 4.art.5. in solutione ad 4. & de iust.lib.6.art.2.concl.7. & de secreto membro 3.q.3.post.4.concl.vers. Sed quicquid sit. Aragon.2. 2.q.70.art.1.fol.510.col.2.*

6 Potissimū autem dubium est, quando reus legitime interrogatus, ita vt sub mortali fateri teneretur, negauit veritatem, aut amphibologijs texit, an absolui possit, nisi se iudicio offerat ad veritatē detegendam, etsi iterum non rogetur; Et in triplici statu potest hoc in dubium verti. Primus est, quando reus hic iā à iudice absolutus fuit, aut punitus, aut è carcere fugiens est omnino extra iudicis potestatem. Secundū est, quādo adhuc iudiciū durat, ac reus est sub iudicis potestate. Tertius est, quādo conuictus, & damnatus ducitur ad

mortis

mortis supplicium perferendum. Et quidem in primo statu, fatentur Doctores non teneri hunc se offerre ad veritatem manifestãdam. Quia cum iam extra iudicis potestatem sit, id nil aliud esset, quam se procedere. Atque ita docent *Bañez 2.2.q 69.art.2.in 2.p.dubio . concius.3.& ibi Salon controuersia 10.concl.3. Sayro in claui regia, lib.12.c.17.n.14.*

7 In secundo autem statu, nempe, quando adhuc reus sub iudicis potestate est, nec sententia est lata communis sententia affirmat, eum in malo statu esse, nisi se ad fatendam veritatem etiam non rogatus offerat; ac proinde absoluendum non esse, nisi id efficere firmiter proponat. Ducitur, quia quamdiu iudicium durat. censetur eadẽ iudicis interrogatio durare, ac proinde eadem fatendæ veritatis obligatio. Secundo, quia hic est causa per iniuriam differendæ sententiæ, ac concedendæ sibi appellationis; ac semper negatione illa iniusta se tuetur. Quare causam iniustam defendit, & est quasi repetita iniusta negatio. Atque hanc partem videntur clare sentire *Sotus de secreto, memb.2.q.7. concl.3. et lib.5. de iust.q.6.art.2.colum.12. versic. Ex his autem. Nauar. cap. Inter verba, in 1.ed itione, corol 64.nu.727.in 2.corol. 65.n.140.et in summa cap.25. Hispane, n.35. Latine n.36. Salcedo addit.ad practicam Bernardi Diaz.c.126.vers.2.* vbi dicunt reum iuridice rogatum perseuerare in peccato, donec fateatur, nec absoluendum esse. Et tenent expresse *Angles floribus 2 par.q. de correctione fraterna, articulo 3. difficultate 7. Sayro eo capite 17.n.14.* & à fortiori Doctores, quos num.10. allegabo. Et *Bañez, et Salon, numero praecedenti allegati.* Atque temperant hoc *Sayro & Bañez*, nisi ob periurium prius esset reus alia pœna plectendus.

8 Quamuis autem hoc satis probabile sit; at mihi probabilius est non teneri hunc se offerre ad fatendam veritatem, sed satisfacere dolendo de præterita culpa, & proponendo si iterum interrogetur, fateri veritatem. Ducor, quod hic reus duplicem iniuriam irrogarit, alteram parti læsæ, & huic satisfacit animo restituendi cuiuscumque damni sequuti. Alteram autem iudici, de negando illi debitam obedientiam; & huic satisfacit dolore peccati, & proposito obediendi iudici iterum interrogãti. Quippe id veritatis detegendæ præceptum est transiens, durat{q}ue solum dum iudex interrogat. Secundo, quia minus tenetur reus contra se deponere, quam testis contra alium. At testis, qui iuridice rogatus de alterius delicto negauit veritatem, nõ tenetur se offerre ad veritatem manifestandam, sed damnum restituendo satisfacit. Ergo, nec reus. Tandem, quia in ordine ad iudicem non peccat contra iustitiam commutatiuam, sed solam legalem, & licet respectu partis peccarit contra iustitiam commutatiuam negando; ille satis facit proposito damni resarciendi. Nec obstant argumenta num. præcedenti adducta. Non primum, quia negandum est durare id præceptum. Ad secundum dico, non esse repetitam delicti negationem, sed eã transijsse, & quamuis causa, quam reus tuetur, ex ea parte qua delicti negationi innititur, sit iniusta, non tenetur cum tanto proprio detrimeto se offerre ad veritatem aperiendã; sed satisfacit animo soluendi parti expensas, & alia damna. Et ideo hanc partem tuentur *Philiarcus de off. sacerd. to.1.p.2.lib.4.c.25. inter peccata reorum, in fine.* Et quidam neoterici doctissimi. Et constabit magis ex dicendis num.11.

9 Caute autem se debet habere confessarius circa hoc propositum reorum fatendæ veritatis si iterum rogentur. Si enim credat fore vt iterum non rogentur, nil debet interrogare de tali proposito, ne pœnitentes tentet, & exponat periculo denuo peccandi habendo propositum contrarium; cum sit difficillimum negotium fateri proprium crimen. Sed satis est, vt in genere proponant cauere in posterum peccata. Immo, si credat fore vt iterum rogentur, nec conijciat confessarius in pœnitenti animum negandæ veritatis, non debet etiam ipsum tentare interrogando de hac re. Cum tunc non sit in peccato mortali, id enim iam transijt. Et satis est in genere proponere emendam. Et quamuis prior opinio vera esset, si pœnitens sit in bona fide, debet confessarius non certiorem illum facere de hac obligatione, vtpote quæ difficilima est, & raro acquiescet. Iuxta ea, quæ late diximus lib 2. de matrimonio tota disputatione 38.

10 In tertio statu, nempe, quando iam reus damnatus est, ac pœna mortis, vel alia plectendus, quidam censent eum teneri offerri se ad manifestandam veritatem, etsi iterum non rogetur. Ducuntur, quod eius veritatis taciturnitas redundet in detrimẽtum accusatoris, testium, & iudicis; qui inique in ea causa processisse censebuntur ac vulgo scandali ansa datur, quod existimabit innocentem occidi. Deinde, quia dum sententia nõdum est executioni mãdata, reus est sub iudicis potestate, & durat prior interrogatio. Tãdem quia in eo mortis articulo, in quo de æterna salute agitur, est necessario cõsulenda pœnitenti opinio, in qua nullum est peccati periculum, ne si forte opinio in qua id est, ei consulatur, sit corã Deo falsa, damnetur. Et ideo hãc tenent *Corduba sum.q.64.puncto 2.vers. Tamen; . Molina lib.1.sum.c.14.§.35.fol.179.initio. Petrus de Ledes.2.to.sum.tract.8.c.24.post 2.conclus.dubio 2. Vega 2.t.sum.c.89.casu 2.fine. & casu 3.* vbi ait huius sententiæ fuisse fratrem. *Orellana. Bañez & Salon allegati nu.7.* Et videtur tenere, *Angles ibidem relatus*, vbi ait durante iudicio non esse absoluendum, qui negauit secus eo finito, quando est absolutus; vbi contrarium videtur tenere, si damnatus est.

11 At dicendum est ad id minime teneri, nisi in aliquo speciali casu notabile alicui tertio damnum sequeretur (quem casum rarissimum fore credo, immo moraliter impossibilem.) Probatur destruendo opposita fundamenta. Primo quia non tantum non durat interrogatio iudicis, immo nec põt lata sententia interrogare, vtpote qui functus est officio suo, & reputatur quasi persona priuata, *l. Iudex 55.ff. de re iud. casa*, ibi: *Iudex postea quam semel dixit sententiam iudex esse desinit.* Et paulo inferius, ibi: *Semel enim male, seu bene functus est officio.* Et *c. Cum Ioan. de fide instrum.* ibi: *Cum iudex qui vsque ad prolationem sententiæ debet vniuersa rimari possit interrogare de facto, quoties dubitationis aliquid occurrit.* Ergo à contrario sensu nequit post prolatam sententiam aliquid rimari, vel interrogare. Secundo, quia cum iam omnino iudicium terminatum sit, & reus, iam damnatus, cessat finis interrogationis, qui est ad illum reum damnandum, vel absoluendum. Tertio, quia nullatenus sequitur infamia aliqua iudici accusatori, aut testibus. Cum omnibus notissimum sit solitos esse reos delicta negare; immo ac pusillanimes, ac stulti habentur, sic id fateantur. Et præsumptio stat pro iudicis sententia *capite Consanguinei, & ca. Causam, de re iudicata,* & latissime *Mascard concl.1302.n.3.* Nec iustitia præteritæ sententiæ pendet ex futura delinquentis iam dãnati confessione, sed ex actis in processu, per quę est illa lata. Quarto, quia in solis requisitis ad valorem sacramenti necessarij ad salutem tenet verum in articulo mortis sequendam esse opinionem, in qua nullum est periculum, ne valor eius sacramenti periculo exponetur, & sic æger absque vero sacramento recepto recedat; in alijs autem id non est necessarium, sed satis tute potest amplecti opinionem minus tutam, si sit probabilior, aut probabilis. Quia in ea amplectenda nil est periculi; etsi enim ea coram Deo sit falsa, excusabitur, eam sequens ignorantia inuincibili; alias constitutus in mortis articulo obligandus esset restituere, in omnibus casibus, in quib. sunt opiniones, etsi opinio multo probabilior illum onere restituendi liberaret. Quippe in restituendo nullum est periculum in carente saltem hæredibus necessarijs. Quinto, quia hanc sententiam amplectendo occurritur iniquæ aliquorum iudicum calliditati, qui nondum conuictum iniqua mortis pœna damnant,

nant, ſperantes forte, vt in vltimo agone delictum fateatur, vt vel ſic coram vulgo excuſationem habeat; vel denegant appellationem (quod his diebus cõtigit Malacæ) admonito Tabellione, vt ſi in patibulo delictum confiteretur, ſuſpenderetur, ſin minus, ad carcerem reduceretur. Quod iniquiſſimum eſt, cum iuſtitia eius ſententiæ, & denegatio appellationis non pendeant ex ea confeſſione, ſed ex ſolis actis in proceſſu. Atque iniquum eſt velle medio confeſſionis ſacramẽtalis ad eam iniquitatem vti; atque anſam præbebit delinquenti negãdæ veritatis, freto ſpe euadendi mortem: quod ſi confeſſor illi dicat teneri eum ſub mortali fateri, damnabitur reus ille negans, ex conſcientia erronea, qua ex confeſſoris dictis credebat, aut credere debuit ad id teneri, nec fecit ſpe vitæ. Tandem, quia frequentiſſima Theologorum ſententia habet reum non teneri veritatem fateri, niſi aperiantur ſtatus cauſæ, & quæ in proceſſu contra ipſum probata ſunt, vt vel ſic certo illi conſtet iuridicam eſſe interrogationẽ. Vt poteſt videri in *Soto de ſecreto, membro 2. q. 7. verſic. At vero quia. Nauar. ſum. capit. 25. numero 35. & 36. Caietan. 2. 2. quæſt. 69. art. 2* quem ibi vniuerſi ſequuntur. Hoc autem iudicis reum interrogantes nunquam ſolent facere, freti alia iuriſperitorum quorundã ſententia dicentium id non exigi. Ergo ſaltem ſequendo cõmunem Theologorum ſententiam poſſet hic reus ab ea delicti confeſſione excuſari, etſi rationes prędictæ non vrgerent. Et ideo hanc partem tuentur. *Nau. ſum. Latina cap. 25. num. 38. Hiſpana capit 28. additione ad. num 36. capit. 25. Segura in directorio iudicum 2. par. cap. 14. num. 36. Salcedo additionibus ad practicam Bernardi Diaz, cap 126. verſic. Tertio. Manuel de ordine iudiciario cap. 10. num. 2. Nauarra l. 2. de reſtit. cap. 4. in noua editione 2. parte dubio 1. num. 58. & 3. part. dubio 15. num 215. Emanuel Sa ſumma verbo Iudiciales actus, vbi de peccatis rei, num. 5. Sayro in Claui Regia, l. 12. cap. 17. num. 15. Philiarcus relatus, num.* 8. Hinc excipiendus eſt, qui comburitur, eo quod hæreticus negatiuus ſit, neutiquam enim eſt abſoluendus, niſi publice crimen fateatur. Et hoc quidẽ ratione ſcandali, eo quod præſumitur in hæreſi decedere, & pertinax in negando. quare ſi vere reus eſt, tenetur crimen fateri, vt ſcandalum ceſſet.

12 Tandem dubitatur, an metu tormentorum, aut alia ratione falſum ſibi crimen imponens, ob quod moritur, teneat ĩ ſupplicij loco, vel antea ſe retractare. Quidam affirmant, ducti ex *D. Auguſt. li. 1. de ciuitate Dei, cap. 17. & 18.* & refertur *cap. Si non licet 23. quæſt. 5.* qui textus nil probat, tantum enim decidit non licere ſe occidere. Ita docent. *Abbas cap. Ex parte, el 2. numero 2. de ſepul. Felin. cap. Cauſam, num. 7. de teſt cogendis. Socin. repetitione ſuper cap. Ad audientiam, de homicidio. D. Anton. 2. p. tit. 2. capit. 2. §. 3. verſic. Quantum ad 4. Sylueſt. verb. Detractio, quæſt. 3. num. 4 & ibi Angel. fine*, qui hunc eo ſolo caſu excuſat quando timet torturam repetendam. At hoc verum eſt, quando res in eo ſtatu eſſet, vt ex retractatione ſperaretur fore, vt ille mortẽ euadat. Cum enim vitæ dominus non ſit, tenetur ad vitam tuendam ſe retractare; at vbi ea ſpes deeſt, non tenetur. Quia eſt dominus ſuæ famæ. Et ita docent *Nuar. lib. 2. de reſtit. cap. 4. in noua editione, in 2. p. dub. 1. n. 25. & 26. Manuel de ordine iudiciar. cap. 11. n. 6. fine*, qui bene addit ad id quoque teneri, quando niſi ſe retractet, infamia notabilis in alios redundaret. Quod intelligo, ſi ea retractatione ei damno obuietur. Quare credo in caſu rariſſimo, aut nullo, hoc obligaturũ. Quia vbi ſemel quiſpiam eſt legitime damnatus, retractatio nil proderit ad mortem euadendam, aut eã infamiam cauendam.

CAPVT VIII.

De iuramento licite exigendo à peieraturo, aut per idola iuraturo.

SVMMARIVM.

Qualis culpa ſit inducere ad iurandum, aut exigere, quando aut nullus comes, aut alij à veritate deſunt. n. 1.
An iudici integrum ſit exigere iuramentum, ſciendo alterũ peieraturum, nu. 2.
Quid ſi non ad inſtantiam partis, aut non officio coactus, exigat, aut poſſit id vitare, n. 3.
Quid de actore petente à iudice exigi id iuramentum. n. 3.
Quid de priuata perſona petenti extra iudicium, n. 5.
Quid ſi alter ſit paratus ad peierandum, nu. 6.
Quid ſi non ſit paratus; at adeſt legitima cauſa n. 7.
Quid de iuramento promiſſorio, quando creditur fore vt alter non impleat, & an errent confeſſores petentes a pœnitente votum, vel iuramentum cauendi peccati. n. 8.
Qualis debeat eſſe ſententia periurij, aut non adimplendæ promiſſionis, n. 9.
Quid de inducente alium ad iurandum, quod credit verum, ſi inducens ſciat eſſe falſum. n. 10.
Poſt n. 10. inuenies alia ſummaria, quæ deficiunt.

1 DVplex petitur difficultas. Prior, quãdo liceat petere iuramentũ ab eo quem peieraturum creditur. Poſterior, quãdo ab eo, quem creditur iuraturum per falſos deos. Circa priorẽ difficultatem ſi loquamur de iuramento, cui creditur deſutura ſola iuſtitiã, & iudicium, manifeſtum eſt peccare petentẽ ea peccati grauitate, quæ in iurãte reperitur, nẽpe, mortali ſi eſt mortalis, & veniali, ſi eſt venialis. Quia cũ nulla prorſus neceſſitas occurrere valeant exigẽdi hæc iuramenta, inductio ad illa nullatenus excuſari valeat. Quæ ratio idẽ probat, quãtumuis alter paratus ſit ad ita iurandũ. Nã &t in parato exigitur legitima cauſa ex parte petẽtis. Vt dicemus n. 6. Poteſt autem eſſe, vt iuramentum in ipſo iurante non ſit culpa; at in præbente cauſam illius, ſit culpa venialis. Vt optime explicat *Suarez, tomo 2. religione, tractatu de iuramento, lib. 3. c. 14. num. 5.* vt ſi alicui ſimpliciter affirmanti nõ credatur abſque cauſa, immo cũ iniuria, cui expedit, vt ſibi fides habeatur, nõ peccabit iurando; at præbens causã peccat venialiter. Quod id iuramentũ, vt à iurãte procedit, ſit neceſſarium; at vt à dante cauſam, ſuperfluum, & vanum. Quãdo aũt iuramẽto nullus deficit comes, licitum eſt ad illud inducere; ſicut & iurare tũc licet. Exigere aũt huiuſmodi iuramentũ, ideſt, neceſſitatẽ iurãdi imponere, eſt ſolius habẽtis ad id legitimã poteſtatẽ, ea autem deficiente peccabitur cõtra iuſtitiam, non tamen cõtra iuramẽti religionem. Quia iniuſtitia eſt cogere, quempiam abſque legitima in eum poteſtate; at nil fit contra iuramenti religionem, qñ ei triplex ſuus comes adeſt. Et ita vtrumque docet *Suar. eo. c. 14. n. 19. & 20.*

2 Potiſſima autem difficultas eſt, quando creditur defuturam iuramento veritatem. Et quidẽ vt clarius procedamus, de triplici perſona petente hoc iuramẽtum eſt ſeorſum agendũ. Prima eſt iudex ſecunda actor in iudicio; tertia perſona priuata extra iudiciũ. Et quidẽ ſi de iudice loquamur, res eſt certa poſſe illũ iuſiurandũ exigere ſeruato iuris ordine, quamuis norit iurantẽ peieraturum. Quia iudex vtitur iure ſuo, & ratione officij legitimã iuramenti exigendi cauſam habet, deſeruitq; id iuramentũ ſcientiæ, quam iudex ſequi tenetur, & vt legitimus ſit proceſſus, & ſæpe inſtanti parte cogitur ratione ſui officij ad illud exigendum. Atq; ita docent *Alenſis 3. p. q. 31. memb. 2. ar. 6. §. 1. D. Th. 2. 2. q. 98. art. 4. corpore, & 3. d. 39. q. vnic. art. 5. quæſt. 2. ad 2. & ibi D. Bonau. in expoſ. litera, dub. 5 & artic. 2. q. 3. Ricardus ibi artic. 3. q. tertia. Paludan. quæſt. 2. in fine, in ſolu-*

tione

tione ad 2. Maior in q.3.concl.2. Gabriel q.2.art.3. dubio 1. Arch.c.Ille,n.2.2.2.q.5. & ibi Bellamera,nu.1. Turrec. nu.vnico,& c.Quamuis,2 2.q.1.nu.2 Bartho. Soc. regula 210.iurare faciens,nu.vnico, Abulensis c.5. Matth.q.298. D. Anton.2.p.tom.10.c.7.§.3. Ang. verbo Iuramentum 3. nu.11.Syl.verbo Iuramentum,2.q.9. Armilla verbo Iuramentum, nu.33. Tabiena verbo Iurare q.33.num.34. & verbo Periurium, q.3.num.4. Sotus l.8. de iust.q.2. art.4. concl.3. Nau.sum. Latina,& Hispana c.12.nu.20. Couar. de pactis 1.p.§.6.nu.2.fine Pedraza sum.in 2.praecepto §.7. Alcozer sum.c 15.ad fin. vers. Pedir a alguno. Toledo l 4. sum.c.21.n.1[illegible]. Sayro in claui regia,l.5.c.5.num.1. Pet.de Ledes.2.summa,tract.31.cap.5.statim in princ. concl.3. quam approbat dubio 6. Azor tom.1 institutionum moralium,lib.11.c.11.q.2. Graffis 2.p.decis.lib.2.c 4.nu.5. Suarez eod.c.14 nu.1[illegible].& 17. Leonardus l.b.2 de iustitia c.42. dubio 10.n.49. Philiarcus de officio sacerdotis, tom.1.p.2. lib.1.capite 16.ad finem Manuel 1.tomo summa, in 2.editione, cap 171.n.6.

3 Tempera[n]t quidam vt intelligatur, quando iudex ad partis instantiam id iuramentũ exigit, secus si propria sponte. Quod probatur ex *c. Clericos,de cohab.cleric.* vbi interdicitur iudici accipere iuramentum dimittẽdi cõcubinam præstitum à clerico, ob periurij suspicionem. Et ita clare videntur sentire *D. Thom. eo. art.4. Ricard. Paluda. Gabriel, Scotus, Abulens. D. Antoninus, Ang. Syl. Tabiena verbo Periurium,q.3.n.4. Nau. Sotus, Sayro, Pet.de Ledesma allegati nu.prac. & Pedraza, & Manuel ibidem*, dum enim aiunt id licere iudici, temperant qñ ad instantiam partis petit. Atque *D. Tho.* reddit rationem his verbis: *Quia non videtur iudex exigere, sed ille ad cuius instantiam exigit.* Quam eandem tradunt *Richar. Palud. Gabriel, D. Antoninus, Tab. cita ibid.* Atq; expresse sic temperant dicentes, non licere, quãdo Pars non petit, *Arch. & Bellamera, & Azor nu.prac. allegati Maior in 3.d.39.q 3.ad 2. Graffis eod.c.4.n.7.* At existimo id intelligendum qñ iudex nulla legis aut partis necessitate coactus, id iuramentum exigere sed sponte sua ad conscientiam suam informandam. Quia cum nulla necessitas cogat, tenetur tunc instar personæ priuatæ id proximi periurium vitare. Secus aũt, qñ etsi pars non petat, tenetur iudex ex officio lege ad id obligante, ad petendum iuramentum. Vt contingit in causis criminalibus, qñ iudex ẽt ex officio procedit. Vt potest videri in *Iulio Claro l.5.receptarum, in pract. criminali, q.6.nu penult.* Atque hoc satis indicant *Durandus 3 p.39.q.5.in solutione ad 2. & ibi Palud.q.2.art.vlt.ad 2. Turrec.capito, Quamuis n.2.in solutione ad 3.22.quæstione 1.* vbi reddentes rationem cur iudex ad instantiam partis hoc iuramentum exigens non peccet, aiunt id euenire quod hæc exactio non sit iudicis, sed partis, & legis; vbi clare significãt eum culpa liberari, quoties pars, vel lex ad id cogunt. Et clarius *Alensis citatus,n.2. & Turrec.eodem, n.2. in corpore*, vbi dicunt eum excusari quoties cogitur ordine iudiciario, ita vt non exigens iuramentũ omitteret aliquid ex pertinentib. ad ordinem iudiciarium. Et *Leonardus, & Philiarcus citati nu. praced.* vbi dicunt excusari, quando pars postulat, vel alias ratio officij id exigit. Quare si iudex potest aliqua via non deficiendo suo muneri vitare petitionem huiusmodi iuramenti, tenetur ad id, vt vel sic peccatum proximi vitare. Et ita docent *Alensis Turrec. Azor, Leon Philiarcus ibidem, Suarez eod.c.14 n.17.ad finem.* Quod clare *D.Th.* & celiqui cum eo citati indicant, solum enim excusant iudicem, dum necessitate officij cogitur.

4 Rursus de actore in iudicio est difficultas. Quia eum peccare tradunt *Maior in 3.d.39 q.3.ad 2. Pet. de Led. 2.tom. summa, tract.21.c.5. dubio 6.in solutione ad 3.* Et colligitur clare ex *D. Th. & reliquis nu.prac.initio alleg.* quatenus excusant iudicem ad instantiam partis exigentem id iuramentum, eo quod non ipse, sed pars censeatur exigere; quare partem ipsam videntur dãnare, eo vel maximè, quod ibi absolutè damnent priuatam personam id iuramentum petentem, qualis cõmuniter solet esse actor. Atque eundem ait peccare. *Abbas c.Clericos,n.2. de cohabit. cleric.* Ducuntur autem, quod iudex sola officij necessitate coactus excusatur; at pars nequaquam cogitur. Adde nullã ex eo periurio vtilitatem sequi parti ad ius suum obtinendum. Ex alia autem parte videtur culpæ immunis. Quia communis sententia habet nullam culpam incurri petendo id, ad quod ius iustitiæ quis habet, etsi nulla necessitate cogatur, & norit alterum exhibendo peccaturum. Vt tradunt Doctores asserentes petentem sacramenta à suo parocho iniquo, nulla vtilitate ductum esse à culpa liberum, eo quod ius suum petat. Vt pôt videri in *Soto 4.d.1.q.5.art.6.colum.10.concl.2. & 3.* Cum ergo actor hic ius iustitiæ habeat ad exigendum rei iuramentum medio iudice, nec ipse velit vt falsum iuret, nõ erit culpæ reus vtpote qui iure suo vtitur, etsi credat fore vt alter peieret, nec vtilitatem aliam ipse actor inde cõparet. At dicendum est, in neutiquam licere actori, qñ id iuramentum non conducit ad suum ius tuendum. Vti cõtingit aliquando in rebus ciuilibus; secus quando ad id conducit, vt cõtingit in criminalibus, & aliquando in ciuilibus. Probatur, quia licitum est ab aliquo petere id quod ipse bene potest prestare, quando petẽtem cogit necessitas, secus vbi nulla est necessitas. Sicut à numero vndecimo probabimus hac ratione licere petere iuramentũ a iuraturo per falsos deos, & mutuum ab exacturo vsuras, quãdo petens necessitate cõpellitur, secus vbi nulla est necessitas. At sępe actoris interest ad ius suum tuendum, id iuramentum exigi à reo. Vt quia cõfessione hac minime petita nequit causa illa decidi, nec ad sententiam venire. Pôt etiã Actor periurio illo rei vti in suum commodum; verbi gratia, ad eius fraudes detegendas, & fidem ei detrahendã, vt sic iniuriam euadat, aut ius obtineat, illumque postea conuincat, quando alia via nequit cõmode. Ergo in hoc necessitatis casu id licebit actori, secus autẽ necessitate cessanti. Et hoc constabit clarius ex dicendis n.7. vbi qualis hæc necessitas excusans debeat esse, declarabimus. Et numero sequenti dicemus, qualis culpa sit absque necessitate hoc iuramentum exigere. Atque ita docẽt *Suarez to.2. de religione, tractatu de iuramento, lib.3.c.14.n.13. Leonardus lib.2.de iustitia capite 42. dubio 10. nu 47.* Nec obstat authoritas Doctorum adducta pro priori parte cõtraria. Quia (vt ex eorum ratione constat) loquuntur, quando id iuramentum exigi non interest actoris. Nec obstat etiam alia doctrina adducta pro posteriori parte. Tum, quia prædictam doctrinam de ministerio sacramentorum ex officio, nõ approbo. Et bene reprobat illam *Suarez. 3.tom. in 3.p.q.65.art.4.disputatione 18.sectione prima, col.7. corollario 1.* Quia etsi secundum iustitiæ rigorem vnicuique liceat petere ab altero ius suũ; at lex charitatis ad id non petendum astringit, quoties nil petentis interest, & maximum inde detrimentum proximo sequitur; & quamuis proximus ille in necessitate physica constitutus non sit, cum possit bene ministrare sacramentũ, aut bene iurare, & ex praua sua voluntate peccet, est tamẽ in necessitate morali, & miseria satis graui. Tum etiã, quia admissa ea doctrina non est eadem ratio. Quippe parochus tenetur ex officio ad sacramẽta ministranda, ac videtur durũ obligare subditos ad ministrum voluntarium quærendũ, ob propriũ parochi malitiam; subditorumque interest non fraudari suo iure, & perceptione debita a vero debitore. At reus, v.g. debitor pecuniæ non tenetur ex officio iurare debitũ, & nullam prorsus ex eius periurio vtilitatem creditor consequitur. Adde subditos habere directe ius percipiendi sacramenta à parocho, quo iure priuãdi essent ob eam parochi malitiam. At creditor non habet directe ius ad debitoris iuramentum, sed quatenus ad debitum recuperandum confert, quare quoties non confert, quia scitur alterum peieraturum, nullo iure frauda-

5 Demũ persona priuata petens extra iudicium id iuſm, sciens fore vt alter peieret, peccat. Ita docēt *D. Aug. sermone 11. de sanctis*, & refertur *c. Ille 22. q. 5. & serm. 28. de verbis Domini*, & refertur *c. Qui exigit 22. q. 5. & D. Th. vniuersiq; DD. allegat n. 2.* Atq; rationē diuersitatis inter iuſm verum p falsos Deos, & inter periuriũ, reddunt *D. Aug. epist. 154. ad Publicolam, & D. Th. 2. 2. q. 98. ar. 4. ad 4. D. Bon. 3. d. 39. ar. 2. q. 3. ad 2. Sotus l. 8. de iustitia q. 2. ar. 4. ad finē corporis. Aragon 2. 2. q. 89. art. 6. dub. 2. in solutione ad 2. Sayro in Claui Regia, l. 5. c. 3. n. 20. & c. 5. n. 2.* Quia tũc integrũ est ab aliquo petere id qd licite pōt facere at nō est absq; pctō facturus, qñ in petente reperitur aliqua necessitas rōne alicuius vtilitatis sibi consurgētis ex opere illo faciendo cũ peccato; hoc aũt reperitur in iuro per falsos Deos; nam per illud cōfirmatur veritas, & firmātur pacta cũ paganis inita; in periurio autē nulla reperitur vtilitas, quia finis iuri, qui est confirmatio veritatis, euertitur omnino, & consequenter nō firmatur fides. Et ideo licitũ esse aiunt petere iuſm à pagano, quem scitur per falsos deos verè iuraturum, non aũt à quocunq;, quem peieraturũ scitur. Atq; culpa petētis hoc iuſm à peieraturo est mortalis. Quia absque causa iusta cōsentit periurio proximi, imo occasionē eius offert. Qd apertè docet D. *Aug. eo serm. 11. de sāctis*, vbi ait hũc necare animā suā, & peierātis, & *sermone 28. de verbis Apostoli*, quē D. *Th. & reliqui authores citati nu. 2.* sequũtur, ac referũt, dũ ait hũc esse animæ iurantis homicidā. Et in proprijs terminis tradũt D. *Bona. q. 3. corpore, Angelus D. Ant. Syl. Armilla, Nauarrus, Sotus, Turrecr. eo c. Quāuis, n. 2. Alcozer, Pedraza, Manuel, Sayro eo c. 5. n. Suar. eo. c. 14. n. 14. Toledo, Pet. de Ledes. cōcl. 3. Graffis nu. 2. vbi eos n. 2. retuli.*

6 Atque hoc aliqui extendunt, vt non liceat id iuſm à peieraturo petere, quāuis ille ad peierādum paratus sit, seque spōte offerat. Quod apertè indicat ratio discriminis tradita à D. *Aug. & D. Th. & alij*, relata nu. præcedēti inter petitionē iuramēti veri p falsos deos, & periurij. Si enim hoc nulli vsui deseruire possit nulla necessitas, aut vtilitas in petēte erit, ac proinde peccabit occasionē illius periurij externi alias non committēdi tribuēs. Atque ita docēt, etsi nō ita clare, *Antoninus c. Clericoe, n. 2. de cohabit. cler. & ibi Imo. nu. 1.* & in proprijs terminis docent *Maior in 3. d. 39. q. 3. conclu. 1. & ibi Gabriel q. 2. ar. 3. dubio 1. Petrus de Ledes. 2. to. sum. tract. 11. c. 5. dub. 6. ad 1. fine. Tabiena verb. Iuramen. 34. q. 33.* At hęc extēsio est vera, qñ nulla est iusta causa eius iuri recipiendi, idque solum probat ratio adducta, at concurrenti ea iusta causa (vt nu. sequenti probabimus posse cōcurrere) nulla est culpa. Quod constabit ex dicendis nu. seq. Atque ita docent *Sylu. verb. Iuramentũ 2. q. 9. Armilla verb. Iuramentũ n. 33. Driedo li. 1. de libertate Christiana, in mea editione c. 9. ad finē. Nau. sum. Latina, & Hispana c. 12. n. 20. Graffis 2. p. decisionũ li. 2. c. 4. fine. Sayro in claui regia, li. 5. c. 15. n. 4. Suarez. t. 2. de religione, tract. de iuramēto li. 3. c. 14. nu. 15. fine Ang. Philiarchus, Manuel, vbi allegati sunt n. 2.* Quāuis enī *Ang. Sylu. Armilla, Graffis*, tm̄ dicant hũc nō peccare moraliter, at ratio, q̄ afferunt, probat nec venialiter, & reliqui authores absolutè dicũt hũc non peccare. Quod idem satis aperte indicat *Sotus li. 8. de iust. q. 2. ar. 4. ad 2.* vbi dicens petentē hoc iuſm à sic parato non peccare, subdit teneri petentē pręcepto correctionis fraternæ vitare, & monere illum vt desistat, si spes sit emēdæ. Nam rō huius est, qa in hoc casu nulla est in petēti necessitas. Quod si petas, an sit mortale petere iuſm à sic parato ad peierandũ, absq; vlla necessitate, vel vtilitate petētis, cōstabit ex dicendis n. 23. de petēti mutuũ ab vsurario, absq; ea necessitate, similis. n. est casus. Quāuis adhuc dicēdo in eo casu nō esse mortale, credo in hoc casu esse mortale. Nā in mutui petitione sub vsuris, & iuri ab idololatra, aliqua petētis vtilitatis regulariter reperitur, secus aũt in hoc periurio. Vt ex mēte *D. Aug. & D. Th.* retuli n. pc. Et ita eē tūc mortale docet *Suar. eo. c. 14. n. 14.*

7 Sed maior difficultas est, qñ ille peieraturus non erat actu paratus, at est necessitas in petente. Videtur enī id nullatenus licere. Quia oēs authores relati n. 2. cōstituunt discrimen inter iudicē petentē id iuſm, & personam priuatam, vt illi liceat, non autem huic. At nec iudici licet, nisi qñ necessitate officij cogitur ad petendum. (Vt diximus nu. 2.) Ergo ne vanum sit discrimen, est negandum id licere priuato, etiam si iusta petendi necessitas adsit. Pręterea corruit discrimē traditũ à *D. Aug. & D. Tho. & alijs*, quos retuli nu. 5. dum dicunt nō licere petere iuſm à peieraturo, at licere à iuraturo verum per falsos Deos. Nam si intelligatur absque vlla necessitate, aut vtilitate petētis, neutrũ licet. Si ergo ex ea licet vtrũque, nulla est differētia. Verum dicendũ est licere concurrenti causa iusta necessitatis eius iuramēti, quamuis alter sit peieraturus, nec esset paratus ad peierādũ. Ratio est quia ab eo non petitur periuriũ, sed iuſm, quod vere pstare pōt, & id intendit petens, vtpote quod sibi magis cōducit, & sequitur magna vtilitas petēti ex eo iuramēto, vt statim probabo, quia non tenetur cedere ad vitandũ periuriũ ex alterius malitia cōmissum. Quare nulla est in hoc casu inductio ad periuriũ, nec cōsensus in illud, sed quædam illius permissio, quæ aliquādo ob bonũ finem, & ad propriũ ius obtinendũ, est licita. Nec lex charitatis obligat cũ proprio notabili dispēdio ad vitandu id proximi peccatum, quod sua malitia perpetrat. Posse aũt reperiri hanc vtilitatis, & necessitatis causam in eo iuramento petendo, partim cōstat ex dictis n. 4. & ōnditur modo sic. Quia potest quispiā alterius cām agere, & rō administrationis petit exigi id iuſm, & nisi petatur, arguetur pūaricationis existimatæ, aut negligentis administrationis. Insuper pōt deseruire id iuſm confirmando cōtractui, qui alias infirmus erit: & quamuis credatur iurātem fore periurum non implendo aut carendo implendi animo, erit necessarium id iuſm ad dandas contractui vires necessarias ad petēdum coram iudice eius impleri. Et ita huius sniæ videtur aperte *Leonardus l. 2. de iust. c. 42. dub. 10. n. 49.* nam indistinctè docet licere petere hoc iuſm. Et in proprijs terminis docet *Suarez. to. 2. de religione, tract. de iuramento, li. 3. c. 14. n. 16.* Non obstant contraria, quia ad primum optime ait *Suarez. eo. c. 14. n. 17. ad finem*, in hoc consistere discrimen inter iudicem, & priuatum, quia iudici per se, & quasi ex officio licet petere id iuſm, non obstāti periurij scientia, & ideo regula moralis est, vt illi cōiter liceat, & specialis limitatio fit, nisi in aliquo peculiari casu id iuſm vitare possit. (Vt diximus nu. 3.) At vero in priuato regula moralis est, vt cōiter non liceat, & exceptio peculiaris est, nisi in casu peculiari necessitas petentem cogat. Ad 2m optime etiam dicit *Suarez. eo. c. 14. n. 17.* eodem modo illam differentiam intelligi moraliter, & regulariter. Quia enī ea vtilitas regulariter inuenitur in iuramento vero per falsos Deos, ideo regulariter est licitum petere id iuramentum à pagano, quamuis sciatur fore, vt per falsos Deos iuret. & exceptio peculiaris est, vbi ea vtilitas cessaret. At quia regulariter ea deficit in periurio, ideo regulariter non licet priuato petere iuramentum ab eo quē scit peieraturum, excipitur tñ specialis casus, in quo ea vtilitas eius iuramenti reperietur. Atque leuior necessitas exigitur ad petendum id iuramentum à parato, quam à non parato: ad vtrumque aũt requiritur causa proportionata. Quia alias non esset sola pmissio, sed moralis cōsensus. Sic *Suarez. eo. n. 17.* Nō tñ oportet vt sit præcisa necessitas, sed satis ēt est notabilis vtilitas. Vt bene ait *Suarez. eo c. 14. nu. 14.* Sicut etiā contingit in petenti iuſm à pagano iuraturo per Iouem, & mutuum ab vsurario. Vt dicemus à num. 12.

8 Hucusque dicta de iuro assertorio. sunt etiā dicenda de iuramento promissorio, nō enī id petere licet, qñ creditur fore vt alter non impleat. Constat ex *cap.*

Clericos, de cohabit. cler. vbi interdicitur peti à clericis iuſm dimittendi concubinas, ob transgreſſionis periculum. Item, quia idem periculum eſt peccandi mortaliter non ſeruando fidem iuſo datã, ac in periurio aſſertorio rei falſæ. Et ita tradit *Abb. eo. c. Clericos n. 2. Ang. Sylu. Nauar. vbi eos n. 2. retuli, Sayro in Claui Regia, l. 5. c. 5. n. 3. Graffis 2. p. deciſionũ, li. 2. c. 4. n. 11. fi. Suarez eo. c. 14. n. 18.* qui intelligit, niſi cauſa iuſta adſit ex parte petentis. Sicut ẽt in iuramento aſſertorio cõtin ere diximus n. pced. Hinc deducitur imprudẽter agere confeſſarios à pœnitentib. petentes iuſm, aut votum deſiſtendi ab aliquo crimine. Quia eos trãſgreſſionis periculo exponunt. Atq; ita docent *Syl uest. Nau. S. yro, Graffis & Suarez ibid. Idẽ Nau. ſum. c. 26. c. 2. Phius ercus de offi. io ſacerdotis to. 1. p. 2. l. 3. c. 16. ad fi è.* Addit *Nau. eo. n. 25* conſilium eſſe vt eos iurare, aut promittere faciant aliquam pœnam, ſi reincidant. Sed hoc nõ approbo ratione eiuſdem periculi.

Sed ſupereſt explicandum, qualis ſcientia periurij alterius exigatur, vt nõ liceat ab eo iuramentum petere, ſecluſo neceſſitatis caſu *Sotus l. 8. de iuſtitia q. 2. ar. 4. in fine corpor. i*, ait non ſufficere id ſuſpicati, aut opinari cum alterius partis formidine, ſed exigi probabiliſſi nam conicuturam conuincentem ad credẽdum more humano. Ducitur, quod ea formido exiſtimandi fore, vt alter iuret, aliquod exigenti ius tribuat. Sed dicendum eſt non ſat eſſe dubium. Quia in dubio non eſt præſumenda iniquitas. At ſatis eſt probabiliter id credere. Quia ea probabilitas eſt ſcientia moraliter. Et ita docent *D. Th. 3. d. ſt. 39. q. vn. ar. 5. q. ſtiuncula 2. ad 2. & ibi Gabriel q. 2. ar. 3. dub. 1. Abulen ſis c. p. 5. Mat hai queſt. 208. ad 2. D. Ant. Sylu. Armil. Alcozer, Toledo, vbi eos n. 2. retuli, Tabiena verb. Iurare, q. 33. nu. 34. Sayro in Claui Regia, l. 5. c. 5. nu. 2. & 3. Suar. to. c. 14 n. 9. iunctõ n. 14.* Imò & vehemens ſuſpicio ſatis eſt. Vt tradunt *D. Th. Sylu. Abulenſis, Tabiena, Suarez eo. c. 14. Ang. verb. Iu ame ũtum 3. n. 11. Graffis 2. p. deciſionũ l. 2. c. 4. nu. 11.* & ſatis indicant *Ant. c. Clericos n. 2. de cohab. cleric. & ibi Abb. nu. 2 Imola nu. 1.* dum ex eo textu colligunt ſuſpecto de periurio hõ eſſe deferendum iuramentum. Quare dum *D. Aug. ſerm. 28. de verbis Apoſtoli* nõ audet culpa liberare ne ſcientẽ, an alter bene iuraret; id dicit, vt bene ait *Sotus ar. 4. paulo poſt principiũ*: quia frequenter id iuſm petitur abſque neceſſitate, & ob id eſt veniale.

10 Tandem obſeruandũ eſt, minime quoq; alicui licere eũ ad iuſiurandũ inducere, quẽ ſcit falſum re ipſa iuraturũ, ſed bona fide deceptũ, exiſtimãdo id eſſe verũ; v. g. ad tuendum meum ius certũ in ea intereſt aliquid verũ probare, eſt aliqua circũſtantia q̃ quiſpiã bona fide reputat verã; at ego ſcio non ita eſſe nõ licebit mihi eũ inducere, vt id, q bona fide verũ putat, iuret. Quia etſi iurans non iuret falſum opinione ſua; at iurat, quod reipſa falſum eſſe non latiat in du centem. Quare inducens à crimine periurij non excuſatur, cum inducat ad afferẽdum c eum in teſtem rei iſ ſe falſæ. Atq; ita docent *Azor to. 1. l. 11. inſt. mor. c. 1 1. q. 2. & Suar. eod. c. 14. nu.* Et ſi quis tantum dicant id nõ licere, nec exprimãt, qualis culpa ſit; at credo eſſe mortale. Id enim ratio dicta probat. Si tñ abſque inductione aliqua mea ille ſe offerat ad iurãdũ, id q bona fide putat eẽ verũ, etſi ego falſum norim, & cõ ducat ad probandũ, q ſcio eſſe verũ, & ne iure meo deſtituar licebit vtiq; acceptare. Cũ cõſonat dictis n. 6. Eo vel maxime, q in illo caſu iurãs peccat mortaliter, cũ ſe peterate norit; at in hoc, nec venialiter peccat cõne bonæ fidei; & acceptans, qui eã circũſtantiã falsã nouit, habet ſe paſſiuẽ, nec vtitur eo teſtimonio ad falſum aliquid probandum, ſed quod verum eſt, ac ius ſuũ tuendũ; quamuis ea circumſtãtia ſit falſa.

SVMMARIVM.

An liceat iuramentum ab Ethnico exigere, quem ſcitur per falſos deos iuraturum. nu. 11.

An ſit idem cenſendum de hoc caſu, & de petenti mutuum ab vſurario ſciendo fore, vt exigat vſuras, & an vt hac petitio iuſta ſit, deſideretur iuſta cauſa, nu. 12.

Qualis ſit hac cauſa, latè explicatur, a nu. 12. vſque ad 17.

An deſideretur maior cauſa, quando vſurarius non ex malitia, ſed ex fragilitate peccaturus eſt, nu. 18.

An liceat petere id mutuum, vel id iuramentũ, etſi alter paratus nõ ſit ad id; & maior cauſa tunc deſideretur, n. 19.

An ſolutio vſurarum poſtea facta indigeat iuſta cauſa, vt licita ſit, num. 20.

Qualis cauſa deſideretur, vt liceat ab infideli petere iuramẽtum, quãdo ſcitur eum per falſos deos iuraturum. nu. 21.

Quale peccatum ſit, abſque cauſa iuſta petere id mutuum ab vſurario parato? Refertur quædam ſententia. num. 22.

Explicatur ſententia authoris, nu. 23.

An ſit idem dicendum de petenti ab infideli iuramentum, qui paratus eſt ad iurandum per falſos deos? Et qualis ſcientia peccati proximi, deſideretur, nu. 24.

An liceat inducere expreſſe, vt mutuet ſub vſuris, & quando cenſeatur inductio, num. 25.

An liceat petere expreſſe mutuum ſub vſuris; Refertur quædam opinio, nu. 26.

Proponitur ſententia Authoris, nu. 27.

An ſit idem ſentiendum de petitione corporis à ſcorto, nu. 18.

An liceat id petere ab vſurario, quando aliquoties gratis mutat. nu. 29.

An maior cauſa deſideretur ad petendum mutuum expreſſe ſub vſuris, quam abſolutè, nu. 30.

An ſit idem prorſus dicendum quando petitur expreſſe ab infideli, vt iuret per falſos deos. nu. 31.

An vt id iuramentum licitè petatur, oporteat infidelem habere notitiam veri Dei, nu. 32.

11 Poſterior difficultas eſt. An liceat iuſm ab ethnico exigere, quẽ exigẽs nouit fore, vt p falſos Deos iuret? Hac in re certiſſimũ eſt, id licere, qñ exigens neceſſitate cogitur. Quia hoc nõ eſt cooperari peccato illi, ſed iuſta ex cauſa illo vti, in propriã vtilitatẽ. Cũ peta tur iuſm, q licitè pſtare poteſt per verũ Deum, & ex malitia ſua malè p æſtat. Quare ea iuramenti petitio tñ eſt offerre materiam ex ſe licitã, qua alter ex malitia ſua abutitur ad peccandum. Quod licitum eſt, qñ iuſta offerendi cauſa adeſt. Et ita docent *D. Aug. ep. ſt. 154. ad Publicolam*, & refertur *c. Mouet te 22. q. 1. & D. Th. 2. 2. q. 98. ar. 4 ad 4. ab omnibus receptus.*

12 Triplex aũt eſt difficultas circa hoc. Prima eſt, quãta neceſſitas in exigente iuſm deſideretur, ne ipſi culpæ tribuatur anſa peccãdi infideli data, iurando per falſos Deos. Quod qdẽ in hac peculiari materia pau ci tractant DD. ſed in alia oino ſimili, & quas cõiter cõiungũt, ex vna ad alterã argm deducunt. Nẽpe, in petẽte mutuũ ab eo, qu em ſcit fore, vt ad vſuras mutuet. Vt cõſtat ex *D Tho. 2. 2. q. 78. art. 4. corpore, & ibi Caiet. & ex omnib. Doctorib. allegãdis.* Quippẽ eadẽ eſt vtriuſq; rõ. Cũ in vtroq; caſu res licita petatur, alterque ex malitia ſua petitione abutatur. In petẽti ergo mutuũ ab vſurario dicũt DD. noie neceſſitatis excuſantis à culpa eã petitionẽ nõ cõprehẽdi ſolam extremã, aut grauẽ, ſed ẽt quis vtilitatẽ ptinentẽ ad ſtatus decẽtã: ad q ea pecunia mutuo accepta eſt neceſſaria, nec aliũde facilè haberi põt. Quia pceptũ charitatis vitãdæ occaſionis illius ruinæ proximi, nõ adeo ſtrictè obligat, vt teneatur ob illud quiſpiã ſtatum & propriũ honorẽ negligere. Atq; ita docẽt *Durãd. 3. d. 37. q. 4. n. 4. & ibi Palud. q. 2. ar. 1. poſt 3. cõcluſionem D. Ant. 2. p. to. 1. c. 9. § vlt. in fi. Caiet. 2. 2. q. 78. art. 4. paulo poſt princip. & Syluest. verb. Vſura 7. q. 3. Sotus l. 6. de iuſ. q. 1. ar. 5. paulo poſt principiũ, dub. 1. Molina to. 2. de iuſt. diſp. 3 3 5. col. 1. cõcl. 5. Valẽt. 2. 2. diſp. 5. q. 21. pũct. 4. col. 3. verſ. 5. Hic aũt duo. Bañes 2. 2. q. 78. a. 4. ſtatim ĩ prin. dub. 3. & ibi Aragõ dub. 1. cõcl. 2. & ibi Salõ controuerſia 3. notabili 2. & cõcl. 1. Pet. de Ledeſ. 2. to. ſum. tract. 8. c. 53. poſt concluſ. 29. dub. 2.* Quare ſcrupuloſe ſatis loquutus eſt *Ricard. 4. d. 15. ar. 5. q. 5. ad vlt.* dicẽs eã neceſſitatem

cessitatem exigi, vt ea pecunia ad vsuras non petita notabile damnum sequeretur, notabilisque penuria patienda esset.

13 Sufficit autem, siue ea necessitas sit propria, siue aliena, cui accipiens sub vsuris subuenire vult. Vt docet *D. Thom. 2.2.q.78.art. ab omnibus receptus.*

14 Ex his deducitur primò, sufficere quoq; vtilitatem propriã. Vt benè docet *Caiet. Bañes, Salon, Petr. de Ledesm. nu. 12 alleg. Emanuel Sà in sum. verb. Vsura num. 5.* Imò & vtilitas aliena sufficit. Vt benè docet *Caiet. ibi.*

15 Secundò deducitur, cõprehendi noĩe huius necessitatis aut vtilitatis, pecuniam necessariam ad torneamenta, ludos, & spectacula honesta, quã alij eiusdem status ad ea exhibenda concurrerent: indecorumque quodammodo esset exigenti pecuniã ad vsuram illos non sequi. Quia hæc oĩa ad statum decenua pertinẽt. Ita docent *Sotus, ergò Sa, & Petrus de Ledesma alleg. n. 12. Molina ead. disput. 335. col. 2. vers. Vtrum autem.*

16 Tertiò deducitur, qualiter intelligendũ sit qđ fertur D. Th. respondisse lectori cuidam Florentino, nempè, non esse cãm iustam huius, voluntatem copiosius negotiandi. Id. n. intelligendum est, quando negotiator sufficientia oĩno haberet ad vitandam decenter transigendam: solaq; maioris lucri auiditate ad eam pecuniam sub vsuris accipiẽdam duceretur. Ita docet *Durandus, Paludanus, D. Ant. Caiet. Sotus n. 12. alleg. Syluest. verb. Vsura 7. q. 1. Tabiena. verb. Vsura 8. nu. 3. q. 1. Nauar. sum. c. 17. num. 162.* Imò (vt optimè ait *Valentia eo punct. 4. col. 3. vers. Quapropter*) non tantum spectandum est, an ea pecunia sit necessaria ad præsentem, negotiatoris statum: sed etiam quando iudicatur rationabiliter eam pertinere ad augendum statum: secus quando hoc non iudicatur. Vt si status quem negotiator cogitat, non deceat ipsius personã, nec putetur fore, vt moraliter illum assequatur. Atq; ideo merito iudicatur, frustra, & sine ratione velle illum copiosius negotiari, vt eum comparet.

17 Quarto deducitur, rarò accidere, vt qñ aliqs petit mutuum ab vsurario gratia alicuius actus fm se liciti, peccet defectu huius necessitatis. Quippè cõiter actus licite referri possunt ad status decennam. Quare defectus necessitatis huius cõiter habet locũ, quãdo petitur pecunia illa ad actus illicitos. Ita docet *Valentia eo pũcto 4. col. 3. vers. Ex quo sequitur.* Et ita *Gabriel 4. d. 5. q. 11. ar. 3. dub. 14. Angel. verb. Vsura 2. n. 2. Sa ò d. cõtro versia 3. in 3. concl.* solum dãnant hanc petitionem defectu necessitatis, quando est ad vsus illicitos.

18 Tria autem obseruanda sunt. Primum est, si vsurarius non ex mera malitia, sed ex vehementi auaritiæ passione, esset vsuras periturus, deberet quis etiam cum aliquo suo detrimento ab hac mutui petitione abstinere. Quia tunc proximus est in maiori necessitate, & ideo tunc strictius obligat præceptum charitatis de eo impediendo ex proximi peccato. Ita *Valentia eo puncto 4. col. 3. vers. Adde quod.*

19 Secundum est, etsi maior causa desideretur ad petendum id iuramentum à non parato, quàm à non parato dare ad vsuras; (vt in simili dixi num. 7.) at non est necessaria conditio vt ille paratus sit. Quare etsi infidelis nunquam soleat iurare, ac si fidelis inter sit vt illi iuret, potest ab eo petere iuramentum, ac compellere in iudicio, vt sibi iuret, si causa compellendi adsit. Ratio est, quia cum illa petitio non sit ex se inductio ad peccãdum, nec causa peccati, nec habeat scandali actiui rationem, eo quod res iusta petitur, atque necessitas, vel vtilitas magna cogit ad petendum; ideo sit sola quædam peccati malitia sua peccantis permissio, non est necessaria cõditio ad huius petitionis honestatem, vt alter paratus sit. Quia tamẽ non paratus est remotior ab eo peccato perpetrãdo, q̃ paratus, ideo maior causa exigitur respectu illius. Atque ita hæc docet *Suarez* loquens de accipiendo iuramento infidelis, *to. 2. de religione, tract. de iuramento, lib. 3. c. 13. n. 7.* de petente mutuum ab vsurario docet idem *Suarez, tom. 3. in 3. p. q. 65. ar. 4. disp. 18. sect. 1. col. 8. corol. 2. vers. Dixi autem* aitque sufficere ad id mutuum petendum magnam vtilitatem. Et idem etiam dicit ibi de petitione huius iuramenti.

20 Tertium est, quidam intelligunt hactenus dicta de vsurario, non tm̃ esse vera de acceptione mutui sub vsuris petita absque iusta causa, sed etiam de solutione vsurarum postea facta. Sicut. n. illa mala est, dum iusta causa deest: ita hæc quoque. Ratio est, nam similiter cum postea soluitur absque iusta causa, præbetur vsurario ansa eius peccati committendi, quod accipiendo id pretium ratione mutui committit. Ita *Valentia eo punct. 4. col. 5. vers. iam de secundo.* Quod colligitur ex Doctoribus, quos c. 11. nu. 4. allegabo, qui vt eã solutionem licitam esse dicant, ac proinde in fin illius faciendæ obligare defendant, eo confugiunt, quia redemptio vexationis concurrens ad reddendã iustam eam mutui petitionem cẽsetur durare donec solutio fiat. Quare clarè sentiunt exigi quoque causam iustã, vt ea solutio licita sit: at sufficere ad id cãm eam, quæ à principio iustã reddit petitionem. Sed hoc non placet, vt dicemus cap. 11. nu. 5. Addo autẽ, quãuis ad petitionem eius mutui causa iusta deesset, & sic esset illicita, posse contingere vt adsit causa iusta ad solutionem, vt hæc licita sit. Quia vel est timor rixæ non soluendo, vel amissionis existimationis promittentis, habebitur enim ac perfidus, nec fidetur ei.

21 Ex his deducitur quid dicendũ sit in præsenti quæstione, de necessitate petita ad petendum iusm ab ethnico iuraturo per falsos deos. Quidam dicũt ob bonum publicum id licere, non autem ob priuatum. Sic *Abulensis 3. p. q. 31. membro 21 ar. 6. §. 2.* & fauet *D. Bonau ibi, ar. 2. q. 3.* quis enim prius dicat licere maximè pro bono cõi, vbi insinuat etiam pro bono priuato: at paulo inferius concludit id licere, quando necessitas, vel vtilitas cõmunis id postulant. Idem innuit *Maior in 3. d. 39 q. 3. cõcl. 3.* vbi ait licere pro pace gentis tuenda, aut conseruanda. At hæc pertinet ad bonũ publicum. At dicendũ est nõ esse necessarium bonũ publicũ, sed satis esse priuatũ exigentis. Quia id satis esse ad petendum mutuũ ab vsurario, probauimus satis, atque vtriusq; eandẽ esse rationem diximus n. 12. Atque ita *Gabriel 3. d. 39. q. 1. ar. 3. dub. 1. vers. De circũstãtia per quid,* relata priori sententia, cõcludit forte dici posse sicut in petitione mutui ab vsurario. Et *Sylvest. in Claui Reg. al. 5. c. 3. n. 1* æquiparat vtrũq; casũ, & concludit solum non licere, quando petens iuramentũ, aut nullum, aut exiguum cõmodum inde resultat. Et *Suarez, to. 3. in 3. p. q. 65. ar. 4. disp. 18. sect. 1. corol. 2 col. 8. vers. Dixi autẽ* æquiparat vtrumq; casum, & dicit satis esse necessitatem priuatã petentis, vel magnã vtilitatẽ. Et *to. 2. de relig one, tractatu de iuramento lib. 3. ca. 13. n. 5.* ait iustã huius exigendi iuramenti causam esse si sit cõponenda lis, aut cõtrouersia finienda, vel fœdus firmandũ, aut securitas in quolibet humano negotio accipienda: quas omnes causas ad priuatũ petentis bonũ spectare constat. Et *Leonard. l. 2. de iustitia c. 42. dub. 10. n. 50.* vbi ait in cõtractibus, & alijs causis licere exigere id iuramentum ad damnum, vel iniuriam cauendam: quæ et sunt causæ boni particularis. Et *Graffis 2. p. decisionum, l. 2. c. 4. nu. 13.* ait licere id recipere propter vtilitatem. Et *Driedo lib. 1. de libertate Christiana, in mea editione c. 9. ad finẽ,* dicit id licere pro obseruatione pacis, seu promissi fœderis, at hoc poterest ad bonum commune, & ad priuatum spectare.

22 Secũda difficultas est quale peccatum sit hoc iuramentum exigere ab infideli parato ad iurandum per falsos Deos, quando deficit necessitas aut vtilitas excusans. Quã difficultatem in his terminis nũ enodant authores, sed in simili casu de petenti mutuũ ab vsurario parato, absque causa iusta. In quo casu eã petitionem esse lethalẽ affirmant aliqui. Ducuntur, quia

generale charitatis proximi, ac correctionis fraternę præceptũ, obligat quemlibet sub mortali ad vitandũ lethale alterius peccatum, quãdo commode, & absq; suo damno id potest. Atque ideo hanc partẽ sustinẽt *Syl. verb. Vsura 7. q. 1. Cõrad. de cõtract. lib. q. 47. Aragon 2. 2. q. 89. a. 6. dub. 2. cõcl. 3.* vbi idẽ dicit de petitione iuramenti ab infideli parato ad iurãdũ per falsos deos *Molina to. 2. de iust. disp. 335. col. 1. cõcl. 4. & col. 2. vers. Verum autẽ. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 22. punct. 4 col. 2. dict. 2. & col. vlt. ad finẽ.* Idem tenet cũ quadã limitatione *Salon 2. 2. q. 78. ar. 4. cõtrouersia 3. ad finẽ*, nẽpe, quãdo is vsurarius ex fragilitate peccat: secus qñ ex malitia.

23 Quamuis autem hoc probabilius esse credã, quia ratio adducta fortiter vrget. at probabile est culpã solam venialem admitti: nisi aliqua finis mortalis circunstantia adiungatur. Vt si petantur ex pecuniæ ad expendendum cum meretricibus: tunc enim non ratione occasionis datę vsurario, sed ratione solius finis erit mortale: vel, vt ait *Sotus statim alleg. inducus,*) ratione damni. Vt si ratione prodigæ pecuniarum ad vsuras acceptionis, accipiens conflet magnum ęs alienũ, ita vt notabile suæ familiæ educandæ damnum inferat. Ducor ad censendum esse probabile. Quia video viros grauissimos tenere esse solum veniale. Id enim tenet *Caiet. 2. 2 q. 78. art. 4. paulo post principium: & in summa, verb. Vsura. c. penult. initio. Sotus l. 6. de iusti. q. 1. art. 5. paulo post principium. dub. 1. Nauar. sum. c. 17. nu. 262. Emanuel Sa sum. verb. Vsura nu. 5. Aragon. 2. 2. q. 78 ar. 4. dub. 1. concl. 2. Petr. de Ledes. 2. to. sum. tract. 8. c. 33. post. 29. concl. dub. 2.* Et tenent plurimi ex neotericis, (vt refert Bañes *2. 2. q. 78. ar. 4. statim in princ. dub. 3.*) & oppositam sentẽtiam solum vocat probabilem. Secundo quia eadem est prorsus ratio de hoc, ac de petenti sacramentum à ministro malo parato, sciendo fore vt in peccato mortali ministret. Et tamen petẽtem, absque necessitate, vel vtilitate aliqua, ab hoc sacramento affirmant multi venialiter solum peccare. Quod adeo firmiter tenet *Sotus 4. d. 125. ar. 9. vers. Primam itaque propositio sit*, vt dicat esse certũ, & absque controuersia apud omnes. Tertio quia (vt vidimus nu. 12. & seqq.) vel modica vtilitas satis est ad excusandum ab hoc præcepto vitandæ huius occasionis. At à præceptis sub mortali obligantibus non tam leuis causa excusare solet Tandem quia quamuis pręceptum vitandæ ruinæ proximi in mortale obliget ex genere suo ad mortale, at in hoc casu ex circumstãtiæ concurrunt, vt videatur is rigor temperandus. Cõcurrunt enim ex parte dantis occasionem, eam non censeri datam, sed acceptam est sua praua voluntate: qui si vult, potest absque culpa dare mutuum petitũ. Item videtur graue onus, tam stricta peccati mortalis obligatione astringere petentem mutuum, ad dis̄centiendum, an causa iusta sit, nec ne. Et ex parte vsurarij concurrit modica necessitas Cum sponte sua in mortale labatur, ad idq; paratus sit. Etsi modo in hoc vsuræ peccatũ non labatur, statim in alia labetur alijs mutuũ petentib. aut saltẽ prauę voluntatis desiderijs.

24 Ex his sequitur, idem prorsus dicendũ esse de petẽti ab infideli parato ad iurãdũ per falsos deos, iuram̃, absque causa iusta. Quippe probabilius est culpã esse mortalem. (vt dixit *Aragon n. 22. alleg.*) At est probabile esse veniale. Quia, (vt diximus n. 12) vterq; casus æquiparatur Quãdo autem non esset paratus, manifesta esset culpa lethalis, absque necessitate vel vtilitate iusta, id iuramentum petere, sciẽdo fore vt alter per falsos deos iuret. Quod de non parato ad mutuũ sub vsuris dandũ, fatentur omnes. Qualis aũt scientia huius peccati ꝓximi desideretur, cõstat ex dictis n. 9.

25 Vltima difficultas est, an casu quo licet ab infideli hoc iuram̃ petere, sciendo fore vt p falsos deos iuret, ac nullo alio mõ iurare velit, licet ab eo petere vt per falsos deos iuret? Quæ difficultas similiter cõmunius tractari solet in casu simili petentis mutuum ad vsuras. Et qui constat neutiq̃ licere inducere vsurarium illum vt mutuet ad vsuras. Quia est inducere ad rem intrinsecè malam. Et ita fatetur *D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 4. corpore*, loquens de petenti mutuum ab vsurario, & iuram̃ a gẽtili. Quem omnes sequuntur. At (vt optimè ait *Sotus l. 8. de iust. q. 2. art. 4. col. 3.*) non quæcunque mutui petitio ab vsurario, censetur inductio: sed qñ dans ad vsuras, nullatenus dare vult, eo quod id nefas esse norit, & petens instigat eum, vt det.

26 Difficultas ergo eo pertinet, qñ petens nõ vult vsurarij pct̃m, sed gratis sibi dari mutuum: quia tamen certò nouit fore, vt alter nolit nisi cum vsuris, ne frustra tempus terat, petit mutuum sibi cum vsuris dari; vel offerendo mutui lucrum. Multi id licere negant. Quod obiectum illius petitionis sit intrinsecè malũ. Item quia qđ licet petere, licet desiderare. At nullatenus licet desiderare vt alter det ad vsuras. Ergo nec petere. Atq; ita docẽt *Maior. in 4. d. 15. q. 35. concl. 1. Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 4. paulo post principium. Castro l. 1. de iusta hæret. punit. c. 15. Nau. sum. Latina c. 14. n. 39. Hispana c. 28. addit. ad n. 30. c. 14. vers. La onzena & c. 17. Latinè & Hispanè n. 262. Couar. de pactis. 1. p. §. 1. n. 10. Corduba sum. q. 5. corol. 5.* Et cõtrariũ nõ eẽ tutũ docet *Aragõ 2. 2. q. 78. art. 4. dub. 1. in solutione ad vltimũ*. Et hãc partẽ esse probabilem docet *Petrus de Ledes. 2. to. sum. tract. 8. c. 33. post 29. cõcl. diffic. 1.* Et loquẽs de petitione iuri per falsos Deos ab ethnico parato, docet *Valẽtia 2 2. disp. 6. q. 7. punct. 3 col. 5. vers. Aduertẽdũ est.*

27 Quamuis tñ hoc satis ꝓbabile sit, reputo tñ ꝓbabilius, licere petere id mutuum formaliter, & expressè sub vsuris, his verbis, da mihi mutuum ad vsuras, vel da mihi mutuum, & tm̃ lucri rependam: quando petens certus est fore vt alter nolit dare mutuũ, nisi vsuris exactis & ipse eget mutuo. Ducor, quod eius petitionis obiectum non sit actio dantis mutuum sub vsuris quatenus ab eo procedit. Hæc. n. est ita intrinsecè mala. vt in nullo euentu, aut peti, aut desiderari possit. Sed obiectum illius est mutuum; qđ autẽ dicit, sub vsuris, est permissiuè. Et ita est sensus, da mutuũ, sed quia certò noui te non daturum nisi sub vsuris, id tibi permitto vt mihi cõsulam. Vel da mihi mutuũ; & si nolueris dare nisi vsurario lucro tibi pstito, ad id sum paratus. Vel da mihi mutuum, et si vsuras exigere debeas. Quod obiectũ licitũ est, & sub hac forma, & conditione, & petere, & desiderare illud licet. Hoc em̃ nõ est petere, aut desiderare alterius pct̃m: sed exponere quid petens facturus sit, idque permittere. Sicut dum multi DD. dicunt licere minus malũ consulere parato ad maius perpetrandum, obiectum illius cõsilij non est minus id malum: qđ nec cõsulere, nec desiderare liceret. Sed obiectum illius est, cum certus sim te alterum ex duob. malis facturum, fac leuius & ne grauius facias Et hinc cõstat solutio ad argumẽta cõtraria. Et confirmatur, q a licitum est, id mutuum petere, & altero rñdente se nolle dare, nisi vsuris promissis, fas est acceptare cõdõnem, ac vsuras ꝓmittere. Ergo licet à principio eã conditionem offerre, qñ certò scitur eam petendam. Atque ita pro hac sñia est *Sotus n. 25. alleg.* quatenus solam inductionem ad vsuras dãnat, quando dans nollet dare, nisi à petenti inductus. Pro eadem est *Abulensis n. 31. referẽdus*, quatenus in simili, de iurã per falsos Deos petendo id admitti in quodam casu: & proinde non esse intrinsecè malum, sentit. Et in proprijs terminis docent *Durãd. 3. d. 37. q. 4. nu. 5. & ibi Palud. q 2. ar. 1. post 3. conclusionẽ D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 9. §. vlt fine. Canus & plerique ex recentiorib. Theologis*, vt refert, & sequitur *Salõ 2. 2. q. 78. ar. 4. controuersia 2. & ibi Bañes statim in princ. dub. 2. Molina to. 2. de iustitia, disp. 335. col. 1. concl. 5. Valẽt. 2. 2. disput. 5. q. 21. punct. 4. statim in princ. Emanuel Sà sum. verb. Vsura nu. 5.* & dicit esse probabile *Petrus de Ledes. n. pc. alleg.* & similiter docet esse ꝓbabile *Suar. to. 2. de religione, tract. de iuramento, l. 3. c. 13. nu. 9. fine.*

Tria

28 Tria tamen obseruanda sunt. Primum est *Valentia* nu. præced. allegatus sentit esse nullum discrimen inter petitionem mutui ad vsuras ab vsurario, modo explicato n. preced. & petitionem corporis à scorto. Atque ita dicit non esse participem peccati scorti petentẽ ab illo corpus, ita vt potius videatur illud interrogare an velit consentire, & ipso consentiente significare animi sui præparationẽ ad peccãdum cum illo. At hoc nõ placet. Quia est lata differentia, quãdo petitur aliquid, quod licitè ab altero præstari nequit: vt in fornicationem. (Vt latè probaui li. 1. c. 6. nu. 14.) Non. n. huius petitionis obiectum potest esse aliquid bonũ. Sicut in petitione mutui sub vsuris. Et negari nõ potest interrogationem illam esse occasionem, vt scortum hãc specialem fornicationẽ admittat. Vt ibi explicui.

29 Immò (vt bene ait *Salon 22. q. 87. ar. 4. cõtrou. 2. pag. 1193. Vers. Primum est*,) nec licet petere ab vsurario mutuum sub vsuris, quãdo non semper vsuras exigit sed aliquãdo ijs non petitis mutuum dat. Et constat, quia tunc offertur occasio exigendi vsuras: & ita peccandi non oĩno parato. Itẽ quia vt hæc petitio liceat, petunt DD. certitudinem in petenti voluntatis alterius non mutuandi nisi sub vsuris. At quando aliquãdo absque vsuris mutuat, ea voluntas est certa.

30 Secundum est. *Salon eodem ar. 4. controuersia 3. concl. 3.* asserit maiorem necessitatem desiderari ad petendum mutuum expresse, & formaliter, sub vsuris, cognita vsurarij voluntate non aliter mutuandi: quã vbi absolutè petitur mutuũ. Atq; ita dicit ad petendũ hoc posteriori modo sat esse voluntariã petentis mutuũ necessitatem, id est, necessitatem ad eas res comparandas, quæ honestæ sunt, ac liberè oĩno intendũtur, ita vt ex defectu illarũ nec status, nec decentia illius in minimo minuatur. Ad petendũ priori modo dicit opus esse necessitate, q̃ petens vitare nequit. Vt qa indiget pecunia illa ad decentiã sui status conseruandã. Et consonat *doctrina Abulens. n. seq. alleganda*, petẽs peculiarem necessitatẽ ad petendũ à gentili expresse iuᷣm per falsos Deos. At melius reliqui DD. nu. 27. allegati non meminere necessitatis maioris causæ in hoc petẽdi mõ. Cũ reuera vterq; petẽdi modus cõcurrẽtib. illis circũstãtijs eãdẽ potius occasionẽ passiuã peccandi alteri tribuat. Quare eadẽ prorsus culpa in vtroq; modo tueniũtur, quãdo causa iusta deest, & ex eade prorsus causa vterq; modus culpa liberatur.

31 Vltimũ est. *Salõ eo. a. 4. cõtrouers. 2. fi.* ait distare petitionem mutui sub vsuris, & petitionẽ iurij per falsos Deos, vt illa liceat mõ explicato n. 27. hæc autẽ in illo euentu liceat, sed solum petere iuᷣm nõ explicando per falsos Deos. Quod illa mutui petitio reddat licitã redimendæ vexationis, q̃ petens patiᷣ, denegato sibi mutuo, nisi oblatis vsuris: ac ꝓinde petens non apponit verè cõdõnem vsurarum, sed iniqtas vsurarij, ipso solũ permittẽte. At in petitione iurij per falsos Deos, nulla redimitur uexatio, cũ cõtractu, vel testimoniũ infidelis possit varijs alijs modis cõfirmari. Ac displicet hęc discriminis rõ. Quia cũ vsurarius nõ teneatur mutuum dare, nullã in eius denegatione est vexatio, & sicut id mutuũ est petẽti necessariũ, aut vtile ita id infidelis iuᷣm: eo. n. ꝑstito firmabitur cõtract⁹, q̃ alioquin erat irritus, & testimoniũ eius firmius reddetur, imò aliquando id fide carebit absq; iuᷣo. Vt si testari iudicio debeat, atq; tunc si nolit iurare nisi p falsos Deos, redimet vexatio petito iuᷣo p illos. Præterea qa idẽ prorsus est vtriusq; petitionis sensus, i neutro. n. casu vult petẽs ꝙ verba exterius sonãt, sed mutuum, vel iuᷣm, q̃ licita sunt: atq; solũ cogitata alterius malitia nolẽtis dare, nisi cum vsuris, aut iurare nisi per falsos Deos, permissiue offertur illi ea cõdõ, vt det sub vsuris, aut iuret p falsos Deos, si aliter dare, aut iurare nolit. Et idẽ hoc licere tenent *Bene 2. 2. q. 78. art. 2. statim n prin. dub. 2. Petr. de Ledes. 2. to. sum. trac. 11. c. 2. dub. vlt. notab. 3.* Et idẽ fatetur *Abulẽs. c. Matth. q. 270.* q̃ã est magna necessitas. Et idẽ in rigore fatetur dicendũ *Suar. to. 2. de religione tract. de iuramẽto. li. 3. c. 13. n. 10. fine, & n. 11. fi.* Qui tamẽ optimẽ ait *eo. n. 11.* lõgẽ diuersum esse in petitionẽ mutui sub vsuris, q̃ in petitione iurij per idola. Nam etsi sit ex se licita vtraq; petitio i ꝑdicto sensu permissiuo; at i petitione mutui sub vsuris nõ datur ansa scãdali, nec est externa species inductionis ad vsuras exercendas ꝙ manifestum sit petẽtẽ mutuum nolle vsuras dare, atq; inuitum eas offerre, desperando alias mutuũ cõsequi, ac ꝓinde datur necessitas offerendi illas. At in petitione iurij per falsos Deos, satis datur ansa scandali, & vt existimetur iductio ad sic iurandũ, & illius approbatio. Quia moraliter nunq̃ est necessaria ea expssio, & sufficit absoluta iurij petitio, & vt alter accepiet cõdõnem iurandi, est satis ne petatur iuᷣm per verum Deum, quẽ Christiani ꝓfitentur, & iõ bene cõcludit *Suarez ibi*, etsi ex se non sit illicitum in eo sensu permissiuo petere iuᷣm per falsos Deos at regulariter id non licere ob prædictam scandali rationem: at si in aliquo casu peculiari esset necessitas sic petendi, id licere ostendendo animum sic acceptandi iuᷣm, permittendo illud, non quia placeat, sed quod alio modo obtineri nequeat.

32 Demum obserua ad licitam petitionem iurij à pagano, quem per falsos Deos iuraturũ scitur, etsi nõ explicetur vt per falsos Deos iuret, esse opus vt ille aliq̃ saltem notitiam cõfusam veri Dei habeat. Quia si nõ nouit licitũ iurandi modũ, petitur ab ipso ꝙ nequit licitẽ facere, supposita sua veri Dei ignorantia, per quẽ est iurandũ. At hæc cõdõ impletur moraliter, seu supponitur, quoties fidelis petit ab infideli iuᷣm. Quia non põt tunc ille infidelis non habere saltem famam aliq̃ alterius Dei, per quem Christiani iurant, cũ quibus cõtractum init. Atque hoc sufficit, vt iuramentũ per verum Deum non sit impossibile illi infideli, iam enim in eius potestate est plenius informari, & voluntariẽ determinatur ad modum illicitum, & licitum negligit. Hæc docet *Suarez eodem cap. 3. nu. 5. & 6.*

CAPVT IX.

De obligatione iuramenti, qualis, & quanta sit, & qualem materiam desideret, vt obligationem inducat.

SVMMARIVM.

An iuramentum obliget tanquam priuata lex, nu. 1.
An illius obligatio oriatur semper ex præcepto affirmatiuo, & cuius virtutis, num. 2.
An semper sit sub mortali, etiam in re modica, num. 3.
An sit maior quam voti, num. 4.
An iuramentum rei futuræ contineat semper promissionem, & quid in dubio, num. 5.
An dum non contineat promissionem, obliget ad rem illam futuram implendam, num. 6.
Qualiter iuramẽtũ facti alieni intelligatur, & obliget, n. 7.
An in iuramento includente promissionem sit duplex obligatio, & vnica, quando illam non includit, num. 8.
An obligatio primaria iuramenti promissorij factis homini, sit erga Deum, num. 9.
An iuramentum promissorium factum homini, nullo acceptante legitimè obligat, num. 10.
Iuramentum soli Deo factum materiæ malæ, indifferentis impeditiuis maius bonũ, seu contra cõsilia, vt non mutuandi, non fideiubendi, rei impossibilis, aut difficillimæ, aut ob finem malum; & quando partim materia est mala, aut impossibilis, vel sub conditione impossibili, vel sub pluribus cõditionibus, quarum vna est impossibilis, an obliget? remissiuè, num. 11.
Quid si id iuramentum soli Deo factum, non contineat promissionem, aut non referatur explicitè in Deum, nu. 12.
An nulla petita relaxatione possit contraueniri iuramento de materia mala, impossibili, indifferenti, aut contra consilia. Et explicantur c. Cum quidam, de iuretur. & cap. Venerabilem, vers. Idem etiam, de electio. nu. 23.

præceptum affirmatiuum, vt ex ipsa forma apparet, *Reddes Domino vota tua.* Et obligat ad seruandã Deo fidelitatem. At peius est iniuriã passiuã directã alicui irrogare, q̃ esse illi infidelẽ deficiendo a fide data. Et ita docent *Suarez. to. 2. de relig. tracta. u de iur. li. 2. c. 3. n. 5. Leonard. li. 2. de iust. c. 42. dub. 11. n. 53. & 54.* Rursus si iurm rei futuræ factum Deo cõtineat promissionem, manifestum est magis obligare q̃ votum. Quia continet obligationem voti, & iuri. Et ita bene docet *Leõ ibid. q. 52.* Quare dum DD. disputant vtra sit maior obligatio, intelligunt, qñ in eo iuro nulla est promissio, mõ quem explicabimus nu. seq. Vel si contineat ꝓmissionem, loquuntur spectata sola iusiurãdi obligatione. In qua quæst. grauis est cõtrouersia inter DD. de qua latissimẽ *Michael a Mesnal. 5. de sacr. hom. cõtinẽtia, à c. 22.* vbi maiorem esse iuri obligationem ex multis ostendit. Quod idem (& satis probabiliter) multi alij sustinent. Sed quia res hæc non multũ ad praxim cõfert, breuiter dico ꝓbabilius esse maiorẽ esse voti obligationem. Quod cũ *D. Th. 2. 2. q. 89. ar. 8.* multi alij amplectũtur. & *Suarez* alios referens, & late probans, ac contraria soluens, *eo. c. 3. proximè alleg. à nu. 7.* Tum quia maior obligandi vis ex eo, cui obligatio fit, spectanda est: at votũ ex ratione sua fit Deo: iurm autem vt sic, id non petit sed solum afferri diuinum testimonium ad cõfirmandam veritatem illam futuram. Tũ etiam quia vtriusq; obligatio ex aliquo diuino consurgit: iuri quidem ex reuerentia Deo debita, eũ veracẽ efficiendo; voti aũt, ex fidelitate Deo debita. At infidelitas est maius malum q̃ irreuerẽtia, quippè irreuerentiam etiam claudit, & addit aliquid aliud. parui. n. penditur Deus dum ei fides nõ seruat.

5 Quintò præmittendum est, etsi iurm de re aliqua futura contineat regulariter promissionem illius faciendæ, aut omittendæ, posse tñ non continere illam, siue iurm illud soli Deo, siue homini fiat. Quia sicut simplex assertio de futuro potest solũ illius rei faciendæ, aut omittendæ, propositum continere, absq; vlla promissione: ita iurm potest cadere super id propositum, absque promissione aliqua. Vt potest quis iurare aliquid futurum, v.g. fore vt cras pluat, vel vt Titius vindictam sumat, vel aliquid aliud efficiat, nõ intendendo se obligare ad curandum id fieri. Similiter potest iurare factum proprium eodem mõ, nempè, fore vt ingrediatur religionẽ ipsemet iurans, testando simplex ingressus propositum absq; vlla eius ꝓmissione: ita vt nõ intendat iurans id ꝓmittere, sed solũ firmare voluntatem suam in eo proposito. Quod alijs exẽplis declarans, & DD. referens tradidi l. 8. de matr. disp. 13. n. 4. Et vltra DD. ibi relatos tenẽt *Leonard. l. 2. de iust. c. 42. dub. 11. n. 53. vers. Respondeo tale iuramẽtũ Suarez to. 2. de relig. trac. de iur. l. 2. c. 1. à nu. 3. & c. 2. n. 6.* Atq; iurm hoc rei futuræ nõ claudens promissionem, est medium inter mere assertorium; qđ est propriè de re p̃senti, aut præterita, & verè promissoriũ, & ideo imperfectè, & s̃m quid, potest dici promissoriũ. Qñ autem nõ constat de intentione iurantis, vtro ex his modis iurare intenderit, id erit ex circumstantijs coniectandũ, & ex iurandi occasione. Quod si oĩbus pensatis res fuerit dubia, iudicandum est includere ꝓmissionem. Sicut in simili tradit *Sotus li. 8. de iust. q. 1. ar. 9. ad 2. in fi.* Et in proprijs terminis addit *Suarez eo. c. 2. in fi.* Et ratio est, quia quamuis in dubio obligationis sit in benigniorem partem inclinandũ, ac proinde in hoc dubio esset iudicãda obligatio solius iuramenti non claudentis promissionem. At id intelligendum est, nisi cõiectura alia vrgentior adsit, qualis est vt tunc adsit quoq; promissio: ea. n. adest ex accidentib. communiter, ac regulare. Quippè sunt cõiter, ac regulariter, iuramenta hæc promissioni coniuncta: & hic est proportionatus illa emittendi modus.

6 Quod si inde ĩferas iurm rei futuræ destitutũ promissione, ac solum propositum firmãs, nullam inducere obligationem, in futurum propositi illius explendi, sed cõtentũ esse sola veritate p̃senti, instar [illegible] meram assertorij. Quia perinde vr̃, ac si quis iuraret se habere propositum illius rei exequendæ. At ea illatio est oĩno neganda, & dicendum est, id iurm vltra obligationem dicendæ veritatis de p̃senti, habendo aĩum propositi illius explendi, inducere obligationẽ ad exequendam rem iuratam. Probatur, quia obligatio iuri ad exequendam rem illo stabilitam, nõ pendet ab obligatione promissionis: cũ cõtingere possit ꝓmissionem esse irritam, & tñ iurm obligare, vt contingit in iuro soluendi vsuras iux. *c. Debitores de iure iu.* In quo casu constat ꝓmissionem illam nil prorsus conferre ad iuri obligationẽ, q̊ n. est irritum, nil operari põt. Ergo nil refert ad iuri de futuro obligationẽ, siue ꝓmissio intercedat, siue nõ. Scdo, q͞a (vt rectè ait *D. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad* 1.) nõ est iurãda veritas, nisi de qua aliqs firmus est. Ergo vt iurans rem futurã, rectè iuret, tenet̃ firmiter esse certus de illa exequenda, ac ꝓinde ex vi iuri tenetur illam exequi. Et confirmat̃, quia iurans assertionem futuram, tenetur dare illi totam veritatis firmitatem, q̃ potest habere, alias temerè iuraret, si non esset certus ac firmus de veritate futura. Hæc autem firmitas consistit in aĩo exequendi tunc habito, & in obligatione ad exequendum in posterum. Ergo tenetur postea id exequi, vt faciat verũ id quod iurat. Quare dum quispiam iurat se aliquid facturum, absque promissione aliqua, non tm̃ iurat se tunc habere propositum faciendi id sed simul etiã iurat se perseueraturum in eo proposito, donec illud impleat, & ad id Deum quasi fideiussorem adducit. Atq; ita optimè docent *Suarez* colligens *ex D. Th. & alijs eo. li. 2. c. 1. à nu. 11. vsq; in fi. Leonard. lib. 1. de iust. cap. 42. dub. 11. nu. 52. vers. Respondeo tale iuramentum.*

7 Hinc deducit̃, qualiter actio aliena verè iurari possit. Duplex. n. potest esse sensus, qñ quis factũ alienum iureiurando affirmat. Prior est, quasi speculatiuus, affirmando solum factũ alienum à iurante cognitum faciendum in posterũ. Sicut quando quis iurat fore vt cras pluat, manifestũ enim est eum nõ se obligare ad diligentiã aliquã apponendã vt pluat. Quod ẽt solet contingere, quando quis consolans ægrum timentem mortem, vel quemcumque timentẽ aliud malũ, iurat fore vt incolumis euadat. Et in hoc casu, ne iuramẽtum id sit falsum ratione dubij euentus, est necessaria in iurãte sufficiens cõiectura de animo, & mente facturi id opus, vel de re illa futura: atq; per verba ipsa sufficiẽter explicari: vt sic iurãdo, iuro me credere, aut opinari hoc futurũ, vel ex circumstantijs colligi eũ esse iurantis sensum. Posterior sensus est practicus, id est, in ordine ad iurantẽ, vt sensus sit se daturũ operã, curaturumq; vt alter, cuius factum iurat, id exsequatur, & tũc tenet̃ ad hanc diligentiã apponẽdã. Atq; ita docet *Suarez eod. c. 1. n. vlt.* Qñ tñ non cõstat de intẽtione iurantis factum alienum, est intelligendum iurm in hoc posteriori sensu, et manet obligatus iurans ad hãc diligentiã. Quia ne facti alieni sponsor credatur periurus, rem incertã promittendo submittigitur in eo iuramento, se facturum, & curaturum. Vt hæc probaui multis alleg. lib. 1. de matr. disp. 24. n. 7. Et præter DD. ibi alleg. tenet *Suarez. to. 2. de reli. tra. de iura. l. 1. c. 10 nu. 4.* Atq; eadem disput. 24. nu. 11 & 12. probaui ad satis faciendum iuramento, teneri hunc absque fraude, & fictione, adhibere omnem diligentiam, quam rei promissæ qualitas posceret: atq; ita nõ satisfacere petendo id fictè, & simulatè ab alio, ita vt ipso petendi modo voluntatem parum propensam ad id assequendum indicet. Quod vulgo *pedir por complimiento* appellamus.

8 Est autem in præsenti id discriminis inter iurm factum homini, non includens promissionem, & illam includens (aliæ enim differẽtiæ in sequentibus sunt explicandæ,) nã quando non includit promissionẽ, habet

ralem. Vel scdo explicat *Couar.* vt ea absolutio non sit à iuro, sed à peccato admisso iurando rẽ malam. Sed neuter intellectus placet. Non prior, qa cũ res ꝓmissa sit apertè mala, & ea rõ teddatur ĩ ipsomet textu, nulli vsui deseruiret ea cautela, imò decedẽs ius canonicũ eĩ petere, quasi in dubiũ reuocet, an iurm rei pessimę obliget. Nõ posterior, qa textus expreßè dicit iurantẽ absoluendum esse à iuramenti obseruantia, & addit, iniungendam ei pœnitentiam, eo ꝙ male iurarit. Vbi clarè distinguit absolutionem à iuramenti obseruantia ab absolutione peccati mali iurandi. Et iõ intellectus legitimus est, iurantem absoluendum esse à iuri obseruantia, i. declarandum esse eum esse absolutum, & liberum ab eius obseruãtia, solamq; pœnitentiam esse iniungendam pro peccato malè iurãdi. Sicut dũ aliquem a culpa, vel ab obligatione aliqua liberum esse significare volumus, solemus dicere, te ab his absoluo. Et sic explicat. *Suarez eod. lib. 2. c. 15. nu. 8.*

14] Imò, quotiescũq; materia est incapax obligationis iuri, vt si sit contra consilia, vt non ingrediendi religionem, est pctm abstinere ab eo consilio implendo, virtute iuri. Quod sic explicatur. Dupliciter põt iurãs non ingredi religionem, prout iurauit: primo materialiter, i. non virtute iuri, & quasi illo coactus; sed qa vult vti sua libertate, qua non tenetur ad id opus, & sic non peccat. Et hoc est quod ait *D. Th. 2. 2. q. a. 7. ad receptus ab omnib.* peccare hunc iurando, non tamen peccare implendo quod iuro promisit. Scdo modo, formaliter, i. ex vi iuri, & quasi illo coactus: & hoc est pctm. Quia contra iuri reuerentiam est, illius ꝑtextu, & occasione rem consilij omittere. Præterea, qa cum obligatio illius iuri sit mala, erit quoq; malum operari virtute illius, vtpotè quod est illius approbatio. Et hoc est ꝙ dixi lib. 1. de matr. disp. 32. n. 21. in confirmatione secundi argumenti, vbi cum alijs Doctorib. probaui iurm soluendæ pœnæ in sponsalib. appositæ non obligare, tanquam iurm rei malæ: eo ꝙ etsi sponte soluere eam pœnam non sit malum, at eã soluere virtute promissionis prioris malæ est malum. Et hoc est ꝙ dicit *D. Aug. relatus c. Inter cætera 22. q. 4.* loquens de iniquo iuro non subueniendi matri. *Foueat itaq; Hibaldus matrẽ, & fratres, & lugeat, si coactione, & timore iuramẽti aliquid defuit matri.* Atq; ita docet *Suarez eo. lib. 2. c. 17. nu. vlt. & c. 22. n. 8.* Qui in neutro loco explicat qualis culpa sit, implerio hęc formaliter iuramenti. Sed existimo dicendum talẽ esse culpam, qualis fuit emissio iuramenti; quare si qs iurauit se interfecturum hominem, & postea ex vi iuri, & vt illud impleat, interficit, est noua culpa sacrilegij mortalis, vltra homicidium. Quia eadem est irreuerentia in emittendo, & implendo formaliter. Cũ diuini nois inuocatio deseruiat in vtroq; euentu tanq̃ vinculum, & instrumẽtum ad iniquitatem patrandã.

15 Ex his deducit̃ primo, iura inter emendũ, & vẽdẽdũ, vsurpari solita, non emendi auctiori ꝑtio, aut non vẽdẽdi viliori, minimè esse obligatoria. Quia neutrũ ad Dei obsequiũ, aut hois, cui fit, vtilitatem pertinet.

26 Scdo deducitur, iura parẽtum, herorum, aut dominorum, quib. iurant se punituros filios, famulos, aut seruos, cõiter nõ obligare. Quia cõiter fiunt ex ira, & passione, atq; aĩo vindictæ sumẽdæ, & sic nõ sunt de actu virtutis, quinimò ꝓmissio illa fit sub rõne culpę. Qd si aliqñ ad debitã correctionẽ ordinantur, & ita obligãt; at sæpè ea in melius cõmutãt, abstinẽdo ab ea punitione. Quod iudicẽt melius esse nõ punire, ne placata iã domus fleob. cõturbet, vel ne punitũ fiãt deteriores cã supplicij. Ita docẽt *Caie. 2. 2. q. 89. ar. 7. dub. 1. vers. Inspice igitur, & in sũma, verbo Minori & verbo Periuriũ, ad finẽ. Armilla verb. Iuramẽtũ n. 12. Tabiena verb. Iurare q. 10. n. 11. Nau. sum. Hispana c. 12. nu. 10. Pedraza sum. in 2. ꝑcepto §. 6. Sayro in Claui Regia, l. 5. c. 5. n. 13. Valẽtia 2. 2. disp. 6. q. 7. pũct. 3. col. 11. in solutione ad 3. Toledo l. 4. sum. c. 22. n. 7.* Erit quoq; cã iusta, vt cesset obligatio huius iuramẽti ad iustam punitionẽ ordinati, quãdo mutat̃ status rei, vt si seruus, vel filius veniam petat corrigi paratus. Ita *Caiet. vtroque loco sum. Toledo, & Sayro ibid.* Similiter erit iusta cã, si amicus veniã illis cõcedi petat: Vt benè docent *Caiet. eod. vtroq; loco sum. & Sayro ibid.* Quoties aũt iusta excusandi cã abest, transgressio horũ iuramẽtorum excusat̃ à mortali rõne paruitatis materiæ. Vt benè ait *Sotus l. 8. de iustitia q. 1. ar. 7. col. 6. vers. Quarto id deniq;.* At si ea punitio in bonum correctionis iurata expediret maximè ad Dei obsequium, dicendum necessariò esset obligare sub mortali. Quia materia est grauis. De eo autem iuro, quo solent ꝑdicti sic iurare, si te arripuero, te interficiã, benè ait *Sayro eo. c. 5. nu. 12.* non esse mortale, si non habeut animum arripiẽdi. Quia iurm non est arripiendi, sed puniendi data ea hypothesi. Est tamen opus, ne sit periurium mortale, habere animũ puniendi, si arripuerit. Et quãuis verba sonent mortẽ inferendam, benè ait *Sayro ibi* esse hyperbolicã loqutionẽ. Existimo tñ esse opus animo grauiter puniendi. Quippè is est sensus eius hyperboles.

17 Atque idem dicendum est de iuramentis puerorũ leuiter iurantium se accusaturos alium puerum corã parentib. vel magistro. Quippè excusantur ab omni culpa transgrediendo, eo quod gratia sumendæ vindictæ cõiter iurent: vel si in bonum correctionis iurent, omittunt causa melioris boni, vt uitãdi inter se rixas. Et esto hoc nõ esset, excusantur à mortali transgressionis peccato ratione paruitatis materiæ. Vt. n. ꝑcedenti diximus de similib. parentum iuramentis.

18 Tandẽ infertur quid dicendum sit de iuramentis vrbanitatis gratia ꝑstari solitis, in ingressu, vel egressu alicuius loci nõ ingrediendi, aut egrediẽdi prius. Dicendum est non violari iuramentum, nec peccari cõtrauueniendo. Tum qa eiusmodi iuramenta imbibũt tacitã conditionem, nempè, quod ad me attinet, non ꝑcedam, & ita non violat iuramentum, quando altero contendente ꝑcedit. Tum ẽt quia id iusiurandum cedens in alterius honorem potest ab ipso remitti, & reuera remittitur, quando alter iure suo cedens contendit, ut alter transeat. Et ita docent *Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 7. dub. 2. vers. Ad secundũ autem dubiũ, & in summa, verbo Periuriũ ca. 3. Armilla verbo Iuramentum nu. 11. Nau. summa Hispana c. 12. nu. 11. Tabiena, Sotus, Valẽtia, ibi eos retuli, n. 16. Alcozer sum. c. 15. ad finem. Azor t. 1. inst. mora. li. 11. c. 4. q. 4. Leonardus li. 2. de iustitia. c. 42. dub. 4. nu. 22. Suarez to. 2. de religione, trac. de iuramẽto, lib. 3. c. 17. nu. 9. Sayro in Claui Regia, lib. 5. c. 5. nu. 14.*

29 Hactenus egimus de materia petita ad iuramenti ꝑstiti soli Deo obligationem, superest agẽdũ quando ꝑstatur homini in eius vtilitatem. Qua in re ea regula generalis est. Vt huiusmodi iuramẽtum obliget, id tm spectandũ est, an res illa iuramento promissa possit absque peccato mortali & ueniali impleri à iurãte. Quare tunc tm non obligat, quãdo sine culpa etiã ueniali iurantis impleri nequit. Constat ex *c. Quãuis pactũ, de pactis, in 6. & c. Cũ cõtingat, de iureiu.* ubi tanq̃ regula generalis traditur, iuramentum homini ꝑstitum, quod absque salutis æternæ dispẽdio seruari potest, esse necessario seruandum. Nomine aũt dispẽdij salutis æternæ, intelligitur fm omnes quod etiã sine peccato ueniali seruari nequit. Quippè etsi nõ impediat salutẽ æternã, disponit ad illam perdendam. Et iõ hanc regulã generalẽ tradũt *Abb. eo. c. Cũ cõtingat, nu. 7. Molina to. 1. de iustit. disp. 149. col. 3. vers. His exẽplis, & tota col. seq. & to. 2. disp. 171. col. 5. vers. Hoc tamẽ loco. Suarez to. 1. de religione, tract. de iuramẽto, lib. 2. c. 22. n. 3.* & nos quoq; tradidimus l. 1. de matr. disp. 32. n. Quare etsi uotũ rei indifferentis, uel rei bonæ impedientis maius bonũ, non obliget, & consequẽter nec iuramentum eiusdem rei soli Deo præstitũ: ut nu. 11. diximus, at si iuramentum homini præstetur in eius utilitatẽ, obligabit utique, etsi impediat maius bonũ.

Vt

Vt directe docent *Palud.4.dist.38.q.1.nu.29. Syluest. verbo Iuramentū 4.q.20. Suarez eo.lib.2.c.12.n.14. Rebellus de iust.p.2.lib.1.q.9.nu.4. & nu.vlt. Molina eadē dispu.149. proximè citata. Leonardus lib.2.de iust.c.42. dub.4.nu.20.* Similiter etiam obligabit, quamuis materia illa homini promissa sit in se indifferens. Vt bene docent *Suarez eo.li.2.toto c.16.& c.22.n.3. Leonardus eo.dubio 4.n.20.& 21. Sayro in Claui Regia,li.5.c.5. num.3.in fi. Molina proximè citatus.* Et clare videntur tenere *Angelus verbo Iuramentū 5 n.5.& Nau.summa c.12.n.17.* vbi dicentes iurām rei indifferentis nō obligare, vt si quis iuret se non aditurum emendi gratia apothecam alicuius, vel causa coquendorum panum furnum alicuius, id temperant, nisi id iur m præstaret homini ex aliquo pacto cedenti in eius utilitatem, ut si illi iuraret se non aditurum aliam apothecam, nisi suam, uel alium furnum, nisi suum. Huius autem discriminis inter iuramentum Deo præstitum, seu votum, & iurām præstitū homini, ea est ratio. Quia iurām promissorium de re non illicita, eatenus ad sui impletionem obligat, quatenus is, cui est pstitum, vult illud impleri. Deus autem indifferentia, & maius bonum impedientia non vult in suum obsequium impleri, et ideo id iurām Deo factum non obligat, sed debet esse necessario de re moraliter bona, & q̄ maiori bono nō sit impedimento. Cum tñ homo indifferentia, & maius bonum impedientia velit ac in ipsius vtilitatem cedere possint, inde est vt iurām de his homini præstitum obliget. Et confirmantur, quia iurām ducendæ feminæ ipsi præstitum obligat, quamuis impediat maius castitatis bonum, nec licet iurāti eligere cœlibem vitam absq; voto. (Vt probaui lib.1. de matr.disp.46. nu.4.) Cum tñ id iurām factum soli Deo sit prorsus irritum, nisi in raro casu, in quo melius esset iurāti matrimonium inire, ob frequentes carnis lapsus. Præterea quia etsi iurām rei indifferentis vt sic, obligare nequeat: (vt optimè docet *Caiet.2.2.q.89.ar.7. circa solutionē ad 3.in 1.dubio vers. Ad euidentiā huius,*) eamque reddit rationem, quia cum non detur actus indifferens in indiuiduo, si non est bonus, debet esse malus saltem venialiter & otiosus, ac proinde erit iurām rei malæ. At qñ vtilitatem alicuius respicit, fit per illam relationem actus bonus, vel misericordiæ vel liberalitatis, vel humanæ amicitiæ, vel fidelitatis. Quod optimè explicuit idem *Caiet. in sum. verb. Periuriu c.3.* dicens materiam esse indifferentem, ne iurām obliget, nulla est rō boni honesti, vtilis, aut delectabilis. Tandem qñ non potest res iurō pmissa impleri absq; culpa etiam veniali, iurām non obligare constat. Quia iuramentum nequit esse vinculum iniquitatis, *c. Quanto, de iureiu.* At esset illius vinculum, si obligaret ad sui exequutionem cum culpa veniali. Item quia implicat obligari quempiam ad culpam venialem. Vtrum vero sit necessarium ad hanc obligationem, actum promissum esse actum virtutis, dicemus c.11.nu.3.

20 Et quamuis videatur hæc regula habere verum in solo iurō continenti promissionem illi homini factā, quia qñ non claudit promissionem, sola religionis erga Deum in illo obligatio reperitur (vt diximus n.8.) videtur de eo iudicandum, ac de voto. Sed benè *Suarez eo.li.2.c.12.à n.12.vsq; ad 22.* dicit iudicandum de hoc iuramento, ac de cōtinenti promissionem. Quia etsi iuramentum id non contineat propriè pactum, aut promissionem: at verè fit proximo, & in eius vtilitatem; & ideo ad ueritatem iuramenti spectat, ut ueritas impleatur sicut prolata est. Atque iudicatur de illo, sicut de claudenti promissionem.

21 An vero non obstanti eo iurō matrimonij, aut alicuius obsequij pstandi homini, liceat traditus ad religionem, & statum perfectiorem, etiāsi pactū expressum sit non transeundi, & quid de iurō admissorum ad quædam collegia, quo iurant se non fore religiosos inculto collegij præfecto, & an admissi ad Anglicum collegium iuramento præstito eundi ad docendam fidem in Anglia, finitis studijs, possint ad religionem transire, dicemus lib.seq.c.19.

22 Nec hanc iurī præstiti homini obligationem impedit, si iurām in se illicitum sit; quamuis.n. sit illicitum, si materia illo promissa possit absq; culpa obseruari, obligabit utique. Constat ex *c. Etsi Christus, de iureiur.& 1. Mouet 21.q.1.* dicitur iurantem p creaturas teneri iurm rei licitæ obseruare, non obstante peccato admisso in iurō. Præterea quia cum id iurām sit rei licitæ, potest seruari absque culpa. Ergo est necessario seruandum, iuxta regulam nu.19. traditam. Atque ita docent *Abbas c. cum contingat, nu.6. de iureiu. Alex.de Neuo d.c. Et si Christus, n.11. Corneus auth.Sacramenta puberum, nu.38. & 39.C. si aduersus vēditionē, & ibi Iganus in repetitione, nu.47. Fulgosius, n.10.& 11. Cumanus l. Si quis pro eo. in principio, n.15.ff. de fideiussoribus, Molina to 2.de iust.disp.510.col.11.fol.1846. Suarez eo.l.2.c.24.n.2.& 3.* Atq; idem dicendum est, quamuis ius prohibeat iurām in aliquo contractu interponi, si n ulterius nō procedat reddendo materiā iurī illicitam, obligabit adhuc iurām. Hoc est contra *Bar. auth. Decernimus, n.1. C. de exceptis arboris* ubi dicit quotiescunque lex interdicit iurām adhiberi alicui actui, illud nō obligare. Et reddit rationem, eo quod iurans peccet mortaliter contra legem. At hæc ratio nullius est momenti, tm̄.n probat id iuramētum esse illicitum, q eius obligationi minimè obstat, si de re licita emittatur. Quippe iurando absq; aliquo triplici iuramenti comite, aut iuramento continenti blasphemiam, peccatur contra ius diuinum: cum tamen nemo dubitet iurām obligare. Et ita docent *e .cap.2. verb. Sacramentū, de arbitris.& ibi Abb. n.8. Barbosa l.1.§.1.nu.70.ff. sol.mat. Suarez proximè citatus Molina to 6.de iust. disp.35.n.2.* Quod lex irritaret quoque id iuramentum, an tunc obliget dicemus nu 40.

23 Nec impeditur etiam prædicta iuramenti obligatio quamuis promissio illa iurō firmata sit illicita ratione alicuius prohibitionis, aut circūstantiæ adiunctæ: si.n. sit de re licita, adhuc obligabit iuramentum. Vt si prælatus præcipiat subdito, ne ipso inconsulto aliquid promittat, promissio illa inconsulto prælato facta erit illicita; at si rei licitæ sit, obligabit iuramentū illius seruandæ. Ratio est, quod illa promissio iniqua non sit obiectum huius iuramenti, nec.n. hic se promissurum iurat, tale.n. iuramentum vt rei iniquæ nō obligaret; sed iurat materiam illius promissionis, quæ bona est. Et confirmatur quia si quis iusta causa ductus uoueat nil se inconsulto confessore promissurū, & postea eo inconsulto uotum emittat, peccat quidem uouendo, at uotum obligat. Vt lib.seq. ostendemus. Atque ita docent *Molina to.1. de iust. disp.149. col.penult. vers. Vt ad priorem, & disp.153.col.6. paulo ante solutionem ad 1.& to.2.disp.271.col.5.ver. Hoc tamen loco Suarez eo.l.2.c.24. à num.4. vsque ad 7.*

24 Imò quamuis ea promissio reddatur iure irrita, obligabit adhuc iurām illius implendæ. Quia adhuc promissio hæc potest sine peccato impleri. Sicut promissio soluendi usuras est iure naturali irrita, & tamen iuramentum illas soluendi obligat, *c. Debitores, de iureiu.* Atque ita docent *Molina eo. triplici loco relato nu.præced. Suarez eo.c.24.nu.8.vers. At vero quando promissio, & duplici nu.seq.* qui benè addit iuramentū tunc non obligare uirtute promissionis, cum ea sit irrita, & proinde nullam obligationem inducat, sed uirtute ueritatis iureiurando assertæ, & ideo nec rem iuratam exequendam esse uirtute promissionis, sed ratione assertionis in eo iuramento inclusæ.

25 Monuerim tñ nō solum materiam reputari malā, ut iurām deobliget, quando est de actibus, qui secundum se sunt peccata, sed etiam quādo est de actib. ad quos obligari est culpa, i. quando talis est materia, ut oīs obligatio, siue promissionis, siue iuramenti illi

repu-

repugnet, ẽt ſi talis actus alias ſponte factus nõ ſit malus; at ſi fiat ex vi promiſſionis ẽt iuratæ, eſt malus: id enĩ ſufficit, vt iuſm non obliget. Quare hac ratione lib. 1. de matrimonio diſput. 32. nu. 21. in prima confirmatione ſecundi argumẽti, diximus iuſm adiectũ pœnæ in ſponſalibus appoſitæ nõ obligare. Quia etſi ſoluere illam pœnam propria ſponte non ſit peccatum, at eſt tale, quando ſoluitur ex obligatione promiſſionis, aut iuramenti. Quia ſic ſoluta habet rationem pœnæ, & proinde minuit libertatem matrimonij, in quo poſita erat ratio talis culpæ. Sic docet. *Suarez eo. lib. 2. c. 22 nu. 8. & c. 24. nu. penul. & vltimo.*

26 Ex his deducitur primò, non obligare iuſm materiæ oppoſitæ rei prius votæ, aut iuratæ, q̃n votum illud prius, & iuramentum obligabant; vt ſi quis voto caſtitatis, aut iuramento illius ligatus, promittat iuſo fœminæ matrimonium, iuramentum hoc non obligat. Quod per ſe notum eſt, eo quod ſit iuramentum rei iniquę. Atque idem dicendum eſt ob eamdem rationem, quando iuramentum eſt contra ſimplicem priorem promiſſionem tunc obligantem. Quod bene docent *Ang. verbo Iuramentum 5. nu. 14. Sylu. verbo Iuramentũ 4. q. 12. Couar. de pactis 2. p. §. 2. n. verſ. Ceterum. Azor to. 1. inſtitutionum moral. lib. 11. c. 6. q. 1. & 2. Suarez eo. lib. 1. c. 19. n. 20.* Et hac rõne lib. 1. de matr. diſput. 50. nu. 2. probaui ſponſalia iurata cõtra priorẽ ſimplicem promiſſionem obligantem, minimè obligare, vbi multos retuli, contra alios ibi nu. 1. relatos. At ſi iam prior promiſſio nõ obligaret, quia ſub erat cauſa recedendi ab ea, obligaret vtique iuramentum. Quia eſt de re licita. Et ita probaui ea diſpu. 50. nu. 4. cũ *Syl. verb. Spõſalia q. 10. d. 3.* Si tñ tunc tẽporis prior promiſſio obligabat, quãuis poſtea non obliget, quia pars remittit, vel ob quãuis aliam rationem, adhuc iuſm non obligabit. Quod probaui eadem diſp. 50. n. 6. contra alios, quos ibi retuli n. 5. Et nobiſcũ tenet *Suarez eod. l. 2. c. 19. à n. 16.* Quia quod ab initio validũ non eſt, tractatu temporis non conualeſcit. *Regula non firmatur, de reg. iur. in 6.* Et alijs rationib. ibi probaui. Quod intelligendum eſt, niſi conſtiterit iurãtis intentionem fuiſſe obligare ſe pro tempore, quo fuerit licitum. Sic limitat *Suarez eo. c. 19. nu. 19.* & id eſt per ſe nonim, quia fuit iuramentum rei licitæ.

27 Secundò deducitur, quid dicendũ ſit de promiſſione prodiga iureiurãdo firmata. Quidam cẽſent eam ſolum obligare quo ad quantitatem, in qua nulla eſt prodigalitas, nõ vero quo ad incrementũ. Ducũtur, q; ſit ꝓmiſſio rei venialiter malæ quo ad id incremẽtũ. Sic tradũt *Sotus l. 4. de iuſt. q. 7. ar. 1. ad 2. ver. An vero cõtra, & li. 8. q. 2. ar. 7. ad finẽ corporis, verſ. In quarta. Martinus de Ledeſma 2. p. 4. q. 58. art. §. Circa 2. membrũ, fol. 294. col. 2. Mercado lib. 6. de contractib. c. 16. §. Todas las vezes. Palacios l. 5. de cõtractib. c. 11. fol. 479. verſ. Verũ adhuc difficultas vrget. Salõ 2. 2. q. 62. art. 5. cõtrouerſia 4. poſt 3. cõcl. §. Ex quo ſequitur. Bañes eo. ar. 6. dub. 5. cõcl. 3. Manuel 2. to. ſum. c. 40. n. 4. Aragõ 2. 2. q. 89. ar. 7. ſtatim in prin. Suarez eo. li. 2. c. 23. fine.* Quãuis aũt hoc ſit ſatis probabile; at nõ minus probabile eſt, integre obligare. Quod ſuſtinet *Molina tom. 2. de iuſt. diſp. 271. col. 3.* Quia etſi in modo prodigo ꝓmittendi ſit culpa, non tñ eſt ex parte rei promiſſæ: & licet à principio promittẽdo liberè eã quantitatem ſit prodigalitas, at in exequutione ea nõ repetiſ, nec aliqua culpa, ſed impletio debiti iã cõtracti. Sicut optimè *Caiet. 2. 2. q. 32. ar. 7. & Valẽtia 2. 2. diſp. 5. q. 6. pũct. 5. fol. 912. verſ. Quamobrẽ erudite,* dicũt in ꝓmiſſione mercedis meretrici facta eẽ culpã, q; ſi approbatio actus turpis & ad eũ inductio: at in ſolutione poſt actũ turpẽ, nullã eſſe culpã, ſed debiti ex iuſtitia ſolutionẽ.

38 Tertiò deducitur q̃d dicendũ ſit de ꝓmiſſione iurata facta homini ob finẽ turpem, q̃n talis promiſſio eſt rei licitæ. Quidã docent obligare. Ita *Sotus lib. 7. de iuſt. q. 1. ar. 3. col. 12. verſ. Q̃d ſi contra. Aragõ 2. 2. q. 88. art. 2. dubio 2. circa 5. concl.* Sed intelligendi ſunt poſt paratũ ab eo hoĩe crimẽ, ſecus ante. Quia ordinatur ad finẽ turpẽ, & vt alter crimen perpetret, & ideo añ illud perpetratum tenetur vterque contractũ diſſoluere: at eo iam patrato, nulla eſt culpa in rei promiſſæ ſolutione, ſed impletio debiti iuſtitiæ. Et ita docẽt loquentes de promiſſione facta fœminæ, vt corporis ſui copiã faciat, *Caiet. 2. 2. q. 22. ar. 7. ad 2. Couar. regula Peccatum 2. p. §. 2. nu. 1. Molina to. 1. iuſt. diſp. 94. concl. 2.* Quod intelligendum eſt, niſi ſolutio quoque iniqua ſit. Vt contingit in ſolutione ſimoniaca pro re ſpirituali alicui vendita, peccatur enim ſoluendo.

29 Quartò deducitur, iuſm de materia interdicta p quãcũq; legem, ſiue naturalẽ, ſiue diuinã poſitiuã, ſiue canonicã, ſiue ciuilẽ, q̃n talis lex obligat ad culpã, nullas obligandi vires ſortiri: quia eſt rei iniquæ. Id tñ diſcriminis eſt (vt optimè notat *Suarez eo. l. 2. c. 20. nu. 3. 4. & 5.*) quia cum leges canonicæ, & naturales, & diuinæ poſitiuæ, dirigantur per ſe primo ad cõponendos animi mores, obligant ſemper ad culpã, & iõ iuſm de materia per illas interdicta, nũq̃ obligat. At cũ leges ciuiles per ſe primo ordinentur ad mores ciuiles, & politicos, non ſemper obligant ad culpam. Vt conſtabit ex dicendis à nu. 32. & ideo iuſm de materia prohibita per leges ciuiles, quandoque obligat, nempe, quando ea prohibitio non obligat ad culpã.

30 Tandem deducitur intellectus ad *regulam, Non eſt obligatoriũ, de reg. iu. in 6.* vbi dicitur iuſm contra bonos mores non eſſe obligatorium; intelligitur enĩ q̃n eſt contra bonos mores naturales, id eſt, quibus homo efficitur bonus, & quibus contrauenire eſt peccatum, ſiue ratione prohibitionis legis naturalis, ſiue diuinæ poſitiuæ, ſiue canonicæ, ſiue ciuilis. Quod eſt dicere, q̃n iuſm illud nequit abſque culpa mortali, vel veniali obſeruari. Secus aũt ſi ſit contra ſolos bonos mores ciuiles; quia, ſcilicet, res promiſſa põt abſque peccato vllo ſeruari; at moribus ciuilibus per leges ciuiles inſtitutis nõ obligantes ad culpam aduerſatur. Probatur, quia in priori caſu nequit iuſm abſque culpa ſeruari, ſecus in poſteriori. Ergo in illo nõ obligabit, in hoc autem vtique, iuxta regulam nu. 19. traditam. Inſuper contractus minorum, renunciatio futuræ ſucceſſionis, alienatio fundi dotalis prohibentur iure ciuili; at iuramẽtum illis appoſitum obligat. Vt conſtat *ex auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus vendit. c. Cum contingat, de iureiu. c. Quamuis pactũ de pactis, in 6.* Ergo iuramentum contra leges ciuiles aliquas obligat. Et ita explicant eam regulã. *Abbas conſil. 95. in fine, lib. 2. & d. c. Cum contingat, n. 5. vbi Alex. de Neuo à nu. 21. vſque ad 24. & c. Debitores, nu. 13. & 16. eod. tit. Corneus repetitione d. auth. Sacramenta puberum, num. 41. & duplici ſeq. Cumanus l. Si quis pro eo, in princ. nu. 12 ff. de fideiuſ. Mynchaca de ſucceſſionũ creatione, l. 3. §. 18. n. 7. iuncto nu. 10. & 17. Car. Tuſchus in ſuis practicis cõcluſionib. t. 4. verb. Iuramentũ, cõcl. 511. n. 29. Gutie. de iuramento 1. p. c. 40. num. 4. Molina t. 1. de iuſt. diſp. 151. col. 6. in ſolutione ad 1. & t. 2. diſp. 271. col. 6. verſi. Ad id vnde. Azor to. 1. inſtitutionũ moraliũ l. 11. c. 6. fine. Rebellus de iuſt. p. 2. l. 1. q. 9. nu. 1. Leonar. l. 2. de iuſt. c. 17. dub. 7. nu. 50. Suarez t. 2. de religione, tract. de iur. l. 2. toto c. 21.* & quis *Couar. de pactis 2. p. in prin. n. 1.* cõmuniſſimam hanc diſtinctionẽ impugnet; at oẽs eius rationes ſoli verborum ſignificationi inuitũtur, & ideo in re diſcrepat a communi ſententia.

31 Quod ſi petas, qualiter dignoſcetur, q̃n lex ciuilis obliget ad culpam, & q̃n non, vt ſic diſcernamus, q̃n iuſm contra bonos mores ciuiles obliget, & quando non, triplici regula id explicabo, ſuppoſito hoc fundamento. Quamuis vniuerſæ leges primo, & principaliter, intendant bonum cõmune, & ſic quo ad intentionẽ dicantur primario reſpicere bonum publicũ; at quo ad executionẽ quædã reſpiciunt per ſe primo vtilitatẽ priuatã & ſecũdario publicã, in q̃ãtum

vtilitas

vtilitas priuatorum in bonum cōe redundat. Hmōi leges sunt, quarum materia proxima est bonū vniuscuiusq; ciuis. Vt q̄ consulunt imperfectioni minorū, aut mulierum, & quib. conseruantur patrimonia singulorū. Aliæ aūt leges respiciunt immediatè, & per se primo, vtilitatē publicā, & secūdario priuatā. Hmōi sunt, quarū materia proxima est cōe bonū; vt quę disponunt de reb. publicis, vt ne equi, arma, pecuniæ, frumentum regno extrahantur. Quę distinctio colligitur ex *l. 1. §. 1. de iust. & iur. & ex Bart. l. Amibit osa, n. 19. ff. de decretis ab ordine faciendis.* Et eā tradunt *Nau. de finib. actum humanorum super c. Cum minister 23. q. 5. n. 26. Conar. de pactis 2. p. §. 1. nu. 6. Matienco l. 5. recopil tit. 2. l. 2. glossa 3. nu. 18. Suarez eo. l. 2. c. 26. nu. 2.* Quod idem clarius explicant *Minchaca de successionū creatione, l. 3. §. 28. n. 24. & Rebellus de iust. p. 2. l. 1. q. 9. nu. 9.* Vt tunc dicatur lex primario, & principaliter, quo ad executionē dirigi in bonū priuatū, qn̄ ex eius transgressione non læditur immediate bonum cōe, vt ex alienatione fundi dotalis: non. n. magis reipublicæ interest, vt perueniat ad virum, quam ad aliū ex ciuibus. Simile est de legibus, ne minor contrahat absq; curatore, & ne vir conueniatur vltra q̄ facere potest. Quia in vtroque casu, quod minor amittit, vel à viro exigitur, apud aliquem ex ciuib. eiusdem reipublicæ permaneat. Qn̄ autem ex transgressione læditur immediatè bonum cōe, dicuntur leges principaliter, & intentione, & executione, respicere bonum cōe. Vt contingit in legib. interdicentibus regno extrahi arma, equos frumētum, &c. immediate enim regnum ipsum ex transgressione læditur, manēs indefensum, & absque alimentis. In dubio autem dicit *Suarez eo. nu. 2.* in fauorem boni communis esse inclinandum. At melius *Alciatus c. Cum contingat nu. 90. in eius* dicit, quando lex disponit de bono, seu commodo pecuniario, videri principaliter fauorem priuatum respicere, & secundario publicum. Et confert ad id *l. 2. in fine, ff. ad municip. & Bart. l. 1. num. 25. ff sol. matr.* vbi ait primario pertinere ad priuatam vtilitatem homines esse diuites & secundario ad publicam.

32 Hoc supposito, agendo de legib. ciuilibus respicientibus primario vtilitatem publicā. Quidam existimāt non semper leges ciuiles interdicentes aliquid ob bonū cōe, obligare ad culpam, & ita aliqn̄ iusm contra illas obligare. Quia non sequitur, vt lex quoque canonica eam prohibitionem approbet, qua in materia iuramenti standum est. Ita docent *Imo. c. Cū contingat, nu. 36. de iureiur. Azor to 1. instit. moral. 11. c. 7. q. 1. regula 2. fine, iuncto vers. Sed concessis & seq. Leon. l. 2. de iust. c. 17. dub. 7. nu.* Imò *Corneus auth. Sacr. puberum repet. nu. 1.* ait absolute eiusmodi iuramentum obligare.

33 Qn̄ aūt primario respiciūt vtilitatē priuatā; aliqui sic distinguūt. Aut ea legū prohibitio nō fertur directè in personas, sed in actū, vt dicendo, nō fiat hic actus. Et tūc dicunt non obligare ad culpā, ac proinde iusm contra eā prohibitionē obligare. Aut directè fertur in personas, vt dicendo. Minor non ineat contractum, &c. & tunc dicunt obligare ad culpā, ac proinde iusm contrarium tanq̄ rei malè non obligare. Ita docent *Bart. l. Si quis pro eo 57. in principio, n. 9. ff. de fideiussor. & auth Sacramenta puberū n. 15. C. si aduersus vend. Hubertus de Bonenco in repetitione eiusdē auth. n. 24. & 120. iunlo n. 124. Calderinus, & alij,* quos, & refert sequitur *Alciatus c Cum contingat, num. 97. seq & seqq vsq ad 109. de & ibi B l. n. 7. Angelus d. l. Si quis pro eo. in principio, nu. 2. & cōsilio 160 Domina Catherina n. 3. ita est in meo lib. Car. Tuscus in suis practicis conclusionib. to. 4. verbo Iuramentum, conclusione 5 num. 2 1. 22. & conclus. 528. n. 16. & 56. Vazquez 1. 2. q. 96. ar. 5. disp. 171. c. 1. n. 13. & Suarez to. 2. de religione, tract. itu de iuramento, li. 2. c 20. n. 10* defendit hāc distinctionem ab impugnatione aduersariorū, quatenus illam impugnant, eo quod cum actus à personis exercendus sit idem sit interdicere actum fieri, & interdicere personæ illum facere. Dicit n. esse æquiuocationem in verbo, interdicere; quia cum dicitur ferri in solum actum, non dicitur ferri quo ad obligationem exercendi aut non exercendi actus illius, sed significat efficaciā legis tollentis robur actui facto tali modo, siue cū peccato, siue absq; illo fiat; & quoad hoc ait non ferri in personā, prohibendo illi actū, etsi auferat illi firmitatem, et prout ab illa persona procedit. Et concludit *nu. 11.* quamuis hoc signū nō sit infallibile, & per se sufficiens ad iudicandam obligationem legis ad culpam, aut ad nullam culpam; at esse regulare, & sufficiens, nisi ex materia, vel alijs circūstantijs contrariū colligatur. Quia cū præceptum imponatur personæ, qn̄ lex vult obligare personam, cū illa directè loquitur. Et eodē *c. 20. nu. 8. & 11. & c. 16. nu. 17.* nō admittit etiam vniuersaliter, vt lex ciuilis non obliget ad culpam, qn̄ immediatè ordinatur ad bonū priuatū. Quia ēt (inquit) hmōi lex pōt obligare ad culpam. Vt posset ludentib. interdicere in cōscientia ludum aliquem. Et ita *Matienco l. 5. recopilat, tit. 2. l. 2. glo. 3. n. 12.* dicit legem ob bonum priuatum edi tam posse quandoque obligare ad culpam.

34 Prima tñ regula sit. Quoties lex ciuilis ordinatur immediate ad bonū cōe tuendū, obligat ad culpā & ideo iusm de actu illo ita prohibito non obligat, tāquā rei malæ. Probatur, quia pacisci in præiudicium boni cōis est renunciare iuri alieno, & in præiudiciū illius agere. At nemo potest iuri alieno, sed soli proprio renūciare, *l. Iuris gen. 1. ū. §. Si paciscar. ff. de pactis.* Secundo, ex *c. Si diligēti de foro compet.* vbi deciditur irritū esse pactū iuratū, quo fori priuilegio clericus renūciat, eo quod id concessum sit in totius status clericalis fauorem. Tandē, quia ius canonicū disponit iusm in præiudicium tertij non obligare, vt dicemus n. 38. Ergo à fortiori, qn̄ vergit in præiudicium boni cōis, contra legem ciuilem disponentem aliquid in eius fauorem. Atque ita docent *Abb. c. Cum contingat, nu. 5. de iureiu. & ibi Ant. nu. 8. Bal. n. 5. Alciatus nu. 89. Ang. l. Si quis pro eo, in principio n. 3. & ibi Paulus n. 4. & 5. ff. de fideiuss. idem Paulus repetit. auth. Sacramenta puberū n. 18. & 23. C. si aduersus vend. et in lectura eiusdem auth n. 8. & 9. & ibi Ignens in repet. nu. 46. Cumanus d. l. si quis pro eo, in prin. n. 10. Minchaca de succes. sion. creatione, l. 3. §. 28. nu. 21. vers. Denique quod dictus. Car. Tuscus in suis practicis cōclusionib. to. 4 verb. Iuramentū, concl. 500. n. 18. iuncto n. 20. & concl. 528. n. 56. Rebellus de iust. p. 2. l. 5. q. 7. sect. 3. n. 15. & n. vlt. Suarez eo. l. b. 2. c. 26. n. 4. & seqq.* Atque bene addit *Paulus repet. eius auth. nu. 23.* hanc regulam esse veram, qualitercumque lex loquatur, siue prohibendo, siue nō assistendo, siue dirigēdo prohibitionem in personam, siue in rem. Quia semper militant rationes adductæ.

35 Secunda regula sit. Qn̄ lex ciuilis ordinatur immediate in bonum priuatorum, & ipsorū fauorem, non obligat ad culpā, siue phibitio eius dirigatur in actū, siue in personā, & ideo iusm de re illa prohibita prestitū homini in eius vtilitatem obligat. Prob. quia huiusmodi lex solum fauet priuato, nec cogit eū nō renunciare suo fauori, qn̄ absque alicuius tertij præiudicio id facere pōt; & saltem, qn̄ iusm adhibet. Item, quia cum principaliter in fauorem illius personæ sit, non intendit ipsi laqueum iniicere, ex transgressione obligando ad culpā, sed potius ipsi priuilegiū concedere irritādo illum actum Ne quod statutum est in eius fauorē, tendat in damnū spirituale illius contra *regu. si. Quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. & l Quod fauore, C. de legib.* Præterea, quia hmōi pacta contra has leges firmantur iurō, attentis iure canonico, & ciuili, cum tamen constet iuramētum rei iniquæ eā vim nō habere. Sicut vtrumq; probabimus c. 12. Tandē, quia distinctio *Bartol. contraria relat. nu. 33.* communiter improbatur. Quia cum actus sit necessario à perso-

personis exercendus, eo ipso qđ interdicitur actus interdicitur personis exercitium ipsius; alias inanis esset prohibitio. Et circa responsum, qđ ibi ex *Suarez* retulimus, dicemus nu. sequenti. Præterea, quia lex dirigit præceptū ad rem, interdicens res immobiles minoris alienari absq; iudicis decreto, *C. de prædiis minorē sine decreto non alienandis per totum*. Et tamē si minor alienet sine decreto, dicit textus *l. Non solum, & l. Si quidē l. Ad resoluendum, C. eo. tit.* fieri contra legis prohibitionem. Et ideo hanc tradunt reprobata ea distinctione, *Ioannes de Lignano, & Vincentius*, quos refert, & sequitur *Abbas c. Cum contingat, n. 6. de iureiur. & ibi Anton. n. 8. Imola n. 50. Ancharanus repetitione c. Canonum statuta. n. 175. de constit. Alex. consl. 27. à n. 5. vsq; in fin. vol. 1. Salicet. auth. Sacramēta puberū, n. 27. c. si aduersus venditi. & ibi Paulus in repetitione, n. 22. & 23. & in lectura n. 11. Iason n. 21. & 52. Corneus in repet. nu. 37. & duplici sequenti, & in lectura. nu. 45. & tribus sequentib. Curtius repetitione, n. 38. & 39. Fulgos. in lectura, n. 9. & 10. Idem Paulus l. Si quis pro eo in principio, n. 7. ff. de fideius. & ibi Cumanus nu. 15. Aretinus l. Si is cui bonis. n. 5. & 7. ff. de verb. obl. Couar. d. pactis. 2. p. § 2. fine, & nu. 7. Minchaca de successionum creatione, l. 2. § 28. n. 28. Seraphinus alios referens de priuilegijs iuramenti, priuilegio 83. nu. 70. Gutierez. dicta authent. Sacramēta puberū, n. 38. & 39.* Eamdem regulam absolute, & indistincte, tradūt *Bellamera d. c. Cum contingat. nu. 23. & 24. & ibi Ananias, nu. 3. Anton. Gomez. l. 59. Tauri n. 4. vers. Sed his nō obstantib. in solutione ad 3. fundamentū. Barbosa l. 1. p. 1. n. 69. ff. solu. matr. Rebellus de iust. p. 2. lib. 5. q. 7. sect. 1. nu. 15. & n. vlt. Azor to. 1. institutio-ū moral. l. b. 11. c. 7. q. 1. regula 4. fin.*

36 Nec obstat defensio quā ex *Suar.* retulimus n. 34. ad distinctionem *Bartol.* Quia si verbum, interdicere, nō sumatur propriè, vt importat obligationem exercēdi, aut nō exercendi actus, nulla est differentia, siue lex prohibitio feratur in rem, siue in personā. Quia re vera nil faciendum iubet, aut fieri interdicit, ac proinde ad culpam nō obligat. Quippe culpa necessario debet esse cōtra legem aliquā. Sed tunc temporis intendit solum lex ciuilis denegare valorem illi actui non fouendo illum, et hoc est, quod dicunt *Bart. l. Sed. & si lege 28. Sed et si fecerim 4 ff de petit. hæredit. Anton. c. Grauis, n. 11. de rest spol. & ibi Abbas, n. 17. Imola, n. 3. Beroius n. 21. et 22. & idē Abbas c. Ad nostrā, in fine, de reb. Eccles. alien. idem Berous c. Si quis presbyterorū, nu. 15. eo. tit. Curtius sen or consl. 71. princeps defunctus, n. 15. Felin. c. De quarta, n. 31. in 3. restrictione, de præscript. Balbus in repetitione l. Celsus n. 18. et 19. ff. de vsucap. ō. Menochius de recup. possess. remedio 15 n. 650. Cardinalis Tuschus in suis practicis conclusionib. to. 4. concl. 290. n. 48. Vrsillus addit. ad decisionem Neapolitanam 140. Matthei de Afflictis, à n. 1. vsque ad 4.* ignorantiā iuris nō assistentis contractui, illi tamen non resistentis; non auferre bonā fidē, quasi hoc ius ad culpā nō obliget. Quod clarius docet *Rebel lus de iustitia p. 2. li. 5. q. 7. sect. 3. n. 14.* vbi ait legem ciuilem non resistentē contractui, sed solū non assistentem illi, non obligare ad culpam. Si autem verbū interdicere, sumatur proprie, vt importat obligationem, tunc etiam nil discriminis est, siue prohibitio feratur in rē, siue in personam. Vt probant rationes nu. præcedenti traditæ. Et ideo Doctores ibi relati merito eam distinctionem improbant. Nec obstat ēt, id quod dixere *idē Suar. & Matienzo relati eod. n. 34. fine*, nempe, posse legem in bonū priuatum principaliter editam obligare ad culpam. Quia de potentia legis ciuilis non disputamus, sed tantum traditur regula moralis ad diiudicādum eam non obligare ad culpā; ac proinde ni alias non constiterit de mente legislatoris volentis obligare ad culpam, est iuxta hanc regulam iudicandum.

37 Nec est sufficiens obligationis ad culpam signum, quamuis illa in fauorē priuati edita statuat illi fauori renunciari non posse. Quia cum hæc renunciandi impotentia tendat quoque in illius priuati fauorem, non debet redundare in damnum, vt obliget ad culpam, et tantum ea prohibitio id operabitur, ne valeat renunciatio non adiecto iuramento. Atq; ita docent *Aretinus Minchaca alleg. num. præced.*

38 Vltima regula sit. Iuramentum vergens in præiudicium tertij, nequaquam obligat. Cōstat ex *c. Quamuis pactū, in fine de pactis, in 6. ibi: Nec recūdent in alterius detrimentum.* Et ex *c. Cū contingat, ad finem, de iureiuran.* vbi idem habetur. Item, quia nequit iurans alteri detrimentum inferre, & sic iuramentū hoc ad rem iniustā obligaret. Et hac ratione *li. 6. de matrim. disp. 54. n. 2.* probauimus alijs relatis non obligare iuramentū soluendi arrhas vltra decimā bonorum partem, quod cederet in tertij præiudiciū. Et ita docent *Paulus in repetitione auth. Sacramenta puberum nu. 18. & 22. & ibi Corneus in repetitione, n. 47. et ibi Humbertus de Bonenco, nu. 143. Archid. d. c. Quamuis pactū, in fine. Paulus l. Si quis pro eo, in princip. n. 4. & 5. ff. de fideiuss. & ibi Angelus n. 5. Minchaca de successionū creatione. li. 3. § 28. n. 21. vers. Denique quod actus. Gutier. d. authent. Sacramenta puberū, n. 42 Seraphinus de priuilegijs iuramenti priuilegio 61. n. 15.* alios referens. *Suarez to. 2. de religione, tractatu de iuramēto, li. 2. de c. 27. n. 5.* Addit aūt bene *Paulus in ea repetit. n. 23.* hoc esse verum, qualitercumq; lex loquatur, siue prohibendo, siue nō assistēdo, siue prohibitio dirigatur in rē, siue in personā. Quia militat ratio dicta in omnibus ijs euētibus. Quare minus bene *Imola d. c. Cum cōtingat n. 13. ad finem, & ibi Alex. de Neuo, n. 39.* dicunt iurantem teneri seruare id iuramentū, nec posse contrauenire ei contractui, sed id soli illi tertio damnificato integrum esse.

Hoc autem præiudicium tertij debet intelligi, quan-
39 do directè, & principaliter tenderet iuramentū in illud, vt si fundus dotalis alienatus cum iuramēto debebat ex alicuius dispositione ad filios peruenire, secus si tantū indirectè, & secundario de hoc præiudicio ageretur, vt ratione spei successionis, si res non fuisset alienata. Sic *Glossa finalis c. Quamuis pactum de pactis in 6. & ibi Franchus n. 12. Dominicus, n. 11. Alexader de Neuo c. Cum contingat nu. 39. de iureiurand. & ibi Imola nu. 13. versic. Inglossa finali, & ibi Cardin. in fine, Anton. in fine. Alciatus n. 27.* Insuper hoc præiudicium debet esse inuoluens iniuriam, aut saltem culpam contra aliquā naturalē obligationem. Vt bene *Suar. eo. l. 2. c. 27. nu. 5.*

40 Quando autem lex canonica, aut ciuilis irritat iuramentum, aut eius effectum impedit, an obliget iuramentum, quid ve operetur; dicemus c. 22.

CAPVT X.

De obligatione iuramenti dolose præstiti absque animo iurandi, aut se obligandi; aut per verba amphibologica.

SVMMARIVM.

Quid si iurans mala fide, & dolo se iurarit, an tunc obliget iuramentum, iuxta sensum eius, cui præstatur? Refertur opinio. num. 12.

Explicatur sententia Authoris, an ea obligatio sit ex vi iuramenti, an ratione solius scandali, & iniustitiæ, n. 13. & 14.

Quid si ea verba amphibologica nō habeant sensum à iurante intentum iuxta communem intelligendi modum, nu. 15.

Quid si hic iurans iubeatur in foro externo stare iuramento iuxta sensum ab eo, cui iuratur, perceptum. n. 16.

1 DE malitia horum iuramētorum satis diximus toto c. 6. remittentes in hunc locum obligationē eorum. Atq; ibi numero primo, animaduertimus dupliciter posse hoc iuramentū dolosum emitti. Priori modo, quando animus nō concordat cū externis verbis; quippe hæc iusiurandū continēt; ille autem est non iurandi, aut non se obligandi. Posteriori modo, quando animus cū verbis iurisiurandi concordat, dolus aūt in eo versatur quod iurās vtatur amphibologia, accipiēs iuramenti verba in diuerso sensu ab eo quē percipitis cui iuratur. Duplex ergo est tractāda difficultas. Prior de obligatione iuri dolosi priori modo præstiti. Posteriori de obligatione iuramēti posteriori modo dolosi.

2 Circa priorem difficultatem, duo præmittenda sunt. Prius est. Ea deliberatio exigitur, & satis est ad iuramēti obligationē, quæ ad voti obligationē est necessaria, nēpe, quæ desideratur ad culpā mortalē contrahendā. Quia cū vtraq; obligatio sit grauissima, ad mortaleq; obligans, petit deliberationē sufficientē ad culpā mortalē. Vt latius declarabimus lib. sequenti. ca. 1. agentes de deliberatione ad votū requisita; vbi explicabimus, an sufficiat, vt iuramentum sub veniali obliget, deliberatio imperfecta sufficiens ad culpā venialem. Et quid de deliberatione virtuali, seu interpretatiua. Idem enī in vtroq; casu dicendum est. Et ideo exigi deliberationem necessariam ad mortale, vt iuramentum obliget, tradunt *Angelus verbo iuramentum 5. n. 8. Sylu. verbo Iuramentum 4. q. 9. Nauar. sūma, c. 12. n. 10. & 14. Suar. to. 2. de relig. tract. de iuramento l. 2. c. 7. n. 1. & 2.*

4 Posterius est. Quadruplex potest esse ficta iurātis intentio. Prima quando deest intentio iurandi. Secūda, quando deest sola intentio exequendæ rei iuramento promissæ. Tertia, quando deest intentio promittendi, & obligādi se sola peculiari obligatione iustitiæ aut fidelitatis, tribuenti ius ei, cui iuramentum præstatur. Vltima, quando prorsus deest intentio se obligandi.

4 Et quidem vt à certioribus incipiamus, conueniunt vniuersi Doctores allegandi quando deest intentio iurandi, iuramentum non obligare ex vi, ac religione iuramenti. (An vero alia ratione obliget, dicemus, n. 13. & 14) Ratio est, quia cū interior intentio sit quasi verborū anima, dans illis esse, hæc enim ad illam explicādū sunt suapte natura ordinata, quando deest interior iurandi intentio, iuramentum verbis prolatū non est vere tale, sed duntaxat ficte, & apparēter. Sicut matrimonium exterius absq; interiori animo est fictum, ac nullam ex vi matrimonij obligationem inducens.

5 Secundo quando deest sola intentio non implendæ rei iuramento promissæ. Quidam vidētur sentire non obligare iuramentū. Sic videtur sētire *D. Bonau. 3. dist. 39. ar. 3. q. 1.* vbi ait Ecclesiam non compellere ad iuramenta metu extorta, quod præsumat ea præstita animo periculi euadendi, & non implendi iuri. Vbi videtur supponere animū nō implendi sufficere ad eius iuramenti deobligationē. Et *Leon. l. 2. de iustitia, c. 41. dubio. 8. nu. 41.* dicit non esse improbabile, quādo iuramentū inique extorquetur. Et tenet expresse *Almain. 3. d. 36. q. vnica.* At credo eum intelligere de intētione non se obligandi; refert enim pro se *Scotū*, qui (vt nu. 8. videbimus) loquitur de intentione non se obligādi, At mihi certissimū est, & merito alij Doctores referendi nu. 7. & 8. tanquam certū supponunt, & *Suarez eodem c. 7. n. 21.* dicit oppositum esse improbabile, id iuramentū obligare. Ratio est, quia intentio non contraria substantię contractus, illū non vitiat, nec eius obligationem impedit, vtpote quæ ex ipso contracta manenti valido oritur. Qua rōne lib. 2. de matrimonio, disputat. 29. nu. 11. probaui validum esse matrimoniū initum cum intentione non reddendi debiti; quia nō est de essentia matrimonij reddere debitum, sed obligatio ad illud reddendum, & ideo sola intentio non reddendi non vitiat illud. At intentio implendi iuramenti non est de iuramenti essentia, sicut nec intentio implendi cuiuscunque contractus, est de eius essentia. Ergo ea intentio illius non implendi nō tollit substantiam iuramenti, ac consequenter, nec obligandi vim illi annexam. Et confirmatur, quia prius est obligari, quam exequi, hęc enim ab obligatione nascitur. Ergo ex eo quod desit animus exequendi, non tollitur animus se obligandi, & obligatio. Quippe sublato posteriori non tollitur quod prius est.

6 Tertiò, qn̄ deest sola intentio promittendi, iurm adhuc obligat. Ratio est, quia stat substantia veri iuramenti de futuro, obligans ad veritatem illam futurā iuratam implendam quamuis in eo iuramento nulla contineatur promissio, aut ea irrita sit. Vt satis probauimus c. præcedenti nu. 5. & 6. Ergo defectus solus intentionis promittendi, non aduersatur substātiæ iuramēti, ac efficacie obligandi. Qua ratione idē dicendū est, quando deest animus non se obligandi peculiari obligatione iustitiæ, aut fidelitatis, tribuente alteri ius, qualis ex promissione nascitur. Quia similiter hæc intentione nō est cōtraria substātiæ iuramenti, nec propriæ eius obligationis quæ est religionis erga Deū. Et vtrūq reputo, & vt tale docēt *Suar. eo. c. 7. n. 5. et duplici seq.* Quāuis in nullo alio authore explicatū inuenerim.

7 Tota autē difficultas eo pertinet, quando iurans habet animū iurandi at nullatenus se eo iuramento obligandi, an tūc re vera obliget: Qua in re est duplex sententia. Prior sustinet obligare. Ducitur, quia iurās vera intentione iurandi, vere iurat, & adducit Deū in testē non solius præsenti veritatis ibi inclusæ, sed etiam veritatis futuræ implendæ, alias non esset periurus non habendo animū implendi, quod omnes nagāt. Ergo eo ipso oritur obligatio legis naturalis implendi iuramēti, ab eo inseparabilis, quādo materia est obligationis capax. Nil ergo referet priuata iurātis volūtas volentis ab eo iuro separare obligādi vim. Nec potest illam separare sicut nequit ab eo, quatenus assertorium est, separare vim obligandi ad dicendam veritatem de præsenti, habendo animū implendi. Et confirmatus, quia si habens intentionem non se obligādi, non maneret obligatus, neutiquā esset mortalis periurij reus habēs animum non implendi. Quippe sciens se in posterum non esse obligatum, scit ēt se non peccaturū, postea id nō faciēdo. Ergo, nec antea peccabit habendo propositum non faciendi. Tandem, quia in actibus, quorū substantia consistit in obligatione, animus nō se obligandi destruit eorū substantiā. Vt contingit in voto, in matrimonio & in cōtractibus. At secus est quādo substantia non consistit in ea obligatione, sed hæc est effectus ex illa subsequutus tunc enim velit nolit, exercēs actū, manet obligatus. Vt interficiēs hominem, velit, nolit, subijcitur pœnæ æternæ, & tēporali per leges statutæ. At substantia iuramenti promissorij nō consistit in obligatione implendi sed hæc est effectus eius. Rō .n. iuri tantū consistit in adducendo Deum in testem. Ergo vere illum adducens in testē, qualiter adducit habens iurandi animum, subijcitur obligationi implēdi. velit, nolit, nec potest naturalem hūc effectū iuramenti impedire propria volūtate, volendo nō se obligare. Et hęc sententia est valde probabilis; & eam tenere videntur *Hostiensis cap. Ad audientiam. nu. 1. super verbo, Resignauit, de his quæ vi, & ibi Ioannes Andreas, nu. 8.* vbi aiunt, quamuis promissio non obliget absque animo se obligandi; at in iuramento aliud statuere Ecclesiam.

clesiam, Sed eos intelligit *Imola ibi n.5.* vt sentiant in conscientia id iuramentum non obligare, sed in solo externo Ecclesiæ foro, eo quod non credat asserentis se caruisse animo se obligandi. Atque videntur etiã tenere *Angelus verbo Iuramentum 4. nisi o, & Sylu. verbo Iuramentũ 3. q. 2.* vbi docent aliter contrahi obligationẽ in voto, quam in iuro, in illo enim contrahitur per intentionem, in hoc vero per deliberatam verborum attestationem. Et in proprijs terminis docent *Caietanus 2.2.q.89. art.7. ad 4. Soto lib.8. de iustit. quæst.1. artic. 7. ad 4. versiculo, At vero profectò, Couar. de pactis 1. par. §.5. numero 2. Gutierez quæstion. canonicis, lib.2. cap.22. numero 31. Ludouicus Lopez 1. par. instructorij conscientiæ, cap.42. versic. Secundum Sotum. Manuel primo tom. summa, in 2. editione c. p.192. numero quarto. & tomo 2. capit.92. numer. septimo. Aragon secunda secunda, quæst. 89. art.7. versic. Quarta conclusio, folio 1081. Enriquez lib.11. de matr. cap.13. nu.2. in commento, litera Z. Suarez eo. capit.7. num.11. vsque in finem. Valentia secunda secunda dispu.6. quæstione 7. puncto 4. columna penul. Leonardus lib.2, de iustitia, c.42. dubio 8. n.38. Sayro in claui regia, lib.5. cap.6. nu.8.* & dicit esse tutiorem *Tabiena verb. Iurare q.11.*

8 Posterior sententia (quam probabiliorem reputo) ait tunc iuramento non obligare. Ducor, quia apponens conditionem contrariam substantiæ rei, vel proprietati necessario comitanti essentiam, ita vt absque illa consistere nequeat, eo ipso destruit essentiam. Sicut quamuis de essentia matrimonij tantum sit cõiunctio maritalis inter legitimas personas indiuiduã vitæ consuetudinem retinens, sic enim definitur *c. illud, in fine, de præsump.* at non tãtum destruit matrimonium ac irritum illud facit qui exterius contraheret nolens se ad eam vitæ consuetudinem obligare; sed etiam, qui nollet ad proprietates necessario comitantes illam essentiam, ab illaque manantes, se obligare. Vt si in ipso contractu vellet non se obligare ad seruandam fidem coniugi, aut prolem educandam, aut ad reddendum debitum, Vt probaui lib.2. de matrimon. disputat.29. numero duodecimo. Similiter quamuis essentia vẽditionis non consistat in traditione rei venditæ emptori, seu obligatione ad tradendum, sed in translatione dominij in illum, ex qua tãquam passio necessaria sequitur obligatio ad tradẽdum; at destrueret venditionẽ, illamque irritam redderet, volens vendere, & nõ obligari ad tradendum, sed ad retinendam rem illam. At de essentia iuramenti quatenus est promissorium, seu obligatorium ad rem futuram veram faciendam, est obligatio ad id, quando materia est capax obligationis, vel saltem est passio ita illi cõiuncta, vt absque illa esse nõ possit, vt fatentur contrarij, & hoc fundamẽto probant suam sentẽtiam. Ergo eo ipso quod quis vult iurare, ita tamẽ vt inde non maneat obligatus, destruit naturam iuramenti, apposita conditione, cum qua nequit cõsistere, & ideo vere non intendit iurare, sed oretenus, & sic nõ manebit obligatus. Et cõfirmatur, quia sicut est passio necessario concomitans iuramentum, quatenus assertorium est veritatis præsentis, obligatio ad veritatem dicendam, & ideo, qui ita vellet iurare assertorie, vt simul vellet non se obligare iuramẽto ad dicendam veritatem, conuinceretur de voluntate non vere iurandi, sed ficte, tanquam apponens conditionẽ incompatibilem. Sic contingit in iuramento obligatio veritatis futuræ, quando apponitur animus non se obligãdi ad exequendum. Et declaratur amplius quia quãdo ex intentione operantis nequit mutari opus ipsum externum, non mutatur, nec omnes suos effectus amittit, ob contrariam intentionem. Vt qui sciens fornicatur, est veræ fornicationis reus, quantumuis habeat intentionẽ nõ fornicandi. At secus contingit, quãdo opus externum pendet ex intentione, & ex illa variari potest; vt negans exterius fidem, cum intentione contraria interna non est vere hæreticus, & quantumuis vellet esse hæreticus negando exterius finem, cum hac cõditione, vt interius nõ dissentiat rebus fidei, nõ esset vere hæreticus, ob conditionem incompatibilem adiectam. At sic cõtingit in iuramento, siue assertorio, siue promissorio, potest n. ex intentione iurantis effici, ne sit verum iuramentum, vt si re vera desit intentio iurandi. Sicut oẽs fatentur. Ergo re vera efficitur ex intentione iurantis, ne sit verum iuramentum assertorium, sed fictum, quando non vult iurare absolute, sed cum intentione incompatibili cum illo, & similiter, quando vult iuramentum obligatorium de futuro emittere, cum intentione incompatibili cum illo, qualis est nullius obligationis in futurum ex illo contrahendæ. Declaraturque amplius, quia stat iuramentum idem esse validum, quatenus est assertorium præsentis veritatis inclusæ in promissione, scilicet propositi exequendi, & ad illã obligare sub reatu periurij mortalis, & minime obligare, quatenus est promissoriũ, sed quatenus tale esse prorsus irritum. Quia non deest conditio necessaria ad eius obligationẽ quatenus est de præsenti; at deest, quatenus est de futuro. Vt contingit in iuramento rei illicitæ, aut indifferentis. Ergo similiter iuramentum obligatorium de futuro cum intentione non se obligandi, erit irritum, quatenus tale ratione conditionis contrariæ appositæ ipsius naturæ, validũ autem quo ad obligationẽ præsẽtis veritatis, eo quod nulla apponitur conditio cõtraria ipsius naturæ, vt tale est. Tandem, quia promissio & votum, cum animo non se obligandi, non obligant; quamuis .n. ex ipsis oriatur naturaliter obligatio, velit, nolit, promittens, aut vouens; hoc tamen est supposita promissionis, & voti natura, & valore, tunc autem nõ adest ea natura, quia apponitur conditio illi contraria, quãtumuis ille velit promittere, & vouere. Similiter ergo supposita iuramenti veritate, & valore, consurgit ex illo naturaliter obligatio, velit, nolit iurans; at quãdo in ipsa emissione iuramenti apponit conditionem contrariam naturæ ipsius iuramenti, vt obligatorium est rei futuræ implẽdæ, non erit verum, sed fictum iuramentum, vt tale est. Et confirmatur, quia iuramentum hoc fere in oĩbus alijs sequitur naturam promissionis, instar enim illius non obligat rebus mutatis notabiliter, aut quãdo materia est mala. Cur ergo non sequetur in hoc? Et ex his manent soluta fundamenta cõtrariæ sentẽtiæ. Et ideo hanc sñiam tuentur *Anton. c. Si vero, n.5. de iureiur. & ibi Abb. insi. Alex. de Neuo. nu.37 fine, & n.38. Imo. fine, & vbi eũ retulimus, nu. præced. Scotus 3.d.39.q. vnica ar. 3. D. Bon. ibi ar.3.q.1.n.16. & ibi Gabriel q.1. ar.2. concl. 5. Alma ibi q. vnica. Ricar. ibi. art.2.q.1. & 2. Fortunius de vlt. fine, illatione 22. n.477. & seq. D. Anton. 2. p. tit.10. c.6. vers. Quintus casus, in fine. Rosella verb. Iurare, n.19. Angelus verb. Iuramentum 5. n.8. & 10. et 32. Syl. verbo Iuramentum 4. q.7. & 17. & 19. Fel. eo. c. Si vero, n.8. vers. Et declara. Armilla verbo Iuramentum. n.14. Io. a Messina tractatu de confessione, q. de dispensatione super reuelãda confessione ad 7. Palacios 4. d.29. disputat. 1. fol.66 5. col 1. Nau. in cõmentario, c. Humanæ aures q.3. n.6. vers. Suboritur tamẽ, 22. q.5. Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p.2, lib.3. c 16. vers. Sed dubium est Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 110 n.16. Gutierrez de iurament. 1. p. c.57. n.20.* & hanc sequitur tanquam valde probabilem *Azor to. instit. moralium, lib.11. c.4. q.2.* & dicit esse cõmunem, & valde probabilem, *Leonardus citatus, n. precedenti eodem dubio 8. n.37. & Tabiena ibi allegatus* idem sensit, cum tantum tutiorem appellet contrariam sententiã. Et fauet D. *Th.3.d.39.q.1. art.3. quæstiuncula 3* vbi dicit iuramentum ex ipsa iuramenti ratione non obligare, nisi iuxta iurantis intentionẽ. Et tenet etiam *Selua de iureiur. 3. p. q.1. n.34. & 37.*

9 Id tamen absque dubio fatendum est, si iurans habeat verum iurandi animum, non habens formaliter intentionem, nec contrariam se obligandi, sed de hoc non cogitet, obligare iuramentum. Quia eo ipso, quo

non excluditur formaliter intentio se obligandi, clauditur virtute in quacumque actu inducente obligationem, censentur enim factus iuxta suam naturam, & communẽ, vsu. Et ideo merito *Suarez eod. c. 7. n. 8.* ait contrarium non esse probabile.

10 Quod si iuras ignorabat iuramento obligare, *Suarez eo. c. 7. nu. 18.* dicit eam ignorantiam non excusare. Quia etsi ea, quando est inuincibilis, excuset in obligationibus pendentibus immediate, & directe à volũtate contrahentis, nõ autem excusat in consequentibus naturaliter ex priori actu, velit, nolit agens; nã tunc si actus ex quo consequitur obligatio, fit volũtarie, sequitur necessitate naturali obligatio, nõ obstanti ignorantia. Et quidem recte loquitur iuxta suam sententiã relatam n. 7. At tenẽdo nostrã relatam n. 8. est dicẽdum idem, siue sit ignorãtia pure negatiua, siue error, quod diximus lib. sec. c. 1. in simili, nempe, in voto sic emisso.

11 Circa posteriorem difficultatẽ, constat apud omnes Doctores citãdos, qñ iurans fuit in bona fide, doloq; caruit, vtens prudenti amphibologia, nullam irrogãs iniuriam ei, cui iuratur, iuramẽtum nõ obligare in sensu, quem percipit ille, cui iuratur, sed quem iurãs intẽdit. Quia tunc non obligatur ex iustitia, cum sic iurãdo caruerit dolo, nullamq; iniuriam irrogarit. Nec ẽt ex iuramenti religione. Vt nu. 23. probabimus. Et hoc est, quod ait D. Gregor. sæs relatus cap. *Humanæ aures 22. q. 5.* ibi: *Humanæ aures verba nostra talia iudicãt, qualia foris sonant; diuina vero iudicia talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur.* Atq; idem est dicendum, quamuis vterq; in bona fide fuerit. Quia militat ratio dicta. Atque ita docent *Angelus, Syluest. Tabiena, Armilla & tandem numero sequenti.* At in foro externo quod intentio latitat, stabitur communi, ac proprio verborũ intellectu, quẽ significatione sua ostendunt, c. *Ex literis, de sponsalib. l. Librorũ, § Quod tamen Cassius ff. de legat. 3.* & docet bene *Couar. de pactis 1. p. § 5. initio.* Quandoque etiam obligare poterit ratione scandali. Iuxta ea quæ dicemus num. 13.

12 Difficultas vero est, qando iurans fuit in dolo, vtẽs verbis callidis, & amphibologicis, aut conditionẽ aliquã mente retinuit, ad decipiendũ eum cui iurat, existentẽ in bona fide. Quibusdam placet iurantem tunc obligare iuxta sensum quẽ debite intellexit is, cui iuramẽtum præstatur. Probatur ex D. *Isidoro lib. 2. sententiarũ q. 31.* & refertur, *cap. Quacumque arte 22 q. 5.* ibi: *Quacumque arte verborũ quisque iuret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit sicut ille cui iuratur, intelligit.* Et ex *l. fi. tit. 11. p. 3.* ibi: *E per ende dezimos que si el que da la iura, o el que la faze, metiere palabras engañosas, o dudosas, que non se deue intender fueras de la manera que la entendio aquel que fizo el engano, e de tal iura como esta dezimos, que si el engaño pudiere prouar, que non deue valer, nin aprouecharse della aquel q̃ fizo o dixo el engaño, nin se puede escusar que nõ sea por ende periuro.* Secundo, quia alias ex sua fraude commodum reportaret. Atque ita docent D. *Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4. D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 7 § 5. Angelus verbo Iuramentum 4. initio. Syluest. verbo Iuramentum 3. q. 2. Tabiena verbo Iurare, q. 13. n. 14. Armilla verbo Iuramentum, nu. 16. Nauarr. in summa, c. 12 n. 13. Host. ens. & alij,* quos refert. & sequitur *Couar. de pactis 1. p. § 5. n. 1. & 2. Par'adorus de rebus quot diams, lib. 2. c. finali, 1. p. § 4. n. 1c.*

13 At dicendum est iuramentum non obligare tũc, ex vi, & religione iuramẽti, vltra dolosi illius iurantis intentionem. Vt recte dicuit *D. Tho. 3. d 39. q. 1. ar. 3. quæstiũcula 3.* sed ratione scandali exterioris vitandi, quod ex eius iuramenti transgressione oriretur. Quia iuramentum nequit in foro conscientiæ obligare vltra iurantis intentionem, atq; adeo si iurare non intendat, ad nil obligatur. Vt ex omnium mente diximus nu. 4. Ergo si non intendit iurare, nisi iuxta suam mentem, quam verbis illis amphibologicis percipit, iuramentũ ex vi ipsius non amplius obligabit. Idem etiam probatur ex c. *Humanæ aures, relato n. 11.* Nec obstant adducta in cõtrarium n. præc. Nã D. *Isidorus.* intelligit, quo ad culpam in eo iuramento doloso commissã, nõ vero quo ad inducendã obligationem ex vi iuramenti, sed ratione solius scandali. Ad l. regiam respondetur eam procedere in foro externo, in pęnã fraudis. Ad secundum dico nõ reportare commodũ ex ea fraude, cum & lethaliter peccet, & obligetur ratione scandali. Atq; ita docent in simili, tractantes de iuramento doloso prestito absq; iurandi aio, nempe, id obligare ratione scandali. *Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 7. circa solutiõ. ad 4. vers. Ex quibus patet. Sotus l. 8. de iustit. q. 1 a. 7. circa sol. ad. 4. vers. Quid ergo, Couar. eod. § 5. n. 2. Azor to. 1. inst. moraliũ, lib. 11 c. 4. q 2. Valentia 2. 2. d. 5. 6. q. 7. punct. 4. col. vlt. Petrus de Ledesma 2. to. summæ, tractatu 11. c. 3. dubio 5. dicto 2. Suarez to. 2. de religione, tractatu de iuramẽto, l. 2. c. 7. n. 2.* & in proprijs terminis docẽt *Leonardus li. 2 de iustit. c. 42, dubio 9. nu. 45. Suarez eod. li. 2. c. 8. fine.* Addit bene *Suarez eo. c. 7. n. 2.* quamuis huius scãdali vitatio pertineat per se primo ad charitatem, posse etiã eam ad religionẽ pertinere, quatenus publica illa periurij species cedit in Dei irreuerentiam, inducẽdo alios ad periuria, aut iuramenta dolosa.

14 Insuper potest adhuc cessãti scãdalo id iuramentũ dolo, & iniuria præstitum, obligare ex iustitia, ratione damni subsequuti alteri. Quia dolosus fuit per iniuriã causa eius damni. Atq; ita docent *Sotus, Azor, Petrus de Ledesma, Suarez vtroque loco, Leonardus in præd. allegat. Medina tractatu de confessione, q. de dispensatione super confessione reuelãda in solutione ad 2: Nau. c. Humanæ aures q. n. 6. 22. q. 5.* Si tñ sit mutuus cõtractus, nec alter cui ficte iuratum est, adhuc impleuit, cum dolosus fraudem detegit, nõ tenetur dolosus in foro scientiæ ratione contractus; sed si aliquod damnum sequitur, tenetur ad illud. Vt in sponsalibus fictis probaui lib. 1 de matrim. disput. 10. n. 26. Et similiter, etsi alter impleuerit, non tenebitur hic dolosus ratione contractus, quando dolo illo promisit notabiliter inæquale, sed tenebitur ad reddẽdum æquale. Sicut eadem disput. 10. n. 21. probaui de sponsalibus fictis, quando est notabilis disparitas inter contrahentes.

15 Aliqui, quos tacito nomine refert *Suarez eo. c. 8. n. 8.* limitant, vt dolus non teneatur ex religione iuramẽti, quando verba amphibologica possunt habere aliquẽ proprium sensum adaptatum intentioni iurantis, aut hæc ex alijs coniecturis deprehẽdi posset. At iure optimo *Suarez ibi n. 9.* eam limitationem reijcit. Quia ratio adducta nu. 15. probat idem in hoc casu.

16 Tandem si dolose iurans cogeretur in foro externo stare promissis, teneretur ratione scandali solius parere, sicut de ficte professo tradunt Doctores. Sic *Leonardus lib. de iust. c. 18. dub. 8. nu. 61.* Quod intelligo, nisi in pœnam fraudis sic damnaretur, iuxta decisionem legis regiæ sic statuentis, quam nu. 12. retuli: tunc enim teneretur parere sententiæ iustam illam doli pœnam inferenti, nec innitenti præsumptioni veri animi. Qñ enim soli huic intentionis præsumptioni sententiam inniteretur, non esse in pœnam, & ideo ratione solius scandali obligeret.

CAPVT XI.

De obligatione iuramenti per iniuriam, vt soluendi vsuras, aut per metum, aut per dolum extorti.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones sint disputanda nu. 1.

Proponuntur probantia iuramentum per iniuriam extortum, vt soluendi vsuras, non ligare, nu. 2.

Id iuramentum obligat, nu. 3.

Quid si iurans soluere vsuras, peccat id mutuũ petendo à non (parato,

seu

seu absque necessitate? Refertur quadam sententia, num. 4.
Explicatur sententia Authoris, n. 5.
Quid si ex ipsomet contractu constet eum esse vsurarium, numero 6.
An ex iuramento soluendi vsuras, acquiratur actio, & ius vsurario? Refertur quadam sententia, n. 7.
Explicatur sententia Authoris, nu. 8.
An ei iuramento satisfiat momentanea solutione, & statim repetendo, & quid si iuramentum adsit non repetendi. Et remissiue, quid si iuramentum adsit non petenda relaxationis illius, nu. 9.
An possit iurans hic retinere vsuras promissas via recompensationis, quasi statim ac soluerit, sibi debebuntur, vel partem soluere, & cum iam illa sit sibi debita retinere via cōpensationis aliam partem n. 10.
An si alia via tantumdem sibi debeat vsurarius, liceat hac compensatione vti, nu. 11.
Satisfit argumentis, n. 12.
Post num. 12. inuenies alia summaria.

1 NOn est in præsenti tractandum de iusta relaxandi hmôi iuramenta causa, & à quo, & quãdo relaxari valeant. De hoc. n. agemus c. 21. Nec in præsenti tractantur, an hæc iuramenta cõfirment contractum; de hoc. n. agemus c. seq. Sed in præsenti est sermo de legitima horũ iuramentorum obligatione, antequã relaxentur. Triplex ergo est quæstio disputanda. Prima de iuramento extorto per iniuriam. Secunda, de extorto per metum. Tertia, de extorto per dolum.

2 Quæstio prima. An iuramentum per iniuriã extortum, vt soluendi vsuras obliget? Et quidem pars negãs inde suaderi videtur. Quia cum ea solutio sit vsurario inutilis, immò valde noxia, vtpote, q peccat mortaliter recipiendo, & tenet eidem iuranti restituere, videtur ea actus otiosus, vt inutilis, & sic peccatum tanquã actus otiosus, & præbens ansam peccandi, ac cooperãs vsurarij crimini. Secundo, quia iuramentum accedit promissioni soluendi vsuras; quæ quidem ex omnium mente nullatenus obligat. Ergo nec iuramentum. Quippe cum principalis obligatio non subsistit, corruit etiã accessoria. *Regula, cum principalis, ff. de reg. iur.* Et confirmatur, quia si id iuramentum obligat ad vitandũ periurium, faciendo veram assertionem illam de futuro, eam. n. non implẽdo esset mendacium; obligabit vtiq; ea promissio absq; iuramento saltem suo veniali, rõne vitandi eiusdem mendacij. Quippe iuramentum supponit veritatem, aut falsitatem rei illo assertæ, & nõ ea inducit. Et hoc est, qđ dicitur *c. Iuram. 22. q. 5.* nempe Deum non constituere differentiam inter iuramentũ, & simplicẽ loquelã. Quod intelligi nequit de grauitate obligationis, nec quãtitate culpæ mentiendo, sed de necessaria veritate in vtroq; seruanda ad vitandã oẽm culpam. Tertio, quia quando duo extrema iunguntur aliquo medio, hoc sublato tollitur vnio eorũ. At iurm illud, & eius obligatio iunguntur media promissione, seu assertione illa de futuro. Ergo cum ea sit prorsus irrita, nec obliget ad vera faciendam rẽ assertam, nec iuramẽtum obligabit. Quarto, qa cui datur actio, multo fortius datur exceptio, & retẽtio. *Regula, qui ad agendum 61. de reg. iu. in 6. & reg. Inuitus 197. §. cui damus, ff. eo. tit. & l. 1. §. qui superficiem, vers. Nam cui damus, ff. de superficieb. l. creditori 5. C. de pact.* Qua rõne l. 6. de matr. disp. 38. n. 34. probauimus cum multis quoties lex humana cõcedit debitori actionẽ ad repetẽdam rem solutã, posse tuta conscientia illum non soluere, vtendo hac exceptione. Cũ ergo huic iurãti detur actio ad repetendas vsuras solutas rõne eius iurĩ, vt dicemus n. 9. cõcedetur ẽt exceptio, & hac vtens poterit nõ soluere. Et cõfirmatur, quia frustra petitur, & est circulus inutilis, ac petens põt exceptione doli repelli qđ statim est eidẽ danti restituẽdum, *l. Dolo 8. ff. de doli mali exceptione, et reg. dolo 59. de reg. iu. in 6.* Cũ ergo vsurarius teneatur pecuniã virtute eius iurĩ sibi solutã, statim restituere, frustranea, & irrisoria eẽt ea solutio, & valde aliena à iurĩ obligatione. Tandẽ, quia alias nõ satisfieret obligationi eius iurĩ, momentanea illa solutione, animo statim repetendi. Quippe ita soluens non videtur soluere, *l. qui sic soluit, ff. de solutionibus.* Hæc sunt, quæ valde dubiam videntur reddere hanc obligationem.

3 Nihilominus certissimũ est apud omnes, hmôi iurm obligare. Quippe id expresse deciditur *c. debitores, de iureiur.* ibi: *Debitores ad soluẽdas vsuras, in quib. se obligauerant, cogi non debent. Si vero de ipsarum solutione iurauerint, cogendi sunt domino reddere iuramentum.* Rõ aũt est, quia (vt tradit *D. Th. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 3. ab oĩb. receptus*) ex iuramento facto homini duplex obligandi ratio potest consurgere, altera homini ratione promissionis ipsi factæ, & ex hac parte iuramentum per iniuriam extortum nõ obligat; hõ. n. per iniuriam nullum ius acquirit; altera vero Deo in testem adducto; & ex hac parte obligat iurantem reddere Deum testẽ veracem implendo promissionem testimonio sui noĩs cõfirmatam, quoties promissio potest absq; peccato impleri; iuxta regulam, q̃ tradidimus, c. 9. n. 19. Hmôi est autem ea solutio vsurarum etsi. n. vsurarius peccet recipiendo, non tamen peccat iurans soluendo. (Vt n. 5. amplius declarabimus.) Sed adhuc non videtur sufficienter hæc obligatio declarata. Quia vt iurm etiã homini præstitum, eius materia debet esse actus alicuius virtutis. Vt optime docent *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. circa solut. ad 3. dub. 1. Vasquez dicens esse omniũ. 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 174. n. 35.* & supponũt. *Sot. li. 8. de iust. q. 1. ar. 7. circa solut. ad 3. vers. Hæc omnia. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 7. circa solu. ad 3. cõcl. 2. Valẽt. 2. 2. disp. 6. q. 7. pũcto 4. col. 6. vers. Rõne etiam.* dum conantur ostendere, qualiter solutio hęc sit actus virtutis, vt vel sic iuramentũ obliget. Atq; rationem optimam tradit *Caiet. ibi.* Quippe cũ actus in indiuiduo nequeat esse indifferens, sed necessario debeat esse bonus, aut malus, saltem quatenus otiosus est, nec esse valeat bonus mortaliter, nisi sit virtutis actus; sola. n. virtus est, quæ reddit bonum habentem, ac actus eius bonos, vt dicitur *2. Eth.* efficit vt si actus iuratus non sit actus virtutis, sit necessario malus, ac proinde iuramentum eius tanquam rei malæ nõ obliget; & ideo obligatio iurĩ rei futuræ implendæ, exigit necessario vt executio illius rei futuræ sit actus virtutis. Nec inde infertur iuramentum rei ex se indifferentis non obligare si homini præstetur, contra ea quæ diximus c. 9. n. 19. Quia (vt optime aduertunt *Leonar. lib. 2. de iust. c. 42. dub. 6. nu. 26. et Suarez to. 2. de relig. tractatu de iuram. li. 2. c. 16. n. 4.*) nõ est necessariũ ad obligationem iuramenti, vt eius materia sit per se, & nude considerata actus virtutis, sed satis est, vt ex se sit indifferens, & seclusa promissione, nam ea supposita in vtilitatem hominis, erit in indiuiduo actus honestus, & virtutis. *Caiet.* ergo ideo dicit esse actum virtutis hanc vsurariam solutionem, quod sit actus charitatis erga ipsummet iurantem, redimendo suam vexationem, & idem dicit de solutione pecuniæ promissæ latroni iureiurando firmatæ. Quod si dicas, tpe solutionis sæpe iam cessasse vexationem; respondet tunc etiam dici eam redimi, eo quod consummetur redemptio vexationis cœpta tpe promissionis. Idem dicunt *Sot. Arag. Valen. ibid. & Vasquez ead. disp. 174. n. 39.* loquentes de solutione pecuniæ promissione iurĩ latroni, hac. n. rõne tuentur eã esse actũ virtutis, ac proinde iurm obligare. Et q̃uis de pmissa vsurario non expresse loquantur; at referuntur pro se eandem *Caiet.* doctrinam, qui in vtroq; casu expresse loquitur, ac pinde illi in vtroq; videntur loqui. At quamuis hæc defensio sit optima in pecunia promissa latroni, nõ placet autẽ in vsuris promissis vsurario. Quia cum vexatio iniustitiã supponat, ac vsurarius non teneatur legi iustitiæ, sed sola charitatis in casu raro, mutuum dare iuranti hic non redimit vexationẽ aliq̃ cõmissã in denegatione mutui petiti, vt vel sic promissio vsurarũ sit redẽptio vexationis,

Insuper, quia vsuras offerre, ac promittere nolenti aliter mutare, non solum licet in graui necessitate petens mutuum (vt probaui capit. 8. à nu. 12. vsque ad 17.) at extra hanc necessitatem nulla est obligatio mutandi, ac proinde tūc nulla prorsus redimetur vexatio. Tandem, quia numero 5. probabimus nulla existēti iusta promittendi vsuras causa obligare id iuramentū: cum tamen tūc nulla redemptionis vexatio inueniatur. Et idem dicendum est eā solutionem supposita promissio necesse actū virtutis magnæ veracitatis, & fidelitatis, etiam quando promissio ex se nō obligabat: est etiam actus conseruandi licite propriam existimationem, & honorem, stādo promissis etiam in extorsionibus iniquis. Præterea solutio illa est valde vtilis ad cōseruanda prædicta, & vt petentibus mutuū, quo indigent, fides habeatur, si vsuras à se petitas promittant iuramēto, & sic mutuum illud inueniant. Atque est etiam per se vtilis pecunia ille soluta recipiēti, & quatenus est ex parte soluentis confert ei rem vtilem, & si aliunde sit inutilis ei, ratione obligationis restituēdi. Quæ causæ satis sunt ad eam solutionem cohonestandā, licet non sufficiant; vt ea non iurata obliget.

4 Hæc autem sententia dupliciter temperatur ab aliquibus. Prius, vt intelligatur, quando iurans soluere vsuras, licite eas promisit, si enim illicite, vt nulla vtilitate excusanti, sed expendendum prodige mutuum in ludis illicitis, aut cum meretricibus, petijt mutuum promittendo vsuras sub iureiurando nō obligabit iuramentum. Quod tunc, & promittere, & soluere vsuras sint illicita, vtpote quæ omni causa legitime excusanti sunt destituta, & cēsentur cooperatio quædā peccato recipientis. Hanc limitationem tribuit *Felinus c. Debitores, n. 7. de iureiur. Glossa finali in eo textu*; sed falso tantum enim dicit *Glossa*, soluere vsuras promissas non esse peccatum, nam si tale esset (inquit) non posset obligare iuramentum eas soluendi. Vtrumque autem est verum. Eandem tribuit *Suarez to. 2. de religione, tractatu de iuramento, li. 2. c. 9. n. 7. Bellamera, & non nullis alijs in eodem cap. Debitores*. Sed neminem inueni ibi id dicentē. Sed huius sententiæ est aperte *Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. circa sol. ad 3 dub. 1.* vbi dicit iuramentū nō obligare, nisi quando eius executio est actus virtutis, & solutionem vsurarum promissarum non esse actū virtutis, nisi quando induit rationem redēptionis vexationis. Quare cum in hoc casu nō sit redemptio vexationis, non obligabit iuramentum hoc, iuxta eius sententiam. Idem tenet *Valentia 2. 2. dis. 5. q. 21. punct. 4. col. 5. ver. Iā de secundo*; ait enim eam solutionem esse peccatum: ac proinde consequenter tenetur dicere, eius iuramentum tanquam rei illicite minime obligare.

5 At hæc limitatio non placet: & ideo dicendum est id iuramentum obligare. Quia etsi in promissione culpa admissa fuerit, nō obest obligationi iuramenti; dummodo culpa non inueniatur in solutione promissa. Vt probaui c. 9. n. 23. At culpa iniquæ īductionibus ad peccatum inuenta in petitione, si vsurarius nō erat paratus, nec erat causa excusans, nō reperitur in solutione. Quippe iam vsurarius est paratus ad recipiendū, alias non reciperet, sed remitteret iuramentum: & concurrunt iustæ soluendi causæ, quas nu. 3. explicauimus. Et ideo hæc solutio, vtpote ex iustis causis facta nō censetur cooperatio ad peccatū recipientis, sed permissio illius peccati ex causa iusta. Et ideo ita sustinent. *Imola eo. c. Debitores. n. fi. & ibi Fel. n. 7. Suar. eod. c. 9. n. 7. & 8.*

6 Posterius limitatur, nisi vitium vsuræ esset expressum in ipsa promissione iurata. Quia cū, tunc sit notoria vitiosa forma exactionis vsurarū, nō obligat iuramentū, & ideo nulla opus est relaxatione eius. Vt si promitteret iurans soluere duodecim pro decē mutuo receptis. *Ita Bald. c. 1. nu. 5. de iure. iur.* At hæc limitatio caret prorsus fūdamēto. Quia ea vitij expressio nō efficit, quin solutio sit licita, ac proīde iuramētū obligabit. Et ita docēt *Card. cap. Debitores, ad finē de iureiur. & ibi Felinus nu. 2. Alex. de Neuo, n. 10. Couar. de pactis. par. §. 3. n. 2. versiculo, Quinto ex his. Salua de iureiur. 4. p. q. 6. n. 3.*

7 Alij vero adeo ampliant obligationem iuramenti soluēdi vsuras, vt dicant ex illo acquiri ius vsurario, & ideo eum posse iure actionis compellere iurantem, vt stet promissis. Ducitur ex *cap. Debitores, de iureiur.* ibi: *Si vero de ipsarum solutione iurauerint, cogēdi sunt domino reddere iuramentū.* Ergo pars, cui iuratum est, acquirit ius, & secundariā obligationem, vt possit iure actionis cogere iurantem. Secunda, quia *c. 1. eod. tit.* dicitur cogendum vsurarium ad iuramenta super vsuris sibi soluendis præstita relaxanda. At relaxatio supponit vinculum: ergo vinculum illud iuramenti obligabat respectu illius vsurarii. Et confirmatur, quia si sola illius iuramenti obligatio est erga Deum, nequiret vtique iurans excusari à iuramenti excusatione, ob vsurarii remissionem; vtpote qui obligationem Deo quæsitam remittere nequit. Atque ita tenent *Abbas c. 1. nu. 1. & c. Debitores, nu. 4. de iureiur.* idque colligit ex *Glossa eo. c. Debitores verbo Cogendi. Card. eo. c. Debitores, n. 1. & c. Cum venissent, n. 9. de instiut. Felinus eo. c. 1. n. 1. et eo. c. Debitores, n. 2. vbi Alexander de Neuo num. 2. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 7. circa solutionem ad 3. in 5. concl. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 7. punct. 4. column. 7. vers. Quod autem. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 6. n. 16.*

8 At dicendum est, nec ius, nec actionē, nec obligationem etiam secundariam acquiri vsurario, sed totā illius iuramenti obligationem acquiri Deo. Quod non obscure significat textus *eo. c. Debitores*, dum ait cogēdum vsurariū reddere. Deo iuramentum: vbi caute solius Dei meminit quasi ipsi soli sit acquisita obligatio. Item, quia sicut ius non fouet obligationem illius promissionis, eo quod turpis sit ex parte recipiētis, ita nec fouet obligationē iuramenti, vt ex ea acquiratur ius aliquod recipienti. Nec obstāt adducta in cōtrarium, nu. præcedenti. Quia *c. Debitores* potius probat hanc sententiam, vt proxime ponderauimus: & coactio de qua ibi fit mentio, est facienda ex iudicis officio, vt iurans exequatur obligationem Deo quæsitā: nō autem ad instantiam partis ius actionis intentantis. Nec obstat secundum argumentū, & eius confirmatio, quia illa relaxatio seu remissio partis non ideo excusat à iuramēti obligatione, quasi ea sit acquisita ipsi parti: sed quia Deus illam non acceptat nisi quatenus est in illius partis vtilitatem, quare cessat parte remittente illam suam vtilitatem. Et ideo hanc partem sustinent. *Anton. eo. c. Debitores n. 7. paulo post medium. Fortunius Garcia de vltimo fine, illatione 22. principali, nu. 465. Couar. de pactis 2. p. §. 3. nu. 2. vers. Primum ex hoc intellectu Molina to. 1. de iustitia, disp. 150. colum. 2. & 3. & to. 2. disputat. 315. colum. 4. vers. Vtrum, autem. Suarez tom. 2. de religione, tractatu de iuramento lib. 2. cap. 27. fine Leonardus lib. 2. de iustitia c. 17. dubio. 6. n. 51.*

9 Satisfit autem obligationi huius iuramenti momentanea solutione; ac statim absque aliqua iuramēti relaxatione pōt solutum repeti. Quia iuramentum tantum fuit de soluendis illis vsuris: quam ob rem ijs solutis est illi satisfactum, vtpote quod repetitionem non exclusit. Constat ex *c. At audientiam, de his quæ vi*, ibi: *Non obstāte iuramento prædicto, quo non ad nō repetendū sed ad resignandū solūmodo tenebatur.* Atque ita docent *Glossa ibi. verb. Resignandū; & ibi Host. paulo post principiū sup. ver. Resignaret. Ioan. Andr. n. 2. Antonius n. 9. Anchar. n. 4. Abbas ibi in principio n. 1. Couar. de pactis 2. p. §. 3. n. 2. in principio. Gutierez de iuramento 1. p. c. 53. nu. 8. Suarez eodem lib. 2. c. 9. n. 16. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 17. dubio 7. n. 51. & c. 42. dubio. 6. n. 27.* Quod iuramentum esset quoque non repetendi, non esset integrū repetere, nisi prius impetrata huius iuramenti relaxatione. Vt colligitur à contrario sensu *eo. c. Ad audientiam.* Item, quia id iuramentum pōt licite seruari: ac proinde obligat. Et ita docent *Glossa, Host. n. 9. sup. verbo, Non ad repetendū, Antonius, Anchar. n. 6. Abbas*

nota-

notabili 2, Couar. Gutierrez nu. 2. Suarez nu. 17. Bart. l. Si quis pro eo, in princ nu. 10. ff. de fideiussor. Quare dum D. *Th. 1. 2. q. 89. art. 7. ad 3.* sic ait: *Potest autem repetere in iudicio, quod soluit, vel prælato denunciare, non obstante quod contrarium iurauerit.* Illa particula, non obstante, refertur ad solam posteriorem partem, ita vt sensus sit, q̃uis iurauerit non denunciare, potest denunciare. De quare, & an quando iuramentum fuit etiam de non petenda relaxatione dicemus c 21.

10 Tandẽ dubitatur, an in hoc vsurarum debito ratione iuramenti detur compensatio. Quæ difficultas procedit retenta opinione, quam inferius tenebimus, relata vtrimque disputata, quę sustinet iurantem soluere debitum, vel aliquid dare, satisfacere iuramento, si compensatione vtatur, eo quod creditor ille tantumdem sibi debeat. Procedit ergo difficultas, quãdo est licita cõpensatio non obstanti iuramento an ea habeat locum in hoc casu. Et quidem dupliciter põt intelligi hæc cõpensatio. Priori modo, quando compensatio debet fieri cum ipsomet vsurarum debito, ita vt iurans possit nõ soluere vsuras illas iuramẽto promissas, sed via recompensationis cuiusdam anticipatæ eas retinere, quia ijs solutis, vsurarius eas est sibi debiturus. Sicut aliud debitum posset quispiam via compensationis huiusmodi retinere, quando certus est statim eo soluto esse tãtumdem sibi debendum. Et loquendo de hoc modo, est dicendum neutiquam satisfieri ei iuramento, vtendo hac compensatione. Quia non obstãti ea aperta, & præsenti exactionis vsurarum iniustitia, iuratur earũ solutio. Ergo excluditur compensatio cum illa iniustitia. Et ita docent *Sotus l b. 8. de iustit. q. 1. art. 7. circa solutionem ad 3. versic. Bortasse hic. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 6. nu. 15. fine Suar. t. 2. de relig. tract. de iur. lib. 2. c. 37. n. 21. Molina t. 2. de iust. disp. 560. col. 12. vers. Ad confirmationem.* Ex quo infertur, nec licere huic, si promisit decem, soluere quinque via compensationis. Quia iam non ea anticipatur, sed re vera quinque sunt iuranti debita. Sed adhuc id non licere, ait rectè *Sotus ibi*; idque probat ratio facta, quod id iuramentum excluserit quamcumque compensationem cum ea iniustitia faciendam.

11 Posteriori modo potest hæc compensatio intelligi, quando vsurarius ille alia via tantumdem huic iurm facienti debebat, aut post iuramentum debet. Et hanc compensationem negant etiam *Sotus, & Sayro ibidem. Et Suarez ibidem* dicit se multum dubitare de contraria sñia, & in hanc magis inclinat. Quia tunc nõ habet locum compẽsatio, quoad verã debiti remissionem; cum mutuatarius re vera non remittat debitum; non. n. valet remissio. Nec ẽt exterius recompensat, cum nihil de nouo tradat, supponitur enim alias acceptum, Ergo ad satisfaciendum ei iuramento exigitur materialis traditio. At verius iudico satisfieri hac compensatione. Quia remittendo, quantum est ex parte sua licet illa remissio sit aliunde irrita, ratione inuoluntarij misti ob iniuriã, censetur in communi existimatione soluere, & tradere rem debitam. Et confirmatur, quia si debitum esset absque iniuria contractum satisfieret, iuramento hac compensatione. Ergo à fortiori satisfiet, quando est per iniuriam; nec enim hoc maiori priuilegio gaudere dẽt. Et ideo hanc partem tuetur *Molina n. præc. relatus.*

12 Ad argumenta nu. 2. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis n. 3. vbi eam solutionem esse vtilem, & actum virtutis probauimus. Ad secundum dic cum *Abbate c. Debitores, n. 2. de iure iur. & ibi Imola, nu. 5.* & cõi Doctorum ibi, quãdo causa irritans principale concurrit in accessorio, corruere accessorium cum principali, secus quando non concurrit; tunc enim constat corruere principale subsistenti accessorio. Qđ hic contingit: principalis ẽm promissio est irrita ob extorquentis turpitudinem; quæ nõ inuenitur in ordine ad Deũ, respectu cuius solius id iuramantũ obligat. Vel secundo dic cum *Couar. de pactis 2. p. §. 3. n. 2. vers. Tertio hinc tol*litur, id iuramentum non esse accessorium promissionec ad eam confirmandam adduci, sed esse principale, & per se stans, obligans ad efficiendum Deum testem verum illius veritatis de futuro assertæ. Ad confirmationem dic, & promissionem illam simplicem, & iuratam conuenire in exigenda veritate de præsenti, id est, vt cum iuratur, vel promittitur, adsit animus implẽdi. Quia ille veritatis defectus continet verum, & formale mendacium. At vero quoad veritatem de futuro, ad q̃ pertinet executio rei promissæ, nõ semper est malus defectus veritatis, immo quandoque est sub præcepto, vt quando promittitur, aut iuratur res mala. Et ideo tunc tantum defectus huius veritatis est malus, quando erat implendi obligatio. Quippe defectus huius veritatis non spectat ad dictum, nec consistit in mente, sed potius pertinet ad factum, & ideo non constituit verum, & formale mendacium, qđ est contra mentem ire; sed pertinet ad quandam infidelitatem, quæ solum habet locum, quando fidelitas erat sub præcepto. Ad tertium dic iuramentum, & eius obligationem non coniungi media obligatione ꝓmissionis, seu assertionis; sed medijs illis, siue obligent, siue non. Ad quartum dic eã regulam procedere, qñ exceptio legitime opponitur; at ad non soluendas vsuras iuratas nequit exceptio legitime opponi propter periurium, nisi obtenta prius iuramenti relaxatione, & ideo illa obtẽta iuuabit exceptio hæc, vt iurans non teneatur soluere. At cõfirmationem dic eã procedere, vbi non est peculiaris causa obligans ad illam solutionem, qualis est in hoc casu, gratia periurij vitandi. Ad vltimum dic textum illum procedere, quando is, cui solutio fit, potest rem solutam absque restituendi onere retinere. Quod in hoc casu non contingit.

SVMMARIVM.

An iuramentum metu extortum obliget? Refertur opinio, nu. 13.
Explicatur sententia, Authoris, n. 14.
Cur matrimonium, & votum metu extorta, non obligent cum iuramentum obliget, n. 15.
An satisfiat metu extorto iuramento, momentanea solutione, et liceat statim repetere, etiam se iuramentum non repetendi sit, & an detur actio, & sit concedenda relaxatio, quamuis metus leuis sit? n. 16. vbi hoc vltimum ponitur remissiue. Et ibi, an sit locus compensationi.
An integrum sit iuramentum hoc præstare, cum animo petenda relaxationis, & ea obtenta non implendi, n. 17.
An id iuramentum obliget sub culpa mortali, n. 18.
An obliget adiectam contractibus inualidis, & iure reprobatis? Refertur opinio, n. 19.
Explicatur sententia Authoris, n. 20.
An iuramentum accedens sponsalibus, & matrimonio, metu extortis, obliget, n. 21.
Quid si accedat constitutioni procuratoris coacta? n. 22.
Quid si constitutioni dotis, & arrharum coacta, n. 23.
Quid si accedat voto, aut professioni religionis, coactis, num. 24.
An e carcere iuste relaxatus cum iuramento redeundi, teneatur redire quamuis timeat iustam mortis sententiam, & quid si cum sit innocens, sit iuste damnandus secundum allegata, & probata, n. 25.
Quid si carcer sit iniuriosus, aut timeatur iniusta sententia? Referuntur variæ opiniones? à n. 26. vsque ad 31.
Explicatur sententia Authoris, n. 32.
An idem dicendum sit, si hic iurarit e carceribus non fugere, n. 33.
Quid si periculum non fuit cogitatum, aut re vera tunc non fuit, n. 34.
An id iuramentum possit ab Episcopo relaxari, quando: & carcer iniuriosus, aut sententia iniusta timetur, n. 35.
Quid vbi nulla est iniuria, n. 36.

Solum-

Soluuntur contraria & explicatur l.28.tit.11.p.5.n.37.& c.2.de iureiurand.

Post n.17.inuenies, reliqua summaria quæ desiderantur.

13 Quæstio secunda. An iuramentum metu extortum obliget? Et est sermo, quando promissio per iniuriam extorquetur, alias nulla esse potest dubitandi ratio. Et quidem id iuramentũ non obligare tenuere aliqui antiqui, quos refert *Gl.c.2.verb. Posse, de iureiur.* Idq; suadent vniuersæ rationes allatæ nu.2. Quippe omnes illæ æque procedũt in hoc casu. Sed quia illas solui n.præc. probatur specialiter in hoc casu, ex *c.2.de iureiur.* vbi de Episcopo iuranti se non repetiturum res, quibus iniuste spoliatus est, sic dicitur. *Ipsum Episcopum nullus iuramenti vinculis super hoc posse cõstringi.* Secundo ex *l.regia 28.tit.11.p.5.ibi: Por medio, o por engaño, qual fiziesse prometiendo vn home a otro, de dar, o fazer alcuna cosa, maguer se obligasse, iurando de fazerlo que prometie, dezimos, que non es tenudo de cumplir la promission.* Tertio, quia hæc obligatio iuramenti non acquiritur homini, sed soli Deo. (Vt n.3. explicuimus.) Deus autem non acceptat promissiones metu iniurioso extortas, & ideo votũ sic extortum non obligat. Ergo nec huiusmodi iuramentum. Tandem, quia matrimoniũ sic extortum est prorsus irritum; nec videtur diuersa ratio de iuramento.

14 Verum tanquam certissimum est tenendum, id iuramentum obligare. Quippe id expresse deciditur *c.Si vero, & c.verum, de iureiur. & c. Ad audientiam, de ijs quæ vi.* Et tenet *D. Th.2.2.q.89.ar.7 ad 3.q.98.a.3.ad 1.receptus ab oĩb.Theol.3.d.39.& ad oĩb.iuris peritis in prædictis locis.* Quod probatur rationibus traditis nu.3.quib. declaratur promissionem hanc esse de actu virtutis, & re vtili. Quippe eædem rationes militant in hoc euentũ, ac in illo; cum in vtroque tota dubitandi ratio consurgat ex iniuria extorquentis iuramentum, qui & rẽ promissam tenetur restituere.

15 Hinc deducitur discrimen inter votum, & matrimonium metu extorta, & iuramentum sic extortum: illa enim sunt prorsus irrita; hoc autem est validum. Cuius discriminis rationẽ facile est assignare, sustinendo probabiliorem sententiam, quę ait illa duo priora esse irrita solo iure Ecclesiastico. Dicemus enim rationem esse, quod idem ius nõ irritarit iuramentum, sic extortum, immo illud seruandũ pręcepit ob diuini nominis reuerentiam. At sustinendo probabilem sñiam dicentem illa esse iure naturali irrita, est difficilis ratio discriminis. In qua assignanda non immoror, quia hoc argumentum est, quod valde vrget ad probandam nostram sententiam dicentem illa esse solo iure Ecclesiastico irrita.

16 Satisfit autem is iustis coactis, momentanea solutione, & statim est integrum iurãti repetere. Quod si iuramentum de non repetendo factum sit, est prius relaxatio huius iuramenti ab Episcopo petenda, sicut num.9. idem diximus de simili iuramentu soluẽdi vsuras. Nec ex his iuramentis acquiritur ius, & actio parti, sed soli Deo. Sicut de iuramento soluendi vsuras probaui nu.8. & Doctores ibi citati de vtroque loquũtur. Immo, quidam concedentes hanc actionẽ in iuramento soluendi vsuras, eã denegant in iuramento extorto per metum. Hi sunt *Aragon. Valentia, & Sayro relati, n.7.* Atque an liceat vti compensatione in hoc casu, est idem omnino dicendum, quod n.10.& 11.diximus de iuramento soluendi vsuras. Et in vtroque iuramento loquuntur Doctores ibi relati.

17 Nec credo peccatum sic iurantem, si habeat animum non implendi iuramenti, obtenta tamen prius illius relaxatione; secus si absolutum non implendi animũ haberet. Quia in priori euentu nulla irrogatur iniuria extorquenti inique promissionem; nec est mendacium. Quod iuras habeat firmum implendi animum, nisi relaxationem obtineat, & quamuis habeat animum petendæ prius relaxationis, & ea obtenta non implendi, animus hic est cõformis conditionis imbibitæ in eo iuramento, quæ est, nisi eius relaxatio prius obtineatur, & ideo, nec mendacium, nec culpam aliam continet. Sicut iurans fœminæ matrimonium, cum intentione implendi, nisi illa fornicata fuerit, verum iurat, nec peccat; quod ea conditio includat tacite in ea promissione. Atq; hoc aperte colligitur ex *Suar. to.2.de relig. tract.de iura.l.2.c.7.n.20.fi.* vbi hęc ait: *Aliquis timoratus potest velle iurare, & se obligare, & sperare licite non implere, obtenta iusta dispensatione.*

18 Quidam temperant sententiã traditam, vt iuramentũ metu extortum obliget, vt intelligatur ad culpam venialem. Ducuntur ex *c.Verum, de iureiur.* vbi dicitur transgressores non esse damnandus tanquam culpæ mortalis reos. Et ita significat *Glossa finalis ibi* & tenet *Angel.verb.Iuramentum 5.num.10.* At absq; dubio tenendum est id iuramentũ obligare sub mortali, in materia graui, non aliter, quam alia iuramenta absq; iniuria, & metu præstita. Cũ vtriusque obligatio sit ex strictissimo religionis vinculo erga Deum, qui nullã iniuriam irrogat. Et quamuis metus minuat respectu hominis obligationem illam tamẽ non minuit respectu Dei. Nec textus in *eo.c. Verum.* probat oppositũ. Neq; enim de culpa egit, sed de sola trãsgressoris pœna, volens eum non puniendũ ita acriter, ratione iniurię repertæ in eo iuramento. Et ita hanc partem tuentur. *D. Th.2.2.q.98.ar.3.ad 1. Abbas c.Si vero, in n.vltimo, de iureiur & ibi Imola n.8. Fel.n.7.ad fin. Ricar.3.d.39.ar.2.q.2. Fort. Garcia de vlt.fi.illatione 22.prin.nu.347. Humbertus de Bononco repetitione auth. Sacramenta puberũ n.2.C.si aduersus vẽditorẽ. Syl.ver.Iuram.4.q.7.particula 3. Caiet.2.2 q 89.a 7 circa solutionẽ ad 3.dub.1. Sotus l.8.de iust.q.1.a.8. circa solutionẽ ad 3.vers. Sed arguis rursus. Nau sum. c.12.nu.14. Cou.4. decr.2.p.c.3.§.5.n.4. Aragon 2.2.q.89.ar.7.circa solutionẽ ad 3. Toledo l.4.su.c.22.n.2. Seraph.de priu.iuram.priuileg.110.n.16. Suar.2.to de relig.tract.de iuram.l.3.c.16.n.8. Sayre in claui regia, l.5.c.6.nu.16. Valent.2.2.disp.6.q.7.punc.4.col.6.ver. Rñdeo qõ.ẽ hãc. Lessar.l.2.de iust.c.42.dub.6.n.50. Selua de iureiu.3.p.q.1.n.37. D. Ant.2.p.tit.10.c.6.in su 5.*

19 Rursus alij limitant, vt iuramentũ metu aut dolo extortum obliget, nisi adijciatur contractibus alias inualidis, iureq; reprobatis; quales sunt alienatio fundi dotalis renunciatio futuræ successionis, cõtractus minorum absque solẽnitate iure petita celebrati, quare dicunt adiectum his non obligare, & subinde non indigere relaxatione. Ducũtur ex *c. Cũ contingat, de iure iurãd.& c.2.eodẽ tit.in 6.& c.Quãuis pactũ, de pactis, in 6.* in quib. est sermo de renunciatione legitimæ, & alienatione fundi dotalis, quæ pacta secluso iuramẽto sũt irrita & eo accedenti valida, & seruanda, vt decidunt hi textus, cum hac limitatione, si absque vi, & dolo sit iuramentum præstitum. Ergo à cõtrario sensu si metu extortum sit, nullã vim habet. Et fortius id probat textus in *auth. Sacra puberũ C.si aduersus vẽdit:* ibi *Per vim aũt, vel iustum metũ extorta etiã à maioribus, nullius esse momenti iubemus.* Secundo, quia in ijs textibus æquiparantur dolus, & metus accedẽtia iuramẽto. At qñ dolus dat cãm contractui bonæ fidei, iuramentum defectu consensus non obligat. Vt dicemus, à nu.38. Ergo nec quando metus præbet illi cãm. Tãdem quia idem iuramentũ non supplet plura vitia. Vt alijs relatis tradunt *Menochius cõs.29.n.40.vol.1. Seraphinus de priui. iuramenti, priuileg.083.n.44.* Qua rõne cõiter tradunt Doct. iuramentũ a minori præstitũ, supplere solũ minoris ætatis defectũ. Ergo cũ in cõtractu metu extorto reperiatur duplex vitiũ, alterũ spõtaneæ volũtatis deficientis, alterũ defectus valoris cõtractus, qui alias erat irritus, id iuramẽtũ nequibit vtrũq; supplere. Et ideo hãc partẽ, quę probabilis est, tuẽtur *Glos eo.c.Quãuis pactũ, verbo. Nõ vi. et ibi Frãcus n.5.et 11.ver. Quarte casus & c.2.nu.6.de iureiur.in 6. Vinc.* quẽ refert, ac sequitur *Abb.c.cũ contingat, n.3.de iureiur.& ibi Alc.n.18.& ibi*

Ananias

Ananias,n.4. ait forte posse hoc defendi. *Fel.c.2.n.2.& c.Si vero,n.8.casu 1.de iureiur.& c.2.nu.35.vers. Tertius est,de spons. Gram. decis.102.nu.70. Corn. in lect.de auth. Sacramenta puberum,nu.7.sup.verb. Nullius esse momēti, & ibi Curt.iun.in rep.illius.n.13.& ibi Pau.in rep.n.6.* dicens in foro ciuili non obligare, secus aūt attento iure canonico,& hoc in solo foro externo,& nō in consciētia. *Hippol de Marsil.l.pen.n.76.ff.de q. Rol.cons.10.n.130. vol.4.& cons.2.nu.80.& 81.vol.1.Mar i.Soc.iun.cons.3. in n.34.vol.2.D.Ant.2.p.tit.10 c.6 in prin.casu 5.Ioannes de Selua de iureiur.3.p.q.1.n.33.& 34.& 37.& num.vlt. Ang.verb.Iuram.5.nu.10.Syl.verb.Iuram.4.q.8.Gregor. Lopez l.fi.verb.Que la fizo,in tit.11.p.3.Sarmiento de reditib.Ecclesi.p.1.c.4.n.7.Petr.Gregor.syntagmate iuris,p. 3.lib.5.c.12.n.4.Flam.de resign.benef.l.13.q.2.n.12.Azo. t.1.inst.moral.lib.11.c.7 q.2.* Et clare indicat hanc partē *Ang.l.Si quis pro eo in princ.n.8.ff.de fideius.* dum ait esse potendā iurī huius relaxationem ad cautelam: quasi credat eam vere non esse necessariam defectu valoris iurī. Et hanc sententiam aiunt posse teneri *Card. eo. c. Cum contingat,n.1.vers.in gl.pen.Ruin.consil.170.nu.18. vol.*& in praxi apud iudices seculares esse receptam testatur *Couarr.n.sequenti referendus.*

20 At probabilius credo id iurīm obligare,indigereq; relaxatione. Probatur ex rationib. traditis n.3. quæ prorsus militant in hoc casu, cū implere hos contractus, & stare hoc iurō,non sit peccatū, sed actus virtutis,nēpe, redēptionis,vexationis,& fidelitatis; nec obligatio iurī acquiritur parti iniuriā irroganti, sed Deo, qui nullam iniuriam intulit. Præterea, quia iure naturali hæc iurā non sunt irrita. Vt ex se constat. Nec ēt iure humano, vt constabit ex solutione ad contraria proposita nu.præc. Ad primum respondetur *c. Cum contingat, & c.2. & c. Quamuis pactum,* decidere eos contractus iure ciuili irritos confirmari iuramēto,ita vt irreuocabiles maneāt, nec sit locus relaxationi, qđ important ea verba posita in eo *c.Quāuis pactū,Omnino seruari debet. Vt ibi* expendunt *Dominicus,n.4.& Frācus,n.3.* vnde dum excipiūt, nisi iurīm sit metu præstitum,iīn volunt destruere hmōi iuramentum ea confirmandi cōtractus virtute, & reddendi ita irreuocabilis, vt non sit locus relaxationi. Et similiter dū *auth. Sacram.puberum,* dicit hmōi iuramētum ēt in contractib. maiorū,qui alias validi erant,esse nullius momēti, intelligitur quoad obligationē homini acquisitā, & quod eius firmitatē, nā rōne metus pōt facile relaxari. Ad Fin dic nō æquiparari dolū,& metū quoad oīa,sed vt neutro modo præstitū iuramentū cōfirmet contractū, & vtroq; mō possit relaxari. Differūt aūt,quia quandoq; aufert consensum;& ideo tunc reddit omnino irritū iuramentū. At metus nunq̄ illum aufert, & ideo nunquā irritat. Ad vltimum dic non suppleri eo iuramēta defectū spontaneæ volūtatis, & ideo non cōfirmari contractū ad quod spontanea voluntas desideratur. At hæc non est necessaria ad iuramēti obligationē,& ideo hāc partē tuentur *Monachus c. Quāuis pactū,n.2.de pactis,in 6.Arch.ibi n.1.* dicens hanc esse tutiorem *Dominicus,n.10.Natta ibi super Gl.verb.Non vi. Ant.c.Cum contingat,n.3.de iureiur.& ibi Card.num.1. ver.In gl.pen.Im.n.3.Alex.de Neuo,n.8.Bald.c.2.num.1. de iureiur.& l.Pactum dotali,n.1.q.1.C.de coll Corn.in repet.auth.Sacr.puberū,n.132 C.si aduer.vend.& ibi Vmbertus de Benēco in rep.eiusdem,n.2. Ias.in eiusdem lectu, nu.30.& ibi Pau.in lectu,n.5. Fortunius Garcia de vlt.fin. illat.22.prin.n.463.& 476.& 483. Affl c.dec.Neap.322. nu.6.iuncto,n.5.& decis.393.nu.11.iunct.num.10.Cou.4. Decr.2.p.c.3.§.1.n.2.& de pac.3.p.§.4.n.2.& lib.1.var. c.4.n.7. Anto.Cucus lib.5.de inst.maiorum,tit.10.nu.126. Molina li.2.de primog.c.3.n.13.iunc.nu.12. Gutierrez de iuram.1.p.c.57.n.19.Seraph.de priu.iuram.priu.110.n.8. & num.19.alter Molina to.1.de iust.disp.149 col.2.vers. Quatuor iurib. Leo.l.2.de iust.c.17.dub.7.nu.51.& c.42. dub.6 n.32.fin.Suarez.to.2. de relig.tract. de iuram.lib.2. c.11.a n.14.vsq; in fi. Fachineus in suis contro.l.2.c.17.col. 3.vers.Respondeo id ita esse,et vers. Denique quod dicitur,& lib.8.c.c.102.per totum.*

21 Alij primo extendunt, vt iuramentum accedens sponsalibus,& matrimonio, extortis metu graui, valeat, ac subinde relaxatione indigeat Doctores huius sentētiæ, & rationes retuli lib 4.de matr.disp.20.n.14.& disp.21. n.2.dicens eam esse satis probabilem. At tanq̄ probabiliorem amplexus sum,(& nunc amplector,) ea.disp.20 a n.15.& ea disp.21.nu.2.contrariam sñiam dicentē id iuramentū non valere,nec indigere relaxatione. Quod in vtroq; vltra Doct.ibi allegatos tenet *Azor.to.1.inst, moralium,lib.1.c.11.q.13.& 14.*& loquens de iuramento accedenti matrimonio coacto tenet *Eman. Sà in sua sum.verb.Iuram.n.9* Et ratio est,quia sponsalia,& matrimonia coacta interdicūtur ob publicam vtilitatem, ex eis.n.innumeræ discordiæ contra communem reipublicæ pacem, & bonum, pullulant. In quo euentu iuramentum non obligare probauimus hoc l c.9.nu.34. Et quamuis libere postea implere ea sponsalia, aut matrimonium,nulla sit culpa: at implere coacte ex iuramenti necessitate est culpa, pruptet sublatam libertatem, q̄ ijs contractib. ius canonicum petit. Quud satis esse ne iuramentum obliget probauimus eodem c.9.n.25.

22 Secundo alij extendunt,vt validum sit hoc iuramentum accedens cōstitutioni coactæ procuratoris ad matrimonium. Sic *Azor to.1.inst.moralium,lib.1.c.11.q.10.* Verum contrarium probaui lib.4.de matr.disp.21.nu. 6.cum authoribus aliquib.relatis ibi nu.5. Quia (vt probaui eodem lib.2.disp.12 n.22.) ille consensus coactus, quo is procurator constituitur, censetur permanere, & esse consensus, quo perficitur matrimonium. Quare sicut iuramentum accedens matrimonio coacto nō obligat,ita nec accedens coactæ procuratoris ad illud constitutioni. Quæ ratio cum deficiat in constitutione procuratoris alia negotia existimo iuramentum ei constitutioni coactæ accedens obligare. Quia constitutio procuratoris ad alia negotia metu extorta,est ipsu iure valida. Vt cum cōiori sñīa probaui eo.l.4.disp.12.n.22.

23 Quamuis autem constitutio dotis, & arrharum coacta,sit ipso iure nulla: vt probaui eadem disp.12.nu.23. existimo iuramentum illi accedens obligare,contra aliquos,quos retuli eodem lib.4.disp.21.nu.5. Quia interdicitur principaliter ob bonum priuatum: parum enim interest reipublicæ,siue hic,siue ille ciuis,dotem illam, & arrhas consequatur; cum intra eamdem rempublicam, maneat. In quo casu iuramentum obligat, iuxta regulam traditam hoc lib.cap.9.n.31.35 & 36.

14 Tandem alij extendunt,vt iuramentū accedens voto metu graui extorto obliget. Ita *Sotus li.8.de iust.q.1.ar. 7.circa solut.ad 3.vers.Seriosus autem. Palacios 4.d.29.disput.vnica folio 656.vers.Hoc argumtutum:* vterque autem indistincte loquitur de voto, nō distinguens inter simplex, & promissionem. Alij autē,quos retuli l.4.de matr.disp.21.n.5. dicunt de obligare iuramētum hoc, & ita non indigere relaxatione. Et quidam ex illis loquuntur indistincte de voto: alij vero de professione religionis: vt ibi retuli. Et loquentes de omni voto sustinent non valere *Man.2.to.summæ,c.93.n.4. Emmanuel Sa in summa,verb Votum,n.8.* At verius existimo id iuramentū accedēs professioni religionis nō valere. Quia professio coacta interdicitur ēt ob bonum commune. Et ideo militat ratio tradito nu.21. de matr. atq; idem est,si accedat simplici religionis voto, quod se habet ac sponsalia ad matrimonium. Et ita q̄uis *Suarez to.2. de relig.tract.de voto, lib.1.c.8.per totum,* defendat solā religionis professionem metu factam esse irritam, non autem vota simplicia: at n.10.& vndecimo,dicit idem de votu simplici religionis. Quia (inquit) licet tale votum non sit irritum ex iure naturæ, nec directe, & per se sit ab Ecclesia irritatum,al per quandam consequentiam eo ipso quod professio est irritata, censetur quoque irritari votum simplex faciendæ professionis. Nemo enim potest obligari ad faciendnm actum inualidum.

dum. Sic ergo eadem ratione, qua dicimus iuramentum accedens professioni coacti non obligare est idem dicendum de iuramento accedenti simplici religionis voto. At si iuramentum accedat alijs votis simplicibus, est verius id valere Quod non sit ita speciali ratione libertas in eis requisita.

25 Ex dictis deciditur solutio eius quæstionis, an solutus è carcere iuramento præstito de redeundo in ipsum, teneatur redire. Qua in re conuenit inter omnes, teneri eum redire, quando carcer, & pęna insererenda, etiam mortis, sunt iusta. Quia id iuramentũ est de re iusta, & nil causari potest iurans, quo hac obligatione liberetur: cum ad fortitudinem spectet id iuramentum cum vitę periculo obseruare, nec aliqua iniuria iurãti irrogetur. Idem dicit *Sayro in Claui Regia, lib. 12. c. 18. n. 26.* quamuis sit vere innocens, si secundum allegata, & probata, carcer & mors inferenda sint iusta Quia iuste tunc dãnatur. At non existimo hoc esse certum sed eisdem subdi opinionibus, quibus subditur, quãdo carcer & mors sunt iniusta. Quia à parte rei talia sunt in hoc casu, nec falsitas probationem aufert huic ius protegendi se, & suæ iniuriæ re ipsa illatæ repellendæ.

26 Punctus autem difficultatis eo tendit, quando carcer est iniustus, aut pęna quę timetur, est iniusta. Varię sunt sententiæ. Prima absolute ait hunc non teneri redire, nec iuramentum obligare, quando carcer est iniuriosus. Atque innititur rationibus numero sequenti afferendis. Hanc tenent *Abb. in cap. Si vero, nu. 4. de iureiur. Ripal. l. Admonendi, n. 171. ff. de iureiurand. Sylua nuptialis lib. 3. num. 44. Angelus verbo Carcer, num. 4. Syluester verbo Accusatio, q. vlt. ubi Tabiena q. 10. num 10. quarto, & verbo Carcer q. 1. n. 2. Gutierez de iuramento 1. p. cap. 57. à numero 24. vsque ad 26. Emanuel Sa summa, verbo iuramentum, numero vndecimo.* Et dicit esse probabilem *Sayro eodem c. 18. num vigesimoseptimo.* Et quamuis absolute loquantur hi Doctores, credo absque dubio eos intelligere cum limitatione secundę sententiæ referendæ num. sequenti. Nam omnes hi Doctores afferunt pro se *Glossam ibi* referendam, quæ cum ea limitatione loquitur.

27 Secunda sententia sustinet idem, cum hac limitatione, quando mortis iniustæ pœna probabiliter timetur. Probatur ex doctrina *Bald. in rubrica de vita, & honest. cleric. n. 6.* vbi ait promissionem, ex cuius obseruatione est amittenda vita, aut membrum, non obligare. Secũdò, quia materia huius iuramenti nõ est licita, sed temeraria, & ille reditus sit propria occisio, offerendo se morti iniustæ. Tertio, probat *Vasquez statim n. 29. referendus.* Quia vt obliget iuramentum etiam homini pręstitum, debet esse circa alicuius virtutis materiam. (Vt numero tertio diximus.) At hic reditus ad carcerem nullius virtutis actus est: quia si alicuius, aut patientiæ, aut fidelitatis. Nõ patientiæ, etsi enim actus eis sit ferre mortem iniuste illatam, at vltro se illi offerre absque causa iusta; non est actus patientiæ, sed temeritatis peccatum. Nec fidelitatis, quia tyranno iniuste petenti fidem ad patiendum iniustam mortis sententiam non est fides seruanda, nisi alia virtutis causa subsit. Alioquin (ait *Vasquez*) tenetur contra omnium sententiam redire, etsi promissio non esset iurata. Quarto probat *idem Vasquez*, quia iuramentum non constituit promissionis materiam sub aliqua virtute, si ipsa ratione promissionis antea non esset. Tandem id confirmat, quia non est simile id iuranti dare pecunias latroni: soluere enim est opus virtutis, nempe, redemptionis propriæ vexationis, ad quam quis iure naturali tenetur. At hic reditus non est opus virtutis, nec redemptio vexationis propriæ; nec enim ea redimitur, sed iterum amplectitur vexatio, redeundo ad illam. Hanc sententiam tuentur *Glossa Clem. pastoralis, verbo Per violentiam, de senten. & re iudic. & ibi Anchar. num. 12. Imola, num. 60. Cardin. ibi verbo Notorium, notabili 4. num. primo. Abbas cap. Inter alios, in fine, de immun. Ecclesiar. Euerardus in suis topicis. loco à vi, energia, seu efficacia iuramenti, in numer. 62. Præpositus c. Ius gentium, n. 10. d. 1. Iason l. Si duo patroni §. Finali, n. 4. ff. de iureiur. Hyppolitus singulari 277. Malitijs hominum, nu. 3. Curtius iunior repetitione l. Admonendi, n. 109. ff. de iureiur. Ioannes de Selua de iureiur. 3. p. q. 1. nu. 31. Boerius decis. 215. n. 30. Maior in 4. d. 15. q. 22. in solue. ad 2. D. Anton. n. 2. p. tit. 10. c. 6. in princ. casu 2. fine Rosella verbo Accusatus. nu. 2. Bauerius in tract. de virtute iuramenti, effectu 60. n. 113. Couar l. 1. variarum c. 2. n. 7. Octauianus Cacherani sensis in decisione Pedemontana 66. nu. 12. Plaza de delictis, li. 1. c. 22. n. 6. fine. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 132. n. 6. Iulius Clarus lib. 5. receptarum, in pract. cri. q. 21. nu. 27. Duenas regula 393. limitatione 4. Farinacius* alios referens *in sua practica criminali, par. 1. tomo 2. titul. de carceribus. q. 30. à num. 125. vsque ad 126. Gomez de Almejcua tractatu de potestate in seipsum, lib. 2. c. 10. n. 1.*

28 Tertia sententia extendit iuramentum, hoc non obligare, non tantum quando timetur periculum iniustæ mortis, sed etiam quando timetur quodcumque iniustum personæ periculum secus si tãtum rerum. Sic *Abbas c. Sicut, el. 1. n. 4. de iureiurand.*

29 Quarta sententia extendit vt non obliget id iuramentum, etiam quando timetur iniusta sententia, in famę, aut rei familiaris detrimentum: & id siue carcer alias esset iustus, siue iniuriosus. Quia quamuis sit dominus quispiam rei suæ familiaris, & famæ, non licet ea absq; iusta causa prodigere. Præterea quia etsi carcer esset alias iustus, redditur iniustus timore sententiæ iniustæ. Hanc sustinet *Vasquez 1. 2. q. 96. art. 5. disput. 174. cap. 3. à nu. 35. vsque ad 39.* Qui tamen num. 38. hoc limitat, quãdo custos carceris est particeps iniquitatis iudicis, nã si custos ille in bona fide esset, & iuramentum illi de reditu præstaretur, obligaret (inquit) iuramentum, siue damnum imminens custodi esset in corpore, siue in bonis. Quippe tunc esset actus virtutis, offerre se morti, & iniustæ sententiæ, pro liberando innocente.

30 Quinta sententia sustinet teneri hunc redire, si carcer iustus sit, quamuis mors iniusta timeatur: secus quãdo carcer est iniustus. Ita *Nauar. summa, cap. 12. nu. decimo octauo.*

31 Rursus inter Doctores allegatos, quatenus aiunt teneri damnandum morte iniusta redire ad carcerem, est discordia. Quidam enim aiunt non tantum non teneri redire, sed etiam peccare grauiter redeundo. Quia est tenere se morti offerre. Sic *Couarruias, Plaza Seraphinus, vbi eos retuli, num. 27. Guttierez relatus, num. 26. Vasquez eodem cap. 5. nu 27. Farinacius eodem quæst. 30. nu. 125.* Alij vero negãt hanc obligationem. Sic *Sayro eod. cap. 18. n. 27. Gomez de Almejcua eod. c. 10. à nu. 2.* vbi late id probat.

32 Cęterum multo probabilius est, teneri hunc redire ad carcerem quãtumuis iniuriosum, etsi iniustam mortis pœnam timeat Probatur, quia hæc promissio fuit prudens, cum absque illa nequiret iurans exitum obtinere ad res suas componendas. nec circa rem promissam est facta aliqua mutatio, promisit enim redire conscius iniuriæ, & periculi iniustæ damnationis. Ergo prudenter exequi potest, ac subinde obligabit iuramentum. Quippe exequutio nil aliud est, q̃ promissionis completio. Secũdo, quia supposita promissione hic reditus est opus virtutis fidelitatis, veracitatis, & fortitudinis, & patientiæ. Nec inde sequitur obligari hũc ad reditum, secluso iuramento: hęc enim causæ sat sunt ad reddendam promissionis exequutionem licitã, & honestam, non tamen ad obligandum virtute promissionis iuramento destitutę. Vt n. 3. diximus vbi et probauimus nõ desiderari redẽtionem vexationis, vt similis promissio obliget Nec in hac promissione deficit ea redẽptio vexationis. Iurans enĩ promittendo redtitũ, redimit vexationem, quam patitur denegato sibi exitu necessario ad componendũ res suas. Tandem quia etsi se occidere sit intrinsece malũ, & subinde numq̃ liceat: at non fugere

peri-

periculum mortis,& illi se exponere interdum licet ex causa iusta: nedum quando homo non se de nouo conijcit in illud, sed ex cā iusta ratione seruandi iuramenti, restituit se in pristinū periculum. Et ex his constat solutio ad contrarias rationes propositas n. 27. & ideo hanc sententiā tuentur. *Romanus l. Stipulationes non diuiduntur, num. 8. ff. de verbo. oblig. Caietan. 2. 2. q. 89. ar. 7. colu. penultima, versi.* Ex his autem. *Angelus verbo Iuramentum, 5. nu. 37. Syluest. verbo Iuramētum, 4. q. 26. Tabiena verbo iurare, q. 10. nu. 11. Armilla verbo Iuramentum, nu. 13. Toledo lib. 4. summa, c. 22. nu. 2. vers. Alterum est. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de iuramento lib. 2. c. 10. nu. 14. & 15. Leonardus lib. 2. de iust. c. 42. dubio 6. num. 28.*

33 Atque idem prorsus dicendum est de eo, qui iurauit non fugere è carcere iniurioso. Quia eodem prorsus est ratio non fugiendi ex illo, & redeundi ad illū. Sic *Tabiena, & Armilla ibidem.*

34 Et tamen sententia hæc rēperanda, nisi iurans tempore quo iurauit reditum, aut fugere, ignorauit tantum esse periculum: data enim hac ignorantia non ligabitur iuramento, sed cognito periculo poterit non redire, aut fugere, quamuis carcer & pœna inserenda sint iusta. Quia quamuis implere id iuramentum sit licitum, & subinde videatur sequi obligare: at nō obligat ratione tacitæ conditionis imbibitæ in eo iuramēto, nempe, si res non sint notabiliter mutatę: est autem in hoc casu notabilis mutatio in iurātis æstimatione. Nec obstat fore vt iuraret conscius periculi, eo quod alias nō sibi concederetur exitus. Quia nō est spectandum quid ille iuraturus esset, sed quid iurauit. Atque ita optime hoc docet *Suarez eod. c. 10. n. 16.*

35 Quando autem aut carcer est iniuriosus, aut pœna inferenda est iniusta, potest iuramenti huius redeūdi, aut non fugiendi, relaxatio obtineri ab Episcopo. Sicut in iuramentis metu, aut per iniuriam extortis contingit. Quia in ea inclusione, aut pęna, irrogatur re vera iniuria. Quod clare significant *Abbas c. Inter alia, in fine, de immunitate eccl. Tabiena, & Armilla vbi nu. 32. retuli,* aiunt enim teneri hunc redire, nisi iuramentum relaxetur. Et in proprijs terminis docent *Suarez eod. c. 10. nu. 16. Manuel 1. tomo summa in secunda editione. c. 40. n. 3. Emmanuel Sa summa, verbo Iuramentum nu. 11.* Addit autem bene *Suarez ibi cum Soto lib. 8. de iustit. q. 1. art. 7. in solutione ad 3. ver. In quarto membro,* cauendū esse scandalum religionis Christianæ: si enim captiuus apud infideles iurasset reditum, aut se missurum redemptionis pretium, non esset integrum petere huius iuramenti relaxationem, nec ea vti. Quia esset in magnum religionis Christianæ detrimentum. Nec prædictæ iuramenti redeundi ad carcerem iniquum relaxationi obstat damnum custodis. Vt bene ait *Manuel eod. c. 40. n. 3. & reliqui citati* satis innuunt, cum indistincte loquantur, & constet communiter custodem carceris esse innocentem, & pati id damnum. Quia adhuc iurans patitur iniuriam à Iudice, quam vt redimat, iurat.

36 Immo quidam dicunt esse hanc relaxationem cōcedendam, etsi carcer, & mors sint iusta: ob naturale cōseruandæ vitæ ius. Sic. *Ludouicus Lopez 1. p. instructorij conscientiæ, c. 42. col. 6. vers. Qui iurat redire.* Et idem aliqui, quos tacito nomine refert *Manuel eod. c. 40. n. 3.* qui addit id sibi esse valde dubium, nisi alia via compensetur damnum custodis. At nec cum hæc limitatione id placet. Quia est iuramentum præstitum in fauorem tertij, & nulla est iniuria, aut turpitudo in custode, nec in iudice.

37 Tandem respondetur argumenta proposita nu. decimotertio, ad probandum iuramentum metu exortū non obligare. Ad primum sumptum ex *c. 2. de iureiur. Glossa ibi verbo Rebus,* dicit eum textum intelligi de iuramento non repetendi res Ecclesiæ, & ideo iuramentum illud non obligasse, tanquā contra bonos mores. Quia tenetur ex officio Episcopus res Ecclesię conseruare. Et dum dicit Pontifex *eod. c.* se illum Episcopum absoluere à iuramento, explicat *Glossa verbo Absoluimus,* idest, absolutum esse ostendimus. Et hunc intellectum sequitur dicens esse communem Doctorum *Felinus ibi. n. 1.* & inter duos quos ponit *ibi Abbas n. 1.* hic est vnus. Sed mihi non placet: tum quia textus dicit, *rebus suis:* at res Ecclesiæ valde improprie dicūtur Episcopi: tum præcipue ex finalibus verbis illius textus id probatur, ibi: *Quem tamē absoluimus, quia nefandissima coactione iurauit.* Vbi Pontifex reddit causam absolutionis esse metum: quod non verificaretur, si absolutio non sumeretur proprie, sed pro declaratione non obligatione iuramenti: metus enim non efficit vt deobliget iuramentum, sed vt iuste relaxetur. Præterea causa non obligationis nequaq̄ esset metus in hoc euentu, neutiquam enim obligaret, etsi sponte pręstitum esset, eo quod sit contra bonos mores. Et ideo legitimus intellectus est alter, quem *ibi* tradit *Abbas,* vt dicatur id iuramentum nullius momenti quo ad effectum confirmandi irreuocabiliter illius contractus, ita vt nō sit locus relaxationi: & ita verborum, *absoluimus:* sumitur ibi proprie. Ad secundum respondet eodem modo *Greg. Lopez in eadem lege verbo. Non es tenudo,* vt intelligatur cum effectu, nam id iuramentum est relaxandum. Ad tertium, & quartum, constat ex dictis nu. 15.

SVMMARIVM.

Dolus, & error in quo differant, & quando censeatur antecedens seu dans causam contractui, & quando comitans seu non dans causam illi, num. 38.

Vterq; error potest esse circa substantiam, aut circa alias qualitates, nu. 39.

An vt iuramentum sit irritum ratione doli, referat aliquid eum esse cum iniuria, aut errorem absq; illa, nu. 40.

Refertur quadam sententia circa iuramentum dolo factum, nu. 41.

Explicatur sententia Authoris, quando est circa rei substantiam dolus, aut error nu. 42. & 43. & 44. & 45.

Quando dolus, aut error est circa alias qualitates, aut etiam ignorantia negatiua? Remissiue, n. 46.

An iuramentum accedens contractibus de iure inualidis si dolo sit præstitum, obliget, nu. 47.

38 QVæstio vltima. An iuramentū dolo, vel errore, vel ignorantia pręstitum, sit irritum. Præmittendum est duplicem esse errorem, & similiter ignorantiā, aut dolum. Hæc enim inter se differunt, quod dolus importet deceptionem iniuriosam ex parte petentis iuramentum: quam error minime petit. Ignorātia autem latius patet quā error, est enim quædā pure negatiua, quæ scilicet, meram scientiæ priuationem importat; alia autem positiua, quæ est idem cum errore, quæ nimirum, importat cognitionem aliquā erroneam. Est igitur duplex error, & sic de ignorantia, & dolo (vt ait *Diuus Tho. 1. 2. q. 6. art. 8.* loquens de ignorantia.) Quidam est antecedens actum, qui, s. inducit ad actum faciendum, ac ipsi causam præbet, ita vt ipso non existēte actus nequaquam fieret: atq; ita efficit vt actus sit inuoluntarius: cum nihil volitum, quin præcognitum. Alter vero est concomitans actum, qui scilicet, non inducit ad volendum actum sed ita concumitatur actū, vt eo non existente actus fieret. Et ideo (vt ait *D. Tho. ibid. alleg. Philosopho,*) hic error non efficit inuoluntarium; quod non sit causa alicuius repugnantis voluntati, immo amplectēdi ab ipsa volūtate, eo errore deficienti: quare per accidens se habet ad actum: sed efficit non voluntarium eo quod actu volitum esse nequeat, quod ignoratum est. Priorem errorem quando cū alicuius dolo contingit, appellant iurisperiti *[illegible] ff. de dolo.* dolum dantem causam cōtractui, quod, si is non adesset, contractus non iretur. Posteriorem

autem

autem vocat incidentem in contractum, quia eo non existente contractus adhuc iniretur, atque ideo non est causa contractus. Priorem etiam solent vocare, ex proposito contingentem; posteriorem autem, sola re ipsa contingentem.

39 Atque sicut in matrimonio contingit dupliciter vterque error, priori modo, circa substantiam personæ, vt quando creditur esse vnam, cum sit alia. Posteriori modo, quando est tantum circa qualitates non spectantes ad substantiam ipsius actus, nec ad rationem formalem, & essentialem eius, sed ad extrinseca motiua applicantia voluntatem. Sic in præsenti potest esse error circa substantiam rei iuramento promissæ, vel solum circa qualitatem, vel conditionem mouentem ad iurandum.

40 Secundo præmittendum est, quo ad præsentem quæstionem nil referre, an iuramentum dolo illud petentis præstetur, an mero iurantis errore, absque aliqua iniuria sibi illata. Quia iniuria sola non deficienti consensu minime sufficit ad impediendum iuramenti valorem, vt constat ex dictis de iuramento metu extorto. Quare tota hęc difficultas eo solum pertinet ad discernendum, quando censeatur talis error, vt consensum iurantis in rem iuratam auferat, ac proinde defectu huius consensus reddatur iuramentum nullum. At in auferendo, vel non auferendo consensum, æqualia sunt dolus, & error: differunt autem quo ad solam iniuriam in solo dolo clausam: (vt diximus num. 28) quę non confert ad tollendum iuramenti valorem. Atque ita docet *Suarez tom. 2. de religione, tractatu de iuramento lib. 2. c. 11. n. 1.*

41 His ergo præmissis, communis authorum distinctio in hac quæstione est, vt si dolus aut error, sit antecedés, seu dans causam contractui, seu ex proposito contingens, (hæc enim esse synonyma diximus nu. 38.) iuramentum illo præstitum sit prorsus irritum, nullaque relaxatione indigeat; secus autem si dolus, aut error, sit concomitans, seu non dans causam contractui, seu re ipse contingens. Quia in priori casu deficit consensus. (Vt num. 38. diximus.) Idque constat ex *l. 1. ff. de dolo, & ex l. regia 57. tit. 5. par. 5.* At in posteriori non deficit consensus. Atque ita docent *Abbas cap. Cum contingat, num. 3. & 13. de iureiur. & ibi Alciatus, num. 13. & 14. & l. Pacta quæ contra, numer. 41. C. de pactis. Selua de iuramente 3. p. q. 10. num. vlt. D. Anton. 2. part. tit. 10. c. 6. casu 5. Angelus verbo Iuramentum 5. numero 32 Syluest. verbo Iuramentum 4. q. 8. & verbo Iuramentum 5. quæst. 12. Nauarr. summa, cap. 12. numer 13. Couar. lib. 1. variarum cap 4. numer. 6 fine, & de pactis 3. part. §. 4. numero 2. fine. Seraphinus de priuilegiis iuramenti, priuilegio 83. numer. 63. Padilla l. 2. numer. 4. C. de rescind. vend. Molina citatis Decio, & Alexandro, lib 2. de primogenijs, cap. 3. numer. 25. Guttierez de iuramento 1. par. c. 37. num. 12. Emmanuel Sa in summa, verbo Iuramentum, numer. 9. Azor tomo 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 7. q. 3.* Et notat *Alciatus eo. c. Cum contingat, num. 13. & 14.* quamuis vt contractus sit nullus ipso iure ex dolo dante illi causam, an solum annullandus, attendatur an contractus sit bonæ fidei, an stricti iuris: at id non attendi ad nullitatem iuramenti ex eo dolo procedenus.

42 Prima tamen conclusio sit. Quando error, vel dolus antecedens, seu dans causam contractui, seu ex proposito contingens, est circa substantiam rei iuramento promissæ, nil prorsus valet iuramentum, nec relaxatione indiget. Et in hoc casu est certissima prior pars distinctionis communis adductæ numero præcedenti. Et docent *Suarez eodem c. 11. n. 5. Leonardus libro secundo de iustitia, c. 42. dubio 7. nu. 33.* Exemplum sit vt si quis iuret alicui dare terr, quam putat esse vitream, ac postea inueniat esse gemmam. Ratio est aperta, quia hic error tollit consensum, ac proinde reddit irritum matrimonium. Vt late probaui libro septimo de matrim. disputat. 18. numer. 12. errantis enim nullus est consensus, aut voluntas, *l. Si per errorem, ff. de iurisdict. omnium iudic. l. Cum testamentum, & l. Non idcirco C. de iuris, & facti ignor.* Est tamen caute intelligendum, dum dicunt Doctores hunc iuramentum esse irritum, vt intelligatur respectu rei, circa quam versatur error, si enim res, quam iurans existimabat, sit diuidua ab ea, in qua errauit, obligabit iuramentum ad rem existimatam, nisi aliunde constet intentionem iurantis limitatam esse ad illam rem numero. Quia quo ad illā rem existimatam adfuit verus consensus.

43 Secunda conclusio. Idem prorsus dicendum est, etsi huiusmodi error, seu dolus circa substātiam rei iuratæ, sit non dans causam promissioni, seu sit concomitans, seu incidens in contractum, seu sola re ipsa contingens. Quod constat ex ijs, quæ dixi lib. 7. de matrim. disp. 18. n. 6. vbi cum aliquibus contra alios probaui huiusmodi errore irritari matrimonium. Quia ad valorem iuramenti, & matrimonij, sunt necessaria consensus, & voluntas positiua. At error concomitans, quamuis nō efficiat actum esse inuoluntarium, at efficit esse non voluntarium, & tollit actualem consensum in rem illam promissam, circa quam erratur (Vt probaui nu. 38. Atque vltra Doctores, quos ea disputat. 18. numero sexto adduxi docentes in matrimonio, tradit loquens etiā de iuramento *Suarez eodem cap. 11. vndecimo, numero septimo.*

44 Immo nec valeret huiusmodi iuramentum, quamuis iurans tempore illius iuramenti hunc actum eliceret, iuraremetsi scirem esse aliam rem à promissa: sed oportet ad iuramenti valorem adsit tunc temporis intentio iurandi, etiam si res diuersa sit ab ea, quam iurans existimat. Sicut ad valorem matrimonij cum errore concomitanti personæ, (vt probaui ea disputat. 18. num. 6. cum alijs Doctoribus,) non sufficit tempore matrimonij hunc actum elicere, ducerem, si nossem hanc esse Mariam, quam puto esse Ioannā: sed oportet adsit consensus de præsenti, vt te duco, etiam si sis Ioanna. Quia ad matrimonium, & iuramentum, exigitur consensus de præsenti, qualis minime clauditur in eo consensu conditionali, hoc facerem, si scirem. Atque ita in proprijs iuramenti terminis docet *Suarez eodem c. 11. num. 8.*

45 Atque nil refert, siue hic error, seu dolus, esset inuincibilis, & prudens, siue crassissimus, & fatuus: vterque enim circa substantiam rei contingens irritat iuramentum. Quia aufert directum consensum, directamque voluntatem, & solum censetur indirecta voluntas, quando error est fatuus, & culpabilis. At indirecta voluntas seu interpretatiua. Quam ad votum non sufficere, explicabimus lib. sequenti cap. 1. Et ideo matrimonium ex fatuo, & crassissimo personæ errore procedēs esse irritum, probaui eadem disputatione 18. num. septimo.

46 Demum quando error est circa alias qualitates rei promissæ, nil est in præsenti dicendum, quia de ignorantia, & errore circa similes qualitates est late dicendum l. sequenti cap. 1. & 2. Atque eadem ratio est de iuramento.

47 Quando autem dolus talis est, vt non auferet consensum, an accedens iuramentum illo extortum contracti bus iure inualidis, & ratione solius iuramenti obligaturis, valeat, an prorsus sit irritum. Eadem est quæstio, quando iuramentum est metu extortum, & eędem sunt opiniones, quas numero decimo nono, & vigesimo retulimus. Quia textus pro priori sententia ibi adducti loquuntur æque de iuramento per metum, & dolum

CAPVT.

CAPVT XII.

Qualiter vltra implendi obligationem, iuràmentum vim habeat confirmandi contractus, quamuis iure inualidos, & contra prius iuramentum initos: & quando eam vim habear: & quos peculiares effectus hæc confirmatio producat vltra obligationem iuramenti.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 1.
Quid sit contractus confirmari iuramento, nu. 2.
Quo iure id competat iuramento, nu. 3.
An iuramentum eam vim aliquo iure habeat? Refertur quædam sententia, nu. 4.
Explicatur sententia Authoris, nu. 5.
Quale debeat esse iuramentum, vt hanc vim habeat? Remissiuè, nu. 6.
Soluuntur contraria, nu. 7.
Post nu. 7. inuenies alia summaria.

1 DIsputatio hæc grauissima est, atque in ea quintuplex quæstio disputãda inuoluitur. Prima est. An iuramentũ vltra vim obligandi ad rem iuratam exequendam, habeat quoque vim confirmandi contractus, qui adijcitur. Secunda est. An eam vim habeat ẽt respectu contractuum, qui sunt iure ipso irriti. Tertia est. An etiam respectu contractuum, qui contra prius iuramentum ineuntur. Quarta est. Quibus regulis dignoscetur, quando iuramentum eam vim habeat. Vltima est. Quos effectus peculiares producat hæc confirmatio contractus, qui non inueniuntur in iuramento solam obligandi virtutem habenti.

2 Quæstio prima. An iuramentum vltra vim obligandi ad rem iuratã exequendam, habeat quoq; vim cõfirmandi cõtractus, cui adijcitur? Ad cuius intelligentiam duo præmittere oportet. Prius est, dupliciter põt intelligi contractũ firmari iuramento. Priori modo, qñ contractus secluso iuramento erat in se validus at infirmus, eo q̃ poterat reuocari, seu fas erat contra ipsum reclamare: at virtute iuramenti efficitur irreuocabilis, & ea reclamandi facultas denegatur. Posteriori modo, qñ contractus erat in se iure ipso inualidus, at virtute iuramenti adiecti ita firmatur, vt fiat validus, aut saltẽ effectus omnes producat, quos haberet, si validus esset. Prioris generis cõtractus sunt, quos minor cum sui curatoris authoritate init, absq; iuramento tamen, & cum decreto ẽt iudicis, qñ sunt circa res immobiles: qui quidem validi sunt; at minor ex eis læsus potest reclamare implorando beneficium restitutionis. Et similiter sunt eiusdem generis contractus, quos minor curatore carens init. Posterioris generis sunt contractus, quos minor curatorẽ habens contrahit, absq; eius authoritate. Vt hæc constant ex *l. Si curatorẽ 3. C. de in integrum restit. & l. regia 25. tit. 4. p. 3. & l. 5. tit. 11. p. 5.* Et multi alij contractus sunt huiusmodi. Præsens ergo difficultas non versatur circa modum, quo iuramentum cõfirmat cõtractum, vtro horum modorum id efficit: id enim spectat ad secundam quæstionẽ disputandam à n. 8. sed tantum generaliter petit, an hæc confirmandi contractus vis insit iuramento, siue priori, siue posteriori, siue vtroque modo: an potius solam vim obligandi habeat, relicto cõtractu in sua pristina natura, quam absque iuramento habeat.

3 Posterius est. Iuramẽtum nequaquam habere potest hanc confirmãdi cõtractus vim ex sua natura, nec ex iure aliquo naturali. Quare si illã habere dẽt, id vtique debet esse ex adminiculo iuris positiui, siue canonici, siue ciuilis, eam vim iuramento tribuentis. Constat, quia iurm suapte natura, & ex sua institutione eãdem vim semper habet, at constat quandoq; nõ confirmare contractus, vt quando sunt per iniuriã, aut metum extorti. Ergo ad ius aliqđ positiuum est confugiẽdum quod eã vim in quibusdã casibus iuramento tribuat, & in alijs deneget. Secũdò quia iurm est suapte natura institutum ad confirmandam veritatem: atq; adeo ex sua natura tantùm petit inducere obligationem ad faciendam veram rem iuratã: ad quod non est necessariũ, vt habeat vim confirmandi contractus, sed satis est inducere prædictã obligationẽ. Vt constat in iur͠o adiecto contractibus per iniuriã, aut metum extortis, in quibus iuramentum gaudet sua plena confirmãdę veritatis virtute, & ad illam plenè obligat, cùm tamẽ neutiquam illos confirmat. Atque ideo hanc partẽ expresse docent multi, qui dicũt iure antiquiori caruisse iuramentum hac vi cõfirmandi contractus, ac solo iure nouiori illa gaudere. Hi sunt *Baldus auth. Sacramẽta puberum, n. 4. C. si aduersus vẽditionem. Et ibi Paulus in repetitione n. 17. & in lectura nu. 7. Butrigarius paulo post principium Corneus in repetitione n. 32. Guttier. ibi n. 24. Idem Paulus l. Si quis pro eo. in principio n. 4. ff. de fideiussor.* Et in proprijs terminis tradit *Suarez. to. 2. de religione tractatu de iuramento, lib. 2. c. 28. n. 3.*

4 His præmissis difficultas huius quæstionis est, an detur ius aliquod canonicũ, vel ciuile tribuens hãc confirmandi contractus vim iuramento, & proinde illã habeat. Quidã tenent nullo iure hanc vim inesse iuramẽto, sed obligare tantùm ad contractum seruãdum, relicto illo in sua pristina natura, & ideo si secluso iur͠o erat inualidus, manere illũ inualidũ; & si erat validus, at beneficio restitutionis implorato rescindẽdus, posse adhuc rescindi. Ducũtur, quia textus, quibus cõtrarij innituntur, minimè hãc vim probat, sed tantum obligationem iuramenti ad rem iuratã exequendam. Nam *auth. Sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem*, quæ agit de contractibus minorũ, tantũ decidit iuramẽta illis adiecta esse inuiolabiliter seruãda: quod satis verificatur seruanda obligationem inductã ex iuramento, faciendo verum quod iuratur. Atq; similiter iuramentũ metu, & iniuria extortum, est inuiolabiliter ante legitimã relaxationem obseruãdum, cum tamen contractũ non confirmet. Nec hãc confirmationem ẽt probat textus in *c. Cum contingat. de iureiur.* vbi de alienatione fundi dotalis iurata est sermo, tm̃ eñ ibi sic dicitur: *Nec tamen tali prætextu viam contingat periurijs aperiri, mulieres ipsa seruare debent huiusm di iuramẽta.* Nec repetitio ibi denegata hanc cõfirmationẽ probat. Quia ea non est denegata ratione cõfirmationis contractus, sed quia erat contraria iurm nõ cõtraueniẽdi illi pacto, quod ibi factum est. Et ideo non fas est repetere vsuras iuratas, quãdo iurm nõ fuit solùm alias soluendi, sed nõ cõtraueniendi solutioni: cũ tñ is contractus non firmetur iur͠o. Nec textus *c. 2. de iureiur. in 6.* vbi de eadẽ alienatione est sermo, id probat: tãtùm enim ibi dicitur, *Seruare huiusmodi iurm teneantur.* Nec *c. Quamuis pactum, de pactis in 6.* id probat, vbi sermo est de renũciatione hæreditatis iurata. Quippe ibi tantùm sic dicitur, *Omnin seruari debebit, cum non vergat in æternæ salutis dispendium.* Quæ verba nõ ad pactũ, sed ad iurm vidẽtur referri: tũ quia vox, iurm, proximè præcesserat, tũ ẽt quia ratio assignata illi cõgruit. Et esto referantur ad pactũ, tamẽ probat id ratione iuramenti esse omnino seruandum. Quod etiam de iurata vsurarum solutione est verum. Et cõfirmatur, quia ratio tradita eo *c. Quãuis pactum, & eo. c. Cum contingat*, cur iuramentum illud sit seruãdum, est, ne detur via periurijs, & quia nõ vergit in æternæ salutis dispendium, nec in alterius detrimentũ. Quæ ratio solam iuramenti obseruantiam probat: atq; ob eandem rationem est obseruãdum iuramentum soluẽdi vsuras: cum tamen non confirmet contractum.

Et amplius cõfirmatur, quia nec hæc confirmatio deducitur ex exceptione in illis textibus adducta, nempe, si iusm, vi, aut dolo extortum sit. Quia etsi tũc ẽt obliget iusm, iuxta dicta c. præced. ac proĩde videatur exceptio falsa, si de sola iuramenti obligatione ibi ageretur, at in hoc versatur differentia, quòd iura spõtanea nõ habẽt in se inclusã cãm illa relaxandi; quare si aliũde causa nõ accidat, sunt oĩno, & inuiolabiliter obseruanda. At metu, aut dolo extorta habent in se eã causam inclusam, & ideo facilè iurãs potest relaxationem obtinere, & eorum obligatione liberari. Secũdò, principaliter probatur hæc sententia. Quia data hæc cõfirmatione per iusm, nequaquã esset consultũ imbecilli minorum iudicio in rebus suis alienãdis, & fragilitati mulierũ in alienando fundo dotali: nam qua facilitate ducuntur ad alienandum, eadem ẽt iurabunt: & sic frustrabitur iuris ciuilis finis interdicẽtis eas alienationes absq; certis solemnitatibus, vt prædictis cõsuleret. Tandẽ id probatur ex vulgari axiomate, quod habet iusiurandum intelligi & regulari iuxta naturã actus, super quo interponitur, omnesq; qualitates & conditiones illius recipere. Idque probatur ex *l. finali C. de nõ numerata pecunia.* Atque ita multi Doctores asserũt iuramentum nõ augere obligationẽ, sed actui intra suos limites manenti addere vinculũ religionis, quos c. 17. referemus agentes de hoc axiomate. Ergo iusm minimè cõfirmat cõtractũ, sed illũ in pristina sua natura relinquit. Et ideo hanc sententiam tenentur *Iason d. auth. Sacramenta puberum, n. 5. & n. 36. & 37. Ignatus in repetitione eiusdem au. h. n. & n. 32. Porrius §. Extraneus. nu. 12 instit. de hæredum qualitate & differentia.*

5 Cæterùm communissima, ac verissima sententia, & vbique recepta habet iuramẽto vltra vim obligãdi ad seruandam veritatem rei iuratæ, inesse quandoq; vim confirmãdi cõtractus, cui adijcitur. Quod apertè probatur ex diuersissimo loquẽdi modo textuum, quãdo agunt de iuramento non confirmante contractum, & de confirmante. Nam in priori casu dicunt iuramẽto semel impleto, cõpellendum esse creditorẽ reddere iuranti vsuras virtute iusi solutas. Vt constat ex *c. Debitores de iureiur.* Aut dicunt iusm non esse seruandũ. Vt constat à cõtrario sensu ex *c. Quãuis pactũ de pact. in 6. & c. 2. de iureiur. eo. li. & cap. Cùm cõtingat, de iureiu.* In quibus textibus est sermo de iuramẽto per vim, aut dolum extorto. Et in *auth. Sacramenta puberũ C. si aduersus venditionẽ,* de eodẽ iuso dicitur id esse nullius momenti. At cùm sermo sit de iuso confirmanti cõtractu dicitur id esse oĩno seruandum. Vt constat ex *d. c. Quãuis pactum,* ibi: *Omnino seruari debebit.* Quæ dictio, *omnino,* significat contractum omnino firmum, & irreuocabilẽ manere. Vt ibi animaduertunt *Dominicus n. 3. et Francus n. 4.* Nã ea dictio importat absq; aliqua dispẽsatione, & absque vlla exceptione, & sine remedio, & ad vnguẽ, & importat præcisã executionẽ. Vt ex multis probant lib. de matrimon. disput. 22. n. 6. *& d. authent. Sacramenta puberum* dicitur id iusm esse inuiolabiliter obseruandum. Et *c. 2. de iureiur. in 6.* interdicitur audiri mulieres contra alienationẽ fundi dotalis iuso firmatam. Cùm ergo in vtroq; casu iusm vim obligandi habeat, iam diuersus loquendi modus de vtroq; indicat satis apertè in posteriori casu non solam obligãdi vim iuso inesse, sed vim quoq; confirmãdi contractus, reddendo eum oĩno firmũ, & irreuocabilẽ. Atq; clariùs hãc partem probat textus *d. c. Quamuis pactũ,* in ijs verbis. *Si tamen iuramento non vi, nec dolo præstito firmatum fuerit, omnino seruari debebit.* Quæ verba non ad iusm, sed ad pactũ videntur referri, cũ de pacto ibi sit sermo. Et ita eũ textũ intelligit *ibi Glossa verbo Seruari,* & clariùs *Couar. de pact. 2. p. §. 4. nu. 8. fine.* Sentit ergo textus id pactum iuso firmari. Nec obstat rõnẽ in prædictis textibus traditã esse, quia id iusm possit absq; peccato seruari, quæ ratio solã iusi obligationẽ probat. Nã nõ ea præcisa ratio in ijs textibus traditur, sed additur ea iuramẽta fuisse spõte præstita, & nõ per vim, aut dolũ. Quæ ratio integrè accepta nõn põt accomodari soli obligationi iuramenti: cum hęc quoque oriatur ex iuramento nõ sponte præstito, vt cõstat ex dictis c. præced. & ea sit sufficiens vt iuso, in quo illæ cõditiones reperiũtur, satis sit ad cõfirmandũ contractũ. Vt constabit ex dicendis a n. 42. Tandem probatur, quia multi effectus reperiuntur in iuso, vno, qui in altero nunquam inueniuntur. Vt latè probauimus à n. 5. Ergo apertum est signum, iusm habens illos effectus firmare cõtractũ. si. n. vtrũq; solã obligãdi vim haberet, non produceret alterũ iam diuersos effectus. Et iõ hanc partẽ tenent oẽs Doctores referendi à n. 8. pro sententijs ibi citandis, oẽs enim illi tribuunt hanc virtutem iuramento, & tantùm discrepant circa contractus eo firmandos.

6 Qualiter aũt præstari debeat iusm, vt hanc vim cõfirmandi contractus habeat, dicemus n. 16. & sequent.

7 Ad argumenta prioris sententiæ relata nu. 4. respondetur. Ad primũ, cũ duplici sua confirmatione cõstat ex dictis n. 5. Ad secundũ respondetur pp reuerẽtiã, & authoritatẽ huius sacramẽti nõ fore eãdem facilitatẽ. Quippe ad iusm præsumitur quis magis deliberate accedere. Vt tradit *Alexan. cum alijs in rubrica ff. de verb. sign. fin. ẽt sic.* Et propter illius reuerentiã id vtroq; iure statutum est. Ad vltimũ dic id axioma limitari multipliciter, vt latius videbimus agẽtes de illo c. 17. & quo ad præsens attinet, est limitãdũ, vt non intelligatur in oĩbus illis casibus, in quib. actus cessante iuso est inualidus, aut infirmus, & valorẽ firmitatemve recipit ex iuso. Tunc enĩ sequitur naturã actus, cui adhæret, sed eius obligationẽ auget. Vt bene ait esse indubitatum *Vincentius Mancinus tractat. de iuramento 4. p. effectu 9. num. 10.*

SVMMARIVM.

An iuramentum vim habeat confirmandi contractus omnino inualidos? Refertur triplex sententia, n. 8. 9. & 10.

Explicatur sententia Authoris, & reprobantur contraria, num. 11. 12. & 13.

Explicatur qualiter contractus minorum absque curatoris authoritate, & imobilium absque iudicis decreto firmentur iuramento, eod. nu. 12.

An contractus infidelium firmentur iuramento. nu. 14.

An dum contractus inualidi firmantur iuramento, dicantur fieri validi? nu. 15.

An sufficiat ad hanc confirmationẽ iusm de præsenti, nu. 16.

An satis sit simplex de futuro, vt soluendi perdita pecunijs creditis, aut non reuocandi testamenti, aut instituendi alicuius hæredis: & hæ promissiones firmentur iuramento, ita vt relaxationi illius non sit locus? Refertur quædam sententia, nu. 17. & alia nu. 18.

Explicatur sententia Authoris, nu. 19. 20. 21. & 22.

Qualiter transeat ad hæredes iuramentum non reuocandi testamenti, instituendi alicuius hæredis; soluendi amissa pecunijs creditis, aut illa non repetendi? Remissiuè, n. 23.

An hoc iusm cõfirmãs possit præstari per procuratorem, n. 24

An dicurandi mendacium concessum a minori indiget iuramento, ne restitui possit, nu. 25.

Quid si sola constitutio procuratoris ad contrahendum iuretur, num. 26.

An iuramentum impuberis confirmet eius contractus? Refertur quædam sententia. num. 27.

Explicatur sententia Authoris, n. 27. & ibi quid si impubes iuret, & ineat contractum factus pubes, vel è contra ineat impubes, & iuret factus pubes.

An sufficiat id iuramentum præstari ante, vel post contractũ nu. 29. & ibi an oporteat minorem certiorem fieri de beneficio restitutionis sibi competentis.

Soluuntur argumenta, n. 30. & ibi explicatur an authentica Sacramenta puberum, sit fauorabilis, extendatur ad alia.

Post nu. 30. inuenies alia summaria.

8 QVÆSTIO secunda. At iuramentum virtutem habeat confirmandi cõtractus, qui eo secluso sunt iure

re

teiriti? Quadruplex est sententia, Prima negat eā virtutem iuramento, asseritque solum competere respectu contractuum, qui validi sunt; at possunt beneficio restitutionis rescindi. Dicitur, quia *auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vend.* ex qua confirmatio hæc deducitur, sic ait: *Sacramenta puberum sponte facta super contractib. rerum suarum non retractandis, &c.* Vbi ponderandum est id verbum, *super contractibus.* Quippe contractus inualidus non est contractus, *l. Si se nō obtulit. §. Condemnatū, ff de reiud.* Insuper illud verbum, *retractādis.* Quod.n. nullū est, nequit retractari, *C. ad dissoluendū, de despons. impub.* Vbi *Glossa verbo Legitimè,* multa ad hoc probandum congerit. Secundo, quia ea *authentica* venit ad declarandā *l. 1. C. eod. tit. quam Glossa ibi verbo Emptors*, cæter approbata intelligit de validis minorum contractib. Ergo de eisdem dēt intelligi *auth. Interpretans.* Quippe lex interpretans debet intelligi iuxta interpretatā, & recipit oēs declarationes, & limitationes eius, vt ex *auth. nt. de filijs ante instrumentum dotale natis* colligunt passim Doctores: ibi. *Cū omnibus manifestum sit oportere ea, quæ adiecta sunt per interpretationē, in illis valere, in quib. & interpretatis leg. bus sit locus.* Et tradunt multi, quos referunt, & sequuntur *Burgos de Paz leg. 1. Tauri, n. 283. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 4. l. 2. Glos. 9. n. 10.* Tertio ex *l. Non dubium §. in fine C. de legibus,* ibi: *Secundum itaq; prædictā regulā qua vbicumq; non seruari factū legē prohibētecensuimus, certum est nec stipulationem huius tenere, nec mandatum vllius momenti, nec sacramentum admitti.* Et ex *l. Iuris gentium §. Si paciscar, ff. de pactis,* ibi: *Quoties pactum à iure cōi remotum est, seruari hoc non oportet, nec legatum nec iusiurandum de hoc adactum, ne quis agat, seruandū.* Quarto, quia si ea *authentica* intelligatur in cōtractibus validis corrigit ius cōe in eo solo: vt denegetur restitutio minori: at si intelligatur de contractibus inualidis, corrigit ēt in hoc, vt contractus reddatur validus. Et sic lex correctoria extenderetur, contra iura vulgaria. Tandem hanc partem probāt oīa adducta n. Et ideo hanc partem vř tenere *Glossa l. Pactum dotale §. verbo Improbatur C. de collat.* quamuis. n. loquatur in pacto quodā speciali per leges irrito, at probat id non firmari iuramento, per *l. Non dub um C. de legibus:* qui textus videtur vniuersaliter loqui de pactis irritis per leges Et in proprijs terminis docent *Cyn. d. auth. Sacramenta puberum, n. 2. & ibi Petrus de Bella pertica paulo post princ p um. Anton. c. Cum contingat, n. 3. de iureiur. Bar. l. Qui superstitis 93. nu. 4. ff. de acq. hered. Faber instit. Quibus alienare licet, in principio num. 10. Marianus Socinus iunior cons. 48. nu. 17. vol. 1. Igneus l. 1. § Si vir, aut vxor. à num. 15 vsq. ad Sillanianum. Gozadinus consil. 16. num. 1, versic. Sextò talis, Fortunius de vlt. fine, illatione 19. principali, à num. 310. vers. Tertio ex his infero Rolan. consil. 7. num. 39. vol. 3. & cons. 60. num. 76. volum. 4. Vincentius Mancinus tractatu de iuram. par. 4. effectu 1. q. 3. à num. 10.* Et dicit *Alciatus eo. c. Cum contingat, num. 120.* posse optimè defendi hanc partem disputando. Et ait esse valde probabilem *Suarez to. 2. de religione, tractatu de iuramento, lib. 2. c. 29. n. 1.*

9 Secunda sententia ait contractus nō omnino iure irritos, sed quibus deficit sola obligatio ciuilis, firmari iuramento, secus si ita irriti sint, vt nec naturalem obligationem producant. Dicitur primo, quia quando actui nulla prorsus inest obligatio, non habet locum confirmatio illius: neque enim confirmatur nisi qd vim aliquam habet. Secundò, quia quando non est aliqua promissio, quæ secluso iuramento inducat aliquam obligationem naturalem, neutiquā potest ius aliquod parti, cui iuratur, acquiri. Quia quando iuramentum accedit promissioni irritæ, nullum ius parti tribuit: vt cōstat in iuramento soluendi vsuras. Quippe iuramentum non habet vim tribuendi ius aliquod parti, vltra id, quod tribuit ipsa promissio. aliàs ex promissione valida iurata consurgeret triplex obligatio, duplex ex iuramento, nempe, altera erga Deum, altera erga partem: & tertia ex ipsa promissione. Cum tamen ex mente *Diui Thomæ*, & omnium dixerimus c. 9. duplicem solam ex iuramento promissorio oriri. Cum igitur talis promissio tamq̄ irrita nullū ius conferat parti, nullum etiam conferet iuramentū, & subinde nec poterit illam confirmare: quoties. n. cōfirmat, tribuit ius parti. Tandem *Leonardus*, & latius *Suarez statim allegandi*, vt veritatem huius sniæ ostendant, & textibus qui contrarium probare videntur, satisfaciant, dicunt contractib. inualidis, de quibus fit mentio *auth. Sacramento puberum, & cap. Quamuis pactum, de pactis, in 6. & c. 2. de iureiurand. eod. lib. & cap. Cum contingat, de iureiurand.* qui textus hanc confirmationem probant, (vt diximus, nu. 5.) adijci promissionem non reuocandi eos contractus: (vt latius ex *ipso Suarez* ostendetur num. 17.) & licet ipse principalis contractus sit omnino irritus, hæc promissio non contraueniendi non est irrita, sed producit naturalem obligationem: cum enim sit diuersa à principali contractu, irritano huius quæ odiosa est, non debet ad illam irritandam extendi. Iuramentum ergo directè, & formaliter cadit in hanc promissionem, & illam confirmat tanquam validam, & inde mane indirectè principalis contractus confirmatus. Huius sententiæ videtur *Caldas l. Si curatore, verbo Cum non absimilis, num. 24. C. de in integr. rest.* vbi ex eo, quod promissio, & contractus prodigi non obligant naturaliter, quando absque curatore sunt inita, colligit ea non firmari iuramento. Et tenent *Hippolytus de Marsilijs consil. 125. n. 36. Romanus consil. 12. nu. 4. Leonard lib. 2. de iustitia c. 17. dubio 7. num. 56. Suarez eodem c. 29. à nu. 3. vsque ad 25.* & concludit *eo. nu. 25.* numquam firmari contractum omnino irritum, quando non adijcitur ipsi aliqua promissio naturalem obligationem producens.

10 Tertia sententia ait contractus iure ciuili irritos confirmari iuramento, secus de irritis iure canonico. Hanc, tradit *Azor to. 1. Institutionum moralium, lib. 11. c. 7. q. 1. vers. Sed concessis, & sequenti.* Nullam autem huius distinctionis rationem adducit.

11 Vltima sententia (cui tanquam veriori adhæreo) ait contractus iure irritos confirmari iuramento, Probatur, quia alienatio fundi dotalis, renūciatio futuræ successionis, & contractus minorum absque sui curatoris authoritate, & decreto iudicis, quando sunt circa immobilia, sunt iure irrita: & tamen confirmari ea iuramento, per *c. Quamuis pactum, de pactis, in 6. et c. 2. de iureiur. eodem lib. & c. Cum contingat, eod. tit. et auth. Sacramenta puberum C. Si aduersus vendit.* probauimus nu. 5. Et cōfirmatur, quia difficile potest intelligi quomodo promissio alicuius rei nullam inducat obligationem, & promissio illius non reuocandæ eam inducat: cum hæc sit confirmatio rei eiusdē irritæ, & illi accessoria, & ideo sequitur naturam rei principalis confirmandæ: & promissio illa omnino irrita nequit confirmari. Atque nume. sequenti ostendemus posteriorem hanc nō reuocandi promissionem in minoribus non producere aliquando naturalem obligationē, cum tamen confirmetur iureiurando. Secundò, quia etsi nulla oriatur naturalis obligatio ex contractu, eam iure positiuo impediente, est adhuc contractus iuris re naturali attento validus, ac proinde vitium illud iuris positiui purgatur accedente iuramento, & restituitur ille actus in pristinam suam naturam, siue virtute iuramenti redditur in se validus, siue quamuis maneat inualidus, habens effectus omnes contractus validi: & ideo est subiectum quod iuramento confirmari possit, nempe, contractus ille ex sua natura validus. Et confirmatur, quia tunc iuramentum illud non præcise sumptum confert ius parti, sed additum promissioni, quatenus illam reddit validam, saltem quo ad omnes effectus promissionis validæ. Et ideo non sequitur, vt additum promissioni validæ producatur triplex obligatio. Quare hanc partem, loquentes in genere, & indistinctè,

de contractibus irritis, tenuentur Gl. l. 1. verbo Emptori, C. si aduersus vendit. & auth. Sacramenta puberum, verbo Contractus, & ibi Bart. nu. 3. Iaco. de S. Georgio, num. 26. Iacob. Butrig. paulo post princ. Bald. n. 4. Saly. num. 10. Alb. num. 1. Cur. iun. in repetitione eiusdem, num. 53. Corn. in repet. à num. 117. & in lectura, num. 6. super verbo Contractibus. Paulus in repet. à num. 14. vsque ad 18. & num. 29. & in lect. num. 1. 2. & 6. & 7. & 8. Humbertus de Bonenco in repet. num. 5. 6 122. & 123. Fulg. num. 4. & nu. 7. Idem Glos. cap. Quamuis pactum, verbo Seruari, de pactis, in 6. & ibi Monachus, numero 1. & Probus in eius addit. num. 4. Archid. num. 3. Dominicus num. 2. Idem Monachus c. fi. in fi. de foro comp. in 6. & ibi Arch. fin. Anch. c. 2. num. 6. de iureiur. in 6. versic. Quaero an mulier, & ibi Dominicus, num. 7. Francus, num. 1. ibid. Anch. repet. c. Canonum statuta, nu. 58. de consti. Fel. consil. 281. statuto cauetur, in fi. Idem Bart. l. Si quis pro eo in princ. num. 3. iuncto, num. 11. ff. de fideiuss. & ibi Paulus, num. 4. Ang. num. 9. & instituta, quibus alienare licet, §. Nunc admonendi, num. 5. & duplici seq. Idem Bal. l. 1. nu. 2. C. si aduersus venditorem. Et in feudis tit. De pace iuramento firmanda c. 1. §. Item Sacramenta, nu. 2. & nu. 6. Card. c. Cum contingat, num. 1. versic. In glos. vlt. de iureiur. vbi Bald. num. 8. Imola num. 16. Alex. de Neuo, num. 6. Alc. num 95. & 96. & l. Pacta quae contra, num. 23. 24. 25. C. de pact. Idem Alex. de Neuo c. Debitores, nu 12. de iureiur. Alexand. cons. 27. à numer. 5. vsque in fin. Et consil. 125. numer. 5. & 6. vol. 1. Affl. decis. Neapol. 83. num. 3. Gozad. consil. 100. num. 20. versic. Vndecimo. Campesius de dote 4. p. q. 11. numer. vlt. Millis in suo repertorio, verbo Iuramentum, nu. 25. fi. vers. Iuramentum an confirmet. Curt. iun. consil. 47. num. 5. & consil. 118. num. 4. & cons. 152 n. 2. Aretin. consil. 22. nu. 8. versic. Hoc praemisso. Marianus Soc. iun. l. Sciendum, nu. 58. ff. de verb. oblig. & cons. 32. num. 16. & cons. 47. nu. 18. vol. 5. Euerardus loco à vi, & energia iuramenti, num. 5. & seq. & specialiter, numer. 87. Corsetus tractatu de iuramento q. 8. priuilegio 19. num 44. Costa in memorabilibus iuris, verbo Iuramentum, vers. Iuramenti religio, ad fi. Guhiel. de Benedictis c. Rayn. verbo Duas habens filias num. 209. de test. Bauerius tractatu de viribus iuramenti, effectu 23. num. 36. Ang. in summa, verbo Iuramentum 5. nu. 24. Sylu. verbo Iuramentum 4. q. 16. Couar. de pact. 2. p. §. 1. numero 7. versic. Posterioris opinionis. Gregor. Lopez l. 6. verbo Debe, tit. 9. part. 6. Ant. Gomez l. 50. Tauri, num. 4. & tom. 2. variarum c. 14. num. 18. & num. 26. Minchaca de successionum creatione lib. 3. §. 28. num. 28. Ant. de Petrusia repe. l. 1. à num. 128. ff. de iureiur. Anto. Gab. in suis communib. opinionib. lib. 2. tit. de minorib. conclusi. 5. nu. 20. amplia. 9. Riminald. institut. Quibus alienare licet, in princ. à num. 278. Oroscius l. Iurisgentium. §. Iure communi, nu. 5. ff. de pact. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 61. num. 1. Peccius consil. 100 num. 9. vol. 1. Gail in suis obseruationibus lib. 2. obseruatione 41. fi. Fachineus in suis controuersijs, lib. 3. cap. 11. Gutierez de iur. 1. p. cap. 40. num. 3. versic. Tertia opinio, & d. auth. Sacramenta puberum, nu. 10. vsq; ad 30. & à nu. 102. vsq. ad 107. Barbosa l. 1. p. 1. nu. 68. & 69. & l. Alia 15. §. Eleganter, num. 32. ff. sol. mat. Zeph. consil. 403. à n. 24. vol. 3. Eugenius cons. 2. à nu. 6. vol. 1. Mandellus cons. 11 nu. 4. vol. 1. Honded. consil. 33. num. 63. & consil. 42. à nu. 10. vol. 1. Hieron. Gab. cons. 13. nu. 2. & consil. 127 nu. 8. vol. 1. Peregrinus consil. 77. n. 2. vol. 1. Mol. to. 1. de iust. disp. 149. tota col. 1. & 2. to. 2. disput. 515. col. 4. vers. Vtrum autem, & disp. 256. col. 2. versi. Duabus tamen. Reb. de inst. par. 2. lib. 1. q. 9. num. 12. & lib. 5. q. 7. sectione 3. nu. 14 & triplici seq. Emanuel Sà summa, verbo Iuramentum, num. 19. Canedo in suis collectaneis in collectaneo 2. ad 6. Decretalium, num. 3. Mandosius in alleg. 24. ad Lapum, an minor certificatus, in additione, litera P.

12 Et specialiter etsi nulla ex contractu oriatur obligatio naturalis, eum confirmari iuramẽto, clare docent Abbas cap. Cum contingat, num. 8. de iureiur. & fere omnes Doctores citati numero praecedenti, dum affirmant alienationem fundi dotalis factam à muliere, iuramẽto confirmari. Cum tamen communis sententia sit ex ea absque iuramento non oriri obligationem naturalem. Quod docent idem Abbas ibi, nu. 2. Alex. de Neuo eodem cap. cum contingat, nu. 4. Alciatus ibi, nu. 8. Couarr. de pactis 2. p. §. 4. nu. 7. versic. Sextò. Item si minor alienet rem immobilem absque iudicis decreto, non oritur obligatio naturalis. Quia lex tali alienationi resistit l. Si, ad resoluendam 7. & l. Si quidẽ 11 & l. si minor 15. C. de praedijs minorum. Et docent. Bart. l. 1 num. 7. & 8. & ibi Paulus n 6. ff. de nouationibus. Abbas eo cap. Cum contingat, n. 6. Angelus institut. de inutilibus stipulat. §. Pupillus, n. 3. Leon lib. 2. de iustit. cap. 17. dubio 8. n. 61. Et tamen ea alienatio firmatur iuramento. Vt bene docent Glos. l. 1. verbo Emptori, & auth. Sacramenta puberum, verbo Contractibus, C. si aduersus vendit. Paulus in repetitione eius auth. à n. 14. Humbertus de Bonenco in repetitione eiusdem authenticae, nu. 1. & 6. Salyc. eadem auth. nu. 10. & ibi Gutierez nu. 24 Ant. Gomez alios referens to. 2. variarum c. 14. n. 18. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 61. nu. 1. & priuilegio 83. n. 32. Riminaldus institut. quibus alienare licet, §. 2. nu. 24. Azebedo lib. 5. recopilat. regia tit. 2. l. 2. nu. 12. Praeterea si minor curatorem habens contrahat absq; eius authoritate, est valde probabile eum nõ obligari naturaliter. Vt ex multis Doctoribus, & rationibus probaui lib. 6. de matrimon. disput. 38. nu. 20. etsi nu 21. tenuerim tamquam probabilius eum obligari naturaliter. Et Vtrumque fatetur Leonardus proximè citatus. Et tamen is contractus firmatur iuramento. Quia d. authentica Sacramenta puberum loquitur indistinctè de contractibus minorum. Et docent Glos. c. 1. verb. Emptori. Humbertus de Bonenco proximè cit. Bal. in feudis tit de pace iur. firmanda c. 1. §. 1. Et Sacramenta, nu. 6. Alc. l. Pacta, quae contra, num. 23. & 25. & 25. C. de pactis. Euerardus loco à vi, & energia iuramenti, nu. 2. Ant. Gab. in suis communibus opinionibus. lib. 2. tit de minorib. conclusione 5. nu. 40. Gail in suis Obseruationib. l. 2. tit de minoribus. conclusione 5. nu. 40. Gail in suis obseruationibus, lib. 2. obseruatione 41. fi. Pereg. consil. 77. n. 2. vol. 1. Hieron. Gab. consil. 127. nu. 8. vol. 1. Eug. consil. 6. num. 13. vol. 1. Hondedaus cons. 42. num. 13. vol. 1. Ant. Gomez eod. c. 14. n. 18. Greg. Lopez l. 6. verbo Maior tit. 19. p. 6. Guttierrez ea auth. Sacramenta puberum, à nu. 103. vsq; ad 107. Quamuis male Salycetus eadem authentica numero vndecimo, hoc neget. Duciturque quod interdicta sit ei administratio, sicut prodigo. Sed respondetur minimè interdici, sicut prodigo, sed solius minoris aetatis fauore: at iuramentum repraesentat eũ quasi maiorem. Atque etiam minori est interdicta administratio rei immobilis absque iudicis decreto, & tamen Salycetus ibi numero decimo fatetur eam alienationem firmari iuramento. Item contractus prodi absque curatore non parit obligationem naturalem. Vt tanquam certum, & ab omnibus receptum, statuit Calda. l. Si curatorem, verbo Cum non absimilis, numero 24. C. de in integr. restitut. & constat ex l. Is cui bonis 6. ff. de verbor. obligat. vbi dicitur fideiussorem non obligari. Cum tamen constat existente obligatione naturali fideiussorem obligari, l. Cum lex 47. ff. de fideius. & l. Naturaliter 13. ff. de condict. indebiti, & l. Fideiussor obligari 17. in prin. ff. de fideius. Et tamen Alc. l. Pacta quae contra num. 23. & 24. & 25. C. de pactis, Euerardus loco à vi, & energia iuramenti, n. 14. & alij quos refert Vinc. Mar. c. tract. de iur. 4. p. effectu 54. nu. 1. docent huiusmodi contractus firmari iuramento. Quod exemplũ non affero quasi id approbans, sed vt ostendã hos Doctores sentire cõtractus, ex quib. nulla obligatio naturalis oritur, posse iuro firmari. Atq; in proprijs terminis tradunt contractus ita iure irritos, vt ex eis nulla obligatio naturalis cõsurgat iuramento confirmari. Alc. c. Cum contingat, n. 340. de iureiur. Couar. de pactis 2. p. §. 4. nu. 7. ver. 7. Ant. Gom. lib. 59. Taur. numer. quarto ver. Sed his non obstantibus. Seraphin. de priuilegijs iuramenti, priuileg. sexagesimoprimo, num.

num.

nu. 5. Molina tr. 2. de iust. disp. 156. col. 2. ver. Duabus.

13 Nec placet distinctio, quam tradit *Azor relata n. 10.* quod nulla ratione, nec authore eam probet. Itẽ quia donatio inter coniuges est etiã iure canonico irrita, *c. Final. de donat. inter virum, & vxorem.* Et tñ cõfirmatur iuramento. Vt cum frequentissima sententia diximus lib. 6. de matrimon. disputat. 1. nu. 2. atque fatetur *idem Azor lib. illo* 11. c. 7. q. 1. Item quia caooioco non valet pœna apposita in sponsalib. *c. Gemma. de spons.* & tamen valde sub iudice lis est, an is cõtractus iuřo firmetur. Sicut videmus li. 1. de matr. disp. 53. n. 20.

14 Quod si quæras, an iuramentum infidelium habeat vim confirmãdi cõtractus aliàs inualidos ab ipsis ioiros. (Nõ disputo qñ iurant per falsos Deos, quia id nõ est verè iuramentũ, & de hoc egimus supra: sed quæstio est, quando legitimè iurant.) Quidam dicunt eos non obligari iuramento. Hos refert *Seraphin. de priui. iuram. priuilegio* 123 *n.* 5. Atque *n.* 6. refert aliam distinctionẽ *Marante*, qui sic distinguit, si Iudæus cõtrahat cũ alio infideli, nõ ligatur iuramento; secus si cum alio Christiano. Sed *p. e Seraphinus ibi n. 3.* refert multos discentes infideles ligari quoque iuramento & *n.* 6. dicit hoc esse verissimũ. Et *priuilegio* 61. *fi.* refert *Baldum, & Cornum*, dicentes iuramento infidelium non firmari contractus irritos, & ait sibi non placere. Sed dicendũ cũ alijs, quos refert, & sequitur *Vincentius Marcenus tractat. de iuram. p. 4. effectu* 1. *q.* 7. *n.* 5. infideles obligari vtique iuramento; at eorum cõtractus iure soo irritos non confirmari illo. Prior pars constat. quia obligatio iuramenti est ex iure naturali, cui infideles subduntur. Posterior autem, quia id priuilegium confirmendi cõtractus est ex iure canonico, & nostro ciuili. Vt diximus *n.* 3. at neutri subduntur illi. Quare iurameotum illorum nõ gaudebit illo priuilegio. nisi id legibus eorum iuramento cõcessum sit, vel nisi habitent in locis fidelium, vbi consequenter subduntur legib. ciuilibus id priuilegium concedentibus iuramento.

15 Sed dubium est, an hi contractus iure ciuili ita cõfirmentur iuramento, vt fiant validi. *Molina tr. 2. de iust. disput.* 156. *initio*, asserit *Couar. de pact.* 2. *§.* 1. *num.* 7. *& alios, quos ibi refert*, sentire eos contractus effici medio iuramento validos: aliosque, quos ibi refert, sentire nõ effici validos. At nec *Couar.* nec alij tractãt de hoc sed tantũ an contractus hi firmentur iuramento. At *Molina ea disput.* 156. *colum. penultima, vers. Hi stacitus fundamentis, & Suarez to. 2. de relig. tractatu de iuram. lib. 2. c. 29. nu. 9.* dicunt hos contractus non effici validos formaliter, & directè sed manere inualidos, cõfirmari autẽ iure dicuntur, quoad effectus, quia nimirum, medio iuramento comparant omnes effectus, quos ij contractus haberent, si re vera essent validi. Sed parũ refert siue hoc dicamus, siue dicamus effici in se validos, ita dispõnẽi iure canonico, & ciuili. Quia in vtroque casu ijdem protsus effectus consurgunt.

16 Rursus dubitatur quale debeat esse iuramentum, vt hos contractus confirmet. In primis ad hanc cõfirmationẽ non sufficit iuramẽtum assertorium de præsenti. Vt si contrahens iuret se promittere, vẽdere, donare, &c. Quia textus omnes hanc confirmationem inducentes petunt iuramentum de futuro. Vt coostabit ex dicendis numero sequenti. Item quia iuramentum huiusmodi non afficit ipsos contractus, nec in illos cadit, sed tantum testatur veritatem de præsenti, nempe, eum contractum celebrari. Sicut docent *Euerardus loca a vi, & energia iuramẽti, nu. 87. Antonius Gabriel in suis communib. opin. lib. 2. tit. de memorib. concl. 5. nu. 4. Riminaldus alios referens, instit. Quibus alienare licet §. 2. n. 38. Gutierez auth. Sacram. puberum n. 133. C. si aduersus vend. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 83. num. 5. Leonard. lib. 2. de iust. c. 17. dub. 7. num. 56.* Et quamuis aliqui, quos referunt *Seraphinus ibi n. 4. & Riminaldus ibi*, dicant si sit iuramentum de præsenti, quo minor iurat se maiorem esse, non posse nullitatem contractus opponi. At hoc non est quod is contractus iuramento confirmetur, sed in pœnam doli. Et melius *Riminaldus ibi cum alijs, quos refert*, ait posse adhuc nullitatem opponi, & in eo solo puniri illum ratione doli, ne possit beneficio restitutionis gaudere, si valuit contractus.

17 Sed adhuc superest dubium, an satis sit quodcumque iuramentum de futuro, vt simplex soluendæ rei promissæ: an potius necessarium sit iuramentum non reuocandi contractus, aut non veniendi contra illum, sine non repetendæ rei promissæ. Quidam dicunt necessarium esse iuramẽtum hoc posteriori modo emissum. Hoc videntur supponere *Bart. in auth. Sacramenta puberum n. 24. & ibi Iason. nu. 28. Igneus in repetitione eiusdem authentica, n. 20.* dum dicunt non opus esse, vt iuramentum sit formaliter de non reuocando contractu, sed satis esse iurare se prædicta in contractu seruaturũ, vel contra prædicta non venturum. Et videtur sentire. *Leonard. citatus num. praeced.* ait enim non satis esse iuramentum de præsenti, sed debere esse iuramentum habendi rati contractus, nec vnquam reuocandi. Atque expresse, & latè id tenet *Suarez. to. 2. de relig one, tractatu de iur. lib. 2. c. 29. nu. 3. & 4.* Probatur, quia textus hanc confirmationem inducentes loquuntur expressè de hoc iuramento, vt constat ex *d. auth. Sacramenta puberum*, ibi: *Super contractibus nõ retractandis*, & ex *c. Cum contingat, de iureiurando*, ibi: *Ne vlterius contrauenient*, & quamuis in *cap. Quamuis pactum, de pactis, in* 6. non explicetur hæc forma iuramenti, dum dicitur ibi renuntiatioẽm hæreditatis firmari iuramento: at necessario debet esse hæc forma: quia cum illa renunciatio sit de præsenti, nil superest renuncianti faciendum, nisi ut rata sint, & non contrauenturum renuntiationi factæ. Quod expressè probatur ex *c. Ad aures, de his quæ vi, & metu causa. Glossa verbo Nisi forte*, textus ait renuntiationem Ecclesiæ metu factam non esse validam, nisi fortè iuramento firmata sit: & explicata *ea Glossa* his verbis, *Ergo si iuramentum interuenisset quod vlterius non repetere, non posset repetere*. Secundo, probatur. Quia simplex iuramẽtum soluendi, vel faciendi, adiectum contractibus, non excludit priuilegium legis concedentis repetitionem in illis: sunt enim diuersa soluere, & non repetere. Vt constat ex *cap. Debitores, de iureiurand.* vbi iuramentum soluendi vsuras deciditur impleri soluendo, nec denegari repetitionem ipsarum, vbi semel solutæ sunt, eo quod id iuramentum nõ obliget ad non repetendum. Et melius ex *cap. Ad audientiam, de his quæ vi*, vbi qui iurauit se resignaturum beneficium, & resignauit, potest illud repetere. Et redditur ratio in textu, his verbis. *Non obstante prædicto iuramento, qui non ad non repetendum, sed ad resignandum, solummodo tenebatur.* Atque ita concludit *idem Suarez, num. 4.* non posse esse iuramentum confirmatorium, vbi non adest promissio aliqua non retractandi, sed iuramentum immediatè cadit super aliquam promissionem de futuro, quæ iure irrita facta est. Et proinde dicit, *n. 21. auncto, n. 23.* iuramento non reuocandi testamenti, aut institutionem alicuius hæredis, non confirmari id pactum. Quia in eis nequit distingui duplex promissio, altera faciendi, & altera non retractandi. Et citat pro se *Leonar. lib. 2. de iustitia cap. 17. dubio 7. num. 56. fine*, vbi tantum dicit esse probabile posse peti relaxationem huius duplicis iuramenti. Quia (inquit) est probabile ex hac promissione, secludendo iuramentum, non oriri obligationem naturalem. Atque ita consequenter censet esse probabile id pactum non firmari iuramento; si enim firmaretur, non posset peti relaxatio ratione iuris acquisiti tertio. Pro eadem sententia est *Rebellus de iustitia p. 2. lib. 1. quæst. 9. n. 2. fine*, vbi ait promissionem non reuocandi testamenti, minimè confirmari iuramento. Pro eadem seotentia sunt alij Doctores dicentes posse peti ab Episcopo relaxationẽ iuramenti soluendi amissa ludo pecunia credita. Quia promissio illa seclusõ iuramento

ramento nullam vim obligandi iure habet. Hi sunt *Nauar. sum. Hisp. cap. 28. addit. ad n. 15. c. 19. & sum. Lat. in antiqua edit. c. 19. nu. 17. ad 5 in noua c. 20. n. 17. ad 5. Gutier. de iur. 1. p. c. 53. nu. 8. Corduba in sum. q. 94. Enriquez lib. 7. de indulgentijs c. 53. nu. 6. Azeuedo lib. 8. recopil. regia tit. 7. l. 3. nu. 7. Philiarcus de off. sacerdo. to. 2. p. 2. lib. 5. c. 2. nu 13. Graffis in suis decis. p. 1. lib. 2. c. 122. nu. 13. Sayro in claui regia, lib. 11. cap. 13. nu. 20. Leon. lib. 2. de iust. c. 26. dub. 4. n. 27. Man. 1. tom. sum. in 2. edit. c. 189. nu. 9. Ludouic. Lopez in instructory conscientiæ c. 184. concl. 4. & libro 2. de contractibus cap. 12. conclusione prima, vers. secunda pars conclusionis. Carbon de rest. q. 42. concl. 2.* Atq; quidam ex his dicunt iurantem satisfacere momentanea solutione, & statim posse repetere. Sic *Nau. Cord. Gutierez, n. 7. Azeuedo, n. 6. Enriquez proxime citati, & Lud. Lopez vtroq; loco citato. Salon. 2. 2. q. 62. ante art. 1. trac. de dominio, q. 5. art. 6 dubio speciali de ludo pecunia credita, fol. 560. Aragon 2. 2. q. 31. art. 7 concl. 3. fol. 779.* Quę sunt proprij iuramenti non confirmantis contractum. Vt dicemus à num. 58. Cum tamen multi illorum teneant in accipiente nullam esse turpitudinem, nec teneri restituere sic soluta, nec peccare accipiendo solutionem. Vt ex ipsis retuli, & approbaui lib. 1. de matr. dispūt. 21. nu. 2. & clarè tenent *Suarez eod. lib. 2. c. 26. n. 17.* vbi ait leges regias irritantes huiusmodi promissionem non interdicere solutionem, sed auferre obligationem soluendi, & concedere repetitionem.

18 Alij autem censent satis esse iuramētum quodcumq; de futuro, Huius sententiæ est aperte *Molina to. 2. de iustit. disp. 514. col. 4. vers. Verum autem,* qui ita iurauit vbi defendit iuramentum soluendi amissa ludo pecunia credita esse confirmatorium eius cōtractus, ac proinde non esse locum relaxationi, sed acquiri verum ius ei, q lucratus est, & ideo iuranti denegari repetitionem, nisi mens iurantis fuerit astringere se tm̄ ad non denegandum lucri traditionem, eo modo, quem sibi lex concedit. Quia tunc solum acquirit ius alter, vt sibi tradatur lucrum, cum beneficio repetendi concesso soluenti per leges. Eiusdem sententiæ videntur esse ipsemet *Molina to. 1. de iust. disp. 131. columna antepenult. versic. Salua autem meliori iudicio, & Leonard. lib. 2. de iust. cap. 19. dubio 8. num. penul. & vlt.* vbi dicunt iuramentum non reuocandi testamenti, aut instituendi aliquem hæredem esse confirmatorium contractum, & tribuere actionem ei, cui talis promissio facta est, atque ita quamuis reuocatio valeat, transire obligationem ad heredes ad soluendum: quantum intereat alterius non reuocari id testamentum In quam etiam partem agens de hoc iuramento non reuocandi testamenti inclinat *Corneus in repetitione authentica Sacramenta puberum, num. 441. C. si aduersus vendit onem* licet concludat cogitandum; quia durum ait esse in practica obtinere. Et eidem sententiæ fauet *Couar. de pactis 2. p. 1. 1. o, num. 3. versic. Nono,* vbi ait promissionem non reuocandi testamenti confirmari iuramento in hunc sensum, vt reuocans sit periurus, etsi reuocatio teneat.

19 Cæterum, vt meam explicem sniam, oportet psæmittere duplicem esse promissionem de futuro, cui adijcitur iuramentum. Quędam est quæ non includit promissionem non retractandi, sed ab illa separari potest. Vt contingit in promissione soluendi vsuras, aut soluendi amissa ludo pecunia credita; his enim promissionibus, quantumcumque iuratis, satisfit solutione momētanea, nec eo iuramento excluditur beneficiū legis concedentis repetitionem rei solutæ. (Vt probatum est, nu. 17.) Altera autem est includens promissionem non retractandi, & subinde in ea nequit distingui promissio non retractādi a principali promissione. Quia cum ipsa promissio faciendi aliquid in futurum includat intrinsecè obligationem non veniendi contra illam, non solet addi aliqua alia promissio non retractandi, nec addita censeretur distincta a priori. Sicut promissio nō veniendi contra votum nō est distincta a voto. Huiusmodi est promissio non reuocandi testamenti, & instituendi aliquem hæredem. Vt fatetur *ipse Suarez eod. c. 28. n. 21.* Quia iuramentum non reuocandi testamenti, est idem, ac non reuocandi contractus, & instituendi aliquem hæredem nequit sortiri effectum, nisi mortuo testatore, quando iā institutio reuocari nequit, ac proinde est idem ac iuramentum non reuocandi.

20 Quando ergo iuramentum accedit promissioni prioris generis, vt in iuramento soluendi amissa ludo pecunia credita contingit, & in similibus, nō sat est ad confirmandum contractum, & sic vt relaxari nequeat, non addito alio iurō non repetendi aut non retractandi. Et in hoc euentu placet prior sententia relata n. 17. ob rationes ibi traditas, & Doctores ibi allegatos.

21 Quare non placet quod ait *Gutierez de iuram. 1. p. c. 53. n. 9* nēpe, iurātem soluere quod amisit pecunia credita, nec postea repetere, posse huius posterioris iuri relaxationem obtinere ab Episcopo, & illa obtenta repetere; atq; in hoc iurō confirmari illum contractum. Sicut contingit in iuramento soluendi, nec repetendi vsuras. Sed melius dixit *Leonardus lib. 2. de iustitia c. 26. dubio 4. num. 27.* quamuis simplex iuramentum soluendi, sic amissa non confirmet, secus de iuramento non repetendi dicendum esse. Quia cum iuxta veriorem sententiam relatam numero 17. nulla sit turpitudo in recipiēti, non est cur iuramento hoc non firmetur contractus ille iure ciuili irritus nisi quia non excludit beneficium repetitionis, & ita illi satisfit momentanea solutione. At vtrumque excluditur vbi adest iuramentum nō repetendi, quod est idem ac non retractandi, ergo tunc firmabitur iuramento, nec erit locus relaxationi. Quare est differens ratio de iuramento non repetendi vsuras solutas, quia tunc reperitur turpitudo in recipienti, q̃a tenetur eas restituere. An vero requiratur alia peculiaris causa ad relaxationem iuramenti soluendi amissa ludo pecunia, dicemus n. 65. At ipse *Gutierez* loquutus est consequenter ad suam sententiam, sentit em̄ recipientem pecuniā solutam perditam ludo pecunia credita teneri restituere, sicut tenetur vsurarius, quamuis il le iure regio Castellæ, hic autem iure naturali; retenta enim ea sententia est dicendum posse quoque relaxari hoc iuramentum non repetendi. Et cum ea sententiam dixerimus lib. 1. de matr. disp. 31. nu. 1. esse probabilem dicendum quoq; est esse probabile, posse id iuramentum relaxari ab Episc. nec eo firmari contractum.

22 Quoties aut iuramentū est accedens promissioni posterioris generis, in qua intrinsecè clauditur promissio non retractandi, vt contingit in iuramento non reuocandi testamenti, & instituendi aliquem hæredem, est verius iuramento confirmari eum contractum, & sic non dari posse eius relaxationem ab Episcopo. In quo euentu placet posterior sententia relata nu. 18. Quia vt nu. 17. ex *Bartolo, & alijs* retuli, sat est formale, aut æquipollens iuramentum non retractandi, ad confirmandum contractum. At in hoc includitur iuramentum non retractandi. Vt num. 19. ostendimus. Nec obstat promissionem hanc non producere obligationem naturalem, sicque non esse promissionem, aliquā, ex qua huiusmodi obligatio oriatur, quæ possit confirmari, qua ratione ductus *Suarez relatus, n. 17.* censuit promissionem hanc nō firmari iuramento, iuxta doctrinam, quam ex ipso retuli nu. 9. Quia n. 11. & 12. contrarium probaui, nempe, firmari iuramento, quāuis nulla obligatio naturalis oriatur. Quia tamen est probabilis ea opinio, est quoque probabile hoc iuramento non confirmari contractum; & ideo posse eius relaxationē obtineri ab Episcopo.

23 Qualiter autem reuocato testamento, aut instituto alio hærede, iuramentum hoc transeat ad hæredes, explicabimus cap. sequenti.

24 Nec est opus, vt iuramentum vim confirmandi contractus habeat id per propriam personam præstari, sed satis est per procuratorem cum speciali iurandi mandato,

dato. Quia textus solum iusm postulant, quod æquè per procuratorem cum hoc speciali iurandi mandato constitutum præstari, ac per propriam personam, ostendens c. sequenti. Atque ita docent *Odofredus auth. Sacramenta puberum nu. 13. c. Si aduersus vendit. num. & ibi Salicet. nu. 19. Gregorius Lopez* contra alios quos ibi refert *l. 6. verbo Mayor, tit. 19. p. 6. Albericus ea auth. n. 6. Antonius Gabriel in communib. opinionib. lib. 2. tit. de minoribus, cõclus. 5. n. 21. ampliatione 10. Antonius Gomez* alios referens *to. 2. variarum c. 14. n. 8.*

25 Si tñ minor sit, qui eam iurandi potestatem procuratori contulit, oportet vt in ea commissione interueniat minoris iuramentum: si. n. id non interueniat, & lædatur eo mãdato, poterit aduersus illud restitui, & consequenter rescindetur contractus. Quia cum nullum sit iuramentum ei mandato adiectum, nihil est huic restitutionis beneficio implorando obstans. Sic docent *Albericus & Antonius Gabriel ibidem.*

26 Non tñ sufficiet ad hanc contractus confirmationẽ potestas cõtrahendi cõcessa procuratori, adijciẽdo ei mandato iusm, quo ei detur quoque potestas iurandi, & iusm adijciatur principali cõtractui. Quia prius iuramentum non afficit contractum principalem confirmandum, sed solum mandatum procuratori datum, quare solum operabitur, ne procurator ille absque periurio reuocari queat. Et docet *Maurit. de restitutione in integrum, c. 161. n. 4.*

27 Sed dubium est, an vt iusm confirmet contractũ, desideretur pubertas in minori iurãti. Quidã & fatis probabiliter tradunt, nõ desiderari pubertatẽ, sed satis esse si iurãs sit pubertati proximus. Hos & eorũ rõnes retuli lib. 6. de matr. disp. 28. nu. 15. & vltra Doctores ibi relatos tenet *Afflict. dec. Neapolitana 321. n. 5. & ibi Vrsillus in addit. n. 1. Pereg. cons. 77. nu. 4. vol. 1.* & tenet cũ hac limitatione, nisi hic impubes ex contractu lædatur, *Vincent. Macinus de iuram. 4. p. effectu 1. q. 13. n. 20.* Dr aũt ꝓximꝰ pubertati in hac materia puer excedẽs decimũ annũ cũ dimidio: fœmina excedẽs nonũ cũ dimidio. Vt ꝓbaui li. 1. de ma. disp. 51. n. 24.

28 At probabilius est desiderari pubertatẽ ad hãc cõfirmationẽ, licet iusm antea pstitũ obliget. Qd multis allatis, & rñdens contrarijs, probaui lib. 6. de mat. disp. 38. nu. 16. & duplici sequenti. Et vltra Doctores ibi allatos tenet *Fachineus in suis controuersijs, lib. 4. c. 10.* Nec confirmabitur contractus, si impubes iuret nõ reuocaturũ contractũ, quo pubes factus inibit cũ Titio. Quia iusm pstari post pubertatẽ, petitur *auth. Sacramenta puberum, c. Si aduersus venditionem.* Et ita docent *citato Guidone Albericus ea auth. n. 8. Greg. Lopez l. 6. verbo Mayor, ti. 19. p. 6.* Atque idem docet *citato Guidone Albericus eo. nu. 8.* si contractus ineatur ab impubere, & pubes factus iuret. Quia in *ea auth.* petitur, & contractum iniri, & iusm præstari post pubertatem. Sed iure optimo *Gregorius Lopez ibid.* magis inclinat in eam partẽ, vt cõfirmetur. Quia qñ pubes factus iurat se non contrauenturũ cõtractui illi, cẽsetur illũ approbare, & quasi de nouo contrahere.

29 Tandẽ satis est iusm pstari in ipso contractu, aut, ante, aut post. Qd docet *Gloss. ea auth. Sacramẽta puberũ, verbo Super, & ibi Bar. n. 10. Sal. n. 9. Iason nu. 26. Corneus in repetitione eius, n. 20. Igneus in repetitione eius n. 16. Fulgosius n. 7. Alciat. c. Cũ cõtingat, n. 135. de iureiur. Monachus c. Quamuis pactum, n. 1. de pactis in 6. Gregorius Lopez, l. 6. verbo Iurasse, in fine, tit. 19. par. 6. Ant. Gom. to. 2. var. c. 14. nu. 18. Villalobos in suis cõibus opinionib. littera I, verbo Iuramentum n. 124. Seraph. de priuilegijs iuramenti, priuilegio 61. nu. 8. Sfortias Oddo de restitutione in integrum 1. p. q. 24. art. 3. nu. 23. fine.* Et quamuis *Paulus ea auth. n. 28.* limitet, vt habeat locũ quando ante, vel post contractum apponitur iusm, quando fuit ipso iure validus, & tunc ait nullũ beneficium restitutionis, secus quando fuit inualidus. At in vtroq; casu confirmari bene docent *Corneus, & Alciatus proximè allegati.* Et q̃uis aliqui, quos refert, & sequitur *Matienzo lib. 5. recopilat. regia tit. 11. l. 1. glossa 8. n. 52.* petant ad hanc contractus confirmationẽ, vt minor sit certior factus de beneficio restitutionis sibi competenti. At verius est id nõ requiri. Quod docent, & latè probant cũ *Bartolo*, & multis alijs. *Antonius Gomez eo. c. 14. n. 18. Greg. Lopez ea l. 6. verbo Iurasse Padilla l. 2. n. 34. C. de rescind. vendit. Guttierez ea auth. Sacramenta puberum, à nu. 114. vsque ad 116.*

Ad argumenta 1. sent. contrariæ proposita n. 8. rñdetur, Ad primũ dic appellari contractũ, & rescindi, q̃uis sit inualidus, quatenus de facto processit, etsi nõ de iure. Et facit *Gloss. l. 1. verbo Infirmabitur, ff. de feriis ibi: Vel dic infirmabitur quatenus de facto processit.* Vbi ita intelligit textũ illũ dicentẽ sent. nullam infirmari, & sequũtur *ibi Bart. nu. 4. fine Paulus nu. 6. Iason n. 26. Horoscius n. 4.* Vel põt scdo rñderi eos cõtractus nõ esse oĩno irritos, sed solo iure positiuo, & iõ posũt dici cõtractus, & retractari, quatenus validi erãt iure naturali; vitiũ. n. nullitatis, quo afficiũtur iure positiuo, purgatur iusõ. Ad 2m dic cũ *Paulo in lectura illius auth. n. 7.* eã non venire ad declarandũ, sed ad augendũ qd dispositũ erat in ea l. 1. q de validis minorũ cõtractib. firmãdis iusõ disponebat, & *authentica* eam dispositionẽ auxit ad quoscũq; ẽt inualidos. Ad *l. Nõ dubiũ, adductã in tertio argumẽto*, omissis alijs solutionibus, q̃ nõ placent, rñdetur primo cũ Doctorib. adductis n. 4 antiquitus nõ habuisse hãc vim iusm, & iõ illã legẽ esse iã per ius recẽtius hãc vim tribuens iusõ correctã. Vel dic cũ *Con. de pactis 2. p. §. 1. n. 1. fine* intelligi qñ contractus prohibetur legib. principaliter ob bonũ cõe tũc. n. est contra bonos mores naturales, et ideo iusm nullã obligationẽ parit. Vel dic *cũ eodem Con. ea 2. p. initio nu. 1. fine, & Suarez to. 2. de religione, tractatu de iuramento, lib. 2. c. 29. n. 20.* qñ cõtractus lege reprobatur, eo ꝙ qualitercũque fit contra bonos mores naturales, atq; ideo seruari nequit absq; culpa. Qd indicãt verba illius *l. Nõ dubiũ, statim in principio posita.* Ad 5. *Si paciscar, adductũ in eodẽ argumẽto*, dic cũ *Gloss. ibi verbo De hoc* intelligi, qñ est cõtra riũ iuri publico, id est principaliter inductũ ob bonũ cõe, & sic contra bonos mores naturales. Vel dic qñ est cõtrariũ iuri tanq̃ sub culpa prohibẽti, & nõ solũ irritãti. Ad vltimũ dic *eã authenticã* nõ esse restringẽdã tanq̃ odiosam, imò tanq̃ fauorabilẽ debere extẽdi. Quippe quoties lex aliqua agit de obseruãtia iusi, est fauorabilis, & extẽdenda, etsi sit correctoria. Vt pter oẽs Doctores statim referendos docet *Baptista de Sancto Seueriano in repetitione l. Omnes populi, nu. 64. ff. de iust. & iure. Enerardus loco à vi, & energia iuramẽti nn. 84. Auendaño de exequendis mandatis regum 2. p. c. 27. n. 13. Padilla l. Si quis maior num. 4. C. de transact. Vincentius Mancinus tractatu de iuramento 4. p. effectu 1. q. 4. nn. 28. Sfortias Oddo de restitne in integ. p. 1. q. 26. ar. 6. n. 32.* Et iõ q̃uis loquatur de contractib. minorũ extẽditur, ad nõ solos contractus onerosos, sed ẽt ad gratiosos, vt donationes minorũ, fideiussiones. *Glossa ibi verbo Cõtractib. Bar. n. 18. & 19. Bal. n. 13. Sal. n. 12. Paulus in repetitione n. 36. & in lectura n. 7. Alb. nu. 11. Ias. n. 71. Odofred. nn. 14. Fulg. n. 13. Hubertus de Bonacc. repetitione n. 6. Corneus in repetitione n. 24. Cur. iunior in repetitione n. 44. & 47. Igneus in repetitione nu. 62. & 63. Additionator ad Butrig. ibi. Greg. Lopez l. 6. verbo la postura, tit. 18. p. 6. Ant. Gomez to. 2. var. c. 14. n. 18. Gutier. ea auth. n. 118. & 123. Sfortias Oddo proximè allegatus.* Extẽditur ẽt ad quasi cõtractus, & distractus. Vt docẽt *Glo. l. Quid ergo 3. §. 1. verbo Liberationẽ, ff. de cõtraria tutela. & vtili acti. Bar. ea authen. 20. Bal. n. 13. Sal. n. 17. Ias. n. 73. Corn. in rep. n. 30. & in lect. nu. 6. Cur. iun. in rep. n. 47. Odof. n. 17. Ign. in rep. n. 64. Fulg. n. 14. Corset. trac. de iuram. priuil. 18. n. 43. Gulielmus Benedictus c. Raynut. verbo Testamentũ 3. nu. 36. de testamẽt. Additionator ad Butrigarium, & Greg. Lop. proximè*

mè citati. Anton. Gom. eod. c. 14. num. 18. Antonius Gabriel in suis cõibus opinionibus, li. 2. tit. de minoribus, conclus. 5. n. 22. & 23. Seraphinus de privilegijs iuramẽt. privilegio 85 n. 33. Peregrinus consi. 77. nu. 1. volum. 1.

Ad argumenta secundæ sententiæ proposita nu. 9. constat ex dictis num. 11.

SVMMARIVM.

Actus gestus contra iuramentum, an valeat, nu. 31.
An iurans possit sibi auferre potestatem faciendi valide contra iuramentum, num. 32.
An actus gestus contra iuramentum, si sit spiritualis, valeat? Refertur duplex sententia. num. 33. & 34.
Explicatur sententia Authoris, num. 35. & 36.
Quid si actus ille gestus contra prius iuramentum, sit iure irritus & solo iuramento confirmandus, an confirmetur, & valeat iuramentum? Refertur quadam sententia. n. 27.
Explicatur sententia Authoris, num. 38.
Examinatur triplex limitatio. num. 39. 40. & 41.
Post num. 41. nutriens alia summaria.

31 Quæstio tertia. An iuramentum vim habeat confirmandi contractus initos cõtra prius iuramentum non celebrandi illos. Qua in re id præmittẽdum est. Actus gestus cõtra prius abstinendi ab illo iuramentũ, si per se sine iuramento erat validus, manet validus non obstanti periurio: atq; adeo iuramentum nullam irritandi actus contra gesti vim habet. Vt si quis iuret se non reuocaturum procuratorem, aut testamentum, erit vtique periurus reuocando, at tenebit reuocatio. Constat *c. de sponsal.* vbi deciditur matrimonium initum cõtra sponsalia iurata valere. Et ex *l. Traditionibus, C. de pactis, & ex l. Quoties C. de rei vind.* ex quibus constat valere venditionem factam alicui cum traditione cõtrà venditionem iuratam alteri factam absq. traditione. Et ratio est, quia cum iuramentum non trasferat dominium rei illo promissæ, nec reddat inhabilem iurantem ad actum cõtrarium ex se validum gerendũ nullatenus tollit eius valorem, sed tantum efficit, vt cõtrauenens sit periurus. Atque ita docent omnes vtriusq; sententiæ authores referendi nu. 37. & 38.

32 Immò, nec in iurãtis potestate situm est efficere, vt actus ille contra iuramentum gestus non sit validus: quantumuis enim iurando velit auferre sibi potestatẽ efficiendi valide actus contrarij, actus postea cõtra id iuramentum gestus valebit. Quippe coercere volũtatẽ, ne valide velle possit, est potestatis superioris. Et ita docẽt *Suarez, tomo 2. de religione tract. at. de iuram. li. 2. c. 19. nu. 7.* Et dicemus id latius explicando tractantes de voto, lib sequenti cap. 24. nu. 27.

33 Duplex autem potissima difficultas est. Prior, an in actibus spiritualibus valeant gesta cõtra prius iuramẽtum. Quidam valere negant. Ducuntur autem ex *cap. Dilecto, de praebend.* vbi canonici quidam fecere statutum nõ augendi numeri canonicorum: idq; iurarũt, & decidi videtur nõ valere electionem augendo eum numerum. Nã textus ille æquiparat electionem contra statutũ, iureiurando firmatũ, electioni factæ cõtra statutũ à Pontif. confirmatum cum clausula irritanti; in quo casu electio esset nulla. Ergo & in priori. Quod si dicas eam allegationem esse partis litigantis, & nõ decisionẽ Pontificis: obstabit, quia Pontifex illi præcipue innitens decidit. Secũdò, quia eo ipso quòd eligũt, fiũt canonici periuri, & consequenter infames, ac proinde electio nõ valebit. Et ideo hanc partem tuentur *Innocẽ. c. Dilecto n. 4. Host. n. 14 super verbo. Nõ valeat. Imola n. 29. vers. Sed certũ est. Antonius c. Cũ M. n. 2. de cõstit. in repetitione. Speculator tit. de legato, §. Nũc tractemus. n. 7. Archid. c. Duobus, ad finẽ de rescriptis, in 6. & c. Si à sede in fine, de praebendis eodẽ lib. Aldradus cõs. 127. n. 2. Abbas in repertorio, verbo Iuramentum. not. 24. vers. Iuramento de non faciendo Francus c. 2. in fine, de iureiur. in 6. & c. Finali n. 6. de procur. eod. lib. Dominic. c. 1. nu. 38. de rerũ permut. in 6. Decius c. Cũ accessissent, in noua editione n. 34. vers. Postremo in isto secũdo casu. de constit.* *Idem Imola c. Cum contingat nu. 84. de iureiur. Alexan. cons. 16. n. 4. lib. 5. Anton. Gabr. el relatis Baldo, & Fulgosio, in suis communib. opinionib. li. 2. tit. de iureiurand. concl. 1. n. 13. Tuschus, in suis practicis conclusionib. to. 4. verbo Iuramentũ, in cõclus. 512. n. 6.* Quod si opponatur matrimoniũ esse quid spuale, & tñ valere contra priora sponsalia iurata; vt deciditur *c. Sicut de spõsal.* Rñdent *Imola* vtroq; loco, *Alex. Decius, & Tuschus,* intelligi hanc opinionem de actibus merè spiritualibus, quorum laici sunt incapaces, ex quib. nõ est matrimonium. Quippè de illis agit textus *d. cap. Dilecto.*

Alij dicũt si per iurm̃ nõ sit sublata libera efficiẽdi actus validi ptãs, prout in dubio est p̃sumendũ, valere actum spũalem quemcunque contra prius iurm̃, secus si inspectis circumstantijs, & negotij qualitatibus, nulla penes iurantẽ potestas efficiendi validè cõtrariũ manserit. Et ita intelligunt textũ in *d. cap. Dilecto,* dicentes electionẽ illã contra prius iurm̃ fuisse irritam. Quippè statutum illud iuñ vim habuit, vt nulla ptãs contrauenendi validè superfuerit statuentib. sicut eam uim haberet id statutum confirmatum à Pontifice cum clausula irritanti. Atque ideo hãc partem tuetur *Alciatus, c. Cum contingat, nu. 269. de iureiur. Couar. de pactis 2 par. §. 2. nu. 5. versic. Ego vero.*

At dicendũ, est nullã esse differẽtiã inter actũ spũalẽ, & tpalem sed vtrũq; esse validũ, etsi contra iurm̃ fiat nisi aliudè sit irritus. Quia *c. Dilecto. de p̃bend.* cui cõtrarij innitũtur, nõ probat electionẽ illã fuisse irritã. Rñdent. n. oẽs authores huius sñiæ æquiparationẽ illã nõ esse in oĩbus, sed quo ad hoc tm̃, vt in vtroque casu electio sit illicita. Insuper dicũt id fuisse allegatũ à parte, nec illi allegationi inniti decisionẽ Põtificiã. Nec obstat infamia eligentiũ rõne periurij cõtracta. Quia etsi eã incurri demus, electio p̃cedit periuriũ, & sic infamiam. Tandẽ, quia nullatenus probatur eo statuto iurato ablatam esse potestatẽ faciendi validè contrarium. Cum iurm̃ eam vim non habeat. Vt diximus, nu. 31. & 32. Nec statutum etiam confirmatũ à Pontifice, nisi addatur clausula irritans. Vt deciditur eo *c. Dilecto.* Nec statutum & iurm̃ simul, cũ nullo iure probetur ea vtriusque vis. Et ideo hanc sententiã tuẽtur *Ioã. And. addit. ad Speculatorem tit. de legato, §. Nũc tractemus, n. 7. verbo Electio. & d. c. Dilecto nu. 7. vers. Iuram. & ibi Anton. 11. Abb. n. 17. Card. n. 8. oppositione 5. Anch. n. vlt. Henr. n. 1c. Ananias nu. 12. fin. Idẽ Card. Clem. 1. in principio n. 11. post q. 3. in 1. oppositione, de regul. Selua de beneficiis, in 3. p. q. 27. Loazes in allegatione pro Marchione de Velez circa oppidũ de Mula in respõsione ad 5. & 6. fundamentũ contrariorũ num. 157. Lessius l. 2. de iust. c. 17. dub. 7. n. 57. Azor to. 1. inst. mor. l. 11. c. 6. q. 2. Suar. t. 2. de religione, tractatu de iuramẽto, li. 2. c. 19. n. 6.* quis. n. hoc nõ exprimat, ait duas opiniones relatas ab *Azor ea q. 3.* carere p̃babilitate: altera ãt illarũ est, vt actus spũalis cõtra prius iurm̃ nõ valeat.

Quidã tẽperãt hãc sñiam, vt intelligatur, nisi electus ille cõscius prioris iuri procurasset eligi cõtra illud. Quia cũ sit tũc periurus, repellitur rõne periurij. Sic *Ioã. And. vtroq; loco, Abbas n. 18. Card. eo. ca. Dilecto, n. 8. oppositione 5. Ant. Anch. Ananias. Henricus nu. p̃ced. allegati.* Sed hoc non est intelligendũ, quasi tũc electio sit ipso iure irrita, sed rõne delicti est irritãda. Iuxta *c. Inter dilectos, de excessib. prelat.* Et ita *Abbas* dixit esse irritam, vel saltem irritandã. Quia nec ille añ electionẽ est periurus, nec propriè est postea talis, sed reus periurij, tanq̃ causa illius. Nec electio, cuiuscũq; periuri est ipso iure irrita. Vt dicemus c. vlt. huiꝰ libri.

Posterior difficultas est. An cũ actus iureiurando munitus, est secluso iuño irritus iure, & à solo iuño est robur, & vires accepturus, ab illoque confirmandus, valeat gestus contra prius iuramẽtum, atque hoc posteriori iuramento confirmetur; v.g. alienatio fundi dotalis, donatio inter coniuges, contractus minorũ habentium curatorem gesti absq; illius authoritate,

aut

aut circa res immobiles absque iudicis decreto sūt ipso iure irrita, & solo iureiurando confirmantur, iuxta dicta n. 11. 12. & 13. Si ergo mulier iurauit se non alienaturam, aut minores se non contracturos, & postea illa alienet, vel hi contrahant, iuramento adiecto nō contraueniendi, aut coniux iurat se non donaturū coniugi, & postea donet iurans se non contrauenturum, dubitatur, an oēs hi contractus ipso iure inualidi, q aliàs ex iuramento valorem accepturi erant, & ab illo confirmandi, accipiant id robur, ac confirmentur, quamuis contra prius nō contrahendi iuramentum sint initi. Quidam affirmant. Sic *Antonius Gomez l. 52. Tauri nu. 52. & Iason* ait, *§. Si quis postulante, nu. 11. instit. de actionibus*, contrarium communiter reprobari. Et hāc partem latè probat *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de iuramento, li. 2. c. 30. a nu. 4.* & concludit *nu. 16.* hanc sententiam videri probabiliorem. Et pro hac pôt *allegari Molina tomo 2. de iustitia, disputat. 540. col. 1.* vbi ait fideiussionē mulieris firmari iuramento, etsi nō renunciet Velleiano, q̄uis prius iurarit se non fideiussuram. At in hoc non est huius sententię. Nam fideiussio mulieris absque iuramento valet mero iure, etsi ipsa possit eam elidere vtens beneficio Velleiani. Vt ꝓbant *Gutierrez de iuramento 1. p. c. 20. nu. 1. & Molina eadem disputat. 540. statim in principio* & sic non loquitur *Molina* in casu præsentis difficultatis, qui est, quādo contractus secluso iuramento est irritus. Rationes autem oēs, quas adducit *Suarez* in hoc solo cōsistunt, ꝙ cum prius iuramentum fuerit tantùm non alienandi, non donandi, non contrahendi, minimè aduersatur illi posterius non reuocandi iuramentum, sunt enim diuersa, non alienare, non donare, non contrahere. & hæc semel facta non reuocare. Cùm ergo posterius non reuocandi iuramentum non contineat periurium, ac ꝓinde possit absque peccato seruari, non est cur nō valeat, & cur contractum non confirmet.

38 Quamuis autem hoc sit satis probabile, credo probabilius esse tunc nō confirmari hos contractus eo iuramento, nec id obligare. Cuius sententiæ eā sequutus retuli multos authores cum *Glossa c. 2. in fine, de iureiurand. in 6. lib. 6. de matri. disputa. 13. num. 2. & vltra ibi citatos* eam tenent *Calderin. consi. 9. ad finem de iureiurando. Angelus instit ut a. Quibus alienare licet, in princ. n. 6. Innocent. cap. D lectior. 4. de prabendis, & ibi Imola. n. 29. ver. Sed certum est, & ibi Anan n. 15. fi. Idem Imola c. Cum contingat n. 84. fine de iureiurand. Felinus c. Si diligenti, n. 33. vers. Non inferas, de foro compet. Crot. us repensione l. Filiusfamilias §. Diui, el. 2. nu. 49. fin. ff. de legat. 1. Rubeus consi. 117. nu. 9. H ppoly. de Marsilijs rubr. ff. de fideiuss. n. 204. Gulielmus Benedict. c. Raynutius, verbo Testamentum 3. num. 30. & verbo, Et vxorem nomine Adelasiam, decisione 2. n. 79. & 180. & 181. de testament. Tabiena in summa, verbo Iurare q. 27. n. 28. Padil. al. Finali n. 12. C. de iuris, & facti ignor. Laral. S qu s à liberis, §. Petrus, nu. 103. ff. de liberis agnoscendis, Minchaca de successionum creatione, lib. 2. §. 18. n. 158. Antonius Gab. in suis communib. op nionib.* vbi multos alios refert *lib. 2. ti. de iureiu. concl. 1. n. 3. & 4. Azor to. 1. instit. moral. lib. 11. c. 6. q. 3. fine Rebellus de iustit. p. 2. li. 1. q. 9. n. 13. Leonard. lib. 2. de iust. c. 17. dubio 7. n. 58. et 59. Meres de mato ratu, in 1. editione 4. p. q. 15. n. 11. Gratian.* alios referens *tota regula 276. Tuscus in suis conclusionibus practicis to. 4. verbo Iur. conclus. 514. n. 6. & 7. Vincentius Mancinus tract. de iur. 2. p. effectu 1. q. 5. n. 2.* Atqi *Suarez rela: nu. præcedenti* iudicat hanc sententiam satis probabilem, cum tñ dicat oppositam videri probabiliorem. Vt varias rationes huius sententiæ retuli eadem disputat. 13. n. 3. & 4. easq; reprobaui, concludēs rationem huius legitimam esse, quam modò ampliùs explicabo. Quia cum iuramentum nequeat esse vinculum iniquitatis, non potest contractus iure inualidus effici validus, ac confirmari periurio commisso per iuramentū posterius. Quamuis .n. videatur non continere periurium, necesse contrarium priori iuramento; at re vera illud continet, estq; priori contrariū. Quia licet ille non iurarit expressè in priori iuramento, se non contrauenturū; at tacitè id iurauit: supposita .n. illius actus nullitate, iusī m illius non celebrandi æquiualet iuramento illius nullatenus habendi rati. At iuramentum non reuocandi est iuramentum illius habendi rati, ac proinde est periurium contra prius iuramentum, nec potest absque peccato obseruari, & ideo non obligat.

39 Sed hæc sententia limitatur ab aliquibus tripliciter. Primo, vt intelligatur, quando iuramentum prius præstitū est alicui, cuius intereat ab eo contractu abstineri. Doctores huius limitationis retuli li. 6. de matrimo. disputatione 13. n. 6. & vltra illos tenent *Gulielmus Bened. c. Raynutius, verbo Duas habens filias, n. 219. detest. Suarez eo. c. 30. n. 10.* Et ratio est, quia tunc posterius iuramentum est in præiudicium tertij, cui erat acquisitum ius per prius, & ita nequit per posterius illi iuri præiudicari. Quæ ratio idem probat, vt bene aduertit *Suarez ibi* cum *Conar de pactis 2 p. §. 2. n. 4.*) quamuis prior promissio non sit iuramento firmata, sed sit simplex accepta à parte. Quia est similiter acquisitum ius tertio At quamuis hoc sit in se verum, sententia tñ n. præcedenti relata procedit et, quamuis prius iuramentum sit soli Deo emissum intuitu pietatis. Quia tunc habet rationem voti, vt si mulier iuraret Deo se non alienaturam fundū dotalem, vt ex eo eleemosynas faceret; ac proinde posterius iuramētum esset contra id votū, at subinde non obligaret, etsi postea alienet, cum iuramento non reuocandi. Et ideo talis contractus non firmabitur iuramento, nec efficitur validus; sed tenebitur mulier reuocare, vt seruet prius votum. Huius sententię retuli authores eadem disputat. 13 n. 6. etsi non ita clare hoc exponant. Id autē clare dixit *Suarez. eo. c. 30. n. 11.* Quod si id iuramentum prius non esset factū alicui cuius inter erat nec intuitu pietatis Deo, sed in fauorem absentis, & nōdum esset ab eo acceptatū, tunc existimo limitationem prędictam esse veram, & posse absque periurio contractū iniri, atque eum consequenter firmari iuramento Quia (vt probauimus c. 9 nu. 10.) iuramentum factum homini absenti potest ante eius acceptationē reuocari. Quamuis *Suarez eo. n. 11.* censeat in hoc casu esse periurium ineuntem postea contractum contra prius iuramentum. Quia (vt retuli eo c. 9. n. 10.) censet iuramentum factum, in absentia obligare; at fatetur tunc firmari contractum postea factum. Similiter ait *Suarez ibi* non posse absque periurio iniri posteriorem contractum, etsi iuramento firmetur, quando in posteriori iuramento nulla pietatis nec vtilitatis tertij ratio est habita, sed solius ꝓpriæ cōmoditatis. Sed melius alij, quos tacito nomine ibi refert, dicunt prius iuramentum tunc nō ita obligare, quin possit iurās cedere iure suo, & quasi illud sibi relaxare. Quia cū nulla habita sit ratio honor Dei, sed pro priæ commoditatis, nō video cur nō possit ille suo iure cedere; & ita nō solum contractus firmabitur iuramento, quod et fatetur *Suarez. ibi*; sed nec illum iniens erit periurus. Quod ipse contra alios ibi negat.

30 Secundo limitatur ab alijs, vt habet verum, qñ contrahens cum illo iurante fuit cōscius prioris iuramenti, tunc enim contractus hic cōtra prius iuramentum, non confirmabitur iuramento; secus quando ignorauit prius iuramētum. Huius limitationis authores retuli li. 6. de matr. dis. 13. n. 7. & vltra vbi citatos tenent *Bal. Si prædiū, in si in 2. lectura, C. de iure dotiū Faber inst. Quibus alienare licet, in princ. n. 6. Gulielm. Bene. relatus n. praced. Rutnus consi. 66. n. 14. vol. 2. Sylua nuptialis, §. Diuus nō est nubēdū nu. 81. vers. Nam dato, quod postea. Ant. Gab. in communib. opin. li. 2. tit. de iureiur. concl. 1. n. 6.* Atqi *Suarez eo. c. 30. n. 13.* defendit hanc limitationē à repugnantia. quā inuoluere videtur, intelligendo illam, vt ēt data hac scientia iuramentū obliget, non tñ confirmet contractū ratione turpitudinis, quæ repeti

tur

tur in contrahente, eo q̃ cooperatus sit periurio alterius. At retenta nostra sententia dicenti esse periuriũ, in posteriori iuramento, & ideo hoc iuramentũ nec obligare, nec illo confirmari contractũ, reijcienda est hæc limitatio. Atque eã improbant Doctores, quos ea disp. 13. nu. 7. retuli, & vltra illos *Vincentius Martinus tractatu de iuramento 4 p. effectu 1. q. 5. a nu. 4. vsque ad* 10. Quia in neutro casu tollitur periurium iurantis, licet ratione ignorantiæ non sit particeps illius delicti alter contrahens, & in vtroque casu contractus est inualidus, & solo illo periurio confirmandus.

41 Vltimo limitatur, vt iuramento hoc posteriori non firmetur contractus, vt procedat, quando altero ignoranti prius iuramentum, iurans ex simplicitate, seu ex obliuione tacuit prius iuramẽtum, quod in dubio est præsumendum; secus autem, quando dolosè se priori iuramẽto astrinxit seu illud occultauit. Quod iura nõ decipiẽtib. sed deceptis subueniãt. Huius limitationis authores retuli ea disp. 13. fi. Sed bene *Suarez eo. c. 30. fi.* aduertit hãc limitationẽ nõ procedere posse attẽta nr̃a sñia. Quia si posterius iurm̃ aduersetur priori, & ideo cõtineat periuriũ, nec possit absq; peccato seruari dolosa iurãtis taciturnitas nil proderit ad cõtractũ cõfirmãdũ, vtpote quæ non aufert periuriũ in posteriori iuramẽto commissum. Et ideo credo eos Doct. intelligere firmari contractũ ad hũc sensum, vt decipiens obligetur ratione doli, perinde ac si firmaretur contractus.

S V M M A R I V M.

Traditur regula ad dignoscendum, quando iuramento confirmetur contractus, nu. 41.

An firmetur, quando contractus interdicitur principaliter ob publicam vtilitatem, nu. 43.

Quid, quando principaliter ob priuatam, nu. 44.

Expenditur triplex huius limitatio, nu. 45. 46. 47.

Improbantur dicentes non firmari, quando secundario interdicitur ob publicam, nu. 48.

An firmetur iuramento, quando est in prejudicium tertij, num. 49.

An firmetur, quando iure redditur irritum iuramentum, numero 50.

An firmetur existente turpitudine in eo, in cuius fauorem iuratur, nu. 51.

Qualis debet esse hac turpitudo? Explicatur, n. 52. 53. & 54.

An necessario debeat esse contraria iuri naturali, aut canonico? Refertur quadam sententia, nu. 55.

Explicatur sententia authoris, nu. 56.

An sufficiant metus leuis, & dolus non dans causam contractui, & qualis læsio, ne confirmetur contractus iuramento, sed illud possit relaxari? Remissiuè, nu. 57.

Post n. 57 inuenient omnia summaria qua desiderantur.

42 QVÆSTIO quarta, Quibus regulis dignoscetur, quãdo iurm̃ vim cõfirmandi cõtractus sortiatur: Qua in re etsi variæ regulæ traduntur a Doctorib. vnica tamẽ eas oẽs cõplectar, ex qua & ex corollarijs ĩde inductis hæc manifesta fiet. Regula hæc est. Quoties iurm̃ absq; peccato seruari põt, nec turpitudo ĩuenitur ĩ creditore, in cuius fauorẽ præstatur, & nõ solũ faciẽdi promissionẽ cõtinet, sed eã, quæ formaliter, aut æquipollẽter est nõ reuocãdi cõtractus, firmat cõtractũ, cui adijcitur. Atq; ita triplex cõditio debet reperiri in iuro, vt hac cõtractus firmãdi virtute gaudeat. Prima ẽ, vt possit absque peccato seruari. Secũda, vt nõ reperiatur turpitudo ĩ recipiẽti. Tertia, vt formaliter, aut æquipollẽter cõtineat promissionẽ nõ reuocãdi cõtractus. Hęc regula generalis apertè colligitur ex *c. Cũ cõtĩgat, de iureiu. & c. 2. eo. tit. in 6. & c. Quãuis pactũ, de pac. eod. lib.* quia dum ij textus decidũt, quando iuro firmẽtur cõtractus alioquin infirmi, ita vt sunt omnino seruãdi, reddũt huius cõfirmationis rationẽ, quod id iurm̃ possit absq; peccato seruari, nec ex parte recipiẽtis, metus aut dolus ĩ extorquẽda promissione ĩtercesserint. Quã ẽt posteriorẽ cõditionẽ ponderauit tex. in *auth. Sacram. puberũ, C. si aduersit. vẽd.* & licèt prioris non meminerit, ea tamen ex alijs textib. est supplẽda. Cũ omnia iura, & ẽt naturale ius clament iurm̃, quod absq; peccato seruari nequit, nullas obligandi vires sortiri. In quib. verbis explicãtur duæ priores cõditiones. Tertia ẽt cõditio explicatur ĩ eisdẽ textibus. Vt cõstat ex dictis n. 19. & triplici sequẽti. Et quamuis ijdem textus petant etiã iuramentũ nõ redundare in tertij præiudicium; nõ est noua aliqua conditio, sed includitur in prima, eo quod tunc nequit iuramentum absque peccato seruari. (Vt ostendemus n. 49.) Atque hæc regula constabit magis ex corollarijs ex ea deducendis, vbi & Docto. afferemus. Et hæc regula, quo ad duas priores conditiones expressè traditur *a Paulo l. Si quis pro eo, in principio nu. 4. ff. de fideiussor. & d. auth. Sacram. puberum in lect. nu. 8. & 9. Euerardo in suis topicis, loco a vi, & energia iuramenti, nu. 17. Ant. Gomez to. 2. variar. c. 14. n. 24. versi. Itẽ infertur, quod donatio,* vbi hanc regulam tradunt generalẽ. Tũc iuro firmatur cõtractus quãdo in eius obseruantia non peccatur, nec est contra publicam vtilitatem, nec in prejudicium tertij, nec est turpitudo iñ recipienti. Nec opus fuit explicare, vt non sit contra publicam vtilitatem, nec in tertij præiudicium; quod tunc peccetur in iuramenti obseruantia, & ideo in prima conditione clauditur. Eamdem regulam explicatus eisdem duabus cõditionibus tradit *Gutierez de iuram. 1. p. c. 40. num. 3. versic. Tertia opinio.*

43 Ex hac regula deducitur primo, quãdo contractus prohibentur primario ob publicam vtilitatẽ, non firmari iuro. Quia nec tunc id iurm̃ obligat eo q̃d absq; peccato seruari nequeat. (Vt probaui c. 9. n. 34) Et ita tradunt *Bar. l. Si quis pro eo 57. in prin. nu 8. ff. de fideiussor. & ibi Paulus nu. 4. & 5 idem Bart. l. Seius & Augerius 27. n. 4. ff. ad l. Falcidiam. Abb. c. Cum cõtingat, n 5. de iureiu. & ibi Alex. de Neuo n. 28. Bellamera n. 21. Alc. l. Pacta quæ contra, n. 17. C. de pac. Cor. repe. d. auth. Sacr. puberũ n. 48. & ibi in repet. Hubertus de Boninco nu. 115. Euerard. in suis topicis, loco a vi, & energia iuramenti, n. 17. Couar. de pact. 2 p. §. 1. nu. 1. & §. 2. nu. 6. versic. Prima igitur,* vbi bene addit hoc habere verum, siue verba legis prohibentis ob bonum cõe, dirigantur in personam, siue in rem, *Ant. Gomez l. 59. Tauri nu. 4. & to. 2. variar. cap. 14. nu. 24. vers. Item infertur, quod donatio. villalobos in suis cõmunib. opinionib. litera I, n. 130. Minchaca de successionũ creatione, li. 3 §. 26. n. 43. & §. 28. n. 21. versic. Deniq. quod actus. Guttierez de iuram. 1. p. c 58. nu. 15. Rim. inst. Quib. alienare licet in princ. nu. 217. Matienco lib. recopil. regia tit. 2. l. 2. gl. 3. n. 17. Seraph. de priuilez. iuram. priu. 61. nu. 13. Card. Tuschus, in suis pract. verbo Iuramentum concl. 528. nu. 56. in to. 4. Suarez to. 2. de relig. tract. de iuram. lib. 2. c. 26. nu. 11. Rebellus de iust. p. 2. lib. 1. q. 9. n. 8.* Et quamuis aliqui censeantur firmari contractũ, quando solum ius ciuile interdicit eum cõtractum ob publicam vtilitatem petantque vt non confirmetur, interdici etiam iure canonico ob eamdẽ Hi sunt *Immola d. c. Cum contingat, n 36. Azor to. 1. institutionum moralium, li. 1. c. 7. q. 2. reg. 2. fi. unctis vers. Sed concessis, & sequenti. Leonar. lib. 1. de iust c. 17. dub. 7. nu. 5,* Id vtique sentiunt consequenter ad suam sententiam relatam c. 9. nu. 33. nempe, vt quando sola lex ciuilis interdicit actum ob publicam vtilitatem, possit iuramentum absque culpam seruari. Cuius contrariũ probaui eo. c. 9. nu. 34.

44 Secundo deducitur, cõfirmari iuramẽto contractũ lege prohibitum primario ob priuatam contrahentis vtilitatem, etsi secundario ob bonum cõmune, dummodo non sit turpitudo in recipienti. Quia tũc ea lex non obligat ad culpam, & ideo potest iurm̃ absque culpa aliqua seruari. Vt probaui c. 9. nu. 35. & 36. Atque ita docent *Bar. l. Seius, & Augerius 27. nu. 4. ff. ad l. Falcid. Ioan. And. c. Quamuis pactũ, n. 3. de pac ĩ 6. & ibi Arch. nu. 3. & ibi Dominicus nu. 3. idem Ioan. Andr. c. 2. num. vnico, de iureiud. in 6. & ibi Dominicus, numero 6.*

Abbas

Abbas cap. Cum contingat, n. 8. de iureiur. & ibi Alex. de Neuo nu. 15. Bellamera num. 22. & duplici sequenti. Idem Alexand. de Neuo c. Debitores nu. 12. eod. tit. Paulus d. l. Si quis pro eo, in princ. nu. 4. iuncto n. 7. & in repetitione d. auth. Sacramenta puberum, nu. 22. & 23. Iason ibi nu. 51. & 52. Curtius iunior in repetitione nu. 38. & 39. Corneus in repetit. n. 38. duplici sequenti, & lectura nu 6. Alex. consil. 27. à nu. 5. vsq; in finem, volum. 1. Aretinus l. Is cui bonis, n. 7. ff. de verb. oblig. Euerardus loco à vi. & energia iuramenti n. 6. & 7. & 17. Angel. verbo iuram 5. nu. 24. Syl. verbo iuramentum 4. q. 16. Couar. de pactis 2. p. §. 2. nu. 6. vers. Prima igitur, & n. 7. vers. Primũ falsam esse Gutier. d. auth. Sacramenta puberum, n. 48. & 49. Ant. Gomez l. 59. Tauri n. 4. vers. Sed his nõ obstantibus & to. 2. variarũ c. 14. n. 24. vers. Item infertur, quod donatio. Riminaldus instit. quib. alienare licet, in princ. n. 218. Minchaca de successionum creatione, lib. 3. §. 26. n. 43. & §. 28. nu. 28. Villalobos in suis communibus opinionibus, litera I. n. 131. Matiẽco lib. 5. recopil. tit. 2. l. 2. gl. 4. n. 15. Barbosa l. Alia, §. Eleganter n. 32 ff. solu. matr. Surdus cons 54. n. 18. vol. 1. Azor to. 1. inst. moral. lib. 11. c. 7. q. 1. regula 4. Rebellus de iustit. p. 2. lib. 1. q. 9. n. 2. & lib. 5. q. 7. sect. 3. n. 16.

45 Tripliciter solet limitari hoc, primo vt intelligatur, quando verba prohibitionis legis diriguntur in rẽ, vt interdicendo aliquid alienari; secus qñ diriguntur in personam, vt interdicendo illi alienationẽ. Ducũtur, quòd in hoc posteriori casu lex obliget ad culpã, & ita iurãm seruari nequeat absq; culpa; secus in priori casu. Sic *Bart. l. Si quis pro eo, in princ. n. 9. & 11. ff. de fideiuss. & authen. Sacramenta puberum, n. 15 C. si aduersus venditionẽ. Humbertus de Bonẽco in repetitione eius authen. nu. 24. & nu. 124. Alciatus c. Cum contingat, à n. 97. vsq; ad 107. de iureiur. Angel. d. l. Si quis pro eo, in princ. nu. 2. & consil. 160. domina Catharina nu. Tuscus in suis practicis 4. tomo, verbo iurãm, concl. 528. nu. 56.* & dicit esse probabile. *Alciatus l. Pacta quæ contrà, nu. 26. C. de pactis.* Pro hac ẽt sententia sunt Doctores, quos retuli c. 9. n. 36. dicens iurãm nõ obligare, quoties prohibitio legis dirigitur in personã. Sed ibi eam distinctionem reprobaui, & ideo dicendũ est in vtroq; casu cõtractum firmari iurõ. Et ita docent *Abbas, Bellamera, Paulus, Iason, Curtius iunior, Aretinus, Alexan. Couar. Anton. Gomez, Minchaca, Gutier. Azor relati nu. præcedenti.*

46 Secundò limitatur, nisi lex prohibens aliquid principaliter ob vtilitatem priuatã, exprimat se id facere ob publicam vtilitatem Ita *Bart. l. Ius publicum 39. nu. penult. & vltimo ff. de pactis.* Sed iure optimo hanc limitationem impugnat *Aretinus l. Is cui bonis nu. 7 ff. de verb. obligat.* Quia re vera non est prohibitio, nisi ob bonum priuatum; & rei veritas est potius attendenda.

47 Vltimò limitatur, nisi cõtractus interdicatur fauore debitoris, concepta tamen prohibitione in creditoris persona. Vt si lex ita prohibeat, nemo cum minore cõtrahat, tuoc. n. etsi minor iuret, non firmabitur contractus iuramento. Nã tunc minori non interdicitur contrahere, sed ipsi creditori, etiã si minor velit. Ita *Bart. l. Si quis pro eo. in principio, nu. 11. ff. de fideiuss.* Sed iure optimo *Couar. de pactis 2. p. § 3. n. 7. ad finem* hoc impugnat dicens eum contractũ firmari iurõ. Quia eo præstito debitor potuit, & visus est renunciare ꝓhibitioni in eius fauorem inductæ; quæ renunciatio pp vim iuri confirmat cõtractum. Nec fauet *Bart* doctrina *Glos. l. inuitus, §. vlt. ff. de regulis iuris*, q̃ pro sua sententia ipse allegat, quæ ait eũ, cui acceptio interdicta est, nõ posse ẽt à sponte dante recipere. Quippe loquitur, qñ fauore boni publici est prohibitio; vt contingit iudicibus

48 Quare minus verum est, quod tradũt *Alciatus l. Pacta quæ contra, à num. 20. vsq; ad 25. C. de pactis, & Horoscius l. Iuris gentium §. Iuris communi num. 5. ff. de pactis,* vbi dicunt non firmari cõtractum iuramento, quãdo etsi ꝓhibitio legis sit principaliter ob bonũ priuatum; at secũdario est ob bonũ publicũ; vt contingit in alienatione fundi dotalis; sed tantũ, quando nec in consequẽtiam spectatur bonũ publicum. Quæ limitatio est contra omnes Doctores relatos nu. 44. Atq, nu. 5. & n. 12. probaui eam alienationẽ fundi dotalis, de qua est sermo *c. Cum contingat, de iureiur.* confirmari iuramento. Et tenet *ibi Alciatus, n. 96.* sibi contrarius.

49 Tertio deducitur, non firmari cõtractum iuramento, quando est in præiudicium tertij. Cõstat ex *c. Cum contingat, de iureiur. & c. Quamuis pactum, de pactis, in 6.* Præterea, quia hoc iuramentum, vtpote rei iniquæ non obligat. Vt probaui c. 9. nu. 38. vbi n. 39. explicui, quale sit hoc præiudicium. Et in hoc omnes Doctores conueniunt, & eo n. 38. retuli multos.

50 Quartò deducitur, contractũ non firmari iuramento, quando illud est irritũ redditum iure aliquo humano Quia tunc perinde est, ac si iuramentum non esset; cùm tanquã irritum nullas obligandi vires habeat. Vt latius dicemus c. 22. vbi tractabimus, an id possit nõ sola lex canonica, sed etiã ciuilis. Et ita docet *Molina to. 2. de iustit. disp. 271. col. 5. vers. Hoc tamen loco.*

51 Vltimò deducitur, qñ turpitudo reperitur in creditore in cuius fauorẽ iuratur, etsi iurãm obliget, eo tamen non firmari contractum. Vt quando est iuramentum soluendi vsuras; aut qñ promissio est metu, aut dolo extorta. Constat ex *c. Cum contingat, de iureiur & c. Licet mulieres. eod. tit. in 6. & c. Quamuis pactum, de pactis, in 6.* vbi dum deciditur contractũ firmari iurãm, excipitur nisi metus, aut dolus interfit; quæ exceptio apponitur ratione turpitudinis inuẽtæ tunc in recipiente. Cõstat ẽt ex *c. Debitores, de iureiur.* vbi deciditr soli Deo acquiri ius ex iurõ soluendi vsuras, & eis solutis conceditr repetitionem. Neutrum autem contingit, dum cõtractus firmatur iurõ. Præterea, quia iurãm tantũ obligat in his casibus, ob reuerẽtiam nominis diuini adducti in testem ad faciẽdum verum, quod iuratur; nulla quæ actio acquiritur parti. Vt probaui c. præced. n. 8.) Ergo tantum obligat ad requisita veritati iuramẽti, & vt illud impleatur; ad quod neutiquam est necessarium eo contractũ confirmari. Itẽ, quia cũ vis hæc confirmandi contractus insit iurõ ex iure humano (vt nu. 1. diximus) non est credendum velle ius fauere turpitudini creditoris, in cuius fauorẽ cõfirmatio hæc cederet, Ita docent *Bart. l. Si quis pro eo, in principio num. 10. ff. de fideiussor. & ibi Paulus n. 5. Angelus n. 7. Anton. cap. Cum contingat, num. 14 de iureiurand. & ibi Abbas nu. 5. Baldus nu. 7. versic. Sed nunquid mortua. Imola nu. 66. Alex. de Neuo n. 33. Bellamera n. 26. Alciatus nu. 133. & 134. & l. Pacta quæ contra, n. 37. C. de pactis Cumanus ea l. Si quis pro eo, in principio num. 16. Idem Paulus in lectura d. authen. Sacramenta puberum, num. 3 & 9. & ibi Corneus in repetitione n. 55. fine, Humbertus de Benenco in eiusdẽ repetitione, num. 135. Euerardus loco à vi, & energia iuri num. 17. Alex. cons. 129. n. 19. vol. 6. Couar. de pactis 2. p. §. 3. n. 1. Antonius Gomez to. 2. variarum c. 14. n. 24. vers. Item infertur, quando donatio. Seraphinus de priuilegijs iuramenti priuilegio 61 num. Riminald. instit. quibus alienare licet, in principio nu. 227. Minchaca de successionum creatione, lib. 3. §. 28. nu. 35. vers. Quamuis casus Vincen. Mancinus de iuramento p 4. effectu 1 q. 3. nu. 12. Tuscus suis practicis, to. 4. verbo iuramentum, concl. 528. num. 41. Surdus consil. 165. n. 10. vol. 2. & consil. 194. à nu. 21. vol. 2. Barbosa l. Alia 15 §. Eleganter nu. 32. ff. solut. matrim. Molina to. 1. de iustitia, disput. 150. col 2. & to. 2. disput. 515. col. 4. vers. Verum autem. Suar. to. 2. de religione, tractatu de iuramento, lib. 2. c. 27. num. 2. Leonardus l. b. 2. de iustit. c. 17. dub. 7. num. 56. Rebellus de iustitia p. 2. li. 1. q. 9. nu. 11. Azor tom 1. institu. moral. lib 11. c. 7. q. 1. regula 3.* Quare iure optimo *Couar. de pactis 2. p. §. 3. n. 2. versic. Secundo infertur,* reprehendit *Bartolum* sibimet cõtrarium, qui in *l. Seius, & Angerius n 4. ff. ad l. Falcid.* dicit hmõi contractũ firmari iurãm, & facta solutione cõcedi repetitionẽ. Quia nec eũ contractum firmari iurõ est verissimũ, vt ex *eodem Bart.* & alijs diximus; etsi firmaretur iuramento, repugnat dari receptionem.

52 Sed

52 Sed dubitatur, qualis debeat esse hæc turpitudo. *Molina tomo 1. de iustitia, dispu. 149. colum. 2. versic. Quatuor iuribus, & dispu. 150. colum. 2. & to. 2. disp. 515 col. 4. versic. Verum autem*, ait hanc turpitudinem contingere, quoties is, in cuius fauorem iuratur, accipit iniquè, & tenetur restituere. Vt cõtingit in accipienti vsuras, aut metu, aut dolo. Et *Angelus l. Si quis pro eo, in principio, nu. 7. & 9. ff. de fideiuss.* dicit eam tantum contingere, quando recipiens peccat retinendo.

53 At quamuis id verissimum sit, existimo non tantùm in eo casu hanc turpitudinem contingere, sed quoties etiã is, in cuius fauorem iuratur, peccat in acceptione rei iuramento sibi promissæ, quis minimè teneatur illam sibi traditam restituere, nec retinẽdo peccet. Quia cùm tunc peccet creditor in actu, quo implendum est iuramentum, non intendit ius dare vires iuramẽto ad confirmandum eum actum turpem; ne illi turpitudini fauere videatur. Hinc sententiæ fauet *Alciatus. Cum contingat nu. 134. de iuretur.* vbi ait non esse opus, vt is cõtractus sit nullus, sed satis esse, vt lex contrahentem odio prosequatur. Et clariùs *Euerardus loco à vi, & energia iuramenti nu. 17. & Fachineus in suis controuersiis, lib. 3. c. 14. ad finem.* vbi dicunt hanc turpitudinem cõtingere, quoties nequit iuramentum seruari absque peccato eius, cui præstatur. Et *Couar. de pactis 2. p. §. 3. nu. 1. & n. 4. versic. Ego vero, & Guttierez de iuram. 1. p. c. 43 n. 3. vers. In eo etiam*, vbi dicunt hanc turpitudinẽ contingere, quando creditor ex eo contractu iniquè acciperet, secus quando etsi iniquè contraxisset, non tamen iniquè accipit. Et *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de iuramento lib. 2. c. 28. n. 4. & 5.* vbi ait debere esse turpitudinem circa ipsummet actum, circa quem iuramentum postulatur, ita vt actus, quo implendum est iuramentum, sit peccatum in ea persona, cui pręstatur. Et *n. 5.* dicit esse valde probabile minorem contrahentem cum curatore contra interdictum legũ regiarum, in *l. 4. tit. 5. p. 5. & in l. 25. tit. 11. li. 5. noua recopil.* peccare, & retenta hac opinione ait hoc iuramẽto nõ firmari eos contractus. (De quo exẽplo non curo, quia est satis dubiũ.) Vt põt videri apud *Guttier. de iuram. 1. p. c. 40. n. 3. & 4.* vbi sustinet non esse peccatum, & contractus hos firmari iure. Et *Paulus l. Si quis pro eo, in principio, n. 5. ff. de fideiuss. & Menchaca de successionum creatione, lib. 3. §. 28. n. 35. casu 4.* explicant hanc turpitudinem, quando est peccatum in repetitione.

54 Nec oportet, vt ea turpitudo sit formalis in recipienti, id est, vt ipse peccet, sed satis est turpitudo materialis, id est, vt actus ipse sit in se peccatũ, etsi ratione ignorãtiæ excusetur recipiens. Vt si ipse inuincibiliter ignorauit cõtractum esse vsurarium, vel alius ipso ignoranti, vim, aut metum intulit, aut vsurã exercuit. Quia bona fides huius solùm deseruiet, vt culpę sit immunis. Et in hoc casu potest esse verũ, id quod tradit *Corneus in repetitione auth. Sacramenta puberum, n. 55. fine, C. si aduersus, venditionem* vbi ait huiusmodi contractus non firmari iuramento, etsi creditor non turpiter recipiat.

55 Sed dubium est, an sufficiat turpitudo contra ius ciuile? *Guttierez de iuramento 1. p. c. 40. n. 5. versic. Non obstat*, ait non satis esse turpitudinem solo iure ciuili inductam, sed exigi vt sit iure canonico. Quod nulla ratione, nec authore probat.

56 At dicendum est satis esse turpitudinem contrariam iuri ciuili inducentem peccatum in eo, cui iuramẽtum præstatur. Quia militat ratio tradita n. 53. Nec Doctores ibi relati distinguunt, sed absolutè tradũt sufficere peccatũ. Et in proprijs terminis docet *Suarez ibi relatus*. Item, quia multi sustinent iuramentum adiectum pacto legis commissoriæ obligare; at eo nõ cõfirmari eum cõtractum, quos refert, & sequitur *Guttier. de iuramento 1. p. c. 33. n. 2.* ita intelligentes *cap. Significante. de pignor.* Cum tamen constet illam turpitudinem esse iure ciuili inductam, ad pactum interdicendum; quod aperte is textus indicat. Præterea iuramentum filij familias soluẽdi mutui, renunciando beneficio Macedoniani, dicunt multi obligare, non tamen eo firmari id pactũ. Quos referunt, & sequuntur *Antonius Gomez 2. tomo variarum c. 14. n. 24. vers. Item infertur, quod donatio. & Tuschus in suis practicis, tomo 4. verbo Iuramentũ, concl. 528. n. 24.* Cum tamen nulla sit in eo turpitudo, præter inductam iure ciuili.

57 An verò, ne confirmetur contractus iuramento, & possit hoc relaxari, sat sit metus leuis, & dolus non dãs causam contractui, & qualis læsio, dicemus c. 21.

SVMMARIVM.

Quando iuramentum non firmat contractum, oritur vnica obligatio; at duplex, si confirmet, nu. 58.

Quoties non confirmat, obtenta iuramenti relaxatione potest contrauenire contractui secus quando confirmat; & explicatur, quid tunc absolutio operetur, n. 59.

An confirmato contractu peccet contrà iuramentum; & contra iustitiam, ac teneatur restituere impetrans absolutionem ad effectum agendi; sciens non esse causam, numero 60.

Quando confirmat, non datur repetitio, secus quãdo non confirmat, & satisfit tunc momentanea solutione, n. 61.

Improbantur contrarium dicentes nu. 62.

Quando confirmat nequit obtineri relaxatio iuramenti, secus quando non confirmat, nu. 36.

Referuntur quidam sentientes contrariam, & dicentes non esse iustam relaxationis causam, non confirmari eo iuramento contractum, nu. 64.

Explicatur sententia Authoris circa hoc, n. 65.

Quando confirmat, datur actio in foro externo, secus quando non confirmat, nu. 66.

An sit differentia circa transitum obligationis ad heredes. Remissiuè, nu. 67.

58 Quęstio vltima. Quos peculiares effectus inducat cõfirmatio contractus facta iuramento, qui non competunt iuramento habenti obligandi vim? Sex effectus solent assignari. Primus est. Quando iuramento obligat, non tamen confirmat contractum, dimittitur cõtractus in sua natura; quare si erat inualidus, adhuc manet inualidus. Quod iuramentum tunc temporis nullum contractui robur addat, sed solam obligationẽ in ordine ad Deum inducat. Cùm tamen contractus sit erga hominem, manet immutatus in sua pristina natura; vtpote qui nullum ius homini iuramento tribuit. At quando confirmat, oritur duplex obligatio, altera erga Deum, & altera erga hominem. Vt diximus c. 9. n. 8. & ideo manet contractus firmus, & irreuocabilis, quamuis prius esset reuocabilis, & irritus. Vt probaui in hoc eodem c. num. 11. & 12. Atque hanc differentiam tradunt *Iason auth. Sacramenta puberum, n. 38. C. si aduersus vendit. Antonius Gomez to. 2. variarum c. 14. n. 21. Suarez tomo 2. de religione, tract. de iuram. lib. 2. cap. 25. nu. 2.*

59 Secundus effectus est. Quando non confirmat, sed tantùm obligat, potest relaxato iuramento veniri contra contractum. Quod non obstet contractus, vtpote qui nullus, aut reuocabilis erat; nec etiam iuramentũ, vtpote quod relaxatione extinctum erat. Secus autẽ, quando confirmat, quamuis enim aliquando ratione læsionis allegatæ concedatur relaxatio ad effectũ agẽdi, at ea relaxatio non operatur, vt possit contrauenire cõtractui, sed tantùm vt liceat absque periurio cõtendere in iudicio ad illius rescissionẽ ratione læsionis illius. Quia cum ex iuramento habuerit firmitatem, nec integra illius relaxatio concessa sit, sed ad solum peculiarẽ agendi effectũ, obstabunt volenti contrauenire, iuramentum nondum quoad contrauenięndi potestatem relaxatum, & firmitas cõtractus ex eo cõsurgens. Atque ita docent *Abbas c. 1. n. 12. de iuretur. Angelus*

censi.

consil.160.dom.Catharina,n.3. Portius,§. Extraneis,numero 12. institut. de heredum qualit. & differentia. Cou. var. de pac.2.p.§.1.numero 7. Gregorius Lopez l.6. verbo Deue,tit.19.p.6. Anton.Gom.alios referens to.2.var.c.14. nu.21. Ant.Gabriel in suis communibus opinionib.lib.2.tit. de minoribus, conclusione 5.nu.3. ampliatione 1. Guttierez auth. Sacram. puberum,nu.20. & 21. C.si aduersus vend. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 61.num.3. Surd. consil.194.nu.24. vol.2. Peregrinus consil.77.nu.4. vol.1. Vincentius Mancinus tract. de iuram. p.6.q.1.numero 1.& 2. Molina tomo 1. de iustitia, disputat.150. colum.penult.versic.Illud etiam. Suarez eodem c.25.numero 3.& 4. Rebellus de iustitia p.2. lib.1. quest.9.numero 11. Azor tomo institutionum moral. lib.11.c.7.q.5.initio. Et quamuis *Abbas c.Cum contingat,nu.9. fine,de iureiuran. & ibi Alexander de Neuo in fin. Felin.c.1.nu 26.si.eodem tit. Riminaldus iunior consil.5. nu.148.lib.1.* dicant relaxato eo iuramento manere irritũ contractũ, ac proinde licet statim contrauenire; sunt tamen sane intelligendi, vt loquantur casu, quo est concessa legitime plene iuramenti relaxatio ab ipsa contractus obligatione. Et ita eos explicant *Cou. eo.nu.7. Gut.eo.nu.22. Manc.eo. nu.23.* Atq; bene addit *Cou.eo.nu.7.* ex ipso procedendi modo, eo quod summarie actum sit de ipsa absolutione præstanda, deducendum esse ad solum agendi effectum eam fuisse concessam. De hac autem relaxatione ad effectum agendi, & qualiter sit concedenda, dicemus cap.21.

60 Ex quo deducitur, si relaxationem impetrans ad effectum agendi, norit eum, cui iuratum est, possidere iuste, absolutionem esse nullam, vtpote quæ falsæ allegatæ causæ innititur, & ideo iurantem souere iniustam causam; ac proinde peccare contra iuramentũ, & contra iustitiã, & teneri expensas litis, & damna inde subsequuta restituere aduersario. Quod bene docet *Molinaeus, praecedenti relatus.*

61 Tertius effectus est. Quando iuramentum non confirmat contractum, sed tantum obligat, impletur momentanea solutione, & statim potest iurans repetere rem solutam. Quia cum statim ac solutio facta est, fit iurãs vinculo iuramenti solutus, remanet illa res apud alium sine causa; cum ratione solius iuramenti implendi sit debita. Secus autem, quando confirmat contractum. Quia tunc contractus fit omnino firmus, non satisfit momentanea solutione, nec datur rei solutæ repetitio. Quod clare indicant textus eam confirmationem inducentes, dum decernunt eos contractus esse omnino, & inuiolabiliter obseruandos. Vt numero 6. ponderaui. Atque ita tradunt *Bart. l. si quis pro eo, in princ.numero 10.ff de fideiuss. Iason auth. Sacramenta puberum, nu.5. C.si aduersus vendit. Bellamera c. Cum contingat,nu.27.de iureiur. Igneus l.1.§. Si vir, aut uxor, nu. 156.ff.ad Syllanianum, & repetit.eiusdem authen.num.6. & 36.Cur.iun.in eiusdem authen repetitione,nu.32.Portius, §.Extraneis,nu.12.instit.de haeredum qual.et dif. Euerardus loco,à vi,& energia iuramenti,nu.16.& 17.Cou.de pactis 2.p.§.3.n.2. Anton. Gom.to.2.var.c.14.num.24.vers. Item infertur, quod donatio. Rimin. inst. Quibus alienare licet,in princ.nu.207. Caldeis l. Si curatorem, verbo Minoribus,num.3. C de in integ.rest. Lara l.Si quis à liberis, verbo, Parens,nu.120.ff.de lib.agnosc. Hondedaus cons.31. n.16. vol.1.*

62 Ex hoc placet, quamuis non desint contradicentes. Quippe *Anton.c. Cum contingat,nu.8.ad medium,de iureiur.& ibi Abbas, nu.8.Imola n.66.* dicunt etsi contractus non firmetur iuramento, non dari repetitionem, nisi sit turpitudo in recipiente. Atque in hanc partem inclinat *Suarez eodem c.25.n.10.* dicens videri fieri posse, vt aliquod iuramentum, non confirmet, & non relinquatur iustus repetendi titulus.

63 Quartus effectus est. Quando confirmat, nequit iuramenti relaxatio obtineri, secus quando non confirmat. Probatur ex testibus, qui in priori dicunt iuramentum esse omnino, & inuiolabiliter obseruandum, Quę verba omnem dispensationem, ac omne iuris remedium excludunt. (Vt numero quinto, probaui.) Item. quia in priori casu acquiritur ius tertio ex illo contractu per iuramentum firmato, secus ex iuramento in posteriori casu, & ideo in priori casu non est locus relaxationi, eo quod cederet in tertij præiudicium; secus in posteriori, vbi sola iuramenti religio erga Deum obligat, & ideo subiacet relaxationi prælatorum. Atque ita sustinent *Bar. Iason, Curtius iunior, Euerardus, Cou. Riminaldus, Caldas, Hondedaus, nu.61. relati. Igneus in repetit.d auth.Sacram.puberum,n.36.*

64 Verum contra hunc effectum videntur *Angles l. Si quis pro eo, in princ.n.7. & 9.ff.de fideiussor.* vbi etsi concedat non dari relaxationẽ, quando contractus firmatur iuramento; addit tamen, nec eam semper dari, qñ confirmatur, sed duntaxat, quãdo is, in cuius fauorem iuratur, peccat retinendo rem eo cõtractu promissam. Et *Paulus ibi,nu.5.* dicit posse dari relaxationem, quando contractus non firmatur in odium creditoris, eo quod peccet recipiendo, vnde videtur contrarium sentire, quoties ob aliam rationem non confirmatur. Et *Menchaca de successionum creatione,lib.3.§.28.n.35.ver. Quartus casus,* vbi ait tantum posse peti relaxationem, quando est peccatum in recipiente. *Suarez eodem c.25. nu.11.* ait, vt vniuersaliter verum sit non posse concedi relaxationem iuramẽti confirmantis contractum, debere intelligi ex vi conditionum intrinsecarum tali iuramento. Quippe eis præcise spectatis non inuenitur iusta relaxandi causa in iuris tertio acquisiti præiudicium; secus ex aliqua causa intrinseca. Circa aliam verò partem dicit *idem mox c.29.nu.vlt.* non semper posse iuramentum non confirmans contractum relaxari ex vi conditionum intrinsecarũ ipsius, sed id tantum contingere, quando est turpitudo in eo, in cuius fauorem præstatur. Quia (inquit) non est sufficiens causa, vt relaxari valeat, cadere iuramentum in promissionem lege irritam. Quia cum illa lex sit in iurantis fauorem inducta, & ipse sponte, & sine iniuria voluerit, quantũ in se est, non gaudere beneficio legis, quo ad executionem operis promissi, & hanc suam voluntatẽ iuramento firmarit, nulla ratio patitur, vt sine alia causa liberetur obligatione talis iuramenti. Quare concludit non posse relaxari sine alia magna, & extraordinaria causa.

65 Verum quo ad priorem partẽ non est necesse recurrere ad intrinsecas, extrinsecasve relaxationis causas. Quia mens Doctorum est id iuramentũ nõ posse relaxari a prælatis inferioribus, sed à solo Põtifice de plenitudine potestatis, qua in casu extraordinario põt ob bonũ cõmune priuare aliquẽ proprijs bonis, & iure sibi acquisito. Quod explicuit *Pan. eo. l. Si quis pro eo, in prin.n.6.* Quo ad posteriorẽ aũt existimo esse probabilius nullã aliã cãm exigi, idq; vniuersaliter, quoties iuramentũ nõ confirmat. Quia aut nõ cõfirmat ratione turpitudinis inuentæ in eo, in cuius fauorẽ iuratur, & tunc omnes admittũt eam solam esse sufficientem relaxationis causam. Aut non confirmat, eo quod solam soluendi promissionẽ contineat, non excludens beneficium repetitionis iuxta dicta n.20. Et tunc cum legibus iustissimis contractus sit irritus, nullamq; soluendi obligationem pariens, imo & ijsdem cõcedatur soluti repetitio; eadem ratio, quæ iustas efficit leges irritãtes eum contractum, ac iustam præbuit causam arctandæ voluntatis contrahentiũ, ne valide de rebus suis disponere possint, præbebit quoq; ansam iustam relaxandæ eius iuramenti obligationis in nullius præiudiciũ cedentis, vtpote quæ nullum ius contulit parti, sed soli Deo acquiritur, & ne alia via frustrentur effectus per leges intenius. Quippe multo grauius est arctari voluntatem, ne de rebus suis disponat, quã relaxari iuramentum; illudque grauiorem causam postulat, ac superiorem voluntatem. Nec obstat iurantem renunciasse sponte sua ei fauori pro se inducto; quia ea renunciatio nil prodest ad excludendum beneficium repetitionis, & ad reddendum validũ eum contractum, sed ad

latroni, vel vsurario, vel alij, qui in rem iuſto promiſſam tenetur restituere, iuxta dicta cap. præced. numero ſeptimo, & octauo. Ita *Abbas c. Cum contingat, n. 8. de iureiurando.* Et poteſt probari. quia iuramentum ſoli Deo præſtitum erogandæ alicuius eleemoſynæ tranſit ad hæredes teneturque illud implere ex vi contractus, quamuis nulli pauperi, ſed ſoli Deo ius ex voto acquiſitum ſit. Ergo etſi latro, & vſurarius nullum ius acquiſierint, ſed ſolus Deus ex iuramento illo, tenebūtur hæredes implere. Sed omnino dicendum eſt, nulla ratione teneri hæredes id iuramentum implere, quamuis non impleuerit defunctus. Quia nulla contractus ratio obligabat defectum, ſed ſola iuramenti religio. Quæ non transfertur in infantis hæredes. (Vt num. 1. diximus) Nec eſt ſimile de voto, aut iuramento eleemoſynæ. Quia promiſſionem illam voti, vel iuramēti acceptat Deus non ob voti, vel iuramenti ſolam religionem, ſed etiam in quantum redundat in pauperis vtilitatem; atque ideo, etſi non tranſeat ad hæredes ex vi iuramenti aut voti; tranſit ex vi contractus illius cū Deo initi. At iuramentum per iniuriam extortum nō acceptat Deus, in quantū redundat in vtilitatem extorquentis, immo eo modo ſibi diſplicet, cum ille teneatur reſtituere, ſed ſolum acceptat ob iuramenti religionem; quæ perſonalis eſt. Et ideo hanc partem ſuſtinent *Imola, Alciatus, Pariſius*, quos refert & ſequitur *Couar. de pactis 2. p. §. 1. nu. 7. verſic. Quicquid ſit, in fine. Guttier. authent. Sacramenta puberum, n. 21. C. ſi aduerſus vendit. Molina tomo 1. de iuſtit. diſput. 150. col. 3, verſic. Eſt vero hoc diſcrimen.*

6 Secunda concluſio, Iuramentum non eſt perſonale ex parte eius, cui præſtatur; & ſic tranſit in eius hæredē. Vt iurans dare centum Petro tenetur ex iuſti religione, defuncto ante ſolutionē Petro, ſoluere ea centum hæredibus Petri. Rō eſt, quia actiones defuncti tranſeunt ad hæredem. Cum ergo defunctus habebat actionem, vt ex vi iuſti illa centum ſibi darētur, eamet actio ad hæredem tranſibit. Iuſm enim intelligitur ſecundum iuſtam interpretationem eius actus, cui adhæret. Actus autem hic ad hæredes tranſit. Atque ita docent *Angelus verbo Iuramentum 5. num. 40. Syluester verbo, Iuramentum 4 quæstion. 2. dicto 1. & quæstione 3. Couarr. cap. Requiſiſti, num. 2. de teſtament. & de pactis 1. parte, §. 5, num. 4. Matienco l. 5 recopilat. titulo 10. l. 3. gloſ. 13. num. 11.*

7 Hinc deducitur, iurantem obedientiam alteri in dignitate, aut officio conſtituto, expreſſo eius dignitatis, aut officij nomine teneri ex vi illius iuſti ad obedientiam oībus ſucceſſoribus in ea dignitate, aut officio. Vt ſi quis iuret obedientiam Epō Cordubenſi, aut rectori talis collegij, tenetur ex vi illius obedire quoque ſucceſſoribus. Secus aūt ſi ſolum perſonæ nomen exprimat. vt iuro Petro obedientiam. Tunc enī ſoli Petro obedire iuſm conſtringit Ita docent *Abb. c. Veritatis, in nu. 2. de iureiur.* & ibi Doctores. *Syluester vtroq; loco allegato num. præcedenti. Azor lib. 11. inſtit. moraliū cap. 8. quæstione quinta.* Atque in ſimili diximus, & probauimus, agentes de commiſſione facta alicuius ſub nomine perſonæ, eam non tranſire ad ſucceſſorem; ſecus de facta ſub nomine dignitatis, lib. 8. de matrimonio, diſputatione 27. nu. 6. Quid autem ſi nominis dignitatis, & perſonæ mentio fiat? Ibi retuli à nu. 17. varias ſententias, & tandem nu. 20. tanquam probabiliorem amplexi ſumus dicentem non tranſire ad ſucceſſorem, ſiue nomen dignitatis nomini perſonæ præponatur, ſiue poſtponatur.

8 Quatenus aūt diximus iuſm illud obedientiæ præſtitum alicui in dignitate, aut officio conſtituto, expreſſo nomine proprio, non tranſire ad ſucceſſorem, temperandū eſt, niſi id iuramentum præſtetur illi circa rem ad dignitatem pertinentem. Tunc n. etiāſi nomine proprio, expreſſo fiat illi iuramentum, trāſit ad ſucceſſorem. Ratio eſt. Quia (vt probauimus lib. 8. de matrimon. diſputatione 27. nu. 3. ad perpendendum, an actus ſit perſonalis, & conſequenter ad ſucceſſores non tranſiens an potius realis, & tranſiens, non principaliter ſpectandum eſt, an fiat expreſſo dignitatis, aut perſonæ nomine; ſed hæc conſideratio adhibenda eſt tanquam vltimum refugium, quando ex ſubiecta materia, vel alijs coniecturis, id diſcerni nequit ex quibus id potiùs perpendendum eſt. At nulla huius rei vrgentior coniectura eſſe pōt, vt iudicetur actus non perſonalis, ſed dignitatem reſpiciens. quam fieri prætextu rei ad dignitatem pertinentis. Et ita contra alios, quos ibi refert, tenet *Couar. vtroque loco, & Matienco allegatis n 6 fine.*

9 Duo tamen obſeruanda, ſunt. Prius eſt, iuramētum obedientiæ præſtitum alicui in dignitate conſtituto ratione illius dignitatis, non amplius obligare eo ab ea dignitate remoto. Quia cauſa eius obedientiæ ceſſat *c. Venerabilem, in fine, de elect.* Ita *Abbas c. Veritatis n. 3. de iureiurando. Syluester verbo, Iurament. 4. q. 2. dicto 1. & quæſt. 3. Caietan. 2. 2. q. 89. art. 9. ad finem. Sotus li. 8. de iuſt. q. 1. ar. 9. ad 2.*

10 Poſterius eſt, ſimiliter quando quis iurat ratione alicuius dignitatis aut officii in ſua propria perſona exiſtentiū, ceſſantibus illis ceſſat quoque obligatio iuramenti; vt ſi quis tanquam canonicus iuret ſtatuta ſuæ Eccleſiæ ſeruare, vel tanquam iudex, ſtatuta iudicū, non tenentur relictis canonicatu, ac iudicis officio ea ſeruare Quia ea iuramenta ſunt dignitati, & officio annexa. Ita *Abbas eo. c. Veritatis nu. 3.*

11 Ex his deducitur intellectus ad *c. finale de foro compet. in 6.* vbi ſtatuitur ratione iuramenti poſſe laicum apud iudicem Eccleſiaſticum conueniri. Quippe ea deciſio locum obtinet in ipſomet iurante non autē in eius hærede. Quia ea procedit ob ſpiritualē iuriſiurādi religionem, quę ſolum iurantē conſtringit. Ita docent *Ioan. Andr. Abb. Bald. Anton. Roman. Pariſius*, quos refert, & ſequitur *Couar. de pactis 1. p. §. 5. num. 6. Azor. lib. 11. inſtit. moral. cap. 8. q. 5. Guttierez alios referens auth. Sacramenta puberum, nu. 16. C. ſi aduerſ. vendit. & de iuram. 3. p. c. 12. nu. 7* At è contra non ſolus is, cui iuſiurandum præſtitum eſt, ſed etiam eius hæres, poterit iurantem ad iuramenti obſeruantiam coram iudice Eccleſiaſtico conuenire. Quia. (vt dixi n. 6.) iuramentum ex parte eius, cui præſtatur, non eſt perſonale. Ita *Couar. ibi, Guttier. eo. cap n. 7.*

12 Prior tn̄ pars procedit, quando hæres conuenitur actione ex eo cōtractu celebrato per defectū; ſecus ſi ageretur indirecte contra hæredem implorando iudicis officiū, vt cōpellat illum ſatisfacere ad exonerādā defuncti conſcientiā. Quia tunc pōt hæres iurantis coram iudice Eccleſiaſtico conueniri, *c. A nobis, in fine de ſentent. excom* Et ita docent *relatis Abb. antiquo, Aufrerio, & alijs. Guttier. c. 12. n. 7. & dicta auth Sacramenta puberum, n. 16. Barboſa l. 1. p. 1. conſ. 77. ff. ſolut. matrim.* Imo idem erit, etſi contractus non ſit iuratus. Quia non ratione iuramenti conuenitur hic hæres coram iudice Eccleſiaſtico. Ita *Guttier. eo. c. 12. n. 7.*

13 Dum autem *id c. finale, de foro compet. in 6.* decernit ratione iuramenti effici laicū de foro iudicis Eccleſiaſtici, non ita intelligendum eſt, vt non poſſit quoque conueniri corā iudice laico; ſed corā vtroque poterit conueniri. Quia iuramentū nō mutat forum, ſed addit forū foro. Ita contra *Ioan. Monachū, & Archidiaconum*, tenet *Ioan. And. Iaſon. & alij*, quos refert, & ſequitur *Guttier. eo. c. 12. n. 3.* Quod bene *nu. 5.* intelligit, quando conſtaret iuramentū obligare, ſecus ſi verteretur in dubium probabile, an iuramentum obliget, Quia cum de eius viribus agatur, quod res ſpiritualis eſt ad religionem pertinens, iudicis Eccleſiaſtici eſt ea cognitio. Vide aliam limitationem hic nu. 16. fine. Et de hac limitatione optime agit *Folia. c. 2. à num. 28. de ſponſal.* & vide quæ dixi lib. 1. de matrim. diſputat. 32, nu. 18. ad finem.

14 Atque lite mota coram iudice seculari de cōtractū iurato, pōtest Ecclesiasticus adire, vt cogat partem, & iudicem secularem ad iuramenti obseruantiam; nec potest ipsi obijci litis pendentia. Vt cum *Ioanne Andrea, Maranta, & alijs*, sustinent *Guttierez. eo. cap. ite 12. num. 4. & 5.*

15 Immo, si quis petat relaxationem iuramēti coram iudice Ecclesiastico ad effectum agendi, dicunt quidā posse eo relaxato, corā eo de tota causa litigari. Quia qui fuit iudex causæ præparatātis, & sic relaxationis iuramenti, erit quoque iudex principalis causæ præparatæ. Ita *Bal. & Iason* quos refert *Guttier. eo. c. 12. nu. 6.* & est communis opinio, vt ait *Couar. l. 1. variar. c. 4. n. 8.* Sed merito contrarium tenent alij, quos referunt, & sequuntur *Couar. & Guttier. ib.* dicentes postea circa rescissionem contractus, qui non est fori Ecclesiastici, qualis esset, si examinandum esset, an esset, vsurarius, aut simoniacus, aut aliud vitium fori Ecclesiastici haberet, non posse nisi coram iudice laico agi. Quia textus *d. c. finali*, procedit fauore iuramēti obseruandi; at in hoc casu non agitur de illo, sed de contractus ad forum Ecclesiasticum non pertinens viribus.

16 Tandem decisio *dicti c. finalis*, procedit etiam in voto. Quippe si de eius obseruantia agatur, laicus conuenitur coram iudice Ecclesiastico. Quia est vinculū spirituale sicut & iuramentum. Atque ita *allegatis Abbate, c. Licet, nu. 3. notabili 3. de voto, Franco & alijs* docēt *Guttierez. eo. c. 12. n. 10.* Immo quando votum, & iuramentum soli Deo fierent, solus iudex Ecclesiasticus esset cōpetens ad cogendum illa obseruare. Quia cum nullus sit contractus cū homine aliquo initus, sed soli Deo ius acquisitum sit, ex spirituali religionis vinculo, solus iudex spiritualis erit competens. Si antē votum illud sit parti intimatum, & ab ea acceptatū, in cuius fauorem emissum est, erit vterque iudex competens. Sicut n. 13. diximus de iuramento.

17 Vltima conclusio. Iuramentum quamuis personale sit ex parte iurantis, potest tamen præstari per procuratorem. Vt constat *ex c. vltimo. de iuram. calumniæ, in 6. & c. 1. §. Verum. de statu regular. in 6.* Sicut matrimonium actio, personalis est, & tñ potest contrahi per procuratorem, *c. finali, de procurat. in 6.* Potest etiā per nuntium præstari; sicut & matrimonium potest per nuntium iniri. Vt bene docent *Couar. de pactis 1. p. §. 5. nu. 8, Azor l. 11. instit. moral. 7. q. vltima.*

18 Exigitur tamen speciale mandatum iurandi commissum procuratori illi, vel nūtio, vt nomine alterius iurare possit. Quod nu. sequenti & probabo & latius explicabo. Et ita *l. 2. tit. 7. lib. 4. noua recopilat. reg. a*, sic dicitur. *Responda el procurador, so iuramento con poder especial, estando bien instruido, y informado.* Et ita docent *Couar. & Azor num. præcedenti allegati Sotus libro 8. de iustit. q. 2. ar. 2. ad finem. Iulius Clarus lib. 4 receptarū, §. Feudum, q. 49 fine. Matiēço lib. 5. recopilat. titulo 20. l. 6. glossa 2. num. 15.* multo allegans. *Petrum de Ledesma 2. tomo summæ, tract. 11. c. 5. dubio 2. coroll. 4.*

19 Hoc autem mādatum speciale potest dupliciter dari procuratori. Primo modo, generaliter ad iurandum in quocumq; dantis causa. Secūdo modo, specialiter in causa speciali illi commissa. Vtroq; enim modo dicitur speciale mandatū, quia est speciale ad iurandū; sed priori modo dicitur generale respectu causarum, eo quod causa specialis non assignetur; posteriori aūt modo dicitur etiam respectu causę speciale; cum ad iurandum in causa speciali sit. Dubitatur ergo, an requiratur mandatum vtroque modo speciale. Et quidem, quando iuramentum est assertorium, vt quando procurator nomine partis iurātem non ex malitia opponi executioni: aut debitū petimm vere deberi, omnino dicendum est exigi speciale mandatum vtroq: modo, nempe, ad iurandū, & in speciali causa nominata. Et amplius hoc patebit ex dicēdis n. 24. Quia iuramētum assertorium certam determinatam veritatem exigit. At nulla ratione potest procurator iuramento nomine suæ partis præstito asserere vt verum aliquid, nisi specialiter habeat in mādatis formulā hanc. Cum alioquin dubius, incertus sit, an dominus id verū esse sciat, & an sub iuramento requisitus id verum esse asseueraret. Et ita asseuerant *Sotus, Couar. Petrus de Ledesma nu. præcedenti allegati.* Et dicit optime *Sotus* exigi speciale mandatum ad singulare illud iuramētum. Quare existimo (vt dicam nu. sequenti) non sufficere generale mandatum ad omnia iuramenta, quæ in alicuius causæ progressu necessaria fuerint. Quia ex hac generali cōmissione non pōt procurator certus reddi, an in quouis casu speciali postea occurenti nurit pars iuramentum id esse verum. At in iuramento promissorio seruandi alicuius contractus non videtur militare ratio prædicta; atque ita videtur sufficere mandatū speciale ad iurandum, licet sit generale quo ad causas. Sed clare *Couar. præcedent. allegatus* videtur sentire exigi quoque speciale quo ad causam. Quia de vtroq; iuramento eodem modo loquitur. Et probat ex *cap. fe finali, de procurator. in 6.* qui textus agit de matrimonio per procuratorem ineundo, exigens speciale omnino mandatum, & quo ad matrimonium, & quo ad personam, cum qua ineūdum est; infertque inde *Couar.* ad causas spirituales specialissimum mandatū exigi; qualis est causa iuramenti. Et in proprijs terminis tenent *Sotus, & Petrus de Ledesma n. præcedenti allegati.* Atque ita tenendum existimo. Quia in eo quoque iuramento exigitur veritas de præsenti, nempe, animus seruādi contractu a iuramento promissi; ac proinde vt procurator nomine partis iuret, exigitur speciale mandatum ad iurandum in contractu speciali, vt ex eo mādato certior fiat procurator de vero animo mādantis. Quando autē procurator nomine partis absq; legitimo eius mandato iurat contractum, non tenebitur pars ex vi illius iuramenti, vtpote quod absq; legitimo eius cōsensu pręstitum est. Sed tenebitur ex contractu, ob facultatem generalem ei ad contrahēdum suo nomine cōcessam. Quod bene docēt *Caietanus 2. 2. q. 98. art. 2. ad finem. Sotus, & Petrus de Ledesma num. præced. allegati.*

20 Ex his deducitur primo, non esse licitum, quando quis procuratorem in propria causa instituit, dare illi generalem facultatem præstandi quodcumque iuramentum nomine partis. Quia nemini licet iurare nomine partis quamcumque veritatem, sed illam solam, quā prius certo norit. Cum ergo procurator nequeat veritatem certo nosse, nisi instructus specialiter à domino, ita vt dominus cāæ specialiter ei dicat, iura nomine meo hoc, iniqua erit talis facultas, & virtute illius non poterit procurator iurare. Ita, *Sotus, & Petrus de Ledesma ibidem.*

21 Secūdo infertur contra *Baldum, & alios, quos refert Couar.* posse vassallum ex consensu domini iuramentum fidelitatis domino feudi præstare per procuratorem habentem ad id speciale mandatum; per textum *cap. 1. §. Verum, de statu regular. in 6.* Atque ita docent *Couar. Iulius Clarus, & Matienco nu. 18. allegati.* Quatenus autem hic textus petit, ne dominus cōtradicat, intelligitur, nisi vassallus ita iuste impeditus sit, vt nequeat commode ad dominum ipsum accedere. Tunc enim potest etiā domino inuito mittere procuratorē, aut nuncium speciali mādato instructum ad iuramētum fidelitatis præstandum. Sic *Couar. ibid.*

22 Immo, etsi lex petat propriū alicuius iuramentum in aliquo casu, potest id per procuratorem habentem speciale mandatū pręstari; dummodo is actus eius cōditionis sit, per alium geri possit. Vt sunt iusiurādum fidelitatis, & quod in lite, aut contractibus interponitur; secus si per alium geri actus nō potest, vt est iusiurandum, quo quispiam testificari debet. Et sic intelligitur *c. 2. de testib.* Ita *Couar. multos allegans, & Azor allegati num. 18.*

At

23 At si lex petat iuramentum propria manu præstari, nequit per procuratorem cum speciali mandato. per *c. Si vero, el 2. de sentent. excommunic.* Et docent *Couar. multos allegãs, & Azor ibidem.* Etsi alij, quos refert *Couar.* aliter sentiant. Téperat tñ bene *Couar.* cũ *aliis quos refert* nisi in ijs, quę nullius, aut modici sunt præiudicij.

24 Tertio deducitur, minus bene aliquos dicere ad iuramentum de calumnia præstandum per procuratorem nomine partis, sat esse mandatum generale ad omnes causas, & speciale ad iurandum de calumnia, etsi non exprimatur in specie causa, super qua iuramentum hoc præstandum est. Et ita dicunt *Bart. Alexand. & capella Tholosana, quos refert Couar.* esse praxi receptum. At hęc praxis iniusta est, & requiritur ad hoc iuramentũ mandatum speciale ad iurandum de calumnia in speciatim nominata causa & lite. Nam cum hic procurator iurare debeat in animã partis, non poterit absque eius speciali consensu eam obligare ad periurium. Item, quia non est certus procurator abesse in eius litis defensione aut psecutione calumniam. Ita *Bartolus, Abbas, Barbatius, Alexander*, quos refert, & sequitur, *Couar. de pactis, 1.p.§.4.n.8.*

25 Tandem duo monuerim. Prius est, quando procurator ex speciali patris facultate iurat, ipse ad nil manet obligatus, sed sola pars, cuius nomine iuratur, manet obligata. Sicut contingit, quando procurator nomine alterius matrimonium init. Ita *Caietanus 2.2.q.98.a.2. fi. Sotus, & Azor n.18. Allegati.*

26 Posterius est, si talis procurator nomine partis iurans, iuret sciēter falsum, aut dubium, tã ipse, quam ea, cuius nomine iurat, periurium incurrunt. Quia etsi procurator nomine alieno iuret, & in animam partis, consentit tamen in periuriũ partis. Ita docet *Syluester verbo, Periurium quæst. one 3.* addens, quo ad pœnas periuris iure statutas solum dominum esse periurum. Quod si procurator bona fide præstet id iuramentum, ignorans falsitatem, aut dubium instructionis partis, immunis erit culpę, totaq; in partem refundetur. Vt bene docet *Caiet. n.25 relatus.*

CAPVT XIV.

Qualiter obliget iuramentum seruandi statuta reipublicæ, collegij, vniuersitatis alicuius, confraternitatum, & officij: & an id extendatur ad futura; & ad ea, quæ ratione desuetudinis, aut alia ratione non obligant.

SVMMARIVM.

An iuramentum seruandi statuta intelligatur etiam de postea editis? n.1.

Transgressio iuramenti seruandi statuta, cuiusq; communitatis, an semper culpam contineat, & qualem? n.2.

Quando reputanda sit materia grauis, vt culpa sit mortalis? n.5.

An peccent transgredientes statuta iurata confraternitatum obligantia sub aliqua pœna? n.4.

Iuramentum seruandi secreti quando obliget ad morale? n.5.

Transgressio præceptorum rectorum vniuersitatum sub pœna præstiti iuramenti, quando sit mortalis, n.6.

Iuramentum seruandi statuta, an extendatur ad non licita, & non impossibilia? n.7.

An extendatur ad non recepta, aut vsu abolita, aut alia ratione non obligantia? n.8.

Quid, si id iuramentum sit seruandi alicuius statuti specialis vsu non recepti? n.9.

Et quid, si id renocatum sit? n.10.

Quid, si id statutum postea licitum fiat? n.11.

Quid, si id statutum postea vsu recipiatur, aut consuetudine seruetur, n.12.

Quid, si iuretur res illa independenter à statuto, & quando censeatur sic iurari, & quid in dubio? n.13.

Qualiter intelligatur iuramentum ministrorum publicorum seruandi stipendij lege taxati? n.14.

An iuramenti decurionum, vulgo, Iurados, y Veintiquatros, obliget ipsos ad inquirenda peccata publica, eaq; denuncianda? Refertur quædam sententia, n.15.

Explicatur sententia Authoris, n.16.

1 Hanc rem duplici regula tradita, & ex ea illatis corollarijs absoluam. Prior regula est. Quãuis non nulli vellint iuramentum absolute præstitum seruandi statuta alicuius cõmunitatis, intelligi tam de editis, q̃ de edendis in posterum; secus si esset expresse de seruandis statutis editis; tunc enĩ non extenderetur ad edenda; vt expresse habetur *c. pen. de iureiur.* Ita sentiunt *Cardin. eo c. pen. nu. vnico, paulo post principium.* Et videtur clare sentire *Ioan. Andreas ibi nu.2, Antoninus, n.3. oppositione prima.* Alij vero distinguunt sic. Si futura sint magni præiudicij iuranti, non extenditur ad illa: secus si sint modici. Ducuntur ex *l. fi. C. rei p. gnor.* vbi sub obligatione bonorum simpliciter facta, comprehenduntur etiam bona futura; eo quod obligatio hæc modicum præiudicium afferat. Ita *allegato Bartolo* sentiunt *Abbas eo capite penultimo, n.2. Diuus Antonius 2.p. titul. 10. capite 6. § 6. Rosella verbo, Iurare, num.25.* At verius est, id iuramentum simpliciter præstitum minime extendi ad futura, nisi expresse iurans ad futura id extendere velit. Quod iusiurandum ob periurij periculum, & ob detrimentum, quod sequi potest, strictissimi iuris sit, & interpretationis, ita vt non comprehendat, id quod verba late significant. Præterea quia cum futura sint incerta, & dubia, grauesque, ac molestos exitus interdum habere soleant, non est verisimile iurantis intentionem ad ea protendi, aut fore, vt ea iuraret, si menti occurrerent. Atq; ita docent *Anton. eo cap. penultimo, n.1. notabili 1. Baldus ibi, num.1. Alexand. de Neuo, numero 13. & duobus sequents. Ang. verbo, Iuramentum 5. numer. 15. Syluester verbo, Iuramentum 4. q.23. Armilla verbo, Iuramentum, num. 17. Tabiena verbo, Iurare q.38. Azor lib.11. instit. moral. c.8. q.7. Petr. de Ledesma 2. 10. summa, tractatu 11. capite 5. dubio 2. corol.2.* Atque specialiter limitationem *Abbatis* reprobant *Alexander de Neuo. & Sy n. ibid.* Intelligitur tamen hæc regula, nisi nouum illud statutum ad solius veteris declarationem ederetur, vel ad tacita in antiquo statuto declaranda; ad illud enim extenderetur id iuramentum. Quia tunc non est nouum statutum, sed idem cum veteri, *fi. auth. de fil. ante dot. instrument. nat.* Et ita docent *Bald. ibi, & Alex. de Neuo, num.13.*

2 Posterior regula est. Iuramenta hæc non ita sub mortali obligant, vt trãsgressor cuiusuis statuti peccet mortaliter, sed intelligenda sunt ita obligare, vt res illa seruanda continetur in statutis: nimirum, si statutum est tanti momenti, vt obliget ad mortale, obligabit iuram ad mortale; si autem sit leue, ita vt ad veniale solũ obliget, iuramentum ad veniale obligabit: quod si statutum ad nullam culpam obliget, sed tantum sub cõsilio sit, iuramentum ad nullam quoque culpam astringet. Constat ex *Clem. 1. §. cum igitur in primis, vers. Declaramus, de verb. signific.* vbi hoc ita definitur de voto seruandę regulæ fratrum minorum. At eadem est ratio de voto, & iuramento. Et huius ratio est, quod hic non iuret præcisè seruare rem illam in statuto contentam, sed prout continetur in statuto, seu statutum ipsum. Ergo obligatio iuramenti metienda est iuxta statuti obligationem. Atque ita docent *Gerson 2.p. in regulis moralibus, trac. de superbia alphabeto 24. litera R. & 3.p. trac. de vita spiritnali, alphabeto 63. litera O. Medina 1.2. quæst. 96. articulo 4. colum. antepenultima. vers. sic. Ex his petes; & libro 1. summa cap. 16. §. 11.* Atque idem sentiunt *Ioannes Andreas, Hostiensis, Gomez ius,* quos refert, & sequitur *Padilla l. Cũ proponas, n.2. C. de transf.* qui aiunt iurantes aliqua pcepta sub certa pœna nõ esse periuros trãsgredien-

grediendo, nec peccare mortaliter, sed satis esse pœnam soluere.

3 Existimo autem tunc materiam statuti iurati esse grauem, vt constituat periurium mortale, quando tanti momenti est vt iuramentum secluso statutum suę materiæ ratione sufficiens esset ad obligationem sub mortali. Quia iuramentum obligat instar præcepti, illique tantum addit nouas vires, vt sit noua mortalis culpa periurij sacrilegi transgressio illius. Atque ita sentire videtur *Gerson d. alphab. 24. litera R.* dum ait id iuramentum tantum obligare sub mortali in ijs, in quibus diuina lex sic obligaret.

4 Hinc deducitur eos, qui statuta alicuius confraternitatis iurant, decernentia aliquid sub certis pœnis faciendum, aut omittendum, nullam culpam contrahere illa transgrediendo. Quia ea statuta ad solam pœnam soluendam legitime petitā obligant. Ita colligitur ex doctrina allegata numero secundo, fine. Et ita dicit forte esse verum *Metina eodem articulo quarto, eodem vers. Ex his patet.*

5 Secundò deducitur, iuramentum seruandi secreto ea, quæ in congregationibus tractantur, quale faciunt oppidi rectores, vulgo *Iurados, y Veinticuatros* auditores regij: & quidam alij publici ministri, non obligare sub mortali in quauis re modica. Sed iuxta materiam, quæ detegitur, iudicanda est culpa. Si enim ea sit grauis momenti, detectio erit mortalis; si autē leuis erit venialis. Atque idem sentio, etsi aliquod speciale secretum iuret quispiam se seruaturum. Nec enim erit mortalis transgressio, sed venialis, si leuis momenti id secretum sit. Et ita intelligendi sunt *D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 8. §. 3. Nauar. summæ c. 12. num. 23.* dum absolute docent reum mortalis culpæ esse, reuelantem id secretum iuratum. Et constat ex dictis *c. 4. nu. 23.* vbi probauimus solam culpam venialem esse transgressionem iuramenti in re leui, siue res illa sit totalis, siue partialis materia iuramenti.

6 Tertio deducitur, scholasticos transgressores præcepti rectorum academiarum sub pœna iuramenti præstiti, non esse periurij mortalis reus, vbi materia nō est grauis. Vt cum iubentur sub pœna præstiti interesse certæ congregationi, missarum sacrificio, publicæ, & solenni supplicationi. Quippe huiusmodi præcepta pie interpretanda sunt, vt eorum mens non sit scholasticos periurij reos fore, si non obedierint, sed potius credendum est mentem esse, vt scholastici iurisiurandi memores cuius vinculo astricti sunt, ea præcepta nō contemnant. Atque ita docent *Gerson 4. p. tract. de vit. spirit. alphab. 63. litera O. fine. Driedo lib. 2. de liber. Christ. c. 1. ante propositionem tertiam; in alia editione est, lib. 1. c. 2. art. 3. ante tertiam propositionem. Maior in 3. d. 39. q. 4. Con. de pat. 1. p. §. 7. fi. Metina lib. 1. summa c. 16. §. 11. & 1. 2. q. 96. art. 4. quatuor columnis ante finem, versi. Verum vt veritas. Manuel 2. tomo summæ c. 9. num. vlt. Vazquez 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. c. 5. num. 51. Azor lib. 11. institutionum moralium c. 8. q. 11.* Nec quamuis rectorum intentio esset in ijs rebus leuibus obligare sub mortali, sic obligarent hæc præcepta. (Vt constat ex dictis libro primo, capite quarto, numero tertio) Et ita docent *Driedo ibidem, Manuel, Metina eo articulo 4. eodem versic. allegato.* Qui bene addit culpā esse venialem in his leuibus non obedire absque causa legitima. Quod si materia esset grauis, transgressio foret mortalis. Vt si rector sigillatim vocaret aliquos pro causis grauibus dicendis, iureque optimo omnium præsentiam exigentibus, idque sub pœna præstiti præciperet, obligaret sub mortali. Ita *Driedo & Manuel, Metina vtroque loco allegato.* Quidam autem materiam grauem ad hoc reputant, quando scholastici sub pœna præstiti iubentur, vt rectorem comitentur in die sancti Nicolai, & similibus. Et *Metina, in summa eodem §. 11.* censet materiam esse grauem indui scolasticum vestibus sericis contra vniuersitatis statuta. Sed neutrum credo esse materiam grauem ad constituendum mortale. Quod alij viri docti melius censent.

7 Quarto deducitur, nec esse iuramenti transgressorem, qui statuta, aut non licita, aut non possibilia minime seruat. Vt expresse habetur *c. 1. de iureiur. in 6.* vbi deciditur iuramentum generale, seruandi statuta, intelligi de licitis, & possibilibus. Ne iuramentum sit vinculum iniquitatis.

8 Quinto deducitur, nec virtute eius iuramenti teneri iurantem ad obseruanda ea statuta, quę aliqua ratione non obligant. Vt quia recepta non sunt, aut in desuetudinem abiere. Quia id iurm̄ est de solis statutis seruandis, quatenus ea obligant, (Vt num. 2. diximus.) Ergo quoties ex quauis causa obligare desinunt, cessabit perinde iuramenti obligatio eo quod iam illa nō sint statuta; atque iuramentum fuit illis accessorium, quatenus statuta erant. Et ita docent *Driedo lib. 1. de libert. Christ. an. c. 1. p. st 3. propositionem: in alia editione est lib. 1. c. 2. art. 3. post 3. propositionem D. Ant. 2. p. tit. 10. c. 6. §. 6. fine. Syl. verbo. Iuramentum 4. q. 23. fine. Tabiena verbo Iurare q. 36. fine. Nau. sum. c. 25. n. 23. Duennas regula 79. ampliatione 3. Aviles c. Prætorum in proemio glossa fin. nu. 10. Burgos de Paz l. 1. Tauri, n. 365. & 366. & multi alij, quos refert, & sequitur Gutierez de iuramento 1. p. c. 38. num. 14. Azor lib. 11. instit. moral. c. 8 q. 8.* Atque ob eandem rationem, quando certo modo reperta sunt, vel partim sunt recepta, eo solo modo iuramentum obligabit, quo illa recepta sunt. Quia eo solo modo ipsa statuta obligant.

9 Atque hoc non tantum verum esse credo, qn̄ quis iurat se seruaturum statuta in genere, in quibus aliqua recepta, & vsu probata sunt, alia vero in desuetudinem abiere: sed et qn̄ in indiuiduo petitur à quopiam iuramentum seruādi alicuius peculiaris statuti, id enim iuramentum cum non sit rei illius implendæ secluso statuto sed seruandi statuti, vel rei implendæ iuxta statuti præscriptum, est intelligendum seruandi illius, prout vsu receptum est, & in quantum illud obligat. Vt optime *Suarez 4. to. in 3. p. disp. 25. sectione 3. n. 5.*

10 Et idem dicendum est, si statutum id reuocetur per potentem reuocare. Quod probāt rationes traditæ duplici nu. præc. Et tenent *Io. And. & Abb.* quos referunt, & sequuntur *Ang. verbo, Iuramentum 5. n. 39. Syl. verbo, Iuramentum 4. q. 2. Tabiena verbo. Iurare, q. 36. Armilla verbo Iuramentum, nu. 35. Caiet. 2. 2. q. 89. art. 9. ad finem. Sotus lib. 8. de iust. q. 1. art. 9. col. vltima.*

11 Quod si statutum iuratum tempore iuramenti non erat iustum defectu alicuius circunstantiæ; at postea licitum fiat, obligabit id iuramētum à solo eo tempore, quo est licitum. Vt iurauit quis seruare statuta, inter quæ est vnum non ligans defectu confirmationis superioris, non obligabit iuramentum pro tempore, quo illa deest; at ea accedenti ligabit. Ratio est, quia id iuramentum nō est restrictum ad tempus, quo id statutum iniustum erat, vique obligandi carens, sed extensum ad totum tempus futurum. Ergo obligabit tempore, quo id statutum firmitatem obtinuerit. Sicut qui innodatus excommunicatione vouit se singulis diebus in posterum auditurum sacrum, tenebitur audire non tempore excommunicationis, quo id est illicitum, sed tempore, quo ab illa liber fuerit. Ita docet *Nauarrus summa Latina capite 12. numero vltimo*, reliqua circa materiæ mutationem videnda sunt lib. sequenti, toto cap. 9.

12 Atque idem censendum est, si aliquod ex ijs statutis iuratis nō esset vsu receptum, at postea vsu reciperetur; à tempore enim solo receptionis obligabit iuramentum eius statuti obseruandi. Quia lex nondum à subditis recepta, & ob id non obligans, non censetur reuocata, quasi lex non esset, sed eius oblatio suspensa est, vimque accipit, cum postea acceptatur. Vt optime docet *Nauarrus lib. 1. consil. vtraq; editione, titulo de constitution. consil. 1. quæst. 7. num. 29.* Ergo ex tunc obligabit iuramentum, sicut & statutum. Secus autem esset, si ita

si statutum reuocaretur per peccantem reuocare; quis .n. postea denuo ederetur, non obligaret iuramentum ad illud. Quod (vt n. 1. diximus) iuramentum intelligitur de solis statutis tempore illius editis, vbi nō constat de alia iurantis intentione. At hoc statutum vbi semel est reuocatum, perinde est, ac si nunq̄ extitisset; & qñ de nouo editur, est iā omnino nouum. Et idē credere, si semel acceptatū vires obligādi recepit: at postea cōsuetudine legitima abolitū est; quamuis .n. postea noua cōsuetudine induceretur iuramentū, nō extenderetur ad illud. Qui cū consuetudo potens sit legem reuocare, ac abolere, instar ipsius principis, *c. fin. tit. de consuet.* idem est ac si princeps reuocasset ac postea edidisset.

13 At prædicta limitanda sunt, nisi iurans vellet scienter se obligare ad rem illā statuto contentā independenter à statuto. tunc. n. si res illa est licita, tenetur ad obseruandā, etsi statutum non obliget. Quia iuīm ex sua intentione ad id extensum est. Et ita docent *Abb. c. Dilecto n. 19. de praebend. Ang. Syl. Tabiena, Armillanu. 10. allegati.* Atq; ait *Oviedo nu. 8. relatus* ait teneri iurātem ad statuta licita seruāda ēt vsu abolita, qñ specialiter, & nominatim singula statuta ei leguntur, & intentio ipsius ēt ad abolita seruanda fertur. At existimo in dubio non præsumendā esse eam iurantis intentionem, sed seruandi statuta, quatenus statuta obligantia sunt. Immo etsi statuti non fiat mentio in iuramenti petitione, si tñ id petit authoritate publica virtute illius statuti, & vt id obseruetur, est accipiēdū iuīm, quatenus statutū obligat. Quia nec potestas publica pōt, nec censetur aliomodo id iuīm petere. Quare caute intelligēdi sunt *Abb. Syl. Tabiena proxime allegati*, dū dicunt non obligare id iuīm ad statutum reuocatū, qñ est mentio statuti facta; v.g. dicendo, iuro me seruare statuta, vel hoc, vt continetur in statuto intelligendi .n. sunt, qñ intentio non fuit iurandi habito respectu ad statutū. Et ita melius id explicauit *Ang. verbo, Iuramentū 5. n. 36.* his verbis, qñ iuratū est nō habito respectu ad statutū.

14 Sexto deducitur, quid dicendum sit de quibuscūque ministris publicis iurātibus seruare stipendiū lege taxatum, vulgo, *el aranzel*, qñ probabiliter iudicaretur à viris doctis esse successu temporum minus sufficiēs, & iniustū. (Quod qñ eueniat, nō est præsentis loci disputare, sed in casu, in quo ita esset, tractamus.) Dicēdū .n. est, id iuramentū non obligare ad eā stipendij laboris taxam, quæ iniusta est. Nā (vt diximus n. 8.) iuramentum seruandi statuti intelligitur, quatenus illud iustū est, & obligatoriū. Non ergo obligabit iuīm ad eā taxam, quatenus iniusta est. Nec obstat iurantē latroni cogenti se daturum ei nūmos, teneri soluere, etsi iniuste latro exigat; eo qđ iuramentum licite obseruari valeat. Cum ergo similiter id iuīm seruandæ illius taxæ possit licite, & absque peccato obseruari, obligabit vtique, etsi iniuste exigatur. Non (inquā) hoc obstat. Quia latro petit, vt ea pecunia nō sibi debita, sed iniustæ extorta, sibi promittatur. At authoritas publica suo munere fungens nō petit iniuste iuīm, nec legis, quatenus iniusta est, sed id iuramentū exigere censetur seruandę legis, quatenus iusta est, ac vim obligandi obtinens: quare non aliter id iuramentum obligabit.

15 Tandem deducitur, quid dicendum sit de iuramēto decurionum oppidi, quos vulgo, *Iurados, y Veinte quatros, o Regidores*, appellamus, quo iurant se publico oppidi bono ꝓspecturos. *Nau. lib. 3. de rest. c. 3. in nona editione 3. dubio 3. n. 20. vers. Secundo peccant*, ait decuriones: quos vulgo, *Iurados*, appellant, peccare mortaliter si sint notabiliter negligentes in procurando speciali suo parochiæ bono; vt si in ea sint publici concubinarij, mēsæ ad ludos publice expositæ, quas vulgo, *tablajes*, appellant, vel alia peccata publica, & non curant hęc oīa priuatim cognoscere, vt ea manifestēt iudici, vel prælatis, vel eis, quibus incumbit remediū adhibere. Idque probat, quia hoc iureiurando promittunt, cū ad officia admittuntur; atque hoc est eorū munus, vt sint tanquā oculi reipublicæ ād peccata hæc denuncianda, vt vitentur. Atq; idem docet *Manuel 2. to. sum. c. 28. n. vnico, in 4. interrogatione*, dicens teneri eos lege naturali sub mortali ad inquirenda peccata publica suæ parochiæ, interrogandūque parochos, & monendum, vt eos certiores faciāt de necessitatibus spiritualibus, & tēporalibus suæ parochiæ, vt eis consulant. Probat aūt id, quia sunt reipublicæ, quasi patres familias; at hi ad hoc tenentur. Itē, quia *l. 13. §. 8. tit. 2. lib. 8. & l. 10 tit. 1. lib. 7. nouæ recopilationis regia*, iubentur hi decuriones in sua parochia habitare; ea ratione reddita, vt melius possint suū munus obire. Quod ad nil aliud tēdit, nisi vt spirituales, ac tēporales eius parochiæ necessitates facilius nosse valeant. Atq; idē dixere quidam viri docti Hispali cōsulti, dicētes tūc hos peccare mortaliter, quando ex eo qđ hæc publica non denunciant, nec de eorū remedio in cōuentu vrbis publico agunt, vulgo, *en el Cabildo, ò Consejo*, sequitur graue reipublicæ damnum. Idque probant, quia vrbis rectores, seu decuriones dati sunt vt prætorum adiutores, ac consiliarij. At prætores in his publici vitijs extirpandis valde negligentes peccant mortaliter.

16 Ceterum peritissimos huius regiæ Cancellariæ Granatensis aduocatos consului, ac oēs vnanimi consensu subscriptione sua confirmarunt, decuriones verbis ad hoc nō teneri, sed sua tantum interesse agere de rebus regimen ciuitatis politicum concernentibus vt de prouisione populorum, pretijs rerum venaliū, de conseruādis, defendendisq; ciuitatis rebus, & reditibus, & de eis legitime expēdēdis; de frumētario deposito tuēdo, & proindē do, ne id deficiat; & ne ministri publici ciuibus iniuriam irrogent, suisq; ministerijs abutantur, & vt oppidum in pace conseruetur, vt si latrones publici grassarentur tenerentur curare remediū adhiberi, vt viæ essent tutę; & si alicubi sit pestis, tenentur ciuitatē custodire, & si ipsa ciuitas peste infecta sit, curare vt ægris medicina adhibeatur, & ꝓuidere incolumitati vrbis. At oēs illi dixere non teneri decuriones vrbis, quos quos *Iurados, y Veintequatros* appellant alia peccata publica, vt concubinatus, publicas ludi mensas, inquirere, nec de eorum punitione, aut remedio tractare in suis cōuentibus, nec ea iudici aut prælatis denunciare, nisi qñ lex correctionis fraternæ quemcunq; aliū proximum obligat. Cui sententię libentissime accedo. Ducor autem, quia pręcepta absq; vrgenti ratione multiplicanda non sunt. At nulla ratio cogit hoc pręceptū astruere. Quod constabit destruendo fundamenta cōtraria. In primis .n. non est verum eos id iurare. Nam forma iuramenti hęc est, *Assi de los Iurados, como de los Veintequatros. So cargo de juramento prometido de vsar, y que vsarà bien y fielmente del dicho officio de Iurado, ò Veintequatro, y en el guardarà el seruicio de Dios nuestro Señor, el de su Magestad, y desta ciudad, y guardarà sus priuilegios y frāquezas, y libertades que tiene, y las demas prouisiones Reales, y sus ordenanças confirmadas del pā del posito, y las demas que tiene, y sus buenos vsos, y costūbres, y guardarà el secreto del Cabildo, y en los casos de justicia la harà à las partes: y en todo harà, y cūplirà lo que es obligado à cumplir en el dicho su officio.* Vbi nec verbū habetur de peccatis his publicis, nec consuetudo id obtinuit, quæ quamuis iuri naturali nō derogare valeat, at vbi de eo non constat, testatur quid officio alicui incumbat. Et ita *Azeuedo in curia Pisana lib. 2. c. 3. n. 1.* ait in conuentibus his secularibus agi de pertinentibus ad politicum ciuitatis regimen, quæ proxime enumerauimus. Et leges huius regni, quæ declarant, quid decurionibus incumbat, nō meminere obligationis inquirendi ea peccata publica, atque ea denunciandi, sed solis prætoribus ac iudicibus, eorumq; ministris onus imponunt inquirendi peccata publica, eaque puniendi. Nec decuriones sunt socij, & adiutores prætorū, quo ad iustitiæ administrationem, sed quo ad politicam vrbis gubernationē. At ea peccata publica inquirere ad admi-

administrationem iustitiæ pertinet. Nec sunt oculi ciuitatis, & quasi parentes, ad omnia eius publica peccata extirpanda, sed ad prospiciendũ bono vrbis regimini, & cauenda eius damna. Et ad hoc iubentur decuriones, quos *Iurados* appellant, in sua parochia habitare. Vt optime explicat *Curia Pisana l.2.c.26.n.4.* his verbis: *Quilibet in sua parochia habeat curã à plebs, & debet habere vt nõ fiat alicui plebs ... grauamen.* Adde patres familias, solo correctionis fraternæ vinculum, aliquantulum tamẽ strictiori, teneri familiæ crimina corrigere. Vt bene docet *Sayrus de censura, memb. 2.c.3.concl.4.* Quare non video, qua ratione ex vi officij sui teneantur decuriones ad ea, quæ præcedens sententia affirmat.

CAPVT XV.

Quando iuramentum præstatur ab aliquo vniuersitate, & aliqui eius non seruant an reliqui obseruare teneantur: possitque vniuersitas statutum suum iuratum reuocare? Vbi etiam tractatur de promissionibus mutuis, aut non mutuis cum iuramento, aut absque illo, faciendi aliquid in honorem Dei cedens.

SVMMARIVM.

Quotuplex difficultas tractanda sit, n.1.
Quando iurat vniuersitas aliquod statutum, an quibusdam non seruantibus, alij liberi maneant? nu.2.
Quotupliciter vniuersitas aliquod statutum iurare soleat numero 3.
Quando personæ vniuersitatis vt singulares iurant statutum, an possit vniuersitas id reuocare, ita vt cesset iuramentum? nu.4.
Quid, si statutum collegialiter factum sit? n.5.
An quando Vniuersitas potest statutum reuocare, id possit efficere, quamuis à superiori confirmatum sit, & licet non valeret, nisi à superiori confirmatum: & quamuis in confirmatione addita esset clausula irritans? nu.6.
An quando potest reuocare, censeatur id efficere, si statuentes, aut eorum successores veniant scienter contra statutum, & tunc sint periuri? nu.7.
Quãdo priuati mutuo sibi iurant aliquid se facturos in honorem Dei cedens, an altero nõ implente, alter liber maneat? num.8.
An possint hi obligationem illam iuramenti sibi remittere? Remissiue, num.9.
Promissio rei in honorem Dei cedentis quotupliciter homini fieri possit absq; voto, & iuramento? n.10.
Quando duo mutuo sibi promisere ingressum in religionem, vel neutrum post obitum alterius coniugis ad alias nuptias transiturum, an neutri resilire liceat altero inuito, qui cœpit implere? nu.11.
Quid, si neuter cœpit implere? nu.12.
Quid, si alter est in mora, & implere recusat? num.13.
Quando promissio non fuit respectiua, & per modum contractus, communiter non obligat, nu.14.
Quid, si abfuit verus promittendi animus, & alter acceptauit? n.15.
Quando censeatur acceptatio, num.16.
An quando concubinarij promittunt sibi fidelitatem, & non accessuros ad alium, vel aliam, ea promissio obliget? numero 17.
Quando huiusmodi promissiones obligent ad mortale? numero 18.
Quando obligant, an possit Episcopus, vel altera pars eas remittere? num.19.

1 Triplex difficultas in hoc capite tractanda est. Prima est, qualiter iuramentum seruandi statuta, ab vniuersitate aliqua præstitum non obliget, quibusdam illud non seruantibus. Secunda est, quando possit, & censeatur vniuersitas statutum à se iuratum reuocare. Tertia est, quando promissio nullo voto, aut iuramento firmata, sed soli homini facta, rei cedentis in Dei honorem obliget.

2 Circa primam difficultatem satis confusè loquuntur & vix intelligi possunt. *Angelus in verbo Iuramentum 6.n.3 & Syl. verbo Iuramentum, q.2. dicto 2.* At breuiter arbitror, quando de opposita iurantium mente nõ constat, iuramentum ciuitatis, aut alterius vniuersitatis, non ligare reliquos, quando maior eius vniuersitatis pars non obseruat. Nec enim in tali casu putandi sunt reliqui se obligasse, sed dum in ea vniuersitate iuramentum seruatur; non autem seruari in ea dicitur, maiori parte non obseruanti. Atq; ita docent *Azor l.11 instit. moralium c.8.q 8. Emmanuel Sa, summa, verb. Iuramentum, nu.25.*

3 Circa secundam difficultatem, præmittendum est, dupliciter posse illius vniuersitatis personas id statutum iurare. Priori modo, vt personæ singulares sunt; quod euenit, quoties iurant, id quod singulorum obseruantiam seorsim concernit. Vt dum statuunt id iurantes, vt nullus noctu domo egrediatur; nullus nisi matriculæ ascriptus vocem in capitulo habeat. Posteriori modo, quando iurant nón vt singulares, sed vt vniuersitas quædam. Quod contingit quando iurant, id quod non per singulas personas seorsum implendũ est, sed coniunctas nomine vniuersitatis. Quod appellant collegialiter. Vt si statuant non admittendam personam aliquam ad eam vniuersitatem, nisi talibus cõditionibus affectam: vel nullum admittendum vltra certum numerum. Hæc enim admissio per singulos seorsum fieri nequit, sed in vnum nomine vniuersitatis coactos.

4 Quando ergo statutum iuratum est priori modo potest vniuersitas illa id statutũ reuocare ac subinde obligatio iuramẽti extinguetur. Quia natura statuti est, vt id reuocari queat, quã iuramentum accedens cum nõ sit de non reuocando, minime mutat sed tantum alligat, dum id statutum nõ reuocatũ fuerit. Et ita docent *Abbas c. Dilecto, nu.19. de prabend. Angelus verbo Iuramentum 5.n.39. Syl. verbo Iuramentum 4.q.2.d.3. Tabiena verbo Iurare, q.36. Et allegatis alijs Gutierez de Iuram.1.p.c.18.n.16.* vbi cum alijs bene addit secus esse, si iuramentum esse non reuocandi prædicti statuti. Tunc enim reuocare non posset absque periurio, nisi deficeret causa finalis eius statuti.

56 Si vero statutum iuratum sit posteriori modo nequit vniuersitas illa, etiam vt vniuersitas congregata, illud reuocare. Vt constat ex *d.c. Dilecto.* Et tradunt *Abbas Angelus, Syl. Tabiena nu. praced. allegati, Couar. de pactis 2.p.§.2.n.5. versic. Ego vero,* qui addit per illum textum fore irritum, quod contra hoc iuramentum gestum fuerit. Quod statuentes per id statutum vna cum iuramento sibi ipsis abdicarint potestatem contrariũ agendi. Temperant autem hoc *Abbas, Angelus, Sylu. Tabiena ibidem.* vt non possit vniuersitas illa statutum id reuocare, nisi propter fauorem, & bonum publicum. Quippe hic casus videtur exceptus, vt sine periurio integrum sit ei statuto contrauenire.

6 Nec quoties vniuersitas illa põt statutum à se iuratum reuocare, obstabit id esse à superiori confirmatũ; adhuc.n. poterit reuocare, si statutum id principaliter concernat fauorẽ statuentium. Quod ea confirmatio vim priuilegij habeat, quod statuentes, in quorũ fauorem cedit, possunt renunciare. Ita *Abbas, quem referũt, & sequuntur Angelus, Syl.d.5. Tabiena q.39. Couar. nu. 6. alleg. nu. praced. Greg. Lopez l.12. verb. Sobre las gentes, in 2. limitatione, in fine tit.1. par.1.* Addit bene *Sylu.* hoc esse verum, quamuis materia statuti eius cõditionis sit, vt statutum minime valeret absque superioris confirmatione. Addit etiã bene *Couar.* multis allegatis contra alios, quos ibi refert, hoc quoque esse verum, etiam

etiam si Pontifex statutum cõfirmaret addita clausula irritãti. Possent enim adhuc reuocare ij, in quorum fauorem statutum est. Quod si statutum fauorem alicuiũ, aut bonum publicum cõcerneret, nequiret vniuersitas illa id reuocare. Quia superior confirmando videtur suam facere dispositionem. Quia omnia ea, quib quis authoritatem impertitur, sua efficit, *cap. Si apostolica, de præbend. in 6.* Atque ita per hanc distinctionem concordant prædicti authores *Bartolum & Baldum* inter se contrarios.

7 Tandem, quando vniuersitas potest statutum reuocare, satis est, vt reuocare censeatur, si statuentes, aut eorum successores veniant scienter, & collegialiter cõtra statutum, etiam vnico actu: Vt docent *Io. And. Hostien. Abb. quos referunt, & sequuntur Syl. ea q. 2. dicto 3. Tabiena loco proxime allega o.* Nec tunc contraueniendo erit periuri. Cum eo ipso statutum reuocent, & sic cesset iuramentum circa illud. Ita *Syl. ibi dicto 4. Tabiena q. 36.*

8 Vltima difficultas est, qualiter obliget promissio iuramento firmata, aut sine illo, alicuius rei in honorem Dei cedentis, facta alteri homini. Et quidẽ ad iudicandũ, an altero non implente maneat alter ab obligatione liber, vt quando duo sibi mutuo iurant, aut promittunt se ingressuros in religionem, aut non lusuros, spectandum est, an hę duæ obligationes ad se inuicem referantur, an non. Si enim non referantur, sed independenter vnus ab alio promisit, etsi vnus promissum non præstet, alter non ob id obligatione liberatur. Vt bene ait *Azor lib. 1. institutionum moralium, cap. 8. q. 4. fine.* At secus dicendum est, vbi promissiones hæ ad se inuicem referebantur, quia iurantes intẽdebant, vt mutuo vterque impleret. Quia tunc tacitam habet conditionem, vt solũ obligent altero implente. Ita *Angelus verbo Iuramentum 9. n. 2. Syl. verbo Iuramentum 5. quæst. 9. fi. Tabiena verbo Iurare q. 20.* Quando autem ex circunstantijs nequit secerni vtro modo iuramentum, aut promissio emissa sint, sed res est dubia existimo ex materiæ natura, quæ potissimũ in Dei reuerentiam, & honorem cedit, iudicandum esse iuramentum, aut votum vnius non referri ad alterius iuramentum, aut votum, atque adeo eius obligationem non cessare altero non implente. Ducor, quia tunc de voto, aut iuramẽto constat, de libertate autem ab eius obligatione est dubium. Ergo possessio, & præsumptio stat pro voto. Item, quia ratione prædictæ materiæ, dum dubium est, an fauore hominis, an potius Dei honore spectatis, emissa sint, iudicandum est in Dei honorem emissa esse. Vt bene ait *Sotus libro octauo, de iust. quæstione prima, articulo nono columna vltima.*

9 Quod si quæras, an hi mutuo sibi possint obligationem hanc iuratam remittere, aut alteri. Dicemus late. capite 20.

10 Maius autem dubium est, quando non est votum, neciuramẽtum, sed sola promissio alteri homini facta, an obliget. Ratio autem dubitandi est, quia non videtur illius hominis interesse, vt ea promissio impleatur, sed solius Dei. At Deo nil promissum est, sed soli homini. Sed vt res hæc intelligatur, præmittendum est hoc pactum fieri posse dupliciter priori modo, per modum pacti respectiui, & reciprocę promissionis, ita vt sit cõtractus, facio, vt facias. Vt si duo conueniant pacto inter se inito, vt ambo ingrediantur religionem; vel vir & vxor, vt neutro alio defuncto ad secũdas nuptias trãseat; ita vt vnus alteri se obligarit ratione obligationis sibi factæ. Posteriori modo, nõ per modum pacti, quia aut vnus tantum alteri promissit aut si mutua fuit promissio, non fuit per modum pacti, sed vtraq; dissoluta, independens ab alia. Et quando priori modo potest esse res integra; quia neuter implere cępit; aut potest esse non integra, quia alter cœpit implere.

11 Prima conclusio sit. Quando ea promissio est respectiua, & per modum contractus, facio, vt facias, si res non est integra, quia alter cępit implere tenetur alter stare promissis. Quia in contractibus innominatis, quã do res non est integra, omnes dicunt alterum non posse resilire. Et iam ingressi in religionem videtur interesse, vt alter impleat, siquidem ob hoc ille se alteri obligauit; & iam non potest ingressus retrocedere, quia vel est iam professus, vel si est nouitius, est dedecus aliquod retrocedere. Itẽ, quia gratum ẽ sibi eum religiosi status comitẽ habere, vel si est alia religio, vt illa amplificetur vel vt ambo pariter religiosi sint; vel vt aliquis manens in seculo succedat in aliqua bona. Sicut si quispiam faceret alter hac lege, vt alter alicui xenodochio inseruiret, vel daret aliquid pauperibus, teneretur hic stare promissis. Sicut etiam, quando vir, & vxor scriptura publica instituunt maioratum communi pacto, ita vt alter sine altero non instituisset, neuter potest altero inuito reuocare, eo quod sit quædam reciproca conuentio, & contractus. Vt ex multis probat *Meres de maioratu 1. p. q. 23. n. 3. in priori editione.*

12 Secunda conclusio. Si vero res sit integra, quia neuter cœpit implere, etsi sentientes esse locum pœnitentiæ in contractibus innominatis dũ res est integra, censerent consequenter posse quemlibet horum resilire. At existimo neutri integrum esse altero inuito resilire. Quia etsi attento iure ciuili potest in contractibus innominatis dum res est integra, quilibet altero inuito resilire, immo & qui implere cępit, *l. Si pecuniam ff. de condictione causa data*; at attento iure huius regni Castellæ *l. 1. tit. 16. lib. 5. noua recopila.* neuter resilire potest etiam re integra absque alterius consensu. Vt tradunt fere omnes Doctores huius regni, quos refert, & sequitur *Gutierrez de iuramento 1. p. cap. 35. num. 1. Molin. tomo 1. de iustit. disputatione 258. conclusione 5.* Etsi contrariũ sentiat *Padilla l. Naturalis, §. Et si quidem, num. 16. ff. de prescript. verbis*, dicens illam legem regiam loqui in solis contractibus simplicibus, non autem in reciprocis, & respectiuis. Insuper, quia etsi lex ciuilis non concedat actionem contra sic resilientem, at ex tali pacto oritur obligatio naturalis etiam re integra. Vt multis allegatis defendit *ibi Padilla, nu. 7. & Molina dicta disput. 258. conclusione 5.* addens consequenter in foro conscientiæ neutri licere etiam re integra resilire altero contradicenti. Quia obligatio naturalis est obligatio in foro cõscientiæ. Vt probaui libro primo, de matrimonio, disputatione septima, numero decimoquinto. In pacto aũt reciproco coniugum non transeundi ad alias nuptias altero mortuo, quando iam alter obijt, nullatenus licet superstiti à pacto resilire, etsi diceremus licere vtrique dum res est integra. Quia tunc non censetur res omnino integra; cum ex parte defuncti nulla alia executionis pacti inceptio sperari possit.

13 Tertia conclusio. Si alter ex his paciscentibus fit in mora, & implere recuset, alter liberatur ea promissionis obligatione. Quia in contractibus innominatis tunc resilire licet ei, qui in culpa non est. Vt docent authores nu. præced. allegati.

14 Quarta conclusio. Quando promissio non est respectiua, & per modum contractus, sed aut alterius solius, aut si mutua, est quælibet dissoluta, tunc communiter ad nullam culpam ea promissio obligat. Quia libro primo de matrim. disputation 5. nu. 21. probaui communiter homines in promissionibus humanis nolle se ad culpam obligare, sed ex quadam beneuola honestate nec credere obligationem ad culpam consurgere, sed ad suum tuendum honorem. Quod maxime verum est in his, quæ non respiciunt alterius fauorem, sed honorem diuinum. Quippe quando quispiam se obligare in his intendit, votum vel iuramentum solet emittere.

15 Quinta conclusio. Si autem vera promittendi, ac se omni obligandi adsit intentio, sicut contingit in alijs promissionibus rerum temporalium, tunc spectandum est, an alterius intersit in promissionem imple-

tnco

ri; eo quod tanquam rem sibi gratam, & optatam acceptarit; vel pro ea re obtinenda instarit; & tunc promissio obligabit. Quia non est potior ratio de alijs promissionibus rerum temporalium, quæ obligant; quam de hac, cum in vtrisque intersit eius, cui fit promissio, illam impleri, & adsit acceptatio. Si autem nil interesat alterius promissio non obligabit. Vt si res illa promissa non erat alteri grata, nec ab eo optabatur, & nil curat, siue impleatur, siue non. Quia Deo non fit hæc promissio (vt supponimus) homo autem cui fit non acceptat tanquam rem sibi gratam, sed nil de ea curat, vtpote cuius nil eam impleri interest. Et quis promittens non tantum intendat fauorem eius, cui promittit, sed obsequium Dei, auferre scandalum, & rixarum occasiones; at hæc nō Deo promittit, nec iureiurando se astringit, sed mere homini promittit eius fauorem principaliter respiciens, qui tamen rem illam non acceptat tāquam sibi gratam.

16 Tunc autem est acceptatio, vel quando alter expresse acceptat gratias agens pro promissione illa: vel tacet, & eius interest, vt quia instabat pro re illa obtinenda, vel optabat obtineri. Quia in fauorabilibus sibi tacens consentire videtur. Vt probaui l. 1. de matrim. disp. 5. num. 5.

17 Hinc deducitur quid dicēdum sit de promissione iurata vel non iurata, qua duo concubinarij promittunt sibi fidelitatem, vel solum alter alteri; id est, fore vt promittens nullam aliam personam carnaliter cognoscat. Videtur enim ea promissio minime obligare, quia finis est malus, nempe, amicitiam eam turpem conseruare. Sed existimo hoc iuramentum, vel promissionem obligare. Quia vt iuramentum homini præstitum in eius fauorem obliget, nil refert, an iurans id promittendo peccarit sed tantum spectandum est, an possit impleri absque culpa. (Vt diximus c. 9. nu. 17. Et eadem prorsus ratio est de promissione humana. At obiectum huius promissionis nempe, ad nullam aliam personam fornicando accedere, potest impleri absque peccato; cum non sit necesse, vt id ob finem turpem executioni mandetur; & quamuis is ad promittendum induxerit; attamen vera promissio illa est, vt merces, & stipendium vsus præteriti corporis. Sicut si ob eum finem promisisset illi nuptias, aut pecuniam aliquam; teneretur implere.

18 Demum duo obseruanda sunt. Prius est, ad iudicandum, an promissiones hæ humanæ, de quibus à nu. 1 1. vsque nunc loquuti sumus, obligent ad mortale, non spectandum est, qualis sit materia promissa in ordine ad diuinum obsequium; sed qualis sit in ordine ad hominem, in cuius gratiam fit, & quantum illius intersit promissionem illam impleri. Quia Deo nil promissum est, nec eius intuitu, sed soli homini in eius gratiam. Ergo ex hac hominis gratia, eiusque fauore, obligatio promissionis metienda est. Et si eius plurimum intersit promissionem impleri, transgressio erit mortalis. Vt contingeret, quando ex societate alterius, qui simul promisit illi religionem penderet pax, & tranquillitas alterius in religioso statu; vel quid simile. Quando autem parum interest (vt communiter contingit) trāsgressio erit venialis. Atque idem censerem, etsi ea promissio iuramento firmata sit, nullo habito intuitu ad Deum, sed mere ad gratiam, & beneuolentiam hominis, cui promissio fit. Quando enim materia promissa iuramento est leuis, iuramenti transgressio est venialis. (Vt diximus c. 4. num. 23.) At leuis est, quando ei, cui fit promissio, est parum grata, parumque illius interest.

19 Posterius est, quoties hæ promissiones humanæ obligant, solius eius, cui promissio fit, est illas remittere; vel supremi Principis ex causa boni communis id poscentis; si sit de re pia, summi Pontificis; si de re mere temporali, principis supremi in temporalibus. Sicut in quauis alia promissione homini facta contingit.

CAPVT XVI.

Qualiter intelligatur, ac obliget iuramentum à medicis præstitum admonendi statim infirmos, vt fateantur.

SVMMARIVM.

Qualiter iure naturali teneantur medici admonere infirmos, vt fateantur, & declarare periculum; & nō declarantes, an teneantur restituere damna inde secuta? n. 1.

Referuntur decretum Innocentij III. & Pij V. motus proprius de hac re, n. 2.

An hac decreta obligent sub mortali? n. 3.

An obligent medicos ad monendos infirmos, vt fateantur, antequam de salario conueniant; & alias careant iure illius petendi, ac solutum possit repeti? n. 4.

An intelligantur de quibusuis morbis? Refertur duplex sententia, n. 5. & 6.

Explicatur sententia authoris, n. 7.

An satis sit admonere per se, vel per alium? n. 8.

An si æger admonitus confiteri nolit, sit à medico deserendus? n. 9.

Quid, si æger desertus in mortis periculum incidat? n. 10.

Quid, si ad graue detrimentum patietur? n. 11.

Quid, si certo credatur monitionem non profuturam, aut de hoc dubitetur? n. 12.

Quid, si morbus celerem medicinam exigat? n. 13.

An hac decreta possint consuetudine abrogari? n. 14.

An iuramentum, quod præstant medici hæc decreta exequendo, ipsos obliget? n. 15.

1 VT res hæc radicitus intelligatur, videndum primo est, quando attento solo iure naturali, ac diuino medici ad hanc monitionem astringantur. Secundo quando attento *decreto Innoc. III. c. Cum infirmitas, de pœnit. & remiss. & motu proprio Pij V.* Tandem, qualiter iuramento de hac monitione præmittenda iuxta eius motus proprij præscriptum obligentur. Si ergo solum ius diuinum naturale attendamus, ita distinguendum est. Si medicus probabile mortis futuræ periculum præuideat, tenetur admonere per semetipsum, aut per parochum, cōsanguineosve, aut per alios, infirmum, quo sacramentis se muniat, conscientiā exoneret, ac de suis rebus disponat; si credit fore, vt id multum animæ infirmi prosit (vt moraliter credendum est) eo quod sit in peccato lethali; aut aliqua declarādo, testandoque cōponet discordias probabiliter inter heredes, aut alios orituras; aut si id fore dubius sit. Quia in dubio tenetur quispiam notabile proximi damnum vitare. Si autem de hoc non dubitet, sed moraliter certus sit fore, vt ea monitio parum, aut nil possit, eo quod moraliter credit ægrum in bono statu esse, ac bene dispositum ad mortem, ac de suis rebus disposuisse, non tenetur ad eā monitionem; quāuis melius sit, vt admoneat. Quia omnes frequentissime melius ad mortem præparantur, conscij eius periculi. Ita docent *Ioannes de Neapoli quodlib. 11. D. Ant. 3. p. tit. 7. c. 2. §. 4. Rosella verbo Medicus, n. 4. & ibi Angel. n. 12. Syluest. quæst. 1. d. 4. Armilla, nu. 1. ad finem. Tabiena verbo Medicina quæst. 14. nu. 15. Nauar. sum. Latinæ cap. 25. n. 62.* Et melius *Hispanæ eod. num. 63.* Vbi cum reliquis Doctoribus citatis addidit idem esse, quādo medicus dubitat, an admonitio proderit; quod *Latinæ* prætermisit. *Bera 1. tomo suorum casuum, casu 11.* Atque similiter dicendum est medicum non teneri admonere, quando infirmum ita male affectum videt, vt moraliter credat ea admonitione eū in periculum iturum. Quia admonitionis ratio tunc cessat. Ita *Sylu. ibidem.* Culpa autem medici dictam admonitionem prætermittentis casu quo tenetur, est lethalis. Dum sit in re graui, ac in magnum proximi detrimentum spirituale. Vt bene docent *D. Anton. Rosella, Angelus, Tabiena, Armilla, Nau. Bera ibi.* At hoc peccatum est contra charitatem tantum. Vt tradunt *D. Ant. Rosella,*

Armilla

Armilla, Tabiena ibid. Nam vt bene ait *Caiet. in sum. verbo Medicus, in fine)* non tenetur medicus ex officio iustitia infirmo nūciare; quale est mortis periculū: sed potius lęta, quale est spes salutis. Quare medic⁹ hāc monitionē culpa sua prætermittens nil tenetur restituere damnū patientibus ex eius omissione. Quia solius præcepti charitatis trāsgressor est. Quod si aliquis certiorē faciat ęgrū de hoc periculo, ceteri hac obligatione liberātur. Vt bene d cēt *D. Ant. Rosella, Syl. Beta ibid.* Ex quo infero medicum nō eximi ab hac obligatione, qñ alij admonere nolunt. Sicut non eximitur quisquam ab obligatione corrigendi proximi, eive subueniendi quando alij corrigere, aut subuenire nolunt.

2 Si autem ius Ecclesiasticū attendamus *Inno. III. c. Cū infirmitas, de pœn. & remission.* districte pcipit medicis, vt ad medendū infirmo in lecto iacēti vocati, eū ante oīa moneāt, & inducant vt confiteatur. Quod decretū innouauit Pius V. anno 156, in quodā motu proprio edito anno 1566, incipienti, Supra gregē Dñicum addit q; insuper præcepti, ne medici vltra tertiū diē ęgrū visitent, nisi per cōfessarij scriptū ipsis de infirmi confessione fides fiat nisi confessarius ex iusta cā lōgius tēpus infirmo cōcedēdū iudicet. Et præcipit vniuersitatib. & collegijs, vt cū licētiā medēdi alicui cōcesserint, aut ad Doctoris gradū eū promouerint, exigant ab eo iusim hæc seruandi. Atque ita fit, ac iurāt medici se id admonituros, & vltra tertiū diem non visitaturos, nisi ea confessione præmissa, iuxta motū propriū Pij V.

3 Et quidē hæc decreta ex se obligare sub mortali non est dubitandum. Quia *Inn. III. eo. c. Cū infirmitas*, grauibus verbis vtitur, ibi: *Districte præcipimus.* Atque transgressoribus granē pœnā imponit, nēpe, vt ab Ecclesiæ ingressu arceantur. Et Pius V. perpetuā infamiam, ac gradus priuationē, & à medicorū cętu eiectionem, & pœnā pecuniariam arbitrio ordinarij taxandā addidit. Et ita culpam esse lethalem tradūt *Host. eo. c. Cū infirmitas, n. 3. D. Ant. 3. p. tit. 7. c. 2. §. 4. Rosella verbo Medicus, initio. Ang. ibi. n. 8. Syl. q. 3. d. 2. Tabiena verbo Medicina, q. 12. n. 12. Nauar. summa c. 25. nu. 61.*

4 Atque hanc admonitionē virtute huius præcepti faciēdam docent quidā, nō tantum antequam medicus mederi incipiat, sed et antequā de salario sibi assignādo cōueniat. Q ia *eo. c. Cū infirmitas*, dicitur illam ante oīa faciendam. Ita docent *Host. ibi n. 2. lo. And. nu. 3. Ant. nu. 9. Abb. nu. 6. Anch. nu. 3. D. Ant. eo. §. 4. Rosella verbo Medicus n. 2. vbi Syl. q. 3. d. 2.* At melius *Nau. nu. praced allegatus* explicat id verbū ante omnia, id est, antequā medicus medicinas applicet. Quia sic satisfit intentioni illius decreti. Item, quia nullus damnaret medicū de salario cōuenientem statim, vt ad medendum vocatur, antequam ægrum visitet. Cum tū iuxta oēs (vt mox dicemus) nō teneatur admonere, donec ægro inuiso morbum norit. Esto aūt ad præceptū obligatet ante conuētionem de salario, non credo verum, quod aiunt *Rosella, & Syl. ibid.* nimirum, medicū non antea admonentem priuari iure salarij promissi petendi, atque si solutum fit, posse ab eo repeti, per *l. Non dubiū C. de legibus.* Quod de eo salario contra iuris prohibitionem conuentū fit. Sed ab hac opinione recedunt *Host. lo. And. Ant. n. 10. Anch. pxime allegati*, etsi aliquā tulum dubij, dicunt, n. se non audere hanc pęnā imponere, eo qd iure imposita non fit. Atque *Abb. eo. c. Cum infirmitas n. 6.* expresse dicit non esse imponendā. Quia id pactum quo ad substantiam suam non est iuri aduersum, sed tantum quo ad accidēs quoddā temporis.

5 Rursus non conuenit inter authores, de quibus morbis decreta hæc intelligatur. Nam *d. c. Cū infirmitas*, & dictus motus proprius Pij V. id statuūt, cum medicus infirmum in lecto iacētē visitat; vnde circa morbi qualitatem nil Pius V. innouauit. Quidā dicunt intelligi de solus morbis vitæ periculū afferentibus. Ita *Rosella verbo Medicus nu. 2 & ibi Ang. n. 9. Armilla nu. 2. Nauar. sum. cap. 25. num. 61. Manuel 1. to. summa, in 2. editione, c. 246. fine Graffi 1. p. decisionum, l. 3. c. 4. n. 7. Vega 2. to. summæ c. 15. casu 3.* Explicantque *Ang. & Naua.* secus esse, qñ constat morbum periculo carere. Atque ita censentur velle teneri medicos hoc præcepto, quando est dubium, an morbus sit periculosus. Et amplius *Rosella, & Ang.* explicant hoc periculum tunc cōtingere, qñ ratione eius tenetur æger precepto confessionis diuino. Quia durum videtur secluso hoc periculo astringere medicos ad hanc monitionem.

6 Alij è diametro censent in quibuscumque morbis id præceptum obligare medicos. Ducuntur, quod præceptum id obligare de morbis loquatur; atque si de solis periculosis intelligeretur, facile esset Pōtificibus id statuentibus ad morbos periculosos limitare. Præterea, quia rō decisionis expressa *d. c. Cū infirmitas* in omnib. morbis locum habet, quæ est, ne postea admonitus æger, vt fateatur tristitia effectus credens sibi mortem locum habebit, in desperationem incidat. Quod maxime locum habebit, si in solis morbis periculosis admonendus sit infirmus. Tandem, quia ea verba dicti *c. Cū infirmitas. Districte præcipimus*, clare nonum præceptum indicant. At in eo mortis periculo tenebantur iure diuino naturali medici ad eam monitionem. (Vt diximus n. 1.) Atque ideo hanc partem tuētur *D. Ant. 3. p. tit. 7. cap 2. §. 4. Syl. verbo Medicus, q. 3. d. 3.*

7 At media via procedendum est, vt nec id decretum de solis morbis periculosis intelligatur, vt probant rationes nu. præced. allatæ; nec de quouis morbo leui. Vt probat ratio n. 5. adducta. Sed intelligendū est, quando infirmitas est talis, vt non ex delicijs, nec ex solo podagræ impedimento, sed ex se lectum petat. Quod clare indicant *d. c. Cū infirmitas* & dictus motus proprius Pij V. dum id præceptum restringunt, cum infirmus in lecto iacet. Et ita expresse sētit *Caie. summa, verbo Medicus, ad fine.* Quod idē sentiūt *Tabiena verbo Medicina, q. 12. num. 14. & Suarez 4. tomo in 3. p. disput. 35. sectione 3. nu. 4.* dicentes id decretum non de solo morbo periculoso, sed de quocunque graui intelligi. Et addit bene *Suarez*, vel quando medicus in principio prudēter iudicat periculum mortale esse, vt morbus grauis fiat.

8 Hanc autem nominationē dicunt *Caiet. n. præc. relat. Armil. verb. Medicus, num. 1. Nau. Manuel, Graffis, Vega, nu. 5. alleg. Suarez eadem sectione 3. nu. 5.* satis esse, sique fiat per ipsummet medicum, siue per alium: quod ita consuetudo id decretum interpretata sit. Idque verissimum credo etsi nulla consuetudo id decretum interpretans esset. Quia quod prædicta decreta intendunt, est vt æger sacramenta recipiat. Si ergo id obtinetur admonente medico, vel alijs, nil refert quisnā admoneat: eo vel maxime, quod n.1 diximus præcepto admonendi iure diuino naturali medicis imposito satisfieri admonitione per alios facta.

9 Quod si admonitus æger confiteri nolit, an huic obligationi satisfecerit medicus, non constabit inter Doctores attento decreto *dicti c. Cum infirmitas.* Quidam enim dicebant ea verba cum effectu accipienda esse, ita vt æger confiteatur, & aliter eū à medico deserendū esse. Alij vero dicebant satis esse, vt medicus moneat, & inducat, ita vt monere sit in memoriam reuocare, inducere autem sit efficaciter hortari; ita vt quantum est ex parte medici sequatur effectus, nec eum teneri deserere ægrum non confitentem. Quia ille textus nil amplius à medico petit, quam vt moneat & hæc discordia cessat, attento motu proprio Pij V. quo expresse iubetur medicus deserere infirmum, qui tertia die à monitione transacta non fidem fecerit confessionis per scriptum confessarij. Quasi eam pœnam veluti iustam imponat ægro nolenti fateri. Vt bene ait *Suarez. d. sectione 3. n. 5.*

10 Quod decretum vti valde rigidum, est matiro tēperandum, vt intelligatur, nisi ex desertione medici cōstituatur æger in probabili mortis periculo, tunc enī, etsi pertinax sit in retinenda confessione, deserendus non

non est. Quia contra charitatis ordinem videtur non subuenire ægro necessitate corporis, & animæ; qui forte desperans obibit; & forte medico non deferēte, ad pristinam sanitatem restitutus, aut morbo ingrauescenti ad meliorem frugem se recipiet. Atq; ita ob hāc rationem *D. Ant. 3. p. tit. 7. c. 2. §. 4. Arg. verbo Medicus, num. 8. & ibi Syl. q. 3. d. 2. Armilla, nu. 1. Tabiena verbo Medicina, q. 11. nu. 12.* dicunt in hoc euentu non deserendum ægrum, eo quod sit cōtra charitatē. Et quamuis loquuti sint ante motum proprium Pij V. attento solo decreto *d. c. Cum infirmitas*, eorum tamen ratio militat quoque attento motu proprio. Nam si ea desertio est contra charitatem nil charitati aduersum intendit Pontifex statuere. Et in propriis terminis motus proprii id docet *Suarez eadem sectione 3. nu. 5.*

31 Immo idem credo, quoties medici absentia esset grauiter ægro nocitura. Id enim probat ratio n. præcedenti adducta. Peruertitur enim charitatis ordo postulans vt etiam obstinatis subueniatur.

32 Et quando certo creditur eam monitionem nil profuturam ob ægri obstinationem, nec medicus tenetur admonere nec eum deserere. Quia Pōtificis mens fuit spirituali ægri saluti consulere, & nil frustraneum præcepit. At in hoc casu frustanea esset admonitio nec ad eum finem conducens. Item, quia vrgentius est præceptum naturale diuinum prædictæ admonitionis infirmi in mortis periculo constituti. Quod tamen cessare in hoc euentu probabimus n. 1. Rarissime tamen, aut nunquam hoc accidet. Quia (vt n. 1. diximus) medicus debet esse certus de hoc, & in dubio, an proderit, tenetur admonere.

33 Atque quando morbus celerem medicinā requirit, ita vt confessionis expectatio detrimentum corpori allatura sit, non est necessaria ea expectatio. Quippe in eo euentu non ligat id decretum. Sic *Arg. verbo Medicus, nu. 8. & ibi Syl. q. 3. d. 2.* Sed quamuis hoc in se verissimum sit, non video qualiter ad rem faciat. Quia *d. c. Cum infirmitas*, non exigit præmissionem confessionis, sed monitionē, vt eger fateatur, cui necessitatia medicinæ celeritas nil obstare potest. Atq; motus proprius Pii V. triduū confessioni faciendę cōcedit; ac proinde, & medicinis & cōfessioni locus est. At posset habere locum, quādo iam accedēte tertia die, cōfessio non esset facta; & necessitas celeris medicinæ postular, ne expectetur. Et tunc ratione grauis damni imminentis non est expectanda. Vt diximus etiam n. 10 & 11.

34 Tandem circa hæc decreta dubitatur, an cōsuetudine aboleri valeant? Quidam negant. Ducuntur, quod consuetudo legem abolēs debeat esse rationi consentanea, *cap. fi. de cōsuet.* An nulla talis induci potest aduersus hoc decretum, vtpote quod in animarum salutem est. Ita *Hostiensis d. c. Cum infirmitas, n. 2. et ibi Io. Andr. num. 3. Abbas, num. 6. Auch num. 2. D. Antoninus, Angelus Syl. Tabiena allegatis num. 10. Rosella verbo Medicus, i. vtre.* At contrarium prorsus dicendum est. Quia cum hæc lex humana sit, potest consuetudine aboleri. Ab hac enim regula sola lex diuina, & naturalis excipitur, *c. finali, de consuetud.* Et fundamento contrario late satisfecimus lib. 7. de matr. dispur. 4. nu. 14. Atque ita docent *Caiet. in summa, verbo Medicus, ad finem, & ibi Armilla nu. 1. fine Nau. summa c. 25. num. 61. Suarez, dicta sectione 3. n. 5.* Quare merito dicunt hoc decretum non aliter obligare, quam vsu receptum sit, videntibus, & dissimulantibus prælatis, quibus incumbit curare, vt illud medici exequantur.

35 Ex his decidendum est, qualiter iuramentū à medicis præstitum exequendi huius decreti, cuius meminimus numero secundo, illos obliget. Dicendum enim est id iuramentum intelligi in quantū motus proprius Pii V. vsu receptus est, & prout ille obligat. Vt bene docet *Suarez ea. sect. 3. n. 5.* & constat ex dictis capite decimo quarto numero nono. Quare cum videamus illum minime vsu receptū esse, idque videntibus, & dissimulantibus prælatis, iuramentum id non obligat, nisi in iis locis, vbi id decretum vsu receptū esset. Quam ob rem in aliis locis solum tenentur medici, quo ad hoc seruare præceptum iuris diuini naturalis explicatum numero primo. Nec tamen erunt periuri illud transgrediendo. Quia iuramentum est tantum de seruando motu proprio Pii V. qui longe aliud disponit, nec vsu est receptus.

CAPVT XVII.

Qualiter iusiurandum, quo quis se alteri obligat, interpretandum, & extendendum sit.

SVMMARIVM.

Iuramentum generale obediendi alicui, aut concedendi quidquid petierit, ad quid extendatur, nu. 1.

An obliget si quid immoderatum præcipiatur, nu. 2.

An culpa vacet ita generaliter iurare, nu. 3.

An iuramentum faciendi, aut omittendi, debeat intelligi ex sola causa tempore iuramenti existenti, & non ex noua superueniente, nu. 4.

Qualiter obliget iuramentum promoti ad gradum licentiatus, non recipiendi gradus doctoratus in alia academia, numero 5.

Promittens sub pœna, vel iuramento alium non offendere, an si ex noua offensa offendat, sit periurus, & pœnæ reus, numero 6.

Qualiter intelligatur renunciatio iurata iuris habiti, & quod speratur, nu. 7.

An iuramentum intelligatur rebus non mutatis? Remissiue, numero 8.

Iuramentum generale restringendum est, quantum fieri potest, vt minus obliget, nu. 9.

An in dubio obliget; & quando est dolo præstitum? Remissiue, num. 10.

Iurans se non resignaturum beneficium in alterius fauorem, an id efficere valeat transiens ad religionem, nu. 11.

An iuramentum aliquando interpretandum sit, vt obliget contra prius superioris mandatum, nu. 12.

Iuramentum sortitur naturam primordialem, non autem accidentalem actus, cui adijcitur, nu. 13.

Iuramentum fideiussioni adiectum, an obliget ad principalis creditoris excussionem, nu. 14. Et ibi, an iurans non expulsurum se conductorem domus, possit expellere, si non soluat tempore destinato?

An iurans aliquid soluere liceat compensatione vti, si tantundem sibi debeatur, nu. 15.

An iuramentum, quo alicui datur fides, obliget te fidei data transgressore, nu. 16.

An venditioni iuratæ absque traditione præualeat traditio alij facta, nu. 17.

An iuramentum contra priorem promissionem valeat, numero 18.

Actus contra iuramentum gestus, quando valeat, nu. 19.

An iuramentum semel præstitum possit extendi ex solo iurantis consensu ad alium casum, num. 20.

Quid, si ille denuo intendebat iurare, num. 21.

An ad vim iuramenti, & incurrendum periurium, satis sit relatio ad iuramentum prius præstitum, nu. 22.

An compromittentes litem die signata decidendum, & iurantes parere sententiæ, teneantur ex vi iuramenti parere, si vtriusque consensu dies prorogetur, num. 23.

An iurans soluere certa die, teneatur ex vi iuramenti alia die per creditorem prorogata? nu. 24.

An iuramentum sit interpretandum, ita vt non sit cum detrimento, & incommodo alterius, nu. 25.

1 REm hanc quibusdām cōclusionibus, & corollariis ex eis deductis explicabo. Prima conclusio. Iuramentum generaliter præstitum voluntatis alicuius exequendæ, vel cuiuscunque rei petitæ concedendæ, non extēditur, nisi ad ea, de quibus verisimiliter cogitatum est,

est, vel inre optimo cogitari debuit, *c. Quintauallis, de iureiur.* Ratio est, quia iuramentum bona fide præstitum non extenditur vltra debitam, ac verisimilem iurantis intentionem, & ad ea, quæ sunt contra præsumptionem communem. Ita docent *Innoc. c. Veniens, nu. vnico de iureiur. Ang. verbo Iuram. 4. initio. Sylu. verbo Iuram. 3. q. 1. versi. 9. & quæst. 2. & verbo Iuramentum 4 q. 6. Tabiena verbo Iurare, q. 15. D. Anton. 2. par. tit. 10. c. 6 §. 5. & alij, Azor lib. 11. institut. moralium c. 11. q. 3.* Quod latissimè explicandum est libro sequenti ca. 2. in simili q. de voto.

2 Hinc deducitur, non teneri iurantem quid immoderatum sibi iniunctum exequi. Vt si iubeatur clericus deponere beneficium, nec appellare; vel causidicus curiam principis non ingredi. Ita *D. Thom. 2. 2. quæstione 89. ar. 2. ad 3. D. Ant. Sy u. Tabiena, Azor nu. præcedenti allegati. Armilla verbo Iuramentum, nu. 17. Sotus lib. 8. de iustit. q. 2. art. 2. ad 3.*

3 Hoc autem iuramentum animo sic absoluto intellectum est culpa lethalis. Quod sic iurans animo destinet etiam absurdum, & mortale postulatum exequi. Vt contingit Herodi *Marci 6.* At ex circumstantijs contingere potest, vt hæc promissio culpa vacet, scilicet, qñ fit inter viros probos, ita vt iurans certus moraliter sit sola iusta à se petenda, & animo destinauit sola iusta exequi. At vix veniali imprudentiæ culpa promissio hæc liberabitur. Ita *Sot. nu. preced. allegatus.*

4 Secunda cõclusio. Iuſm aliquid faciendi, aut omittendi, intelligi debet ex causa subsistendi tempore quo præstitum est, secus si noua causa superueniat. Constat ex *c. 2. de renunc.* vbi dicitur renūciantem beneficium cum iuramento, posse id acceptare, si denuo sibi conferatur. Ex quo textu deducunt *ibi Ant. nu. 4. Abb. nu. 9. Imola num. 2. Antonius Gomez lib. 11. Tauri num. 10. versi. Secundò,* renunciationem beneficij iuratam restringi semper ad ius competens tempore renunciationis, non vero ad ius nouum ex aliqua causa superueniens. Immo hoc est verum etsi in renunciatione addatur dictio tempus futurum respiciens, vt si quis iuret se vlterius non repetiturum beneficium, intelligitur enim ex causa tempore renunciationis existente. Vt bene tradunt *Anto. & Imola ibi.*

5 Hinc primo deducitur, iuramentum quod præstãt promoti ad licentiatus gradum non accipiendi gradus Doctoratus in alia academia, intelligendum esse virtute illius licentiæ. Quare integrum illis est, iterum in alia academia gradum licentiatus accipere, & Doctoratus. Quia (vt dixi numero præcedenti) iuramentum intelligitur ex causa subsistente tempore, quo præstitum est. Et ita docent *Antonius capitulo secundo, de renunciat. num. 12. & ibi Abbas numero 11. Cardinalis,* quem refert, ac sequitur *Felinus capitulo, Ex insinuatione numero 5. de simoni. Anton. Gomez num. præcedenti allegatus.*

6 Secundò deducitur, promittentem non offendere quempiam sub pœna, vel iuramento, non esse pœnæ, vel periurij reum, si ex noua inimicitia, & illata denuo iniuria eum offendat. Quia illa promissio intelligitur ratione iniuriæ præteritæ. Ita *Anto. ibidem nu. 10. Abbas nu. 10. Ant. Gomez rela: o Bart. ibid.*

7 Tertiò deducitur, renunciationem iuratam iuris habiti, & sperati, intelligi de iure, quod sperabatur in posterum ex causa de præsenti. Quia non dicitur spes quæ nullum de præsenti fundamentum habet. Ita *Bart. quem referunt & sequuntur Ant. ex c. 2. nu. 11. Abbas nu. 12. Anchar. nu. 1.*

8 An vero iuramẽtum obliget rebus mutatis, & qualis mutatio debeat esse, dicemus lib. seq. in simili q. de voto in cap. 1.

9 Tertia conclusio. Iuramentum generaliter præstitum restringendum est, vt quantum fieri potest, minus obliget. Vt probabis lib. 1. de matrimon. dispu. tat. 9. numero 11.

10 An vero obliget in dubio, Tractandum est in libro sequenti, in simili quæstione de voto. Et qualiter interpretandum sit iuramentum dolose præstitum, diximus hoc lib. c. 10.

11 Quarta conclusio. Iuſm interdum exactum ab ordinario, dum aliquem ad beneficium promouet, non resignandi illud in fauorem alterius, aut non commutandi absque ipsius Episcopi, consensu, non impedit quin volens iurans ad religionem transire, possit illud in amici gratiam resignare. Quia id iuramentum tantum adhibetur, ne beneficium recipiens eo statim se abdicet, & apud Pontificem in fauorem alterius reseruata sibi pensione deponat. Ita docet *Azor lib. 11. inst. moral. cap. 5. vltima, fine*; additque raro exigere iam ordinarios huiusmodi iuramentum sed tantummodo recipientem beneficium iurare se in animo habere debitum officium præstare, & Ecclesiæ inseruire.

12 Quinta conclusio. Etsi iuramentum non obliget contra prius superioris mandatum; at aliquando id præceptum ad eum euentum non extenderetur, & tunc obligabit id iuramentum. Vt si Episcopus licentiam beneficiario concedat, ut absens literarum studio vacet, iussusque ab Episcopo sit ad certum diem redire, & clericus debita in studio contrahat, iurans creditori fore, vt inde non recedat, donec ei soluat tenebitur vtique iureiurando non recedere ante solutionẽ, etsi dies redeundi ab Episcopo constituta accedat, si æs alienum ob aliquid ad studia necessariũ contraxerit. Quia prius præceptum minimè ad hunc casum extẽdebatur, immo ex tacito Episcopi consensu obligatio illa creditori inita fuit. Quia concesso vno censentur cõcessa illa, sine quibus illud effectum habere nequit, *c. Præterea, & c. Prudentiam, de officio de leg.* Secus autẽ esset, si absque Episcopi licentia se ad studia contulisset, aut si absque necessitate, vel causa legitima ea debita contraxisset. Atque idem iuris est, si pater filium absentem reuocet, & de quolibet alterius potestati subdito. Ita docent *Ioannes Andreas, & Abbas, quos referunt, & sequuntur Angelus verbo Iuramentum 5. num. 27. Sylu. verbo Iuramentum 4. q. 16. Azor l. 11. instit. num. moralium c. 8. q. 3.*

13 Sexta conclusio. Iusiurandum sortitur naturam, & conditiones contractus, cui adijcitur, atq; iuxta eius naturã, & cum eisdem cõditionibus, quas ille imbibitas in se habet, interpretandum est. Constat ex *l. vlt. C. de non numerata pecunia.* Et ratio est, quia iuſm non auget obligationem, nec consensum, sed ei tantum intra limites suos manenti addit religionis vinculum. Vt iuſm fœminæ deducendæ absolutè præstitum, tacitã habet conditionem, nisi illa postea fornicetur, aut notabiliter deformis fiat, eo quod matrimonij promissio eã tacitam conditionem habet, *c. Quemadmodum, de iureiur.* Hoc autem intelligitur de natura propria, & à primordio ipsi actui conuenienti, seu (vt iurisperiti solent dicere) sequitur naturam primordialem contractus non vero accidentalem. Itaque iuramentum intelligendum est secundum naturam, conditiones, & qualitates, quas actus, qui accessit, consequitur ab exordio, ex proprietate eiusdem actus, per legem eanonicam, & ciuilem, nisi iurãs aliud expressè addiderit. Atque ita multis allegatis docent *Couar. de pact. 1. p. §. 4. nu. 1. Rol. cons. 6. nu. 37. vol. 1. Gutierez. de iura. 1. p. c. 17. nu. 2. & 3.* Intelliguntur autem naturalia actus, vel pacti, quæ procedunt virtute quadam ab initio à propria rei specie, quæ verò accidentaliter veniunt, contingunt triplici ratione; nempe, ratione culpæ, moræ, vel conuentionis. Vt *allegato Baldo tradit Couar. eo. nu. 1.*

14 Hinc primo deducitur, iurantẽ cõtractũ fideiussionis, nõ se obligando instar principalis, minimè teneri soluere ante principalis debitoris executionẽ. Quia cõtractus fideiussionis suapte natura habet hãc qualitatem, vt non possit cõueniri fideiussor ante principalis debitoris excussionẽ. Itẽ contra *Baldũ, Alexand. Iason.*

Iason, & Dec. quos refert, & sequitur Cou. de pac. 1. p. §. 4. nu. 4. Similiter iurans se non expulsurum conductorē, potest expellere, si biennio pensionem conductionis non soluerit. Quia is contractus habet hanc tacitam conditionem, vt conductor biennio non soluens expelli valeat, *l. Quæro, §. Inter locatorem, ff. locati.* Atque ita docent *Ang. verb. Iuramentum 3. nu. 20. Sylu. verb. Iuramentum 3. q. 1. Tabiena verbo Iurare q. 25. Armilla verbo Iuramentum num. 14. Guttierez, de iuram. 3. part. cap. 6. num. 7.*

15 Secundò deducitur, quid dicendū sit in ea quæstione, an in iureiurando fas sit cōpensatione vti. Vt si qs iuret se alteri daturum decem, liceat illi non soluere, eo quod alter sibi tantumdem debeat. Quidā negant, ducunturque quia compensatio non est vera, sed ficta solutio, *l. Si cum filio, ff. de compens.* Item, quia *cap. Ad nostram, el 1. de iureiur.* deciditur iurantē restituere mutuū acceptum sub pignoribus, non posse obijcere fructuu à mutuante perceptorum ex pignore compēsationem. Atque ita docent *Innoc. Host. Ioan. And. Imola, Anton. Mathesil. Collectar. Aretin. Zasius, Corsetus, quos refert, & sequitur Guttierez de iuram. 3. p. c. 6. nu. 7. Medina Codice de rest. q. 3. causa 12. Angles floribus 2. c. tract. de restitut. q. Quis teneatur restituere, art. 2. dub. 13. diffic. 10. conclu. 3.* Et hanc partem dicit tutiorē *Gregorius Lopez l. 20. initio, tit. 14. p. 5.* At multo verius est, integrum huic esse ea compensatione vti. Quia ea compensatio censetur quædam solutio, *l. 4. §. Soluisse ff. de re iud.* Et quamuis sit quædam ficta solutio, liberat re vera ære alieno soluendo, estque vera satisfactio. Nec obstat *dictum c. Ad nostram,* quia vel (vt ait *Couarr. n.*) non erat liquidū fructuum debitum, cū quo volebat debitor liquidum debitum compensare. Vel (vt aiunt *Syluest. & Azor*) iurat ait illo se soluturum, obligando se expressè ad non vtendum compensatione. Atq; ita docent *Bart. Baldus, Cumanus, Faber, Angelus, Abbas, Alexander, Platea, Molinaus, quos refert & sequitur Cou. de pact. 1. p. § . 4. num. 9. & 10. Angel. verbo Iuramentum 4. num. 4. Syluest. verbo Iuramentum 3. q. 6. & verbo Iuramentum 4. q. 27. Nau. lib. 3. de restit. c. 2. in noua editione p. 4. dub. 9. num. 341. Emmanuel Sà in summa, verbo Iuramentum, numero 20. Azor libro 11. institut. moral. cap. 8. quæst. 10. Manuel 1. tomo summæ, in 2. editione, c. 192. num. 4. fine.* Quod intellige iuxta ea, quæ numero sequenti dicam.

16 Tertiò deducitur, quid sentiendum sit de iuramēto, quo alteri fides datur, si alter fidem datā nō seruet. Quidam sic distinguunt, si duæ illæ obligationes ad se inuicem referantur, eo quod vterque promiserit intuitu promissionis sibi factæ, altero nō implente alter manet liber, secus autem, si ad se inuicem non referantur. Vt si ego promisi iureiurando tibi equum, & tu non hac de causa, sed simpliciter mihi promisisti te quippiam facturum, etiam si ego nō dederim, teneris mihi præstare promissum. Ita docent *Abb. & Cynus, quos refert, ac sequitur Sylu. verbo Iuramentum 4. q. 13. Angelus verbo Iuramentum 5. nu. 17. Tabiena verbo Iurare q. 28. Armil. verb. Iuram. num. 27. Nau. sum. c. 18. Hispano nu. 9. Latino nu. 7. Azor lib. 11. institu. moral. c. 8. q. 4. Manuel 2. to. sum. c. 27. nu. 1.* At contrarium est tenendū, dicendumq; eam promissionem iuratā tunc nō obligare. Quia promissio eā tacitam conditionem habet, si alter postmodū ingratum non se præbeat. Qualem re vera se præbet non implendo promissum. Et ita docēt *Mercado l. 6. de contractib. c. 16. Molina to. 2. de iust. disput. 272. ad fi.* Imò hæc, & dicta num. præcedenti existimo vera esse, quāuis iurans animum habuerit se alteri obligandi non vtendi compensatione, & licèt ille fidem datam frangeret, si eum animum verbis, aut signis alteri non indicarit, vt ab eo acceptetur. Ducor, qd promissio hominis facta etiā iurata, minimè obligat ante alterius acceptationem. (Vt probaui lib. 1. de matrim. disp. 7. nu. 24.) At promissio illa externe ab altero acceptata non excludit hanc compensationem, & reuocationem ratione ingratitudinis, nec diuersus iurantis animus illa excludens, est illi verbis, aut signis intimatus, vt ab eo acceptetur. Ergo potest iurans retrocedere vtendo compensatione illa, & non soluendo ratione fidei sibi violatæ.

27 Quartò deducitur, venditioni etiam iuratæ, absque traditione tamen præualere venditionem cum traditione alteri factā, atque in hunc posteriorem trāsferri dominium. Quia cum natura contractus emptionis, & venditionis ea sit, vt ante traditionem dominium in emptorē non transeat, si ante traditionē vendatur, & tradatur alteri ea res, posterior emptor efficietur dominus rei. Quippè iuramentum non mutat huius contractus naturam. Quod idem constat ex *l. Quoties, C. de rei vendic.* & docent *Imola. Iason. & alij, quos refert, & sequitur Couar. de pact. 1. p. § . 4. nu. 2. & in 4. Decret. 2. p. c. 5 nu. 9. & 10. Azor lib. 11. inst. moral. c. 9. q. 3.* Addit aūt bene *Cou.* posse secundam venditionem, vel eius causa factā traditionē esse nullam, si prior, cui ille promisit vēdere, vel vendidit cum iuramento, admoneret extraiudicialiter venditorem, vt seruaret iuramentū, nec quicquam contra id ageret directè, vel indirectè, appellando ad iudicem Ecclesiasticum, tūc. n. venditio, vel traditio post hanc appellationem facta esset nulla, tanquam facta pendenti appellatione. Idē docent *Iason. & Gerardus, quos ibi Couar. refert.*

18 Septima cōclusio. Nullas vires obtinet iuramentum cōtra priorē promissionem, siue iuratam, siue simplicē. Vt si promisi me alicui venditurum equum, & postea iureiurando promitto alteri, hoc iuramētum nullius est momenti, nec obligat. Quia hoc posterius iuramentū est contra bonos mores, & in alterius præiudicium, cui ius per priorem promissionem acquisitum erat. Atque hac rōne lib. 1. de matr. disp. 50 nu. 2 probaui posteriora sponsalia iurata nullius est momenti contra priora, etiam absque iuramento inita. Et ita docet. *Azor lib. 11, inst. moral c. 16. q. 1. & 2.*

19 Octaua cōclusio. Actus contra iuramentum gestus, regulariter est validus. Vt si quis iuret se non reuocaturum testm̄, procuratorem, nō initurum matrimoniū, valet quidquid contra hæc iuramenta gestum fuerit, non obstanti contrauenientis iuramento, & periurio. Quia iuramentum id efficit, vt transgressor in periurium incidat, non autem valorem actus contrarij impedit. Et ita latè docent contra alios *Couar. de pac. 1. p. §. 1. nu. 5. Azor lib. 11. inst. mor. c 6. q. 3.* Dixi autem regulariter, quia hoc deficit, quando actus contra prius iuramentum gestus non est iure validus, nisi iuramēto confirmetur, atq; ex solo iuramenti vinculo robur, & valorem accepturus est; tunc enim actus hic posterior, ēt iuratus contra prius iuramentum, remanet perinde inualidus, ac si iuramentum non adesset, & illud iuramentum est illicitum, & non obseruandum. Secus autem qn̄ actus posterior erat iure validus, eiusq; valor nullo iuramento indigebat, sed à sola agentis voluntate pendebat. Tunc enim actus contra prius iuramētum gestus erit validus, licet contra gerens periurium incurrat. Exemplum prioris partis est. Donatio inter coniuges non valet absque iuramento, *l. 1. ff. de don. inter vir. & vxor.* nec contractus minoris absq; curatoris authoritate. *Auth. Sacra. puberū C. si aduersus vend.* nec alienatio fundi dotalis, *c. Cum contingat, de iureiur.* igitur quispiam inter se hæc non facturum, si postea faciat iuramentoque confirmet, hic posterior actus contra prius iuramentum irritus est, nec hoc posterius iuramentum obligat. Quod latè probaui, sic duas Glossas sibi contrarietatis concilians, lib. 6. de matr. disput. 13. nu. 5. Exempla autem posterioris partis sunt quæ adduxi in principio huius conclusionis.

20 Nona conclusio. Iuramentum semel iam præstitum non potest extendi ex solo consensu, & voluntate iurantis ad alium casum, nisi iterum iuramentum illud

 præ-

præstetur. Ita habetur expresse *c. penult. de iureiur.* vbi expresse deciditur clericū iurantē seruare statuta edita, promittentéq; p prius præstitum iufm se seruaturū edenda in posterū, non teneri ex vi iuri, sed solius simplicis promissionis ad seruanda statuta edenda. Et rō est, quia velle iufm suum ad alia extendi, non est velle iurare, non potest, qui semel iam iurauit, ad alia suum iufm extendere, nisi denuo iurare intendat. Et ita notant vniuersi scribentes ibi, & alij, quos refert, & sequitur *Couar. de pactis 1. p. initio n. 5. Abul. c. 5. Matth. q. 311. D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 6. §. 6. Angelus verbo Iuramentum 5. n. 35. Sylu. verbo Iuramentum 4. q. 2.*

21 Intellige tñ, nisi constaret in foro animæ, vel iudiciali, hunc intendere per illa verba denuo iurare tunc enim tenebitur virtute iuri. Ita docent *Abb. eo cap. penult. num. 2. D. Anton. & Syin. num. præcedenti allegati.* Explicant autem hoc bene *Abbas, & D. Anton. ubi.* Quia vel qui primò iurauit, intendit nūc extendere id iufm ad obseruantiā alterius actūs, nō verò intēdit de nouo iurare, & tūc nō fit extēsio; si verò intendat denuo iurare p relationē ad prius iufm, quasi dicat, volo iurare per prius iufm, id est secūdum formam expressam in priori iuramento, tenetur ex vi iuramenti.

22 Hinc deducitur, quo ad vim iuri, & ad incurrendū periurium, non satis esse relatonem ad aliud iuramētum, etsi ea fiat per ipsummet iurantem nisi denuo iurare intendat. *Abb. eo c. penult. nu. 3. D. Ant. & Conar. allegati nu. 10. Azor lib. 11. instit. moralium cap. 8. q. 12.* Exemplum adhibent *Abb. & D. Antonin.* vt si quis asseratali quid per iuramentum à se prius præstitum, etsi id sit falsum, non erit periurus, nisi intendat denuo iurare, vel iuramentum prius ad hoc se extendebat.

23 Secundò deducitur, quid dicendū in ea quæstione, si aliqui litem in arbitrum cōpromittant, vt intra certam diem illam decidat, iuso parendi eius sententiæ præstito, an si postea ex communi vtriusque consensu dies illa prorogetur, censeatur quoq; iufm prorogatum. De qua latissimè *Conar. de pactis 1. p. ini n. 6.* Pro parte. n. affirmāti vrget quod prorogatio facta videatur cum omnib. qualitatibus, & clausulis illius rei quæ prorogatur *l. Lecta, ff. si certum petatur, l. Legem. C. locati.* At optimè aiunt multi quos refert, & sequitur *ibi Conar. & Azor lib. 11. instit. moral. c. 8. q. 12.* non censeri prorogatum id iufm, & ideo neutrum teneri ex vi iuramenti parere sententiæ illius arbitri latæ post diem ab initio cōstitutam, sed ex vi solius simplicis promissionis. Vt constat ex *dicto c. penult.* Et ratio est, quia cū finita die in compromisso constituta, extinguenda esset prorsus illa conuentio, & obligatio, illa prorogatio censetur noua prorsus conuentio, nouaque obligatio: ac proinde non censetur in ea repeti iufm, & poena in priori compromissi ine appofita, nisi denuo apponantur. Quare optimè ait *Conar. eodem num. vers. 7.* secus esse dicendum si ab initio compromissum cum iuramento ita constitutum sit, vt ipsi arbitri, vel compromittentes possint diem prorogare, tunc enim prorogatio intra diem facta easdem qualitates habet etiā quo ad iuramentum. Quia ab initio iuramentum eum sensum habet, vt iurans sub religione iuramenti promittat sententiæ arbitrorum parere, quam ipsi intra diem definitam, vel postmodum prorogatam tulerint.

24 Tertiò deducitur, recedendū esse à sñia *Cardinalis, Cotta, Baldi, Decij, Iasonis, quos refert Conar. statim allegandus,* qui dicunt iufm soluendi debiti intra certam diem, non extendi ad aliam diem per creditorem prorogatam; atq; adeo non fore eum periurum si die destinata in prorogatione non soluat. Ducuntur ex ijs, q̄ de compromisso diximus n. præc. Item, quia iusiurādum antiquum ad alia non trahitur, nisi denuo iuretur. Tandem, quia excommunicatio lata in debitorē, si certa die nō soluerit, prorogata ea die per creditorē cessat omnino excōicatio, nec contrahitur nō soluendo die prorogata. At omnino tenendum est, id iusiurandū prorogari quoq; & proinde fore periurū debitorē nō soluentē ea die prorogata. Rō est, quia in hoc euentu non est noua obligatio (sicut in cōpromisso cōtingere diximus nu. præced.) sed est eadem met obligatio ab initio cōtracta, solaq; dies solutionis differtur. Ergo manet eadē iuri qualitate affecta. Et confirmatur, quia ille duo iurauit, nempe, se soluturum, & tali die. Ergo remittente creditore, seu prorogante posteriorem obligationem, non manet debitor liber à priori obligatione, sed illa ad diem prorogatam protenditur. Nec obstat decisio *dicti c. penult.* Quia hoc non est, iusiurandū antiquum ad alia trahi, sed perseuerare in eadem materia & in obligatione, in qua erat initio interpositum. Nec est simile de excommunicatione. Quia iudex excōicauit ad diē illam solam, & cū excōicare sit actus iurisdictionis, nō pōt ex cōsensū partis iurisdictione carentis excōicatio ad aliā diē prorogari. At iurans obligauit se simpliciter ad soluendum, & ad soluendū eo termino: quare prorogato hoc termino p creditorē, manet debitor iufo ligatus ad soluendū termino per eum prorogato. Atq; ita docent *Baldus, Iason, Decius sibi ipsis contrarij, Bart. Imola, Felinus, Curtius, Blancus, Rebuffus, quos refert, ac sequitur Conar. de pactis 1. p. initio nu. 6. Gutier. de iuramento 1. p. c. 43. nu. 9. & 10. Perez l. 1. tit. post principium, tit. 4. lib. 3. ordinamenti. Azor lib. 11. instit. moral. c. 8. q. 13. Emanuel Sa summa verbo Iuramentum nu. 15.*

25 Vltima cōclusio. Iusiurandum ita interpretandum est, vt non fit cū detrimento, & incōmodo alterius. Vt si iurarunt canonici si quis eorum crearetur Eps, fructus se, quid, quod Episcopalē dignitatē deceat, iufm non obligat. Item iurauit quis secretum sibi commissum seruaturum nō tenetur seruare, si id noci, vel alijs noxium esset Conclusio constat ex *cap. Sicut nostris, ac sureiur.* Et eam docent *Goffredus, Hostiensis, Io. annes Andreas, quos refert & sequitur Sylu. verbo Iuramentum 4. q. 15. Azor lib. 11. instit. moral. c. 8. q. 6.*

CAPVT XVIII.

Qualiter iuramentum, seu votum non ludendi, interpretandum sit, & obliget.

SVMMARIVM.

An iuramentum, vel votum non ludendi obliget ad ludum modica quantitatis vitandū? Referuntur quæ dā sen entia, n. 1.

Valeat votum, vel iuramentum non ludendi etiam qui à modicum, num. 2.

Ex quibus deducatur, an mens iurantis fuerit obligare se ad cauendum modicum ludum, & pro ut as illa materia ex quibus sp. standa est, & quando constituat mortalem, aut venialem culpam, num. 3.

Votum, aut iuramentum non ludendi sub certa poena, aut illius poena, an obliget, quando fractio voti v. cat cu p. ... est solum venialis, nu. 4.

Iuramentum, aut votum non ludendi, an transgrediatur mutuans alteri nummos, vt ludat non nomine mutuantis, vel doceus ipsum in ludo, nu. 5.

Quid, si nomine alieno ludat, id est por otro *? num. 6.*

Quid, si tradat alteri nummos, vt nomine ipsius tradentis ludat, nu. 7.

Quid si sponsiones in ludo faciat, id est, atrauiesse en el juego, *nu. 8.*

Iuramenta, & vota non ludendi cum persona, in domo, & ludo determinatis, quando obligent, nu. 9.

Quid de voto non ludendi charius, id est à los naipes. *vel quando votum, vel iuramentum non ludendi non ordinatur ad bonum finem, sed quia ludus est molestus, num. 10.*

Quid, si iuramentum. vel votum non ludendi cum certa persona ordinetur in bonum finem sed propter vindictam, cedat in Dei honorem non ludere cum illo. nu. 11.

An obliget iuramentum, vel votum nullo ludo, nisi tali ludendi, num. 12.

An casu quo obliget iuramentum, vel votū non ludendi cum determinata persona fas sit cum illa ludere, nullo re. orstato

F tare vtrinque lucro, id est, vendo hoicos, num. 13.
Iuramentũ nõ ludẽdi, donec talis persona velit, aut concedat licentiã an duret ea p̃sona mortua, vel facta furiosa, n. 14.
Quid, si iuramentum sit, donec talis persona veniat, vel tale faciat, num. 15.
Quid de iuramento homini præstito, quando obliget, nu. 16.

1 DIfficultas hæc æque procedit de iuramento facto Deo, & de voto, eadem enĩ est vtriusque ratio. De iuramento autẽ non ludendi præstito homini dicemus nu. vlt. Et quidem *Nau, sum. Latina c. 11 nu. 11. & Manuel in sum. in 2. editione c. 189. nu* 10. absolute tradunt iurm, vel votum non ludendi intelligi de ludo illicito magnæ quantitatis, & non de licito modicæ quantitatis, qui ratione honestæ recreationis exercetur. Quare censere videntur expresse nullam reperiri culpam in hoc ludo contra id votum vel iuramentũ. Immo *Manuel* censet iuramentum, vel votum abstinendi ab hoc modico ludo, fore irrita. Quia cum ille ludus honestus sit actus virtutis Eutrapeliæ, *teste D. Thom. 2.2.q. 168. ar. 2. corpore* iuramentum vel votũ abstinendi ab hoc ludo essent contra bonos mores, & actum virtutis, ac proinde essent irrita.

2 Prima tñ cõclusio sit. Si iurãs, vel vouẽs intẽderet se obligare, ad abstinẽdũ à ludo modicæ quãtitatis, & q̃ alias secluso voto, vel iuro esset actus virtutis, votũ, & iurm esset valida, ac perpẽdendu esset ex obiecti quãtitate, an trãsgressio esset mortalis, an venialis. Vt contingit in trãsgressione aliorũ votorũ, vel iurorum. Q̃d latius nu. seq. explicabimus. Ita *Sotus l. 7. de iust. q. 2. ar. 1. col. 4. vers. Cõtra hæc oñs.* Et rõ est, quia quidã virtutis actus reperiuntur, quorũ priuatio pfectius bonũ continet, eo q̃ includãt accessum ad res terrenas, mẽsque circa eas euagetur. Inter hos numeratur ludus honestus, amicorũ cõuiuia, vel cibis corpori salubribus. Quæ ad vrbanitatẽ, & alias virtutes pertinẽt. Votũ ergo, vel iurm emissa de abstinendo ab hmõi virtutis actibus est validum. Sicut valet votũ de abstinẽdo à matrimonio quod tñ res bona, & sacramentum est. Quia (vt egregie docuit *Palud. 4. d. 38. q. 1. n. 21.*) priuatio boni, qualis est hæc, quæ includit bonum maius, non est mala, sed melior & ideo est idonea voti materia.

3 Secunda conclusio. Q̃n non constat de expressa voventis, seu iurantis, intẽtione, ea ex ipsius fine perpendenda est. Si n. iurantis finis fuit priuare se temporali illa ludi delectatione, quo peccata sua puniret, aut mẽs diuinis tractandis aptior esset, tunc quicunque ludus, siue magnæ, siue modicæ, quantitatis, siue magno, siue modico tempore durans, cõprehenditur sub eo iuramento. Et tũc quantitas ludi ad discernendũ an fractio sit mortalis, nec ne, minimẽ est spectanda ex pecuniæ ludo exposita quantitate, sed ex illius recreationis ex ludo pceptæ duratione. Si n. modico tpe duret, recreatio modica est, & id sola erit venialis culpa. Si aũt ludus tpe multo duret erit culpa mortalis, etsi nulla pecunia ludo exponatur. Quia iurans ad solam ex ludo voluptatẽ capiendã attendit. Quod si finis iurantis, vel voventis fuit vitare iacturã temporis in ludis expensi, vt Deo, vel alijs negotijs vacaret, tunc ẽt non est perpendenda pecuniæ quantitas, sed temporis in ludis expensi, & q̃n modico tpe luderetur, nec probabile periculũ esset, ita in ludo incalescendi, vt diu protraheretur credo, nec culpam venialẽ esse. Sicut dicemus statim de ludo paruæ quantitatis, q̃n finis fuit prodigalitas pecuniæ vitanda. Quia sicut ibi est prodigalitas pecuniæ suus, ita hic est prodigalitas tẽporis. Nec prodigalitas temporis, eiusve iactura, dr̃ q̃n modico tpe recreationis gratia luditur. Si aũt aliquãtulum in tẽpore excedatur absque prædicto periculo, erit culpa venialis. Si verò magna sit mora, vel pdctũ periculũ adsit, erit culpa mortalis. Si finis fuit vitare pecuniæ iacturã, & prodigalitatem, tunc ex pecuniæ ludo exposite quãtitate, diiudicanda est culpa ludi. Et in hoc casu est vera sua nu. præc. relata, quæ asserit ludũ modicæ quantitatis non esse culpam ẽt venialem; addendo tñ, nisi probabile periculũ sit incalescendi in ludo sic, vt magna pecunia prodigatur. Et rõ est, quia in virtute talis actus nõ includitur voluntas vitandi ludi in ea modica quantitate. Si aũt magna pecuniæ quãtitas ludo exponatur, vel id probabile periculũ subsit, erit mortale. Sicut aũt prodigalitas nõ est absoluta, sed respicit prodigentis facultates, ita hæc parua, vel magna quantitas mensuranda est penes ludentis facultates, quãuis concedendum sit aliquam quantitatem ita paruã esse, vt respectu cuiuscunq; non constituat mortale, & aliq̃ ita magnam, vt respectu cuiuscunq; mortale efficiat. Quod prudentis arbitrio relinquendum est. Si autem finis sit vitare occasionem auidius instandi ludo, spe iacturæ resarciendæ, aut lucri maioris acquirendi, q̃d vulgo dicimus, *Por no picarse en el juego*, ex occasione hac sic instandi attendenda est ludi quantitas. Similiter si finis sit vitare discordias cum domesticis, vel cum colludentibus aut blasphemias, aut periuria, aut alia peccata ex ludo oriri solita, ex occasione horum peccatorum ludenti data ex ludo, perpendenda est hæc quantitas ad discernendam eius culpam.

4 Iurm, & votũ sub certæ pœnæ reatu emissa, siue sit directẽ ipsius pœnæ, siuẽ directẽ rei sub pœna, vt iuro me seruaturũ castitatem, si lusero, vel iuro me non lusurum sub pœna castitatis, an obligent ad pœnam, q̃n transgressio voti, vel iuramenti excusatur a culpa, vel quando fuit in re modica transgressio, dicemus lib. sequenti, tractantes de voto pœnali.

5 Tertia conclusio Iurans, vel vouens nõ ludere, põt mutuare alij nũmos, vt noie ipsius mutuum accipientis ludat, potestq; ipsum docere in ludo, nisi expresse voluit se ad abstinẽdum ab his obligare. Quia hoc nõ est ludere. Ita *Alcozer l. de ludo c. 13. concl. 5. contra Baldum. & Io. Baptist. quos ibi refert,* qui fortè loquuti sunt, quando iurans daret nummos, vt nomine ipsius iurãtis alter luderet. De quo casu dicam nu. 7.

6 Quarta cõclusio. Ad discernendũ, an iurm, an votũ non ludendi obliget iurantẽ ad non ludendum per semetipsum, siue ludat noie proprio siue alieno. (Quod vulgo dicimus, *á no jugar el mismo, aora juege por si, aora por otro.*) Q̃n omnino non cõstat de iurantis intẽtione, spectãdus est iurãtis finis. Si n. finis fuit, ne iactura tẽporis faceret, aut quia ludo occupatus nõ vacabat suo ministerio, tenetur ex vi illius iuri non ludere p semetipsum, ẽtsi alieno noie ludat. Quia hic dr̃ vere ludere, eandemq; iacturã tẽporis facit, similiq; modo in vtroq; euentu occupatur. Et ita intentio iurantis ad hæc casum se extẽdit. Si aũt finis fuit vitare iacturã pecuniarũ, põt ludere noie alieno. Quia cũ tunc nullam pprię pecuniæ iacturã faciat, intẽtio iurãtis nõ fertur ad hoc. Si autẽ finis fuit vitare discordias ex ludo ortas, & tunc inspiciẽda est discordiarũ causa. Aliq̃n. n. discordiæ nascuntur ex eo solum, q̃ iacturam in ludo faciat; & tunc poterit ludere noie alieno. Quia pertinde esset, ac q̃n est finis iacturam pecuniæ non facere. Aliquando autem discordiæ nascuntur cum domesticis, eo quod ludo detentus serò veniat domum, ministerio suo desit: & tunc non poterit ludere noie alieno. Quia perinde est ac quando est finis nõ occupari ludo. Si finis sit vitare peccata blasphemiarũ, & iuramentorũ, & similia ex ludo orta, cõiter hæc orinntur ex ira, & dolore cõceptis ob propriæ pecuniæ iacturã in ludo, & ita cõiter non comprehendetur sub hoc iuramento non ludere noie alieno, nisi iuranti idem sit horum peccatorum periculum quando nomine alieno ludit. Tandem si finis sit recreatione ludi se priuare, nec alijs esse mali exẽpli occasionẽ, comprehendẽtur sub hoc iuramẽto, nec nomine proprio nec alteno ludere. Quia eadẽ est recreatio, & idem malũ exẽplum. Quando autem his omnibus coniecturis attentis anceps res est, an intentio iurantis ad vtrunque se extẽdẽrit, extstimo posse hunc nomine alieno ludere.

Tum

ſum quia (vt diximus cap. præcedenti num. 9.) iuramentum eſt ſemper reſtringendum, vt minus obliget. Tum etiam, quia damna ex ludo oriri ſolita, quæ iurantes non ludere intendunt frequentiſſimè vitare, nõ oriuntur, quoties quis nomine alieno ludit.

7 Quinta concluſio. Poteſt autem dum non conſtat de contraria intẽtione, tradere alteri nummos, vt nomine ipſius ludat, etiamſi ipſe ludẽtes inſpiciat. Quia etſi finis iuramenti ſæpe in hoc euentu inueniatur, ſæpe enim ſimilem temporis iacturam facit aſſiſtẽs ludo, & ſæpe ſimilem pecuniarum propriarum iacturã, dum alter nomine ipſius ludit, oriunturque eædem diſcordiæ, at non ſufficit eundem finem concurrere, niſi res geſta comprehendatur verè, & propriè ſub materia promiſſa. At hic non verè dicitur ludere, ac proinde tradito nummorum, vt alter nomine tradentis ludat, non comprehenditur ſub materia per iuramentum, aut votum interdicta. Quare non placet, quod dicunt *Fulgoſius, & Arimino, quos refert, & ſequitur Salcedo in additio. ad practicam Bernardi Diaz cap. 70. fine*, dicentes hunc fore periurum, ſi nomine alieno ludat.

8 Hinc deducitur, iurantem non ludere poſſe ſponſiones in ludo facere. Quod vulgo dicitur *Atraneſſar en il juego*, quia hoc non eſt verè ludere, etſi finis abſtinendi à ludo ſæpe in hoc caſu quoque concurrat.

9 Quinta concluſio. Iuramenta, & vota non ludendi cum perſona determinata, vel in domo determinata, vel determinato ludo, manẽte libertate ludendi cum alijs, & in alijs locis, & alijs ludis, communiter non obligant. Quia ſunt de re indifferenti. Nihil enim refert, ſiue cum hoc, ſiue cum illo, ſiue in hac domo, ſiue in alia, ſiue hoc ludo, ſiue alio ludatur. At obligabunt vtique, quando res illæ determinatæ ſint alicuius mali occaſio. Vt quia illa perſona eſt nimis iracũda, & eſt iuranti occaſio rixarum, vel eſt nimis perita in ludo, aut magnam pecuniæ ſummam ludo exponere ſolet, ac proinde iuranti eſt occaſio amittendæ ſummæ pecuniarum, vel nimis vacandi ludo. Similiter quando ludus ille eſſet ſpecialiter occaſio magnæ iacturæ iuranti, eo quod ſit parum in illo peritus, vel eſt ludus, in quo frequenter magna iactura fieri ſolet, vel alicuius alius mali cauſa eſt. Similiter, quando domus illa ſpecialem pro diligendæ pecuniæ cauſam afferret, aut nimium ludendi aut rixarum, aut ſimilẽ aliam mali occaſionem. Quia in his euentibus res illa non eſt indifferens, ſed bona, & grata Deo. Hæc concluſio colligitur ex *Caie. 2. 2. q. 88. ar. 2. Nau. ſum. c. 12. nu. 28. fine*, qui agentes de voto non ingrediendi certam domum, dicunt id iuramentum obligare, quãdo ea domus ſpecialem ludi occaſionem afferret. Pro eadem eſt apertius *Sot. lib. 7. de iuſt. q. 1. ar. 3. col. 6. verſic. His demum inſtructus*, vbi ait votum nõ ludendi cum aliquo, vel non ludendi chartis, vel nõ ludendi in tali domo, ſi illa nullius ſunt occaſio mali iuranti, nec aliqua exiſtit cauſa, vt ad bonum hæc inſeruiant, nõ obligare, ſecus ſi mali occaſio ſint. Vt ſi finis fuit vitare diſpendium rei familiaris, aut alia pericula. Pro eadem ſententia ſunt *Aragon 2. 2. q. 88. art. 2. fol. 976. col. 1. & Manuel 2. to. ſum. c. 94. nu. 6.* vbi dicunt vota hæc non obligare, niſi quando inde datur occaſio peccandi, aut dilapidandi ſubſtantiam vouenti. Et iuxta hæc intelligendus eſt *Alcozer de ludo cap. 13. concl. 1.* vbi dicit valere iuramentum non ludendi cum determinata perſona, vel ludo determinato. At credo non valere hæc iuramenta, quando ſolus finis eſſet, eo quod ille, cum quo iuratum eſt non ludere, credatur bene fortunatus in ludo, vel iurans concipiat illam domum, illumque ludum eſſe ſibi infœlicia. Quia hæc prorſus vana & ſuperſtitioſa ſunt, ſicut loca in ludo variare, vt fœlicior ſors cedat.

10 Quatuor tamen circa hæc monuerim. Primum eſt *Sotus num. præcedenti allegatus* videtur numerare votũ abſtinendi a ludo chartarum, vulgo, *Iuega de naipes*. inter vota rerum indifferentium. Quod difficile eſt creditu, multum enim diuino obſequio conducit ab eo ludo abſtinere, atque ex eo rei familiaris dilapidatio, & pleraque alia damna communiter pullulare ſolent. Quare dicendum eſt id votum valere. At verũ eſt, quod dixit *Sotus*, quando abſtinentia ab eo ludo ad nullum bonum finem ordinaretur, qui in Dei honorem cedat. Et in hoc caſu loquutus eſt *Sotus*, ait. n. id votum non valere, quando nulli boni fini inſeruit. Et hoc eſt etiam, quod dixere *Aragon, & Manuel nu. præcedenti relati*, qui aiunt vota non ludendi cum aliquo, vel aliquo certo ludo eſſe irrita, quando ſolum fiunt, eo quod ludus ille ſit vouenti grauis. Et reddũt rationem, quia in eum finem relata nõ cedunt in cultum diuinum. Et quamuis loquantur de voto non ludendi cum determinata perſona, vel ludo determinato, at eorum ratio procedit in voto nõ ludendi abſolute.

11 Secundum eſt, quod ex præcedenti notabili deducitur. Non ſufficit rem voto, aut iuramento promiſſam poſſe ordinari in bonum finem, eive deſeruire, ſed oportet ad id tacitè, vel expreſsè dirigi à iurante, vel vouente. Vt ſi quis iurauit ſe non luſurum in certa domo, vel cum certa perſona, quod ob aliquã peccandi occaſionem conducit ad diuinum obſequium, at iurans id non reſpexit, ſed ſolam vindictam de illo ſumendam, vel ſatisfaciendum iræ ſuæ ad hoc dirigens rem illam iuramento, aut voto promiſſam, ſunt irrita id iuramentum, & votum.

12 Tertium eſt. Iuramentum, aut votum nullo ludo ludendi, niſi tali determinato eſt validum. Quia in honorem Dei cedit tot ludis ſe priuare, ac conducit multum, ne iurans nimium ludis vacet. Sæpe enim non inueniet volentem eo ludo ludere, & is ſæpe moleſtia afficiet, cogetque iurantem a ludo abſtinere. Adde eam acceptionem ſæpe fieri, eo quod ille ludus minorem iacturæ, & aliorum damnorum occaſionem afferat.

13 Vltimum eſt. Quando iuramentum non ludendi cum determinata perſona obligat, eo quod illa nimis perita ſit in ludo, aut fraudibus vtatur, vel occaſionẽ rixarum afferat; licitum eſt cum illa, & alijs ſimul ludere, nullo reſpectu illius vtrinque ludo reportato. Ideſt, *yendo horro con ella*. Quia cum in hoc euentu omnia illa iuramento intenta ceſſent, id iuramentum non ſe extendit ad hunc caſum.

14 Sexta concluſio. Iuramentum, aut votum non ludendi, donec talis perſona velit, non obligat ea perſona defuncta, bene tamen obligat ea facta furioſa. Vt probant Doctores referens lib. 8. de matrim. diſp. 28. nu. 55. & 58. vbi probauimus voluntatem ceſſare morte, non tamen furore. Vbi idem diximus eſſe, ſi votum eſſet non ludendi abſque patris voluntate, & conſenſu, ceſſaret enim obligatio mortuo patre.

15 Non ceſſaret autem obligatio, ſi iuramentum, aut votum eſſet, donec talis perſona Roma veniat, aut illuc vadat, vel aliquid aliud faciat; ſed ea mortua ante illud iter, vel factum, maneret perpetua obligatio voti, vel iuramenti. Quod probatur ex dictis eadem diſput. 18. nu. 53. vbi probauimus conceſſionem factã, donec concedens aliquid fecerit, non extingui, ſed perpetuam effici morte concedentis, extingui autem, ſi conceſſio eſſet, donec concedens velit.

16 Hactenus egimus de iuramento non ludendi præſtito Deo, ſi autem de illo loquamur, quando fit homini in eius gratiam, id tantum inſpiciendum eſt ad eius obligationem, an poſſit licitè impleri, etſi peccatum admiſſum ſit in eo præſtando, tunc enim obligabit. Iuxta ea, quæ de iuramento facto homini diximus c. 9. nu. 17. Quando autem huiuſmodi iuramentum obliget ad mortale, diximus c. 15. nu. 18.

CAPVT XIX.

De iurisiurandi Deo præstiti irritatione, relaxatione, & commutatione.

SVMMARIVM.

Quot modis obligatio iuramenti extingui possit, & qualiter illi differant, & an remissione partis dicatur relaxare, vel irritatio, nu. 1.
Qui possint irritare iuramenta Deo præstita. nu. 2.
An sit in Ecclesia potestas relaxandi iuramenta, nu. 3.
An ad id desideretur causa, & qualis, n. 4. Vbi quam difficile, & quomodo sit relaxandum iuramentum non ludendi.
Qui possit relaxare iuramenta Deo præstita? nu. 5.
Quid, si hæc iuramenta sint religionis, castitatis, peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæ, aut Compostellanæ. n. 6.
An aliqua alia iuramenta sint Pontifici reseruata, nu. 7.
Commutare iuramenta qui possint potestate ordinaria, aut delegata per bullam, aut alia priuilegia, nu. 8.
An idemmet iurans possit commutare, nu. 9.

1 CVm hactenus egerimus de iurisiurādi natura & obligatione, iā in vltima hac parte de dissolutione obligationis eius agendū est. Et quia iusiurandum potest Deo præstari, & soli homini, atque de vtriusque dissolutione est longe diuersa ratio, ideo in hoc capite tractabitur de dissolutione iuri Deo pstiti, in sequentibus aūt, qū præstatur homini. Potest aūt vtriusq; obligatio cessare irritatione, seu rescissione, relaxatione, seu dispēsatione, sunt. n. idem: & quod in votis dicitur dispensatio, appellatur relaxatio in iuramentis, & cōmutatione, & quando iusm fit homini, potest quoq; extingui remissione eius, cui fit. Differunt autem irritatio, & relaxatio iuramenti ab eius commutatione (Vt latiùs lib. sequenti tractantes de voto dicemus.) Quod per irritationē, & relaxationē tollatur oīno obligatio iurī, per commutationem autē minime, sed eius obligatio in aliam materiā transferatur. Rursus differt irritatio à relaxatione, & cōmutatione, quia irritatio pertinet ad potestatē dominatiuam, nullaq; indiget causa. At dispensatio, & commutatio, qū non est in euidenter æque bonum, pertinent ad potestatem Ecclesiasticam, & causa iusta indigent. Remissio autem illa hominis, cui iuramentum fit, etsi oīno iuramenti obligationem aboleat, non dicitur tamen relaxatio. Vt bene docent *Sotus lib. 8. de iust. q. 1. art. 9. initio. & Aragon 2. 2. q. 89. art. 9. paulo post principium.* Nec dicitur etiam irritatio. Quia relaxatio petit potestatem spiritualem in relaxante, irritatio dominatiuam. Neutram verò petit ea iuramenti remissio, sed pertinet ad quemcūque, cui iuramentum fit. Vt dicemus c. sequenti.

2 Circa irritationem ergo iuramēti Deo præstiti, *Valen. 2. 2. d. 6. q. 7. puncto 4. col. 5. vers. Quariū est,* cēset non esse idem dicendum de potestate irritandi hæc iuramenta, & vota ac proinde licet ij, quorum potestati & gubernationi sunt subiecti vouentes, possint eorum vota irritare, vt parentes filiorū, viri vxorum, dñi seruorum, prælati regulares religiosorū, at non possunt, irritare horum iuramenta nisi qū res iuramento promissa esset eorum potestati subiecta. Dicitur, qd iusm nequeat irritari propter superioritatem in iurantis voluntatem, quo pacto potest irritari votum, sed per solā superioritatem in rem promissam. Ratio autem differentiæ est, quoniam ratione subiectionis voluntatis nō tollitur obligatio per voluntatem inducta nisi qū huiusmodi obligatio oritur ex actu voluntatis subiectæ, tanq̄ ex priuata lege, vt accidit in voto. At obligatio iuramenti nō oritur ex eo actu tanq̄ ex priuata lege, sed est obligatio mere iuris naturalis. At c. 9. nu. 1 improbauimus hoc fundamētum, & diximus eodem modo obligare iuramentū, & votum. Et ideo dicendum est, eos oēs, qui potestatem habent irritandi vota subditorum (de quib. late dicemus in tractatu de voto) posse iuramenta de eisdem rebus Deo præstita irritare, eodem prorsus modo, & in eisdem casibus, in quib. possunt & vota. Ducor, quod huiusmodi iuramenta induūt voti rōnem. Et ita c. 30. *Nō* æqua facultas tribuitur patri, & marito, relaxādi vota, & iuramenta. Atq; ita docent *D. Thom. 2. 2. q. 89. artic. 9. ad 3. & ibi Caiet. D. Ant. 2. p. tit. 10. c. 6. §. x. Sylu. verbo Iuramentum 5. q. 7. Armilla verbo Iuramentum num. 20. Tabiena verbo Iurare, q. 19. Sotus d. art. 9. ad finem corporis, Aragon eodem art. 9. initio. Alcozer summa c. 16. fol. 56. conclus. 3. & quatuor sequentibus. Azor lib. 11. institut. moral. c. 10. fine. Toledo lib. 4. summa c. 23. num. 1. Emanuel Sà summa, verbo Iuramentum nu. 31. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 11. c. 4. initio.* Vtrum autem Pontifex possit aliqua alia iuramenta irritare ratione materiæ sibi subiectæ, dicemus c. sequenti.

3 Circa relaxationē, & commutationem horum iuramentorum prima conclusio sit. In Ecclesia est legitima spiritualis potestas vere relaxandi iuramenta, & non solū declarandi ea in illo casu non obligare. Quod latius lib. sequenti probabimus tractantes de votorum dispensatione. Quod quidem intelligitur de iuramēto promissorio, nam in assertorium relaxatio nulla cadere potest. Vt bene docet *D. Thom. ab omnibus receptus 2. 2. q. 89. art. 9.* Nemo enim dispensare potest, vt quis falso iuret, vtpote quod est intrinsece malum.

4 Secunda conclusio. Vt iuramēti relaxatio valida sit, desideratur iusta causa. Quod vniuersi fatentur. Quia vinculum iuramenti non obligat ex iure humano, in quo dispensatio Pōtificis absque causa concessa valet, sed obligat ex iure naturali diuino, in quo nec Pōtifex valide dispensare potest absque causa. Causæ autem, quæ exiguntur, ac sufficiunt ad dispensandū in votis, exiguntur quoque, & sufficiunt ad relaxanda iuramēta Deo præstita, vtpote quæ voti rationem induūt. Ita *Sotus lib. 8. de iust. q. 1. art. 9. circa solutionem ad 3. versic. Est autem. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 7. puncto 4. versic. Positoque rur.* Et quando causa ad relaxandum non fuerit sufficiens, debent partim relaxari, & partim cōmutari. Sicut de voto dicemus lib. sequenti, vbi & tractabimus, quæ sint legitimæ causæ. Id autem monuerim iuramentum non ludendi difficillime relaxandum esse. Atque ita *Nauar. summa Latina cap. 12. num. 11.* ait non esse consulendum, vt relaxetur, & Pium V. id tenuisse. Quare cùm fragilitas eius, qui iurauit viget, vt cum eo dispensetur in iuramento, sanum consilium censeo non omnino relaxare etiam partim commutādo, propter innumera peccata, & damna, quæ ex nimio ludi vsu pullulare solent, sed relaxare partim commutando, relinquendoque illum obligatum, ne ad libitum ludat, sed certis diebus, nec ludo exponat quācumque quantitatem pecuniarum, sed moderatam prudentia relaxantis taxandam.

5 Tertia conclusio. Iuramēta Deo præstita potest relaxare idemmet, qui in simil. votis potest dispensare. Qui autē possint in votis dicemus lib. sequenti, tractantes de voto. Quia hæc voti rationem habēt. Et docent *Angelus verbo iuramentum 6. initio. Sylu. verbo Iuramentum 5. q. 3. & 4. Tabiena verbo Iurare quæst. 20. Sotus dicto ar. 9. in fine corporis. Caiet. 2. 2. q. 89 art. 9. initio. & ibi Aragon fol. 1088. dicto 4. Toledo dicto c. 23. nu. 2. Emanuel Sà verbo Iuramentum nu. 32. & 33. Valent. dicto puncto 4. col. 5. vers. Et notandum. Azor lib. 11. inst. moral c. 9. q. 6.* Et quamuis *D. Tho. eod. art. 9. ad 3* satis obscure loquatur, videaturque sentire solum Pontificem posse dispensare in iuramento, quod vndequaq; licitum esse constat, at tantum vult (vt bene ait *Sotus*) id esse æquius, vt solus Papa tunc dispenset.

At si iuramēta sint absoluta castitatis, religionis, peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæ & Compostellanæ, quarum rerum vota reseruantur Pontifici, an

possit

possit Episcopus in his iuramentis dispensare, an potius censeantur reseruata quoque, sicut similia vota, non constat inter Doctores. Quidā. n. dicunt esse reseruata, quos & eorum rōnes retuli lib. 8. de mat. disp. 13. nu. 1. Alij verò dicunt non esse reseruata. Quos & eorū rōnes retuli ibi nu. 3. Et vltra ibi allegatos reuet dicens esse multo probabilius non esse reseruata *Pet. de Led. 2. to. sum. tract. 11. cap. 4. dubio 2.* At mediam snīam tenui ibi nu. 5. & eā probaui satisfaciens contrarijs, & modo ē teneo, sic distinguendo. Regulariter, & in plurimū hæc iuramenta Pontifici reseruantur, vtpote quæ communiter votum iureiurando confirmatum claudunt. At in casu (quem ibi nu. 4. explicui latius) in quo promissionem factam Deo non claudunt, pôt Episcopus in eis dispensare. Vt qñ aliquis non respiciens Deum, quasi volens ei aliquid offerre in eius obsequium: sed solum eum afferre in testem intendens, hæc iurat. Qñ autem hæc iuramenta etiam promissionem Deo claudentia, sunt pœnalia, aut vere conditionalia, existimo probabilius posse Episcopum dispensare, ante, & post incursam pœnam, & impletam conditionem. Quia idem dicemus de similibus votis lib. sequenti, tractantes de voto, vbi explicabimus, quando dicantur vere conditionalia, & quando pœnalia.

7 Quarta conclusio. Aliqua sunt iuramenta, quorū relaxatio soli Romano Pontifici reseruatur. Vt sunt iuramenta quib. confirmantur statuta collegiorum, academiarum, & bonorum Ecclesiasticorū, ne facile hæc bona dilapidentur. Ita *Sotus lib. 8. de iust. q. 1. ar. 9. in solutione ad 3. vers. Tertium membrum. Azor lib. 11. inst. moral. c. 9. q. 4.* Additque bene *Sotus*, quamuis iuramenta, quæ super beneficijs fiunt, pertineant plenarie ad Pontificem, at si quis clericus iurarit non acceptare p̄bendam, nec Ecclesiæ seruire, posse Epm dispēsare vbi expedire iudicauerit, imò & cogere, vt accipiat. Sicut Greg. coegit Florentinum Archidiaconum. Vt habetur *c. Florentinum d. 85.* Præterea dicit bene *Sotus eadem solutione ad 3. vers. Est aūt hic apprime*, quoties iuratur statutum à Papa dimanans, solum Pōtificem posse dispensare. Vnde ego colligo secus esse, vbi id manaret ab Episcopo, tunc enim Episcopus posset in eo iure dispensare. Et sic intelligendum est, quod diximus solum Papam posse dispensare in iure confirmante statuta collegiorum, aut academiarum, id. n. intelligendū est, qñ ea statuta sunt Pontificis, aut eius authoritate confirmata. Iuxta ea, quæ diximus c. 15. nu. 8. Similiter solus Pontifex relaxare valet iuramenta, quib. se insignes viri obstringunt. Ita *Abbas c. Quanto. nu. 8. de iureiur. Azor ea. q. 4.* qui bene ait hmōi iuramenta esse, quæ Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Comites supremam præsertim in temporib. authoritatē habentes, & Epi præstant, & idem esse ait *Azor* de iuramentis aliorū superiorū antistitū Ecclesiarum, & eorū omnium, qui proxime sunt Papæ subiecti. Huiusmodi etiam est iusiurandum quod in rebus arduis, & maxime dubijs interponit. Vt tradunt *Abb. & Azor ibid.*

8 Quinta conclusio. Qui facultatem ordinariam habet commutandi vota, potest etiam hæc iuramēta soli Deo præstita commutare. Vt bene docet *Azor l. 11. instit. moralium c. 10. q. 1.* An vero idem sit de habente potestatem delegatam per bullam, aut alia priuilegia, & pleraque alia de hac commutatione, explicabimus lib. seq. tractantes de voti commutatione.

9 An vero possit idem mer iurans hęc iuramenta Deo præstita commutare propria authoritate in rem euidenter meliorem, non conueniunt Doctores. Quidam negant excepto solo religionis ingressu. Sic *Abb. c. Peruenit, el 2. nu. 2. de iureiu.* Alij vero sic distinguunt, si id iusiurandum possit seruari cum meliori bono, nō potest propria authoritate in id euidenter melius cōmutari, secus si simul seruari nequeat. Ita docent *Ant. c. Peruenit num. 3. D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 6. §. Ang. verbo Iuramentum 5. nu. 33. Syl. verbo Iuramentum 4. q. 20. & verbo Iuramentum 5. q. 6. Gratian. regula 269. numero 4. Azor lib. 11. inst. moral. c. 10. q. 1.* At verius est, posse cōmutari in euidenter melius. Quod satis probat *id cap. Peruenit*, dum decidit promissum non infringere commutationem in melius. Cum enim solus Deus sit creditor, optimè eius voluntati satisfit reddendo illi, quod euidenter constat esse illi gratius. Et ita docent *Alcozer sum. c. 16. fol. 57. concl. 2. Toledo lib. 4. sum. c. 23. nu. 3. Aragon 2. 2. q. 89. artic. 9. fol. 1088. d. 5. Emmanuel Sà, sum. verbo Iuramentum nu. 34. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 7. puncto 4. col. 5. ad finem.* Immo idem credo de commutatione in rem euidenter æque bonam. Vt dicemus lib. sequenti, tractantes de voti commutatione.

CAPVT XX.

Qualiter iuramenti obligatio possit irritatione, aut remissione partis, cui præstitum est, cessare.

SVMMARIVM.

Quando possit Pontifex directè irritare iuramenta homini præstita, vbi de iuramento non recipiendi gradus in alia academia, & de iuramentis circa beneficia nu. 1.
Quando id possit indirectè, nu. 2.
An parentes, tutores, mariti, prælati regulares, possint irritare iuramenta suorum subditorum homini præstita, nu. 3.
Iuramentum præstitum homini, an possit ab ipso remitti, n. 4.
Quid si principaliter non sit in illius hominis gratiam nu 5.
Quid, quando opus pium non promittitur principaliter Dei intuitu sed eius hominis, cui iuratur, & quid in dubio censendum sit, nu. 6.
Quid si iuramentum sit principaliter in Dei honorem, at tota res promissa cedat in fauorem partis, nu. 7.
Quid, si tunc non promittatur pauperi determinato nu. 8.
An hæc iuramenta homini præstita, quæ non in ipsius fauorem cedunt, sed in Dei honorem, possint relaxari, & commutari instar iuramentorum, quæ Deo præstantur, nu. 9.

1 DVplex petitur difficultas. Prior est de irritatione iuramenti homini præstiti. Posterior, de remissione ipsi facta per ipsum hominē, cui præstatur. Circa priorem difficultatē, dupliciter pôt hæc irritatio fieri, primo, directè; secundo, indirectè. Directè fit ratione materiæ, quæ liberè irritantis dispositioni subditur. Et hoc pacto Pōtifex rescindere pōt iuramenta pñita circa rerū Ecclesiasticarū, & officiorū Ecclesiasticorum distributionē. Vt circa augenda, & minuenda beneficia, circa non admittendū canonicos vltra certū numerū, circa rerū Ecclesiasticarū alienationes. Quia in his omnib. iuramentis intelligitur semper authoritas Pontificis excepta, *c. Venientes, de iureiur.* Ita docent *Abb. c. Quanto, de iureiu. nu. 8. Host. quem referunt & sequuntur D. Anton. 2. par. tit. 10. cap. 6. initio, casu 1. Ang. verbo Iuramentum 6. initio. Syl. verbo Iuramentum 5. q. 2. Tabiena verbo Iurare q. 10. Couar. de pactis 1. p. § 3. nu. 6. versi. 8. Caiet. 2. 2. q. 86. art. 9. circa solutionem ad Azor lib. 11. instit. moralium c. 9. q. 9. & c. 10. sine So ut l b. 8. de iustit. q. 1. art. 9. circa solutionem ad tertium, ver. sic. Et autem hic apprime.* Et inter hæc iuramenta numerantur *Caietanus*, & *Sotus* iuramenta eorum, qui cum ad licentiatus gradum in aliqua academia promouentur, iurant se in alia Doctoratus gradum non accepturos. Et expresse *Abb. D. Anton. Ang. Syl. Tabiena. Azor* dicunt nullam exigi ad hoc causam, idque satis significant *Caiet. & Couar.* At *Sotus* videtur causam exigere, ait. n. exceptam videri Pontificis authoritatem, si illi iusta visa fuerit dispēsano. Et postea agēs de iuramento non recipiendi Doctoratus in alia vniuersitate, ait Pontificem dispensare, si post superueniat causa iusta alibi recipiendi Doctoratus. Et ideo existimo tenere

quidem

quidem factū, rescindente Pontifice iuramenta super hac materia pstita, ob plenissimā potestatem, qua sup hac materia fungitur. Vt dicunt authores pdicti, qui nutu suo, & absq; causa illi eam facultatē tribuunt. Et *Caiet.* comparat hanc facultatem potestati, q̄ habent parentes irritandi iuramenta filiorū, & viri vxorum.

2 Secundò modo rescindit Pōtifex iuramēta indirectè, per naturam rōnis consequentis. Quod accidit, quoties Eps, vel rex deponitur; nam eo ipso iurisiurādi vinculo soluuntur, qui fuerant illis obstricti, *c. Ad Apostolicæ, de sentent. & re iudicata in 6.* Et similiter quoties statuta ciuitatis, vel collegij reuocantur authoritate potentis reuocare, rescinditur eo ipso indirectè iurisiurandum de ipsis seruandis praestitum. Et ita docent *Caiet. Sotus Couar. eod. nu. 5. versi. 10. allegati, num. praeced. Azor l. 11. inst. mor. c. 9. q. 4. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 7. puncto 4. col. 5. versi. Tertium est.*

3 Circa potestatē autem superiorum, quos diximus cap. praecedenti nu. 2. posse irritare iuramenta subditorum Deo praestita; vt sunt parentes, mariti domini, plati religiosorum; non eodem modo sentiendum est, quando ea iuramenta sunt homini in fauorē eius facta. Sed sic distinguendum est. Habenda est rō cōtractus iuramento firmati; quando enim hi possunt irritare contractū suorum, poterunt etiam irritare iusiurandum, quo illi firmati sunt. Quia etsi id in alterius praeiudiciū vergat, illi vtuntur iure suo, tollendo iuramenti materiam: secus quando nequeunt suorum contractus irritare. Ita *Sotus d. ar. 9. ad finem corporis, Petrus de Ledesma 2. to. summae, tractatu 11. c. 4 dubio 1.* Quare ad particularia descendendo, praelatus regularis potest irritare quamcunque promissionem homini à religioso factam, iureiurādoque firmatam. Tum quia cum religiosus omni voluntate careat, nil firmū efficere vult absque superioris consensu. Tum etiam, quia absque hoc, nec naturaliter obligatur. (Vt dicemus lib. sequēti, tractantes de voto pauperiatis.) Et licet hoc neget *Nauar. commentario 2. de regularib. nu. 41. versi. 15. cum alijs*; at ipsemet fatetur ibi posse superiorem pacta religiosorum, sicut & vota irritare. De viro respectu vxoris sic dicendū est. Cum nullū contractum inire possit vxor in hoc regno absq; viri licentia, ob praeiudicium viri, *l. Reg. a 55. Tauri, hodie l. 2. tit. 3. l. 5. recopil.* nullus eius contractus firmatur iuro: vt cōiter ibi Doctores, an hoc iusiu indigeat relaxatione; at id vnī insinuare dare. dicunt. n. hoc prouenire eo quod sit in viri piudicium; in quo euentu iuramentum non est seruandum, *c. Cum contingat, de iureiur.* Et ita *Molina tomo 2. de iust. disputatione 343. col. 2. versi De vxore,* ait: etsi accedat iuramentum, id totum fore irritum, & inane. At esto iuramentum seruandum esset, cum nō firmet contractum, sed possit à viro reuocari, vt fatentur oēs praedicti Doctores; consequenter dicendum est, posse quoque virum id iuramentum irritare, iuxta regulam ex *Soto* traditam. Quod tamen intellige, nisi talis contractus non vergat in praeiudicium viri. Vt quia est alter bonis illis post solam vxoris mortem potiturus, vel post mortem viri, tunc enim talis contractus firmatur iuramento. Vt cum alijs docent *Burgos de Paz cons. 2. num. 91. Gutierrez de iuramen. 1. par. cap. 1. numero 34.* Et ideo id iuramentum non poterit vir irritare. In alijs autem regnis consulendae eorum leges circa contractus vxorum absque viri licentia initos, & iuxta illas iudicandum. De parentibus vero, & tutoribus dicendum est posse eos irritare iuramenta, quib. pupilli, seu impuberes firmant contractus cum homine initos; secus si post pubertatem. Quia etsi id iuramentum seruandum sit; at non firmat contractum, quādo ante pubertatem praestitum est, secus quando post pubertatem. Quod idem dicendum est, etsi circa peculium castrense, vel quasi castrense impubes hic contrahat. Quae tanquam probabilia amplexi sumus, & nunc amplectimur l. 6. de matr. disput. 38. num. 17. De domino autem respectu serui, sic quoque dicendum est. Si seruus iuret aliquid homini in domini praeiudicium, poterit dominus cassare; quatenus tantum in suum praeiudicium vergit. Quia seruus nequit domino praeiudicium inferre. An in ijs omnibus, quae in domini praeiudicium non vergunt, obligatur seruus naturaliter, *l. Naturaliter, ff. de condict. indebiti, l. Regia 5. tit. 12. par. 5.* Et ideo dominus huiusmodi iuramēta irritare nequibit. An vero, quando hi omnes cū suorum superiorum licentia contrahunt, possint superiores iuramenta validè irritare, dicemus lib. sequenti, tractantes de votorum irritatione.

4 Circa posteriorem difficultatem, nempe an iuramenti obligatio cesset remissione partis, cui praestitū est, constat apud omnes cessare quidem, quando id iuramentum est gratia, & fauore illius praestitum; qd contingit, quando cedit in obsequium, lucrum, vel commodum illius. Quia etsi Deus testis aduocetur, & iusiurandum ratum, & acceptum habeat; at habet acceptum incommodum, & fauorem alterius; ac proinde Deus remittit condonante eo, cui promissio facta. Quisque enim iuri suo cedere, & rem sibi debitā condonare valet. Et ideo multos pro hac sententia retuli lib. 1. de matr. disp. 52 nu. 6. Quam remissionem non esse relaxationem, aut irritationem iuramenti, diximus cap. praecedenti num. 1. Et quamuis Pontifex nequeat haec iuramenta absque legitima causa relaxare, at homo, cui praestantur, possit nutu suo absque causa aliqua remittere, subinfertur minorem esse Pontificiā potestatem. Id enim non ex potestatis Pontificiae defectu consurgit: sed quia Pontifex tantum relaxat iuramenta, vt vicarius, & oeconomus Dei: & ita cū non tanquam dominus materiae promissae relaxet indiget iusta causa, vt legitimè munus suum obiens relaxet. At homo, cui iuramentum in eius gratiam fit, remittit tanquam dominus materiae promissae, & ideo nulla causa indiget. Atque haec non solum vera sunt, q̄n vnus homo alteri iuramento aliquod promittit, sed etiam, quando vicissim duo sibi ipsis iurant, possunt enim mutuo consensu iuramentum sibi ipsis, vel alter solus alteri condonare. Quia eadem est ratio. Et ita docet *Azor lib. 11. institut. moral. c. 9. fine.*

5 Hinc deducitur, quando iusiurandū non est principaliter gratia alterius hominis, cui pstatur, sed principaliter in Dei honorem, in cuius obsequium res iuramento promissa cedit, non posse hominem, cui iuratur, hmōi iuramentū relaxare, seu remittere. Vt si quis iureiurando sibi promittat, vel alter solus alteri, eleemosynam pauperi dandam, aut religionis ingressum. Et rō est, quia etsi hmōi promissiones sint partim gratia hominis factae (vt optimè docent *Sotus & Azor statim allegandi*) eo quod iurans fidem suam illi homini astringit, & fortè, vt rem illi gratam faciat; at cū principalis scopus iurantis sit Deum respicere, ac in honorem eius, intuitu religionis id opus offerre; & qd principaliter intenditur, sit semper spectandum, *l. Rogasti, in principio, l. Si quis nec causam, ff. si certum pet.* Ideo ex principali intento iudicandum est id iuramentum non homini, sed Deo ipsi praestitum; ac proinde homo ille condonare non poterit. Et ita docent *D. Thom. 2. 2. q. 89. artic. 9. ad 2. Speculator, & alij, quos refert & sequitur Felinus cap. 1. num. 2. de iureiurand. Abulensis c. 5. Matth. q. 319. D. Antoninus 2. p. tit. 10. c. 6 § 4. Angel. verbo Iuramentum 6, num. 2. Sylu. verbo Iuramentum 5. q. 8. & 9. Armilla, verbo Iuramentum num. 21. Tabiena verbo Iurare q. 20. Driedo lib. 2. de liber. Christiana c. 1. propositione 3. Sotus libro octauo, de iustitia quaest. 1. art. 9 ad 2. Azor libro 11. institut. moral. c. 9. q. 9.* Huius etiam exemplum est, si duo sibi inuicem iurent fore vt in posterum non furentur, aut audiant sacrum in festis, aut aliquid aliud faciant, ad quod tenentur. Ita *D. Antoninus, Abulen. Driedo, Angelus, Sylu. Tabiena, Azor ibidem.* Similiter nō potest alter remittere iuramen-

men-

mentum, si quis ipsi iuret fore vt non ludat. Ita *Abulē-fis, D. Anton. Angelus, Syluester, Tabiena, Sotus, Azor ibidem*. Idem dicit *Syluester*, si duo iurarint sibi inuicem, fore vt duo psalteria recitent alter pro altero. Sed hoc exemplum distinctione indiget, & ex iurantium intentione pendet. Si enim finis fuit recitare am plius quotidie, vel illa vice, quamuis ex orationes pro altero offerrentur non poterit alter orationes remittere, sed tantum, ne pro se offerantur. Quia prius honorem, & cultum Dei respexit, posterius autem vtilitatem huius. Si vero finis tantum fuit, id beneficium mutuo sibi ipsis conferre poterit vterque mutuo sibi remittere, aut alter solus alteri. Atque in hoc exemplo iudicarem in dubio intentionis esse hanc posteriorē; & ita locum esse partis remissioni. Quia frequentissima sic promittentium intentio hæc est.

6 Sunt tñ limitanda dicta num. præc. (excipe exemplum de duobus psalterijs recitandis quod iam satis explicatum, & limitatum est) vt intelligantur, quando iurans illa in honorem Dei cedentia principaliter cultum Dei respexit, intuituq; principali religionis iurauit; etsi minus principaliter, & secundario instigante illo homine & vt illi rem gratam faceret. Nam si non intuitu religionis principaliter iurauit, sed animo fidē suam alteri astringendi rōne amicitiæ, quia id alteri gratū fore existimabat, pôt alter remittere iuramentum. Quia tunc in gratiam hominis est principaliter præstitum: & principale intentum est semper spectandum. Vt nu. præc diximus. In dubio autem vtra fuerit intentio, tunc ob materiæ in honorem Dei cedēs naturā præsumenda est prior intentio, & subinde dicendum non posse alterum remittere iurm. Hæc docet *Sotus nu. præc. allegatus*, & colligitur ex *Azor num. præcedenti allegato, ea q. 9. &* 10. Quod si inde colligas, eandem intentionem præsumendam in dubio in exēplo recitandi duo psalteria, quod adhibuimus n. præc. fine. Cū ea quoq; materia cedat in Dei honorē, cuius contrariū psumi diximus ibi. Rñdeo attenta materiæ natura ita fore: at cogit præsumptio deducta ex cōitet contingentibus in simili promissione, vt censeatur in dubio facta principaliter in alterius gratiam.

7 Potissima autem in hoc difficultas est. An qñ iurm̄ esset principaliter in Dei honorem præstitum; at tota res promissa cedit in fauorem partis, possit pars illa id iu rm remittere? Vt si intuitu pietatis quispiam iuret fœminæ pauperi se eam ducturum, aut se ei eleemosynam collaturum. De qua quæstione egi lib. 1. de matrimonio, disputatione 5. vbi nu. 7. retuli sententiam negantem posse Quam vltra Doctores ibi relatos tenet *Azor lib. 11. institut. moralium c. 9. q.* 11. At contrariam tanquam probabiliorem tenui ibi nu. 8. & nunc teneo ob rationes ibi allatas. Et nu. 9 dixi esse, si vterque intuitu pietatis id matrimonium instrasset. Posset enim mutuo consensu id iuramentum remitti.

8 At prior opinio esset vera, quando ea eleemosyna non esset determinato pauperi promissa, tunc. n. nullus pauper posset remittere. Quia id iuramētum Deo est præstitum, & ratione voti induit: nec tota res promissa cedit in fauorē huius pauperis, sed vagē, huius, vel illius; ac proinde nullus particularis poterit remittere. Sicut qui religionem in genere promisit, non satisfacit votum, si vnam, vel alteram ingredi tentans repellatur, sed tenetur aliam eligere, si in illa admittatur. At si absque pacto aliquo reddendi, eam eleemosynam alicui pauperi largiretur, qui mox sponte sua, vel rogatus eam largienti redderet, satisfactum esset iuramento. Quia iam verè eleemosyna largita est, & pauper effectus eius dominus, & vt talis potuit de illa disponere reddendo eam danti.

9 Tandem hæc iuramenta, quæ numero præcedenti, & numero quinto diximus, non posse ab homine, cui præstantur remitti, iudicanda sunt quo ad irritationem, relaxationem, & commutationem, perinde ac si soli Deo præstita essent, & sic de potestate hæc irritandi dispensandi in illis, aut illa commutandi, dicendū est, quod toto cap. præcedenti diximus de iuramentis solo Deo emissis Quia, vt diximus num. 5.) ex principali intento, quod est honos Dei, dijudicanda sunt.

CAPVT XXI.

Qualiter possit Prælatus Ecclesiasticus relaxare, aut commutare iuramenta homini præstita.

SVMMARIVM.

Qualiter Ecclesia relaxare valeat iuramenta homini præstita num. 1.
An solus Pontifex relaxet, causaq; desideretur, quando in recipienti nulla est turpitudo, nu. 2.
An possint hæc iuramenta in melius commutari authoritate propria nu. 3.
An authoritate Pontificia id fieri possit, nu. 4.
Quid, si id iuramentum non sit in vtilitatem priuatam, sed in bonum commune, num. 5.
Quando recipiens rem iuramento promissam, tenetur illam restituere ratione motus, vel vsurarum, vel alia ratione, an possit Episcopus relaxare, & quid si iuramentum metu extortum sit de re, ad quam iurans tenebatur, & quid de iuramento redeundi ad carcerem iniustum, num. 6.
Quid, si metus ille sit leuis, nu. 7.
An possit hæc relaxatio peti, etsi iurans iam in periurium inciderit non soluendo termino præfixo nu. 8.
An possit adire iudicem Ecclesiasticum, vt compellat creditorem remittere id iuramentum, nu. 9.
An idem censendum sit quo ad relaxationem & alia de iuramento soluendi amissa in ludo pecunia credita, nu. 10. *Et ibi, an iuramentum hoc transeat ad hæredes?*
Quando est iuramentum de non repetendo vsura, aut metu extorta, an adhuc repetitioni locus sit nu. 11.
Quid, si iuramentum sit de non denunciando Ecclesiæ, n. 12.
An ad redimendam vitam liceat id iurare, aut gratis donari latroni, nu. 13.
Quid, si iuramentum sit de non petenda relaxatione, n. 14.
Cauendum est ne hac relaxatio in religionis Christianæ contemptum cedat, nu. 15.
An hæc iuramenta possint commutari per bullam, aut priuilegia concedentia votorum, & iuramentorum commutationem, nu. 16.
An ratione doli possit Episcopus iuramentum homini præstitum relaxare, nu. 17.
Quando soleat hæc relaxatio concedi, nu. 18.
An in cōtractibus gratuitis detur, ratione læsionis etiam enormissima, nu. 19.
An ante iuramenti relaxationem possit agi ad rescissionem contractus, aut supplementum pretij, nu. 20.
Quid, si in his euentibus iuraret se non petiturum relaxationem, nu. 21.
An ratione enormissima læsionis rescindatur contractus, altero volenti pretium supplere, nu. 22.
An data iuramenti absolutione ad effectum agendi, tollatur omnino iuramenti vinculum, nu. 23.
An in obligationibus conceptis in forma cameræ detur hæc relaxatio ad effectum agendi, nu. 24.
An possit Episcopus relaxare, quando iuramentum est perniciosum exemplo, nu. 25.
An rōne ingratitudinis donatarij possit Epūs relaxare iuramentum non reuocanda donationis ex hac causa, nu. 26.
An concedatur hæc relaxatio, quoties est dubium inter Doctores an sit concedenda, nu. 27.
An ad iuramenti relaxationem sit citanda pars, nu. 28.
An index Ecclesiasticus non habens iurisdictionem quasi Episcopalem, possit hanc relaxationem concedere n. 29.
Quid de capitulo sede vacanti, & alijs habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem nu. 30.
Quid de iudice Ecclesiastico loci, in quo initus est contractus, num. 31.

Quid

Quid de Vicario Episcopi, numero 32.
An debeat esse iudex Ecclesiasticus eius, qui iurauit, an eius, cui iuratum est? Refertur duplex sententia, nu. 33. & 34.
Explicatur sententia Authoris, num. 35.
Quid quando est relaxatio pro solo conscientiæ foro, vel tantum ad effectum agendi, nu. 36.
An possit hæc relaxatio peti per procuratorem, etiam domino absente, & ignorante, nu. 37.

1 IN hoc capite de sola iudicis Ecclesiastici potestate ad relaxanda iuramenta homini præstita tractatur; & in sequenti tractandum est de iudicis secularis potestate quo ad hoc. Prima conclusio. Constat in Ecclesia esse potestatem relaxandi hæc iuramenta, quando id ad bonum commune expedit. Quod efficit Ecclesia quandoque ad punitionem eius, cui sunt præstita, propter aliquod crimen ab eo commissum. Quo pacto relaxat iuramenta quando interuenerunt fraus, metus vel iniuria. Vel propter excommunicationem eius, cui iuratur. Cuius causa remittitur ab Ecclesia iuramentum fidelitatis excommunicato præstitum, *c. Nos sanctorum & c. iuratos* 15. q. 8. Quandoque autem id fit ob maius bonum commune id postulans.

2 Secunda conclusio. Quando nulla versatur turpitudo parte recipientis iuramentum, nec tenetur rem sibi iuramento promissam restituere, constat est omnium sententia nullum prælatum Ecclesiasticum præter Romanum Pontificem posse id iuramentum relaxare: idque ex causa grauissima, & alias relaxationem esse irritam. Quia per id iuramentum est ius acquisitũ tertio, quod absque vrgentissima causa tolerri nequit: idque per supremã in spiritualib. potestatẽ, cuius est ad vinculũ spirituale relaxare vt bono cõi cõsulat. Quod quidẽ adeo verum est, vt non solum debitum iustitiæ ex promissione iurata ab altero acceptata uttũ nequeat Pontifex absq; vrgenti causa remittere: sed nec etiam manenti firma promissione possit vinculum iuramenti illam confirmantis relaxare. (Vt optime animaduertit *Sotus lib. 8. de iustitia, q. 1. art. 9. in fo utione ad 3. in fine.*) Quippe non sola res promissa est alteri debita sed etiã vinculum, quo iurans astringitur soluere. Et ideo eius vinculi relaxatio cederet in alterius præiudicium.

3 Quare etsi iuramentum Deo præstitũ possit in melius propria authoritate commutari, (Vt diximus c. 19. fine.) At secus est de iuramento homini prestito. Ratio differentiæ est. Quia vnum pro alio inuito creditore solui nequit, *l. Mutuum ff. si certi. pet. & instit. Quib. modis tollatur obligatio in principio.* At Deus semper acceptum habet, quod melius est sibi reddi: non autem sic homo id acceptat. Et ideo sic fatentur *Abbas c. Peruenit, el 2. nu. 2. de iureiur. Ang. verbo iuramentum 5. n. 31. Sylu. verbo Iuramentum 4. q. 20. & omnes.* Sunt autẽ cautelegendi *Ang. & Syl. ibid.* nam videntur hoc limitare, nisi iurans velit hæc in religionis ingressum cõmutare. At re vera eam limitationem adhibent solis iuramentis Deo emissis; quæ negant propria authoritate posse in maius bonum semper cummutari, præterquã in religionis ingressum, ob maximum eius fauorem. Et constant, quia allegant pro se *Abbatem loco nuper citato*, qui sola iuramẽta Deo præstita sic limitat. Item quia absurdum videtur dicere iurantem alicui se daturum mille aureos, quos re vera soluendo est, posse eo debito liberari, transeundo ad religionem.

4 Immo nec Pontifex ipse posset ea iuramenta in melius commutare absque creditoris consensu nisi vrgẽti boni communis causa id postulante. Quia sit creditori præiudiciũ denegata ei re speciali sibi debita contra eius beneplacitum.

5 Quando autem iuramentum homini præstitum non cedet in vtilitatem priuatam, sed in bonum commune, nequit etiam in melius commutari absque consensu habentis curam boni communis. Vt recte ait *Syluester v. bo Iuramentum 5. q 6.*

6 Tertia cõclusio. Qñ versatur turpitudo ex parte creditoris recipientis iuramentum, eo quod iniuste recipiat, & generaliter quoties iurans patitur iniuriam, vt in iuramento soluendi vsuras contingit, potest Episcopus relaxare: imò licet iuramento illo metu extorto cogatur quis iurare quod alias implere tenebatur, potest Episcopus relaxare. Quia per id iuramentum nullum parti ius acquiritur sed solum agitur de reuerentia diuino nomini seruanda. Quare Prælatus qui vices Dei gerit, pôtest eius nomine eam iuramenti obligationẽ relaxare. Quod late probaui multis adductis lib. 1. de matrim. disputat. 5. n. 15. Atque idem dicendum est, quando etsi is, cui res iuramento promissa est tradenda in nulla sit culpa, sed bona fide acceperit: eo quod inscio ipso alter metum incussit, aut iniuriam intulit extorquendo vsuras, tenetur tamen rem iuramento promissam restituere. Quia adhuc iurans patitur iniuriam. (Vt diximus c. 12. num. 7.) Quare c. 11. fine diximus hac ratione iuramentum redeundi ad carcerem iniustum posse ab Episcopo relaxari.

7 Et quis aliqui dicãt non concedi hanc relaxationẽ, qñ metus est leuis: alij vero contradicant, quos retuli lib. 4. de matr. disp. 20. nu. 7. & 8. At ibi nu 9. has duas sententias conciliaui, vt in foro externo non concedatur relaxatio, secus autem in foro conscientiæ.

8 Quidam tẽperant dicentes hanc relaxationem nõ posse concedi postquã iurans in periurium inciderit, eo quod transactũ sit tempus, intra quod se soluturũ iurarat sed tunc e gen lu... esse soluere, & postea repetere p... Q... retuli lib. 1. de matrim. & reieci disp. 2. nu 16. Et prodesse hæc relaxatio ... ne in posterum soluere teneatur.

9 Quod si iurans nolit hoc remedio vti, poterit adire iudicem Ecclesiasticum, (de seculari autem iudice dicemus cap. sequenti.) vt compellat creditorem etiam laicum remittere hoc iuramentum. Vt probaui l. 1. de matrim. disp. 32. nu. 18.

10 An verò iuramentum soluendi amissa in ludo pecunia, cum sit lita in hoc regno Castellæ possit per Episcopũ relaxari, & impleanit momentanea solutione, statim pecunias solutas repetendo, satis scrupulose loquutus sum lib. 1. de matrim. disputat. 3. num. 25. hæc omnia prorsus negans nisi quando id iuramentum metu extortum esset: vel iurantis mens fuerit solum se astringere ad non denegandam lucranti traditionem eo pacto quo lex sibi concedit. At cum tot Doctores teneãt id iuramentum posse ab E... p... relaxari, impleri que ea momentanea solutione quos retuli eadem disputatione 12 num. 24. Existimo satis probabiliter id dici posse, sustinendo lucrantem hac pecunia credita teneri in hoc regno pecuniam illam sibi solutam restituere. Quod dixi esse satis probabile lib. 1. disp. 3. num 1. Nec obstat hanc turpitudinem solo iure humano in recipiente reperiri: cum tamen requiratur vt iure naturali sit. (Vt cum alijs probauimus ea disputat. 32. num. 13.) Nam re melius inspecta, nullam inuenio discrimnis rationem, siue iure humano, siue naturali sit. Cum tamen probabilius sit lucrantem non teneri restituere eam pecuniam. (Vt diximus ea disputatione 31. num. 2.) Probabilius quoque est non posse Episcopum id iuramentum relaxare, nec impleri momẽtanea solutione, nisi in duplici casu nunc relato: prout sustinui ea disputatione 32 numero 25. Et sustinendo hanc probabilem sententiam vt id iuramentum relaxari queat, ac inde contractum non confirmet: ea iuramẽti obligatio defuncto iurante ante solutionem non transibit aliquo pacto ad eius hæredes, sed liberi prorsus erunt à solutione. Iuxta ea quæ diximus hoc lib ... cap. 3. nu. 5.

11 Si tamen in his euentibus iusm sit de non repetenda pecunia ita per metũ, aut vsuras extorta, aut in eo ludo soluta, non potest solutum repeti ante iuramenti huius relaxationem: at potest ea concedi. Vt probaui lib. 1. de matrimonio, disputatione 32. num. 7.

Quod

12 Quod si iuramentũ illi latroni per metum præstitũ, aut per iniuriam ab vsurario extortum, sit quoque de non denunciando Ecclesiæ, grauis est inter Doctores controuersia, num id iuramentum obliget. Quidam enim censent id iuſm non obligare. Nã cõtra bonum publicũ est, ab hac denunciatione abstinere. Ita docẽt *D.Tho 2.2.q.89 artic.7.ad 3.& ib. Caiet. dubio vltimo, circa solutionem ad 3.* Idem *D.Thom.3.d.39.quæst.1 art. 1.quæstiuncula 2.corpore: & 4.d.29.q.1.art.2. ad 4. Abulensis c.5. Matth.quæst.306.ad finem, & quæst.260. paulo ante solutionem ad 1. Angelus verbo Iuramentum 5. num.12. Syluester Iuramentum 4. quæst.21. & Iuramentum 5 quæst.14. Armilla verbo Iuramentum, nu.10. Tabiena verbo Iurare, q. 10. nu.11. Barbosa, l. Alia 15.§. Eleganter. n.33.ff.solut.matrim. Emmanuel Sa summa, verbo Vsura, in fine. Petrus de Ledesma 2. tomo summæ tra. ctatu 11.c.3.dubio a. fine.* Sed ita distinguendum est. Si casus occurreret, sub præcepto obligans illum ad denuntiandum, quia v.g. latro ille tam nefarius est, vt id ad bonum commune expediat: tale iuramentum non obligat, quod sit cõtra publicum bonum. Similiter nõ obligat, si ille interrogetur iuridicè. Et in his duobus casibus tenet verum prædicta sententia. Si autem sit casus, in quo non tenetur denunciare, & iurauit se nõ denunciaturum quantum in se est, & sua sponte, iuramentum obligat dum nõ fuerit iuridicè rogatus. Quia est iuramentum homini præstitum potestque absque peccato impleri. Ergo obligat iuxta regulam traditam cap.9.n.17. Et ita docent *Sotus lib.8. de iustitia, quæst.1. artic.7.ad 3.in 3.membro. Aragon 2.2.q.89. art.7. circa solutionem ad 3.in fine, Manuel 1.tomo summæ, in 2. editione c.192.nu.2.*

13 Potest autem hic ad tuendam vitam iurare latroni se gratis donare quamuis hæc donatio non excuset à restitutione. Ita docet *Sotus ib.* Sed non explicat qualiter hoc iuramentum sit verum: cum ille non gratis, sed metu coactus donet. At põt dici id iuramentum esse verũ in hoc sensu, id est, quantũ est ex parte mea. volo transferre in te dominium instar gratis donantium: & habendo eum animum iurat verum. Vel potest intelligere intra se. gratis dono, id est, nulla re recepta ꝓtio digna. Num redemptio illa iniustæ vexationis non est pretio digna ex parte latronis vexantis. Rursus *Sotus ibidem. & Manuel ibi* negant licitum esse huic iurare, se non denunciaturum, etsi iuridice rogetur quamuis id vitandæ mortis gratia iuret. At contrarium dicendum est. Quippe cum vitæ periculo nemo tenetur iudici iuridice alias roganti respondere.

14. Si vero sit iuramentum de non petenda huius iuramenti relaxatione, quidam dicunt id iuramentum nõ esse validum: eo quod bonos mores euertat. Ita *Cou. de pactis 2.p.§.3.nu.3.ver§. Effectus autem. Azor lib.11. instit. moralium c.7.q.6.* subdit autem *Couarr.* vt tutius res agatur, peti posse prius iuramenti huius posterioris relaxationem, vtpote metu extorti, & deinde prioris. Quod ego non tantum tutius, sed etiam necessarium existimo. Quia cum absque peccato possit iurans ille non petere relaxationem, & sit iuramentum homini præstitum, obligabit vtique. Vt in simili diximus num. 12. fine, & amplius dicemus l. sequenti, tractantes de simili voto.

15. Cauendum tamen maximè est, ne horum iuramentorum relaxatio in religionis Christianæ cõtemptum cedat: Vt si captiuus iurasset infidelibus, apud quos iniustè detinebatur, se in suæ redemptionis pretiũ daturum eis mille aureos, non esset relaxandum id iuſm propter scandalum, & ne nomen Dei blasphemetur apud illos. Ita *Caietan.2.2.quæstione 89.articul.7.in dubio 1.quod mouet circa solutionem ad 3.versicul. Ad secundam autem confirmationem: & ibi Aragon folio 1078. columna 2.concl. vltima. Sotus lib.8. de iust. quæst.1.artic.7. ad 3.in fine Valentia 2.2.disputatione 6. quæst.5. puncto 4. columna 8. versicul. Manuel autem Manuel 1. tomo summa, in 2. editione cap.92. num.9.* Et idem ait optime *Sotus ibi* dicendum, si captiuus ille iurasset se illuc rediturum: redeundum enim illi esset cum mortis periculo, ob eandem religionis christianæ contemptus vitandi rationem.

16 Vtrum autem omnia hæc iuramenta possint si militer commutari per bullam cruciatam, & priuilegia religiosorum concedentia votorum commutationem. De hoc egi libro 1 de matrimonio, disputatione 52.n. 17.& retuli Doctores affirmantes. Contrarium tamen ibi tenui; & nunc etiam teneo: admissi tamen ibi, & nunc admitto posse ea commutari, vel relaxari per diplomata, si forte concedant relaxationem, aut commutationem iuramenti absque tertij præiudicio.

17 Quarta conclusio. Potest etiam Episcopus iuramenti homini præstiti relaxationem cõcedere ratione doli incidentis in contractum. Nam quando dat causam contractus substantiæ, vtpotè qui eo secluso dolo non iniretur, iuramentum non indigere relaxatione, diximus cap.11.num.1. Vt si quis in pretio rei emptæ cum iuramento nõ contraueniendi decipiatur. Quæ constabit ex dicendis num. sequenti.

18 Quando autem talis deceptio contingat in contractibus, vt possit Episcopus relaxare, vltra Doctores allegatos, videndi sunt *Caldas l. Si curatorem, verbo Læsis, à nu.1.C. de in integ. rest. Zeuallos in suis q. practicis, quæst.604.* Et breuiter sic distinguendum est. Aut enim contrahens est maior, aut minor: & si minor, aut pubes, aut impubes. Si sit minor, & impubes, doli tamen capax, quãtumuis proximus pubertati sit eius contractus non confirmatur iuramento, quamuis iuramentum obligabit, indigebitque relaxatione. Vt iuxta probabiliorem sententiam defendimus lib. . de matrim. disput.38.num.15.& 17.vbi etiam probauimus ratione ætatis imperfectæ concedendum esse ab Episcopo relaxationem. Si vero sit minor, pubes tamen, & iuret contractum, ratione iuramenti efficitur maior, & valet omnino contractus. *arb. Sacramenta puberum, C. Si adu. vend* Sed si enormiter lædatur, nempè, vltra dimidium iusti pretij, potest ab Episcopo petere relaxationem iuramenti, & sic agere ad contractus rescissionem, aut iusti pretij supplementum. Quia per id iuramentum visus est solum ætatis defectum supplere, non autem renunciare beneficio textus in *l.1.C. de rescind. vend.* Et ita docent multi, quos referunt, & sequuntur *Couar. de pactis 3.p.§.4.n.6. Molina l.2.de primog.c.3.n. 21. Padilla ea.l.2.n.33. Gutierrez de iuram.1.p.c.26.n.8. Martienzo l.5.recopil.tit.11.l.1 Glossa 8.n.50.* Immo licet vbi minor simpliciter iurauit contractum, exigatur absolutio à iuro ad agendum rõne dictæ enormis læsionis: at si tantum iurauit se non contrauenturũ rõne minoris ætatis, non eget absolutione ad agendũ rõne enormis læsionis. Quia huic beneficio non renunciauit. Ita *Couar. eo.n.6. in fine quartæ conclusionis. Martienzo ead.gl.8.n.51.* Quod si minor expresse iurauit se etiã rõne læsionis non contrauenturũ: vel iurauit nec rõne minoris ætatis, nec alia rõne contrauenturum, tũc nõ põt agere contra contractũ, nec danda erit absolutio à iuro ratione dictæ enormis læsionis, sed tantum rõne enormissimæ. Vt de maiori contrahente statim dicemus Ita multi quos referunt, & sequuntur *Couar. eo.n. 6. Padilla nu.33. Molina nu.21. & triplici sequenti. Gutt. n.8. Martienzo n.50.* Quod si contrahens sit maior, nequit agere, nec ad eũ effectũ põt à iuro absolui, si tantũ sit enormiter læsus, nẽpe, vltra iusti preti dimidiũ, vel paulo plus: sed desideratur enormissima læsio. Sic multos referentes, *Couar. eod.§.4.nu.4 & 5. Padilla nu.32. Molina nu.18. Gutier. n.7.* Et *Gratus, Antonius Gabrielque quos refert ibi Molina n.19.* censent hanc enormissimam læsionem esse, quæ est vltra triplũ, vel quadruplum iusti pretij. At *ipse & Gutierrez eod. num.7.* verius existimant hoc iudicis arbitrio relinquendum. Atque refert *Couar. lib.2. variar. cap.4. nu.5. ex Cassiodoro* hanc

enor-

enormissimā læsionem fuisse iudicatā Romæ in prætorio Rotæ, cū res iusto pretio valens bis mille & trecentos aureos, solis mille fuisset vēdita & se vidisse in regio Granatensi ptorio in prima, & secūda supplicationis instātia decisum esse hanc læsionem, cū domus quæ valebat ter mille & quingentis aureis, vendita fuisset mille & quingentis aureis. Quod maximè equitate niti aiunt *Couar. ib. & Padilla eodem l. 2. nu. 43.*

19 Est tamen circa hoc obseruandum primo, in contractib. gratuitis non posse minorem iurantem allegare læsionem ēt enormissimam vt iuramenti relaxationem obtineat, sed ea locū habet in contractibus reciprocis, vbi interuenit do, vt des, vel facio, vt facias. Quia donator clare intelligit se læsum in tota quantitate & sciens vult id beneficium in alium conferre. Et ita docent *Menchaca lib. 1. controuers. vsu frequentium, c. 13. nu. 4. Molina l. 2. de p. ... c. 3. nu. 30.*

20 Secundò obseruandū est, in casu, in quo est necessaria iuramēti relaxatio, nō posse ante illā agi ad rescissionē contractus, nec ēt ad iusti pretij supplemētum. Quia cum contractus eo pretio initus fuerit, agere ad supplendum, pretium est contrauenire contractui, & subinde iuramento. Sic contra aliquos tenent alios referentes *Cou. de pactis 3. p. §. 4. nu. 8. Gutier. de iuram. 1. p. c. 26. nu. 6. Ma...enZo... recopil. tit. 11. l. 1. gl. 8. num. 51. Padilla l. 2. nu. 3. C. de rescind. vend.*

21 Tertiò obseruandum est, si minor ille, vel maior iurassent quoque in contractu se non petituros iuramenti relaxationem, posse ratione læsionis explicatæ numero 18. petere prius huius iuramenti relaxationem, & deinde alterius iuramenti. Vt diximus in simili num. 11. & latius dicemus in loco, ad quem ibi nos remisimus.

22 Quartò obseruandum est, rescissionem contractus faciendam ratione enormis, aut enormissimæ læsionis, intelligi, nisi alter velit iustam rei æstimationem supplere. Sic tenet, & probat *Couar. eodem §. 4. num. 7. conclusione 11.* Et videtur tenere *Greg. Lopez l. finali tit. vlt. in par. 6.*

23 Quintò obseruandū est, data hac iuramenti relaxatione ad effectum agendi; si in plenario iudicio pronuntietur contractū esse validum: teneri iurantē vinculo illius prioris iuramenti ad contractus obseruationem. Quia id ad solum agendi effectum erat relaxatum. Si vero in plenario iudicio declaretur contractū esse nullum, aut vsurarium, potest absque noua iuramenti absolutione contrauenire contractui: Quia prior absolutio ad effectum agendi concessa hunc sensum habet, vt integrum iuranti sit libere cōtractui contrauenire, ac censeatur omnino à iuramento liber si probauerit contractus illius malitiam. Ita *Paulus, quem refert, & sequitur Couar. eod. §. 4. nu. 6.*

24 Demum obseruandum est, in Romana curia ex stylo signaturæ non concedi absolutionem ad effectum agendi in iuramento præstito in obligationibus conceptis in forma cameræ apostolicæ. Ita *Staphilæus, quem refert, & sequitur Couar. eodem nu. 6.*

25 Quinta conclusio. Potest quoque Episcopus relaxare iuramentum, quoties est perniciosum exemplo: etsi possit licitè seruari. Sic *allegato Anchar ano* docet *Felinus cap. 1. num. 16. de iureiurand. & capit. 2. numero 13. de sponsal.*

26 Sexta conclusio. Potest quoque Episcopus in pœnam ingratitudinis donatarij, relaxare iuramentum à donatore præstitum de non reuocanda donatione ratione ingratitudinis. Quia donatarius seipsum indignum reddidit, cui iuramentum obseruetur. Ita docēt *Molina tomo 2. de iustit. disputatione 281. col. 8. vers. Dubium vlterius est, in fine, & alij, quos refert Gutierrez de iuram. 1. par. c. 10. nu. 6.* Quamuis ipse cum alijs contrarium ibi teneat.

27 Limitant autē quidam prædicta, vt in dictis casib. possit Episcopus relaxare iuramentum, vt intelligatur qñ constat inter Doctores eam concedēdam esse: secus vbi est probabile dubiū ob diuersas opiniones. Ita *Innocent. & alij, quos refert Felinus cap. 1. numero 17. de iureiurand.* Sed iure optimo *ipse numero 18. allegans Speculatore, Abbate, & alijs* tenet contrarium: atque ita approbatum esse vsu: & mutat sententiam, quam ipsemet tenuerat *cap. 2. num. 24. de sponsal.* vbi hanc limitationem approbauit. Non tamen approbo quod ait *Emmanuel à summa, verbo Iuramentum, num. 32.* nempe, posse Episcopum relaxare iuramentum, si est dubium an sit extortum, vi dolo, aut metu. Quia cum regulariter nequeat Episcopus in iuramentis homini præstitis dispensare, & solum sibi concedatur ratione doli, aut metus: quando hæc dubia sunt, præsumptio erit in fauorē eius cui præstitum est iuramentum, vtpotè qui ius possidet, vt fides illi seruetur. Itē quia cū constet de reseruatione iuramenti homini præstiti, & dubia sit concessio facta Episcopo in hoc casu; ob dubiū metus, vel doli, stat possessio pro reseruatione. Secus vbi non est dubiū, sed diuersitas opinionū. Quippè tunc integrū est vtramuis probabilem opinionem amplecti. Quod si obijcias, posse Epm dispēsare, quoties est dubium an sit votum castitatis, & sic reseruatum, an tantum non nubendi: & proinde non reseruatum. Respondeo disparem esse rationem, quia in hoc casu non cōstat de voto ex se reseruato: ac proinde possessio est pro Epo potenti in omnibus dispensare, præter reseruata: & possessio est etiam pro vouēte, qui in dubio qualitatis voti, est ad minus obligandus. At in nostro casu constat de iuramento homini præstito, quod ex se reseruatum est: dubia autem est circūstantia doli, vel metu, ob quam relaxatio conceditur Episcopo. Stat ergo possessio pro reseruatione. Item quia allegantis hunc dolum, vel metum, vt iuramentum sibi ab Episcopo relaxetur, incumbit onus ea probādi, & dū non probauerit, succumbet. Dū ergo res fuerit dubia non obtinere poterit relaxationē.

28 Demū triplex difficultas explicāda superest. Prima est, an ad prædictam iuri relaxationem desideretur citatio partis, nempè, eius cui iuramentum præstitum est. Et quidē quando petitur relaxatio, vt penitus tollatur obligatio ex iureiurando contracta, & proinde contractus vis euanescat, fatentur omnes necessario citandam esse partem, & alias relaxationem nullius fore momēti. Quia in quouis actu parti præiudiciali pars ipsa citāda est, alias nil valet qđ agitur, *lib. Nā ita diuus, ff. de adoption. l. fin. C. de legib.* At hæc relaxatio extinguit oīno ius partis. Et ita docent oēs authores statim allegandi: ac dicit esse indubitatū *Couar. statim referēdus*. Vt si quis relaxationē iuramēti metu extorti, aut soluendi vsuras petat, ad eū effectū, vt à solutione rei iuramento promissæ sit liber, citanda est pars. Quod tñ limito, qñ ea petitur pro vtroque foro: at qñ petitur pro solo conscientiæ foro, nunquā est necessaria partis aduersæ citatio. Quia in foro de sola petentis relaxationem conscientia agitur: ac proinde in eo foro eius dictis statur. Difficultas autem est, qñ tñ petitur relaxatio iuramēti ad effectum agendi, seu intētandæ litis contra eum, qui præstitum, est iuramentū. Vt si iuramentū sit soluendi vsuras, vel aliquid metu extortū, & petatur relaxatio ad effectum agēdi in iudicio, vt alter cogatur eam obligationem remittere, vel ad effectum excipiendi in iudicio contra petētem promissa, valdè discrepant Doctores, an sit necessaria partis citatio. Multi affirmant necessariam esse. Quia etsi relaxatione adhuc effectum concessa, non pereat ius creditoris in causa principali, incurrit tamen magnum præiudicium, ob iudicij expensas, ac morā solutionis. Sic latissimè *Felinus cap. 1. in nu. 23. de iureiur.* Et multi alij Doctores, quos referunt *Couar. lib. 1. variar. c. 4. nu. 5. & Rolandus consi. 2. n. 5. vol. 1.* Quam sententiam amplectitur *Paz in sua practica, in 2. proœmio 2. n. 38.* limitās, nisi à Nuncio Apostolico relaxatio

hæc

hæc peteretur. Cuius limitationis rationem nullam video. At quamuis hæc sententia sit valde probabilis: probabilior est opposita asserens non desiderari partis citationem. Quia in eo iudicio summatim tractatur de causa absolutionis tantum, & sic modicum præiudicium alteri contingit. Cum virtus ex iuramento contractui accedēs salua & inuiolata maneat, etiam præstita tali absolutione. Item quia tunc non agitur directè de partis præiudicio, sed de excludendo iurantis periurio, intentando litem, aut in eo excipiendo Tandem quia contradictio partis non potest impedire eā relaxationē, vtpoté quæ petitur ex causa iure permissa. Alias in eius potestate esset beneficium iuris alteri cōcessum auferre: contra *regulam, Indultum de regulis iuris, in 6.* Si ergo altera parte inuita est concedenda hæc relaxatio: multó magis ea absente & non citata, *regula, Qui potest inuitis ff. de reg. iu. ris.* Atque ita hanc sententiam sustinent dicentes esse praxi receptam multi quos referunt & sequuntur *Couar. eo. n. 5. Rolandus n. 6. Bursatus consil. 72. nu. 25. volum. 1. Mandosius addit. ad Lapum, allegatione 10 verb. Procedere, & verbo Absoluere, in fine.*

29 Secunda difficultas est, quis iudex ecclesiasticus possit relaxare iuramenta in casibus dictis? Qua in re dicendum est, nullum inferiorem episcopo non habentem iurisdictionem quasi episcopalem posse relaxare huiusmodi iuramenta. Sicut nullus talis potest in votis dispensare. Ita *Abb. in c. Quanto. num. 8. de iureiur. Azor lib. 11. inst. mor. l. c. 9. q. 8.*

30 Quare potest id capitulum sede vacanti, & alii prælati habentes iurisdictionem quasi episcopalem. Sicut omnes hos posse in votis dispensare, dicemus libro sequenti, tractantes de voti dispensatione. Et docet *Felinus c. 1. nu. . de iureiur.*

31 Potest etiam iudex ecclesiasticus loci, in quo initus est contractus. Qua ratione contractus sortiuntur cōtrahētes in eo loco forum *c. finali, de foro compet.* & iudex contractus est etiam iudex distractus. Ita *allegatis Lapo, Antonio, & Romano,* docet *Felinus eo. cap. finali, nu. 24. vers. Vltimo in ste subditis.* Quod quidem intelligitur, quando ea relaxatio petitur pro foro externo: secus quando pro solo conscientiæ foro. Quia ratione loci contractus, aut delicti non sortitur quis forum in loco contractus, sed in loco domicilij. Cum ergo contrahentes non sint illi iudici subiecti, nisi ratione contractus, non poterit relaxatione pro solo conscientiæ foro petitam concedere: sed solam eam quæ in foro iudiciali concedenda est præmissa summaria causæ informatione, quando non est opus partis citatione: aut citatione partis præmissa, quando ea desideratur: iuxta dicta nu. 28.

32 Potest quoque vicarius generalis Episcopi hæc iuramenta relaxare. Quia habet cognitionem causarum, *c. 2. de offic. vicarij, in 6.* Sed causa non pōt decidi absq; iuramenti relaxatione. Poterit ergo vicarius hoc facere tanquam accessorium ad causam agitatam coram eo, *c. Cum propterea & c. Prudentiam, de offic. de legat.* Ita *Baldus c. 1. nu. 10. de iureiur. & ibi Alex. de Neuo nu. 29.* Quod quidem est etiam verum de quocunque vicario generali habentium iurisdictionem quasi episcopalem. Quippe eadem prorsus est ratio. Sed hæc limitanda sunt eo modo quo limitauimus n. præcedenti, quando enim vicarius episcopi non est iudex illius contractus legitimus aut petitur relaxatio pro solo conscientiæ foro, non poterit vicarius relaxare. Quia solum potest tanquam quid accessorium iudicio illius contractus. Nec enim in generali vicariatus cōmissione potestas dispensandi clauditur. Vt probaui lib. 2. de matrim. disputat. 4 . nu. 12. Quare solum id poterit, si commissionem ab episcopo ad id habeat.

33 At specialis difficultas in eo consistit, quis prælatus relaxare valeat hæc iuramenta, nūm ipsius iurantis, an eius cui iuramentū præstatur, quando diuersæ diœcesis sunt. Quidam sentiunt hoc pertinere ad solum eius cui iuratum est prælatum. Sic *Cardinalis c. 1. nu. 1. vers. Quæro in eo, de iureiur. Molina tomo 1. de iustit. disput. 311. colum. 2. & disput. 149. colum. 6 fine, & sequenti.* Idque probat *Molina*, quia iudex relaxat id iuramētum condonando obligationem ex eo ortam loco sui subditi & gerens vices illius cui iuratum est, vt sic suo nomine condonet. Ergo debet necessario habere iurisdictionem in eum, cui iuramentum præstitum est.

34 Alij vero censent hoc incumbere prælato ipsius iurantis, etsi extraneo sit præstitum iuramentum, & cōtractus in loco extraneo celebratus sit. Ducuntur, quia is cui relaxatur iuramentum, subditur huic prælato, & tantum agitur de tollendo ligamine sibi subditi, nec aliquid disponitur circa personam absentis, nec aliquid ab eo petitur *Lapus allegatione 10. nu. 5. Calderinus consi. 6. de iureiur. & consi. 1. de offic. ordin. Abbas capit. Si quis contra clericum, in lectura nu. 5. & in repetitione nu. 3. de foro compet. Franciscus Aretinus, Socinus, Decius Neapolitana Capitij, quos refert, & sequitur Mandosius in addit. ad dictam allegationem 10. Lapi, verbo Absoluere.*

35 At optimè quæstionem hanc diluit *Felinus c. finali, num. 24. vers. Adhuc in terminis, de foro compet. & cap. 1. num. penultimo, de iureiur.* Sic distinguens, quando ad hanc relaxationem non desideratur citatio partis, est vera sententia relata numer. præcedenti. Idque solum probat eius ratio. Quando autem desideratur citatio partis, tunc si extraneus ille est in eodem loco iurantis, poterit episcopus iurātis: sed si est absens, minimé, sed episcopus eius cui iuratum est. Quia citari nequit non subditus extra territorium *l. Extra territorium ff. de iurisd. omn. iud. c.* Nec obstat ratio in cōtrarium in nu. 33. adducta. Quia (vt dicemus c. sequenti,) condonare obligationem nomine partis, qualiter ipsa posset condonare, non est relaxare iuramentum: & hoc solum pōt efficere prælatus eius, cui est præstitum. Quod ibi explicabimus, & dicemus quid faciendum, quando iurans, & is cui iuratur, vel alteruter, sint infideles. Sed relaxare iuramentum est, tanquam Dei vicarium remittere eam spiritualem obligationem ex iuramento ortam. Quod iurisdictionem in iurantem cui remittitur postulat sicut & ad dispensandum in eius votis.

36 Hinc deducitur, quoties in foro conscientiæ petitur relaxatio iuramenti, eam solum posse concedi à prælato ipsius iurantis. Quia is solus habet in eo foro iurisdictionem in eum, & nulla desideratur citatio partis. Quando autem relaxatio petitur in foro externo, sed ad solum agendi effectum, tunc similiter potest eā concedere prælatus iurantis, vndecunque, & vbicunque sit alter, cui iuratum est. Quia iuxta dicta nu. 28. non exigitur citatio partis. Poterit etiam eam concedere iudex, coram quo de eo contractu agi potest. Iuxta dicta nu. 31. & 32. Quando autem agitur de relaxatione iuramenti ad effectum rescindendi omnino contractus in quo casu diximus num. 28. exigi citationem partis; tunc cum actor sequatur forum rei, is iudex ecclesiasticus relaxare poterit, qui potest reum citare, & de illo contractu cognoscere.

37 Vltima difficultas est, an hæc iuramenti relaxatio possit peti per procuratorem, domino absenti, & ignoranti? Respondetur affirmatiué, per textum in *l. Labeo ff. de iureiur.* vbi deciditur absenti, & ignoranti posse fieri iuramenti remissionem. Et docent *Baldus capit. 1. n. 7. de iureiurand. & ibi Alexand. de Neuo n. 30. Felinus nu. 30. q. 9.* Qui omnes addunt hoc esse verum, etsi debitor qui iurauit, præsens sit, nec audeat propter iuramentum se defendere.

CAPVT XXII.

An potestas quoq; ciuilis possit relaxare iuramenta homini præstita: habeatque potestatem impediendi vires iuramenti antequam præstetur.

SVMMARIVM.

Potest iudex secularis cogere ad remittendum iuramentum per metum, aut iniuriam extortum, n.1.

Princeps & lex ciuilis potest remittere iuramentum præstitum in materia ipsius potestati subiecta, nu.2.

Potest etiam interpretari an sit licitum, vel quo pacto sit intelligendum, nu 3.

Iudex secularis potest cognoscere de nullitate absolutionis per Ecclesiasticum præstita, nu.4.

Proponuntur difficultates enodandæ, n.5.

An potestas ciuilis possit impedire obligationem iuramenti antequam fiat? num.6.

An hoc faciat efficiendo ne id iuramentum obliget? Refertur triplex sententia nu.7.8.& 9. Et sententia Auth.10.

An lex regia 11. & 12. tit.1. lib.4. recop. ita iuramentum in contractibus apponi prohibeat, vt illud irritet? n 11.

In quibus contractibus id apponi interdicat? nu.12.

An possit potestas secularis relaxare obligationem iuramenti iam præstiti? Refertur duplex sententia, n.13.& 14.

Explicatur sententia Authoris, n.15.

An possit potestas secularis, & Ecclesiastica condonare obligationem iuramenti, sicut posset pars, in cuius fauorē est præstitum, n.16. et ibi, an id debeat fieri citata parte.

An hic condonans debeat esse superior eius qui iurauit, vel eius cui iuramentum præstitum est, nu.17

An hoc sit iudicis inferioris, an solius supremi Principis, numero 18.

Quis iudex hoc possit, quando iurans, & is cui iuratur, sunt infideles, aut alteru[illegible] eorum nu.19. & ibi, quid, quando alteruter vel vterque est clericus.

1 FAc cessunt negotium nobis *leges regiæ 11. & 12. ti.1. l.4. nouæ recopilationis*, & aliæ similes irritantes quosdā cōtractus iuramēto stabilitos. Et prius oportet proponere quæ cōmuniter admittunt Doctores posse potestatem secularem circa iuramēta. Deinde disputabimus quæ specialiter in dubiū vertuntur. Primo igitur integrū est iudici seculari cogere laicos ad cōdanandam iuramenti metu, aut iniuria extorti, aut qō rē promissam iuramēto tenentur restituere, obligationē: quoties de hoc constat & res circa quā est iurm pertinet alioquin ad forum seculare. Si enim ad id non pertineat, vel probabile dubium sit de iuramenti valore solius iudicis Ecclesiastici est hæc cnactio. Hæc probaui lib.1. de marr. disp.32. n.18. vers potest etiā. Et præter authores ibi citatos substinent, *Auendaño c. Prætorum 1.p.c.27.n. 15. Gutier auth. Sacramenta puberum n.160. C. Si aduersus vend. Azor lib.11. instit. moral. cap.9.q.6. fine.*

2 Secundō princeps secularis, & lex ciuilis potest remittere iuramentum homini præstitum in materia ipsius potestati subiecta. Vt in casu textus *l. Finali ff. ad munic.* si quis iurāt se ordini non interfuturū, pōt princeps iurm remittere, si ille in magistratum ordinis, aut decurionem fuerit electus. Nā cum princeps possit quamlibet cogere ad subeūdos hos magistratus ob publicam vtilitatem, iuramentum in hac materia principi subiecta patitur hanc conditionem, nisi princeps aliud iusserit. Nec hæc remissio est relaxatio iuramenti: sed prouenit ex tacita cōditione in eo intellecta ratione subiectæ materiæ. Ita multa allegans *Couar. de pactis 1.p.§.3. num 11. versi. Principaliter quarto.*

3 Tertio potest princeps, & lex ciuilis iuramentum in materia secularis fori interpretari an sit licitū, vel quo modo sit intelligendum. Quia habet ius interpretandi humanas dispositiones eorum, in quos habet ius concedendi leges. Ita Cou. latius probans, *eodem §.3. nu.8. ver. Tertium illud.*

4 Quarto potest iudex secularis cognoscere de nullitate relaxationis iuramenti per Ecclesiasticum concessæ. Ita *Fel. c.1. n.22. vers. Posset etiā secularis. de iureiu. Paz in sua pract. p.2 prælud.2. n.38.* Quod bene intelligit *Felinus ibi*, quādo euidenter apparet nulla, vel iniqua. Et ita respondet ad *c. fi. de excep. n 6.* vbi dicitur iudicem secularem debere sequi sententiam iudicis Ecclesiastici. Idem docet *idem Felinus c.2. nu.3. de sponsal. allegans Archidiaconum.*

5 Duplex autem est specialis difficultas tractanda. Prior est, an lex ciuilis, & princeps possint impedire obligationem iuramenti antequam præstetur. Posterior, an possint relaxare obligationem iuramenti præstiti.

6 Circa priorem difficultatem aliqui asseuerant id non esse potestatis ciuilis. Quia iuramentum est vinculū spirituale ad religionē pertinens. At verius est id posse & ita defendūt Doctores allegandi statim iustitiā legum regiarū, quas n.1. retuli, quæ disponunt iuramentū esse irritū, si apponatur in quibusdā contractibus contra illarum prohibitione. Quod ea dispositio nō tendat ad iurisdictionis Ecclesiasticæ æmulationē, eamve impediendā, sed defendendā iurisdictionē regiā. Nam cum propter iuramentū rei deuoluatur ad forum Ecclesiasticum, *c. fi. de foro cōpet. nu 6.* iustè potuit princeps subditis interdicere, ne alterius superioris prorogarēt iurisdictionē: multisq; expēsis, quæ in litibus corā Ecclesiastico iudice fiunt, locū darent. Ita multis allegatis tradunt *Cou. de pact. 1.p.§.3.n.8. et 2.p.§.1.n.8. Azebedo ea. l.11 à n.2. Auēdaño c. Præt. 2.p.c.27.n.14. Valascus cōsil. 99.n.3. & sequentib. to.1. Gutier. auth. Sacramēta puberū à n.46. C. Si aduers. vend. Barbosa l.1 p.1.n.73.74. & 75. ff. sol. mat. Molina to.1. de iust. disp.149. col.7. vers. Et his colligo & col.8. vers. Quod ad potestates, & vers. seq. Pet. de Ledesma 2. tom. sum. tractatu 11. cap.3. dubio 2.*

7 Sed adhuc inter hos Doctores est controuersia, circa modum, quo lex ciuilis vim iuramēti antequā præstetur, impedire valeat: nempe, an tantum impediendo contractum eo iurō confirmari: an etiā efficiendo ne id iurm obliget, ac proinde nulla relaxatione opus sit, vt ei contraueniatur. Quidam asserunt solo priori modo id posse legē ciuilem: ac proinde leges illas regias, & similes interdicentes iurm contractui apponi, efficere tantum ne is contractus iurō confirmetur: at iurm obseruandum esse donec relaxetur. Priorē partē probant, quia vis & robur contractus humani legi ciuili subiciuntur. Posteriorem autem, quia obligatio iurī est spiritualis, ac diuina. Ita docet *Cou. de pact. 1.p. §.1.n.8.* & non posse ita interdicere iuramentum, quin si interponatur obliget, ac relaxatione indiget, tradit etiam, *Barbosa l.1.p.1.n.70.& 71. ff. solut. matrim.* Et retenta hac opinione dicendum est posse Episcopum relaxare hæc iuramenta. Quia id potest quādo iuramentum non confirmat contractum. Vt diximus c.12.n.2.

8 Alij dicunt eam prohibitionem solum operari posse, ne is contractus firmitatem iuris ciuilis habeat, sed solam iuris gentium, & canonici. Ita sustinent *Menchaca de successionum creatione, lib.3 §.28.n.30. Barbosa dicta p.1.n.73.74.75.* Vnde ait *Barbo. cum Auendaño allegato n.6.* posse eum cui præstitum est iuramentum, adire iudicem Ecclesiasticum vt compellat iudicem secularem ad faciendum obseruari iuramētum. Quamuis *Gutier. dicta auth. Sacramenta puberum, nu.162.* dubius in hoc maneat, & potius inclinet non teneri iudicem secularem in hoc obedire Ecclesiastico.

9 Alijs videtur vtroque modo id posse efficere legem ciuilem: atque ita re vera efficere, quoties iusiurandum contractui adijci interdicit. Quia intētio legis est, tunc obligare ad culpam iurantē contra legis interdictū: eo quod alias lex nequibat vim iuramenti impedire, nisi obligando ad culpam iurantem: vt vel sic ratione culpæ in iurando contracta id iuramentum obseruari nequeat, ac proinde nō obliget. Ita, *Matienzo li.5. recopil. tit.2. lib.2. glo.3. num.7. & 12.* Sed hæc sententia hoc fun-

fundamento ducta nō est admittenda. Quare iure optimo improbatur à *Barbosa d.p.1.n.73.* Quippe stat iuramentum temerè, & cum peccato præstari contra legis prohibitionem, & tamen obligare. Ad obligationem enim iuramenti homini præstiti satis est posse id absq; peccato impleri, quantumuis in eo præstando peccatū sit. Vt diximus c.9.n.17.

10 Sed his non obstantibus, existimo probabilius esse posse principem, & legem ciuilem irritum reddere iuramentum alicui sibi subditi in contractibus ad forum seculare spectantibus; impediendo vim illius, antequā præstetur, ne ex illo obligatio oriatur: quia id exigit finis politicus, & bonum suæ reipublicæ: sicut Ecclesia postulanti id fine supernaturali, id potest. Ita sustinet *Molina to.1.de iust. d. tr. 149.col.7. vers. Ex his coll go.* Quod ego sic explico, & probo. Nā sicut Ecclesia non potuit directè, & immediatè irritare matrimonia clādestinū, quatenus est sacramentū: sed id solius Christi est: ac potuit indirectè, & remotè, destruendo, scilicet directè, & proximè contractū humanum, quo destructo tanquā fundamento destructū consequenter manet sacramentū ipsi innitens (Vt late explicui mus lib. 3.de matr.disp.4.nu 6.) Sic quamuis princeps secularis nequeat sua lege iuramentum prorsus irritare directè, & immediate, vt pote quod est vinculum spirituale, eius facultatem excedens: at pōt indirectè & remotè, nempe, irritando contractū humanum, antequā ineatur, quo omnino destructo destruitur, & irritatur consequenter iuramentū in ipso fundatum. Atq; hoc solus supremus princeps potest efficere, nam inferior nequit contractus irritare.

11 Et credo id efficere leges Regias allegatas n.1.(vt bene dixit *Matienzo n.9.relatus* quis eius rationē ibi improbarim:) & ideo censeo contra authores n.7.& 8. allegatos id iuramentū à dictum contractibus aduersus illarū legum prohibitionem, omnino irritari, ac proinde nullā ex illo oriri obligationē, nec indigere relaxatione, vt illi cōtractui cōtrauenirtur. Dicor, quia id potest lex ciuilis efficere, (vt nu. præc. probaui) & clare illæ leges hoc significāt, si qui dē oīno annullant cōtractū iuratum, ibi *Y la obligacion no valga.* Nec mirandū est tot authores contrariū sensisse, quia non aduertentes ad hoc fundamentū, censuere legem ciuilem id nō posse efficere. Et ita hāc partē, & si nō ita clarē, sustinet *Molina.d.disp.149.col.8. ver. Quod ad post stares, & 2.to. disp.271.col.. vers. Hoc tamen loco* vbi ait obligare iuramētū, nisi iure humano irritetur: & statim: *col.5.ver. Addidimus præterea*, ait se hoc addidisse: quia qn iure humano irritatur iuramentum, non assumunt vires ex iuramento contractus. Sicut (ait) contingit in iuramentum contra interdictū harum legum regiarum: & in iuramento, quo firmatur renunciatio à nouitijs facta contra interdictum *Tridentini sessione 25.de regular.c.16.*

12 Id demū monuerim, nō interdici in eis legibus regijs iusm præstari in contractibus ad sui firmitatem illud exigentibus, nec in contractibus minorū, nec ratione minoris ætatis reuocari valeant. Vt bene docent *Couar. de pact.1.p.§.2.n.8.Gutier.auth. Sacramenta puberum n. 156.C.si aduersus vendit. qui ibi et triplicem.sequentis*, cōsulendus est, *& Auendaño c.Prae 1.p.c.27.n.14. & cap. 29.n.12.Barbosa l.1.n.78.& 79.ff.solu.mat.* vbi exponūt casus, in quibus interponi potest iuramentum, non contraueniendo dictis legibus regijs.

13 Posterior difficultas est an possit potestas secularis relaxare obligationem iusti iā præstiti? Plerique censent solius potestatis Ecclesiasticæ id esse. Ducūtur, quia in ea relaxatione agitur de spirituali quadā ac diuina obligatione: cuius absolutio ad eā soli potestati pertinet, ad q̄ cura religionis præcipue spectat: quæ est potestas Ecclesiastica. Sic docēt *Felinus c.1.n.21.de iureiur & c. 2.n.3.de sponsal.Cou.de pactis 1.p.§.3.n.8.Rolandus. Franciscus Marcus, quos refert ac sequitur Barbosa l.1.p.1.n. 77.ff.sol.matr.Gutier. Auth.sacram.pub.n.46.C.si aduer. vend. Azebe.l.5.recop.tit.1.l.11.n 3.Petr. de Ledesma 2. to. sum.tract 11.c.4. dub.3. Azor lib.1.inst. mor.c.9.q.6. ad finem Manuel 1.to.summæ,in 2.editione c.191.n.9.*

14 Alij dicunt tam Ecclesiasticam potestatē, quā etiam laicam hoc posse efficere, qn est inter laicos. (nam qn alteruter, vel vterq; est clericus dicemus n.19.) & constat de iniustitia iuramenti. Nā quando hæc est dubia; ad solum iudicem Ecclesiasticum hoc pertinere diximus n.1. Hanc partem sustinet *Mol.n.to.1.de iust.d.sp. 149.col.5.ver. D xi deinde* Et probat, quia qn res, circa quā iuramentū versatur non transcendit naturalem, ac politicum reipublicæ secularis finem, causa iuramenti est misti fori (Vt diximus c.13.n.12) Itē quia virtus religionis, ac honor Deo debitus, quantū lumē natura le docet non transcēdit finem politicæ, ac secularis reipublicæ. Præterea, quia sicut seculares de gremio sunt Ecclesiæ, ac plenissime subiacent potestatibus Ecclesiasticis, quantum bonum eorum spirituale finis; supernaturalis postulat, ac proinde eæ possunt relaxare illorum iuramenta. Sic etiam cum simili modo subiaceāt potestatibus laicis quantū postulat bonū, ac finis reipublicæ secularis, poterunt hæ similiter relaxare iuramenta, id petenti bono reipublicæ ciuilis.

15 Atq; hæc opinio satis mihi placet, nō intelligendo de vera, & propria iuramēti relaxatione. quā credo solius potestatis spiritualis esse: (vt docent authores n.13. allegati,) sed de condonatione, & remissione obligationis quā pars ipsa, cui iuratur, concedere potest. Sicut n.ea pars potest condonare, atq; ea condonanti liber manet iurans à iurisiurandi obligatione. Sic potestas secularis inter sibi subditos, qn res iuramento promissa pertinet ad forum seculare, potest condonare eam iuramenti obligationem, nomine ipsius partis, quātumuis renuētis, supplendo consensum, quam ipsa ei condonatori præstare tenebatur. Dicor, quia qn subditus tenetur præstare consensum alicui actui & renuit potest potestas secularis supplere eius consensum, & eo inuito id efficere. Vt facit quando est opus vendi nonc domus, aut alterius rei, ad soluendum creditorib. & iudice vendēti tenetur dominus de euictione nō aliter quā si ipsemet vendidisset, *l. Si ob causam 13.C. de euict on.* Vbi tedd.it rationē Doctores, quia factum iudicis in hoc euētu reputatur factum partis Ergo qn pars tenetur condonare iusm, vtpote per metum, aut iniustitiam extortum, potest ipsa inique cōtradicendi iudex supplendo consensum eius, condonare nomine ipsius. Et in hoc sensu est verum, quod ait *Gl. Ad gere, in §.ff. de iure patro. appro bata a multis, quos refert Couar de pactis 1.p.§.3.n.7. initio*, tēpe, legē ciuilē habere vim Apostolicā quo ad remittēda iuramēta. Et tenet in proprijs terminis *Alex. de Neuo,c.1. n.13. & c.2.nu.10.de iureiur.* Et hoc etiam sentit *Emmanuel Sa summa, verbo Iuramentum, nu. 29.* vbi ait iuramentum factum in alicuius hominis fauorem, posse illum hominē relaxare, vel eius superiorem.

16 Hanc autem condonationem pōt potestas siue Ecclesiastica, siue secularis facere respectu laici, cui iuramentum est præstitum. (Nam quando ille, vel vterque est clericus, dicemus n.19.) Quia ratione illius iusti cōtractus ille est misti fori, & sic apud vtrumq; iudicem pōt de hoc contractu disceptari: & subinde potest vteruis iudex audita, & citata parte eam condonationem facere. Et posse vtrumque docet *Molina n.14.allegatus.* Dixi autē citata parte, quis id non explicuerit, *Molina.* Quia condonatio hæc omnino liberat iuramenti obligatione, & extinguit ius eius, cui iuratur. In quo euentu diximus capit. præcedenti nu.18. exigi citationem partis.

17 Hinc deducitur, hanc condonationem nō posse fieri à superiori ipsius iurantis, sed necessario faciendam esse à superiori eius cui iuratū est. Quia cū in ea iurisdictio exerceatur in eum, cui iuramentū præstatur, loco illius

illius condonando obligationem ipsi partam; necessaria est iurisdictio in ipsum. Ita docet *Molina tomo 1. de iust. disp. 142. col. 6. fine & sequenti.*

18 Quod si quæras, an hæc condonatio iuramenti præstiti debeat fieri à supremo Principe in temporalibus, vel spiritualibus. Sic distinguendum censeo. Si condonatio hæc fiat ratione turpitudinis eius, qui iuramentum extorsit, quia, scilicet, per metum res promissa est, vel per iniuriam, vt est iuramentum soluendi vsuras: vel tenetur accipiens restituere iuranti rem iuramento promissam, potest condonationem hanc facere iudex ordinarius secularis, aut spiritualis: vtpote qui iudex illius contractus est. Sicut & potest relaxare vere Episcopus. Si tamen nil horum interueniatur, sed solum oporteat relaxare ob bonum commune, sicut vera relaxatio in illius hominis præiudicium est solius Pontificis (vt diximus c. præcedenti num. 2.) ita hęc condonatio, quæ illi relaxationi omnino assimilatur, cum æquè vinculum iuramenti extinguat, ac in præiudicium partis sit, pertinet ad supremum Principem in temporalibus, vel spiritualibus.

19 Tandem deducitur, quando iurans solus est infidelis, is autem, cui iuratur fidelis, posse potestatem secularem, aut Ecclesiasticā, superiorem illius Christiani cōdonare id iuramentum. Si autem vterque sit infidelis, sola potestas secularis superior eius infidelis, cui iuratum est, potest condonationem hāc facere, solaq; illa similiter id poterit, quando is solus cui iuratum est, infidelis est. Ratio est, quia hæc cōdonatio necessariò facienda est à superiori eius, cui iuratur. (Vt num. 17. diximus.) At quando is cui iuratur, est fidelis, vtraque potestas est eius superior: ac proinde vtraque poterit condonare. Quādo autem vterque, vel saltem is, cui iuratur, est infidelis, sola potestas secularis est eius superior: quare sola illa poterit hanc condonationem facere. Et ita docent *Molina num. 17. in fine allegatus*, loquens de solo casu, in quo solus, cui iuratur, est infidelis dicens solam potestatem laicam huius infidelis superiorem posse condonare eam iuramenti obligationem. Quod si loquamur de vera iuramenti relaxatione, quæ solius potestatis spiritualis est, minimè est illi locus, quando vterque, vel solus iurans est fidelis: est autē locus, quando vterq; vel solus iurans est fidelis. Ratio est, quia relaxatio hæc debet fieri à superiori spirituali iurantis. (Vt diximus cap. pręcedenti n. 35.) At quando vterque vel solus qui iurauit, est infidelis, nulli potestati Ecclesiasticæ subijcitur: ac proinde non erit locus veræ relaxationi ad solam potestatem Ecclesiasticam iurantis superiorem pertinenti. At quando iurans est fidelis, cum subdatur potestati spirituali, illa verè poterit relaxare iuramentum. Demum quando vterq; est clericus, vel is solus cui iuratum est, sola potestas Ecclesiastica poterit condonationem hanc iuramenti facere. Quia sola illa est superior eius, cui iuratum est. Si vero is, cui iuratum est, sit laicus, et si iurans sit clericus, poterit vtraque potestas superior illius laici condonare iuramentum. Vt probaui num. 16.

LIBER

DE VOTO
LIBER QVARTVS.

Procemium.

TRACTATVS hic de voto, & valdè difficilis, & valde necessarius est eo, quod passim vota emittantur, varijsque modis, ac circunstantijs: & sæpe de vouentium intentione; iuxta quam explicanda sunt, non constet. Primo igitur loco de voti essentia, ac conditionibus ad eius valorem requisitis disputabimus. Secundo loco de obligatione consurgenti ex voto: vbi de variorum votorum obligatione: & qualiter ea ad vouentis successores transeat. Vltimo loco de irritatione, dispensatione, & commutatione votorum.

CAPVT I.

Quid sit votum, & quas conditiones ad sui valorem petat: explicanturque deliberatio, propositum, & promissio ad id petita.

SVMMARIVM.

Quid sit votum, & quas conditiones petat: & qualiter intelligatur, vt sit de meliori bono? n. 1.

Qualis deliberatio ad votum petatur, & an valeat votum calore iracundiæ, aut alia passione emissum, n. 2.

Quid vouens perpendere debeat, ne desit debita deliberatio, n. 3.

Raro ea deficit, n. 4.

Num valide voueant amentes in vna sola materia, vel habentes lucida interualla, vel mente capti, vel ebrij, n. 5.

An sat sit deliberatio virtualis ad votum, & quando quis ibat votum emissurus, & factus ebrius, aut dormiens emisit: vel quando nouit se ebrium vota emittere, aut ex nimia iurandi, aut vouendi consuetudine vouit, aut iurauit inconsiderate, n. 6.

An deliberatio sufficient ad veniale, sat sit ad obligationem voti sub veniali? Refertur quadam sententia, n. 7.

Explicatur sententia Authoris, n. 8.

Qualis culpa sit inconsiderate vouere, et an id sit meritorium, & quomodo stet esse culpam, & valore votum, numero 9.

An sufficiens defectus deliberationis indicium, dolore statim de iuramento, aut voto emissis, n. 10.

An sit sufficiens, si secluso iracundia calore emissa non essent, n. 11.

Quid censendum in dubio deliberationis ad votum, vel iuramentum petitæ? Refertur duplex sententia, & improbatur, n. 12.

Explicatur quid dicendum, quando dubium oritur eo, quod emissa sint ex animi perturbatione ob iracundiam, aut mortis timorem ex morbo, aliaue causa consurgentem, n. 13.

Quid si consurgat ex tenera vouentis ætate, & ita dubium sit, an vouens habeat rationis vsum, n. 14.

Quid si consurgat ex amentia, aut ebrietate vouentis: dubitaturque an tempore sana mentis, vel lucidi interualli emissum sit votum, vel vouens sit amens in omni materia, n. 15.

Quid si dubium sit, an quis vouerit, aut iurarit, aut suspicio, aut opinio, nu. 16. & quid si hæc sint, an impleuerit votum, ibidem.

An si in hoc dubio soluat vouens eleemosynam promissam non soluturus si se non obligari nosset, possit compensatione vti, n. 17.

Post n. 17. inuenies summaria quæ desiderantur.

1 VOtum (vt colligitur ex *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 1. & 2. ab omnib. recepto.*) est, promissio Deo facta de meliori bono. Cum autē hæc promissio debeat esse voluntaria, atq; voluntarium deliberationem exigat: quinque conditiones ad verum voti valorem desiderantur. Prima, est deliberatio. Secunda propositum. Tertia, pmissio. Quarta, vt ea promissio fiat Deo. Quinta, vt sit de meliori bono. Has docet *Diuus Tho. eo. art. 1. corpore iunc art. 2. corpore, & artic. 5. in solutione ad tertium*, cui nullus contradicit. Intelligitur autem vt sit de meliori bono, iuxta communem Doctorum, vt potest videri in *Azor lib. 11. inst. moral. c. 14. q. 1.* non quasi id quod vouetur, debeat semper esse optimum, aut debeat esse solum consilijs opus: sed quia maioris virtutis officiū est quod in votum cadit, q̄ eius contrarium. Vt si vouit q̄s ieiuniū, aut peregrinari, aut audire sacrum in die festo hæc sunt meliora suis contrarijs. Ratio priorum trium conditionum est, quod votum sit quædam lex priuata, quam homo sua sponte sibimet imponit. Obligatio aūt non oritur ex simplici proposito, sed ex promissione. Hæc aūt promittendi propositum petit: quod est actus voluntatis procedens ex debita deliberatione conueniēntiæ obiecti. Ac proinde exigi votū deliberationem, propositum, & promissionem. Ratio autem quartæ & quintæ conditionis ea est, quod votum sit actus religionis offerentis aliquid Deo, ac proinde in eius cultum dirigi debet, & debet esse de re ei magis grata, quā sit opposita. Nec. n. acceptat Deus obligationem sibi factam rei impedientis maius suum obsequium. Hæ igitur cōditiones seorsum explicandæ sunt: quatuor priores partim in hoc capite, & partim triplici sequenti. Et à cap.

quinto explicabitur quintã conditio tangens voti materiam.

2 Circa primariam conditionem, quamuis aliqui sensерint ad voti naturam exigi plenam, & maturam deliberationem, ac proinde minimè sufficere eam, quæ ex iracundiæ calore procedit: quos retuli libro primo de matrimon. disputation. octaua, numero quarto, eorumque rationes solui numero vndecimo. Dicendum tamen est, sufficere, & exigi deliberationem plenam, non quæ sit diuturna, & matura, sed vt distinguitur contra motus primo primos, in quibus nulla est libertas, sed absque vlla deliberatione res obiecta statim placet, & etiam vt distinguitur contra motus secundò primos, in quibus est sola semiplena deliberatio, & im perfecta libertas ad solam venialem culpam sufficiens: sed exigitur ea deliberatio plena, quæ sufficiens est ad culpam lethalem contrahendam. Quare si quis ira, aut alio passionis motu percitus voueat, si tanta est passio, vt rationis iudicium obtenebrarit, & deliberationem ad mortale requisitam impedierit, ita vt si in eo subdito motu hominem interimeret, liber esset à mortali, non valeret votum defectu deliberationis. Si autem non ita deliberationem impedit, quin homicidium illud tunc admissum esset mortale, votum valeret. Hanc sententiam probaui, eiusque authores retuli ea disput. 7. n. 5.

3 Vt autem adsit deliberatio hæc ad mortale, & subinde ad votum requisita, opus est vouêtem præmeditari passionem illam ad vouendum impellentem, & finem quo ducitur: idque conferendo illud, de quo deliberat cum eius opposito. Quippe alias non est simpliciter & plenè libertas. Nec tamen mora temporis ad hoc desideratur sed momêto fieri potest. Nec exigitur ut deliberatio tem pore præcedat, sed solo naturæ ordine votum. Vt probaui eo libro primo, de matrimon. disp. 8. n. 7.

4 Hinc deducitur primò, raro admodum vota ex defectu deliberationis desinere obligare. Quod de promissionibus externis, de quibus est eadem ratio, ac de voto, affirmat *Molina tomo secũdo de iustitia, disputation. 267. initio*. Sicut raro etiam res gesta, aut dicta mortalis libe ratur ea culpa defectu deliberationis.

5 Secundo deducitur, quamuis verè amentes possint validè vouere, aut iurare, secus tamen esse de mente captis non omnino rationis vsu destitutis, quos vulgo *tontos o atontados* appellamus. Vt probaui libro primo, de matrim. disput. octaua, numero decimo quinto. Similiterque validè vouent, aut iurant, qui in vna, aut altera materia delirent, cum in omnibus ferè rebus sint rationis participes. Hos enim validè contractus, & matrimonium inire posse probaui latè ea disputatione octaua, numero vigesimo tertio. Similiterque omnino amentes, si lucidis interuallis gaudeant, possunt tempore lucidi interualli validè uouere. Vt de alijs contractibus probaui ea disputatione octaua, numero decimo sexto. Et similiter si quis ebrius sit, ut rationis usu omnino orbetur, nequit ualidè uouere, aut iurare. Secus si semiebrius sit, ita ut rationis usu sufficienti ad mortales audeat. Vt probaui in alijs contractibus ea disputatione octaua, numero decimo nono.

6 Sed dubitabis, an sat sit deliberatio uirtualis. *Angles floribus secunda parte quæstione vnica de voto, artic. primo, difficul. tertia, conclusione quarta*, ait non sufficere. Sed libro primo de matrimonio, disput. octaua, num. uigesimo primo; sic distinxi. Si ea sit deliberatio uirtualis, qua uotum est uolitum in seipso, ualeret utique. Vt si quis deliberate incipiat cærimonias ad professionem præuias uero profitendi animo, etsi tempore professionis non habeat plenam deliberationem, & aduertentiam, propter animi perturbationem, uel attentionem ad alia, ualeret professio. Secus autem esse dixi de uirtuali deliberatione, qua non censetur uotum in seipso uolitum. Vt si ante ebrietatem præuideret quispiam, vel ante somnum, se ebrium factum, aut dormiêtem, vota aliqua, vel iuramenta emittere, nec id caueret: non essent valida. Quod ibi probaui, & Doctores retuli. Et de sola hac posteriori deliberatione virtuali videtur loqui *Angles*; & ita rectè ait eum, qui ex iurandi, aut vouendi consuetudine, iuramenta promissoria, aut vota emittit absque sufficienti deliberatione, nec eam consuetudinem cohibet, neutiquam illis obligari. Quia non sunt in se volita. Et ego addo, si quis ad locum professionis, aut cuicunque voto emittendis destinatum, vadat animo emittendi, & cœperit cœrimonias, non valitura hæc, si postea non sui compos, sed amens, aut ebrius factus, aut dormiens hæc emittat. Sicut non valeret, si ita baptizaret, absolueret, aut consecraret. Quia cum voti tempore sit iam incapax actus humani eliciendi, censetur pro tunc suspensa prior illa voluntas virtualis; & ideo illa vota nec in se nèc virtute prioris actus censentur virtute volita.

7 Rursus dubitabis, an deliberatio semiplena sufficiens ad solam culpam venialem, satis sit vt votum, vel iuramentum ea emissa obligent sub veniali. Affirmare videntur *Paludanus quarta, distinctione trigesima octaua, quæstione prima, articulo primo, numero; clauo, & Diuus Antoninus secunda parte titulo vndecimo capitulo secundo initio notabili sexto*, dicunt enim votum subitum non obligare ad peccatum perfectum, quasi censeant obligare ad imperfectũ, quale est veniale. Idê videtur docere *Nauarra summa capitul. duodecimo, numero vigesimo quarto*, vbi ait sufficere ad votum deliberationem sufficientem ad meritum vel peccatum lethale. At ad meritum imperfectũ satis est ea imperfecta deliberatio. Et potest hæc pars probari. Quia non est de voti essentia vt sub mortali obliget. Vt constat in voto rei minimæ. Insuper quia eadem est virtutis proportio in promissione perfecte deliberata ad perfecte obligandum, quę in deliberata imperfecte, ad imperfecte obligandum. Tandem quia imperfecta deliberatio satis est ad culpam, & meritum imperfecta. Cur ergo non sat erit ad imperfectam voti, vel iuramenti obligationem?

8 At probabilius est non sat esse. Ducor, quia vt homo disponat de suis actionibus, sibi vel alteri obligationem imponens, necesse est, vt tanquam perfectè, & absolutè dominus, de illis disponat. Nec enim actionibus imperfectis, & semiplenis videtur quis se obligare velle. Quod secus est, vt aliqualiter præmio, aut pœna afficiatur: satis enim est rectitudo in opere, aut defectus quouis modo libera. Quod expresse sentire communiter uidentur Doctores, cum absolute eam deliberationem ad uotum petant, quæ ad mortale necessaria est. Et expressius uidetur tenere *Sotus libro septimo, de iustit. quæstion. prima, articulo secundo, columna quinta*, ubi ait per motum, in quo sola uenialis culpa esse potest uotum non firmari. Eiusdem sententiæ uidentur *Maior in quarta, distinction. 38. quæst. prima paulo post princip. ũ. Viguerius libro institutionum c. quinto, §. 3. versic. decimo quarto. Aragon 2.2. quæst. 88. articulo primo, folio 966. columna secunda. conclusion. prima. Molina tom. secundo, de iust. disput. 267. initio. Toledo libro quarto summa cap. 17. nu. 4. Manuel 2. to. summæ cap. 92. nu. primo*, ubi dicunt non ualere uotum, nisi deliberatio ad mortale sufficiens adsit. At si obligaret ad ueniale, ualeret utique. Et clarius *idem Aragon eo articulo primo, fol. 966. columna prima*, ubi ait deliberationem ad ueniale sufficientem non sat esse ad uotum. Et clarius *Petrus de Ledesma secundo tomo summa tract. 10. cap. primo, dubio vltimo, conclusione, secunda*, ubi ait nec id esse uotum, nec inducere obligationem.

9 Est autem peccatum, ex repentino quodam motu, & leuiter uouere: quamuis adsit deliberatio sufficiens ad

voti

voti obligationem. Nã *Ecclesiastæ 5.* dicitur non solam infidelẽ promissionẽ displicere Deo, sed ẽt stultã, qualis vt esse procedẽs ex leui deliberatione. Item quia est voti abusus, id absque debita, & matura deliberatione emitti: sicut est iuramenti abusus, ita iurare. Sic docet *Caiet. 2.2.q.88. art.1. dubio quod mouet circa primam cõditionem ad votum requisitam, paulo ante solutionem ad obiecta. Valentia 2.2. disp.6.q.6. puncto 1. col. penul.* Sed cõiter est sola venialis culpa. Quia in ijs, quę manifeste rationi cõsentanea sunt, nõ magna deliberatione opus esse testatur *D. Tho. 2.2. q.189. art.10.* Etsi quid periculi violandi voti, ex maturi in vouẽdo consilij defectu imminere põt, satis ei occurri valet, confirmãdo se postea maiori deliberatione in voto illo. Quandoque aũt omni culpa vacabit, nempe, qñ est votũ de re minima ad solum veniale obligans: vt de recitanda semel oratione Angelica. Ad rem enim adeo modicum matura deliberatio minimè desideratur. Hęc docet *Valẽtia proxime allegatus*. Ex quo etiam colligitur, aliquando tñ, etsi rarissime posse esse mortale: ait enim cõmuniter in re graui esse veniale, quasi sentiẽs dari casũ, in quo sit mortale. Quod cõtinget, quando leuiter emissum votum esse de re vouenti difficillima, & ideo suæ propẽsioni cõtraria, vt moraliter loquendo timeatur fore vt sæpe violet. Tunc. n. rõne periculi erit mortale sic vouere. Nec tñ inde licet inferre, votũ hoc non valere. Si. n. est peccatũ id votum emittere, nequit acceptari à Deo Dicendum. n. est, licet Deus nõ acceptet tale votũ tanquã gloriæ meritorium acceptare tamẽ illud ad hoc, vt ex eo manet vouẽs obligatus. Ratio discriminis est, quia ad meritum desideratur esse opus in se bonũ: id aũt votum est peccatum. Nec est sicut velle officium diuinum soluere licet postea minus attente recitetur: eo quod in illa volitione nullum intelligimus peccatum, vtpotè quæ penitus antecedit recitationem non attentam, nec est voluntas recitandi non attente. At ipsum vouẽdi actum antecedit, & comitatur is maturæ deliberationis defectus, qui ipsum viciat: cum sit voluntas in consideratè vouendi. Valet verò notum. Quia ad id satis est, sicut & ad legẽ, ut res promissa sit in se bona, etsi ratione circumstantiæ extrinsecæ ipsam nõ uitiantibus adsit peccatum. Potest enim actus ex circumstãtia extrin eca malus ordinare actum ad Dei cultũ. Sicut ualet uotum secundum oẽs, quando non rei promissæ, sed non finis est nana gloria. Vt dicemus c 6.n. 15 Cum tamen peccatum sit ita uouere.

10 Duplex autem regula assignari solet ad discernendũ qñ non fuerit deliberatio sufficiens ad votum, uel iuramentum. Prior est. Si post emissum uotũ, uel iuramentum, pœniteat statim uouentem, uel iurantẽ illius. Huius regulæ authores retuli libro primo de matri. disp. octaua, nu. 8. Et eam reieci cum multis authoribus, & præter ibi allegatos eam reijciunt *Valentia 2.2. disp.6. q.6. puncto 1. colum. penult. vers. Cauenda vero, Azor lib. 11. instit. moralium cap. 15. q.* . Eam tamen admisi eo numero octauo, cum *Tabiena* in hoc sensu, ut quando dubitatur an uehemens passio rationis usu priuarit, sit aliquantulum probabilis coniectura, non tamen certa, si statim pœniteat uouentem, defuisse debitam deliberationem.

11 Posterior regula est. Si secluso calore iracundiæ uotum, & iuramentum præstita nõ essent, non obligant defectu deliberationis. Huius regulæ authores retuli eadem disput. octaua, n.8. eamque ibi reprobaui.

12 Quando uero attentis omnibus circumstantiis dubium manet, & res est anceps, & in æquilibrio, an debita deliberatio fuerit ad uotũ ualorem requisita: quidã quos retuli libro primo, huius summæ capit. decimo, numero decimo sexto, tradunt eam regulã generalẽ, ut in dubio obligationis uoti, uel iuramenti, censendum sit ea obligare. Quorum fundamenti ibi retuli, & reieci. Alii autem neoterici in contraria prorsus sentẽtia sunt, qui generaliter in dubio obligationis, uoti, uel iuramenti, vndecumque id dubium proueniat vel ex defectu deliberationis, uel propositi se obligãdi &c. censeant ea minimè obligare. Ducũturq; eo quod in eo dubio melior sit conditio uoluntatis libertatem possidentis. At minime placet hæc sententia. Quia nõ in quocumque dubio est possessio pro uoluntatis libertate: sed quandoque est pro illa, quandoque autẽ pro uoto. Vnde autem discernendũ sit pro quo sit possessio in hoc dubio, regulam tradidi, & probaui eo. c.10. n.19. iuxta quam res hæc discernenda est. Et ideo eam sequendo, in singulis difficultatibus tractandis circa uoti obligationem, explicabimus quid in dubio censendum sit.

13 In præsenti ergo dubio orto ex deliberationis defectu, distinguẽdum est iuxta diuersas causas, ex quibus potest oriri. Potest enim oriri ex animi perturbatione ob aliquem metum mortis ex morbo, alia ve causa imminentis, ob aliam ve affectioẽ, aut ob iracundiæ calorem: & tunc iudicandũ est in voti, vel iuramẽti fauorẽ, vt ea obligent. Vt probaui Doctores referens libro primo, de matrim. disput. octaua, num. 10. Quod maximè confirmant, quia (vt diximus num. 4.) raro contingit defectus deliberationis requisitæ, & raro ex communiter accidentibus præsumitur debitam deliberationem adfuisse. Fortissima enim præsumptio est, quæ ex vsu, & communiter accidentibus ducitur. Vt multis allegatis probant *Eucrardus in suis topicis, loco à communiter accedentibus numero primo, & secundo, & loco ab vsitato nu.1. Menochius de præsumpt. lib.1. quæst. decima octaua, num. primo.*

14 Secundo potest hic deliberationis defectus oriri ex tenera vouentis ætate, ac proinde dubitatur, an plenus rationis vsus in eo vouenti adfuerit, quo in casu quid sentiant *Sotus, & alij*, retuli libro primo, de matrimon. disputat. nona, numero duodecimo, in quarto argumento. Sed distinguendum est, (Vt ibi distinguimus numero decimo quarto,) si vouens septennium expleuerat tempore voti emissi, præsumendus est in eo dubio vsus rationis: ac proinde obligabunt votum, & iuramentum. Si autem nõ expleuerat, præsumitur defectus vsus rationis, nisi de illo constet, ac ita nõ obligabunt Quod si dubiũ sit an expleuerat, nec ne, credo in voti fauorem præsumendum. Quia de illo consta, excusatio autem dubia est. Item quia rarissime, aut nunquam ante septennium emi ttuntur vota aut iuramẽta promissoria: & ita in hoc dubio ex cõmuniter contingentibus præsumitur ea post septennium emissa: & in fauorem actus, pro quo est possessio, iuxta ea, quæ dicemus cap. seq. num. vl nmo.

15 Tertio potest contingere ex iurantis, vel vouentis amentia hic dubiũ, quando dubitatur an ante amentiã, vel post illam, aut tempore lucidi interualli, emissa sint. Decisio huius dubij pendet ex præsumptione iuris circa tunc gesta an præsumantur tẽpore furoris, an tempore sanæ mentis gesta. Nam in dubio stãdum esse in vtroque foro hac præsumptione, probauimus libro primo, huius summæ capite decimo, nume. decimo octauo. De hac autẽ præsumptione egimus libro primo de matrimonio, disputatione octaua, num. decimo septimo, vbi sic distinguendum multis Doctoribus adductis probauimus. Quando non constat eum de quo tractatur, antea furore correptũ esse, præsumitur sanæ mentis. Quando autem constat eum dementia affectum fuisse quodã continuo tempore, vt anno vel mense, nec constat conseiusse habere lucida interualla, præsumitur adhuc demens: secus si in aliquibus actibus constet eum tantum fuisse amentem, nõ enim pręsumitur tunc permanere furorem. Similiter non pręsumitur furorem durare, vbi peritorum testimonio probatur ex accidenti quod iam cessauit, furorem contigisse. Quod si constet furiosum lucida interualla habere, dubitetur autem an tempore lucidi interualli actus gestus fuerit, pręsumitur tempore furoris gestus, nisi

nisi actus qualitas ita bene gesti ostendat eũ à dementi factum non fuisse. Similiter præsumitur ille furiosus quo ad actus illos, qui paulo post furoris tempus aguntur; nõ autem quo ad illos, qui lõgo interuallo distant. Iuxta hæc igitur sic dicendum est. Si vouens, aut iurãs antea non fuerit demens, præsumuntur hæc tempore sanæ mentis emissa, & ita obligabunt. Si autem constet eum fuisse aliquo tempore furiosum, habuisse lucida interualla, vel postea ad sanitatem restitutũ, præsumuntur tempore furoris gesta, nisi ex actus bene, & prudenter gesti qualitate, vel ex longa distantia à furoris tempore deducatur hæc tempore sanæ mẽtis gesta. Quando autem demẽtia breui tempore durauit, vt in phreneticis cõtingit, tunc credo præsumi in dubio tẽpore sanæ mentis hęc gesta esse, & subinde obligare. Et idem iudicarem, quando tempore ebrietatis dubitaretur, an gesta essent; præsumitur enim tẽpore sanæ mentis, ac subinde obligare. Ducor, quia cum phrenesis, & ebrietas breui tempore duretur, non præsumuntur permanere, vt vel sic eo tempore actus præsumatur gestus. Præterea, quia cum constet de voto, & iuramento, quæ natura sua obligant, & voluntatis libertatem ligant, dubium autem sit de vinculi solutione, propter defectum vsus rationis, stat in hoc dubio possessio pro vinculo voti, vel iuramenti, contra voluntatis libertatem. Et hanc etiam partem probant rationes, quas capit. sequenti numero vltimo adducemus. Tandem, quia rarissime phrenetici, & ebrij vota, aut iuramenta emittunt promissoria. Et ideo ex communiter accidentibus præsumitur in dubio ea tempore sanæ mentis emissa esse. Si autem constet tempore ebrietatis ea emissa esse; dubitetur autem, an plena fuerit ebrietas, an potius semiplena, non omnino priuans rationis vsu, crederem hæc non obligare. Quia cũ ebrietas soleat omnino à mente alienare, stat præsumptio pro plena ebrietate. Demum, quando constat vouentem, vel iurãtem, in vna, vel altera materia destitutos esse rationis vsu; dubitatur autem, an in aliis materijs eo fruantur, præsumitur eo non frui, atque ita eorum vota vel iuramenta minime obligare. Quia rarissime inuenitur de dementia in vna, vel altera materia cum rationis vsu in alijs.

16 Demum, quando dubium non est de deliberatione ad votum requisita, vel ad iuramentum, sed an ipsa emissa sint, standum est pro libertatis possessione, & illa non obligabunt; quamuis hi magis in eam partem inclinent, vt votum, vel iuramentum emiserint. (Vt probaui libro primo huius summæ capit. decimo nu. 16 contra alios, quos ibi retuli, & libro primo, de matrimonio, disputatione nona, numero 11. contra alios, quos ibi numero 10. retuli.) Si quis autem non dubitet; sed opinetur se vouisse, eo quod magna sit iudicij determinatio ad hoc, rationibusque conuincitur ad hunc assensum, etsi nõ omnino certum, sed cum alterius partis formidine, tenetur vtique voto. Quia pro illo est possessio, & assensus: nisi rationes etiam probabiles suaderent votum non emissum esse. Tunc enim posset vouẽs huic parti tanquam probabili adhærere; quamuis contrariam probabiliorem existimaret. Sicut in alijs rebus, in quibus sunt opiniones, integrum est minus probabilem amplecti. Vt latè diximus libro primo, huius summæ capite nono, nume. 14. Similiter si opinatur quis, etsi minus probabiliter, se implesse votum, nõ tenetur ille; secus si dubitet, vel tantum se implesse suspicetur. Quia obligatio voti est certa, & satisfactio dubia.

17 Quod si in dubio, an votum eleemosynæ emissũ sit, quis existimans se voto teneri, illam eroget, nullatenus erogaturus veritate cognita, non potest compensatione vti. Quia pauper rei conscius non teneretur eam eleemosynam restituere; eo quod opiniones sint, an in hoc dubio votum obliget. Vt dixi numero præcedenti. Atque ita ius habet ille pauper fultus opinione illa probabili ad retinendum illam eleemosynam, & consequenter erogans nequit occulta compensatione vti. Quippe hæc requirit certam iniustitiam possidentis. Sicut si aliquis restituat credens contractum vsurarium, de quo sunt opiniones; & non restitueret, si sciret se posse iuxta opinionem probabilem retinere, nequit occulta compensatione vti. Quippe alius innitens contrariæ opinioni probabili, iure potest rem sibi restitutam retinere.

SVMMARIVM.

Deliberatio, & propositum, in quo distinguantur, numero 18.

Et in quo propositum, & promissio, nu. 19.

An solum religionis propositum habitu suscepto, inducat votum, nu. 20.

An resilire à bono proposito sit veniale, nu. 21.

An ad votum exigatur propositum vouendi, se obligandi, & exequendi? Refertur quadam sententia, numero 22.

Obligat quando est propositum promittendi, & se obligandi, non tamen exequendi n. 23.

Non obligat, quando deest animus promittendi, numero 24.

Quid si vouens habuit animum promittendi, & conscius obligationis voti, illius non meminit, nu. 25.

Quid, si existimabat votum non obligare, aut hoc ignorabat, num. 26.

Quid si conscius naturæ voti habet animum promittendi, nec se obligandi, nu. 27.

An hic fictè profitens, aut promittens, teneatur implere ratione scandali. & verè profitere; & possit alimenta percipere, & actus professorum exercere; & qualiter possit priorem professionem ratificare; & possit illius priuilegia retinere, ac si esset valida; & illius titulo initiari sacris, & qualiter possit intra, vel vltra quinquennium reclamare; remissiue, num. 28.

An initiatus sacris nolens obligari voto castitatis; vel id ordini annexum ignorans, vel si ordo fuit irritus, teneatur illo, nu. 29.

An possit vouens se obligare ad solũ veniale, vel pœnam, numero 30.

Pœnitentes promittentes in confessione emendam, an voueãt, numero 31.

In dubio, an fuerit propositum, an promissio, num colligatur fuisse solum propositum, quando vouens statim dubitat, an voluerit se obligare, num. 33.

An id quoque colligatur ex defectu animi exequendæ rei promissæ, nu. 33.

An id deducatur ex verbis solum propositum significantibus, nu. 34.

Quid, si ea verba sint pacti. Vt, Deus, seruiam tibi in religione, si concesseris salutem, nu. 35.

Quid si verba sint promissionis, & dubitet vouens de animo se obligandi, vel an sciret inde obligationem oriri, numero 36.

Vouere fictè animo se obligandi, non tamen implendi, an in quacumque materia sit mortale, nu. 37.

Quid, quando esset animus, nec promittendi, nec se obligandi, aut promittendi, non tamen se obligandi, numero 38.

An votum irritum, quauis ex causa, firmetur, si ratificetur ignorando prius fuisse irritum? numero 30. Et ibi quid in dubio.

Quid, si dubitans an votum a se emissum fuerit validum, vel an fuerit commutatum, an ve dispensatum, vel an id executum sit, vel an vouerit, nunc denuo gratia scrupuli expellendi voueat, an postea sciens nullum fuisse votum, teneatur illo? Et quid, si credens validum, aut non commutatum, aut non in eo dispensatum, illudve non expletum, nunc denuo voueat, nu. 40.

Votum

Votum an soli Deo fiat, & qualiter sanctis, nu. 41.
An si quis homini promittat se non lusurum, aut quid simile, sit votum, & ad id teneatur, nu. 42.
An promissio sanctis facta, animo soli sancto se obligandi, sit votum, nu. 43.
An votum indigeat verbis, vel signis ad eius valorem, numero 44.
An sponsio in baptismo facta sit votum, num. 45.

18 Secunda, & tertia conditiones, quas numero primo diximus ad voti valorem exigi, sunt propositũ, & promissio. Distinguuntur autem deliberatio, & propositum; quod illa sit iudiciũ, seu actus rationis, quo quis deliberat, & decernit, num sibi vouere expediat. Hoc autem est actus voluntatis, quo vouens apud se statuit promittere. Vt ex mente *Caietani 2. 2. quæstion. 88. artic. primo*, explicat *Azor lib. 11. instit. moralium, c. 13. quæst. 4. fine.*

19 Distat autem inter nudum propositum, & promissionem. Quod illud procedat ex deliberatione solius conuenientiæ rei faciendæ. Hęc autem ex deliberatione acceptandæ obligationis, sibique illius imponẽdæ. Vt latissimè tradit *Valentia 2. 2. disput. 9. quæst. 6. puncto 1. quæst. 1.*

20 Hinc deducitur, non audiendos esse aliquos asserentes solum propositũ suscepto habitu monachali inducere voti obligationem. Ducunturque ex *cap. Consulti, de regul.* vbi quidam, qui religionem ingredi proposuerat, & habitum monachalem induit, iubetur in illa persistere. Atque ita docens *Glossa cap. Literaturam, verbo Propositum, de voto, & c. Qui bona, verbo Deliberans, 17. quæst. prima. Innocent. eo. cap. Consulti, initio, & ibi Hostiens. num. 3. & alij antiquiores, quos referunt Doctores allegandi.* Idem docent ex Theologis *Paludanus 4. dist. 38. quæstion. prima, artic. primo. num. 11. Diuus Antoninus secunda part. titulo vndecimo. cap. 2. init.* At omnino tenendum est, nullum propositum, quantumuis firmum, aliquam voti obligationem inducere, nisi promissione firmetur. Constat ex *dict. cap. Literaturam.* vbi quidam, qui morbo laborãs proposuit religionis ingressum, liber ab obligatione iudicatur, eo quod tantum illud proposuerit. Atque ita docent *Diuus Thomas 2. 2. q. 88. art. primo, & ibi Caietanus, & in opuscul. tomo primo, tractat. vltimo septendecim responsionum, responso septimo. Abbas dicto capitulo Literaturam numero secundo, fine. Angelus verbo Votum 1. num. 7. Sylvester verbo Votum 1. q. secunda. Sotus lib. 7. de instit. quæst. prima, articulo secundo. Nauarrus summæ capit. duodecimo, numero vigesima quarto, & vigesimo sexto. Couar. de pactis prima part. §. tertio, numero 12. Azor lib. 11. instit. moralium cap. decimo tertio, q. 5. Valentia 2. 2. disput. sexta, q. sexta. puncto 1. col. penult. in solutione ad 2.* Et multi alij, quos hi referunt. Quare textus *dict. cap. Consulti*, intelligendus est de proposito non nudo sed promissione firmato. Vt tradunt omnes Doctores allegati.

21 Nec admittendum est, quod tradunt *Angelus verbo Votum 1. num. 7. Armil. 2. tomo summæ capit. 92. fine*, vbi dicunt esse veniale resilire à bono proposito semel concepto. Et fauet *Nauar. summa Latina cap. 12. nu. 26.* vbi ait nunc non peccare mortaliter, & subnecuit, quod *in Hispana* dixerat, nimirum, nec venialiter. At dicendum est nullam esse culpam. Quia non est mendacium. Vt optimè aduertunt *Sotus lib. 7. de inst. q. 1. articulo secundo, col. ... penultima, versic. Vnde pro solutione. Aragon 2. 2. quæst. 88. articulo primo, ad finem. Azor libro vndecimo instit. moral. capit. decimo tertio, quæst. prima.* Quia (vt ex mente *Diui Thomæ, & aliorum* diximus libro præcedenti, cap. quarto, numero secundo;) id distat inter iuramentum promissorium, & simpliciter aliquid faciẽdi assertionem, quæ nudum propositum significat; quod ad illius veritatem desideretur animus exequendæ rei promissæ, eiusque executio. Verba enim iuramento, vel promissione firmata significant rem illam, vt certò futuram; at nudum propositum solam exequendi intentionem significat vt certam; executionem autem vt dubiam. Huius diuersitatis ea est ratio. Nam verba significant iuxta subiectam materiam; at propositi simplicis ea est natura, vt variabilis sit, nõ autem iuramenti, vel promissionis. Et ideo verba propositum significantia non significant illud certum, sed variabile, quoad executionem futuram; solũque præsentem faciendi animũ significant vt certum. At verba iusi, vel promissionis, significant vtrumque vt certum. Quando autem aliqua propositio significat aliquid vt dubium, non redditur falsa, etsi non contingat, quod per illam significatur. Ex modo enim significandi declaratur illud posse esse. Nec aliunde reperitur culpa resiliendo ab hoc proposito. Quia ad rem illam propositam nulla lex diuina, vel humana obligat (vt supponimus) propositum autem solum non habet vim legis priuatæ obligãdi, illud enim solius promissionis est. Et ideo hanc partem tuentur *Nauar. in summa Hispana cap. 12. n. 26. Toledo lib. 4. summæ c. 17. nu. 7. Valentia 2. 2. disput. 9. q. 6. puncto 1. col. 9. Versic. Respondeo nullum propositum.*

22 Maior autem difficultas est, quale propositum voto sufficiat, quando promissione firmatur. Potest enim contingere votum emitti cum proposito promittendi, & se obligandi, nõ tamen implendi, vel cum proposito, nec promittendi nec se obligandi: vel cum proposito promittendi, non tamẽ se obligandi. Et quidem *Valentia 2. 2. disputatione sexta, quæst. sexta, puncto 1. col. 2. à versic. Primo, quod per enunciationem, & quatuor columnis sequentibus* latè probat votum, in quo est animus promittendi, & se obligandi, non tamen implendi; non esse verè votum, sed fictitium; nec stare adesse verum promittendi, & se obligandi animum, cum proposito nõ exequendi. Et ducitur ex sententia *Diui Thomæ 2. 2. q. 88. art. 1. corpore*, docentis promissionem procedere ex animo exequendæ rei promissæ; vbi supponit non stare veram promissionem cum animo non implendi promissum.

23 Verum de hac quæstione latissimè egi libro primo de matrimonio disputatione nona, à numero primo, vsque ad septimum; & summatim cõplectendo quæ ibi dixi; dico primò, quando vouens habet animum promittendi, & se obligandi, non tñ exequendæ rei promissæ, obligare votum. Quod affirmant tanquã certum omnes Doctores, quos ibi allegaui, *& Azor libro 11. institutionum moralium c. 4. q. 2. & cap. 13. q. 9.* Quare nõ approbo quod ait *Valentia nuper citat. allegatis.* Non enim video repugnare verum animum admittendæ obligationis, cum animo illius non exequendi. Nec *Diuus Thomas* ei fauet; solùm enim narrat quod communiter euenit, nempe, promissionem ex proposito rei faciendę oriri.

24 Secundo est certum, minimè esse votum, quãdo vouens non habuit verũ promittendi animum, nec ex vi voti aliquam obligationem cõsurgere; sed esse quandam voti fictionem. Quod omnes ibi citati fatentur.

25 Tertio est certum, obligare votum, quando cũ vero promittendi proposito emittitur ab eo, qui cõscius est obligationis ex voto consurgentis, licet tunc illius non meminerit. Quia Virtute, & implicitè voluit obligari. (Vt ibi probaui.) Et addo secus esse si non aduerteret per illa verba verum votum emitti. Tunc enim votum non obligaret, vtpotè qđ ex indeliberatione processit.

26 Quarto est certum, votum non obligare, quãdo vouens habuit veram promittendi intentionem, nec expresse intentionem se obligãdi exclusit; at nec expressam, nec implicitam se obligãdo intentionem habuit. Quod contingere potest, quia vouens existimabat votum non obligare; aut hoc ignorabat, vtpotè qui de hoc nunquam cogitauit, nec id audiuit. Ratio est, quæ

re uera

re uera nullã obligationem per illa uerba uoti intendi sibi imponere, sed id solum enunciare, qd per illa uerba significatur, credens ea non obligare, aut ignorans obligationem. Quod intelligendum est, nisi ignorans promissionis naturam uelit ea intentione promittere, qua cæteri promittunt. Quia tunc uirtute, & implicite se obligare vult. Aut nisi ignorantia sit uincibilis; quod dubitans de obligatione ea uerba protulerit. Cum enim aduerterit, & ea uerba sic protulerit, uoluit uirtute quicquid obligationis inde consurgit. Cùm ignorantia hęc non omnino uoluntarium auferat.

27 Tota ergo difficultas est, an quando uouens naturæ uoti conscius habet animum promittendi, & positiuè habet animum non se obligandi, maneat re uera obligatus. Duas opiniones retuli ea disputat. nona, numer. quarto, & quinto Prior ait votum obligare. Posterior id negat. Quam ibi amplexus sum, & tunc amplector. Et præter allegatos ibi, tenent *Valentia hic, nu. 22. citatus, & Azor nu. 23. relatus.*

28 Quamuis autem fictus hic promissor nõ teneatur ex vi voti, tenentur tamen aliquando ratione scandali; vt si fictè professus fuit. De qua re, & an ei fugere liceat, & alimenta monasterij percipere, & alia professorum exercere, & sacris ordinibus initiari; & qualiter possit professionem ratificare, & prioris professionis priuilegia seruare, ac si esset valida; & reclamare intra, vel post quinquennium, latissimè egi lib. 8. de matrimon. tota disputatione 37. vbi potest videri. Quia hæc non sunt propria huius loci.

29 Hinc deducitur primò, initiatum ordine sacro volentem expresè non se obligare ad castitatem, minimè teneri ex voto sacris ordinibus annexo eam seruare; at teneretur ex Ecclesiæ constitutione ad eam; & si matrimoniũ iniret, esset irritũ. Quæ probaui libro septimo, de matr. disputatione vigesimaseptima, numero duodecimo, contra alios, quos retuli dicentes hunc teneri ex voto Quod si ignoraret hic inuincibiliter ordini sacro annecti votum continentiæ, tractaui ibi numero vndecimo, vbi tanquam certissimum statui teneri hunc saltem ex Ecclesiæ constitutione. An verò teneatur ex voto, vtraque pars est probabilis; & vtriusq; Doctores ibi retuli. Probabilius autem cẽsui teneri ex voto. Quia sponte assumens ordinem sacrum, vult virtute omnia onera ei annexa, quamuis quæ illa sint ignoret. Si tamẽ inualide promotus sit ad ordines sacros, etiam si verè promoueri uoluit, & casu ordo fuerit irritus, ꝓbaui ea disputatione vigesima septima, numero decimo tertio, hunc nec ex voto Ecclesiæ constitutione teneri ad castitatem; vtpotè qui illam tantum voluit vouere, vt ordini sacro accessoriam. Quare corruente principali corruit accessorium.

30 Secundo deducitur, posse vouẽtem obligare se ad solam culpam venialem, & esse tunc vere votum; posse etiam se ad solam pœnam obligare. sed tunc non erit verè, & propriè votum, nisi circa solam pęnam. At nequit vouens se obligare ad mortale in materia leui. Quæ probaui libro primo de matrim. disputation. 9. num. 6.

31 Tertiò deducitur, quoscunque in cõfessionibus monitos à confessario, vt a peccato desistant. dum respondent se promittere id factoros nullam communiter sibi nouam obligationem imponere ex illa promissione consurgentem. Quia verè solum suum firmum propositum manifestare intendunt. Id enim subiecta confessionis materia indicat, vbi aliud de expressa pœnitenti intentione non constar.

32 Quando autem dubitatur. an quis propositum solum aliquid faciẽdi habuerit an potius voto ad id se astrinxerit, quatuor regulæ possunt tradi. Prima sit, si paulo, vel aliquantò postquam quis statuit aliquid facere, dubitat, an voluerit se obligare, an tantum proponere, potest probabiliter existimare se non promisisse. Nam huiusmodi voluntatis se obligandi non solent homines tam citò obliuisci, sed facilè memoriæ inhęrere solet. Hanc tradit, *Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 6. puncto 2. col. 10. vers. sequitur tertio.*

33 Secunda regula sit. Placet etiam in hoc dubio. quod retulimus ex *Valentia, nu. 22.* nempe, si hic habuit animum non exequendæ rei promissæ, potest probabiliter existimare se non habuisse verum promittendi, aut se obligandi animum. Quia (vt dixi numero vigesimotertio,) raro contingit propositum se obligandi simul cum proposito non exequẽdi. Et ideo vbi de hoc constat, illud autem est dubiũ, potest in hoc dubio ex communiter contingentibus conijci defuisse quoque obligandi animum.

34 Tertia regula sit. Si verba, quæ quis mente, aut ore protulit, non indicant suapte natura promissionẽ; sed propositum; vt faciam hoc, iudicandum est in dubio intentionis solum propositũ. Quia cum verba non indicent votum, nulla in hoc dubio pro voto est professio. Et idem iudicarem, quando ille dubius est de verbis, & intentione. Quia in hoc dubio nil stat pro voto.

35 Hoc tamen limitarem, nisi verba illa, quæ sua pte natura solum propositum indicant, enunciarentur, aut mente, aut ore, per modum cuiusdam pacti. Quare optimè *Nauar. lib. 3. consil. tit. de voto, in prior editione, consil. 8. num. 3. in posteriori, consil. 5. num. 3.* ait hæc verba, Da mihi Domine salutem, & ego seruiam tibi, intelligendo de seruitio in statu continentiæ, esse votum, nisi constet mentem hæc dicentis fuisse solum proponere. Quia hæc verba, faciam hoc, si feceris illud, cùm pactum contineant, idem importani, quod promitto me facturum, si feceris, *l. 1. de pactis. & naturalis ff. de præscrip. verb.*

36 Vltima regula. Quando quis certus est de promissionis verbis, & omnibus circumstantiis perpensis est ęquè dubium, an is animum se obligandi habuerit, vel an sciret inde obligationem consurgere, tenetur hic voto. Quod latè probaui libro 1. de matrimonio disputatione nona, numero decimotertio, reprobata contraria sententia, quam ibi retuli numero duodecimo. Quod si dubium de hoc animo concurrat simul cum metu, quo votum emissum est; dicemus capite tertio fine. Si autem rationes vtrimque sint reddentes vtrãque partem probabilem, etiam si probabilior sit, quæ suadet fuisse votum, integrum est parti minus probabili adhærere, reputando se voto non obligatum. Vt in simili dixi numero decimosexto. Si autem nõ assensus, sed sola suspicio sit non adfuisse animum se obligandi, credo præponderare præsumptionem pro verbis promissionis existentem, vt sic obliget.

37 Sed quæres, quale peccatum sit fictè vouere. Et quidem si adsit se obligandi animus, non tamen implẽdi, cùm id sit verè votum (vt diximus numero vigesimotertio) poterit quispiam existimare in quacumque materia esse mortale. Quale est iuramentum omne absque implendi animo præstitum. Sed sic distinguẽdum est. Si est legitima voti materia, & tam grauis, vt obliget sub mortali, erit mortale; si autem est leuis, & obligans sub solo veniali, est veniale. Ratio quia hic ex duplici capite interuenit culpa, alterum est ratione mendacij promittendo exequi contra vouentis mentem, quæ est non exequendi. Et ex hac parte non est culpa mortalis semper. Quia nõ est simile deiuramento, in quo Deus in falsitatis testem adducitur, & ideo mendosum iuramentum in quauis materia est semper lethale. At in voto non adducitur Deus in mendacij illius testem. Alterum caput est, quia votũ illud obligat ad exequendam rem promissam; quare cùm adsit animus illius non exequendæ peccatur cõtra votum. Ergo ex hoc capite tale peccatum erit is animus, quale est non adimplere id votum. Hoc autem est mortale in materia graui, veniale autem in leui. (Vt infra dicemus) Ergo similiter animus non implendi in materia graui erit mortalis, venialis verò in leui, Et ita docent *Palatios quarta, distinctione*

stinctione trigesima octaua, disput. prima, folio octingentesimo vigesimoquarto, columna secunda. Ricozer summa capite decimoquinto, folio quinquagesimo primo pagina prima. Erit autem duplex mortale in materia graui, alterum mendacij in re graui, quod lethale est, alterum verò fractionis voti, quod vouens intendit frangere in materia obligandi sub mortali. At in materia leui erit duplex simile veniale. Quando autē materia est indifferens, aut contra consilia, est duplex veniale, alterum mendacij; alterum verò actus inducentis adhibendo illegitimam voti materiam. Quando materia est mala, *Angles relato Victoria floribus secunda parte, quaestione vnica de voto, articulo primo, difficultate 11.* ait, esse veniale ita promittere. Sed id credo verum, quando materia voti est venialis. At quādo est mortalis, credo esse mortale. Atque ita benè docet, *Manuel secundo tomo summae capite nonagesima quarto, numero decimo*. Quia grauis Deo iniuria irrogatur, dum vouens ex animo Deo offert, vultque manere obligatus ad reddendam rem mortalem Deo. Quae voluntas est ex se graue sacrilegium, nec eam deformitatem aufert volūtas non exequendi.

38 Quando verò non adest animus promittendi & se obligandi, sed oretenus votum emittitur; quidā dicunt id esse mortale, & idem dicunt, quando est animus promittendi, & non se obligandi. Ita *Nauarrus summa Hispana capite duodecimo, numero trigesimo octauo. Angles eodem articulo primo difficult. quarta, conclusione tertia, Toledo libro quarto summae, capite decimoseptimo, numero sexto, Emanuel Sa summa, verbo Votum numero sexto, Aragon 2.2. quaest. octogesima octaua, articulo primo, folio 968. col. 2. concl. 1. Manuel secundo tomo summa, c. 92. numer. 5.* At haec sententia ita vniuersaliter non placet. Quia cùm sola mēdacij ratio ibi reperiatur, vbi id non est periculosum, nec materia promissa est mala, minimè culpam venialem excedet. Quare cautius locutus est *Caietanus summa, verbo Votum cap. 3.* dicens tunc id esse mortale, quando votum est solenne, vel publicum coram alijs. Quod tunc sit mendacium periculosum ratione diuinae irreuerentiae corā hominibus, & scandali, ac dāni religionis, in quā est fictè professio. Et idem esset ob easdem rationes de ficto emittente vota biennij in Societate Iesu, per quae verus religiosus cōstituitur. Atque adeo ic in his casibus est temperandum, nisi grauis causa vrgeret ad ita fictè promittendum, vt metus, vel sedare magnum scandalum; tunc enim erit solùm venialis mendacij culpa. Vt in simili de matrimonio fictè inito probaui libro quarto de matrimonio, disputatione decimasexta numero primo & secūdo. Quando autem materia promissa est indifferens, aut contra consilia, aut mala venialiter, est similiter solum veniale. Immò idem credo, etsi materia sit mortalis cessante scandalo, si desit animus se obligādi, licet adsit animus promittendi. Quia tunc non videtur grauis deformitas cum non sit animus offerendi aliquid malum Deo, sed solum ore tenus offeretur; animus enim ille promittendi est fictus vbi deest animus se obligandi.

39 Rursus dubitabis, an votum irritum defectu deliberationis, aut volūtatis vouēdi, aut cuiuslibet alterius causę, reddatur validum, si postea ratum habeatur? Id affirmat *Syluester verbo Votum 2 quaestione decimatertia, per regulam Ratihabitio de regulis iuris, in sexto.* Idque verissimum est, dummodò hic ratum habēs norit, & meminerit prius votum esse irritum, & ex tunc velit illo obligari. Quod benè docet *Azor libro 11. institutionum moralium, capite decimoquinto, quaestione octaua*, & ex multis probaui libro primo de matrimonio, disputatione decimasexta numero septimo, & latius libro octauo, disputatione trigesimaseptima, numero quinquagesimonono. Quod si dubitet, an meminerit nullitatis prioris voti, aut an eam scierit, sciat tamen se habuisse solam ratificandi voluntatem, non obligat votū. Quia cū sit sola prioris voti ratificatio nulla est possessio pro voto. Ratificatio autem tanquam conditionem necessariam petit, vt valida sit, illam conditionem scientiae, memoriae nullitatis prioris voti. Ergo vbi est dubium de illa, non obligabit. Sed si dubium sit, an voluerit tātum ratificare, an denuo prorsus emittere, dicemus numero sequenti ad finem.

40 Nec sufficit, vt censeatur id votum irritum haberi ratum, quando quis dubio motus, an votum emiserit, sit que illo obligatus, vel an votum à se emissum fuerit validum, vel fuerit commutatum, in eove dispensatū, vel an illud expleverit; quò scrupulum, & anxietudinem expellat, denuo vouet, non enim tenebitur ad votum, vbi scierit priori se non esse obligatum; nisi cōstet ita se voluisse obligare, quamuis priori voto nō teneretur. Quia cum ea ratificatio ex errore processerit, non censendus est in dubio nouus se obligandi animus, sed ex falsa valoris prioris voti suppositione. Ita *Corduba summa, quaestione centesima quadragesimasexta, et centesima quadragesima septima. Manuel 2. tomo summa cap 92. nu. 7. Vega 2. tom. sum. cap. 129. casu centesimoseptimo & centesimo octauo*. Sed hanc regulam non approbo. Quia in eo euentu potius censenda est absoluta denuo se voto illo obligandi voluntas, etsi prius non obligarit; & ita in dubio praesumendum est. Quia hoc modo necesse est posterius hoc votum emitti, vt intento sedendae conscientiae fini satisfiat, & anxietudo illa expellatur. Quippe eadem prorsus maneret, si hoc posterius votum nil valori prioris adderet; sed ipso solo cū obligaret, quo prius esset validum. Deinde, quia etsi posterius votum ex errore quodam processerit, at vouens, quò se scrupulo eximeret, elegit denuo vouere, & cùm non cōstet de limitata intentione, & conditione, si prius uotum obligabat, constet autē de uoto, possessio stabit pro hoc: eò uel maximè, quod (ut dixi) finis posterioris uoti emissi petat id valere independenter à prioris obligatione. At in hoc casu admitterem eam regulam, quando uouens non motus scrupulo, aut dubio obligationis prioris uoti, sed credens ualere, & illo se obligari ac eius memor id repeteret; tunc enim si constaret illum priori nō esse obligatum, eo quòd est dubium, an emissum sit, uel est iam impletum, commutatum, uel in eo dispensatum, uel quacumq; alia ex causa eius obligatio cessauit, nec constaret de noua uoluntate iterum posterioris uoti emittendi, independenterque à priori, sed haec intētio dubia esset; crederem in hoc dubio nō fuisse animum independenter emittendi, sed solius prioris uoti ratihabendi, cuius obligationē adhuc durare falso existimabat. Quare cùm constiterit prius non obligare, nec posterius obligabit. Quia cum iam ille uoto se ligatū norit, censetur in dubio solum prius illud uotum ratum habere uelle; & ideo cum fuerit irritum ignorante ratum habendi, non censetur ratihabitio sufficiens. iuxta dicta numero praecedenti. Tādem si dubitet, an meminerit, aut scierit prius non obligare, & simul, an intenderit ratificare, aut denuo emittere, cū certus sit de hoc posteriori uoto, dubius autem de casu excusanti, obligabitur illo, & similiter si sola sit suspicio illius memoriae, & scientiae, secus si opinio, etsi minus probabilis. Vt in simili dixi, n. 36.

41 Quarta conditio ad uoti ualorem petita est, ut ea promissio fiat Deo. Quamuis enim sanctis aliqua promittantur, promittuntur ipsis in quantū Deus in illis honoratur. Atque ita promissio illa tendit in Deum. Sicut cum iuratur per sanctos, iuratur per Deum in ipsis lucentem. Vt docet, *Diuus Thom. secunda, quaestione octuagesima octaua, articulo quinto ad tertium ab omnibus receptus*. Et bene explicat *Azor lib. 11. institutionum moralium capite decimotertio fine*.

41 Hinc deducitur primò non esse uotum, sed promissionem humanam, si quis alteri dicat, promitto tibi me non amplius lusurum. Quia non fit promissio Deo. Ita *Nauarrus in summa Latina capite duodecimo, numero vigesimoquinto, Hispana capite vigesimooctauo, addit. ad nume-*

numerum vigesimumquartum, capite decimo. De huius autē promissionis obligatione satis diximus libro præcedenti cap. 15. à nu. 10.

43 Immò si quis sanctis aliquid promittat, expresso animo non se Deo obligandi, sed sancto, vt excellenti creaturæ, ea promissio nōn erit votum, nec religionis diuinæ actus sed erit instar promissionis, qua homo homini se astringit, & erit actus singularis obseruātiæ. Quod bene docet *Valentia secunda secunda, disputatione sexta, quæstione vndecima, puncto quinto, columna secunda, versic. Quod si quis fortè.*

44 Secundò deducitur, votum nullis verbis, aut externis signis ad sui obligationem indigere, sed sola mente emitti posse, in quo distat à promissione humana, quæ verbis, aut signis eget. Quia Deus, cui fit votum, intima cordis intuetur, quæ hominem latēt. Ita docet *Diuus Thomas ab omnibus receptus 2. 2. quæst. 88. articulo primo, corpore.*

45 Tandem obseruandum est, sponsionem tempore baptismi susceptionis emissam, non esse votum propriè. Atque ideo nonnulli sancti, & Doctores id votum appellantes, intelligendi sunt de voto largè, vt propositum, & fidei promissionem includit. Quia nullum est uerbum in baptismo promissionem importans, interrogatur enim baptizandus, an renunciet Satanæ, uelit baptizari, credat? Et respōdet per se, uel per patrinum, abrenuncio, nolo, credo. Quæ uerba non sunt promissionis. Et ita docent *Caietanus secunda secunda, quæstione octuagesima octaua, art. 1. secundo, ad primum, Sotus libro septimo de iustitia, quæst. prima artic. secundo, ad primum, Nauarrus summa Latina capite duodecimo, numero trigesimo primo, & alij, quos refert, & sequitur Azor libro vndecimo institutionum moralium, capite decimoquarto, quæstione tertia.*

CAPVT II.

Qualiter error, vel ignorantia, vel mutatio circa voti substantiam, eiusve circumstantias, aut circa vouendi causam, auferat voluntarium, vt votum valeat necessarium; aut ne eius obligatio cesset per illum errorem, aut rerum mutationem, aut causæ cessationem.

SVMMARIVM.

Error, & ignorantia quotupliciter contingant, et quando sunt circa voti obligationem, an votum obliget, n. 1.

Ignorantia alia est negatiua; alia positiua, n. 2.

Quæ sunt substantiales circumstantiæ, & quæ accidentales rei promissæ, n. 3.

Qualis error irritet professionem, aut vota biennij Societatis Iesu, n. 4.

Quæ quæstiones tractandæ sint, n. 5.

An ad inducendam obligationem, vel ab ea eximendum, sit spectandum, quid hic faceret, vel non faceret, si prauidisset, & hoc si velle, aut nolle sub conditione, numer. 6.

An ad id exigatur aliquis de præsenti in voluntate, saltem virtualis, quo vellet, aut nollet illud, n. 7.

An voluntas vouendi conditionaliter, & dependenter à tali circumstantia, vel euentu, colligatur ex errore, aut scientia substantiæ rei promissæ n. 8.

An hæc voluntas deducatur ex fine vouentis, n. 9.

Ignorantia negatiua circa rem promissam, an irritet votum, nu. 10.

Quid quando est error positiuus circa ipsius substantiam, & circa circumstantias, vel minoris momenti, numero 11.

An sint res hæ, circa quas erratur, magni vel parui momenti, non considerantur absolutè, sed respectu materiæ promissæ, n. 12.

Quid si dubium sit, an res in qua erratur, sit notabilis, aut sit spernenda, aut suspecta n. 13.

Quid si error sit vincibilis, n. 14.

An dum tantùm erratur circa circumstantias accidentales, tunc votum obliget etiam quoad circumstantias, numero 15.

An valeat votum si sit errans, aut errans ita affectus sit, vt si non erraret, voueret, n. 16. Et quidem dubio, vel suspicione, aut opinione? ibidem.

Error circa voti substantiam irritat illud etiam, quoad accidentia cognita, n. 17.

Post num. 17. inuenies alia summaria.

1 QVadrupliciter potest accedere error, aut ignorantia. Primò, circa rei promissæ substantiam, & substantiales ipsius circumstantias. Secūdò, circa circumstantias accidentales. Tertiò, circa vouendi causam. Quarto, circa voti obligationem. Et de triplici priori errore, aut ignorantia est tractandum in hoc capite. Nam cap. præcedenti numero vigesimo sexto diximus de errore circa voti obligationem. Rursus hæc ignorātia, aut error potest esse, vel circa antecedentia, comitantia verem promissam tempore, quo votum factum est, vel circa post euenientia, quæ ex rerum mutatione consurgunt. Quippe horum omnium ignorātia potest esse inuoluntarij causa.

2 Secundo obseruandum est, duplicem posse esse ignorantiam, quædam est merè negatiua, quæ est nescire, seu non aduertere. Altera est positiua, quæ errorem continet.

3 Tertiò obseruandum est, quæ dicantur substantiales circumstantiæ rei promissæ, & quæ accidētales. Et quidem sicut ad substantiam emptionis & venditionis, locationisque (vt optimè ait *Vasquez 1. 2. quæst. 7. artic. 4. disput. 30. c. 4. nu. 18.*) pertinet non sola rei venditæ, aut locatæ substantia, sed etiam ipsius qualitates. Quia per venditionem alienatur quidquid in re vtilitatis est, in emptoremque transfertur & in conductorem trāsfertur vsus substantiæ rei, & ipsius vtilitatum. Ita ego intelligo, quod attinet ad præsētis quæstionis decisionem ad substantiam voti non solā rei promissæ substantiam pertinere, sed etiam difficultates executionis illius, quę sunt notabiles, ac maiori consideratione dignæ. Quia substantia rei promissę cum circumstantijs, & difficultatibus vndecunque prouenientibus vouetur, & vt causa inuoluntarij sint, quādo in illis erratur, id solum attenditur, an sint notabiles, ac maiori consideratione dignæ, quàm existimabatur à vouenti, vndecumque id proueniat. Illæ autem dicuntur accidentales, quæ non sunt magni momenti, nec notabiles.

4 Quarto obseruandum est, quæstionem hanc procedere de voto simplici. Nam libro decimo de matrimonio, disputatione nona à numero decimo octauo vsque ad vigesimumtertium probaui, votū solemne per nullum errorem irritari, nec cessante causa finali cessare, tantumque irritari, quando ēst in ipsa religionis substantia. Sicut matrimonium solus personę error irritat. Atque idem sentio de votis, quæ religiosi Societatis Iesu emittunt transacto probationis biennio. Cum enim per illa veri religiosi constituantur, ineantque matrimonium spirituale cum Christo, veluti per professionem, per solum errorem reddentem irritam professionem possunt irritari.

5 Vt ergo clarè procedamus in quæstione difficillima, tres sunt quæstiones agitandæ. Prima est, de ignorantia, vel errore circa voti substantiam, vel quascumque eius circumstantias existentes tempore voti.

Secun-

Secunda est, de superuenientibus ob rerum mutationem. Tertia de errore circa causam vouendi, quæ vel erat falsa tempore voti emissi, vel quando postea cessauit an cesset voti obligatio.

6 Prima ergo quæstio est. An ignorantia, vel error circa substantiam, & circũstantias rei promissæ in ipsa iuuentas tempore quo votum emissum est, auferat necessariã ad votum deliberationem, ac proinde ipsum irritet? Et idquidem præmittendum est, ad inducendam obligationem, vel ab obligatione contracta eximendum, nõ tñ spectandum esse, quid hic faceret, aut non faceret, si præuidisset. Quare optimè ait *Vasquez 1.2.q.7.art.4.disp.30.c.4.nu.25.& 26.* non valere hanc consequentiam, agens si talem conditionem sciret. Ergo actio eius inuoluntaria fuit, & proinde non obligans. Quod idem docet optimè *Valentia 2.2.disp. q.6.puncto 4 col.2.conclu.4.* probans longè aliud esse hominem ita quidpiam velle, vt si nosset, quandam circumstantiam aliter se habere, non id voluisset, & aliud velle id conditionaliter, si talis circumstantia adsit, & non aliter. Prior nãque voluntatis modus non semper inducit, vt simul ille enã id nolit circumstantia aliter se habente, sed tantummodo forè, vt nollet, si id nosset. At posterior includit expressum actũ, quo quis non vult, circumstantia illa, aut conditione aliter se habenti. Quia semper actus esset inuoluntarius, & conditionalis, quoties si quis sciuisset circũstantiam, noluisset: nil ferè ratum, & firmum esset in commercijs humanis. Siquidem illud, si sciuissem, ferè semper locũ habet in hominũ consilijs, vtpotè qui non oẽs circumstantias norunt. Et rationem à priori reddemus nu.8. & 10. & exemplis ibi allatis constabit. Et tenet *Caiet. & Sot. quos eo nu.10. referemus.*

7 Hinc deducitur, ad obligationẽ, vel liberationẽ necessariò debere esse actũ aliquem de præsenti in voluntate, saltem virtualem, quo voluntas velit, aut nolit illud. Quod exemplis cõstabit. Sicut non sufficienter colligitur dispositum esse à testatore, vel ab alio aliquid, ex eo, quod certissimũ sit forè, vt si aduertisset, ita disposuisset, sed requiritur, vt ex verbis dispositionis ita deducatur fuisse disponentis voluntatem. (Vt ex multis probaui li.7. de matrimonio disputatione, 90. nu. 11.) Atque ita optimè *Molin. to.1. de iust. disp.269. col.2. concl.1.* ait, vt donatio sit nulla tanquam inuoluntaria defectu causæ, exigi adesse tempore donationis actualem, aut quasi habitualem voluntatem non aliter donandi, & vt donatio aliter facta sit nulla. Item, quia nullus dicet excusari quempiam a rei alienæ restitutione, ex eo, quod sciat petitã à creditore remissionem concedendam esse, aut licere furari, eo quod sciatur fore, vt dñs rei daret petenti. Sed oportet, vt moraliter sciatur dñm illius rei per virtualem voluntatem actu velle remittere, vel transferre dominium, etsi mallet licentiam peti. Quare optimè *Nau.* hoc explicuit *summa c.17. Latinè nu 132. Hisp. nu. 123.* agens de nemorum custodibus permittentibus aliquos cædere ligna, dicens non sufficere ad custodes excusandos, scire concedendam cędenti a domino licentiam, si ea peteretur; sed oportere nosse placituram domino illam lignorum cæsionem.

8 Quod si petas, ex quib. deducetur hæc volũtas actualis, aut virtualis vouendi, sic quasi conditionaliter, vt non aliter vouens obligari velit, nisi existenti illa circũstantia, in qua errat, vel nõ obligandi se tali casu occurrenti, vel ad talem euentum. Duplex regula assignari potest. Prior est deducta ex ipsius actionis substantia. Attẽdenda est ipsa actionis substãtia, & si illa nõ ignoratur, actio non est inuoluntaria, etsi erretur circa aliquas circumstantias accidentarias quamuis secluso eo errore actio illa non fieret. Hæc docet optimè *Vasquez 1.2. quæst.7. ar.4. disput.30. c.4. nu.25. & 26.* Et varijs exemplis probat. Vt si quis eleemosynam pauperi erogget ignorans suum esse inimicum, nec id sciens largiturus, valet eleemosyna. Quia ad eius substantiam sola recipientis paupertas pertinet, in qua non erratur. Circumstantia autem inimicitiæ ignorata est accidentaria. Et ratio est, quia ignorantia, & error ea sola inuoluntaria reddunt, in quæ cadunt. Cum ergo actionis substantia sit potissimum quod in ea spectatur, circumstantiæ autem accidentariæ pertineant ad eam secundum quid, quando substantia est cognita, etsi hæ circũstantiæ ignorentur, actio est simpliciter voluntaria, etsi inuoluntarium secundum quid immixtum habeat. Id etiam constabit ex dicendis nu.10.

9 Posterior regula deducitur ex potissimo vouentis fine, ex eo enim eius voluntas declaranda est. Quod constat, quia ideo communis sentẽtia tradit legem ex proœmio intelligendam (vt diximus lib 1. de matrim. disputat. 37. nu. 3.) quia in eo finis legislatoris, eiusque intentio declaratur. Cum ergo votum sit quædam lex priuata ex vouentis voluntate consurgens, & iuxta illam vim obligandi habeat, dum de expressa voluntate non constat deducenda erit ex potissimo vouentis fine, quo ad eam sibi legem imponendam ductus est. Cuius exempla subiecimus lib. præcedenti cap 18. a nu. 5. vbi in varijs casibus diuersimodè intelligi iuramenta, & vota non ludendi, iuxta varios iurantium, & vouentium fines explicuimus.

10 His præmissis, prima cõclusio sit. Ignorantia vouentis merè negatiua quæ, nempè, est absque positiuo aliquo errore circa rem promissã, non irritat votum. Hoc est vouentẽ non penetrare quod promisit, & difficultates in eo contentas, quas si omnino penetrasset, aut aduertisset, aut fuisset expertus, nequaquam vouisset, non eximit a uoti obligatione. Quia ea, quæ non satis penetrauit, & quæ in particulari non erat expertus, sunt quæ in promissione continentur, annexaue rei promissæ sunt, ac proinde ea oĩa promisit, sibique imputet rem nõ satis expensam, & cognitam se promisisse. Præterea, quia ex eo, quod his difficultatib. cognitis non uoueret, rectè colligitur id votum non emittendum, nec fore voluntariũ ijs cognitis at postquã absolutè, & absque aliqua conditione uouit, nec ad vouendum ductus est ex earũ difficultatum ignorantia, uotum est absolutè voluntarium. Et sicut contrariæ circumstantiæ ignoratarũ non concurrerunt ad votum, nec illius causa fuere, ita nec ea ignorantia eiusmodi circumstantiarum, quæ disponentem retraherẽt a vouendo, id reddit inuoluntarium, ac proinde est validum. Tandem, quia voti valor non petit omnium difficultatum considerationem, sed deliberationem ad mortalem culpã sufficienti contentus est. (Vt diximus cap. præcedenti num.2.) Et ideo Doctores ibi citati faciũt pro hac parte. Et in proprijs terminis docent *Caiet. 2.2. q.88 art.3. col penult. versic. Ad hoc dicitur, quod de voto, & in summa, verbo Votum 2 pen fi. & ibi Armil. nu.11. Sot. lib.7. de iust. q.2. art.1. ad 3. versi. Ex his, quæ Molina to.2. de iust. disput.272. col.5. versi. Quartum valdeque.*

11 Secunda cõclusio. Si sit positiuus error circa promissæ substantiã, id est, circa difficultates magni momẽti, notabiliterque existimationem vouentis superantes, quib. cognitis non vouisset, uotum est inuoluntarium, & irritum. Secus si sit circa accidentarias circumstantias, id est, q̃ non sunt magnæ considerationis, nec excedunt notabiliter uouentis existimationem. Hæc cõstat ex dictis num 8. vbi probauimus solum priorem ex his erroribus reddere actum inuolũtarium, ac proinde irritum. Et docent *Sot. lib.7. de iust. q.1. art.2. col.6. vers. Sciscitaris autem. Aragon 2.2. q.88. art.1. fol.966. col.2. vers. Infero tertio, & fol.967. col.1. in solutione ad confirmationem tertij. Lud. Lopez 1. p. instructorij c.56. fi. Man. 2. to. sum. c.92. nu.4.* Exẽplum huius adhibet *Sotus*, vt si quis deceptus ab alio circa obseruantiam delectus ciborum in aliqua religione, aut ieiuniorum, aut alicuius ualdè difficilis, eam uoueret, minimè uoturus secluso errore uotum non obligat, secus si circa alia minutiora decipiatur. Rursus exemplum adhibent *Sotus, Manuel, & Aragõ*, si quis aliũ fallat, dicens Romam nõ longè distare,

transit, suspendetur pro tunc voti obligatio; at eo tempore transacto, quãdo cessat ille defectus materiæ, redibit voti obligatio. Vt de materia bona factã indifferenti diximus num. 50. Et quando fit mala ad tempus, aut maius bonum impediens, sit exemplum. Promisit quis ieiunare oĩbus sextis ferijs, occurrit aliquid maius bonum, vt illis diebus ministrare in xenodochio pauperibus eius ministerio valde indigentibus, quod non stat simul cum ieiunio, vel incidit in morbum indigẽ tem esu carnium, vel indiget suis operis cum ieiunio incompossibilibus ad parentibus, aut suæ familiæ subueniendum, vel soluendum creditoribus, si mutatio hæc materiæ perpetua sit, omnino cassabitur voti obligatio. Si autem sit ad tempus, pro eo non obligabit; at cessantibus his impedimentis tenebitur in posterum votum seruare. Quia eadem est ratio, ac de impossibilitate superuenienti.

25 Nec superueniẽnti impedimento, & si perpetuo absque vouentis culpa, quia non fuit in mora, tenetur vouens per alium implere votum personale; vel in aliud commutare, quodcũque votũ sit. Quia non se obligauit ad implendum per alium, nec ad procurandã commutationem, sed ad implendum per se ipsum; qd intelligitur, quamdiu id possibile sibi fuerit. Nec obstat. *cap. Quod super his, de voto*, vbi deciditur iniungendã esse cõmutationem laborantibus impedimento perpetuo. Quia respondẽt. *Abb. Angelus, Syluest. statim allegãdi*, id non fuisse verum impedimentum reddens impossibilem voti executionem, sed reddens eam difficiliorem; quæ difficultas non excusabat. Et ita tuentur *D. Thomas & Turrecr. nu. precedenti allegati. Inno. c. Licet, initio, de voto, & ibi Hostiens. n. 6. Abb. n. 13. & c. 1. n. 4. eodem tit. Abulensis c. p. 13. Num quast. 54. D. Anton. 3. p. tit. 11. cap. 1. §. 5. Ang. verbo Votum 3. num. 7. Syluest. verbo Votum. q. 6. & 18. Nauar. summa c. 12. n. 55. Azor li. 11. institu. moralium cap. 15. q. 12. Manuel. 2. to. summe cap 99. nu. 10.*

26 Hoc tamen limitatur, nisi vouens, vel iurans tempore voti, vel iuramenti certus erat fore, vt in perpetuum non posset votũ illud, aut iuramentum implere. Tunc enim ne votum, & iuramentum ridicula sint & ne hic censeantur irridere, censendum est fuisse animum obligandi se ad implẽdum per alium, nisi aliud de eius mente constet. Ita docent, *Abbas eo. c. licet, nu. 13. Angelus eo. n. 7. Syluest. ea. q. Nauar. & Manuel nu. praecedenti allegati*. Et quamuis *Hostiẽsis ibi relatus* indistinctè hoc afferat, quoties vouens, vel iurans norant se esse impeditos. At meliùs *Abbas, Angelus, & Syluest.* id dixisse tũm esse verum, quando norant impedimentum fore perpetuum. Et addo, nec ad id teneri, quando non certi, sed dubij de perpetua impedimẽti duratione erant. Quia tunc non essent hæc ridicula, sed intelliguntur si fortè aliquando id impedimentum cessarit.

27 Quod si vouens, vel iurans fuerint in mora soluendi, & ita culpa sua in eam impotentiam inciderint, tunc aiunt quidam teneri eos per alium implere, aut commutationem procurare; ne ex culpa sua lucrum exemptionis ab ea obligatione reportent. Ita *Abbas eo. cap. licet, n. 14. D. Anton. & Angelus n. 21. allegati*. Et faciunt pro hac sententia *Ricardus. 4. d. 38 art. 5. q 3. ad 1. & ibi Carthusianus q. 2. §. Quartum* vbi dicunt teneri hunc ad aliquam compensationem. At verius est, nilque ad hoc referre, siue culpa sua, siue absque culpa in eam impotentiam inciderint. Quare quando culpa sua inciderunt, tantum tenentur de præterita culpa pœnitentiam agere, ac propositum implendi habere, si fortè aliquãdo impotentia cessarit. Quia non aufertur res ex iustitia debita, sed ex religione; cuius transgressio obligationem restituendi non inducit. Et pro hac sententia sunt *D. Thomas 2. 2. q. 88. art. 1. ad 1. & 4. d. 38. q. 1. artic. 3. quæstiuncula 1. ad 1. Turrec. 27. q. 1. in summa, artic. 4. ad 3.* vbi dicunt hos teneri ad dolendum de peccato, & nullam aliam satisfactionem expresserunt. Et tenent expresse *Syluest. Nauarr. & Manuel numerò 2. 5. allegati. Abulensis cap. vlt. q. 20. Num q. 48. fine. Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 6. puncto 4. columna 8. versic. circa huiusmodi.*

28 Sed quid, si id votum esset in fauorem alicuius operis pij, aut pauperis, & esset eis intimatum ab illisque acceptatum. Vt si illis qui promisisset certum equum, & iam implere nequit, eo quod alteri eum vẽdiderit, aut post quam fuit in mora, iam perierit? Eadem est de hoc difficultas, ac de promissione homini facta & ab eoque acceptata, quia vltra votum est promissio illi homini facta. Et quidem asserẽtes promissionem factã ex sola fidelitate obligare (quos retuli l. 1. de mat. disp. 9. n. 17.) censebunt hunc nõ teneri ad interesse, & damna inde sequuta, vtpote qui nõ legis iustitiæ, sed solius fidelitatis transgressor est. Et in proprijs terminis docet *Enriquez lib. 13. de excom. c. 1. n. 5. & 6. Franciscus Garcia de contract. 1. p. c. 3. fol. 18.* At dicendum est teneri hunc restituere. Quia hæc promissio obligat ex iustitia. Vt ex multis probaui ea disputatione num. 10. Et ita docent *Molina li. 5. de sacrorum hominum contin. c. 132. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 180. vers. Insuper res vni. Molina to. 2. de iustit. disputat 273. col. 4. notabili 1.*

29 Tertio deducitur, quod dicendum sit de difficultate noua superuenienti, an excuset à voti, vel iusi obligatione. *Abbas cap. Non est, nu. 5. de voto*, id negat concedit tamen esse causam facilius dispensandi. Et idem docet de promissione iurata *Allegato Ludouico Lopez Manuel. 2. to. summa c. 27. nu. 1.* Sed contrarium tenent, *Glo. c. capite. Non est, verbo authoritate. Hostiens. summa tit. de voto, n. 3.* Sed vtraque sententia concilianda est iuxta dicta num. 11. vt posterior vera sit quando difficultas superueniens non erat intrinseca rei promissæ, & in ipsius substantia inclusa sed est noua, notabilemque mutationem in re promissa, aut iurata faciens, quæ si est temporalis, suspendit pro eo tempore, quo durat, obligationem. Si vero ea perpetua, oino aufert. Ratio est, quia ea notabilis mutatio facit, vt in eo euentu sint votum & iuramentum inuoluntaria; (Vt eo. num. 11. probaui.) Et iuramentum promissioni addi tum recipit omnes illius conditiones. (Vt dixi lib. præcedenti c. 17. num. 13. Quare optime, *Molina tom. 2. de iustitia, disputat. 272. col. 5. notabili 3.* ait omnem rerum mutationem à promissione deobligantem, deobligare quoque ab illa iureiurando confirmata. Item, quia iuramentum intelligitur rebus non mutatis. Vt probaui hoc c. nu. 20.) Prior autem sententia est vera, quando difficultas non est ita grauis.

30 Quarto deducitur, eum, qui adolescentiæ tempore vouit religionem, nunc autem est ita senex, vt viribus ad religionis onera subeunda destitutus sit, esse à voti obligatione liberũ. Quia est notabilis mutatio rei promissæ respectu huius. Ita *relato Victoria tenet Ludouicus Lopez 1. p. instructorij capite 41. columna 1. versicul. Sed de illo.* Et satis fauet *Sotus libro 1. de iustitia, quæstione 7. artic. 3. col. 6. versi. At si percontetur.* vbi ait, si postquam quis ire Hierosolymam, aut religionem ingredi vouit, accidat perpetuus morbus, aut debilitas impediens, eũ à voto excusari. Quod intelligo quamuis hic sua culpa votum tempore inuenturis non implerit, prout tenebatur. Quia quo ad hanc obligationem in posterum exequendam nil hoc confert. Cum moralis impossibilitas exequendi nunc adsit ratione prædictæ mutationis. Nec tenetur illud commutare; sed de præterita negligentia dolere. Iuxta dicta numer. 27. Nec etiam ob eandem rationem tenetur ad id, & si monachi eum admittere velint.

31 Quinto deducitur, non obligare promissionem homini factam, quãdo ea superuenit mutatio, vt res promissa noceat magis promittenti, quam sit vtilis ei, cui promittitur. Vt si aduocatus suum patrocinium in aliqua causa promiserit, & superuenit morbus proprij filij, cui necessariò debet subuenire, nec subueniendo potest

potest promissionem seruare, non tenetur ad illam. Quia hæc difficultas superueniens censentur magni momenti in ordine ad promissionem illam. Ita *Caiet. 2.2.q.113.ad 3. rem paulo ante solutionem ad 1. Naua. summa Ital. cap.18 num.4.* Quod est verum, etiam si ea promissio sit iureiurando confirmata, iuxta ea, quæ n. 29. diximus.

32 Sextò deducitur, ratione ingratitudinis superuenientis de obligare promissionem homini factam. Cum etiam donatio perfecta possit rõne illius reuocari, *l. fi. C. de reuocand. donat.* Et tradunt *Sotus lib.7. de iust. q.2. art.1. ad 1. vers. Respondetur, quod non accepit. Mercado lib.6. de contractibus c.16. Franciscus Garcia de contract. 1. p. c.3. Aragon 2.2. q.88. art.3. fol.991. col.1. Molin. t.2. de iust. disp.272. ad fi.* Et hoc est verum, etsi ea promissio iurata sit, iuxta ea, quæ diximus n.29. Et hac ratione li. præcedenti c.17. n.16. probauimus non seruanti fidem non esse seruandam etiam iuramento firmatam.

33 Demum duo obseruanda sunt. Prius est, si eo affectu quispiam esset tempore voti, vel iuramenti, vt nulla sit tuta iterum mutatione præuisa retraheretur à vouendo vel iurando, tenetur quacumque mutatione sequuta, dummodò possibilis maneat res promissa, & legitima voti, vel iuramenti materia. Vt in simili diximus numero 16. ob rationem ibi traditam, vbi etiam diximus in dubio nō præsumi velle quempiam se obligare hac notabili rerum mutatione sequuta. Quando aũt promissio esset homini facta, oporteret ne ratione huius affectus possit dictis mutationibus superuenientibus reuocari, vt is affectus sit illi homini intimatus verbis, aut signis, & promissio sic acceptata ab illo fit. Ratio est, quia promissio illa absolutè facta potest superuenientibus dictis mutationib. reuocari. Ergo vt nō possit, minimè satis est illa internus affectus. Quippe promissio homini facta, etiam si iuramento firmetur, in tantum obligat, in quantum ab homine illo, cui fit, acceptatur. Vt probaui li.1. de matrim. disput.6. per totam.

34 Posterius est, quoties est dubium, aut suspicio, an mutatio sit tanta, vt de obliget à voto, vel iuramento, vel promissione, iudicandum est in fauorem horum vinculorum, & proinde ea obligare. Vt in simili dicemus n. vltimo, & in simili etiam diximus n.23. Et insuper est specialis ratio in hoc casu; quia cum constet de voti emissi valore, & solùm dubitetur, an ita materia promissa mutata sit, vt maneat apta voti materia, tūc vtraque hu. . dubij pars est in Dei fauorē, & illud tantum quæritur, quid sit illi gratius, & nulla illius cōtradictio nis pars est in vouentis fauorem directè, & per se loquēdo. Quia tantum dubitatur, an Deus acceptet, vel non acceptet materiam sic mutatam. Quando verò in rei debitæ solutione tota dubij ratio cōsurgit ex dubia creditoris voluntate, eligenda est ea pars, quam creditor vult magis eligi. Deus vero semper magis eligit, nō omittatur res promissa absque dispensatione in huiusmodi dubijs. Quia hoc magis in eius honorem tanquam tutius, & melius. Item, quia quādo de præcepto constat, & est dubium an adsit legitima causa excusans, obligat præceptum, vtpotè quod in eo dubio possidet. Vt probaui lib.1. huius summæ c.10. nu.9. Cum ergo obligatio voti in hoc casu certa sit, & dubia excusatio ob mutationem materiæ ex apta in ineptam, vel in notabiliter difficiliorem, vel vndecumq; alias notabiliter mutetur, dicendum est in dubio huius mutationis obligare præceptum illud voti, iuramenti, promissionis ve humanæ implendorum. Hinc tamen excipiendum est, nisi ea materiæ mutatio accidat. vt dubium sit, an in eo euentu sit bona, an potius mala, vel notabiliter corporali promittētis saluti nocens, in hoc n. dubio, qñ præmissa sufficienti diligentia vinci non posset, dèobligatur uotum, iurm, & quæuis pmissio. Quia stante hoc dubio est peccatum sic operari. Tandem, qñ sunt opiniones in utrãq; est ut libet et minus probabili adhærere. Vt in . . . dicemus nu. vltimo.

SVMMARIVM.

An quando causa vouendi, vel iurandi, coincidit cum re promissa, vel est pars ipsius, error circa causam irritet votum, & iuramentum, nu.35.
Quid, quando non coincidit, & est error circa illam, vel post cessat, Refertur duplex sententia, numero 36. & 37.
Quid sit causa finalis, & quid impulsiua, nu.38.
Causa impulsiua est etiam finalis, & quotuplex est finis, num.39.
Quando quis vouet principaliter ob aliquam causam, & minus principaliter ob aliam, an vtraque sit finalis, nu.40.
An idem possit esse causa finalis respectu circumstantiæ, & impulsiua respectu voti principalis, nu.41.
Cessante finali voti, vel iuramenti causa, hoc cessant: secus solùm impulsiua cessante, nu.42.
Explicatur textus c. Magnæ de voto, nu.43.
Quid, si causa cesset culpa vouentis, vel iurantis, num.44.
Quod, si à principio erretur in causa finali, & quo tempore verificari debeat, vt obligent votum, & iuramentum, num.45.
Quid, si error sit vincibilis. nu.46.
Quid, si plures sint causæ, & vna deficiat, nu.47.
Quid, si mater pro filij salute aliquid promittat, & antea ille moriatur: vel si quis falsò existimans se aliquod beneficium à Deo recepisse, aut institutum haredem, aliquid vouat, num.48.
Quid, si finis voti principalis sit verus, at circumstantia falsus, num.49.
An si causa principalis à principio fuit falsa, vel si fuit vera, cessauit iam, ita irritetur votum, vt ille postea existenti vera non conualescat, nu.50.
An defectus causæ reddat faciliorem dispensationem, numero 51.
Quid, si dubium sit, an causa cessant. vel in qua est error, sit finalis: aut de hoc sint opiniones, nu.52.

QVÆSTIO Vltima. An error circa causam iuramenti, uel uoti, reddat ea irrita; aut ipsius causæ postea cassatio efficiat ipsorum obligationem cessare. Et (ut dixim⁹ num. 4.) non agimus de professione, aut de uotis constituentibus quempiam religiosum in Societate Iesu, de illis enim ibi diximus. Sed sermo est de alijs uouis Simplicibus. Et quidem causa uouendi, aut iurandi aliquãdo eo incidit cum re ipsa promissa, aut est pars ipsius. Vt quando quis promittit, uel iurat peregrinationem, Impulsus desiderio ferendi laboris itineris. Et quãdo est error circa hanc causam, idem dicēdum est, quod diximus n.11. de errore circa rem promissam. Aliquando uero causa non coincidit cum re promissa, nec est pars illius. Et de hac est quæstio præsens.

36 Quæstionem hanc communiter disputant Doctores, in eo euentu, in quo causa uoti erat tempore pmissionis uera, & postea cessauit. Quando autem erat tūc falsa, & putata à uouente uera, ac proinde eo errore ductus uouit; neminem disputantem inueni præter *Ancharanum c. Magnæ n.13. notabili 15. de voto*, ubi inter utrumque modum id discrimen statuit; ut si tempore uoti emissi causa fuerit falsa, non obliget uotum; secus si tūc fuerit uera, & post cessarit. Ducitur, quod in priori euentu votum caruerit principio obligationis, & ideo non mirum, si ex defectu illo reddatur irritum. At in posteriori fuit semel efficax: ac proinde defectu causæ superueniens id irritare minimè debet. Quippe facilius impeditur rem ualidè fieri, quàm semel ualidè facta ualore suo destituatur. Et quoad priorē partem fauet ei *Molina to.1 de iust. disp.109. columna 3. vers. Hoc loco*, ubi ait præsumendum esse non esse promittentis animum, intendere se obligare ad promissa euenienda, non existente causa, à qua quis promotus est ad pmittendum. Et ideo ait regulariter esse irritas promissiones ex causæ errore procedentes.

37 Quando autem à principio causa uoti extitit, ac pro-

quinto explicabitur quintâ conditio tangens voti materiam.

2 Circa primariam conditionem, quamuis aliqui sense rint ad voti naturam exigi plenam, & maturam deliberationem, ac proinde minimè sufficere eam, quæ ex iracundiæ calore procedit: quos retuli libro primo de matrimon. disputation. octaua, numero quarto, eorumque rationes solui numero vndecimo. Dicendum tamen est, sufficere, & exigi deliberationem plenam, non quæ sit diuturna, & matura, sed vt distinguitur contra motus primo primos, in quibus nulla est libertas, sed absque vlla deliberatione res obiecta statim placet, & etiam vt distinguitur contra motus secundò primos, in quibus est sola semiplena deliberatio, & imperfecta libertas ad solam venialem culpam sufficiens: sed exigitur ea deliberatio plena, quæ sufficiens est ad culpam lethalem contrahendam. Quare si quis ira, aut alio passionis motu percitus voueat, si tanta est passio, vt rationis iudicium obtenebrarit, & deliberationem ad mortale requisitam impedierit, ita vt si in eo subdito motu hominem interimeret, liber esset à mortali, non valeret votum defectu deliberationis. Si autem non ita deliberationem impedit, quin homicidium illud tunc admissum esset mortale, votum valeret. Hanc sententiam probaui, eiusque authores retuli ea disput. 7. n. 5.

3 Vt autem adsit deliberatio hæc ad mortale, & subinde ad votum requisita, opus est vouētem præmeditari passionem illam ad vouendum impellentem, & finem quo ducitur: idque conferendo illud, de quo deliberat cum eius opposito. Quippe alias non est simpliciter & plenè libertas. Nec tamen mora temporis ad hoc desideratur sed momēto fieri potest. Nec exigitur ut deliberatio tempore præcedat, sed solo naturæ ordine votum. Vt probaui eo libro primo, de matrimon. disp. 8. n. 7.

4 Hinc deducitur primo, raro admodum vota ex defectu deliberationis desinere obligare. Quod de promissionibus externis, de quibus est eadem ratio, ac de voto, affirmat *Molina tomo secūdo de iustitia, disputation. 267. initio*. Sicut raro etiam res gesta, aut dicta mortalis liberatur ea culpa defectu deliberationis.

5 Secundo deducitur, quamuis verè amentes possint validè vouere, aut iurare, secus tamen esse de mente captis non omnino rationis vsu destitutis, quos vulgo *tontos o a'ontados* appellamus. Vt probaui libro primo, de matrim. disput. octaua, numero decimo quinto. Similiterque validè vouent, aut iurant, qui in vna, aut altera materia delirent, cum in omnibus ferè rebus sint rationis participes. Hos enim validè contractus, & matrimonium inire posse probaui latè ea disputatione octaua, numero vigesimo tertio. Similiterque omnino amentes, si lucidis interuallis gaudeant, possunt tempore lucidi interualli validè uouere. Vt de aliis contractibus probaui ea disputatione octaua, numero decimo sexto. Et similiter si quis ebrius sit; ut rationis usu omnino orbetur, nequit ualidè uouere, aut iurare. Secus si semiebrius sit, ita ut rationis usu sufficienti ad mortales audeat. Vt probaui in aliis contractibus ea disputatione octaua, numero decimo nono.

6 Sed dubitabis, an sat sit deliberatio uirtualis. *Angles floribus secunda parte quæstione vnica de voto, artic. primo, difficul. tertia, conclusione quarta*, ait non sufficere. Sed libro primo de matrimonio, disput. octaua, num. uigesimo primo; sic distinxi. Si ea sit deliberatio uirtualis, qua uotum est uolitum in seipso, ualeret utique. Vt si quis deliberate incipiat cærimonias ad professionem præuias uero profitendi animo, etsi tempore professionis non habeat plenam deliberationem, & aduertentiam, propter animi perturbationem, uel attentionem ad alia, ualeret professio. Secus autem esse dixi de uirtuali deliberatione, quia non censetur uotum in seipso uolitum. Vt si ante ebrietatem præuideret quispiam, vel ante somnum, se ebrium factum, aut dormiētem, vota aliqua, vel iuramenta emittere, nec id caueret: non essent valida. Quod ibi probaui, & Doctores retuli. Et de sola hac posteriori deliberatione virtuali videtur loqui *Angles*; & ita rectè ait eum, qui ex iurandi, aut vouendi consuetudine, iuramenta promissoria, aut vota emittit absque sufficienti deliberatione, nec eam consuetudinem cohibet, neutiquam *illis* obligari. Quia non sunt in se volita. Et ego addo, si quis ad locum professioni, aut cuicunque voto emittendis destinatum, vadat animo emitiendi, & cœperit cœrimonias, non valitura hæc, si postea non sui compos, sed amens, aut ebrius factus, aut dormiens hæc emittat. Sicut non valeret, si ita baptizaret, absolueret, aut consecraret. Quia cum voti tempore sit iam incapax actus humani eliciendi, censetur pro tunc suspensa prior illa voluntas virtualis; & ideo illa vota nec in se nec virtute prioris actus censentur virtute volita.

7 Rursus dubitabis, an deliberatio semiplena sufficiens ad solam culpam venialem, satis sit vt votum, vel iuramentum ea emissa obligent sub veniali. Affirmare videntur *Paludanus quarta. distinctione trigesima octaua, quæstione prima, articulo primo, numero octauo, & Diuus Antoninus secunda parte titulo vndecimo, capitulo secundo initio notabili sexto*, dicunt enim votum fictum non obligare ad peccatum perfectum, quasi censeant obligare ad imperfectū, quale est veniale. Idē videtur docere *Nauarra summa capitul. duodecimo, numero vigesimo quarto*, vbi ait sufficere ad votum deliberationem sufficientem ad meritum vel peccatum lethale. At ad meritum imperfectū satis est ea imperfecta deliberatio. Et potest hæc pars probari. Quia non est de voti essentia vt sub mortali obliget. Vt constat in voto rei minimæ. Insuper quia eadem est virtutis proportio in promissione perfecte deliberata ad perfecte obligandum, quę in deliberata imperfecte, ad imperfecte obligandum. Tandem quia imperfecta deliberatio satis est ad culpam, & meritum imperfecta. Cur ergo non sat erit ad imperfectam voti, vel iuramenti obligationem?

8 At probabilius est non sat esse. Ducor, quia vt homo disponat de suis actionibus, sibi vel alteri obligationem imponens, necesse est, vt tanquam perfectè, & obsolutè dominus, de illis disponat. Nec enim actionibus imperfectis, & semiplenis videtur quis se obligare uelle. Quod secus est, vt aliqualiter prœmio, aut pœna afficiatur: satis enim est rectitudo in opere, aut defectus quouis modo libera. Quod expresse sentire communiter uidentur Doctores, cum absolute eam deliberationem ad uotum petant, quæ ad mortale necessaria est. Et expressius uidetur tenere *Sotus libro septimo, de iustit. quæstion. prima, articulo secundo, columna quinta*, ubi ait per motum, in quo sola uenialis culpa esse potest uotum non firmari. Eiusdem sententiæ uidentur *Maior in quarta, distinction. 38. quæst. prima paulo post principiū. Viguerius libro institutionum c. quinto, §. 5. versic. decimo quarto. Aragon 2. 2. quæst. 88. articulo primo, folio 966. columna secunda conclusion. prima Molina tom. secundo, de iust. disput. 267. initio. Toledo libro quarto summa cap. 17. nu. 4. Manuel 2. to. summæ cap. 92. nu. primo*, ubi dicunt non ualere uotum, nisi deliberatio ad mortale sufficiens adsit. At si obligaret ad ueniale, ualeret utique. Et clarius *idem Aragon eo articulo primo, fol. 966. columna prima*, ubi ait deliberationem ad ueniale sufficientem non sat esse ad uotum. Et clarius *Petrus de Ledesma secundo tomo summa tract. 10. cap. primo, dubio vltimo, conclusione, secunda*, ubi ait nec id esse uotum, nec inducere obligationem.

9 Est autem peccatum, ex repentino quodam motu, & leuiter uouere: quamuis adsit deliberatio sufficiens ad

voti

voti obligationem. Nã *Ecclesiasta 5.* dicitur non solam infidelẽ promissionẽ displicere Deo, sed et stultã, qualis vt esse procedẽs ex leui deliberatione. Item quia est voti abusus, id absque debita, & matura deliberatione emitti: sicut est iuramenti abusus ita iurare. Sic docet *Caiet. 2.2.q.88. art. 1. dubio quod mouet circa primam cõditionem ad votum requisitam, paulo ante solutionem ad obiecta. Valentia 2.2. disp. 6. q. 6. puncto 1. col. penul.* Sed cõiter est sola venialis culpa. Quia in ijs, quę mãnifeste rationi cõsentanea sunt, nõ magna deliberatione opus esse testatur *D. Tho. 2.2. q. 189. art. 10.* Etsi quid periculi violandi voti, ex maturi in vouẽdo consilij defectu imminere pôt, satis ei occurri valet, confirmãdo se postea maiori deliberatione in voto illo. Quandoque aũt omni culpa vacabit, nempe, qñ est votũ de re minima ad solum veniale obligant: vt de recitanda semel oratione Angelica. Ad rem enim adeo modicum matura deliberatio minimẽ desideratur. Hęc docet *Valẽtia proxime allegatus*. Ex quo etiam colligitur, aliquando tñ, etsi rarissime posse esse mortale: ait enim cõmuniter in re graui esse veniale, quasi sentiẽs dari casũ, in quo sit mortale. Quod cõtinget, quando leuiter emissum votum esse de re vouenti difficillima, & ideo suæ propẽsioni cõtraria, vt moraliter loquendo timeatur fore vt sæpe violet. Tunc. n. rõne periculi erit mortale sic vouere. Nec tñ inde licet inferre, votũ hoc non valere. Si. n. est peccatũ id votum emittere, nequit acceptari à Deo Dicendum. n. est, licet Deus nõ acceptet tale votũ tanquã gloriæ meritorium acceptare tamẽ illud ad hoc, vt ex eo manet vouẽs obligatus. Ratio discriminis est, quia ad meritum desideratur esse opus in se bonũ: id aũt votum est peccatum. Nec est sicut velle officium diuinum soluere licet postea minus attente recitetur: eo quod in illa volitione nullum intelligimus peccatum, vtpotè quæ penitus antecedit recitationem non attentam, nec est voluntas recitandi non attente. At ipsum vouẽdi actum antecedit, & comitatur is maturæ deliberationis defectus, qui ipsum vitiat: cum sit voluntas in considerate vouendi. Valet verò uotum. Quia ad id satis est, sicut & ad legẽ, ut res promissa sit in se bona, etsi ratione circumstantiæ extrinsecæ ipsam nõ uitiantibus adsit peccatum. Potest enim actus ex circumstãtia extrin eca malus ordinare actum ad Dei cultũ. Sicut ualet uotum secundum oẽs, quando non rei promissæ, sed uoti finis est uana gloria. Vt dicemus c 6. n. 13 Cum tamen peccatum sit ita uouere.

10 Duplex autem regula assignari solet ad discernendũ qñ non fuerit deliberatio sufficiens ad votum, uel iuramentum. Prior est. Si post emissum uotũ, uel iuramentum, pœniteat statim uouentem, uel iurantẽ illius. Huius regulæ authores retuli libro primo de matri. disp. octaua, nu. 8. Et eam reieci cum multis authoribus, & præter ibi allegatos eam reijciunt *Valentia 2.2. disp. 6. q. 6. puncto 1. colum. penult. vers. Cauenda vero, Azor lib. 11. instinut. moralium cap. 15. q.* . Eam tamen admisi eo numero octauo, cum *Tabiena* in hoc sensu, ut quando dubitatur an uehemens passio rationis usu priuarit, sit aliquantulum probabilis coniectura, non tamen certa, si statim pœniteat uouentem, defuisse debitam deliberationem.

11 Posterior regula est. Si secluso calore iracundiæ uotum, & iuramentum præstita nõ essent, non obligant defectu deliberationis. Huius regulæ authores retuli eadem dispnt. octaua, n. 8. eamque ibi reprobani.

12 Quando uero attentis omnibus circumstantiis dubium manet, & res est anceps, & in æquilibrio, an debita deliberatio fuerit ad uoti ualorem requisita: quidã quos retuli libro primo, huius summæ capit. decimo, numero decimo sexto, tradunt eam regulã generalẽ, ut in dubio obligationis uoti, uel iuramenti, censendum sit ea obligare. Quorum fundamentũ ibi retuli, & reieci. Alii autem neoterici in contraria prorsus sentẽtia sunt, qui generaliter in dubio obligationis, uoti, uel iuramenti, vndecumque id dubium proueniat, vel ex defectu deliberationis, uel propositi se obligãdi &c. censeant ea minimẽ obligare. Ducũturq;, eo quod in eo dubio melior sit conditio uoluntatis libertatem possidentis. At minime placet hæc sententia. Quia nõ in quocumque dubio est possessio pro uoluntatis libertate: sed quandoque est pro illa, quandoque autẽ pro uoto. Vnde autem discernendũ sit pro quo sit possessio in hoc dubio, regulam tradidi, & probaui eo. c. 10. n. 18. iuxta quam res hæc discernenda est. Et ideo eam sequendo, in singulis difficultatibus tractandis circa uoti obligationem, explicabimus quid in dubio censendum sit.

13 In præsenti ergo dubio orto ex deliberationis defectu, distinguẽdum est iuxta diuersas causas, ex quibus potest oriri. Potest enim oriri ex animi perturbatione ob aliquem metum mortis ex morbo, alia ve causa imminentis, ob aliam ve affectionẽ, aut ob iracundiæ calorem: & tunc iudicandũ est in voti, vel iuramẽti fauorẽ, vt ea obligent. Vt probaui Doctores referens libro primo, de matrim. disput. octaua, num. 10. Quod maximẽ confirmatur, quia (vt diximus num. 4.) raro contingit defectus deliberationis requisitæ, & raro ex communiter accidentibus præsumitur debitam deliberationem adfuisse. Fortissima enim præsumptio est, quæ ex vsu, & communiter accidentibus ducitur. Vt multis allegatis probant *Euerardus in suis topicis, loco à communiter accidentibus numero primo, & secundo, & loco ab vsitato nu. 1. Menochius de præsumpt. lib. 1. quæst. decima octaua, num. primo.*

14 Secundo potest hic deliberationis defectus oriri ex tenera vouentis ætate, ac proinde dubitatur, an plenus rationis vsus in eo vouenti adfuerit, quo in casu quid sentiant *Sotus, & alij*, retuli libro primo, de matrimon disputat. nona, numero duodecimo, in quarto argumento. Sed distinguendum est, (Vt ibi distinguimus numero decimo quarto,) si vouens septennium expleuerat tempore voti emissi, præsumendus est in eo dubio vsus rationis: ac proinde obligabunt votum, & iuramentum. Si autem nõ expleuerat, præsumitur defectus vsus rationis, nisi de illo constet, ac ita nõ obligabunt Quod si dubiũ sit an expleuerat, nec ne, credo in voti fauorem præsumendum. Quia de illo consta, excusatio autem dubia est. Item quia rarissime, aut nunquam ante septennium emi ttuntur vota aut iuramẽta promissoria: & ita in hoc dubio ex cõmuniter contingentibus præsumitur ea post septennium emissa: & in fauorem actus, pro quo est possessio. Iuxta ea, quæ di cemus cap. seq. num. vltimo.

15 Tertio potest contingere ex iratatis, vel vouentis amentia hoc dubiũ, quando dubitatur an ante amentiã, vel post illam, aut tempore lucidi interualli, emissa sint. Decisio huius dubij pendet ex præsumptione iuris circa tunc gesta an præsumantur tẽpore furoris, an tempore sanæ mentis gesta. Nam in dubio stãdum esse in vtroque foro hac præsumptione, probauimus libro primo, huius summæ capite decimo, nume. decimo octauo. De hac autẽ præsumptione egimus libro primo de matrimonio, disputatione octaua, num. decimo septimo, vbi sic distinguendum multis Doctoribus adductis probauimus. Quando non constat eum de quo tractamus, antea furore correptũ esse, præsumitur sanæ mentis. Quando autem constat eum dementia affectum fuisse quodã continuo tempore, vt anno vel mense, nec constat consensisse habere lucida interualla, præsumitur adhuc demens: secus si in aliquibus actibus constet eum tantum fuisse amentem, nõ enim præsumitur tunc permanere furorem. Similiter non præsumitur furorem durare, vbi peritorum testimonio probatur ex accidenti quod iam cessauit, furorem contigisse. Quod si constet furiosum lucida interualla habere, dubitetur autem an tempore lucidi interualli actus gestus fuerit, præsumitur tempore furoris gestus, nisi

Votum an soli Deo fiat, & qualiter sanctis, nu. 41.
An si quis homini promittat se non iniurum, aut quid simile, sit votum, & ad id teneatur, nu. 42.
An promissio sanctis facta, animo soli sancto se obligandi, sit votum, nu. 43.
An votum indigeat verbis, vel signis ad eius valorem, numero 44.
An sponsio in baptismo facta sit votum, num. 45.

18 Secunda, & tertia conditiones, quas numero primo diximus ad voti valorem exigi, sunt propositũ, & promissio. Distinguuntur autem deliberatio, & propositum; quod illa sit iudiciũ, seu actus rationis, quo quis deliberat, & decernit, num sibi vouere expediat. Hoc autem est actus voluntatis, quo vouens apud se statuit promittere. Vt ex mente *Caietani 2.2. quæstion. 88. artic. primo*, explicat *Azor lib. 11. instit. moralium, c. 13. quæst. 4. fine.*

19 Distat autem inter nudum propositum, & promissionem. Quod illud procedat ex deliberatione solius conuenientiæ rei faciendæ. Hæc autem ex deliberatione acceptandæ obligationis, sibique illius imponẽdæ. Vt latissimè tradit *Valentia 2.2. disput. 9. quæst. 6. puncto 1. quæst. 1.*

20 Hinc deducitur, non audiendos esse aliquos asserentes solum propositũ suscepto habitu monachali inducere vota obligationem. Ducunturque ex *cap. Consulti, de regul.* vbi quidam, qui religionem ingredi proposuerat, & habitum monachalem induit, iubetur in illa persistere. Atque ita docens *Glossa cap. Literaturam, verbo Proposuit, de voto, & c. Quibona, verbo Deliberant, 17. quæst. prima. Innocent. eo. cap. Consulti, initio, & ibi Hostiens. num. 3. & alij iurisperiti, quos referunt Doctores allegandi.* Idem docent ex Theologis *Paludanus 4. dist. nona trigesimaocta, quæstion. prima, artic. primo. num. 11. Diuus Antoninus secunda part. titulo vndecimo. cap. 2. init.* At omnino tenendum est, nullum propositum, quantumuis firmum, aliquam voti obligationem inducere, nisi promissione firmetur. Constat ex *dict. cap. Literaturam.* vbi quidam, qui morbo laboris proposuit religionis ingressum, liber ab obligatione iudicatur, eo quod tantum illud proposuerit. Atque ita docent *Diuus Thomas 2.2. q. 88. art. primo, & ibi Caietanus, & in opuscul. tomo primo, tractat. vltimo septendecim responsionum, responso septimo. Abbas dicto capitulo Literaturam numero secundo, fine. Angelus verbo Votum 1. num. 7. Sylvester verbo Votum 1. q. secunda. Sotus lib. 7. de instit. quæst. prima, articulo secundo. Nauarrus summa capit. duodecimo, numero vigesimo quarto, & vigesimo sexto. Couar. de pactis prima part. §. tertio, numero 22. Azor lib. 11. instit. moralium cap. decimo tertio, q. 5. Valentia 2.2. disput. sexta, q. sexta. puncto 1. col. penultima solutione ad 1.* Et multi alij, quos hi referunt. Quare textus *dict. cap. Consulti*, intelligendus est de proposito non nudo, sed promissione firmato. Vt tradunt omnes Doctores allegati.

21. Nec admittendum est, quod tradunt *Angelus verbo Votum 1. numer. 7. Armil. 2. tomo summa capit. 92. fine*, qui dicunt esse venialem resilire à bono proposito semel concepto. Et fauet *Nauar. summa Latina cap. 12. nu. 26.* vbi ait nunc non peccare mortaliter, & subiicit, quod hispane dixerat, nimirum, nec venialiter. At dicendum est nullam esse culpam: Quia non est mendacium. Vt optime aduertunt *Sotus lib. 7. de inst. q. 1. articulo secundo, circa ... penultimam, versic. Vnde pro solutione ... 2.2. quæst. 88. articulo primo, ad finem. Azor libro vndecimo instit. moral. capit. decimo tertio, quæst. prima.* Quia (vt ex mente *Diui Thomæ, & aliorum* diximus libro præcedenti, cap. quarto, numero secundo;) id distat inter iuramentum promissorium, & simpliciter aliquid faciẽdi assertionem, quæ nudum propositum significat; quod ad illius veritatem desideretur animus exequendæ rei promissæ, eiusque executio. Verba .n. iuramento, vel promissione firmata significant rem illam, vt certò futuram; at nudum propositum solam exequendi intentionem significat vt certam; executionem autem vt dubiam. Huius diuersitatis ea est ratio. Nam verba significant iuxta subiectam materiam; at propositi simplicis ea est natura, vt variabilis sit, nõ autem iuramenti, vel promissionis. Et ideo verba propositum significantia non significant illud certum, sed variabile, quoad executionem futuram; solũque præsentem faciendi animũ significant vt certum. At verba iuri, vel promissionis, significant vtrumque vt certum. Quando autem aliqua propositio significat aliquid vt dubium, non redditur falsa, etsi non contingat, quod per illam significatur. Ex modo enim significandi declaratur illud posse esse. Nec aliunde reperitur culpa resiliendo ab hoc proposito. Quia ad rem illam propositam nulla lex diuina, vel humana obligat (vt supponimus) propositum autem solum non habet vim legis priuatæ obligãtis, illud enim solius promissionis est. Et ideo hanc partem tuentur *Nauar. in summa Hispana cap. 12. n. 26. Toledo lib. 4. summæ c. 17. nu. 7. Valentia 2.2. disput. 6. q. 6. puncto 1. col. 9. Versic. Respondeo nullum propositum.*

22 Maior autem difficultas est, quale propositum voto sufficiat, quando promissione firmatur. Potest enim contingere votum emitti cum proposito promittendi, & se obligandi, nõ tamen implendi, vel cum proposito, nec promittendi nec se obligandi: vel cum proposito promittendi, non tamẽ se obligandi. Et quidem *Valentia 2.2. disputatione sexta, quæst. sexta, puncto 1. col. 2. à versic. Primo, quod per enunciationem; & quatuor columnis sequentibus* latè probat votum; in quo est animus promittendi, & se obligandi, non tamen implendi; non esse verè votum, sed fictitium; nec stare ad esse verum promittendi, & se obligandi animum, cum proposito nõ exequendi. Et ducitur ex sententia *Diui Thomæ 2.2. q. 88. art. 1. corpore*, docentis promissionem procedere ex animo exequendæ rei promissæ; vbi supponit non stare veram promissionem cum animo non implendi promissum.

23 Verum de hac quæstione latissimè egi libro primo de matrimonio disputatione nona, à numero primo, vsque ad septimum; & summatim cõplectendo quæ ibi dixi; dico primò, quando vouens habet animum promittendi, & se obligandi, non tñ exequendæ rei promissæ, obligare votum. Quod affirmant tanquã certum omnes Doctores, quos ibi allegaui, & *Azor libro 11. institutionum moralium c. 4. q. 2. & cap. 15. q. 9.* Quare nõ approbo quod ait *Valentia in præced. allegatis.* Non enim video repugnare verum animum admittendæ obligationis, cum animo illius non exequendi. Nec *Diuus Thomas* ei fauet; solùm enim narrat quod communiter euenit, nempe, promissionem ex proposito rei faciendæ oriri.

24 Secundo est certum, minime esse votum, quãdo vouens non habuit verũ promittendi animum, nec ex vi voti aliquam obligationem cõsurgere; sed esse quandam voti fictionem. Quod omnes ibi citati fatentur.

25 Tertio est certum, obligare votum, quando cũ vero promittendi proposito emittitur ab eo, qui cõscius est obligationis ex voto consurgentis, licet tunc illius non meminerit. Quia Virtute, & implicite voluit obligari. (Vt ibi probaui.) Et addo secus esse si non aduerteret per illa verba verum votum emitti. Tunc enim votum non obligaret, vtpotè qd ex indeliberatione processit.

26 Quarto est certum, votum non obligare, quãdo vouens habuit veram promittendi intentionem, nec expresse intentionem se obligãdi exclusit; at nec expressam, nec implicitam se obligãdo intentionem habuit. Quod contingere potest, quia vouens existimabat votum non obligare; aut hoc ignorabat, vtpotè qui de hoc nunquam cogitauit, nec id audiuit. Ratio est, quia

reuera

re uera nullã obligationem per illa uerba uoti intendi sibi imponere, sed id solum enunciare, qd per illa uerba significatur, credens ea non obligare, aut ignorans obligationem. Quod intelligendum est, nisi ignorans promissionis naturam uelit ea intentione promittere, qua cæteri promittunt. Quia tunc uirtute, & implicite se obligare vult. Aut nisi ignorantia sit uincibilis; quod dubitans de obligatione ea uerba protulerit. Cum enĩ aduerterit, & ea uerba sic ꝓtulerit, uoluit uirtute quicquid obligationis inde consurgit. Cùm ignorantia hęc non omnino uoluntarium auferat.

27 Tota ergo difficultas est, an quando uouens naturæ uoti conscius habet animum promittendi, & positiuè habet animum non se obligandi, maneat reuera obligatus. Duas opiniones retuli ea disputat. nona, numer. quarto, & quinto Prior ait votum obligare. Posterior id negat. Quam ibi amplexus sum, & tunc amplector. Et præter allegatos ibi, tenent *Valentia hic, nu. 22. citatus, & Azor nu. 23. relatus.*

28 Quamuis autem fictus hic promissor nõ teneatur ex vi voti, tenentur tamen aliquando ratione scandali; vt si fictè professus fuit. De qua re, & an ei fugere liceat, & alimenta monasterij percipere, & alia professorum exercere, & sacris ordinibus initiari; & qualiter possit professionem ratificare, & prioris professionis priuilegia seruare, ac si esset valida; & reclamare intra, vel post quinquennium, latissimè egi lib. 8. de matrimon. tota disputatione 37. vbi potest videri. Quia hæc non sunt propria huius loci.

29 Hinc deducitur primò, initiatum ordine sacro volentem expressè non se obligare ad castitatem, minimè teneri ex voto sacris ordinibus annexo eam seruare; at teneretur ex Ecclesiæ constitutione ad eam; & si matrimoniũ iniret, esset irritũ. Quæ probaui libro septimo; de matr. disputatione vigesima septima, numero duodecimo, contra alios, quos retuli dicentes hunc teneri ex voto Quod si ignoraret hic inuincibiliter ordini sacro annecti votum continentiæ, tractaui ibi numero vndecimo, vbi tanquam certissimum statui teneri hunc saltem ex Ecclesiæ constitutione. An verò teneatur ex voto, vtraque pars est probabilis; & vtriusq; Doctores ibi retuli. Probabilius autem cẽsui teneri ex voto. Quia sponte assumens ordinem sacrum, vult virtute omnia onera ei annexa, quamuis quæ illa sint ignoret. Si tamẽ inualide promotus sit ad ordines sacros, etiam si verè promoueri uoluit, & casu ordo fuerit irritus, ꝓbaui ea disputatione vigesima septima, numero decimo tertio, hunc nec ex voto Ecclesiæ constitutione teneri ad castitatem; vtpotè qui illam tantum voluit vouere, vt ordini sacro accessoriam. Quare corruente principali corruit accessorium.

30 Secundo deducitur, posse vouentem obligare se ad solam culpam venialem, & esse tunc vere votum; posse etiam se ad solam pœnam obligare. sed tunc non erit verè, & propriè votum, nisi circa solam pęnam. At nequit vouens se obligare ad mortale in materia leui. Quæ probaui libro primo de matrim. disputation. 9. num. 6.

31 Tertiò deducitur, quoscunque in cõfessionibus monitos à confessario, vt à peccato desistant. dum respondent se promittere id facturos nullam communiter sibi nouam obligationem imponere ex illa promissione consurgentem. Quia verè solum suum firmum propositum manifestare intendunt. Id enim subiecta confessionis materia indicat, vbi aliud de expressa pœnitenti intentione non constat.

32 Quando autem dubitatur. an quis propositum solum aliquid faciẽdi habuerit an potius voto ad id se astrinxerit, quatuor regulæ possunt tradi. Prima sit, si paulo, vel aliquantò postquam quis statuit aliquid facere, dubitat, an voluerit se obligare, an tantum proponere, potest probabiliter existimare se non promisisse. Nam huiusmodi voluntatis se obligandi non solent homines tam citò obliuisci, sed facilè memoriæ inhęrere solet. Hanc tradit, *Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 6. puncto 1. col. 10. vers. sequitur tertio.*

33 Secunda regula sit. Placet etiam in hoc dubio quod retulimus ex *Valentia, nu. 22.* nempe, si hic habuit animum non exequendæ rei promissæ, potest probabiliter existimare se non habuisse verum promittendi, aut se obligandi animum. Quia (vt dixi numero vigesimo-tertio,) rarò contingit propositum se obligandi simul cum proposito non exequẽdi. Et ideo vbi de hoc constat, illud autem est dubiũ, potest in hoc dubio ex communiter contingentibus conijci defuisse quoque obligandi animum.

34 Tertia regula sit. Si verba, quæ quis mente, aut ore protulit, non indicant suapte natura promissionẽ; sed propositum; vt faciam hoc, iudicandum est in dubio intentionis solum propositũ. Quia cum verba non indicent votum, nulla in hoc dubio pro voto est professio. Et idem iudicarem, quando ille dubius est de verbis, & intentione. Quia in hoc dubio nil stat pro voto.

35 Hoc tamen limitarem, nisi verba illa, quæ suapte natura solum propositum indicant, enunciarentur, aut mente, aut ore, per modum cuiusdam pacti. Quare optimè *Nauar. lib. 3. consil. tit. de voto, in prior editione, consil. 8. num. 3. in posteriori, consil. 5. num. 3.* ait hæc verba, Da mihi Domine salutem, & ego seruiam tibi, intelligendo de seruitio in statu continentiæ, esse votum, nisi constet mentem hæc dicentis fuisse solum proponere. Quia hæc verba, faciam hoc, si feceris illud, cùm pactum contineant, idem important, quod promitto me facturum, si feceris, *l. 1. de pactis. &. naturalis ff. de præscrip. verb.*

36 Vltima regula. Quando quis certus est de promissionis verbis, & omnibus circumstantiis perpensis est ęquè dubium, an is animum se obligandi habuerit, vel an sciret inde obligationem consurgere, tenetur hic voto. Quod latè probaui libro 1. de matimonio disputatione nona, numero decimotertio, reprobata contraria sententia, quam ibi retuli numero duodecimo. Quòd si dubium de hoc animo concurrat simul cum metu, quo votum emissum est; dicemus capite tertio fine. Si autem rationes vtrimque sint reddentes vtrãque partem probabilem, etiam si probabilior sit, quæ suadet fuisse votum, integrum est parti minus probabili adhærere, reputando se voto non obligatum. Vt in simili dixi numero decimosexto. Si autem nõ assensus, sed sola suspicio sit non adfuisse animum se obligandi, credo præponderare præsumptionem pro verbis promissionis existentem, vt sic obliget.

37 Sed quæres, quale peccatum sit fictè vouere. Et quidem si adsit se obligandi animus, non tamen implẽdi, cùm id sit verè votum (vt diximus numero vigesimo-tertio) poterit quispiam existimare in quacumque materia esse mortale. Quale est iuramentum omne absque implendi animo præstitum. Sed sic distinguẽdum est: Si est legitima voti materia, & tam grauis, vt obliget sub mortali, erit mortale; si autem est leuis, & obligans sub solo veniali, est veniale. Ratio quia hic ex duplici capite interuenit culpa, alterum est ratione mendacij promittendo exequi contra vouentis mentem, quæ est non exequendi. Et ex hac parte non est culpa mortalis semper. Quia nõ est simile de iuramento, in quo Deus in falsitatis testem adducitur, & ideo mendosum iuramentum in quauis materia est semper lethale. At in voto non adducitur Deus in mendacij illius testem. Alterum caput est, quia votũ illud obligat ad exequendam rem promissam; quare cùm adsit animus illius non exequendæ peccatur cõtra votum. Ergo ex hoc capite tale peccatum erit is animus, quale est non adimplere id votum. Hoc autem est mortale in materia graui, veniale autem in leui. (Vt infra dicemus) Ergo similiter animus non implendi in materia graui erit mortalis, venialis verò in leui. Et ita docent *Palatius quarta, di-*

stinctione

stinctione trigesima octaua, disput. prima, folio octingentesimo vigesimoquarto, columna secunda. Alco Zor summa capite decimoquinto, folio quinquagesimo primo pagina prima. Erit autem duplex mortale in materia graui. alterum mendacij in re graui. quod lethale est, alterum verò fractionis voti, quod vouens intendit frangere in materia obliganti sub mortali. At in materia leui erit duplex simile veniale. Quando autẽ materia est indifferens, aut contra consilia, est duplex veniale. alterum mendacij; alterum verò actus inducentis adhibendo illegitimam voti materiam. Quando materia est mala, *Angles relato Victoria floribus secunda parte, quæstione vnica de voto, articulo primo, difficultate* 11. ait, esse veniale ita promittere. Sed id credo verum, quando materia non est venialis. At quãdo est mortalis, credo esse mortale. Atque ita benè docet, *Manuel secundo tomo summæ capite nonagesima quarta, numero decimo.* Quia grauis Deo iniuria irrogatur, dum vouens ex animo Deo offert, vultque manere obligatus ad reddendam rem mortalem Deo. Quæ voluntas est ex se graue sacrilegium, nec eam deformitatem aufert voluntas non exequendi.

28 Quando verò non adest animus promittendi & se obligandi, sed oretenus votum emittitur; quidã dicunt id esse mortale, & idem dicunt, quando est animus promittendi, & non se obligandi. Ita *Nauarrus summa Hispana capite duodecimo, numero trigesimo octauo. Angles eodem articulo primo difficult. quarta, conclusione tertia, Toledo libro quarto summæ, capite decimoseptimo, numero sexto, Emanuel Sa summa, verbo Votum numero sexto, Aragon 2.2. quæst. octogesima octaua, articulo primo, folio 968. col. 2. concl. 1. Manuel secundo tomo summæ, c. 92. numer. 5.* At hæc sententia ita vniuersaliter non placet. Quia cùm sola mẽdacij ratio ibi reperiatur, vbi id non est periculosum, nec materia promissa est mala, minimè culpam venialem excedet. Quare cautius locutus est *Caietanus summa, verbo Votum cap. 3.* dicens tunc id esse mortale, quando votum est solemne, vel publicum coram alijs. Quod tunc sit mendacium periculosum ratione diuinæ reuerentiæ corã hominibus, & scandali, ac dãni religionis, in qua est ficta professio. Et idem esset ob easdem rationes de ficto emittente vota biennij in Societate Iesu, per quæ verus religiosus cõstituitur. Atque adeo in his casibus est temperandum, nisi grauis causa vrgeret ad ita fictè promittendum, vt metus, vel sedare magnum scandalum; tunc enim erit sola venialis mendacij culpa. Vt in simili de matrimonio fictè inito probaui libro quarto de matrimonio, disputatione decimasexta numero primo & secũdo. Quando autem materia promissa est indifferens, aut contra consilia, aut mala venialiter, est similiter solum veniale. Immò idem credo, etsi materia sit mortalis cessante scandalo, si desit animus se obligãdi, licet adsit animus promittendi. Quia tunc non videtur grauis deformitas cum non sit animus offerendi aliquid malum Deo, sed solum ore tenus offeretur; animus etiam ille promittendi est fictus vbi deest animus se obligandi.

36 Rursus dubitabis, an votum irritum defectu deliberationis, aut volũtatis vouẽdi, aut cuiuslibet alterius causæ, reddatur validum, si postea ratum habeatur? Id affirmat *Syluester verbo Votum 2 quæstione decimatertia, per regulam Ratihabitio de regulis iuris, in sexto.* Idque verissimum est, dummodò hic ratum habẽs norit, & meminerit prius votum esse irritum, & ex tunc velit illo obligari. Quod benè docet *Azor libro 11. institutionum moralium, capite decimoquinto, quæstione octaua*, & ex multis probaui libro primo de matrimonio, disputatione decimasexta numero septimo, & latius libro octauo, disputatione trigesimaseptima, numero quinquagesimonono. Quod si dubitet, an meminerit nullitatis prioris voti, aut an eàm scierit, sciat tamen se habuisse solam ratificandi voluntatem, non obligat votũ. Quia cũ sit sola prioris voti ratificatio nulla est possessio pro voto. Ratificatio autem tanquam conditionem necessariam petit, vt valida sit, illam conditionem scientiæ, memoriæ nullitatis prioris voti. Ergo vbi est dubium de illa, non obligabit. Sed si dubium sit, an voluerit tãtum ratificare, an denuo prorsus emittere, dicemus numero sequenti ad finem.

40 Nec sufficit, vt censeatur id votum irritum haberi ratum, quando quis dubio motus, an votum emiserit, sitque illo obligatus, vel àn votum à se emissum fuerit validum, vel fuerit commutatum, in eove dispensatũ, vel an illud explerit; quò scrupulum, & anxietudinem expellat, denuo vouet, non enim tenebitur ad votum, vbi scierit priori se non esse obligatum; nisi cõstet ita se voluisse obligare, quamuis priori voto nõ teneretur. Quia cum ea ratificatio ex errore processerit, non censendus est in dubio nouus se obligandi animus, sed ex falsa valoris prioris voti suppositione. Ita *Cordubà summa, quæstione centesima quadragesimasexta, et centesima quadragesima septima. Manuel 2. tomo summæ cap 92. nu. 7. Vega 2. tom. sum. cap. 129. casu centesimoseptimo & centesimo octauo.* Sed hanc regulam non approbo. Quia in eo euentu potius censenda est absoluta denuo se voto illo obligandi voluntas, etsi prius non obligatit; & ita in dubio præsumendum est. Quia hoc modo necesse est posterius hoc votum emitti, vt intentò sedendæ conscientiæ fini satisfiat, & anxietudo illa expellatur. Quippe eadem prorsus maneret, si hoc posterius votum nil valori prioris adderet; sed in eo solo casu obligaret, quo prius esset validum. Deinde, quia etsi posterius votum ex errore quodam processerit, at vouens, quò se scrupulo eximeret, elegit denuo vouere, & cùm non cõstet de limitata intentione, & conditione, si prius uotum obligabat, constet autẽ de uoto, possessio stabit pro hoc; eo uel maximè, quod (ut dixi) finis posterioris uoti emissi petat id ualere independenter à prioris obligatione. At in hoc casu admitterem eam regulam, quando uouens non motus scrupulo, aut dubio obligationis prioris uoti, sed credens ualere, & illo se obligari ac eius memor id repeteret; tunc enim si constaret illum priori nõ esse obligatum, eo quòd est dubium, an emissum sit, uel est iam impletum, commutatum, uel in eo dispensatum, uel quacumq; alia ex causa eius obligatio cessauit, nec constaret de noua uoluntate iterum posterioris uoti emittendi, independenterque à priori, sed hæc intẽrio dubia esset; crederem in hoc dubio nõ fuisse animum independenter emittendi, sed solius prioris uoti ratihabendi, cuius obligationẽ adhuc durare falso existimabat. Quare cùm constiterit prius non obligare, nec posterius obligabit. Quia cum iam ille uoto se ligatũ norit, censetur in dubio solum prius illud uotum ratum habere uelle; & ideo cum fuerit irritum ignorante ratum habenti, non censetur ratihabitio sufficiens. iuxta dicta numero præcedenti. Tãdem si dubitet, an meminerit, aut scierit prius non obligare, & simul, an intenderit ratificare, aut denuo emittere, cũ certus sit de hoc posteriori uoto, dubius autem de casu excusanti, obligabitur illo, & similiter si sola sit suspicio illius memoriæ, & scientiæ, secus si opinio, etsi minus probabilis. Vt in simili dixi, n. 36.

41 Quarta conditio ad uoti ualorem petita est, ut ea promissio fiat Deo. Quamuis enim sanctis aliqua promittantur, promittuntur ipsius in quantũ Deus in illis honoratur. Atque ita promissio illa tendit in Deum. Sicut cum iuratur per sanctos, iuratur per Deum in ipsis elucentem. Vt docet. *Diuus Thom. secunda, quæstione octuagesima octaua, articulo quinto ad tertium ab omnibus receptus.* Et bene explicat *Azor lib. 11. institutionum moralium capite decimotertio fine.*

42 Hinc deducitur primò non esse uotum, sed promissionem humanam, si quis alteri dicat, promitto tibi me non amplius lusurum. Quia non fit promissio Deo. Ita *Nauarrus in summa Latina capite undecimo, numero vigesimequinto, Hispana capite vigesimooctauo, additi. ad nume-*

numerum vigesimumquartum, capite decimo. De huius autē promissionis obligatione satis diximus libro præcedenti cap. 15. à nu. 10.

43 Immò si quis sanctis aliquid promittat, expresso animo non se Deo obligandi, sed sancto, vt excellenti creaturæ, ea promissio nōn erit votum, nec religionis diuinæ actus, sed erit instar promissionis, qua homo homini se astringit, & erit actus singularis obseruātiæ. Quod bene docet *Valentia secunda secunda, disputatione sexta, quæstione vndecima, puncto quinto, columna secunda, versic. Quod si quis forte.*

44 Secundò deducitur, votum nullis verbis, aut externis signis ad sui obligationem indigere, sed sola mente emitti posse, in quo distat à promissione humana, quæ verbis, aut signis eget. Quia Deus, cui fit votum, intima cordis intuetur, quæ hominem latitāt. Ita docet *Diuus Thomas ab omnibus receptus 2.2. quæst. 88. articulo primo, corpore.*

45 Tandem obseruandum est, sponsionem tempore baptismi susceptionis emissam, non esse votum propriè. Atque ideo nonnulli sancti, & Doctores id votum appellantes, intelligendi sunt de voto largè, vt propositum, & fidei promissionem includit. Quia nullum est uerbum in baptisin promissionem importans, interrogatur enim baptizandus, an renunciet Satanæ, uelit baptizari, credat? Et respōdet per se, uel per patrinum, abrenuncio, uolo, credo. Quæ uerba non sunt promissionis. Et ita docent *Caietanus secunda secunda, quæstione octuagesima octaua, artic. secundo, ad primum, Sotus libro septimo de iustitia, quæst. prima artic. secundo, ad primum, Nauarrus summa Latina capite duodecimo, numero trigesimo primo, & alij, quos refert, & sequitur Azor libro vndecimo institutionum moralium, capite decimoquarto, quæstione tertia.*

CAPVT II.

Qualiter error, vel ignorantia, vel mutatio circa voti substantiam, eiusue circumstantias, aut circa vouendi causam, auferat voluntarium, vt votum valeat necessarium; aut necessarius obligatio cesset per illum errorem, aut rerum mutationem, aut causæ cessationem.

SVMMARIVM.

Error, & ignorantia quotupliciter contingant, et quando sunt circa voti obligationem, an votum obliget, n. 1.

Ignorantia alia est negatiua; alia positiua, n. 2.

Quæ sunt substantiales circumstantiæ, & quæ accidentales rei promissæ, n. 3.

Qualis error irritet professionem, aut vota biennij Societatis Iesu, n. 4.

Quot quæstiones tractandæ sint, n. 5.

An ad vitandam obligationem, vel ab ea eximendum, sit spectandum, quid hic faceret, vel non faceret, si praeuidisset, & hoc sit velle, aut nolle sub conditione, numer. 6.

An ad id exigatur aliquis de præsenti in voluntate, saltem virtualis, quo vellet, aut nollet illud, n. 7.

An voluntas vouendi conditionaliter, & dependenter à tali circumstantia, vel euentu, colligatur ex errore, aut scientia substantiæ rei promissæ, n. 8.

An hæc voluntas deducatur ex fine vouentis, n. 9.

Ignorantia negatiua circa rem promissam, an irritet votum, nu. 10.

Quid quando est error positiuus circa ipsius substantiam, & circa circumstantias, vel minoris momenti, numero 11.

An sint res hæ, circa quas erratur, magni vel parui momenti, non consideratur absolutè, sed respectu materiæ promissæ, n. 12.

Quid si dubium sit, an res in qua erratur, sit notabilis, aut sit opinio, aut suspicio, n. 13.

Quid, si error sit vincibilis, n. 14.

An dum tantùm erratur circa circumstantias accidentales, tunc votum obliget etiam quo ad circunstantias, numero 15.

An valeat votum, si sit ignorans, aut errans ita affectus sit, vt si non erraret, voueret, n. 16. Et quid in dubio, vel suspicione, aut opinione? ibidem.

Error circa voti substantiam irritat illud etiam, quoad accidentia cognita, n. 17.

Post num. 17. sequuntur alia summaria.

1 QVadrupliciter potest accedere error, aut ignorantia. Primò, circa rei promissæ substantiam, & substantiales ipsius circumstantias. Secūdò, circa circumstantias accidentales. Tertiò, circa vouendi causam. Quarto, circa voti obligationem. Et de triplici priori errore, aut ignorantia est tractandum in hoc capite. Nam cap. præcedenti numero vigesimo sexto diximus de errore circa voti obligationem. Rursus hæc ignorātia, aut error potest esse, vel circa antecedentia, concomitantia vel rem promissam tempore, quo votum factum est, vel circa post euenientia, quæ ex rerum mutatione consurgunt. Quippe horum omnium ignorātia potest esse inuoluntarij causa.

2 Secundo obseruandum est, duplicem posse esse ignorantiam, quædam est merè negatiua, quæ est nescire, seu non aduertere. Altera est positiua, quæ errorem continet.

3 Tertiò obseruandum est, quæ dicantur substantiales circumstantiæ rei promissæ, & quæ accidētales. Et quidem sicut ad substantiam emptionis & venditionis, locationisque (vt optimè ait *Valentia quæst. 1. 2. quæst. 7. artic. 4. disput. 30. c. 4. nu. 18.*) pertinet non sola rei venditæ, aut locatæ substantia, sed etiam ipsius qualitates. Quia per venditionem alienatur quidquid in re vtilitatis est, in emptoremque transfertur & in conductorem trāsfertur vsus substantiæ rei, & ipsius vtilitatum. Ita ego intelligo, quod attinet ad præsētis quæstionis decisionem ad substantiam voti non solā rei promissæ substantiam pertinere, sed etiam difficultates executionis illius, quæ sunt notabiles, ac maiori consideratione dignæ. Quia substantia rei promissæ cum circumstantijs & difficultatibus vndecunque prouenientibus vouetur; & vt causa inuoluntarij sint, quādo in illis erratur, id solum attenditur, an sint notabiles, ac maiori consideratione dignæ, quàm existimabatur à vouenti, vndecumque id proueniat. Illæ autem dicuntur accidentales, quæ non sunt magni momenti, nec notabiles.

4 Quarto obseruandum est, quæstionem hanc procedere de voto simplici. Nam libro decimo de matrimonio, disputatione nona à numero decimo octauo vsq; ad vigesimumtertium probaui, votū solemne per nullum errorem irritari, nec cessante causa finali cessare, tantumque irritari, quando est in ipsa religionis substantia. Sicut matrimonium solus personæ error irritat. Atque idem sentio de votis, quæ religiosi Societatis Iesu emittunt transacto probationis biennio. Cum enim per illa veri religiosi constituantur, ineantque matrimonium spirituale cum Christo, veluti per professionem, per solum errorem reddentem irritam professionem possunt irritari.

5 Vt ergo clarè procedamus in quæstione difficillima, tres sunt quæstiones agitandæ. Prima est, de ignorantia, vel errore circa voti substantiam, vel quascumque eius circumstantias existentes tempore voti.

Secun-

Secunda est, de superuenientibus ob rerum mutationem. Tertia de errore circa causam vouendi, quæ vel erat falsa tempore voti emissi, vel quando postea cessauit, an cesset voti obligatio.

6 Prima ergo qõ est. An ignorantia, vel error circa substantiam, & circũstantias rei promissæ in ipsa inuentas tempore quo votum emissum est, auferat necessariã ad votum deliberationem, ac proinde ipsum irritet? Et id quidem præmittendum est, ad inducendam obligationem, vel ab obligatione contracta eximendum, nõ tñ spectandum esse, quid hic faceret, aut non faceret, si p̃uidisset. Quare optimè ait *Vasquez 1.2.q.7.art.4.disp. 30.c.4.nu.25. & 26.* non valere hanc consequentiam, agens si talem conditionem sciret. Ergo actio eius inuoluntaria fuit, & proinde non obligans. Quod idem docet optimè *Valentia 2.2.disp.6.q.6.puncto 4 col.2.conclu.4.* probans longè aliud esse hominem ita quidpiam velle, vt si nosset, quandam circumstantiam aliter se habere, non id voluisset, & aliud velle id conditionaliter, si talis circumstantia adsit, & non aliter. Prior namque voluntatis modus non semper inducit, vt simul ille etiã id nolit circumstantia aliter se habente, sed tantummodo forè, vt nollet, si id nosset. At posterior includit expressum actũ, quo quis non vult, circumstantia illa, aut conditione aliter se habenti. Quia semper actus esset inuoluntarius, & conditionalis, quoties si quis sciuisset circũstantiam, noluisset nil ferè ratum, & firmum esset in commercijs humanis. Siquidem illud, si sciuissem, ferè semper locũ haber in hominũ consilijs, vtpotè qui non oẽs circumstantias norunt. Et rationem à priori reddemus nu.8. & 10. & exemplis ibi allatis constabit. Et tenet *Cart. & Sot. quos eo nu. 10. referemus.*

7 Hinc deducitur, ad obligationẽ, vel liberationẽ necessariò debere esse actũ aliquem de p̃senti in voluntate, saltem virtualem, quo voluntas velit, aut nolit illud. Quod exemplis cõstabit. Sicut non sufficienter colligitur dispositum esse à testatore, vel ab alio aliquid, ex eo, quod certissimũ sit forè, vt si aduertisset, ita disposuisset, sed requiritur, vt ex verbis dispositionis ita deducatur fuisse disponentis voluntatem. (Vt ex multis probaui li.7. de matrimonio disputatione, 90. nu. 11.) Atque ita optimè *Molin. to.1. de iust. disp.209. col.2. concl.1.* ait, vt donatio sit nulla tanquam inuoluntaria defectu causæ, exigi adesse tempore donationis actualem, aut quasi habitualem voluntatem non aliter donandi, & vt donatio aliter facta sit nulla. Item, quia nullus dicet excusari quempiam a rei ta'ēnæ restitutione, ex eo, quod sciat petitã à creditore remissionem concedendam esse, aut licere furari, eo quod sciatur fore, vt dñs rei daret petenti. Sed oportet, vt moraliter sciatur dñm illius rei per virtualem voluntatem actu velle remittere, vel transferre dominium, etsi mallet licentiam peti. Quare optimè *Nau.* hoc explicuit *summa c.17. Latine nu 122. Hisp. nu. 123.* agens de nemorum custodibus permittentibus aliquos cædere ligna, dicens non sufficere ad custodes excusandos, scire concedendam cędenti a domino licentiam, si ea peteretur; sed oportere nosse placituram domino illam lignorum cæsionem.

8 Quod si petas, ex quib. deducetur hæc volũtas actualis, aut virtualis vouendi, sic quasi conditionaliter, vt non aliter vouens obligari velit, nisi existenti illa circũstantia, in qua errat, vel nõ obligandi se tali casu occurrenti, vel ad talem euentum? Duplex regula assignari potest. Prior est deducta ex ipsius actionis substantia. Attẽdenda est ipsa actionis substãtia, & si illa nõ ignoratur, actio non est inuoluntaria, etsi erretur circa aliquas circumstantias accidentarias quamuis secluso eo errore actio illa non fieret. Hæc docet optimè *Vasquez 1. 2. quæst.7. ar.4 disput.30. c.4. nu.25. & 26.* Et varijs exemplis probat. Vt si quis eleemosynam pauperi eroget ignorans suum esse inimicum, nec id sciens largiturus, valet eleemosyna. Quia ad eius substantiam sola recipientis paupertas pertinet, in qua non erratur. Circumstantia autem inimicitiæ ignorata est accidentaria. Et ratio est, quia ignorantia, & error ea sola inuoluntaria reddunt, in quæ cadunt. Cum ergo actionis substantia sit potissimum quod in ea spectatur, circumstantiæ autem accidentariæ pertineant ad eam secundum quid, quando substantia est cognita, etsi hæ circũstantiæ ignorentur, actio est simpliciter voluntaria, etsi inuoluntarium secundum quid immixtum habeat. Id etiam constabit ex dicendis nu.10.

9 Posterior regula deducitur ex potissimo vouentis fine, ex eo enim eius voluntas declaranda est. Quod constat, quia ideo communis sentẽtia tradit legem ex proœmio intelligendam (vt diximus lib 2. de matrim. disputat. 37. nu. 3.) quia in eo finis legislatoris, eiusque intentio declaratur. Cum ergo votum sit quædam lex priuata ex vouentis voluntate consurgens, & iuxta illam vim obligandi habeat, dum de ea pressa voluntate non constat deducenda erit ea potissimo vouentis fine, quo ad eam sibi legem imponendam ductus est. Cuius exempla subiecimus lib. præcedenti cap 18. a nu. 3. vbi in varijs casibus diuersimodè intelligi iuramenta, & vota non ludendi, iuxta varios iurantium, & vouentium fines explicuimus.

10 His p̃missis, prima cõclusio sit. Ignorantia vouentis merè negatiua, quæ, nempè, est absque positiuo aliquo errore circa rem promissã, non irritat votum. Hoc est vouentẽ non penetrare quod promisit, & difficultates in eo contentas, quas si omnino penetrasset, aut aduertisset, aut fuisset expertus, neutiquam vouisset, non eximit a voti obligatione. Quia ea, quæ non satis penetrauit, & quæ in particulari non erat expertus, sunt quæ in promissione continentur, annexaue rei promissæ sunt, ac proinde ea oĩa promisit, sibique imputet rem nõ satis expensam, & cognitam se promisisse. Præterea, quia ex eo, quod his difficultatib. cognitis non vouerit, rectè colligitur id votum non emittendum, nec fore voluntariũ ijs cognitis at postquã absolutè, & absque aliqua conditione vouit, nec ad vouendum ductus est ex earũ difficultatum ignorantia, votum est absolutè voluntarium. Et sicut contrariæ circumstantiæ ignoratarũ non concurrerunt ad votum, nec illius causa fuere, ita nec ea ignorantia eiusmodi circumstantiarum, quæ disponentem retraherẽt a vouendo, id reddit inuoluntarium, ac proinde est validum. Tandem, quia voti valor non petit omnium difficultatum considerationem, sed deliberationem ad mortalem culpã sufficienti contentus est. (Vt diximus cap. præcedenti num.2.) Et ideo Doctores ibi citati faciũt pro hac parte. Et in proprijs terminis docent *Caiet. 2.2. q.88 art.3. col penult. versic. Ad hoc dicitur, quod de voto, & in summa, verbo Votum c pen si. & ibi Armil. nu.11. Sot. lib.7. de iust. q.2. art.1. ad 3. versi. Ex his, quæ Molina to.2. de iust. disput.272. col.5. versi. Quarum valdeque.*

11 Secunda cõclusio. Si sit positiuus error circa promissæ substantiã, id est, circa difficultates magni momẽti, notabiliterque existimationem vouentis superantes, quib. cognitis non vouisset, votum est inuoluntarium, & irritum. Secus si sit circa accidentarias circumstantias, id est, q̃ non sunt magnæ considerationis, nec excedunt notabiliter vouentis existimationem. Hæc cõstat ex dictis num 8. vbi probauimus solum priorem ex his erroribus reddere actum inuolũtarium, ac proinde irritum. Et docent *Sot. lib.7. de iust. q.1. art.2. col.6. vers. Sciscitaris autem. Aragon 2.2. q.88. art.1. fol.966. col.2. vers. Infero tertio, & fol.967. col.1. in solutione ad confirmationem tertij. Lud. Lopez 1. p. instructorij c.56. si. Man. 2. to. sum. c.92. nu.4.* Exẽplum huius adhibet *Sotus*, vt si quis deceptus ab alio circa obseruantiam delectus ciborum in aliqua religione, aut ieiuniorum, aut alicuius valdè difficilis, eam vouerit, minimè voturus secluso errore votum non obligat, secus si circa alia minutiora decipiatur. Rursus exemplum adhibent *Sotus, Manuel, & Aragõ,* si quis aliũ fallat, dicens Romam nõ longè distare,

ſtare, cum longiſſimè diſtet; aut Hieroſolymam poſſe abſque nauigatione adiri; quã ob cauſam is deceptus peregrinationes has voueret, non ligaretur voto; ſecus ſi deceptio eſſet circa maiorem itinerum amenitatem, quam re vera eſt. Et quamuis Doctores hi nõ loqui videantur de errore poſitiuo, quo quis à ſeipſo decipitur, ſed qñ ab alio decipitur; & reddunt rationem, ob iniuriã vouenti irrogatã. At ratio potiſſima non eſt iniuria quia Deus, cui vouetur nullam intulit. & ſæpe, nec homo decipiens, qui ita eſſe exiſtimabat. Sed ratio eſt quã n. 8. tradidi, nimirum, defectus voluntatis, vbi eſt error circa notabiles circumſtantias, non autem vbi eſt circa minutiores. Quare cũ idẽ volũtatis defectus reperiatur in eodẽ errore vndecumq; prouenienti, nil refert vnde ille proficiſcatur, & ſiue ſit cũ iniuria, ſiue abſque illa.

12 Rem autem circa quam eſt error, eſſe parui, aut magni momenti, vt ex eo irritetur, aut nõ irritetur votum, non eſt abſolutè, & in ſe ſpectandum, ſed in ordine ad materiam promiſſam; idque prudentis arbitrio perpẽdendũ eſt. Quia cũ id perpẽdatur ad vidẽdum, an augeat notabiliter materiã promiſſam, nequit ipſius grauitas, niſi in ordine ad materiã promiſſam conſiderari. Et ita error quinque leucarum erit magnus in peregrinatione ad locum, quem quis ſolis quinque diſtare exiſtimabat; cũ tamen diſtet decem. At nec error decẽ leucarũ erit notabilis reſpectu loci exiſtimati a voueuenti diſtare ſolis centũ, cum tamen diſtet centũ, & decẽ.

13 Quod ſi perpenſis omnibus circumſtantijs, dubium ſit, an res illa in qua erratur, ſit notabilis, nec ne, crederem in hoc dubio iudicandum in voti fauorem, vt cenſeatur non notabilis ad votum irritandum, etiam ſi ſuſpicio ſit eſſe notabilẽ, ſecus ſi pro vtroque parte ſit aſſenſus opinatiuus, licebit enim vtrãuis, etſi minus probabilem ſequi. Vt in ſimili errore latius probabimus num. vlt.

14 Eſt autem temperanda hæc concluſio, quando error eſt inuincibilis. Quia, ſcilicet, vouẽs nõ dubitauit aliter ſe habere rẽ promiſſam, quam ipſe exiſtimabat. Secus quando fuit vincibilis, qd de hoc dubitauit, nec diligẽtiã adhibuerit ad veritatem rei promiſſæ aſſequẽdam. Quia tunc non eſt inuoluntaria illa maior difficultas, ſed virtute eſt volita. Cum huiuſmodi ignorantia non tollat voluntarium. Vt diximus lib. 1. c. 17. nu. 1. Et ſibi imputare debet huius diligentiæ omiſſionem.

15 Secũdo eſt intelligenda vt obliget, tũc votum quo ad ſubſtantiam, & circũſtantias accidentarias inſeparabiles à re promiſſa. Vt quando putauit vouens Romam diſtare centum leucis & diſtat centum & decẽ, tenetur ad oẽs eas. Quia eæ circumſtantiæ inſeparabiles cẽſentur virtute volitæ in ſubſtantia rei promiſſæ cognita. At ſi coniungeretur voto aliqua circumſtantia ſeparabilis à re promiſſa, atque eſſet error notabilis in illa circumſtantia eſſet votum inuoluntarium quoad illã, nec obligaret ad illam, ſed quoad ſolam ſubſtantiam, & cæteras circumſtantias. Vt ſi quis voueret ſe iturum Romam indutum ſacco, nec circa peregrinationẽ erret notabiliter, ſed quoad ſolam ſacci circumſtantiam à voto ſeparabilem, tenebitur ire, ſed non cum ſacco.

16 Tertio eſt limitanda, niſi is error non fuerit vouendi cauſa, nimirũ, quia vouens tempore voti emiſſi ita affectus fuit, ad rem promiſſam, vt etſi eas circumſtantias noſſet, nihilominus eam promitteret, tunc enim is error non irritat votum. Et ita Doctores nu. 11. allegati eam concluſionẽ docentes loquuntur, quando vouens ſecluſo errore non voueret. Et ratio eſt, quia in hoc caſu dolus & error nõ dedere cauſam voto, & in virtute illius actus vouendi non excluſus eſt hic caſus, imò eſt virtute volitus, & adeſt volũtas interpretatiua. (Vt optimè ait *Vaſquez 1. 2. q. 7. art. 4. diſp. 30. c. 4. nu. 29.*) Et ita lib. 1. de matr. diſput. 65. nu. 2. probaui ſponſalia ex ſimili errore inita valere. Et triplex fortiſſimum argumentũ contra hoc militans ibi nu. 1. propoſui, & ſolui nu. 3. At vbi nõ cõſtat de hac volũtate, etſi de illa ſuſpicio ſit, votũ non obligabit. Quia cõſtat de errore circa notabiles circũſtantias, qui ex ſe eſt eam inuoluntarij, ac proinde præſumptio eſt, vt is actus ſit inuoluntarius. Dum ergo non conſtat de ea voluntate excuſante, & reddẽte voluntarium, potior eſt pars, vt ſit inuoluntarius, ac proinde, vt votum nõ obliget. Quòd ſi vtrimq; ſit probabilis aſſenſus opinatiuus, integrum eſt vtrilibet, etſi minus probabili adhærere.

17 Ex his deducitur, errorem circa voti ſubſtantiam, nõ ſolũ ipſum votum quo ad eius ſubſtantiam irritare, ſed etiam quo ad accidentia cognita, illi ſubſtantiæ acceſſoria. Vt ſi quis errore putans Romam prope eſſe, cum tamen longiſſimè diſtet, voueret illuc peregrinari indutus ſacco, ſicut nõ tenetur ob errorem ire Romam, ita nec indui ſacco, in quo non errauit. Quia corruente principali corruit acceſſorium. *Regula Cum principalis, ff. de regulis iuris.*

SVMMARIVM.

An firma ſit regula, vt nemo per votum, vel iuramentum obligetur vltra id ad quod ſe obligare voluiſſet, ſi aduertiſſet? Refertur duplex ſententia, nu. 18. & 19.

Conciliantur hæ ſententiæ, & explicatur, quando rerum mutatio deobliget à voto vel iuramento, num. 20. 21. & 22.

An omnia, quæ impedirent à principio votum vel iuramentum emitti, ſi nota eſſent, impediant eius valorem, cum eo emiſſo ſuperueniunt, nu. 23.

Quando impoſſibilitas ſuperueniens, ſiue perpetua, ſiue temporalis, ſiue quo ad totum, ſiue quo ad partem deobliget à voto, iuramentove? Et quid, quando ad tempus, materia bona fit indifferens, mala, vel maius bonum impediens, n. 24.

An ſuperueniente impedimento perpetuo abſque vouentis, aut iurantis culpa, teneatur per alium implere: aut commutationem, diſpenſationemve procurare, n. 25.

Quid quando vouens, vel iurans, tunc notat ſe impeditum eſſe ad ea exequenda, nu. 26.

Quid, ſi fuerat in mora implendi, & poſt ſuperuenit impedimentum, nu. 27.

Quid, ſi id votum erat homini intimatum, & ab eo acceptatum; vel erat promiſſio homini facta, & promittens fuit in mora, num. 28.

An difficultas noua ſuperueniens excuſet à voti, vel iuramenti obligatione nu. 29.

An vouens religionem tempore adoleſcentiæ, excuſetur ab obligatione, ſi iam ſenex factus nondum impleuit, n. 30.

Promiſſio homini facta etiam iurata, an obliget, quando fit poſtea magis nociua promittẽti, quàm vtilis ei, cui fit n. 31.

An promiſſio iurata deobliget ratione ingratitudinis ſuperuenientis, nu. 32.

Quid, ſi tempore voti, vel iuramenti, quis eo affectu eſſet, vt nulla rerum mutatione retraheretur, n. 33.

Quid, ſi eſt dubium, ſuſpicio, vel opinio, an mutatio ſit tanta, vt deobliget à voto, vel iuramento, n. 34.

Poſt nu. 34. inuenies alia ſummaria, quæ deſiderantur.

18 Quæſtio ſecunda. An quando non eſt error tempore voti, vel iuramenti, circa ſubſtantiales eorum circumſtantias, ſeu difficultates, ſed poſtea illæ mutantur, deobligent votum, & iuramentum rebus ſic mutatis? Plerique Doctores hanc tradunt regulam, vt nemo per votum, aut iuramentum, promiſſionemve quamcumque obligetur ultra id, ad quod ſe obligare uoluiſſet, ſi id aduerteret dum promiſit. Ita docent *Innocentius capit. Veniens numer. vnico, de iureiurand. & ibi Abbas numero 4. Anton. cap. Quemadmodum num. 13. eodem tit. Hoſtienſ. ſumma eodem tit. num. 3. verſic. Item ſi iuro ſtare D. Anton. 2. part. tit. 10. c. 6. §. 5. Angelus verbo Iuramentum 4. in fine principij. Syluest. verbo Votum 2. quæſt. 17. fine, & verbo Iuramentum 3. quæſt. 1. particula 9. & quæſt. 2. & verbo Iuramentum 4. quæſt. 6. & quæſt. 13. fine. Tabiena verbo Iurare, quæſt. 15. num. 16. Armilla verbo Iuramentum, num. 35. fine. Nauar. ſumma cap. 18. Hiſpane, num. 5. La-*

tino

tiae n.7.fi. Molina tom.2.de iustit.disput.n.272.col.2.ver. Deinde ea rerum mutatio,& col.7.notabili 4. & satis hoc significant authores nu.23.referendi, in alia regula ab ipsius tradita ibi adducenda. Hinc infert *Molina ibidem* eam rerum mutationem à promissionis executione deobligare, quæ si promittenti occurreret dum promisit, eam exciperet, aut de ea tunc interrogatus respóderet mentem suam non esse in eo euentu se obligare, quamuis absolutè promiserit nil de illis euentibus cogitans. Ducuntur hi Doctores, quia liberalis promissio non est extendenda vltra promittentis intétionem. At intentio huius est, nolle se in eo euentu obligare. Sicut enim in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset in specie verisimiliter concessurus; *regula In generali, de regulis iuris, in* 6. ita in promissione absoluta non veniunt euentus, quos exciperet promittens, si in speciali cum his, vel alijs circumstantijs, sibi proponerentur. Et confirmatur, quia votum est lex quædã priuata, quam vouens sibimet imponit. At in legibus locũ habet epikia ad excipiendos euentus tanquam in lege non comprehensos, quos legislator sibi occurentes exciperet.

19 Hanc regulam impugnant alij. Quia ea retenta nullus esset in rebus humanis firmus contractus. Quippe sæpe contingunt aliqua, quæ si fuissent præuisa, cõtractus non celebrarentur, nec ad eum euentum se contrahentes obligassent. Præterea quia (vt nu.6.& 7.probauimus) non satis est fore, vt si quis aduerteret, vellet, aut nollet, vt subinde virtute censeatur velle, aut nolle, sed opus est aliquo actu saltem virtuali in voluntate, qui eum casum excludat. Quem tunc contingere nu.8. & 9.probauimus, quando substantia rei promissæ, aut finis promittentis mutatur. Et pro hac parte sunt, quæ diximus nu.10. ex *Caietano Armilla, & Soto*. Et in proprijs terminis eam impugnant, *Caietan.12.2.q.83.ar.3. col.pen.ver.ad hoc dicitur, quod de voto,& in summa, verbo Votum, c.penultimo, fine, vbi Armilla nu.11. Sotus lib.7.de iustit.q.2.art.1.ad 3.vers.Ex his quæ dicta sunt. Nau. summa c.12.nu.39. Ludouicus Lopez 1.p.instructorij c.43. fi. Valentia 2.2.disput.6.q.6.puncto 4.fi.*

20 Sed vt vtramque sententiam conciliemus, certissimum est, rebus mutatis excusari quempiam a voti, iuramenti, vel promissionis obligatione. Quod in promissione docuit *Seneca* quẽ refert, & sequitur *D. Tho. ab omnibus receptus 2.2.q.110. artic.3.ad 5.* Et fatentur vniuersi, & si promissio illa voto, vel iuraméto firmata sit. Hæc enim intelliguntur rebus in eodẽ statu permanentibus. Vt constat ex, *c.Quemadmodum, de iureiurãd. & ex alijs textibus, & Doctorib. quos refert. & sequitur Gutier.de iuram.1.p.c.29.nu.6.& c.71.nu.6.*

21 Non tamen quæcumque rei promissæ mutatio satis est, vt votum, vel iuramentum, vel promissio deobligent, sed exigitur notabilis mutatio. Quod per se notum est. Et docet optimè *Enriquez l.11.de matrim.c.14. num.1.fi.* nec aliquis hoc negat; alioquin passim dissoluerentur omnes promissiones, omniaque vota, & iuramenta cessarent. Cùm aliqua rerum mutatio sit frequentissima. Et hoc solum probant rationes nu.18.adductæ.

22 Nec est firma regula in vniuersum intellecta, quam ex multis doctoribus retuli n.18. nempè, eam mutationem satis esse, ad quam vouens, vel iurans de hoc interrogati dicunt fore, vt non se obligassent ad eam, si præuosent. Quia rationes adductæ n.19. & Doctores ibi allegati contrarium concludunt. Sed ea regula limitanda est, vt intelligatur, quando mutatio rei promissę est ita notabilis, vt quasi in alio statu eam cõstituat, & videatur diuersa res ab ea, quæ promissa est, & ad quã ille se intendit obligare. Sicut in simili diximus numero 17. non quemcumque errorem circa rem promissam irritare, sed quando contingit circa notabiles illius circumstantias variantes eius substantiam. Et sicut nu.12. diximus hoc non esse absolutè considerandum, sed respectu rei promissæ; ita idem in hac mutatione dicendum est. Quare optimè dicunt *Caietanus 2.2.q. 113.ad fi. paulo ante solutionem ad 1.obiectionem; & Molina tom 2.de iustitia disp.272.columna 4.* hanc mutationem prudentis arbitrio æstimandam esse, spectantis qualitate, & quantitate mutationis rerum, collataque mutatione hac cum re promissa. Vndè cautè *Nau.summa c.12.n.11 fi.* dixit iurantem se aliquid facturum, nec implẽtem ratione mutationis superuenientis, qua præuisa non se obligasset, peccare aliquando mortaliter; & aliquando culpę immunem esse; vt significet nõ peccare, quando mutatio est notabilis modo exposito, secus quando non est ita notabilis.

23 Hinc deducitur, qualiter intelligenda sit alia regula, quam multi Doctores tradũt, quæ sic se habet. Id liberat voti, vel iuramenti obligatione, quod si à principio accidisset, aut notum fuisset, impediret ea fieri. Hanc tradunt *D.Tho.4.d.38.quæst.1.artic.3.quæstiuncula 1. ad 1.& ibi Maior in q.1.col 5. corollario 5. Carthusianus q.2.9. Quæritur item. Archid.c.Qui bona 17.quæst.nu.4. Abbas cap.1.n.4.de voto. Angelus verbo Pactum nu 4.& verbo Votum 3.in fi.principij. Syluest. verbo Votum 2.q.1. & verbo Iuram.3.q.2.particula 3.fin.& verbo Pactum q.4.fi.vbi Tabiena q 2.num 3. Armilla nu.2. Medina C. de ieiunio, q.vltima, ad 4. Angelus floribus. 2 p.q. vnica de voto art.2.difficul.3.concl.5. Enriquez lib.11.de matrim. c.14.fi.* At hæc regula non intelligenda est de impedimento voluntatis vouentis, quasi quicquid eam à vouendo, vel iurando retraheret, si euenturum præsciretur, excuset à voti, & iuramenti obligatione: Id enim non est in vniuersum verum. (vt diximus numer. præcedenti.) Sed intelligenda est de impediméto respectu materiæ voti, vel iuramenti. ita vt sensus sit. Omne id qđ ante votum, vel iuramentum, reddidisset materiam promissam inhabilem ad eorum producendã obligationẽ, si post superueniant, illa irritant. Vt sicut non valerent, quando materia esset ab initio mala, simpliciter impossibilis, indifferens, aut maius bonũ impediret, ita si quæ a principio erat legitima materia, efficiatur postea mala, indifferens, omnino impossibilis, aut maius bonũ impediẽs, efficiet vt cesset obligatio. Et ita explicãt *Caiet.in summ. verbo Votum, c.pen. statim in principio. Et 2.2.q.88.artic.3.col.pen.vers. Ad hoc dicitur, quod de voto. Sotus lib.7.de iustitia quæst.2.art.1.ad 3. vers. Ex his, quæ dicta sunt. Franciscus Garcia de contractibus 1.p. c.3.fol.56. Valentia 2.2.disputat.6.q.6.puncto 4. columna 8. Emmanuel Sà summa, verbo Votum n.19.*

24 Secundo deducitur, quando impossibilitas, aut impedimentum implendi voti est perpetuum, quod postea superuenit, cessare omnino voti obligationem: si verò sit ad tempus, postea sublato impedimento esse implẽdum. Vt si quis dum esset diues, promisit eleemosynã, & in eã egestatem deuenit vt implere nequeat, excusatur pro tunc, at si postea pinguiorem fortunã adipiscatur, tenebitur implere. Ita docent *Palud.4.d.38.quæst.3. artic.4.conclus.2.num.24. D.Anton.2.part.tit.11.cap.2. §.4. Molina tom.2.de iustit.disputat.272.col.4.notabili 2.* vbi limitationem quãdam adhibet. De qua dicemus n.50. Quod si vouens nequeat totum implere, bene tamẽ partem, tenetur ad partẽ. Vt docent *D.Thom.4.d.38.q.1.ar.3.quæstiuncula 1.ad 1. Turrecr.17.q.1.in summa, ar.4.ad 3. Caiet.in summa, verbo Votum, cap.penult. D. Ant. proximè allegatus. Syluest. verbo Votum 2. quæst.1. Nau. summa cap.12. numero 39. Valentia 2.2. disput.6. quæstio.6.puncto 4. versicul. Secundum, quod notari debet.* Sed de huius veritate, an ita sit in vniuersum, dicemus cap.10. n.6. Et eadem ratione idem dicendum est in alijs mutationibus materiæ, nam si quæ a principio erat bona, efficiatur in aliquo casu mala ob circumstantiam occurrentem, aut indifferens, aut maius bonũ impediat; si hæc sint perpetua, extinguetur oĩno prior voti obligatio; si autem sint temporalia, & votũ habeat tractũ successiuum, aut nõ erat alligatum tempori, quod iam

transit, suspenderetur pro tunc voti obligatio; at eo tempore transacto, quando cessat ille defectus materiæ, redibit voti obligatio. Vt de materia bona facta indifferenti diximus num. 50. Et quando fit mala ad tempus, aut maius bonum impediens, sit exemplum. Promisit quis ieiunare omnibus sextis ferijs, occurrit aliquid maius bonum, vt illis diebus ministrare in xenodochio pauperibus eius ministerio valde indigentibus, quod non stat simul cum ieiunio, vel incidit in morbum indigentem esu carnium, vel indiget suis operis cum ieiunio incompossibilibus ad parentibus, aut suæ familiæ subueniendum, vel soluendum creditoribus, si mutatio hæc materiæ perpetua sit, omnino cassabitur voti obligatio. Si autem sit ad tempus, pro eo non obligabit; at cessantibus his impedimentis tenebitur in posterum votum seruare. Quia eadem est ratio, ac de impossibilitate superuenienti.

25 Nec superuenienti impedimento, & si perpetuo absque vouentis culpa, quia non fuit in mora, tenetur vouens per alium implere votum personale; vel in aliud commutare, quodcumque votũ sit. Quia non se obligauit ad implendum per alium, nec ad procurandã commutationem, sed ad implendum per se ipsum; qđ intelligitur, quamdiu id possibile sibi fuerit. Nec obstat. *capit. Quod super his, de voto,* vbi deciditur iniungendã esse cõmutationem laborantibus impedimento perpetuo. Quia respondẽt. *Abb. Angelus, Syluest. statim allegãdi,* id non fuisse verum impedimentum reddens impossibilem voti executionem, sed reddens eam difficiliorem; quæ difficultas non excusabat. Et ita tuentur *D. Thomas & Turrecr. nu. præcedenti allegati. Inno. c. Licet, initio, de voto, & ibi Hostiens. n. 6. Abb. n. 13. & c. 1. n. 4. eodem tit. Abulensis cap. 13. Num quæst. 54. D. Anton. 3. p. tit. 11. cap. 1. §. 5. Ang. verbo Votum 3. num. 7. Syluest. verbo Votum. q. 6. & 18. Nauar. summa c. 12. n. 55. Azor li. 11. institu. moralium cap. 15. q. 12. Manuel. 2. to. summæ cap. 99. nu. 10.*

26 Hoc tamen limitatur, nisi vouens, vel iurans tempore voti, vel iuramenti certus erat fore, vt in perpetuum non posset votũ illud, aut iuramentum implere. Tunc enim ne votum, & iuramentum ridicula sint & ne hic censeantur irridere, censendum est fuisse animum obligandi se ad implẽdum per alium, nisi aliud de eorum mente constet. Ita docent, *Abbas eo. c. Licet, nu. 13. Angelus eo. n. 7. Syluest. ea. q. Nauar. & Manuel nu. præcedenti allegati.* Et quamuis *Hostiẽsis ibi relatus* indistincte hoc asserat, quoties vouens, vel iurans norant se esse impeditos. At meliùs *Abbas, Angelus, & Syluest.* id dicunt tãtùm esse verum, quando norant impedimentum fore perpetuum. Et addo, nec ad id teneri, quando non certi, sed dubij de perpetua impedimẽti duratione erant. Quia tunc non essent hæc ridicula, sed intelliguntur si forte aliquando id impedimentum cessarit.

27 Quod si vouens, vel iurans fuerint in mora soluendi, & ita culpa sua in eam impotentiam inciderint, tunc aiunt quidam teneri eos per alium implere, aut commutationem procurare; ne ex culpa sua lucrum exemptionis ab ea obligatione reportent. Ita *Abbas eo. cap. licet, n. 14. D. Anton. & Angelus n. 25. allegati.* Et faciunt pro hac sententia *Ricardus 4. d. 38 art. 5. q. 1. ad 1. & ibi Carthusianus q. 2. §. Quæritur.* vbi dicunt teneri hunc ad aliquam compensationem. At verius est, nilque ad hoc referre, siue culpa sua, siue absque culpa in eam impotentiam inciderint. Quare quando culpa sua inciderunt, tantum tenentur de præterita culpa pœnitentiam agere, ac propositum implendi habere, si forte aliquãdo impotentia cessarit. Quia non aufertur res ex iustitia debita, sed ex religione; cuius transgressio obligationem restituendi non inducit. Et pro hac sententia sunt *D. Thomas 2. 2. q. 88. art. 3. ad 1. & 4. d. 38. q. 1. artic. 3. quæstiuncula 1. ad 1. Turrec. 17. q. 1. in summa, artic. 4. ad 3.* vbi dicunt hos teneri ad dolendum de peccato, & nullam aliam satisfactionem expresserunt. Et tenent expressè *Syluest. Nauarr. & Manuel numero 25. allegati. Abulensis c. vbi sup. 30. Num q. 48. fine. Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 6. 6. puncto 4. columna 8. versic. circa huiusmodi.*

28 Sed quid, si id votum esset in fauorem alicuius operis pij, aut pauperis, & esset eis intimatum ab illisque acceptatum. Vt si illis qui promisisset certum equum, & iam implere nequit, eo quod alteri eum vẽdiderit, aut postquam fuit in mora, iam perierit? Eadem est de hoc difficultas, ac de promissione homini facta ab eoque acceptata, quia vltra votum est promissio illi homini facta. Et quidem asserẽtes promissionem factã ex sola fidelitate obligare (quos retuli l. 1. de mat. disp. 9. n. 17.) censebunt hunc nõ teneri ad interesse, & damna inde sequuta, vtpote qui nõ legis iustitiæ, sed solius fidelitatis transgressor est. Et in propriis terminis docẽt *Enriquez lib. 13. de excom. c. 17. n. 5. & 6. Franciscus Garcia de contract. 1. p. c. 3. fol. 18.* At dicendum est teneri hunc restituere. Quia hæc promissio obligat ex iustitia. Vt ex multis probaui ea disputatione num. 20. Et ita docent *Medina li. 5. de sacrorum hominum contin. c. 132. Lud. Lopez 1. p. instruct. 1. 180. vers. Insuper vos vni. Molina to. 2. de iustit. disputat 273. col. 4. notabili 1.*

29 Tertio deducitur, quod dicendum sit de difficultate noua superuenienti, an excuset à voti, vel iurĩ obligatione. *Abbas cap. Non est, n. 5. de voto,* id negat concedit tamen esse causam facilius dispensandi. Et idem docet de promissione iurata *Allegato Ludouico Lopez Manuel. 2. to. summa c. 27. nu. 1.* Sed contrarium tenent, *Glo. capite. Non est, verbo authoritate. Hostiens. summa tit. de iureiur. n. 3.* Sed vtraque sententia concilianda est iuxta dicta num. 11. vt posterior vera sit quando difficultas superueniens non erat intrinseca rei promissæ, & in ipsius substantia inclusa, sed est noua, notabilemque mutationem in re promissa, aut iurata faciens, quæ si est temporalis, suspendit pro eo tempore, quo durat, obligationem. Si vero ea perpetua, omnino aufert. Ratio est, quia ea notabilis mutatio facit, vt in eo euentu sint votum & iuramentum inuoluntaria: (Vt eo. num. 11. probaui.) Et iuramentum promissioni addi tum recipit omnes illius conditiones. (Vt dixi lib. præcedenti c. 17. num. 13. Quare optime, *Molina tom. 2. de iustitia, disputat. 272. col. 3. notabili 3.* ait omnem rerum mutationem à promissione deobligantem, deobligare quoque ab illa iureiurando confirmata. Item, quia iuramentum intelligitur rebus non mutatis. (Vt probaui hoc c. nu. 20.) Prior autem sententia est vera, quando difficultas non est ita grauis.

30 Quarto deducitur, eum qui adolescentiæ tempore vouit religionem, nunc autem est ita senex, vt viribus ad religionis onera subeunda destitutus sit, esse à voti obligatione liberũ. Quia est notabilis mutatio rei promissæ respectu huius. Ita *relato Victoria* tenet *Ludouicus Lopez 1. p. instructorij capite 41. columna 1. versicul. Sed de illo.* Et satis fauet *Sotus libro 1. de iustitia, quæstione 7. art. 3. col. 6. versi. At si percunteris.* vbi ait, si postquam quis ire Hierosolymam, aut religionem ingredi vouit, accidat perpetuus morbus, aut debilitas impediens, eũ à voto excusari. Quod intelligo quamuis hic sua culpa votum tempore iuuentutis non implerit, prout tenebatur. Quia quo ad hanc obligationem in posterum exequendam nil hoc confert. Cum moralis impossibilitas exequendi nunc adsit ratione prædictæ mutationis. Nec tenetur illud commutare; sed de præterita negligentia dolere. Iuxta dicta numer. 27. Nec etiam ob eandem rationem tenetur ad id, & si monachi eum admittere velint.

31 Quinto deducitur, non obligare promissionem homini factam, quãdo ea superuenit mutatio, vt res promissa noceat magis promittenti, quam sit vtilis ei, cui promittitur. Vt si aduocatus suum patrocinium in aliqua causa promiserit, & superuenit morbus proprij filij, cui necessariò debet subuenire, nec subueniendo

potest

potest promissionem seruare, non tenetur ad illam. Quia hæc difficultas superueniens censentur magni momenti in ordine ad promissionem illam. Ita *Caiet. a.2.q.113.ad fi. em paulo ante solutionem ad 1. Naua. summa Hisp.cap.18 num.4.* Quod est verum, etiam si ea promissio sit iureiurando confirmata. Iuxta ea, quæ n. 29. diximus.

32 Sextò deducitur, ratione ingratitudinis superuenientis deobligare promissionem homini factam. Cum etiam donatio perfecta possit rõne illius reuocari, *l. fi. C. de reuocand. donat.* Et tradunt *Sotus lib.7. de iust.q.2. art.1.ad 1. vers. Respondetur, quod non accipit. Mercado lib.6. de contractibus c.16. Franciscus Garcia de contract. 1.p. c.3. Aragon 2.2.q.88.art.3.fol.991.col.2. Molin.t.2. de iust. disp.27a. ad fi.* Et hoc est verum, etsi ea promissio iurata sit, iuxta ea, quæ diximus n.29. Et hac ratione li. præcedenti c.17.n.16. probauimus non seruauti fidem non esse seruandam etiam iuramento firmatam.

33 Demum duo obseruanda sunt. Prius est, si eo affectu quispiam esset tempore voti, vel iuramenti, vt nulla futura iterum mutatione præuisa retraheretur à vouendo vel iurando, tenetur quacumque mutatione sequuta, dummodò possibilis maneat res promissa, & legitima voti, vel iuramenti materia. Vt in simili diximus numero 16. ob rationem ibi traditam, vbi etiam diximus in dubio nõ præsumi velle quampiam se obligare hac notabili rerum mutatione sequuta. Quando aũt promissio esset homini facta, oporteret ne ratione huius affectus possit dictis mutationibus superuenientibus reuocari, vt is affectus sit illi homini intimatus verbis, aut signis, & promissio sic acceptata ab illo sit. Ratio est, quia promissio illa absolutè facta potest superuenientibus dictis mutationib. reuocari. Ergo vt nõ possit, minimè satis est illa internus affectus. Quippe promissio homini facta, etiam si iuramento firmetur, in tantum obligat, in quantum ab homine illo, cui fit, acceptatur. Vt probaui li.1. de matrim. disput.6. per totam.

34 Posterius est, quoties est dubium, aut suspicio, an mutatio sit tanta, vt deobliget a voto, vel iuramento, vel promissione, iudicandum est in fauorem horum vinculorum, & proinde ea obligare. Vt in simili dicemus n. vltimo, & in simili etiam diximus n.13. Et insuper est specialis ratio in hoc casu; quia cum constet de voti emissi valore, & solum dubitetur, an ita materia promissa mutata sit, vt maneat apta voti materia, tũc vtraque huius dubij pars est in Dei fauorẽ, & illud tantum quæritur, quid sit illi gratius, & nulla illius cõtradictionis pars est in vouentis fauorem directè, & per se loquẽdo. Quia tantum dubitatur, an Deus acceptet, vel non acceptet materiam sic mutatam. Quando vero in rei debitæ solutione tota dubij ratio cõsurgit ex dubia creditoris voluntate, eligenda est ea pars, quam creditor vult magis eligi. Deus vero semper magis eligit, nõ omittatur res promissa absque dispensatione in huiusmodi dubijs. Quia hoc magis in eius honorem tanquam tutius, & melius. Item, quia quãdo de præcepto constat, & est dubium an adsit legitima causa excusans, obligat præceptum, vtpotè quod in eo dubio possidet. Vt probaui lib.1. huius summæ c.10. nu.9. Cum ergo obligatio voti in hoc casu certa sit, & dubia excusatio ob mutationem materiæ ex apta in ineptam, vel in notabiliter difficiliorem, vel vndecumq; alias notabiliter mutetur, dicendum est in dubio huius mutationis obligare præceptum illud voti, iuramenti, pmissionisve humanæ implendorum. Hinc tamen excipiendum est, nisi ea materiæ mutatio accidat, vt dubium sint, an in eo euentu sit bona, an potius mala, vel notabiliter corporali promittẽtis saluti nocens, in hoc n. dubio, qñ præmissa sufficienti diligentia vinci non posset, deobligatur votum, iurm, & quæuis pmissio. Quia stante hoc dubio est peccatum sic operari. Tandem, qñ sunt opiniones integrũ est cuilibet et minus probabili adhærere. Vt in simili dicemus nu. vltimo.

SVMMARIVM.

An quando causa vouendi, vel iurandi, coincidit cum re promissa, vel est pars ipsius, error circa causam irritet votum, & iuramentum, nu.35.

Quid, quando non coincidit, & est error circa illam, vel post cessat, Refertur duplex sententia, numero 36. & 37.

Quid sit causa finalis, & quid impulsiua, nu.38.

Causa impulsiua est etiam finalis, & quotuplex est finis, num. 39.

Quando quis vouet principaliter ob aliquam causam, & minus principaliter ob aliam, an vtraque sit finalis, nu.40.

An idem possit esse causa finalis respectu circumstantiæ, & impulsiua respectu voti principalis, nu.41.

Cessante finali voti, vel iuramenti causa, hæc cessant: secus sola impulsiua cessante, nu.42.

Explicatur textus c. Magnæ de voto, nu.43.

Quid, si causa cesses culpa vouentis, vel iurantis, num.44.

Quod, si a principio erretur in causa finali, & quo tempore verificari debeat, vt obligent votum, & iuramentum, num 45.

Quid, si error sit vincibilis. nu.46.

Quid, si plures sint causæ, & vna deficiat, nu.47.

Quid, si mater pro filij salute aliquid promittat, & antea ille moriatur: vel si quis falsò existimans se aliquod beneficium à Deo recepisse, aut institutum hæredem, aliquid voueat, num.48.

Quid, si finis voti principalis sit verus, at circumstantiæ falsus num.49.

An si causa principalis a principio fuit falsa, vel si fuit vera, cessauit iam, ita irritetur votum, vt ille postea existenti vera non conualescat, nu.50.

An defectus causæ reddat faciliorem dispensationem, numero 51.

Quid, si dubium sit, an causa cessans, vel in qua est error, sit finalis: aut de hoc sint opiniones, nu.52.

QVÆSTIO Vltima. An error circa causam iuramenti, uel uoti, reddat ea irrito; aut ipsius causæ postea cassatio efficiat ipsorum obligationem cessare. Et (ut diximus num.4.) non agimus de professione, aut de uotis constituentibus quempiam religiosum in Societate Iesu, de illis enim ibi diximus. Sed sermo est de alijs uotis Simplicibus. Et quidem causa uouendi, aut iurandi aliquãdo coincidit cum re ipsa promissa, aut est pars ipsius. Vt quando quis promittit, uel iurat peregrinationem, impulsus desiderio ferendi laboris itineris. Et quãdo est error circa hanc causam, idem dicẽdum est, quod diximus n.11. de errore circa rem promissam. Aliquando uero causa non coincidit cum re promissa, nec est pars illius. Et de hac est quæstio præsens.

36 Quæstionem hanc communiter disputant Doctores, in eo euentu, in quo causa uoti erat tempore pmissionis uera, & postea cessauit. Quando autem erat tũc falsa, & putata a uouente uera, ac proinde eo errore ductus uouit; neminem disputantem inueni præter *Ancharanum c. Magnæ n.13. notabili 15. de voto.* ubi inter utrumque modum id discrimen statuit; ut si tempore uoti emissi causa fuerit falsa, non obliget uotum; secus si tũc fuerit uera, & post cessarit. Ducitur, quod in priori euentu votum caruerit principio obligationis, & ideo non mirum, si ex defectu illo reddatur irritum. At in posteriori fuit semel efficax: ac proinde defectu causæ superueniens id irritare minimè debet. Quippe facilius impeditur rem ualidè fieri, quàm semel ualidè facta ualore suo destituatur. Et quoad priorẽ partem fauet ei *Molina to.1 de iust. disp.209. columna 3. vers. Hoc loco,* ubi ait præsumendum esse non esse promittentis animum, intendere se obligare ad promissa exequenda, non existente causa, a qua quis promotus est ad pmittendum. Et ideo ait regulariter esse irritas promissiones ex causæ errore procedentes.

37 Quando autem a principio causa uoti extitit, ac pro-

finalem. Et ideo melius dicendo eam voti commutationem non fuisse necessariam, sed concessam ad maiorem cautelam. Quod non obseruarē significat Pontifex in vltimis illius textus verbis, dicens cessante illius voti causa potuisse quoque eius obligationem finiri. Quasi dicat cessasse, si fuit causa finalis, secus si fuit impulsiua. Et ideo non dixit cessasse, sed potuisse cessare. Nec obstat Pontificem appellare ibi hanc cōmutationem, indulgentiā, siue priuilegium: & subinde debere aliquid operari. At nulla esset operatio, si votum non obligaret. Quia respondeo sæpe concedi priuilegia ad pacandas conscientias, easque scrupulorum stimulis liberandas, etsi in rigore ea non essēt necessaria, Vt probaui lib. 1. de matrimonio disputatione 37 fine.

44 Limitatur tamen conclusio, nisi culpa vouentis cessaret ea causa finali: vt quia fuit in mora implendi voti, ac postea eius finis cessauit: tunc enim tenetur ad votum. Ita *Manuel 2. tomo summæ cap. 98. n. 2.* Et ducitur, quia votum conditionale obligat non impleta conditione culpa vouentis. Sed hanc limitationē non approbo. Tum quia fundamentum cui innititur, est satis dubium. Vt agentes de voto conditionali dicemus. Tum etiam quia esto id esset verum, est disparitatio. Nam eo ipso quod quis apponit conditionem videtur intelligere, si deficiat cōditio ex aliarū causarum defectu, & videtur se obligare ad votum in casu, in quo culpa sua ea conditio deficit. At qñ se obligat ad votum ductus aliquo fine, non se obligat ad procurandum ne finis ille culpa sua desit. Et eum fuisse in mora ad solam præteritæ negligentiæ dolorem obligat. Vt diximus nu. 17. Si autem id votum esset intimatum homini, in cuius fauorem emissum fuit ab eoq; acceptatum, vel esset iuramentum homini præstitum, teneretur implere. Quia mora tunc non excusat: vt nu. 18. probaui.

45 Secunda conclusio. Similiter non valebit uotum, si à principio errarit uouens in finali uoti causa, uel iuramēti, secus autem, si in sola causa impulsiua. Et de hac causa finali est intelligendus *Anch. capite. Magnæ, nu. 15. de voto,* dum ait errorem causæ uouendi irritare uotum. Hæc conclusio constat ex præcedenti. Nam si defectus causæ finalis superueniens efficit cessare obligationem uoti semel ualidi, vtpotè in eo casu non uoluntarij: à fortiori impediet ab initio eius ualorem. Non autem impedit error in causa, impulsiua: vtpotè qui non est causa, ut uotum sit inuoluntariū. Debet autem uerificari hæc causa finalis uoti tempore quod uoto exequendo designauit uouens, uel si nullum designauit, tempore quo obligare solet uotum, cuius executioni nullum tempus præfixū est uerbi gratia uouit quis peregrinari Romam causa inuisendi loca sancta, & fratrem suum, ita ut utrumque sit causa finalis, & tunc frater non erat ibi, at tempore quo id uotum ex termino uouenti præfixo, uel eo non præxo, quo ex natura rei deberet obligare, existat ibi, obligabit uotum Sicut de dispensatione diximus lib. octauo de matrimonio disputatione trigesima à numero primo usq; ad quartum, ut referre falsitatē causæ tempore quo Romam mittitur ad dispensationem obtinendam, sed spectari an uera sit tēpore quo effectū sortitur, nempè, qñ Pontifex eam concedit. Et ita quando uotum habet tractum successiuum, ut si quis promittat Deo nunquam ingredi talem domum, uel tempore determinato, falso credens ibi habitare fœminam, cum qua peccandi occasionem habebat, quamuis ibi tunc non habitet, & sic erret in causa, si postea toto tempore obligationi uoti designato habitet ibi femina, obligabit uotum. Quia pro eo tempore in quo adhuc uotum exequendum est, uerificatur finalis eius causa. Et in hoc sensu est uerum quod tradit *Nau. summa latina capite 12. nu. vltima.* Vt dicemus capite 7. num. 19.

46 Est tamen limitanda conclusio, ut intelligatur, nisi error sit uincibilis. Si enim dubitans de finis ueritate, nec indigens au sit uerus, uoueret, cēseretur seaq; quouis euentu obligare. Vt in simili de errore circumstantiarum substantialium diximus num. 14.

47 Hinc deducitur, qualiter sit intelligendum quod tradunt *Angelus verbo Votum 3. num. 23. Syluest. & Azor n. 42.* nempè ex duabus uoti causis altera sola manenti obligare uotum. Et explicat *Syluest.* quando ex duæ causæ sunt impulsiuæ. At dicendum est, hoc tantum esse verum, quando causa voti, vel iuramenti, quæ deficit, non erat finalis, siue principalis, siue minus principalis. Nam si erat vtrouis modo finalis, ita vt dependenter ab vtraq; fuerit votum, vtrauis earum deficienti non emittendum, ex cuiusuis illarum defectu cessat votum. Secus si ea quæ defecit, erat solum impulsiua, qua scilicet nō extanti adhuc votū emitteretur. Et forte hoc est quod *Angelus, & Syluest.* limitantes id quod dixerant, addunt, nempè, altera ex illis causis deficiente non corruere votum, qñ altera earum existenti intendebat vouens se obligare. Similiter qñ duplex est finis adæquans, atque ita vterius intenditur, vt altero deficienti votum emitteretur, non cessat voti obligatio vtrouis eorum deficienti, vel si in vtrouis errorie.

48 Secundò deducitur, quid dicendum in casu quo mater pro filij salute impetranda vouet ieiuniū, & antea moritur filius. *Ludouicus Lopez. 1. par. instructorij, cap. 10 44. columna 1. versicul. Quæ vouens virginitatem,* dicit eam teneri ad ieiunium, nisi in mente conditionem aliquam retinuisset. Sed *Angelus verbo votum 3. in principio,* dicit eam non teneri. Quia causa voti cessauit. At simili modo distinguendū est. Si salus illa filij obtinēda fuit finis intentus, siue pricipalis, siue minus principalis voti, ita vt ea desperata mater non vouerer, minimè obligat: secus si etiam tūc vouisset: & proinde fuit causa impulsiua. Et eodem modo de similibus votis distinguendum est. Vt si quis falso existimans se à Deo recepisse aliquid magni beneficiū, vouisset aliquid in gratiarum actionem, vel falso se legatarium, aut hæredē institutum credens, vouisset eleemosynam copiosam.

49 Tertiò deducitur, similiter esse irritum iuramentū, vel votum, aut non obligare quo ad circumstātiam à voto separabilē, quādo uel causa finalis illius erat falsa, uel iam cessauit; licet tunc non cesset, nec obliget uotum quo ad substantiam principalē, si ea causa erat solum impulsiua illius. Vt in exemplo, quod n. 41. adduximus, peregrinationis cum facco ratione falsæ indulgentiæ, aut iā reuocatæ. Quia eadē est ratio respectu illius circūstātiæ deficienti eius fine, quæ est respectu substantiæ principalis deficienti eius causa finali.

50 Est tamen discrimen hoc, qñ à principio causa finalis erat falsa: & qñ erat uera, sed post cessauit. Nam quando à principio erat falsa, nempè, tempore quo uotum deberet obligare, iuxta dicta numero quadragesimoquinto, uotum tūc non ualuit, ac proinde etsi ueritas causæ post superueniat, non incipiet valere. Sicut quando causa dispensationis fuit falsa tempore Pontificiæ cōcessionis, nō incipit esse falsitate ea postea cessante ualida. At quando causa fuit uera, ac proinde uotum ualidū quamuis postea cesset, credo non extingui omnino uotū, sed suspendi: & ideo redeunti fine redire obligationem. (Vt in simili dispēsatione, cuius finis cessauit, probaui libro octauo de matrimonio disputatione trigesima, num. decimoseptimo.) Vt si quis uouit se non trāsiturum aliqua, ductus quod ibi habitet mulier, cum qua peccare solet: ea mutatē domicilium, potest illac transire. At si postea illic habitet, tenebitur ad uotum. Quod deficienti fine non extinctum, sed dispensatum erat. Sicut nu. uigesimoquarto, probauimus uotum semel ualidum non omnino extingui materiæ mutatione, de bona, possibili, in malam, impossibilem, aut indifferentem: sed quando mutatio est perpetua: at quādo est temporalis, suspenditur obligatio, dum ea durat. Sed in contrarium huius facit quod docet *Molina tomo 2. de iustitia disputat. 272. columna 4. notabili 2.* ubi ait non esse in uniuersum uerum, ut qui post

post votum eleemosynæ largiendæ in paupertatem inciderit, teneatur postea ditior factus illam largiri: sed prudentis arbitrio id iudicandum. Nam (inquit) si quis dum diues esset, ex liberalitate promisit centum alicui quia status, & abundantia bonorum inter alia ad id inuitarunt, & antequam esset in mora, in magnam deuenit paupertatẽ, omnino manet liber. Nec si postea casu aliquo, aut sua industria ad pinguẽ deueniat fortunam, tenetur implere priorem promissionem. Quia non censetur is velle se obligare, nisi non variato statu, in quo tempore promissionis erat. Et quamuis ea limitatio dum promittens nõ fuit in mora, locum habeat in promissione humana, in qua ipse loquitur. Quia obligat ex iustitia ad damna, & interesse, vbi promittens est in mora, (vt diximus nu. 28.) quare idem dicendum est in voto in fauorem hominis facto, & illi intimato, ab eoque acceptato, aut si iuramentum eidem præstitum sit: (vt diximus eodem numero 28.) At cum contrarium dixerimus num. 27. in voto, vel iuramento soli Deo factis, videtur ea limitatio in illis non apponẽda. Et aliud expensum ego adhibeo Si quis promittat, vel iuret soli Deo, se daturum Petro pauperi mille aureos, motus speciali eius indigẽtia, & effectu ei subueniendi: & antequã det, siue fuerit in mora, siue non magnam Petrus diuitiarum copiam obtinuit: videtur vouens hic, aut iurans excusatus omnino, à voti, vel iuramenti vinculo, etsi Petrus postea in priorem paupertatem deueniat. Quod vtrumq. exemplum approbo. Et ideo moderaret dicta hac regula tradita. Si ita cesset finis, vt quasi diuersum statũ constituat prorsus in promittẽte, vel in eo, cui promittitur, cessat omnino obligatio voti, vel iuramẽti ita vt non reuiuiscat rebus ad primum statum restitutis. Secus vbi non quasi nouus status constituitur, sed est mutatio quædam accidentaria, passimque variabilis. Vt exemplo mulieris mutantis domicilium proximè adducto.

51 Quamuis autem defectus causæ impulsiuæ non irritet votum, præstat faciliorem dispẽsandi causam. Quia etsi votum non desinat eius defectu esse voluntarium: at non est ita voluntarium, ac illa causa existente. Et ita colligit ex *c. Magnæ, de voto in fine.* Et tradunt *Glossa ibi, verbo, Vt veniret. Anton. num. 15. Abb. nu. 14. & cap. Ex parte, el 2. num. 8. de conuers. coniug. Tiraquel. tractatu cessante causa limitatione 1. num. 20.*

52 Tandem si dubitetur de mente vouentis, aut iurantis, an causam, quæ cessarit, vel in qua est error, spectarit ac finalem, & sine qua votum, vel iuramentum non emitteret: id iudicandum est ex vouentis affectu, & magno desiderio obtinendæ rei mouentis ad vouendum, & ex effectu ad rem promissam seclusa ea causa. Et ita credo frequentissimè causas has, quas vouens spectat, esse finales, saltem minus principales: & ideo non obligare votum. Quando vero rationes vtriusque partis probabiles existunt, ita vt opinionem generent, licebit alterutri parti, etsi minus probabili, adhærere. (Vt in sim li dixi c. præced. nu. 16.) Si verò res æquè anceps consideratis omnibus circumstantijs maneat, tũc aliqui censentur votum non obligare. Quod in eo dubio melior sit conditio voluntatis libertatem possidentis. Item quia cum voti causam subsistere desideretur ad voti valorem, perinde est dubitare an causa finalis voti subsistat: ac dubitare an votũ emissum sit. In quo casu voti non obligare diximus c. præcedenti n. 15. Sed alij (quibus accedo.) dicunt præsumi causam impulsiuam eam quæ cessauit, aut quæ falsa fuit: & sic votum obligare. Ita sentiunt *Angelus Syluest. & Azor, vbi eos re ul num. 42* Atque idem dicendum est, si dubitetur an causa cessarit Ducor, quia cum constet de verbis voti obligationem inducentibus, siue ore, siue sola mente prolatis iam non stat possessio pro volũtatis libertate, sed pro illo vinculo, dum vouens non se exonerat, ostendendo verè causam finalem cessasse, aut fuisse falsam. Item, quia cum votum quando dubitatur an causa cessarit, cœperit obligare: stiam pro ipsó possessio. Item quia in hoc dubio præsumptio fori externi stat pro voti verbis, tantum certis. & in fauorem voti iudicaretur translato onere contrarium probandi in vouentem. Ergo dum aliud in foro conscientiæ non constat, standum est, quoque in foro conscientiæ hac præsumptione: iuxta regulam à nobis latè probatam in lib. 1. huius summæ c. 1. n. 18. Item quia in dubio ius præsumit pro actus valore, *c. Abbate, de verb. signif. l. Quoties ff. de rebus dubijs.* Tãdem quia idem in simili probauimus lib. 8 de matrimonio, disputatione 21. numero 20. & 25. & disputatione 40. numero 9. quando dubitatur an causa dispensationis, quæ cessauit aut quæ falso allegata fuit, sit finalis, aut cessarit: vbi probauimus præsumi impulsiuam, nec cessasse finalem, vt valeat dispensatio. Nec est simile, quando prorsus dubitatur an votum emissum sit. Quippe tunc nulla est pro voto possessio, sed tota pro voluntatis libertate.

CAPVT III.

Qualiter metus auferat voluntarium ad votum requisitum: ac proinde illud irritum reddat.

SAMMARIVM.

Quotuplex sit metus: & an cadens in virum constantem dicatur respectiuè, nu. 1.

Quæ sint mala hunc metum inferentia: & an timeri debeant in propria persona, nu. 2.

Metus potest esse ab intrinseco, vel ab extrinseco, & incussus iuste, vel iniuste, ad extorquẽdum votum, vel ob aliam causam, num. 3.

Valeat votum quando metus non incutitur ad extorquẽdum illud, num. 4.

An quando metum iniuste, vel iniuste patienti offertur libertas, si professionem emittat, vel ipse eam eligit, vt incolumis euadat, valeat votum num. 5.

An valeat metu graui incusso ad extorquendum votum, quando vouens ad id incuti ignorabat, num. 6.

Quæ quæstiones disputandæ sint nu. 7.

An metus grauis iniuste incussus, ad votum extorquendum, illud irritet iure naturæ? Refertur quædam sententia, numero 8.

Explicatur sententia Authoris, nu. 9.

An inter infideles valeat, nu. 10.

Post nu. 10. inuenies alia summaria.

1 PRæmittendum est, metum alium esse cadentem in virum constantem, alium in virum inconstantem. Prior appellatur etiam iustus, probabilis, & grauis. Posterior autem leuis, iniustus, improbabilis, & vanus. Vt probaui libro 4. de matrimonio disputatione 1. numero 9. Prior autem timor quinque conditiones desiderat. Prima est, vt malum quod timetur, sit graue. Secunda est, ut æstimatio illius mali sit prudens, & fortis: id est, ut timens non leuiter, & uane credat malum illud sibi imminere, sed probabiliter, & rationabiliter. Tertia est, ut metum incutiens sit potens minas exequi. Quarta, ut sit solitus exequi. Vltima, ne timens possit facile occurrere illi malo quod timetur. Quas omnes conditiones latissimè probaui, & explicui, multa ex illis inferens, & alia ad hoc pertinentia explicans, eo. libro 4. tota disputatione 1. & 2. Atq; tota 3. disputatione probaui metum cadentem in uirum cõstantem dici respectiuè: & proinde metus, qui respectu unius est cadens in uirum constantem, non est talis respectu alterius, qui fortior est, aut iunior aut nõ ita pusillanimus. Et minor metus requiritur in femina quam in uiro.

Quæ

2 Quæ autem sint mala, quorum timor in virum constantem cadit: & an ea necessariò in propria persona timen debeant, dixi latissimè lib. 4. de matr. à disp. 4. vsque ad 12.

3 Secundò præmittendum est, duplicem esse metum, quidam est incussus ab intrinseco, vel à causis naturalibus: vt à morbo, tempestate, feris animalibus. Dicitur enim ab intrinseco quia non incutitur per actum liberum, sed per modum naturæ. (Vt rectè animaduertit *Sotus 4. d. 29. q. 1. art. 3. vers. Hinc primo colligitur.*) Alter verò est ab extrinseco, idest, à causa libera. Vt dum viuenti comminatur aliquis mortem, aut illi malum aliquod graue inferre vult. Rursus posterior hic metus est duplex, quidam incussus gratia voti extorquendi. Alter verò ob aliam causam. Et priori hoc modo incussus potest incuti iustè, vt dum quis cōminatur malum graue, quod iustè inferre pōt; vt iustam delicti accusationem. Vel pōt incuti iniustè: vt si id mali iniustè inferre velit.

4 Tertio præmittendum est, id esse apud omnes certissimum, nempe, quoties metus non est incussus gratia extorquendi voti, siue, proueniat à causa naturali siue libera, quantumuis grauissimus sit non irritat votum. Quod constat ex *cap. Sicut nobis. de regular.* vbi votum ægri timore mortis iudicatur validum. Et ratio est, quia tunc à nemine impellitur vouens ad votum emittendum: sed sponte sua id viuendi medium eligit quò ex eo periculo incolumnis euadat.

5 Quarè ad dijudicandum num votum irritum sit ratione metus, summopere spectandum est, an voto extorquendo incussus sit metus: an potiùs metū grauem, siue iustè, siue iniustè patienti offeratur votū siue ipse sua sponte id eligat tanquam medium ad euadendum id periculum. Quippe cùm in hoc casu minimè incutiatur metus ad votum extorquendū, sed metus incussus auferatur oblata illa conditione, non impeditur voti valor eo metu. Vt si damnatus etiā iniustè capitis pęna, vel obsessus ab hostibus, eligat sua sponte religionis professionem, si vita ei condonetur, uel obsessio soluatur: uel alius etiam iniustitiam illam inferens, libertatem ei offerat ea cōditione acceptando re uera is metus ob aliam causam incussus est. ualebit professio, & quoduis aliud uotum. Atque hinc defenditur consuetudo, ut uir de adulterio uxorem accusans mortis pœnam ei remittat dummodo in religione professionem emittat. Quæ omnia in simili de matrimonio sic initio probaui multis adductis contra alios, lib. 4. de matrim. disp. 12. à nu. 12. usque ad 15.

5 Immò si animus incutientis metum sit votum extorquere, eo tñ animo nō significato vouenti, nec per ipsū intellecto, is aliquid voueat ad incolumnitatē obtinendam, obligabitur voto. Quia cū prauæ illius intentionis ignarus sit. non coactus est eo metu ad votū emittendum, sed sua sponte illud tanquam incolumitatis medium elegit: ac proinde idem prorsus est, ac si quocumque alio fine metus incuteretur. Sic *Valentia 2. 2. disputat. 6. q. 6. puncto 4. col. vltima, vers. Neque vero eadē est ratio.*

7 His ergo præmissis, quadruplex est quæstio disputanda. Prima est. An metus grauis iniustè incussus gratia extorquendi voti, illud irritet iure naturæ. Secunda, an iure ecclesiastico. Tertia, an irritet, si iustè incussus sit. Vltima, an metus leuis irritet.

8 Quęstio prima. An metus grauis, seu cadens in virum constantem, incussus iniustè gratia extorquendi voti illud iure diuino naturali irritet? Duplex est sententia. Prima ait iure diuino naturali irritare. Ducitur primò, quia *cap. 1. de his quæ vi*, non irritatur professio eo metu extorta, sed tanquam irrita declaratur: & nullus textus eam irritans inuenitur. Ergo supponit eam esse iure diuino naturali irritam. Secūdò, quia spontaneum militem eligit Deus nec promissionem coactam acceptat. Cum enim votum sit religionis actus, ad quam solum spontaneum obsequium spectat, petit necessariò materiam sponte oblatam. Tandem quia nil violentum est perpetuum. At votum esse habet vt vinculum perpetuum sit. Hanc sententiam (quæ satis probabilis est) tenent *Sotus lib. 7. de iust. & q. 2. art. 1. ad 2 paulo post principium: & lib. 8. q. 1. art. 7. col. 17. vers. Serafius tamē.* Et aliqui neoterici. Et in quodam simili, nempe, in matrimonio tali metu inito, tenent multi alij, quos retuli lib. 4. de matr. disp. 14. nu. 2. vbi & alias quoq; rationes attuli, quæ hanc partem in professione solemni probant.

9 Secunda sententia (quam probabiliorem credo) affirmat non irritari iure diuino naturali, sed solo ecclesiastico. Ratio est, quia stando in iure naturæ ea deliberatio exigitur, & sufficit ad voti valorem, quæ ad culpam mortalem. (vt diximus c. 1. n. 2.) At hæc inuenitur cum tali metu Si quis enim eo actu fornicaretur peccaret mortaliter. Secundò, quia iuramentum tali metu extortum obligat prorsus, *c. Si vero de iureiur.* Cum tamē ita inuoluntarium sit, atq; uinculū perpetuum, ac uotum. Nec ulla apta discriminis ratio inueniri potest inter utrumq; præterquam quod ius Ecclesiasticum irritet uotum, non autem iuramentum. Tandem quia metus mortis es causa naturali proueniens etiam leuis, sæpe magis auferunt uoluntarium. Cùm tamen neuter uotum irritet. Tota ergo differentię ratio ad ius Ecclesiasticum in uno casu irritans, & nō in alio, referenda est. Quas rationes alias quoq; partem hanc probantes, latiùs attuli in quodam simili, nēpe, ad probandum matrimoniū tali metu initū non irritari iure naturę, lib. 4. de matr disp. 14. n. 1. Nec obstant rationes in contrariū adductæ Nam primæ satisfiet, n. 12. Ad secundam negatur id opus non esse Deo acceptum, & actū religionis. Cum sit simpliciter uoluntarium, & tm̄ secundum quid inuoluntarium, habet utrumq;. Ad tertiam dic. quòd est simpliciter, uiolentum nō posse per perpetuū: Secus de uiolento ſm quid: quale est metu extortum. Et ideo hanc partem sustinent *Aragon 2. 2. q. 88. art. 2. fol. 989. Azor lib. 11. institut. moral. c. 5. q. 6. Vega 2. tom. sum. cap. 129. casu 17.* Et matrimonio sic extorto tenent multi alij, quos retuli dicta disp. 14. n. 2.

10 Hinc deducitur, uotum eo metu emissum ab infidelibus, esse ualidum. Quia solo iure Ecclesiastico irritatur, cui illi non subijciuntur.

SVMMARIVM.

An metus grauis iniustè incussus ad votum extorquendum, irritet illud iure Ecclesiastico? Refertur quadam sententiam, n. 11.

Explicatur sententia authoris, n. 12.

Quid si vouens habuit animum se obligandi: aut cessanti metus causa ratificauit, n. 13.

Quid, si metus incuteretur ad promittendam religionem in genere, aut vnam ex pluribus, n. 14.

Quid si votum illud emitteretur in præsentia consanguineorum, aut amicorum, n. 14.

Quid, si votum illud iuramento confirmaretur n. 16.

An constitutio procuratoris ad vouendū eo metu extorta valeat, n. 17.

An initiatus metu graui ordine sacro, teneatur voto continentia, n. 18.

An metus grauis excuset à voti transgressione, n. 19.

Post n. 19. inuenies alia summaria.

11 Quæstio secunda. An saltem iure Ecclesiastico metus grauis iniustè incussus gratia uoti extorquendi, illud irritet? Quidam negant, sed irritādum dicunt: sicut iuramentum eo metu extortum est ualidum, relaxādum tamen per ecclesiam. Ducuntur, quia tale uotum est uoluntarium. Ita *Cardinalis cap. 2. quæst. 1. casu 4. de his quæ vi.* Idem tenet *Sylvest.* intelligens quando uouens habuit animum se obligandi, *verbo Metus q. 8. fine, & verbo Votum 2. q. 12.* Alij autem dicunt professionem ita emissam esse irritam, secus autem de uotis simplicibus. Ducuntur, quia unicus textus uotum sic emissum irritans reperitur, qui est *cap. 1. de his, quæ vi.* At de

sola

sola professione loquitur. Nec est eadem ratio de vtroque. Quod illi semel validè emissæ nequit per ecclesiã nisi in casu rarissimo dispensando subueniri; huic aũt facillimo negotio potest. Sic tenuit *frater Peña*, (vt refert *Ludouicus Lopez num. sequenti allegandus*,) Idem tenent alij neoterici doctissimi.

12 Sed verius est, irritari eo metu omne votum, siue simplex, siue solẽne. Ducor, qa *c. 1. de his q. vi.* declaratur irrita professio feminæ tali metu emissa & quamuis videatur referri in eo textu professi illa tanquam ficta, & ex hac parte manifestior esset obligationis defectus. At definitio illius textus non fictioni, sed metui innititur: cum decidat feminam illã minimè ad religionẽ cogendam, si metus probetur. Et quamuis ibi nõ sermo sit de voto simplici, atque de illo dispar sit ratio; at communi ferè omnium Doctorum placito eadẽ decisio extenditur ad votum simplex: vtpotè quod est similiter opus consilij, & suam perpetuitatẽ habet. Præterea quia (vt in simili dixi lib. 4. de matr. disp. 14. n. 4. in solutione ad primum) quamuis ille textus non habeat formam statuti irritantis professionem, sed illam ex eo metu irritari supponat: nec loquatur de voto simplici, nec cõstet vbi vtriusque, alteriusve irritatio scripta sit habetur tamen traditionem omnium Doctorum ferè: & forsan olim scripta fuit, ac scriptura perijt, ita hãc partem sustinent *Gloss. finalis ad finem cap. 2. de his quæ vi. Abbas ibi nu. 11. & cap. Sicut nobis, num. 3. de regular. Maior in 4. d. 38. quæst. 4. col. penult. versic. His rationibus Rosella verbo Votum 1. num. 4. & verbo Metus, num. 3 & ibi Angelus, num. 8 Tabiena verbo votum 1. quæst. 1. Fortunius de vltimo fine, illatione 1. num. 418. Rota in nouissimis 4. to. decisione 20. num. 15. Sotus lib. 7. de iustitia. q. 2. artic. 1. in solutione ad 1. in fine, & in solutione ad 2. in tio. Nauar. summa c. 12 num. 52. & commentario 2. de regular. nu. 13. versic. Addo vltimo. Palacios 4. d. 38. disput. 1. col. 6. versic. Videtur igitur. Medina lib. 1. summæ c. 14. §. 6. Aragon 2. 2. q. 88. art. 3. fol. 988. Angles floribus 2. par. q. vnica de voto, art. 2. difficul. 18. Toledo lib. 4 summe c. 17. num. 5. Emanuel Sà summa, verbo Votum, num. 3. & verbo Metus, num 2. Valent. 2. 2. disput. 6. q. 6. puncto 4. col. 2 lit. Manuel 2. tomo summæ c. 93. nu. 2. Ludouicus Lopez, 1 par. instructorij c. 45. col. 4. Azor lib. 11. institut. moralium c. 15. q. 7. Philiarcus de officio sacerdot. tomo 1. p. 2. lib 3. cap. 18. versic. Decimo peccat.*

13 Hæc autem sententia est vera, etsi vouens verum se eo voto obligandi animum habeat. Quippe ecclesia enim consensum irritat, & tãquam insufficientem reddit, vt ex eo obligatio voti oriatur. Sicut consensum clandestinum irritat, ne ex eo obligatio matrimonij oriatur. Aliàs nil peculiare concederetur metui: nam ẽt eo deficienti, votum absque animo se obligãdi est irritum. Et ita docent *Sotus, Aragon, Manuel n. 5. Philiarcus nu. præcedenti allegati & Nauar. cap. Statuimus, nu. 75. 19. q. 3.* Atque in simili de matrimonio metu extorto probaui lib. 4. de matrim. disput. 12. nu 18. contra alios ibi num. 17. relatos: Si tamen cessanti metus causa, & sciens prius votum irritum, illud ratum haberet, inciperet ex tunc valere. Vt in simili probaui de matrimonio coacto lib. 4. de matrim. disputation. 18. à nu. 4. vbi nu. 7. explicui quando dicatur metus causa cessare, vt consensus dicatur spontaneus, & deinceps sufficiens ad obligationem inducendam.

14 Posset aliquis temperare hanc sententiam, qñ metus incuteretur ad profitendum in religione determinata, secus si ad profitendum in religione in determinata in genere, vel in vna ex certis non in determinando aliq̃: tunc enim diceret valere professionem. Sic enim limitant in matrimonio metu extorto aliqui, quos retuli lib. 4. de matrim. disp. 12. nu. 20. Sed ibi eam limitationem tanquam fundamento carentem reprobaui.

15 Secundò alij possent limitare, nisi votum illud, siue simplex, siue solemne, emissum sit in præsentia consanguineorum, & amicorum: quasi tunc cesset metus præsumptio. Ita enim limitant in matrimonio coacto aliquis. quos retuli eodem libro 4. disput. 12. n. 21. vbi eam quoque limitationem reieci dicens eam præsentiam solum trãsferre onus probandi grauiores fuisse metus causas, ne metus præsumptio cesset. At in foro cõscientiæ, in quo veritate statur, votum illud non valet, si re vera metu graui extortum est.

16 Tertiò posset limitari, nisi votum illud iuramento confirmetur. Sed de hoc diximus libro præcedenti cap. 11. n. 12.

17 Nec solum illud votum metu extortum est irritum, sed etiam constitutio procuratoris ad vouendum nomine alicuius, simili metu extorta est irrita. Quia postea votum illud emittitur per procuratorem nomine constituentis virtute prioris consensus ad ipsius constitutionem præstiti, & cùm hic sit metu extortus, perinde est ac si votum id metu extorqueretur. Et ita de constitutione procuratoris ad matrimonium metu extorta probaui multis citatis libro 4. de matrimon. disp. 12. nu. 22.

18 Ex dictis deducitur, initiatum ordine sacro metu viri constãns, non teneri voti castitatis ordine annexo: atque ita posse sine vlla dispensatione ad nuptias transire si nolit in ordinis sacri vsu permanere. At si cessanti metu, vel semel eo vsus sit, nequit resilire. Quia est ordinis assumpti ratificatio ac propterea tenetur more aliorum clericorum continere. Vt hæc probaui libro 7. de matr. disp. 29. à nu 5. vsque ad 10. reprobata contraria sententia, quam ibi nu. 4 retuli.

19 Tandem id monuerim, metum sufficientem ad votum irritandum, excusare quoque à uoti ualidi transgressione, si incutiatur alicui, ut uotum transgrediatur, non in fidei, aut religionis odium, & contemptũ. Quia uotum non obligat cum tanto detrimento, atque obligat instar legis, quam tunc non obligare probauimus lib. 2. huius summæ cap. 18. numero 45. & 6. Et tenent *Sotus l b. 7. de iustitia, quæst. 2. artic. 2. ad 2. versic. Ex quo fit, Angles, & Valentia citati, num. 12. Emmanuel Sà summa verbo Votum numero 23. Manuel 2. tomo summa capite 93. numer. 5.* Quòd si esset uotum de præcepto aliquo iuris naturalis seruando quod obligat cũ eo mortis periculo, ut de non fornicando, adhuc existimo fornicantem peccare solum contra id præceptum, non autem contra uotum. Quia cum uotum sit lex, quam homo sibi imponit, obligat instar legis Ecclesiasticę, quæ ab homine quoque imponitur. At hęc nunquam obligat cum tanto detrimento, vt quanto metus incutitur in odium fidei ad legem Ecclesiasticam transgrediendam, etsi teneatur quis eam non transgredi, non tamen tenetur ex vi legis illius Ecclesiasticæ non obligantis cum tanto detrimento, sed ex vi legis diuinę naturalis obligantis ad tuendã fidem, & religionem cum mortis periculo. Vt eodem cap. 18. diximus. Atque ita prædicti Doctores indistinctè dixere liberari culpa voti transgressionem metu viri constantis.

S V M M A R I V M.

An metus iustè incussus ad votum extorquendum, id irritet? Refertur quædam sententia, n. 20.
Proponitur sententia Authoris, n. 21.
Post nu. 21. inuenies summaria quæ desiderantur.

20 Quæstio tertia. An metus viri constantis iustè illatus ad extorquendum votum, illud irritet? Duplex est sententia. Prior ait adhuc non valere votum. Quia minans accusationem, vel aliud malum, quæ iustè minari potest; quamuis absque iniuria minatur ad iustitiæ punitiuæ finem: iniustè tamen minatur ad votum extorquendum: quod summam libertatem petit. Nec enim iustè potest peti votum, aut religionis

peo-

professin cum hac conditione. Cum sit enim res spiritualis, videtur simonia. Insuper quia hmôi metus non minus inuoluntarium reddit votum, q̄ iniustè incussus. At solus voluntarij defectus reddit irritum votum metu extortum. Hanc tenent *Ludou. Lopez. t.p. instructory c. 45. col. 3. vers. Sed ibi addit Manuel 2. to. summa 93. nu. 3. & 5. Vega 2. to summa cap. 129. casu* 17. Et in alio simili, nempe, in matrimonio simili metu extorto tradūt alij, quos retuli lib. 4. de matr. disp. 13. n. 1. & 2. vbi retuli limitantes qn̄ est lex compellens in eo euentu ad votum emittendum. Et potest probari alijs ēt rationibus, quas ibi latè proposui. Et hæc sententia est satis probabilis.

21 Posterior snia mihi probabilior ait id votū, esse validum, siue simplex, siue solemne sit. Ducor, quia quoties metus dāni delicto debiti incutitur alicui, tūc potius censetur metus ille oriri ex lege, & natura delicti, & proinde ab intrinseco, q̄ ab extrinseco incuti: eo quod intra illū sit iusta timēdi causa, radixq; timoris. Quare id malum minans non censetur metum inferre, sed potius metum iam ex delicto conceptum auferre, offerendo immunitatem, si voueat. In quo euentu diximus, nu. 5. votum valere. Præterea, quia nulla irrogatur iniuria, nec aliqua simoniæ labes admittitur offerendo delicti veniam, dummodo delinquens religionem voueat. Vt latissimè probaui lib. 1. de matr. disp. 59. n. 4. Et ratione iniuriæ, qua voluntas metu iniusto cogitur, irritatur votum illo extortum: quæ in metu iuste illato deficit. Et hinc constat solutio ad contraria. Hanc etiam partem multos referens in simili, nempe in matr. eodem metu extorto probaui lib. 4. de matr. disp. 13. nu. 3. Et in proprijs voti terminis docent *Metina lib. 1. sum. cap. 14. §. 6. fol. 86 Emmanuel Sà, in summa, verbo Votum, n. 8.* Et videtur tenere *Sotus lib. 7. de iustitia q. 2. artic. 1. ad 1. paulo ante finem*, vbi ait requiri metum incuti ab homine per iniuriam, vt votum irritet. In quantum autem *Metina* exemplum huius adhibet, vt si vir comminetur mortem vxori in adulterio deprehensæ, nisi professionem emitrat, intelligendus est, quando mortem illā authoritate iudicis inferendam minatur. Quippe alias iniustus est timor.

SVMMARIVM.

Metus qui est leuis respectu viri fortioris, si sit cadens in virum constantem respectu eius cui incutitur, irritat votum, n. 22.

An metus leuis aliquando irritet? Refertur quadam sententia, n. 23.

Explicatur sententia Authoris, n. 24.

An metus legis faciliorem dispensandi causam præstet, n. 25.

An metus reuerentialis irritet professionem & votum, n. 26.

An quando est dubium an metus sit grauis vel an ratione metus adfuerit animus se obligandi, obliget votum, n. 27.

22 Quæstio vltima. An metus non cadens in virum constantem, quando est causa, sine qua votum non emitteretur, illud irritet. Et non quidem disputamus, quando hic timor respectu sui agilitatis personæ cui incutitur, censetur cadens in virum constantem. Tunc enim irritat votum: vtpote qui iuxta dicta, nu. 1. est vere cadens in virum constantem.

23 At difficultas est, quando is metus respectu personæ cui incutitur, censetur leuis; & viri inconstantis, at est causa sine qua non votum emitteretur. Quidam dicūt id votum, siue simplex, siue solemne professionis, siue ordinis sacri, esse irritum in foro conscientiæ, nullamque obligationem parere; secus autem in foro externo. Ducuntur, quod ius cōstituens discrimen inter vtrumque metum, innitatur præsumptioni, qua præsumit metum grauem esse causam, sine qua actus non fieret: secus autem de leui. At ius præsumptioni innitens non habet locum in foro conscientiæ, quando in eo contraria veritas constat. Præterea, quia metus grauis ideo irritat, quòd plenam consensus libertatem auferat. Ergo metu quoque leuis irritabit, quādo eandem auferat, existens quoque causa vt actus fiat. Quæ ēt pars suaderi potest alijs rationibus, quas attuli lib. 4. de matrim. disp. 17. nu. 2. ad probandum matr. simili metu irritari. Et sicut ibi nu. 4. dixi hanc sent esse probabilem in matrim. idq; potissimum, si sustinea mus iure naturali irritari matrimoniū metu extortum: ita in hoc casu voti idē prorsus dicēdum est. Et pro hac parte sunt Doctores oēs, quos ea. disp. 17. n. 2. retuli id tenentes in matrimonio. Nā eadē libertas in matrimonio, & in voto exigitur: & eodē metu vtrumq; irritatur. Et hāc partē tenet *Nau. summa Latina c. 12. n. 51. vers. Septimum*, vbi generaliter tradit ad reddēdum actum inefficacem coram Deo, sufficere quemlibet timorem minorem iusto, qui est causa sine qua nō actus. Et in proprijs terminis voti solemnis professionis, & ordinis sacri, tenet *Nauar. alios allegans lib. 1. cons. in priori edit. in tit. De his qua vi conf. 1. n. 9. & conf. 3. n. 4. & conf. 5. n. 2. & lib. 3. tit. de regul. conf. 84 n. 4. in posteriori lib. 1. tit. de his qua vi conf. 3. n. 9. conf. 5. n. 4. conf. 9. nu. 2. & lib. 3. tit. de conuers. coniug. conf. 3. num. 4.* Et loquentes de professione tenent idem *Nauarro commentario 2. de reg. num. vltimo. versic. Addo 13. Manuel 2. tomo summa c. 8. n. 9.*

24 At multo probabilius est, non irritari quodcumque sit votum, eo metu leui. Quia metus nō irritat votum, eo quod quomodocumq; voluntariū auferat, sed qd prudenter, & rōnabiliter auferat, eligendo rem tā grauem, ac est votū, & professio, rōne illius timoris vitandi. Quod non contingit, qn̄ metus est leuis, sed imprudenter, & irrationabiliter agitur. Nec verū est iura in hoc casu inniti præsumptioni. Et iō pro hac patte sunt Doctores, quos lib. 4. de matr. disp. 17. n. 3. retuli hoc tenentes in matrimonio. Et in proprijs voti terminis docent *Sotus lib. 7. de iustitia q. 2. art. 1. ad 2. fine. Ludouicus Lopez 1. par. instruct. c. 45. colum. 3. versic. Non impedit. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 4 colum. vltima, Philiarcus de offic. sacerdot. to. 1. par. 2. lib. 3. cap 18. versic. 10. Azor lib. 11. institut. moral. cap. 15. q. 7. Emmanuel Sà summa, verbo Metus, n. 3.*

25 At quamuis metus hic non irritet, præstat faciliorem dispensandi causam. Sicut de errore circa causam impulsiuam diximus c. præced. nu. 51. Quia similiter hic minuit voluntarium. Item quia (vt probauimus l. 4. de matr. disp. 20. n. 9.) hic est sufficiens vt iuramentum homini præstitum relaxari valeat ab episcopo.

26 Ex dictis deducitur, metu reuerentiali tunc tantum irritari professionem, & quoduis votum, quādo cadit in virum constantem, nimirum, quando vltra reuerentiam adsunt minæ, & probabilis timor alicuius mali grauis. Quippe in hoc solo casu eum cadere in virum cōstantem probaui latè lib. 4. de matr. disp. 6. à num. 1. vsque ad 35. vbi numero 17. & 18. probaui illo irritari professionem, quando solum cadit in virum constantem. Et quamuis de professione tacita difficultas peculiaris sit, an irritetur hoc metu, quando non est grauis: & ibi tres sententias retuli, à num. 35. at tandem, nu. 39. probaui non irritari.

27 Tandem quando est dubium, an metus sit grauis, nec ne ad professionem, vel votum simplex irritanda, præsumendum est in dubio in valoris voti fauorem, cum metum esse leuem: ac proinde non irritare. Quod cum constet de voto, & excusatio dubia sit, stat possessio pro voto. Vt in simili probaui cap. præcedenti numero vltimo, vbi alias rationes attuli, & solui cōtrarias. Quod idem credo, etsi dubium sit de animo se obligandi ratione metus, & de ipsius quoque metus qualitate. Quia etiam quando constat metum fuisse viri constantis, & dubium est, an quis habuerit animum se obligandi, defendimus libro 1. de matrimonio disputatione 9. numero 13. præsumi animum se obligandi, vt mendacij præsumptio vitetur. Et retulimus inter alios hoc tenentes, Couaruuiam dicentem esse manifestum errorem sententiam aliquorum, quos ibi nu. 12. retulimus, qui dicunt tunc non præsumi animum se obligandi.

CAPVT

CAPVT IV.

Qualiter incurrant excommunicationem cogentes ad monasterij ingressum, illumve absque iusta causa impedientes.

SVMMARIVM.

Refertur decretum Tridentinum excommunicans hos, n. 1.
An comprehendantur omnes personæ, etiam Rex, & Imperator, n. 2.
An includantur cogentes, vel impedientes viros, n. 3.
Quid de cogentibus metu levi, n. 4.
Quid de cogentibus metu iuste illato: vel decernentibus evadendi viam, n. 5.
Quid de inducentibus ad ingressum, promittendo aliqua: negando debita ex iustitia, n. 6.
Quid de parentib. minantibus filiæ, fore vt eam non præferant in hæreditate, nisi religionem profiteatur, n. 7.
Quid de extorquentibus ingressum precibus importunis, n. 8.
Quid de inducentibus dolose ad ingressum, n. 9.
Quid de impedientibus ingressum solis precibus, n. 10.
Quid de impedientibus minando feminæ, fore vt non præferant in hæreditate, vel aliud lucrũ denegent, aut disponentibus ne religionem ingrediens succedat in maioratu, aut bonorum melioratione, numer. 11. vbi & quid si pater minetur filijs suam maledictionem: aut minetur monasterio.
An incurrant cogentes feminas vt sint in monasterio, donec ætatis matrimonio aptæ sint, n. 12.
Quid de cogentibus ad solum religionis votum emittendum, nu. 13.
Quid de impedienti votum religionis emitti, n. 14.
Quid de impedienti primum religionis ingressum, n. 15.
Quid de impedientibus solum ne tunc ingrediatur femina, aut ne tunc profiteatur, n. 16.
An incurrant dantes consilium, aut auxilium impedientibus professionem, aut impediri mandantes, n. 17.
Quid si hæc præstent cogentibus ad ingressum: at effectus non est subsequutus, n. 18.
An ipsi cogentes, vel impedientes incurrant effectu non sequuto, n. 19.
Quæ ignorantia excuset ab hac excommunicatione interponentes præsentiam, vel consensum, vel authoritatem ingressui violento, n. 20.
An incurrant qui obiter actum illum violentum spectant: vel assistentes alia ex causa: vel dominum assistentem comitantes, vel assistentes vi violentiæ testes sint, n. 21.

1 Caput hoc versatur circa intellectum *Tridentini sess. 25. de regul. c. 18.* vbi excõicantur oẽs psonæ cuiuscumq; qualitatis, & conditionis fuerint, qui aliq̃ ex his quatuor actionib. fecerint. Prima est quõcumq; cogere quamcũq; feminã, preterquã in casibus iure expressis, ad ingrediendũ monasteriũ, vel ad suscipiendũ habitũ cuiuscumq; religionis vel ad emittendã professionem. Secunda est, consilium auxilium, vel fauorẽ ad id dare. Tertia est, sciendo feminam non sponte ingredi, aut habitum suscipere, aut professionẽ emittere: interponere quõcumq; illi actui presentiã, vel consensũ, vel authoritatem. Vltima est, cuiuscumq; mulieris voluntatẽ vel accipiendi, aut voti emittẽdi, impedire quõcũque sine iusta causa. Quæ excõicatio nulli reseruatur. Quod decretũ aliquot dubijs propositis enodandũ est.

2 Primum dubium est. An hoc decretum comprehendat vniuersas personas aliquam illarũ actionũ facientes? *Suarez 5. to. in 3 p. disp. 2. sectione 5. n. 8.* ait vniuersas cõprehendere. Quia explicat id decretũ in eo comprehẽdi oẽs, & singulas personas, quacũque dignitate fungentes. At verius existimo non comprehendi regẽ, vel imperatorem, bene tamen ceteras personas. Ducor, quod *Tridentinum sess. 24. de matrim. cap. 9.* eisdem prorsus verbis excommunicet cogentes ad matrimonium. Ad lib. 4. de matrimon. disputat. 22. fine, defendimus cum alijs non comprehẽdi Regem, vel Imperatorem, sed indigere expressa mentione, vt comprehendantur.

3 Secundum dubiũ est, an cõprehendantur qui cogunt ad religionis ingressum, vel ab eo impediunt viros. Rõ dubitandi est. Quia etsi id decretũ de solis cogentibus, aut impedientibus feminas loquatur; at eius rõ finalis, quę est libertati ingressus cõsulere, æque procedit in viris coactis, aut impeditis. Decretũ autẽ ex rõne finali, q̃ eius anima est extendi, aut restringi debet. Vt multis citatis probat *Tiraq. Tractatu Cessante causa, in princ. à n. 138.* Præterea, quia vr̃ solarum feminarũ mẽtio facta, causa frequentioris vsus, eo q̃ illę frequentius cogãtur, aut impediãtur. At vbi lex gratia frequentioris vsu aliquid decernit, non excludit casum minus frequentem. (Vt probaui lib. 3. de matr. disp. 20. n. 3.) Tandem quia his rationibus ductis authores non pænitendi, pœnas statutas viro rapienti feminam, extẽdunt ad feminam viri raptricem. Quos retuli libro 7. de matr. disput. 12. num. 24. Et pœnam in vxoricidio statutam extendunt ad viricidium alij, quos retuli eodem libro 7. disputat. 16. nu. 5. Et ita tenet *Palacios 4. q. 38. disput. 1. fol. 847. vers. Rursus anathematizat.* Verum existimo nequaquã hos comprehendi. Ducor, quòd idem *Tridentinum sess. 24. de matr. c. 9.* volens comprehendere eos qui cogunt, siue viros, siue mulieres ad matrimonium, id expressit. Cum ergo in præsenti decreto exprimat solos cogentes, aut impedientes feminas, non extẽditur ad eos qui cogunt, aut impediunt viros. Præterea quia non militat eadem ratio. Nam cum frequentissimum sit, feminam sic cogi, aut impediri: raro autem id accidat respectu virorum. & legis sit, frequenter cõtingentibus prospicere, *l. Nam ad ea. ff. de legibus,* consulto Tridentinum solum frequentem coactionis feminarum casum puniuit. Qua ratione, & alijs ducti lib. 7. de matr. disputatione 12. num. 25. & disputatione 16. num. 6. defendimus pęnas statutas raptui feminæ, non extendi ad raptum viri, nec statutas vxoricidio, extendi ad viricidiũ. Et ita hanc partem sustinent *Suarez numero præcedenti allegatus: & Bañes 2. 2. quæst. 62. artic. 2. dub. 3. ad finem, paulo argumentorum solutionem.* At in Cõcilio Moguntino, & refertur *c. finali 20. quæst. 3.* statuitur imponendam pœnitentiam ijs qui hæreditatis acquirendę auaritia, aliquos decipiunt, vt religionem ingrediantur. Pęnitentia autem est, vt priuentur hęreditate, eaque ad monachi hæredes deuoluatur. Quam constat exigere iudicis sententiam, vt incurratur.

4 Tertium dubium est. An comprehendantur qui solo metu leui, aut non cadenti in virum constantem cogunt? Et quidem certum est comprehendi, quando is metus respectu personæ, cui incutitur, est cadens in virum constantem, etsi respectu personæ fortioris esset leuis. (Vt in simili probaui c. præcedenti numero 21.) Sed difficultas est, quando respectu illius est leuis. Et videntur comprehendi. Quod Tridentinum omnimodę feminarum libertati prospicere velit: quam etiã suo modo metus leuis aufert. Præterea, quia dicit, quomodocumque coegerint. Tandẽ quia *Caie. summa, verbo Excommunicatio c. 41. & Nauarro summa cap. 27. nu. 125.* aiunt cogentes metu leui iudicem ad absoluendum ab excommunicatione, incurrere excommunicationẽ latam *c. vnico, de his, quæ vi, in 6.* Et reddunt rationem, quod textus de cogentibus loquatur, nõ distinguẽs an metus sit grauis, an leuis. Quod idẽ in decreto Tridentini contingit. At verius credo nõ comprehendi. Quia verius est, excommunicationẽ *dicti capite vnici* non incurri ob metum leuem. Vt sustinent ibi *Glossa finalis, & Francus ibi, fine. Suarez to. 5. in 3. p. disputat. 23. sect. 4. numero 11.* & concludit *ibi Glossa* hanc esse regulam generalem, solum illum metum inducere pęnas constitutionum aduersus inferentes metum, qui sufficiens est ad reuocanda ea quæ per ipsum fiunt. At metus leuis non irritat religionis professionem. Vt diximus c. præcedenti n. 23. Nõ ergo sufficit ad hanc excommunicationem. Secundo quia decretum id pœnale loquens de metu,

metu, debet intelligi de eo qui in iure metus reputatur: cuiusmodi non est metus leuis. Quippe eo gesta non reputantur in iure metu gesta. Vt expresse habetur *l. Nec timorem 7. ff. de eo. quod met. caus.* Et fauet valde *Bonifacius Cle. 1. nu. 3. de foro compet.* vbi ait non haberi rônem in iure metus leuis. Et melius *Sotus lib. de iust. q. t. art. 1. ad 1. in fine*, vbi ait metum leuem in spiritualibus, vt in voto non comprehendi metus nomine. Tandem quia *idem Triden. in eius sess. 24. de ma. c. ap. 9.* rigidioribus verbis excommunicat cogētes ad matrimonium cum addat, siue directe, siue indirecte cogant. Et tamen *Enriquez lib. 11. de matr. c. 6. nu. 5.* explicat de graui metu.

5 Comprehenderentur vero cogentes metu grauit iustè illato. Vt si quispiam iustam delicti grauis accusationem minetur alicui, nisi ingrediatur religionem: retēta opinione probabili, quam c. præced. num. 19. tenent aliqui, nempe, irritari professionem hoc metu extortam. Quod si teneamus contrariam quam ibi n. 20 tenuimus, videlicet, non irritari, dicendum est subinde non incurri: iuxta regulam Glossæ num. præced. traditam. In vtraque tamen opinione dicendum est non incurri, quando metus non incutitur ad extorquēdam professionem, sed tantum datur via euadendi ex periculo metum patienti, si profiteri eligat. Quia is metus nullatenus professionis valori obstat. Vt diximus cap. præcedenti num. 5.

6 Hinc deducitur primo, quid dicendum sit de inducentibus ad ingressum, vel professionem, promittendo officium aliquod, vel fauorem, vel aliud lucrum. Quos non incurrere dicendum est; quoniam id non sit cogere, sed sola lucri spe inducere. Vt bene tractans de excommunicatione contra cogentes ad matrimonium, tradit *Suarez. 5. to. in 3. p. disp. 23. sectione 5. n. 6.* vbi addit secus esse, si quis negeraliqui quod ex iustitia dare illi tenetur, vel nimis differat stipendij debiti solutionem. Quia ait hanc esse saltem indirectam coactionem: & textus ille excommunicat cogentes directe, vel indirecte. At dicendum est, eam esse coactionem indirectam, & ita illa cogentes ad ingressum, vel professionem, incurrere excommunicationem huius decreti, quamuis in eo nō fiat mentio coactionis indirectæ. Ducor, quia l. 4. de matr. disp. 5. nu. 18. late probaui esse metum viri constantis, quando quispiam per iniuriam arcetur à lucro, ad quod ius habebat, secus si ius non haberet. Est tamen intelligēdum, quando id lucrum, seu dilatio stipendij censerentur ita grauia mala, vt metum viri cōstantis inducerent. Quod quando eueniat, dixi eadē disp. 5. à nu. 20. vsque ad 25. vbi late explicui qualis bonorum amissio hunc metum incutiat.

7 Secundo deducitur, parentes qui filiabus minantur, fore vt eas non meliorent in ea parte, in qua possunt, vt iuxta leges Castellæ in tertia, & quarta bonorum parte, nisi ingrediātur religionem, non incurrere hanc excommunicationem. Quia cum libere possint quemcumque ex descendentibus in ea parte præferre, nullum lucrum lege debitum eis denegant.

8 Tertio deducitur, inducentes precibus importunis ad religionis ingressum non semper incurrere hanc censuram, sed quando illæ preces tales sunt, vt metum viri constantis incutiant. Quod euenit quando altæ circumstantiæ cum illis concurrunt: vt graues minæ, vel maximus timor reuerentiæ personæ sic importune instantis ita vt persona rogata nullatenus illi contradicere audeat. Vt late probaui lib. 4. de matrim. disp. 7. nu. 5. & sequentibus.

9 Quarto deducitur, quid dicendum sit de inducentibus dolose ad religionis ingressum. Videntur enim incurrere. Quia Tridentinum ibi expresse excommunicat cogentes quomodocumque. At hoc quoddam coactionis genus est, & magis inuitas mulier illa ingreditur, quam si solus metus adesset. Quippe metus nō aufert voluntarium, sed minuit. Dolus autem actui causam præbens aufert omnino voluntarium. Sed verius credo non incurrere. Quia cum decretum sit pænale, & de sola coactione loquatur, non videtur ad dolum extendendum. Cum hic non dicatur vera coactio, quam uis voluntarium auferat.

10 Diuersum tamen videtur sentiendum de impedientibus mulierū voluntatem velle accipiēdi, aut voti emittendi: quamuis enim absq; metu, & dolo, religionis ingressum dissuadeāt, nulla iusta causa adducti, videntur incurrere excōicationem impedientium in eo decreto statutam. Quod docet *Salon. 2. 2. q. 62. ar. 1. controuersia 3. in fine rationum pro prima conclusione*. Et potest probari. Quia Tridentinum ibi loquens de impedientibus dixit, quoquomodo sine iusta causa impedierint. At pcibus solis dicitur quis impedire. Preterea quia ad impediendū metu, vel dolo, nulla potest iusta causa subesse. Quare si de solis metu, vel dolo impedientibus, id decretū intelligeretur, inepta esset ea exceptio. Præterea quia si de solo metu intelligeret, diceret cogentes, vt in priori parti dixerat. At existimo verius esse non incurrere, nisi quando metu viri constantis, vel dolo impediunt. Quia Tridentinū non dicit, quomodocumq; impedierint, sed addidit voluntatem. At nō dicitur voluntatem impedire quispiam, nisi quando inuoluntarium infert illam metu graui, aut dolo impediens. Qui vero solis precibus vtitur, non impedire, sed spontaneam voluntatem mutare dicitur. Nec obstant contraria, quia non dixit, cogentes, vt comprehenderet eos qui dolo impediunt: quos in priori parte, vbi de solis cogentibus fuit sermo, defeudimus num. præcedenti non comprehendi. Datur etiam iusta causa coacte impediendi, vt si volens ingredi sit seruituti, aut matrimonij consummati vinculo alicui astricta. Et ita sentit *Palacios 4. dist. 28. disputatione 1. fol. 850. colum. 2. vers. At is impedit* dicens intelligi quando coacte. Et ego addo aut dolo.

11 Quare incurrunt minātes graue malum monialibus feminam admittentibus. *Sic Palacios ibi.* Additque idē esse, si parentes suam maledictionem filiæ minarentur, si ingrederetur. Sed hoc verum intelligerem, quando attenta ignorantia, & fragilitate feminæ, id reputaretur graue malum, & metum grauem incutiens. Idem ait *Palacios*, si quis monasterio admittenti minaretur subtractionem eleemosynarum, quas copiose ei erogabat. Sed hoc non credo: nec credo incurrere, si minetur patet filiæ fore vt eam non præferat in parte hæreditatis, in qua potest. Quia cū hæc non sint debita, est solius lucri subtractio, quæ metum gratiē non infert. Vt nu. 7. dixi. Et licet diceremus eos incurrere, id tamen intelligendum esset, quando per modum minarum, voluntatem feminæ ab ingressu religionis retraherēt his minis. Quare nullo pacto damnandi sunt qui summam aliquam femininis legant, casu quo non ingrediantur religionem, sed nubant; nec qui primogenijs, & meliorationibus eam conditionem adijciūt, vt in illis non succedat persona religiosa. Quia hæ conditiones non tendunt ad vertendum à statu religioso, sed ad conseruāda bona in propria familia. Quare has cōditiones cum multis approbauimus l. 1. de matr. disp. 34. nu. 14. At incurrerent, quando lucrum, ad quod habet ius impedirent, eo modo quem explicuimus nu. 7.

12 Quartum dubium est. An cogētes feminā ad monasterij ingressū, non vt profiteatur, nec vt habitū sumat, sed vt ibi habitu seculari retēto educetur, donec ætatis aptæ matrimonio sit, incurrat? Affirmāt hoc incurrere *Nau. l. b. 3. cons. in priori editione, in titulo de sent. excommu. toto cons. 56. in posteriori libro 3. titulo de regularibus, toto cons 6. Et Suarez tomo. 5. in tert a parte, disputatione 23. sectione 5. num. nono.* Ducuntur, quia Tridentinum expressit cogentes ad monasterij ingressum, aut habitus susceptionē, aut professionem. At in alternatiuis satis est alterius partis veritas. *Regula in alternatiuis, de regulis iuris, in 6.* & alias verba illius disiunctiuæ improprie acciperētur, nisi omnes tres partes quid diuersum connuerent. Cum tamen verba decretorum sint pro-

prie accipienda, vbi de contraria decernêris mente nõ constat, *l. Nõ aliter, ff. de leg. 3.* Et confirmatur, quia in priori membro non dicit cogentes ad ingressum religionis, sed monasterij, quasi per illum ingressum velit comprehendere ingressum ad habitãdum ibi proprio habitu retento. Secundo, quia excipit, præterquã in casibus iure exceptis. Nam in pęnã potest femina cogi esse intra monasterium, secundum iura. At rarissime, aut nunquam potest cogi ad habitum, aut professionem. Tertio, quia bis repetit Tridentinum illas tres dictiõnis partes At repetitio dictionis in eadem dispositione facta, aliquod mysterium denotat. (Vt testatur *Glossa cõiter recepta Clem. 1. verbo Diæcesanis, de iure pat.*) At nullum esset mysterium, nisi diuersa significarent illæ tres dictiones. Tandem quia mens Tridentini in eo in gressus coacti prohibitione eo spectat, ne ea occasione detur ansa postea suasionibus monialium, aut pudore exeundi, suscipiendi minus libere habitum, aut profitendi. Et hæc sententia placet, cum limitatione quam apponit *Manuel. 2. to. sum. c. 8. n. 9.* nempe, quando coactio illa est in ordine ad suscipiẽdum postea religionis habitum, siue suasionibus monialium, siue alia ratione, non autem quãdo nullo modo hoc intenditur. Atque ita incurret cogens ad solum ingressum habitu retento; animo principali, vt postea habitum sumat: vel post ingressum liberum cogens ad suscipiendum habitum: vel post susceptum sponte habitum cogens ad professionem. Et ita proprietas trium partium illius dictionis saluatur, ac repetitionis mysterium.

13 Quintum dubium est. An cogens ad uotum religionis in seculo emittendum; aut id emitti impediens, incurrat hanc excommunicationem? Et uidetur cogens incurrere. Quia cum ex ui uoti teneatur uouens ad ingressum, censetur coactio illa ad ingressũ. Et si dicas nõ teneri, quia uotum id tanquam metu extortum non obligat; non euaditur difficultas. Quia si illud uotum iuramento firmetur, obligaret. Et sic incurret cogẽs ad religionis uotum iureiurando firmatum. Sed existimo non incurri eam excommunicationem, cogẽdo ad id religionis uotum. Quia ubi in eo decreto est sermo de cogentibus, nulla mentio fit de cogentibus ad uotum, sed de cogentibus ad ingrediendum, uel habitum suscipiendum, uel profitendum. Et cum sit decretum pœnale, non est extendendum ad cogentes ut uotum uel iuramentum religionis emittatur. Neq; est uera coactio ad ingressum: quamuis enim id iuramentum obliget, potest facile ex ea sola metus causa relaxari ab episcopo. Quod etiam magis constabit ex ijs quæ nu. sequenti dicemus.

14 Grauior autem difficultas est de impedientibus uotum religionis emitti. Quia expresse Tridentinum ibi excommunicat impedientes absque iusta causa quarũ cumque mulierum uoluntatem ueli accipiendi, uel uotum emittẽdi. Vbi nomine ueli uidetur significari professio: uotum autem emitti uidetur quid generalius. At optime *Suarez. 5. to. in 3. p. disp. 13. sectione 5. n. 10.* dicit non extendi ad impedientes huiusmodi uota. Quia si de priuatis uotis intelligeret Tridentinum, non tam confuse de uoti emissione loqueretur, sed id expressioribus uerbis declararet. Vnde utrumque modum expressit, ut comprehẽderet omnem modum, seu statum monialium. Nam aliquæ absque ueli susceptione eum statum assumunt.

15 Censet autem *Suarez. ibidem* incurrere eam censuram impediẽtes absque iusta causa primum religionis ingressum, nempe, in nouitiatum. Quia etsi decretum de solis professionem impedientibus loquatur, at quia nemo potest profiteri nisi habitu suscepto, huius impedimentum censetur impedimentum professionis. Sed quamuis hoc sit probabile, uerius existimo hos non incurrere. Quia decretum pœnale excommunicans impedientes professionem, ac proinde supponens iam feminam impediendã esse nouitiam, non est extendendum ad remotum professionis obstaculum. Quale est, priorem religionis ingressum impedire. Quod eo uel maxime procedit, quia idem decretum loquens de cogentibus, uolensque comprehendere cogentes ad ingressum, uel professionem: utrumque expressis uerbis explicuit, bisque repetijt. Tandem, quia impediens uotum religionis emitti in seculo, impedit etiam remote professionem. Et tamen *Suarez. ibi* fatetur hunc non incurrere.

16 Hinc deducitur, à fortiori non incurrere qui tantum impediret feminam, ne pro nunc ingrederetur. At qui post primum ingressum impediret absque causa iusta ne debito tẽpore profiteretur, sed diutius differret, incurreret utique, si ob id femina in sua uocatione tepescens egrederetur monasterio. Quia impediret professionem. Si autem non obstanti impedimento ea femina postea profiteretur, dicemus nu. 19. non incurrere impedientem. Quia effectus non est subsequutus.

17 Vltimum dubium est. Qualiter consulentes, adiuuantes, præsentes, authoritatem, uel consensum præstantes, dum quis cogit feminam ad religionem, ipsamue impedit profiteri, incurrant hanc censuram? Et an ad id desideretur effectum esse subsecutũ, etiam respectu cogẽtium, & impedientium? Prima conclusio sit. Consilium, uel auxilium, uel præsentiam, uel authoritatem præstantes impedienti professionem religionis feminæ, aut qui impediri mandant, non incurrunt hanc excommunicationem. Quia Tridentinum loquens de cogentibus, excommunicationem cogentium ad hos quoque extendit. Quod non fecit excommunicans impedientes. Nec decretum excommunicans faciẽtem, comprehendit hos, nisi eos exprimat. Vt probaui lib. 3. de matrim. disp. 49. nu. 2.

18 Secunda conclusio. Consilium, auxilium, vel fauorem dantes cogentibus ad religionis ingressum, vel habitus susceptionem, vel professionem, incurrunt, dummodo sequatur effectus, nimirum, vt principalis ita cogat, vt incurrat hanc excommunicationem. Ratio est, quia Tridentinum hos expressit; & passim tradunt Doctores in tractatu de excõmunicatione, quando canon principaliter excõicat facientes, & accessorie mandantes, vel consulentes, &c. hi non incurrũt nisi secuto principali effectu, cui est annexa excõicatio. At Tridentinum excommunicat principaliter cogẽtes, & accessorie reliquos. Et ita sustinent. *Nau. lib. 3. conf. id posteriori editione, tit. de regul. cons. 3. nu. 1. in priori. l. 5. to. de senten. excõ. cons. 55. nu. 1. Manuel 2. to. sum. c. 8. nu. 9.*

19 Tertia conclusio. Nec ipsi cogentes incurrunt hanc censuram, si effectus coactionis non est subsecutus, eo quod si fuit coactio ad habitus susceptionẽ, vel ingressum, non ingressa est femina, nec habitum suscepit: vel si fuit ad professionem, non professa est: vel postquam iã omnino metus causa cessarat, hæc fecit. Quia nemo potest dici cogens ingredi, habitum suscipere, vel profiteri, his non subsecutis, sed tãtum dicetur conans cogere ad hæc. At Tridentinum non excommunicat conantes cogere, sed re ipsa cogentes. Et ita docent *Nauarro, & Manuel. n. præcedenti allegati.* Atque idem ego intelligo de impedientibus professionem: non enim incurrẽt nisi re vera illa impediatur. Quare si illa femina nõ obstanti metu profiteretur, non incurrent impediens. Quia non diceretur verè impediens, quem solum id decretum excommunicat, sed conãs impedire. Similiter si re vera vis illa non impediuit, sed alia ex causa femina non ingressa est, non incurrit impediens. Vtpote quũ effectum non est consecutus.

20 Quarta conclusio. Qui scientes feminam non sponte monasterium ingredi, aut habitum suscipere, aut profiteri, quoquo modo eidem actui præsentiam, consensum, vel authoritatem interposuerint, excommunicantur in eo Tridentini decreto. Quare cum id decretum ad hos comprehendendos petat expresse scientiã

coactio-

coactionis excusabuntur hi ex ignorantia quãtumuis crassa illius, nisi ad sit dolus. Quia ibi scientia facti petitur ad pœnam, exigitur dolus ad eam incurrendam, (vt probaui l. 9. de matrim. disput. 32. nu. 36. Et si coactionis scientia ad sit, non quęuis ignorantia iuris eam excommunicationem ferentis, excusabit ab illa. Sed dicendum est, sicut de aliarum excommunicationum ignorantia latissimè dixi eadem disp. 32.

21 Nomine autem quoquo modo huic actui præsentiam interponentinm, quos id decretum excommunicat; non intelligerem eos qui obiter aspicerent. Quia non dicuntur interponere præsentiam, nisi quando ibi ex proposito assistunt. Præterea; quia est quid leue ad tantam pœnam. Nec incurrerent, qui alia ex causa essent pręsentes, qui, nimirum, gratia domini sui comitandi interessent, uel causa solius sacri audiendi inere, & facta est professio eo tempore. Nec incurrerent, qui gratia eius professionis impediendæ assisterent. Vt si qui a professura uocarentur, ut testes uiolentiæ essēt, ut uel sic posset aduersus professionē reclamare. Quia illi libertati feminæ fauent.

CAPVT V.

Qualiter votum de re aut simpliciter necessaria, aut sola necessitate præcepti: aut de re impossibili quando finis est impossibilis; aut incompassibili cum alio voto, aut præcepto, obliget.

SVMMARIVM.

Quæ conditiones ad legitimam voti materiam petantur? n. 1.
Non quæcunq; virtutis actus est legitima voti materia, nu. 2.
Quot quæstiones sint disputandæ, nu. 3.
Res simpliciter necessaria non est materia voti, nu. 4.
An materia sub alio præcepto obligans sit legitima voti materia? Refertur quædam sententia, nu. 5.
Explicatur sententia authoris, nu. 6.
An hæc voti fractio habet circumstantiam specificam fatendam, nu. 7.
Post num. 7. inuenies alia summaria.

1 HActenus egimus de ijs, quæ volũtatem ad votum requisitam excludũt: iam de materia ad eius valorem necessariam agendũ est. Et quidem cum votum promissionem voluntariam Deo factam importet, & consequenter rei ipsius gratæ: ineptum enim esset, rem alicui non gratã illi promittere: & id quod est absolutè necessarium, aut impossibile, non subsit voluntati: nec mala aut indifferētia, ea ve bona, quæ maiori bono obstaculo sunt, à Deo nõ acceptentur: inde est vt legitima voti materia has quinque cõditiones exigat. Prima est, ne sit absolutè necessaria, Secunda, ne sit impossibilis. Tertia, ne sit mala. Quarta, ne sit indifferēs. Vltima, ne sit maiori bono obstaculo, id est, ne cõsilijs diuinis exequendis impedimento sit. Quas conditiones optimè collegit, *Diuus Thom. ab omnib. receptus 2. 2. q. 88. ar. 2.* In præsenti igitur capite de duplici priori conditione agendum est. De alijs autem in sequentibus.

2 Hinc deducitur, non quęcunque virtutis actum esse legitimã voti materiam: (Vt explicuimus l. præcedenti c. 18. n. 2.) Sed ille solus qui perfectius bonum continet.

3 Triplex ergo quęstio est disputanda. Prima de materia necessaria. Secunda, de materia impossibili. Tertia, de incompassibili cum alio voto, aut præcepto.

4 Quęstio prima. An materia necessaria simpliciter, aut necessaria necessitate pręcepti, sit legitima voti materia? Et quidem quando res est simpliciter necessaria, constat eam non esse legitimam voti materiam. Vt votum de moriendo. Quia frustra ad eam quis se obligaret; cum velit, nolit, sit aliundè necessario euentura.

5 Sed dubium est de re ex alio præcepto debita. Vt si quis promittat se non fornicaturum, aut auditurum sacrum in die festo. Quidam sentiũt de his rebus non esse proprie votum. Quia uotum inducit nouam obligationem, quam inducere nequit circa res alio præcepto debitas. Votum enim instar legis humanæ obligat, quę nulla noua obligatione deuincit, dum aliquid iure naturali prohibitum uetat, aut aliquid eo præceptum pręcipit. Et ita docent *D. Tho. 4. d. 38. q. 1. artic. 1. quæstiuncula 2. & ibi Durand. q. 1. Lyra Deuter. 23. in ea verba, Cũ votum voueris. Gerson 2. p. alphab. 25. litera l. & litera T. D. Antoninus 2. p. ti. 11. §. 1. Angelus verbo Votum 1. nu. 1. Syluest. verbo Votum 1. q. 4. Tabiena verbo Votum 1. q. 2. Arboreus li. 19. Theosophia cap. 6.*

6 At dicẽdum est, de his rebus esse vere, & proprie uotum; quamuis votum proprijssime sit de rebus consilij. Et ratio est, quia huiusmodi res sunt absolute & simpliciter liberæ, & solum secũdum quid necessariæ, nempe necessitate pręcepti. Nec impedit, quominus quis noua se voti religione obstringat ad id, ad quod alio præcepto tenebatur. Nec est sicut lex vetans, & puniens, quod iure alio interdictum erat. Vt lex uetans furtum, quæ non intendit nouam aliquam alterius rationem prohibitionem imponere, sed pęna imposita pręcedentem corroborare. At votum de re præcepta addit vinculo præcepti aliam nouam ex speciali religionis virtute obligationem. Et ita sustinent, *D. Tho. 2. 2. quæst. 88. articul. 2. & ibi Caietanus dubio 1. Sotus lib. 7. de iustit. qu. 1. art. 3. colum. 8. versic. Respondetur nihilominus. Nauar. summa c. 12. num. 25. Castro li. 1. de lege pœnali c. 10. paulo post principium. Aragon 2. 2. q. 88. art. 2 fo. 977. Azor. l. 11. instit. moral. c. 14 q. 1. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 6. punct. 2. ad finem.*

7 Siue tamen illam, siue hanc sententiam amplectamur non sunt audiendi *Gerson, & Tabiena, nu. 5. allegati*, dum dicunt transgressionem horum votorum grauiorem esse ratione uoti quam si solum præceptum esset, at non mutare speciem, nec esse necessario fatendam uoti circumstantiam. Quippe dicendum est, mutare speciem, ac esse necessario fatendam. Quod constat ex *c. Impudicas, & c. Sacrilegii 27. q. 1.* ubi appellantur sacrilegi fornicantes cõtra castitatis votum. Et constat ex ratione dicta num. præcedenti. Et ita docent, *Durandus 4. d. 38. q. 1. nu. 6. & ibi Palud. q. 2. nu. 8. Caiet. in opusc. to. 1. tract. ultimo 17. responsionum, resp. 15. Et in summa, verb. Votum, in princip. Sylu. verbo Votum 1. q. 5. Armilla verbo Votum, nu. 15. Nau. summ. c. 12. nu. 25. & 34. Toledo li. 4 sum. c. 17. nu. 21. D. Anton. Sotus, Castro, Aragon, & Azor, nu. præcedenti allegati* Immo *Castro, & Aragon* dicunt contrarium esse erroneum.

SVMMARIVM.

Votum de re omnino impossibili non obligat, nu. 8. Et ibi quid si finis sit impossibilis.
Quid de voto facti alieni nu. 9.
Quid de voto nunquam peccandi, aut nunquam peccandi venialiter? Aut nec mortaliter, nec venialiter peccandi, aut non peccandi mortaliter, aut venialiter, nu. 10.
Quid si sit votum vitandi omnia peccata determinato tempore, nu. 11.
Quid si esset intentio obligandi se ad sola aliqua peccata vitanda, nu. 12.
Quid si esset intentio obligandi se ad specialem diligentiam & quando id votum violari censeretur, nu. 13.
Quid si non collectiue, sed diuisiue obligaret se ad omnia venialia vitanda, nu. 14.
Quid vbi dubia est vouentis intentio, nu. 15.
An votum nunquam peccandi mortaliter valeat, nu. 16,
An homo fragilis peccat id vouendo, nu. 17.
An votum de cauendo aliquo venialium genere obliget, n. 18.
Quid in dubio, an materia sit impossibilis, nu. 19.
An votum fatendi omnia venialia ualeat obligesque ad fatenda venialia oblita in præcedenti confessione, nu. 20.
Post nu. 20. inuenies summaria quæ desiderantur.

8 QVÆSTIO secunda. An votum de materia impossibili obligat? Manifestum est votum rei simpliciter impossibilis non obligare. Quia ad impossibile nulla potest esse obligatio. Et idem censeo, quando finis esset impossibilis. Quia votum pendet ex fine.

9 Hinc deduci primo videtur, votum facti alieni non obligare. Vt si quis iuret vel voueat fore vt quidam tertius audiat sacrum, vel religionem ingrediatur. Quia est de re voventi impossibili. Quod videtur sentire *D. Th. 2. 2. q.89. ar.7.* vbi ait non posse esse iuramentum, nisi de iis, quæ per ipsum iurantem facienda sunt. Sed dicendum est, id iuramentum, aut votum valere, & obligare iurantem vel vouentem, vt bona fide, & absq; fraude, & fictione adhibeat omnem diligentiam, quã sei qualias exposcit vt alter faciat. Quare non satisfaciet postulans ficte, ita vt ex ipso petendi modo indicetur voluntas parum propensa ad id assequendum. Quod vulgo dicimus, *Pedir por cumplimiento.* Et si adhibita diligentia alter nolit, manet liber vouens, vel iurans. Quod multis citatis latissimè probaui l.1. de matrim. tota disp.24. Nec *D. Th.* contrarium sentit. Quia mens eius est, à iuramenti vinculo ea sola excludere, quæ nullatenus in iurantis potestate sunt. At diligentiã adhibere, vt alter faciat, est in ipsius potestate.

10 Secundò deducitur, quid dicẽdum sit de uoto nunquam peccandi, aut nũquam peccandi venialiter. Videtur .n. obligare. Quia lex diuina naturalis obligat ad omnia peccata vitanda. Ergo, & priuata voti lege potest quispiam ad id se obligare. Cum vtraque lex materiam possibilem desideret. Quidam affirmant id votum valere; non tamen ad omnia vitãda obligare, sed ea, quæ possumus. Sicut vouens ieiunare tota quadragesima & tota nequit, tenetur ad partem sibi possibilẽ. Ita videtur expressè tenere *Nau. summa c.12. n.34. fine,* vbi ait vouentem in genere se amplius non peccaturũ, teneri dum peccat, exprimere voti circumstantiam. Et tenet, *Angles floribus 2.p. q. vnica de voto, art. 1. difficultate 8.* At dicendum est, id votum ad nil prorsus obligare. Quia est votum de re moraliter impossibili, nec secundum legem ordinariam potest quis omnia peccata vitare. Nec est simile de præcepto. Quia cum ea præcepti obligatio tanquam naturalis comitetur ipsam naturam humanam, instar eius proprietatum, contenta est physica potentia vitandi peccata. At cum obligatio voti libera sit, rationi consonat, vt ad eam inducendã potentia moralis desideretur. Nec etiam est simile de illo ieiunij voto. Quia cum materia illa sit secũdum se moraliter possibilis, & per accidens, hic impossibilis, intelligitur id votum non constante contraria vouentis intentione, vt obliget ad partem possibilem. Quod secus contingit in uoto nunquam peccandi, eo quod uoti illius obiectum sit secundum se moraliter impossibile. Atque ita docent, *Sotus lib.7. de iustit. q. prima, articulo tertio, col.9. vers. Vtrum vero votum. Aragon, secunda secunda, q. octuagesima octaua, ar. secundo, in dubio 2. circa quartam conclusionem. Valentia secunda secundæ, disputatione sexta, q. sexta, puncto secundo, col. tertia, versic. Si autem quærat aliquis. Manuel 2. to. sum. c.49. nu.4. Petrus de Ledesma 2. to. summæ tractatu 10. cap.1. post dubium 3. conclus. 3. & 4.* ubi benè dicit idem esse, si uoueat se nunquam peccaturum mortaliter, nec venialiter. Quia promittit totum hoc per modum unius. Idem clarè tenent alij absolutè dicentes id uotum non ualere, non obligare: falsum enim esset, si obligaret ad partem. Hi sunt, *Nau. summa Latina c.12. nu.65. Hispana c.18. add. ad eundem nu. Toledo li.4. summæ c.17. nu.10. Emmanuel Sà summa, verbo Votum, nu.20. Azor lib.11. inst. moral. c.14. q.4.* An uero ualeat disiunctiuè uotum non peccandi mortaliter, aut venialiter, dicemus c.10. nu.9.

11 Eadem ratione credo non ualere uotum uitandi oĩa peccata determinato temporis spatio, quod reputatur moraliter impossibile omnia uitare, attenta communi hominum conditione. Quia similiter est moralis impotentia. Et idem reputarem de tempore, quo est moraliter impossibile attenta vouentis fragilitate.

12 Quod si expressè constaret non fuisse vouentis intentionem, obligare se ad omnia peccata vitanda, siue toto vitæ curriculo, siue eo tempore determinato, sed ad aliquot peccata: sic distinguendum censeo. Si ea peccata determinauit, atque possint moraliter ea omnia vitari, tenebitur illa vitare. Si autem nulla prorsus determinauit ad nil tenetur. Quia quodcunq; peccatum signetur, non est maior de illo, quam de alio. Sicut dicimus de volente consecrare aliquot hostias non determinando quales. Quod si obijcias, inde sequi non valere votum ieiunandi aliquot dies, non determinando quales, neganda est sequela. Quia possunt determinari dies, quibus id votum obliget, nempe, quando accedit tempus, quo obligat votum absque temporis præfinitione emissum. Tunc enim tenebitur quis illud implere, ieiunando illis diebus. At in nostro casu nulla possunt signari peccata, quæ ex illius voti vi sint euitanda.

13 Similiter valebit votum nunquam peccandi, quando constat non fuisse vouentis mentem obligare se ad omnia peccata vitanda; sed ad specialem diligentiam adhibendam vitandi peccata. Quia tunc non tenetur ex vi voti vitare omnia peccata, sed specialem diligentiam apponere ad vitanda singula peccata occurrentia. Et hoc est moraliter possibile. Quare hic satisfaceret voto, quãdo adhibita ea speciali diligentia succumbens tentationi, præ fragilitate peccaret. Quia ex voti ad nullum peccatum vitandum tenetur, sed ad eam solam diligentiam adhibendam.

14 Similiter valeret votum vitandi omnia venialia, quando constaret intentionem vouentis fuisse obligare se ad illa vitanda, non collectiuè, id est, per modum vnius sed diuisiuè. Quia id votum continet virtute innumera vota circa innumeras venialium materias, & quodlibet est independens ab alio. Cum non sit votum vitandi omnia collectiuè. At diuisiuè est moraliter possibile quodlibet veniale in particulari, & independenter ab alio vitare. Et licet sint aliqua venialia, quæ omnino vitare est moraliter impossibile (vt dicemus numero 18.) at nullum est, quod hic, & nunc vitari moraliter nequeat.

15 Quando autem non constaret expressè de his peculiaribus vouentis, intentionibus, sed res est dubia, iudicandum est irritum votum, & ad nil obligans. Quod verba huius voti contineant rem moraliter impossibilem. Iuxta dicta, nu.10.

16 Quod si votum sit de nunquam peccando mortaliter, *Naua. summa Latina c.12. nu.65. Hispana c.28. additione ad eundem num.* ait votum hoc esse de re tam difficili, vt non obliget, aut facilè in illa dispensari valeat. Et *Palacios 4. dis.38. disp.3. col.18. ver. Quo fit, quod si quispiam. f.816.* dicit forsan hoc uotum non obligare. Alij uero neoterici doctissimi dicunt in homine constanti ualidũ esse id uotũ, secus in fragili. Quod dicit non improbabile *Petrus de Ledesma statim allegandus.* Et vere est probabile. At verius est, id votũ esse validum. Quia est de re moraliter possibili. Non tamen id votum est consulendum. Nam peccata lethalia, quæ cogitatione committuntur, difficile cauentur. Atque ita docent, *Sotus, Aragon, Manuel, nu.5. Toledo, Azor, Emmanuel Sà, vbi eos retuli, nume.10. Petrus de Ledesma 2. to. sum. tractatu 10. cap.2. post dub.3. in 2. conclusione.*

17 Peccaret tamen venialiter homo fragilis id votum emittendo. Quia imprudenter agit, atque tanta esse posset imprudentia ratione nimiæ fragilitatis vouentis, vt ratione periculi, cui se exponit, peccaret mortaliter, adhuc tamen valeret votum. Sicut c.1. nu.9. diximus de imprudenter emisso.

18 Si votum sit de cauendo veniali in aliqua peculiari materia, vt de non mentiendo, est validum. Quia est de re moraliter possibili. Sic *Caietanus 2.2. quæst.88. arti.8. ad fi. ver. Ad 2. vero dubium. Nauarrus, nu. decimo sexto* [illegible] *allegatus,*

allegatus. Sotus, Manuel, num. 4. Aragon, Azor, Petrus Ledesm. num. 10. allegati. Hoc tamen intelligendum est quando est moraliter possibile uitare id uenialium genus; at si esset moraliter impossibile, esset irritum, tanquam uotum de re moraliter impossibili. Vt si quis uoueret se nunquam uenialiter peccaturum in cognitionibus luxuriæ, uel iudicij temerarij, uel infidelitatis, uel in cibo, & potu sumendis. Quia hæc omnia uenialia uitare est moraliter impossibile. Et ita censent uiri neoterici doctissimi. Et *Petrus de Ledesma ibidem.* Et quamuis *Caiet. ibidem, & Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, ar. 1. difficult. 8.* sentiant uotum nunquam loquendi uerbi otiosi ualere. At uerius mihi uidetur id esse moraliter impossibile, atque ita uotum non obligare. Quod multi neoterici doctissimi sentiunt.

19 Quoties autem dubium est, an materia promissa sit possibilis moraliter, ac proinde, an uotum obliget, iudicandum est in fauorem uoti, utpote quod possidet; secus quando sunt opiniones. Vt diximus cap. 2. fine, in simili materia.

20 Tandem posset quispiam eadem ratione existimare uotum fatendi omnia uenialia non obligare. Et quidē si uotū acciperetur ita ut sonat, rectè existimaret. Quia id est omnino impossibile. At uotum id intelligitur de confitendis omnibus venialibus, quæ mediocri adhibita diligentia memoriæ occurrunt. Sicut dum præceptum est de omnibus mortalibus fatendis, hoc modo intelligitur. Atque ita dicendum est, id uotum ualere, utpotè quod de re moraliter possibili est. Sic docēs *Sot. 4. d. 18. q. 1. art. 3. col. 6. immediatè ante 5. concl. Aragon, Azor, Manuel, nu. 10 allegati.* Addit autem *Azor*, si is confiteatur omnia uenialia, quorum meminit, non teneri statim alia uenialia, fateri, quæ postea in memoriā uenerint. Quia id uotum benignè interpretandum est de uenialibus confitendis, quorum uouens tempore confessionis meminit. Sed si intelligat ut non teneatur statim illa fateri, rectè dicit. Nec hæc est benigna interpretatio sed in rigore ita dicēdum est. Quia uotum hoc obligat instar præcepti Ecclesiastici de confitendis mortalibus, quod ad statim fatenda oblita non obligat, sed satis est tempore alterius confessionis ea fateri. Si autem intelligat eum non teneri fateri ea uenialia, oblita, si tempore alterius confessionis, eorum recordetur; non uideo fundamentum. Quia uotum id obligat instar præcepti de fatendis mortalib. quod ad oblita fatenda, non statim, sed tempore alterius confessionis obligat. An uero id uotum obliget sub mortali, dicemus, inferius, ubi de obligatione uoti in materia leui.

SVMMARIVM.

Quotupliciter duo vota incompassibilia emitti contingat, numero 21.

Qui simul duo vota sciens incompassibilia emisit, ad quid teneatur, num. 22.

Quid si ignorans, nu. 23.

Quid si non simul, sed successiuè emissa sint, siue scienter siue ignoranter, num. 24.

Quod censeatur votum maius, & magis obligans, num. 25.

An votum minus incompassibile cum alio voto, indigeat commutatione aliqua, aut dispensatione, etiam quando incompassibilitas est dubia, nu. 26.

An quando excessus vtriusque voti est modicus, sit lethale eligere minus votum, num. 27.

Quid existenti vtroque voto æquali, num. 28.

Quid in dubio vtrum illorum maius sit, num. 29.

An idem sit, siue incompassibilitas præcedat votum, siue sequatur, num. 30.

An qui vouit in vigilia sancti Laurentij nil coctum, nec panem se comesturum, & antea, vel postea vouit se nil præter panem omnibus sextis ferijs sumpturum, & postea vigilia illa incidit in feriam sextam. ad quid teneatur, num. 31.

Quid quando votum est incompatibile cum aliquo præcepto etiam Ecclesiastico, num. 32.

21 QVÆSTIO tertia. Qualiter obligetur, qui duo vota incompassibilia, seu secum pugnantia emisit, vel votum cum alio præcepto incompassibile? Et hoc quidem potest dupliciter contingere. Priori modo, emittendo vtrumque simul, & sciendo, aut ignorando ea vota esse incompassibilia. Posteriori modo, non simul, sed successiuè emittendo.

22 Prima cōclusio. Si sciens quis duo vota incompassibilia esse simul ea emittat, & pro eodem tempore obligando se ad illa votum est nullius momenti. Quia est rei impossibilis. Si autem voluit tm̄ ad alterutrum se obligare, ad id quod intendit, est obligandus. Si de intentione dubitetur, non est præsumendum eum voluisse quid inane, & ridiculum facere, in re tam graui & ardua, ac est votum. Atque si id intendisset, facile eius intentionis esset conscius. Et ita censerem eum voluisse se obligare eo modo quo posset, & quo ex natura rei obligant duo vota simul explenda, & incompassibilia. Atque ita censerem teneri eum ad maius votum, quod si constet vtrumque esse omnino æquale, aut res omnino sit anceps vtrum illorum maius sit, dari vouenti electionem. Quia in priori euentu præualet votum rei Deo gratioris, quod minori voto est suapte natura præponendum, quando vtrumque est incompassibile. (Vt num. sequenti dicemus.) In posteriori autem non est maior ratio de vno, quam de altero. Cum vtrumque simul emissum sit, & constet vtrumque esse æquale aut dubitetur vtrum sit maius. Si autem excessus sit exiguus inter vnum votum, & aliud, erit sola venialis culpa minus votum eligere. Vt dicemus in simili nu. 27.

23 Secūda cōclusio. Idem omnino censerem, si ignorās ea vota esse incompassibilia, ea simul emitteret tenetetur. n. ad dignius, etsi vtrumq; sit æquè dignum, aut id sit dubium, dabitur electio. Et si modicus sit excessus, erit veniale eligere minus. Quia eadem prorsus militat ratio. Quare non approbo, quod ait *D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. vlt. referens Ioan. de Neap.* nempè, eum qui simul duo vota incompassibilia fecit, posset vtrumuis illorum eligere, nec distinguit, aut scienter an ignoranter emiserit. Et ducitur, quia non est (inquit) maior ratio de vno, quam de altero. Sed dico maiorem esse rationem de digniori. Vt nu. sequenti probabo.

24 Tertia conclusio. Si non simul, sed successiuè vtrūq; votū emisit, & constat ea esse incompassibilia, tenetur ad dignius votum. Vt si quis vouit fore, vt omnib. sextis ferijs vacaret corporali pauperū ministerio in xenodochio; atq; vt omnib. festis vacaret confessionib. excipiendis tota die, ac rudibus docendis, & incidat festū in feriam sextam; tunc cum vtrumq; votum sit ea die incompassibile, tenetur ad hoc posterius, quod maius est. Ratio est, quia perinde tunc est, ac qn̄ concurrunt duo præcepta incompassibilia; in quo euentu id quod grauius est, præponendum diximus lib. 1. huius sum. c. 10. nu. 7. Præterea, quia cum duæ res alicui debentur, ac utraq; solui nequit soluenda est ea, quā certū est illi fore gratiorē. Atque ita docent *D. Th. 4. d. 38. q. 1. art. 4. quæst. tunc. 4. corp. Angelus verb. Votum 3. nu. 24. Rosel. verb. Votum 1. nu. 12. Sylu. verb. Votum 2. q. 17. Arm. verb. Votum, nu. 22. Emman. Sà summa, verb. Votum, nu. 13. Azor l. 11. inst. mor. c. 10. q. 5.* Nec distinguendum est in hoc euentu, siue uouens norit ea uota esse incompassibilia, siue id ignorarit. Et ita DD. citati nō distinguunt. Quia eadem est ratio, quare nō approbo quod aiunt *D. Antoninus, & Ioan. de Neap. relati nu. præced.* nempè teneri hunc ad prius uotum. Et probant, eo quod obligatio prior posteriorē tollat incompassibilē. At dicendum est non tollere, si posterior maior sit. quippe uotum prius nequit esse maioris boni obstaculum. Si sint opiniones utrum eorum sit dignius, poterit quis utrius adhærere, etsi minus probabilis sit. Vt num 2.. dicam.

25 Tria tamen obseruanda sunt circa hanc conclusionem. Primum est, id uotum esse maius, quod est de re Deo gratiori. Vt benè docet *Sylu. ibi.*

26 Secondum est, *D.Thomam, Rosellam, Angelum, Sylvestrum* asserere pro minori voto esse prælati arbitrio satisfaciendum, ubi significant id votum commutatione prælati indigere. Atq; *Azor ea q.5.fi.* dicet claré minus votum commutandum esse authoritate prælati potentis commutare. At vt hoc verum sit debet intelligi, quando est dubium, an vtrumq; votum possit impleri. Quia cum tunc nō constet ambo vota esse incompassibilia, non est, cur dicamus minus votum non obligare, immo possessio est pro ipso; dū de eius nullitate non constet. Vt in simili diximus cap.2.fine. Atque ita docet *D. Ant.1.p.tit.11.c.1.§.vlt.ad fin.cit. Ioanne de Neapoli* Quamuis *Sylvest.verbo Votum 2.q.17.versi. Ex his, dico*, dicat hoc sibi non placere. Sed fortè hoc solam rationem à D. Antonino allatam refutat, & merito; cui rationi ego non innitor, sed proximè allatæ. Qvando vero constat alterum votum maius esse; nulla opus est minoris commutatione, aut dispensatione. Vt optimè docet *D. Antoninus ibi, cum Ioanne de Neapoli*. Sicut contingit in duplici præcepto incompassibili concurrenti, vel quando concurrit votum cum alio vrgentiori præcepto incompassibili, in quib.casib.nulla minoris cōmutatio necessaria est. Vt qui post votū castitatis ad nuptias transijt, tenetur nulla commutatione, aut dispensatione petita debitum reddere. Vide autem limitationem huius, quod diximus in dubio faciendum in numero 31.fine.

27 Vltimum est quando excessus inter vtrumque votum exiguus est, erit sola venialis culpa minus votum eligere maiori omisso. Sicut contingere diximus lib.1. cap.10. numero 12. quando duo præcepta incompassibilia concurrunt, inter quæ est modicus excessus, & eligitur minus.

28 Quarta conclusio. Qñ vtrunq; votum diuerso tēpore emissum cōstat esse incōpatibile, & cōstat esse vtrūq; æquale, datur electio vouenti, vt alterutrum impleat, altero omisso, nec omissi commutatione, aut dispensatione indiget. Quare non assentior *D. Ant. Rosella. Angelo, Sylvestro & Azor. & Emmanuelis Sa alleg.nu.24.* dicentibus hunc teneri ad votum prius emissum, eo q̄ posterior obligatio nequeat irritare, aut impedire priorem equalem. At verior est nostra sententia. Ducor autem, quia inter duo præcepta æqualia incompassibilia datur hæc electio. (Vt probaui libro primo, huius summæ capite decimo, numero decimo.) Itē, & præcipuè, quia potest vouens propria authoritate commutare votum in euidenter equale. Cum ergo constet vtrūque esse æquale, poterit ad libitum vtrumlibet eligere. Sicut posset materiam posterioris per viam commutationis propria authoritate eligere. Atque ita possumus sententiam prædictorum Doctorum intelligere sic, vt prius votum de se obliget, & posterius sit irritum, vt potè incompassibile cum priori obligatione. At poterit vouēs propria authoritate commutādo eligere posterius, aut etiam implere prius. Et hanc conclusionem intelligo, siue sciendo, siue ignorando vtriusque incompassibilitatem emissum sit. Quia eadem est ratio.

29 Quinta conclusio. Qñ constat vtrumq; votum illud diuerso tempore emissum, esse incompassibile, & dubium est vtrum illorum maius sit, tunc necessario implendum est prius votum. Quod constat ex authorib. numero præcedenti allatis, qui etiam id asserunt, quādo constat vtrumque esse æquale. Atque votum hoc posterius tanquam priori repugnans, & cum ipso incompassibile non obligat, nec commutatione indiget. Ratio est quia prior illa obligatio auferri nequit, nisi per maiorem superuenientem incompassibilem; aut æqualem, commutando priorem in posteriorem æqualem. At quando non constat euidenter rem esse æqualem, nequit propria authoritate hæc commutatio fieri. Quare idem hæc ratio probat, etsi essent variæ opiniones circa illorum æqualitatem, & probabilior assereret ea esse æqualia. Quia cum re verâ hæc res non sit certa, præponderat possessio prioris voti, nec potest propria authoritate commutari in rem non certo æqualē. Secus (vt dixi numero vigesimo quarto, fine) quando est opinio probabilis votum hoc posterius esse melius. Quia tunc non est dubium, nec controuersia circa æqualitatem, & ita licebit vtrumuis eligere, quamuis opinio minus probabilis asserat posterius hoc votum dignius esse. Atque similiter hanc conclusionem intelligo, sicut & duplicem præcedentem siue scienter, siue ignoranter posterius votum emissum sit.

30 Hæ autem tres conclusiones præcedentes intelligēdæ sunt, siue incompassibilitas fuerit ante vtrumque votum emissum, siue illis emissis superueniat, & vndecunque ea consurgat. Quia rationes pro illis allatæ in vtroque casu militant.

31 Ex his deducitur, quid in ea qōne censendum sit. An qui votum fecit nil coctum, neque panem comedendi in vigilia sancti Laurentij, com antea, vel postea vouerit se nil cibi præter panem in ferijs sextis comesturum; ac deinde vigilia sancti Laurentij incidit in feriam sextam, ad quid teneatur? In qua quæstione *D. Ant.2.par. tit.11.c.2.§.vlt.allegens Ioannem de Napoli*, ait si vtrumque nequeat ille implere, nec simul emiserit, posse vtrūuis ex illis eligere. At sic distinguendum est, si cum posterius vouit, fuit immemor prioris voti, debet prius tantummodo seruare. Quia verisimiliter prius excepisset, si illius recordaretur, & notabilis est error. Quod si prioris meminerit, nec illud excepit, tenetur ad vtrūque, si sine graui periculo potest vtrumque seruare. Ita docent *Rosella verbo Ieiunium, numero 31.Sylvester verbo Votum, 2.q.17.D. Ant. & Ioannes de Neapoli proximè allegati. Azor libro 11.instit.moral.cap.20.q.5.* Si autem vtrumque nequeat, *Rosella* dicit illū teneri ad prius. At *Sylvest. & Azor* dicunt hoc esse verum, quando cōstat esse vtrumque æquale. Nam si alterum sit maius, ait *Azor* in illud commutandum esse votum minus, authoritate potentis commutare. Verum adhærendo ijs, quæ diximus num.24.& sequentibus, sic dicendum est. Si constat vtrumq; esse æquale, & incompassibile, potest vouens vtrūlibet eligere. Quod si alterum constat esse melius, id tenetur implere. Atq; in neutro casu tenetur voti alterius omissi cōmutationem, aut dispensationem petere. Si dubium sit, vtrum sit maius, tenetur ad prius, nulla posterioris commutatione, aut dispensatione petita. Si vero dubium sit, an vtrumque possit implere, tenetur alterius, quod omittere vult, commutationem, aut dispensationem petere; quando nō est certum, quod vult implere, esse melius aut æquale, & est votum postremo emissum. Nam in hoc dubio tenetur ad prius. Si vero id certum, potest propria authoritate alterum omittere, quando adhibita sufficienti diligentia nequit id dubium vinci. Nam in hoc casu deficit quod diximus nu.26. nempè, in hoc dubio petendam esse commutationem, aut dispensationem voti, quod est omittendum. Ratio est quia in hoc dubio, an absq; graui periculo salutis possit id votum impleri simul cū alio, non est licitum illud, quod non debet alteri præferri, implere; sed potius eligi debet præceptum naturale conseruandæ salutis. (vt probabo capite sequenti numero quinto,) quam ob rem voti omittendi, an in hoc casu non obligantis, nulla est necessario commutatio, aut dispensatio.

32 Vltima cōclusio. Qñ votum est incompassibile cum præcepto etiam Ecclesiastico, aut id est dubium, nec apposita sufficienti diligentia potest vinci, tenetur vouens id votum non implere; & nulla est necessaria commutatio, aut dispensatio. Ratio est, quia licet sit strictissima obligatio implendi voti, & iuris naturalis diuini, id tamen contingit supposita eius obligatione. At nunquam admittitur à Deo, nec decet, vt admittatur obligatio ex voto, nisi supposita præcepti impletione. Quia obligatio voti est voluntaria, sed præcepti necessaria. Quare cum incompassibilitatis certitudine,

dine, aut dubio, potius est seruandum præceptum. Quæ intelligenda sunt, nisi materia illa promissa tanti esset honoris diuini, vt merito anteponenda sit præcepto Ecclesiastico. Iuxta ea, quæ dicemus c.seq.num.2. Quando vero sunt opiniones, dicemus c.seq.nu.2.

CAPVT VI.

Qualiter votum rei malæ, aut ex se bonæ, malæ autem ob praui finis circumstantiam adiunctam non obliget.

SVMMARIVM.

Quando materia voti est mala etiam venialiter non obligat, numero 2.

Quid quando promittitur aliquid impediens impleri præceptum Ecclesiasticum, aut aliud, vel id est dubium, nu.2.

An valeat votum contra superioris præceptum, nu.3.

An votum de nimijs corporis macerationibus obliget, nu.4.

An obliget, quando dubium est, an ea limites rationis excedant, & quid quando sunt opiniones, nu.5.

Quid, quando dubium est, an materia voti sit bona, vel mala, aut sunt de hoc opinione, nu.6.

Quid de voto abstinendi à carnibus in quacumque necessitate, num.7.

Quid de voto ieiunandi die Dominica, & quando quis vouet ieiunare toto mense, an teneatur diebus Dominicis ieiunare, & quid quando vouit ieiunare vigilia alicuius sancti, & ea incadit in Dominicam, nu. 8.

Votum rei mortalis vel venialis, cum proposito exequendi, vel sine illo, quotuplex sit culpa, nu 9

An valeat votum rei bonæ potentis malum euentum habere, num. 10.

Post nu.10. inuenies summaria, quæ desiderantur.

1 PRius agemus, quando materia voti est mala; deinde autem quando est bona sed praui finis circumstantia adiungitur. 1. conclusio sit. Cum opus est illicitum, siue mortaliter, siue venialiter non est legitima voti materia, ac proinde illud non obligat. Quia promissio est rei, quam quis in alterius gratiam exequi pollicetur; vnde non est rei alteri ingratæ, qualis est peccatum mortale, vel veniale. Quippe promittere rem alteri ingratam, non est promittere, sed comminari.

2 Hinc deducitur primo: votum rei impedientis aliud præceptum etiam Ecclesiasticum impleri, regulariter non obligare: atq; idē est in dubio an impediat. Quia capite præcedenti numero vltimo probauimus in hoc dubio præferendum esse præceptum Ecclesiasticum. Dixi autem regulariter, quia quando res illa promissa esset tanti honoris diuini, vt merito præferenda esset præcepto Ecclesiastico, eiusque obligationē in eo euentu impediret, obligabit votum. Vt si quis voueret peregrinationem impedientem ieiunium quadragesimæ, si tanti momēti esset vt illi ieiunio anteponi deberet; vel ministrare xenodochijn & tale esset ministerium, vt ieiunio obstaret, obligarent hæc vota. Quia tunc nil mali continent, nec aduersantur præcepto Ecclesiastico; vtpotè quod in eo casu non obligat. Quando autem sunt opiniones, aut in eo euentu id opus præferendum sit, integrum est, cuicumque ex illis adhærere, dummodo probabilis sit, etsi altera sit probabilior.

3 Secundò deducitur, valere votum contra prohibitionem superioris, etiam Pontificis emissum, nullo decreto irritanti adiecto illi prohibitioni. Quia etsi peccet inferior non audiens superiori interdicenti votum; at cuius rem promissam superior non interdixerit, ea manet bona, ac consequenter legitima voti materia. Et constat ex dictis lib.7. de matr. disp.2. nu.9. & 10. vbi probauimus sponsalia, & matrimonium inita contra Pontificis probationem nullo decreto irritanti adiecto esse valida. Si autem superior materiam ipsam interdixit, & subditus voueret se id facturum absque superioris licentia, votum esset irritum. Quia est de re mala, vtpotè quæ legitimo superioris præcepto aduersatur. Si autem absoluere subditus sic voueret, non esset irritum votum, sed poterit illud exequi sine superioris licentia. Vt latius dicemus infra tractatu de votorum irritatione; vbi etiam dicemus, quando adijcitur decretum irritans.

4 Tertiò deducitur, etsi votum de ieiunijs, & quibuscumque alijs corporis macerationibus moderatè, & iuxta prudentiæ regulas perferendis, licitum sit, ac obliget; at esse irritum & non obligare quo ad excessum, quando ea limites prudentiæ excederent. Quia tunc nō sunt opus virtutis, sed mala. Ita *D.Tho.2.2 quæst.88.art.2.ad 3. Sylu. verbo Votum 1. quæst.4. dicto 3. & verbo Votum 2. q.14. Sotus lib.7. de iust. q.1. art.3. ad vltimum. Tabiena verbo Votum 1. num. vltimo*. Quando autem hoc eueniat, dicemus latè tractatu de ieiunio, vbi disputatur quando hæ abstinentiæ sint illicitæ. Breuiter tamen nunc dico id euenire, quando ita excedunt, vt periculum mortis, vel grauis morbi afferant; vel reddant vouentem ineptum ad exequenda illa, quæ ratione status vel officij exequi tenetur. Vnde optimè *Sotus ibidē* dixit hoc contingere, quando ita excedunt, vt legi naturæ aduersentur. Dixi non obligare quo ad excessum; nam quo ad partem moderatam obligaret vtique; nisi ea esset intentio manifesta vouentis promittenti hæc p modum vnius, vt si aliqua pars non obligaret, non teneatur reliquis. Iuxta ea, quæ latè tradēmus c.10.

5 Quando autem dubium est, an ea ieiunia, & macerationes excedant rationis limites, existimo votū non esse validū, quo ad eum excessum. Quia in hoc dubio malum est periculo grauis morbi, aut non exequendæ obligationis alterius se exponere. Quod clare indicat *Sotus nu. præcedenti allegatus*, dum *D.Thomam ibi quoq; relatum*, dicentem in hoc dubio consulendum esse superiorem, explicat, vt id sit consilium. Quamuis *Palacios 4.d.38. disp.1. fol.825. versi. Septimo si vouet*, dicat in hoc dubio exigi dispensationem. Quando vero sunt opiniones, an ea notabiliter corpori nocebunt, credo non obligare etiam votum quo ad illum excessum, nec licere illud exequi, sed abstinere ab eo excessu quod saluti tutius est, amplectendum esse. Quia ob opinionis probabilitatem maiorem etiam, non cessat periculum corporis, si fortè contraria sit vera. Quod in ijs quibus damnum corporis non imminet, minimè procedit. Nam periculum animæ vitatur in alijs, sequendo opinionem probabilem. Quippè etsi contraria sit coram Deo vera reputatur ignorantia inuincibilis ab eo peccato excusans.

6 Simili rōne, qn̄ dubium est, an materia voti sit bona, vel mala, votum non obligat. Quia cum hoc dubio aliquid operari est malum. Quando vero sunt opiniones circa hanc bonitatem, vel malitiam, fas erit quamcumq; amplecti, etiam minus probabilem. Quod probat ratio num. præcedenti, in fine adducta.

7 Quartò deducitur, quid dicendū de voto, quo quispiā expresè se obligauit ad abstinendū à carnib. in quacumque necessitate, siue ab extrinseco rōne morbi, siue ab intrinseco, eo quod alijs cibis caret, proueniat. Qd quidem pendet ex ea quæstione, an Chartusianis liceat in his necessitatibus abstinere à carnibus; & alijs quoque priuatis id liceat. De qua agetur in tractatu de ieiunio, vbi quoque de hoc voto dicam.

8 De voto autem ieiunandi die Dominica & quando quis vouet ieiunare vigilia alicuius sancti, & ea incidat in Dominicam; vel vouit ieiunare toto mense: an teneatur diebus Dominicis; latè diximus lib.2. huius summæ capite 27. à nu.11. vsque ad 20.

9 Secunda conclusio. Votum rei malæ mortaliter cum proposito exequendi, est duplex mortale; & rei venialis cum eodem proposito, est duplex veniale. Ratio prioris

CAPVT IV.

Qualiter incurrant excommunicationem cogentes ad monasterij ingressum, illumve absque iusta causa impedientes.

SVMMARIVM.

Refertur decretum Tridentinum excommunicans hos, n.1.
An comprehendantur omnes personæ, etiam Rex, & Imperator, n.2.
An includantur cogentes, vel impedientes viros, n.3.
Quid de cogentibus metu leui, n.4.
Quid de cogentibus metu iuste illato: vel docentibus euadendi viam, n.5.
Quid de inducentibus ad ingressum, promittendo aliqua: negando debita ex iustitia, n.6.
Quid de parentib. minantibus filiæ, fore vt eam non præferant in hæreditate, nisi religionem profiteatur n.7.
Quid de extorquentibus ingressum precibus importunis, n.8.
Quid de inducentibus dolose ad ingressum, n.9.
Quid de impedientibus ingressum solis precibus, n.10.
Quid de impedientibus minando feminæ, fore vt non præferant in hæreditate, vel aliud lucrũ denegent, aut disponentibus ne religionem ingrediens succedat in maioratu, aut bonorum meliorationes, numer.11. vbi & quid si pater minetur filijs suam maledictionem: aut minetur monasterio.
An incurrant cogentes feminas vt sint in monasterio, donec ætatis matrimonio aptæ sint, n.12.
Quid de cogentibus ad solum religionis votum emittendum, nu.13.
Quid de impedienti votum religionis emitti, n.14.
Quid de impedienti primum religionis ingressum, n.15.
Quid de impedientibus solum ne tunc ingrediatur femina, aut ne tunc profiteatur, n.16.
An incurrant dantes consilium, aut auxilium impedientibus professionem, aut impediri mandantes, n.17.
Quid si hæc præstent cogentibus ad ingressum: at effectus non est subsequutus, n.18.
An ipsi cogentes, vel impedientes incurrant effectu non sequuto, n.19.
Quæ ignorantia excuset ab hac excommunicatione interponentes præsentiam, vel consensum, vel authoritatem ingressui violento, n.20.
An incurrant qui obiter actum illum violentum spectant: vel assistentes alia ex causa: vel dominum assistentem comitantes, vel assistentes vt violentiæ testes sint, n.21.

1 CAput hoc versatur circa intellectũm *Tridentini sess. 25. de regul. c.18.* vbi excõicantur oẽs psonæ cuiuscunq; qualitatis, & conditionis fuerint, qui aliq̃ ex his quatuor actionib. fecerint. Prima est q̃uocumq; cogere quancũq; feminã, preterquã in casibus iure expressis, ad ingrediendũ monasteriũ, vel ad suscipiendũ habitũ cuiuscumq; religionis vel ad emittendã professionem. Secunda est, consilium auxilium, vel fauorẽ ad id dare. Tertia est, sciendo feminam non sponte ingredi, aut habitum suscipere, aut professionẽ emittere: interponere q̃uocumq; illi actui presentiã, vel consensũ, vel authoritatem. Vltima est, cuiuscumq; mulieris voluntatẽ vel accipiendi, aut voti emittẽdi, impedire q̃uocũque sine iusta causa. Quæ excõicatio nulli reseruatur. Quod decretũ aliquot dubijs propositis enodandũ est.

2 Primum dubium est. An hoc decretum comprehendat vniuersas personas aliquam illarũ actionũ facientes? *Suarez 5. to. in 3 p. disp. 2. . sectione 5. n.8.* ait vniuersas cõprehendere. Quia explicat id decretũ in eo comprehẽdi oẽs, & singulas personas, quacũque dignitate fungentes. At verius existimo non comprehendi regẽ, vel imperatorem, bene tamen ceteras personas. Ducor, quod *Tridentinum sess. 24. de matrim. cap. 9.* eisdem prorsus verbis excommunicet cogentes ad matrimonium. Ad lib. 4. de matrimon. disputat. 22. fine, defendimus cum alijs non comprehẽdi Regem, vel Imperatorem, sed indigere expressa mentione, vt comprehendantur.

3 Secundum dubiũ est, an cõprehendantur qui cogunt ad religionis ingressum, vel ab eo impediunt viros. Rõ dubitandi est. Quia etsi id decretũ de solis cogentibus, aut impedientibus feminas loquatur; at eius rõ finalis, quę est libertati ingressus cõsulere, æque procedit in viris coactis, aut impeditis. Decretũ aũt ex rõne finali, q̃ eius anima est extendi, aut restringi debet. Vt multis citans probat *Tiraq. Tractatu Cessante causa, in princ. à n. 138.* Præterea, quia vt̃ solarum feminarũ mẽtio facta, causa frequentioris vsus, eo q. illę frequentius cogãtur, aut impediãtur. At vbi lex gratia frequentioris vsu aliquid decernit, non excludit casum minus frequentem. (Vt probaui lib. 3. de matr. disp. 20. n. 3.) Tandem quia his rationibus ducti authores non pœnitendi, pœnas statutas viro rapienti feminam, extẽdunt ad feminam viri raptricem. Quos retuli libro 7. de matr. disput. 12. num. 24. Et pœnam vxoricidio statutam extendunt ad viricidium alij, quos retuli eodem libro 7. disputat. 16. nu. 5. Et ita tenet *Palacios 4. q. 38. disput. 1. fol. 847. vers. Rursus anathematizat.* Verum existimo nequaquã hos comprehendi. Ducor, quòd idem *Tridentinum sess. 24. de matr. c. 9.* volens comprehendere eos qui cogunt, siue viros, siue mulieres ad matrimonium, id expressit. Cum ergo in præsenti decreto exprimat solos cogentes, aut impedientes feminas, non extẽditur ad eos qui cogunt, aut impediunt viros. Præterea quia non militat eadem ratio. Nam cum frequentissimum sit, feminam sic cogi, aut impediri: raro autem id accidat respectu virorum & legis sit, frequenter cõtingentibus prospicere, *l. Nam ad ea. ff. de legibus*, consulto Tridentinum solum frequentem coactionis feminarum casum puniuit. Qua ratione, & alijs ducti lib. 7. de matr. disputatione 12. num. 25. & disputatione 16. num. 6. defendimus pęnas statutas raptui feminæ, non extendi ad raptum viri, nec statutas vxoricidio, extendi ad viricidiũ. Et ita hanc partem sustinent *Suarez numero præcedenti allegatus: & Bañes 2.2. quæst. 62. artic. 2. dub. 3. ad finem, paulo argumentorum solutionem.* At in Cõcilio Moguntino, & refertur *c. finali 20. quæst. 3.* statuitur imponendam pœnitentiam ijs qui hæreditatis acquirendę auaritia, aliquos decipiunt, vt religionem ingrediantur. Pęnitentia autem est, vt priuentur hęreditate, eaque ad monachi hæredes deuoluatur. Quam constat exigere iudicis sententiam, vt incurratur.

4 Tertium dubium est. An comprehendantur qui solo metu leui, aut non cadenti in virum constantem cogunt? Et quidem certum est comprehendi, quando is metus respectu personæ, cui incutitur, est cadens in virum constantem, etsi respectu personæ fortioris esset leuis. (Vt in simili probaui c. præcedenti numero 21.) Sed difficultas est, quando respectu illius est leuis. Et videntur comprehendi. Quod Tridentinum omnimodę feminarum libertati prospicere velit: quam etiã suo modo metus leuis aufert. Præterea, quia dicit, quomodocumque coegerint. Tandẽ quia *Caie. summa, verbo Excommunicatio c. 41. & Nauarro summa cap. 27. nu. 125.* aiunt cogentes metu leui iudicem ad absoluendum ab excommunicatione, incurrere excommunicationẽ latam *c. vnico, de his, quæ vi, in 6.* Et reddunt rationem, quod textus de cogentibus loquatur, nõ distinguẽs an metus sit grauis, an leuis. Quod idẽ in decreto Tridentini contingit. At verius credo nõ comprehendi. Quia verius est, excommunicationẽ *dicti capite vnici* non incurri ob metum leuem. Vt sustinent ibi *Glossa finalis, & Francus ibi, siue Suarez to. 5. in 3. p. disputat. 23. sect. 4. numero 11.* & concludit *ibi Glossa* hanc esse regulam generalem, solum illum metum inducere pęnas constitutionum aduersus inferentes metum, qui sufficiens est ad reuocanda ea quæ per ipsum fiunt. At metus leuis non irritat religionis professionem. Vt diximus c. præcedenti n. 23. Nõ ergo sufficit ad hanc excommunicationem. Secundo quia decretum id pœnale loquens de metu,

metu, debet intelligi de eo qui in iure metus reputatur: cuiusmodi non est metus leuis. Quippe eo gesta non reputantur in iure metu gesta. Vt expresse habetur *l. Nec timorem 7. ff. de eo quod met. caus.* Et fauet valde *Bonifacius Cle. 1. nu 3. de foro compet.* vbi ait non haberi rõnem in iure metus leuis. Et melius *Sotus lib. de iust. q. 2. art. 1. ad 2. in fine*, vbi ait metum leuem in spiritualibus, vt in voto non comprehendi metus nomine. Tandem quia *idem Tridentinum sess. 24. de mat. cap. 9.* rigidioribus verbis excommunicat cogẽtes ad matrimonium cum addat, siue directe, siue indirecte cogant. Et tamen *Enriquez lib. 11. de matr. c. 6. nu 5.* explicat de graui metu.

5 Comprehenderentur vero cogentes metu graui iuste illato. Vt si quispiam iustam delicti grauis accusationem minetur alicui, nisi ingrediatur religionem: retẽta opinione probabili, quam c. præced. num. 19. tenent aliqui, nempe, irritari professionem hoc metu extortam. Quod si teneamus contrariam quam ibi n. 20 tenuimus, videlicet, non irritari, dicendum est subinde non incurri: iuxta regulam Glossæ num. præced. traditam. In vtraque tamen opinione dicendum est non incurri, quando metus non incutitur ad extorquẽdam professionem, sed tantum datur via euadendi ex periculo metum patienti, si profiteri eligat. Quia is metus nullatenus professionis valori obstat. Vt diximus cap. præcedenti num. 5.

6 Hinc deducitur primo, quid dicendum sit de inducentibus ad ingressum, vel professionem, promittendo officium aliquod, vel fauorem, vel aliud lucrum. Quos non incurrere dicendum est; quod id non sit cogere, sed sola lucri spe inducere. Vt bene tractans de excommunicatione contra cogentes ad matrimonium, tradit *Suarez. 5. to. in 3. p. disp. 23. sectione 5. n. 6.* vbi addit secus esse, si quis neget aliqui quod ex iustitia dare illi tenetur, vel nimis differat stipendij debiti solutionem. Quia ait hanc esse saltem indirectam coactionem: & textus ille excommunicat cogentes directe, vel indirecte. At dicendum est, eam esse coactionem directam, & ita illa cogentes ad ingressum, vel professionem, incurrere excommunicationem huius decreti, quamuis in eo nõ fiat mentio coactionis indirectæ. Ducor, quia l. 4. de matr. disp. 5. nu. 28. late probaui esse metum viri constantis, quando quispiam per iniuriam arcetur à lucro, ad quod ius habebat, secus si ius non haberet. Est tamen intelligẽdum, quando id lucrum, seu dilatio stipendij censerentur ita grauia mala, vt metum viri cõstantis inducererent. Quod quando eueniat, dixi eadẽ disp. 5. à nu. 20. vsque ad 25. vbi late explicui qualis bonorum amissio hunc metum incutiat.

7 Secundo deducitur, parentes qui filiabus minantur, fore vt eas non meliorent in ea parte, in qua possunt, vt iuxta leges Castellæ in tertia, & quarta bonorum parte, nisi ingrediãtur religionem, non incurrere hanc excommunicationem. Quia cum libere possint quemcumque ex descendentibus in ea parte preferre, nullum lucrum lege debitum eis denegant.

8 Tertio deducitur, inducentes precibus importunis ad religionis ingressum, non semper incurrere hanc censuram, sed quando illæ preces tales sunt, vt metum viri constantis incutiant. Quod euenit quando aliæ circumstantiæ cum illis concurrunt: vt graues minæ, vel maximus timor reuerentiæ personæ sic importune instantis ita vt persona rogata nullatenus illi contradicere audeat. Vt late probaui lib. 4. de matrim. disp. 7. nu. 5. & sequentibus.

9 Quarto deducitur, quid dicendum sit de inducentibus dolose ad religionis ingressum. Videntur enim incurrere. Quia Tridentinum ibi expresse excommunicat cogentes quomodocumque. At hoc quoddam coactionis genus est, & magis inuitas mulier illa ingreditur, quam si solus metus adesset. Quippe metus nõ aufert voluntarium, sed minuit. Dolus autem actui causam præbens aufert omnino voluntarium. Sed verius credo non incurrere. Quia cum decretum sit pænale, & de sola coactione loquatur, non videtur ad dolum extendendum. Cum hic non dicatur vera coactio, quamuis voluntarium auferat.

10 Diuersum tamen videtur sentiendum de impedientibus mulierũ voluntatem veli accipiẽdi, aut voti emittendi: quamuis enim absq; metu, & dolo, religionis ingressum dissuadeãt, nulla iusta causa adducti, videntur incurrere excõicationem impedientium in eo decreto statutam. Quod docet *Salon. 2. 2. q. 62. ar. 2. controuersia 3. in fine rationum pro prima conclusione*. Et potest probari. Quia Tridentinum ibi loquens de impediẽtibus dixit, quoquomodo sine iusta causa impedierint. At p̃cibus solis dicitur quis impedire. Preterea quia ad impediendũ metu, vel dolo, nulla potest iusta causa subesse. Quare si de solis metu, vel dolo impediẽtibus, id decretũ intelligeretur, inepta esset ea exceptio. Præterea quia si de solo metu intelligeret, diceret cogentes. vt in priori parti dixerat. At existimo verius esse non incurrere, nisi quando metu viri constantis, vel dolo impediunt. Quia Tridentinũ non dicit, quomodocumq; impedierint, sed addidit voluntatem. At nõ dicitur voluntatem impedire quispiam, nisi quando inuoluntarium infert illam metu graui, aut dolo impediens. Qui vero solis precibus vtitur, non impedire, sed spontaneam voluntatem mutare dicitur. Nec obstant contraria, quia non dixit, cogentes, vt comprehenderet eos qui dolo impediunt: quos in priori parte, vbi de solis cogentibus fuit sermo, defendimus num. præcedenti non comprehendi. Datur etiam iusta causa coacte impediendi, vt si volens ingredi sit seruitutis, aut matrimonij consummati vinculo alicui astricta. Et ita sentit *Palacios 4. dist. 25. disputatione 1. fol. 850. colum. 2. versi. Ais impediv* dicens intelligi quando coacte. Et ego addo aut dolo.

11 Quare incurrunt minãtes graue malum monialibus feminam admittentibus. Sic *Palacios ibi*. Additque idẽ esse, si parentes suam maledictionem filiæ minarentur, si ingrederetur. Sed hoc verum intelligerem, quando attenta ignorantia, & fragilitate feminæ, id reputaretur graue malum, & metum grauem incutiens. Idem ait *Palacios*, si quis monasterio admittenti minaretur subtractionem eleemosynarum, quas copiose ei erogabat. Sed hoc non credo: nec credo incurrere, si minetur pater filiæ fore vt eam non præferat in parte hæreditatis, in qua potest. Quia cũ hæc non sint debita, est solius lucri gratuiti subtractio, quæ metum graue non infert. Vt nu. 7. dixi. Et licet diceremus eos incurrere, id tamen intelligendum esset, quando per modum minarum, voluntatem feminæ ab ingressu religionis retraherẽt his minis. Quare nullo pacto damnandi sunt qui summam aliquam femininis legant, casu quo non ingrediantur religionem, sed nubant; nec qui primogenijs, & meliorationibus eam conditionem adijciũt, vt in illis non succedat persona religiosa. Quia hæ conditiones non tendunt ad vertendum à statu religioso, sed ad conseruãda bona in propria familia. Quare has cõditiones cum multis approbauimus l. 1. de matr. disp. 34. nu. 14. At incurrerent, quando lucrum, ad quod habet ius impedirent, eo modo quem explicuimus nu. 7.

12 Quartum dubium est. An cogẽtes feminã ad monasterij ingressu, non vt profiteatur, nec vt habitũ sumat, sed vt ibi habitu seculari retẽto educetur, donec ætatis aptæ matrimonio sit, incurrãt? Affirmãt hoc incurrere *Nau. l. b. 5. cons. in priori editione, in titulo de sent. excommu. toto cons. 56. in posteriori, libro 3 titulo de regularibus, toto cons 6. Et Suarez tomo. 5. in tert. a parte, disputatione 23. sectione 5. num. nono.* Ducuntur, quia Tridentinum expressit cogentes ad monasterij ingressum, aut habitus susceptionẽ, aut professionem. At in alternatiuis satis est alterius partis veritas. *Regula in alternatiuis, de regulis iuris, in 6.* & alias verba illius disiunctiuæ improprie acciperẽtur, nisi omnes tres partes quid diuersum continerent. Cum tamen verba decretorum sint pro-

prie accipienda, vbi de contraria decernētis mente nō constat, *l. Nō aliter, ff. de leg. 3.* Et confirmatur, quia in priori membro non dicit cogentes ad ingressum religionis, sed monasterij, quasi per illum ingressum velit comprehendere ingressum ad habitādum ibi proprio habitu retento. Secundo, quia excipit, præterquā in casibus iure exceptis. Nam in pœnā potest femina cogi esse intra monasterium, secundum iura. At rarissime, aut nunquam potest cogi ad habitum, aut professionem. Tertio, quia bis repetit Tridentinum illas tres disiūctiuæ partes At repetitio dictionis in eadem dispositione facta, aliquod mysterium denotat. (Vt testatur *Gloss. cōter recepta Clem. 1. verbo Diœcesanis, de iure pat.*) At nullum esset mysterium, nisi diuersa significarent illæ tres dictiones. Tandem quia mens Tridentini in eo in gressus coacti prohibitione eo spectat, ne ea occasione detur ansa postea suasionibus monialium, aut pudore exeundi, suscipiendi minus libere habitum, aut profitendi. Et hæc sententia placet, cum limitatione quam apponit *Manuel. 2. to. sum. c. 5. n. 9.* nempe, quando coactio illa est in ordine ad suscipiēdum postea religionis habitum, siue suasionibus monialium, siue alia ratione, non autem quādo nullo modo hoc intenditur. Atque ita incurret cogens ad solum ingressum habitu retento; animo principali, vt postea habitum sumat: vel post ingressum liberum cogens ad suscipiendum habitum: vel post susceptum sponte habitum cogens ad professionem. Et ita proprietas trium partium illius disiunctiuæ saluatur, ac repetitionis mysterium.

13 Quintum dubium est. An cogens ad uotum religionis in seculo emittendum; aut id emitti impediens, incurrat hanc excommunicationem? Et uidetur cogens incurrere. Quia cum ex ui uoti teneatur uouens ad ingressum, censetur coactio illa ad ingressū. Et si dicas nō teneri, quia uotum id tanquam metu extortum non obligat; non euaditur difficultas. Quia si illud uotum iuramento firmetur, obligaret. Et sic incurret cogēs ad religionis uotum iureiurando firmatum. Sed existimo non incurri eam excommunicationem, cogēdo ad id religionis uotum. Quia ubi in eo decreto est sermo de cogentibus, nulla mentio fit de cogentibus ad uotum, sed de cogentibus ad ingrediendum, uel habitum suscipiendum, uel profitendum. Et cum sit decretum pœnale, non est extendendum ad cogentes ad uotum uel iuramentum religionis emittatur. Neq; est uera coactio ad ingressum: quamuis enim id iuramentum obliget, potest facile ex ea sola metus causa relaxari ab episcopo. Quod etiam magis constabit ex ijs quæ nu. sequenti dicemus.

14 Grauior autem difficultas est de impedientibus uotum religionis emitti. Quia expresse Tridentinum ibi excommunicat impedientes absque iusta causa quarūcumque mulierum uoluntatem ueli accipiendi, uel uotum emittēdi. Vbi nomine ueli uidetur significari professio: uotum autem emitti uidetur quid generalius. At optime *Suarez. 5. to. in 3. p. disp. 13. sectione 5. n. 10.* dicit non extendi ad impedientes huiusmodi uota. Quia si de priuatis uotis intelligeret Tridentinum, non tam confuse de uoti emissione loqueretur, sed id expressioribus uerbis declararet. Vnde utrumque modum expressit, ut comprehēderet omnem modum, seu statum monialium. Nam aliquæ absque ueli susceptione eum statum assumunt.

15 Censet autem *Suarez. ibidem* incurrere eam censuram impediētes absque iusta causa primum religionis ingressum, nempe, in nouitiatum. Quia etsi decretum de solis professionem impedientibus loquatur. at quia nemo potest profiteri nisi habitu suscepto, huius impedimentum censetur impedimentum professionis. Sed quamuis hoc sit probabile, uerius existimo hos non incurrere. Quia decretum pœnale excommunicans impedientes professionem, ac proinde supponens iam feminam impediendā esse nouitiam, non est extendendum ad remotum professionis obstaculum. Quale est, priorem religionis ingressum impedire. Quod eo uel maxime procedit, quia idem decretum loquens de cogentibus, uolensque comprehendere cogentes ad ingressum, uel professionis: utrumque expressis uerbis explicuit, bisque repetijt. Tandem, quia impediens uotum in religione emitti in seculo, impedit etiam remote professionem. Et tamen *Suarez. ibi* fatetur hunc non incurrere.

16 Hinc deducitur, à fortiori non incurrere qui tantum impediret feminam, ne pro nunc ingrederetur. At qui post primum ingressum impediret absque causa iusta ne debito tēpore profiteretur, sed diutius differret, incurreret utique, si ob id femina in sua uocatione tepescens egrederetur monasterio. Quia impediret professionem. Si autem non obstanti impedimento ea femina postea profiteretur, dicemus nu. 19. non incurrere impedientem. Quia effectus non est subsecutus.

17 Vltimum dubium est. Qualiter consulentes, adiuuantes, præsentes, authoritatem, uel consensum præstantes, dum quis cogit feminam ad religionem, ipsamue impedit profiteri, incurrant hanc censuram? Et an ad id desideretur effectum esse subsecutū, etiam respectu cogētium, & impedientium? Prima conclusio sit. Consilium, uel auxilium, uel præsentiam, uel authoritatem præstantes impedienti professionem religionis feminæ, aut qui impediri mandant, non incurrunt hanc excommunicationem. Quia Tridentinum loquens de cogentibus, excommunicationem cogentium ad hos quoque extendit. Quod non fecit excommunicans impedientes. Nec decretum excommunicans facientem, comprehendit hos, nisi eos exprimat. Vt probaui lib. 3. de matrim. disp. 49. nu. 2.

18 Secunda conclusio. Consilium, auxilium, vel fauorem dantes cogentibus ad religionis ingressum, vel habitus susceptionem, vel professionem, incurrunt, dummodo sequatur effectus, nimirum, vt principalis ita cogat, vt incurrat hanc excommunicationem. Ratio est, quia Tridentinum hos expressit; & passim tradunt Doctores in tractatu de excōmunicatione, quando canon principaliter excōicat facientes, & accessorie mandantes, vel consulentes, &c. hi non incurrūt nisi secuto principali effectu, cui est annexa excōicatio. At Tridentinū excommunicat principaliter cogētes, & accessorie reliquos. Et ita sustinent. *Nau. lib. 3. consil. ad posteriorē editione, tit. de regul. consi. 3. nu. 2. in priori, l. 5. to. de senten. excom. consi. 5. nu. 1. Manuel. 2. to. sum. c. 8. nu. 9.*

19 Tertia conclusio. Nec ipsi cogentes incurrunt hanc censuram, si effectus coactionis non est subsecutus, eo quod si fuit coactio ad habitus susceptionē, vel ingressum, non ingressa est femina, nec habitum suscepit: vel si fuit ad professionem, non professa est: vel postquam iā omnino metus causa cessarat, hæc fecit. Quia nemo potest dici cogens ingredi, habitum suscipere, vel profiteri, his non subsecutis, sed tātum dicetur conans cogere ad hæc. At Tridentinum non excommunicat conantes cogĕre, sed re ipsa cogentes. Et ita docent *Nauarro, & Manuel. n. præcedenti allegati.* Atque idem ego intelligo de impedientibus professionem: non enim incurrēt nisi re vera illa impediatur. Quare si illa femina nō obstanti metu profiteretur, non incurrent impediens. Quia non diceretur verè impediens, quem solum id decretum excommunicat, sed conās impedire. Similiter si re vera vis illa non impediuit. sed alia ex causa femina non ingressa est, non incurrit impediens. Vtpote quū effectum non est consecutus.

20 Quarta conclusio. Qui scientes feminam non sponte monasterium ingredi, aut habitum suscipere, aut profiteri, quoquo modo eidem actui præsentiam, consensum, vel authoritatem interposuerint, excommunicantur in eo Tridentini decreto. Quare cum id decretum ad hos comprehendendos petat expresse scientiā coactio-

coactionis excusabuntur hi ex ignorantia quãtumuis crassa illius, nisi ad sit dolus. Quia ibi scientia facti petitur ad pœnam, exigitur dolus ad eam incurrendam, (vt probaui l.9. de matrim. disput. 32. nu. 36. Et si coactionis scientia ad sit, non quęuis ignorantia iuris eam excommunicationem ferentis, excusabit ab illa. Sed dicendum est, sicut de aliarum excommunicationum ignorantia latissimè dixi eadem disp. 32.

21 Nomine autem quoquo modo huic actui præsentiam interponentium, quos id decretum excommunicat; non intelligerem eos qui obiter aspicerent. Quia non dicuntur interponere præsentiam, nisi quando ibi ex proposito assistunt. Præterea, quia est quid leue ad tantam pœnam. Nec incurrerent, qui alia ex causa essent pręsentes, qui, nimirum, gratia domini sui comitandi interessent, uel causa solius sacri audiendi inere, & facta est professio eo tempore. Nec incurrerent, qui gratia eius professionis impediendæ assisterent. Vt si qui a professuta uocarentur, ut testes uiolentiæ essẽt, ut uel sic posset aduersus professionẽ reclamare. Quia illi libertati feminæ fauent.

CAPVT V.

Qualiter votum de re aut simpliciter necessaria, aut sola necessitate præcepti: aut de re impossibili quando finis est impossibilis; aut incompassibili cum alio voto, aut præcepto, obliget.

SVMMARIVM.

Quæ conditiones ad legitimam voti materiam petantur? n. 1.
Non quæcunq; virtutis actus est legitima voti materia, nu. 2.
Quot quæstiones sint disputandæ, nu. 3.
Res simpliciter necessaria non est materia voti, nu. 4.
An materia sub alio præcepto obligans sit legitima voti materia? Refertur quædam sententia, nu. 5.
Explicatur sententia authoris, nu. 6.
An hæc voti fractio habet circumstantiam specificam fatendam, nu. 7.
Post num. 7. inuenies alia summaria.

1 HActenus egimus de ijs, quæ volũtatem ad votum requisitam excludũt: iam de materia ad eius valorem necessariam agendũ est. Et quidem cum votum promissionem voluntariam Deo factam importet, & consequenter rei ipsius gratæ: ineptum enim esset, rem alicui non gratã illi promittere: & id quod est absolutè necessarium, aut impossibile, non subsit voluntati: nec mala aut indifferẽtia, eave bona, quæ maiori bono obstaculo sunt, à Deo nõ acceptentur: inde est vt legitima voti materia has quinque cõditiones exigat. Prima est, ne sit absolutè necessaria, Secunda, ne sit impossibilis. Tertia, ne sit mala. Quarta, ne sit indifferẽs. Vltima, ne sit maiori bono obstaculo, id est, ne cõsilijs diuinis exequendis impedimento sit. Quas conditiones optimè collegit, *Diuus Thom. ab omnib. receptus 2. 2. q. 88. ar. 2.* In præsenti igitur capite de duplici priori conditione agendum est. De alijs autem in sequentibus.

2 Hinc deducitur, non quęcunque virtutis actum esse legitimã voti materiam: (Vt explicuimus l. præcedenti c. 18. n. 2.) Sed ille solus qui perfectius bonum continet.

3 Triplex ergo quęstio est disputanda. Prima de materia necessaria. Secunda, de materia impossibili. Tertia, de incompassibili cum alio voto, aut præcepto.

4 Quęstio prima. An materia necessaria simpliciter, aut necessaria necessitate pręcepti, sit legitima voti materia? Et quidem quando res est simpliciter necessaria, constat eam non esse legitimam voti materiam. Vt votum de moriendo. Quia frustra ad eam quis se obligaret; cum velit, nolit, sit aliundè necessario euentura.

5 Sed dubium est de re ex alio præcepto debita. Vt si quis promittat se non fornicaturum, aut auditurum sacrum in die festo. Quidam sentiũt de his rebus non esse proprie votum. Quia uotum inducit nouam obligationem, quam inducere nequit circa res alio præcepto debitas. Votum enim instar legis humanæ obligat, quę nulla noua obligatione deuincit, dum aliquid iure naturali prohibitum uetat, aut aliquid eo præceptum pręcipit. Et ita docent *D. Tho. 4. d. 38. q. 1. artic. 1. quæstiuncula 2. & ibi Durand. q. 1. Lyra Deuter. 23. in ea verba, Cũ votum voueris. Gerson 2. p. alphab. 25. litera l. & litera T. D. Antoninus 2. p. ti. 11. §. 1. Angelus verbo Votum 1. nu. 1. Syluest. verbo Votum 1. q. 4. Tabiena verbo Votum 1 §. q. 2. Arboreus li. 19. Theosophia cap. 6.*

6 At dicẽdum est, de his rebus esse vere, & proprie uotum; quamuis votum proprijssime sit de rebus consilij. Et ratio est, quia huiusmodi res sunt absolute & simpliciter liberæ, & solum secũdum quid necessariæ, nempe necessitate pręcepti. Nec impedit, quominus quis noua se voti religione obstringat ad id, ad quod alio præcepto tenebatur. Nec est sicut lex vetans, & puniens, quod iure alio interdictum erat. Vt lex uetans furtum, quæ non intendit nouam aliquam alterius rationem prohibitionem imponere, sed pęna imposita pręcedentem corroborare. At votum de re præcepta addit vinculo præcepti aliam nouam ex speciali religionis virtute obligationem. Et ita sustinent, *D. Tho. 2. 2. quæst. 88. articul. 2. & ibi Caietanus dubio 1. Sotus lib. 7. de iustit. qu. 1. art. 3. colum. 8. versic. Respondetur nihilominus. Nauar. summa c. 12. num. 25. Castro li. 1. de lege pœnali c. 10. paulo post principium. Aragon 2. 2. q. 88. art. 2 fo. 977. Azor. l. 11. instit. moral. c. 14 q. 1. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 6. punct. 2. ad finem.*

7 Siue tamen illam, siue hanc sententiam amplectamur non sunt audiendi *Gerson, & Tabien. 1. nu. 5. allegati*, dum dicunt transgressionem horum votorum grauiorem esse ratione uoti quam si solum præceptum esset, at non mutare speciem, nec esse necessario fatendam uoti circumstantiam. Quippe dicendum est, mutare speciem, ac esse necessario fatendam. Quod constat ex *c. Impudicas, & c. Sacrilegij 27. q. 1.* ubi appellantur sacrilegi fornicantes cõtra castitatis votum. Et constat ex ratione dicta num. præcedenti. Et ita docent, *Durandus 4. d. 38. q. 1. nu. 6. & ibi Palud. q. 2. nu. 8. Caiet. in opusc. to. 1. tract. vltimo 17. responsionum, resp. 15. Et in summa, verb. Votum, in princip. Sylu. verbo Votum 1. q. 5. Armilla verbo Votum, nu. 15. Nau. summ. c. 12. nu. 25. & 34. Toledo li. 4. sum. c. 17. un. 21. D. Anton. Sotus, Castro, Aragon, & Azor, nu. præcedenti allegati* Immo *Castro, & Aragon* dicunt contrarium esse erroneum.

SVMMARIVM.

Votum de re omnino impossibili non obligat, nu. 8. Et ibi quid si finis sit impossibilis.
Quid de voto facti alieni nu. 9.
Quid de voto nunquam peccandi, aut nunquam peccandi venialiter? Aut nec moraliter, nec venialiter peccandi, aut non peccandi moraliter, aut venialiter, nu. 10.
Quid si sit votum vitandi omnia peccata determinato tempore, nu. 11.
Quid si esset intentio obligandi se ad sola aliqua peccata vitanda, nu. 12.
Quid si esset intentio obligandi se ad specialem diligentiam & quando id votum violari censeretur, nu. 13.
Quid si non collectiue, sed diuisiue obligaret se ad omnia venialia vitanda, nu. 14.
Quid vbi dubia est vouentis intentio, nu. 15.
An votum nunquam peccandi mortaliter valeat, nu. 16.
An homo fragilis peccat id vouendo, nu. 17.
An votum de cauendo aliquo venialium genere obliget, n. 18.
Quid in dubio, an materia sit impossibilis, nu. 19.
An votum fatendi omnia venialia ualeat obligetque ad fatenda venialia oblita in præcedenti confessione, nu. 20.
Post nu. 20. inuenies summaria quæ desiderantur.

8 QVÆSTIO secunda. An votum de materia impossibili obligat? Manifestum est votum rei simpliciter impossibilis non obligare. Quia ad impossibile nulla potest esse obligatio. Et idem censeo, quando finis esset impossibilis. Quia votum pendet ex fine.

9 Hinc deduci primo videtur, votum facti alieni non obligare. Vt si quis iuret vel voueat fore, vt quidam tertius audiat sacrum, vel religionem ingrediatur. Quia est de re vouenti impossibili. Quod videtur sentire *D. Th. 2. 2. q. 89. ar. 7.* vbi ait non posse esse iuramentum, nisi de iis, quæ per ipsum iurantem facienda sunt. Sed dicendum est, id iuramentum, aut votum valere, & obligare iurantem vel vouentem, vt bona fide, & absq; fraude, & fictione adhibeat omnem diligentiam, quã res qualitas exposcit vt alter faciat. Quare non satisfaciet postulans ficte, ita vt ex ipso petendi modo indicetur voluntas parum propensa ad id assequendum. Quod vulgo dicimus, *Pedir por cumplimiento.* Et si adhibita diligentia alter nolit, manet liber vouens, vel iurans. Quod multis citatis latissimè probaui l. 1. de matrim. tota disp. 24. Nec *D. Th.* contrarium sentit. Quia mens eius est, à iuramenti vinculo ea sola excludere, quæ nullatenus in iurantis potestate sunt. At diligentiã adhibere, vt alter faciat, est in ipsius potestate.

10 Secundò deducitur, quid dicẽdum sit de uoto nunquam peccandi, aut nũquam peccandi venialiter. Videtur .n. obligare. Quia lex diuina naturalis obligat ad omnia peccata vitanda. Ergo, & priuata voti lege potest quispiam ad id se obligare. Cum vtraque lex materiam possibilem desideret. Quidam affirmanti ad votum valere; non tamen ad omnia vitãda obligare, sed ea, quæ possumus. Sicut vouens ieiunare tota quadragesima & tota nequit, tenetur ad partem sibi possibilẽ. Ita videtur expresse tenere *Nau. summa c. 12. n. 34. fine,* vbi ait vouentem in genere se amplius non peccaturũ, teneri dum peccat, exprimere voti circumstantiam. Et tenet, *Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 1. difficultate* 8. At dicendum est, id votum ad nil prorsus obligare. Quia est votum de re moraliter impossibili, nec secundum legem ordinariam potest quis omnia peccata vitare. Nec est simile de præcepto. Quia cum ea præcepti obligatio tanquam naturalis comitetur ipsam naturam humanam, instar eius proprietatum, contenta est physica potentia vitandi peccata. At cum obligatio voti libera sit, rationi consonat, vt ad eam inducendã potentia moralis desideretur. Nec etiam est simile de illo ieiunij voto. Quia cum materia illa sit secũdum se moraliter possibilis, & per accidens, hic impossibilis, intelligitur id votum non constante contraria vouentis intentione, vt obliget ad partem possibilem. Quod secus contingit in uoto nunquam peccandi, eo quod uoti illius obiectum sit secundum se moraliter impossibile. Atque ita docent, *Sotus lib. 7. de instit. q. prima, articulo tertio, col. 9. vers. Vtrum vero votum. Aragon, secunda secunda, q. octuagesima octaua, ar. secundo, in dubio 2. circa quartam conclusionem. Valentia secunda secunda, disputatione sexta, q. sexta, puncto secundo, col. tertia, versic. Si autem quærat aliquis. Manuel 2. to. sum. c. 49. nu. 4. Petrus de Ledesma 2. to. summæ tractatu 10. cap. 2. post dubium 3. conclus. 3. &* 4. ubi benè dicit idem esse, si uoueat se nunquam peccaturum mortaliter, nec venialiter. Quia promittit totum hoc per modum unius. Idem clarè tenent alij absolutè dicentes id uotum non ualere, non obligare: falsum enim esset, si obligaret ad partem. Hi sunt, *Nau. summa Latina c. 12. nu. 65. Hispana c. 28. add. ad eundem nu. Toledo li. 4. summa c. 17. nu. 10. Emmanuel Sà summa, verbo Votum, nu. 20. Azor lib. 11. inst. moral. c. 14. q. 4.* An uero ualeat disiunctiuè uotum non peccandi mortaliter, aut venialiter, dicemus c. 10. nu. 9.

11 Eadem ratione credo non ualere uotum uitandi oĩa peccata determinato temporis spatio, quod reputatur moraliter impossibile omnia uitare, attenta communi hominum conditione. Quia similiter est moralis impotentia. Et idem reputarem de tempore, quo est moraliter impossibile attenta vouentis fragilitate.

12 Quod si expresse constaret non fuisse vouentis intentionem, obligare se ad omnia peccata vitanda, siue toto vitæ curriculo, siue eo tempore determinato, sed ad aliquot peccata: sic distinguendum censeo. Si ea peccata determinauit, atque possint moraliter ea omnia vitari, tenebitur illa vitare. Si autem nulla prorsus determinauit ad nil tenetur. Quia quodcunq; peccatum signetur, non est maior de illo, quam de alio. Sicut dicimus de volente consecrare aliquot hostias non determinando quales. Quod si obijcias, inde sequi non valere votum ieiunandi aliquot dies, non determinando quales, neganda est sequela. Quia possunt determinari dies, quibus id votum obliget, nempe, quando accedit tempus, quo obligat votum absque temporis præfinitione emissum. Tunc enim tenebitur quis illud implere, ieiunando illis diebus. At in nostro casu nulla possunt signari peccata, quæ ex illius voti vi sint euitanda.

13 Similiter valebit votum nunquam peccandi, quando constat non fuisse vouentis mentem obligare se ad omnia peccata vitanda; sed ad specialem diligentiam adhibendam vitandi peccata. Quia tunc non tenetur ex vi voti vitare omnia peccata, sed specialem diligentiam apponere ad vitanda singula peccata occurrentia. Et hoc est moraliter possibile. Quare hic satisfaceret voto, quãdo adhibita ea speciali diligentia succumbens tentationi, præ fragilitate peccaret. Quia ex voti ad nullum peccatum vitandum tenetur, sed ad eam solam diligentiam adhibendam.

14 Similiter valeret votum vitandi omnia venialia, quando constaret intentionem vouentis fuisse obligare se ad illa vitanda, non collectiuè, id est, per modum vnius sed diuisiue. Quia id votum continet virtute innumera vota circa innumeras venialium materias, & quodlibet est independens ab alio. Cum non sit votum vitandi omnia collectiue. At diuisiuè est moraliter possibile quodliber veniale in particulari, & independenter ab alio vitare. Et licet sint aliqua venialia, quæ omnino vitare est moraliter impossibile (vt dicemus numero 18.) at nullum est, quod hic, & nunc vitari moraliter nequeat.

15 Quando autem non constaret expresse de his peculiaribus vouentis, intentionibus, sed res est dubia, iudicandum est irritum votum, & ad nil obligans. Quod verba huius voti contineant rem moraliter impossibilem. Iuxta dicta, nu. 10.

16 Quod si votum sit de nunquam peccando mortaliter, *Naua. summa Latine c. 12. nu. 65. Hispana c. 28. additione ad eundem num.* ait votum hoc esse de re tam difficili, vt non obliget, aut facilè in illa dispensari valeat. Et *Palacios 4. dis. 38. disp. 3. col. 18. ver. Quo fit, quod si quispiam. f. 816.* dicit forsan hoc uotum non obligare. Alij uero neoterici doctissimi dicunt in homine constanti ualidũ esse id uotũ, secus in fragili. Quod dicit non improbabile *Petrus de Ledesma statim allegandus.* Et vere est probabile. At verius est, id votũ esse validum. Quia est de re moraliter possibili. Non tamen id votum est consulendum. Nam peccata lethalia, quæ cogitatione committuntur, difficile cauentur. Atque ita docent, *Sotus, Aragon, Manuel, nu. 5. Toledo, Azor, Emmanuel Sà, vbi eos retuli, nume. 10. Petrus de Ledesma 2. to. sum. tractatu 10. cap. 2. post dub. 3. in 2. conclusione.*

17 Peccaret tamen venialiter homo fragilis id votum emittendo. Quia imprudenter agit, atque tanta esse posset imprudentia ratione nimiæ fragilitatis vouentis, vt ratione periculi, cui se exponit, peccaret mortaliter, adhuc tamen valeret votum. Sicut c. 1. nu. 9. diximus de imprudenter emisso.

18 Si votum sit de cauendo veniali in aliqua peculiari materia, vt de non mentiendo, est validum. Quia est de re moraliter possibili. Sic *Caietanus 2. 2. quæst. 88. arti. 8. ad 1. ver. Ad 2. vero dubium. Nauarrus, nu. decimo sexto* [illegible] *allegatus,*

allegatus. Sotus, Manuel. num. 4. Aragon. Azor, Petrus Ledesm. num. 10. allegati. Hoc tamen intelligendum est quando est moraliter possibile uitare id uenialium genus; at si esset moraliter impossibile, esset irritum, tanquam uotum de re moraliter impossibili. Vt si quis uoueret se nunquam ueniaiiter peccaturum in cognitionibus luxuriæ, uel iudicij temerarij, uel infidelitans, uel in cibo, & potu sumendis. Quia hæc omnia uenialia uitare est moraliter impossibile. Et ita censent uiri neoterici doctissimi. Et *Petrus de Ledesma ibidem.* Et quamnis *Caiet. ibidem, & Angles floribus 2. p. q. unica de voto, ar. 1. difficult. 8.* sentiant uotum nunquam loquendi uerbi otiosi ualere. At uerius mihi uidetur id esse moraliter impossibile, atque ita uotum non obligare. Quod multi neoterici doctissimi sentiunt.

19 Quoties autem dubium est, an materia promissa sit possibilis moraliter, ac proinde, an uotum obliget, iudicandum est in fauorem uoti, utpote quod possidet; secus quando sunt opiniones. Vt diximus cap. 2. fine, in simili materia.

20 Tandem posset quispiam eadem ratione existimare uotum fatendi omnia uenialia non obligare. Et quidē si uotū acciperetur ita ut sonat, rectè existimaret. Quia id est omnino impossibile. At uotum id intelligitur de confitendis omnibus venialibus, quæ mediocri adhibita diligentia memoriæ occurrunt. Sicut dum præceptum est de omnibus mortalibus fatendis, hoc modo intelligitur. Atque ita dicendum est, id uotum ualere, utpotè quod de re moraliter possibili est. Sic docēs *Sot. 4. d. 18. q. 1. art. 3. col. 6. immediatè ante 5. concl. Aragon, Azor, Manuel, nu. 10 alligati.* Addit autem *Azor*, si is confiteatur omnia uenialia, quorum meminit, non teneri statim alia uenialia, fateri, quæ postea in memoriā uenerint. Quia id uotum benignè interpretandum est de uenialibus confitendis, quorum uouens tempore confessionis meminit. Sed si intelligat, ut non teneatur statim illa fateri, rectè dicit. Nec hæc est benigna interpretatio sed in rigore ita dicēdum est. Quia uotum hoc obligat instar præcepti Ecclesiastici de confitendis mortalibus, quod ad statim fatenda oblita non obligat, sed satis est tempore alterius confessionis ea fateri. Si autem intelligat eum non teneri fateri ea uenialia oblita, si tempore alterius confessionis, eorum recordetur; non uideo fundamentum. Quia uotum id obligat instar præcepti de fatendis mortalib. quod ad oblita fatenda, non statim, sed tempore alterius confessionis obligat. An uero id uotum obliget sub mortali, dicemus, inferius, ubi de obligatione uoti in materia leui.

SVMMARIVM.

Quotupliciter duo vota incompassibilia emitti contingat, numero 21.

Qui simul duo vota sciens incompassibilia emisit, ad quid teneatur, num. 22.

Quid si ignorans, nu. 23.

Quid si non simul, sed successiuè emissa sint, siue scienter siue ignoranter, num. 24.

Quod censeatur votum maius, & magis obligans, num. 25.

An votum minus, incompassibile cum alio voto, indigeat commutatione aliqua, aut dispensatione, etiam quando incompassibilitas est dubia, nu. 26.

An quando excessus vtriusque voti est modicus, sit lethale eligere minus votum, num. 27.

Quid existenti vtroque voto æquali, num. 28.

Quid in dubio vtrum illorum maius sit, num. 29.

An idem sit, siue incompassibilitas præcedat votum, siue sequatur, num. 30.

An qui vouit in vigilia sancti Laurentij nil coctum, nec panem se comesturum, & antea, vel postea nouit se nil præter panem omnibus sextis ferijs sumpturum, & postea vigilia illa incidit in feriam sextam. ad quid teneatur, num. 31.

Quid quando votum est incompatibile cum aliquo præcepto etiam Ecclesiastico, num. 32.

21 QVÆSTIO tertia. Qualiter obligetur, qui duo vota incompassibilia, seu secum pugnantia emisit, vel votum cum alio præcepto incompassibile? Et hoc quidem potest dupliciter contingere. Priori modo, emittendo vtrumque simul, & sciendo, aut ignorando ea vota esse incompassibilia. Posteriori modo, non simul, sed successiuè emittendo.

22 Prima cōclusio. Si sciens quis duo vota incompassibilia esse simul ea amittar, & pro eodem tempore obligando se ad illa votum est nullius momenti. Quia est rei impossibilis. Si autem voluit tm̄ ad alterutrum se obligare, ad id quod intendit, est obligandus. Si de intentione dubitetur, non est præsumendum eum voluisse quid inane, & ridiculum facere, in re tam graui & ardua, ac est votum. Atque si id intendisset, facile eius intentionis esset conscius. Et ita censerem eum voluisse se obligare eo modo quo posset, & quo ex natura rei obligant duo vota simul explenda, & incompassibilia. Atque ita censerem teneri eum ad maius votum, quod si constet vtrumque esse omnino æquale, aut res omnino sit anceps vtrum illorum maius sit, dari vouenti electionem. Quia in priori euentu præualet votum rei Deo gratioris, quod minori voto est suaptè natura præponendum, quando vtrumque est incompassibile. (Vt num. sequenti dicemus.) In posteriori autem non est maior ratio de vno, quam de altero. Cum vtrumque simul emissum sit, & constet vtrumque esse æquale aut dubitetur vtrum sit maius. Si autem excessus sit exiguus inter vnum votum, & aliud, erit sola venialis culpa minus votum eligere. Vt dicemus in simili nu. 27.

23 Secūda cōclusio. Idem omnino censerem, si ignorās ea vota esse incompassibilia, ea simul emitteret tenetetur. n. ad dignius, etsi vtrumq; sit æquè dignum, aut id sit dubium, dabitur electio. Et si modicus sit excessus, erit veniale eligere minus. Quia eadem prorsus militat ratio. Quare non approbo, quod ait *D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. vlt. referens Ioan. de Neap.* nempè, eum qui simul duo vota incompassibilia fecit, posset vtrumuis illorum eligere, nec distinguit, aut scienter an ignoranter emiserit. Et ducitur, quia non est (inquit) maior ratio de vno, quam de altero. Sed dico maiorem esse rationem de digniori. Vt nu. sequenti probabo.

24 Tertia conclusio. Si non simul, sed successiuè vtrūq; votū emisit, & constat ea esse incompassibilia, tenetur ad dignius votum. Vt si quis vouit fore, vt omnib. sextis ferijs vacaret corporali pauperū ministerio in xenodochio; atq; vt omnib. festis uacaret confessionib. excipiendis tota die, ac rudibus docendis, & incidat festū in feriam sextam; tunc cum vtrumq; votum sit ea die incompassibile, tenetur ad hoc posterius, quod maius est. Ratio est, quia perinde tunc est, ac qñ concurrunt duo præcepta incompassibilia; in quo euentu id quod grauius est, præponendum diximus lib. 1. huius sum. c. 10. nu. 7. Præterea, quia cum duæ res alicui debentur, ac utraq; solui nequit soluenda est ea, quā certū est illi fore gratiorē. Atque ita docent *D. Th. 4. d. 38. q. 1. art. 4. quæstiunc. 4. corp. Angelus verb. Votum 3. n. 24. Rosel. verb. Votum 1. nu. 12. Sylu. verb. Votum 2. q 17. Arm. verb. Votum, nu. 22. Emman. Sà summa, verb. Votum, nu. 33. Azor l. 11. inst. mor. c. 20. q. 5.* Nec distinguendum est in hoc euentu, siue uouens norit ea uota esse incompassibilia, siue id ignorarit. Et ita DD. citati nō distinguunt. Quia eadem est ratio. quare nō approbo quod aiunt *D. Antoninus, & Ioan. de Neap. relati nu. præced.* nempè teneri hunc ad prius uotum. Et probant, eo quod obligatio prior posteriorē tollat incompassibilē. At dicendum est non tollere, si posterior maior sit. quippe uotum prius nequit esse maioris boni obstaculum. Si sint opiniones utrum eorum sit dignius, poterit quis utriuis adhærere, etsi minus probabilis sit. Vt num 2[illegible]. dicam.

25 Tria tamen obseruanda sunt circa hanc conclusionem. Primum est, id uotum est maius, quod est de re Deo gratiori. Vt benè docet *Sylu. ibi.*

dine, aut dubio, potius est seruandum præceptum. Quæ intelligenda sunt, nisi materia illa promissa tanti esset honoris diuini, vt merito anteponenda sit præcepto Ecclesiastico. Iuxta ea, quæ dicemus c.seq num.2. Quando vero sunt opiniones, dicemus c.seq.nu.2.

CAPVT VI.

Qualiter votum rei malæ, aut ex se bonæ, malæ autem ob praui finis circumstantiam adiunctam non obliget.

SVMMARIVM.

Quando materia voti est mala etiam venialiter non obligat, numero 1.
Quid quando promittitur aliquid impediens impleri præceptum Ecclesiasticum, aut aliud, vel id est dubium, nu.2.
An valeat votum contra superioris præceptum, nu.3.
An votum de nimijs corporis macerationibus obliget, nu.4.
An obliget, quando dubium est, an ea limites rationis excedant, & quid quando sunt opiniones, nu.5.
Quid, quando dubium est, an materia voti sit bona, vel mala, aut sunt de hoc opiniones, nu.6.
Quid de voto abstinendi à carnibus in quacumque necessitate, num.7.
Quid de voto ieiunandi die Dominica, & quando quis vouit ieiunare toto mense, an teneatur diebus Dominicis ieiunare, & quid quando vouit ieiunare vigilia alicuius sancti, & ea incidit in Dominicam, nu. 8.
Votum rei mortalis vel venialis, cum proposito exequendi, vel sine illo, quotuplex sit culpa, nu 9
An valeat votum rei bonæ potentis malum euentum habere, num. 10.
Post nu.10. inuenies summaria, quæ desiderantur.

1 PRius agemus, quando materia voti est mala; deinde autem quando est bona sed praui finis circumstantia adiungitur. 1. conclusio sit. Cum opus est illicitum, siue mortaliter, siue venialiter non est legitima voti materia, ac proinde illud non obligat. Quia promissio est rei, quam quis in alterius gratiam exequi posset; vnde non est rei alteri ingratæ, qualis est peccatum mortale, vel veniale Quippe promittere rem alteri ingratam, non est promittere, sed comminari.

2 Hinc deducitur primo: votum rei pedientis aliud præceptum etiam Ecclesiasticum impleri, regulariter non obligare: atqi idē est, in dubio an impediat. Quia capite præcedenti numero vlt. o probauimus in hoc dubio præferendum esse præceptum Ecclesiasticum. Dixi autem regulariter, quia quando res illa promissa esset tanti honoris diuini, vt merito præferenda esset præcepto Ecclesiastico, eiusque obligationē in eo euentu impediret, obligabit votum. Vt si quis voueret peregrinationem impedientem ieiunium quadragesimæ, si tanti momēti esset vt illi ieiunio anteponi deberet; vel ministrare xenodochio & tale esset ministerium, vt ieiunio obstaret, obligarent hæc vota. Quia tunc nil mali continent, nec aduersantur præcepto Ecclesiastico; vtpotè quod in eo casu non obligat. Quando autem sunt opiniones, aut in eo euentu id opus præferendum sit, integrum est, cuicumque ex illis adhærere, dummodo probabilis sit, etsi altera sit probabilior.

3 Secundò deducitur, valere votum contra prohibitionem superioris, etiam Pontificis emissum, nullo decreto irritanti adiecto illi prohibitioni. Quia etsi peccet inferior non audiens superiori interdicenti votum; at cum rem promissam superior non interdixerit, ea manet bona, ac consequenter legitima voti materia. Et constat ex dictis lib.7. de matr. disp.2. nu.9. & 10. vbi probauimus sponsalia, & matrimonium inita contra Pontificis probationem nullo decreto irritanti adiecto esse valida. Si autem superior materiam ipsam interdixit, & subditus voueret se id facturum absque superioris licentia, votum esset irritum. Quia est de re mala, vtpotè quæ legitimo superiorio præcepto aduersatur. Si autem absoluere subditus sic voueret, non esset irritum votum: sed poterit illud exequi sine superioris licentia. Vt latius dicemus intra, tractantes de votorum irritatione; vbi etiam dicemus, quando adijcitur decretum irritans.

4 Tertiò deducitur, etsi votum de ieiunijs, & quibuscumque alijs corporis macerationibus moderatè, & iuxta prudentiæ regulas perferendis, licitum sit, ac obliget; at esse irritum & nun obligare quo ad excessum, quando ea limites prudentiæ excederent. Quia tunc nō sunt opus virtutis, sed mala. Ita D.Tho.2.2 quæst.88.art. 2.ad 3. Sylu.verbo Votum 1.quæst.4. dicto 3. & verbo Votum 2.q.14. Sotus lib.7. de iust.q.1.art.3. ad vltimum. Tabiena verbo Votum 1.num.vltimo. Quando autem hoc eueniat, dicemus latè tractatu de ieiunio, vbi disputatur quando hæ abstinentiæ sint illicitę. Breuiter tamen nunc dico id euenire, quando ita excedunt, vt periculum mortis, vel grauis morbi afferant; vel reddant vouentem ineptum ad exequenda illa, quæ ratione status vel officij exequi tenetur. Vnde optimè Sotus ibidē dixit hoc contingere, quando ita excedunt, vt legi naturæ aduersentur. Dixi non obligare quo ad excessum; nam quo ad partem moderatam obligaret vtique; nisi ea esset intentio manifesta vouentis promittenti hæc per modum vnius, vt si aliqua pars non obligaret, non teneatur reliquis. Iuxta ea, quę latè trademus c.10.

5 Quando autem dubium est, an ea ieiunia, & macerationes excedant rationis limites, existimo votū non esse validū, quo ad eum excessum. Quia in hoc dubio malum est periculo grauis morbi, aut non exequendæ obligationis alterius se exponere. Quod clare indicat Sotus nu. præcedenti allegatus, dum D.Thomam ibi queq; relatum, dicentem in hoc dubio consulendum esse superiorem, explicat, vt id sit consilium. Quamuis Pelacios 4.d.38.disp.1.fol.815. versi. Septimo si vener, dicat in hoc dubio exigi dispensationem. Quando vero sunt opiniones, an ea notabiliter corpori nocebunt, credo non obligare etiam votum quo ad illum excessum, nec licere illud exequi, sed abstinere ab eo excessu quod saluti tutius est, amplectendum esse. Quia ob opinionis probabilitatem maiorem eam, non cessat periculum corporis, si forte contraria sit vera. Quod in ijs quibus damnum corporis non imminet, minimè procedit. Nam periculum animæ vitatur in alijs, sequendo opinionem probabilem. Quippe etsi contraria sit coram Deo vera reputatur ignorantia inuincibilis ab eo peccato excusans.

6 Simili rōne, qñ dubium est, an materia voti sit bona, vel mala, votum non obligat. Quia cum hoc dubio aliquid operari est malum. Quando vero sunt opiniones circa hanc bonitatem, vel malitiam, fas erit quamcumq; amplecti, etiam minus probabilem. Quod probat ratio num. præcedenti, in fine adducta.

7 Quartò deducitur, quid dicendū de voto, quo quispiā expressè se obligauit ad abstinendū à carnib. in quacumque necessitate, siue ab extrinseco tōne morbi, siue ab intrinseco, eo quod ali,s cibis caret, proueniat. Qd quidem pendet ex ea quæstione, an Chartusianis liceat in his necessitatibus abstinere à carnibus; & alijs quoque priuatis id liceat. De qua agetur in tractatu de ieiunio, vbi quoque de hoc voto dicam.

8 De voto autem ieiunandi die Dominica & quando quis vouet ieiunare vigilia alicuius sancti, & ea incidat in Dominicam; vel vouit ieiunare toto mense: an teneatur diebus Dominicis; latè diximus lib.2. huius summæ capite 27. à nu.11. vsque ad 20.

9 Secunda conclusio. Votum rei malæ mortaliter cum proposito exequendi, est duplex mortale; & rei venialis cum eodem proposito, est duplex veniale. Ratio prioris

ris partis est, quia vltra peccatum illud mortale quod committitur habendo propositum exequendæ rei mortalis promissæ, est grauis iniuria religione voti illam velle se illa obligare ad peccatum mortali; & sic vltra mortale propositum, ipsum quoque votum mortale est. Ratio autem posterioris partis est, quia non vr̃ grauis iniuria religionis, illis se ad veniale deuincire, rõne leuitatis materiæ. Sic *Caiet. summa, verbo Votũ, c.2. & ibi Armilla, n.1. Syl. verbo Votũ 1.q.4. Sotus li.7. de iust. q.1. art.3. Nau. sum. c.12. n.28. & 33. Toledo li.4. summa c.17. n.15. Aragon 2.2. q.88. ar.2. fol.974. Manuel 2.10. summæ c.94. n.1.* Est tñ limitãda hæc posterior pars, cum *Caiet. & Armilla ibi,* nisi vouens veniale emitteret hoc votũ, quasi Deo placeret, & acceptum esset offerri illi peccatum veniale. Tunc enim esset mortalis blasphemia, attribuendo Deo, quod ei conuenire nequit. At sæpè excusaret ignorantia: vt posset contingere in eo, qui voueret se mentiturum obtinendam proximi vitam; id mendacium Deo acceptum ei ex ignorantia offerens. Quando autem deest propositum exequendi, aut non se obligandi, aut non promittendi, qualis culpa sit, diximus capite primo, num.37. & 38.

10 Tertia conclusio. Votum rei bonæ potentis aliquando habere malum exitum obligat. Vt votum obediendi prælato in omnibus, & votum reddendi gladij domino obligant; quamuis ille aliquando rem iniustam præcipere possit; & hic possit suum gladium petere ad homicidium perpetrãdum. Ratio est, quia ea vota absoluté emissa tacitam conditionem habent, ex communi vouentium intentione, & vouendi modo, vt intelligantur in rebus licitis, & honestis. Nec.n præsumendũ est velle vouentem peccare, intelligendo in omni euẽtu. Atque ita docent *D.Th.2.2.q.88.ar.2.ad 2. Ricard.d.38.art.3.q.1.ad 1. Syl. verbo Votum 1.q.4. Sotus lib.7. de iust. q.1. ar.3. ad 2.* Quod si vouens intenderet se obligare in omni euentu, et illicito, & hoc per modum vnius, ita vt neutram obligationem sine alia intendat admittere, votum non obligabit. Quia nequit ad malũ euentum obligare. Si autem diuisiue vtrãq; obligationẽ intendit, tunc obligabit in euentibus solis licitis. Atque in dubio hæc diuisiua intentio præsumenda est. Tum quia illa per modum vnius est valde metaphysica, & raro contingens. Tum etiam, quia in hoc dubio valori voti fauendum est. Vt in simili probauimus cap.2. fine, vbi etiam dixi existentibus rationibus probabilibus vtrinque ita vt opinionem generẽt, licere vtriuis parti etiam minus probabili adhærere.

S V M M A R I V M.

Malus finis quotupliciter possit se ad votum habere, num.11. & 12.

Explicatur, quando votum ob malum finem, vel euentum rei ex malo aliquo consurgentem valeat, nu.13.

An professio ob malum finem emissa sit irrita, num.14.

Quare peccatum sit ita vouere, nu.15.

An valeat votum in eum finem, si vouens lucrum ex ludo, vel ex vsuris reportarit, num.16.

Quid si votum pendeat ab eo malo fine tanquam à conditione, nu.17.

Quid si votum sit in pœnam illius mali admissi, nu.18.

Quid si offeratur votum illud ad obtinendum malum a Deo, vt est bonum naturale, vel pro obtento gratias agendas: nu.19.

An valeat votum erogandæ eleemosynæ ex lucro per ludum, aut meretricium acquisito, num.20.

An valeat votum meretricis ad eum finem, si tot nummos ex meretricio acquisierit, num.21.

An valeat votum non peccandi, nisi cum certa femina; vel votum Deo emissum, & intimatum concubinæ, & illi, placeat, nu.22.

An valeat votum delinquentis, si non captus fuerit, vel liber a pœna euaserit, nu.23.

Quid in dubio bonitatis, vel malitiæ finis, vel applicationis eius ad votum, vel ad rem promissam, num.24.

11 Specialis autem difficultas est, quando materia voti de se est bona, adiungitur tamen illi malus finis, an votum obliget. Et quidem tripliciter finem malum adiungi posse distinguit *Caietanus 2.2. quæstione 88. ar.2. dubio 4.* quem ferè omnes Doctores allegandi sequuntur. Primò, quando malus finis est finis ipsius rei promissæ. Secundò, quando est tm̃ finis applicationis ad vouendum. Tertiò, quando est finis ipsius voti. At clarius (quamuis in re idem prorsus sit) duplicem finem distinguit *Azor lib.11. instit. moral. c.15. q.3.* Alter est finis malus rei ipsius per votum promissę, qui, nimirum, per rẽ ipsam promissam intenditur obtineri, & ad quem obtinendum res ipsa dirigitur. Alter autem est finis solius voti, quando nempè, sola ipsa voti emissio ordinatur ad eum finem. Vt cum quis promittit eleemosynam ob inanem gloriam, tunc illa gloria est finis rei promissæ, quando illa eleemosynæ largitio ordinata est ad inanẽ gloriam adipiscendam. Tunc autem est finis solius voti, quando vouens promisit, vt ab astantibus promissioni eam gloriam compararet, at ipsam eleemosynæ largitionem non ordinauit ad eam gloriam.

12 Rursus finis hic solius voti, põt tripliciter se habere. Primò, quando votum illud ordinatur ad malum eum finem obtinendum à Deo, vel ad gratias Deo agendas ratione illius mali obtenti. Vt si quis Deo voueat religionis ingressum, si victoriam in bello iniusto, vel lite iniusta vel feminam ad fornicandum obtinuerit, intẽdens hoc votum Deo offerre, vt hæc concedat; vel in gratiarum actionem pro obtento illo beneficio. Secũdò, quando votum ordinatur ad obtinendum à Deo aliquod bonum ex malo aliquo consurgens, vel ad gratias Deo agendas pro bono illo obtento. Vt si quis eleemosynam Deo promittat, si incolumis ex bello iniusto euaserit, vel si filium ex concubina habuerit. Tertiò, quando votum ordinatur ad obtinendum malum finẽ ab ipsomet vouente vel ab alijs hominibus. Vt si quis promittat religionem, ordinans non ipsum religionis ingressum, sed ipsummet votam, vt à videntibus comparet vanam gloriam; vel vt magis sibi fidant, quo liberius furari valeat.

13 His ergo præmissis, communis, & verissima huius quæstionis decisio est. Quando malus finis, siue mortalis, siue venialis, est finis ipsius rei promissæ, votum est omnino irritum. Quia tunc res promissa redditur iniqua ob illum malum finem; ac proinde est votum rei malæ. Similiter est omnino irritum, quando est finis ipsius voti, referendo id votum ad Deum, pro eo malo fine obtinendo; aut gratijs agendis pro obtento. Vt cõstat in exemplis adhibitis numero præcedẽti, in primo modo. Quia iniquus ille voti ordinandi modus naturam voti penitus destruit. Cum de voti ratione sit, vt res per illud oblata acceptari à Deo possit; Deus autem acceptare nequit aliquid sibi oblatum, vt author peccati sit, nec in gratiarum actionem, quasi illius author fuerit. Valet autem votum, quando malus finis est finis solius voti relati ad obtinendum illum aliunde, quam à Deo; vel ad obtinendum à Deo bonum ex re mala consurgens, gratiasve agendum pro illo obtento, vt in exẽplis adhibitis numero pcedenti, in secundo, & tertio modo. Quia qñ malus ille finis aliunde intenditur, quam à Deo, nec est rei promissæ finis, manet ipsa res pmissa immunis à mali finis labe, & sic grata Deo, quamuis in ipso vouendi actu peccetur ratione illius mali finis. Quando autem votum refertur ad bonum ex malo consurgens, non refertur ad Deum id malum, vt bellum iniustum, vel fornicatio, sed bona naturalia inde consurgentia, vt incolumitas, & prolis susceptio; quæ vtiq; ipsius beneficia sunt. Atque hæc docent *Caiet. 2.2.q.88. art.2. dubio 4. & in summa, verbo Votum, c.2. Tabiena verbo Votum 2. fine. Sotus lib.7. de iust. quæst.1. art.3. dubio 1. circa 5. conclusionem. Nau. summa, cap.12. Hispana, nu.30. & 31. Latina, nu.30.31. & 32. & commentario 2. de regul. num. vltimo, versi. Addo 13. Toledo*

lib.

de lib.4.summæ.c.17.num.16.& 17. Nauarra de restitut. lib.1.c.3.in noua edit. p.2.difficultate 7.num.200.& 201. Angles floribus 2.p.q.vn. de voto, art.1.diffic.11. Aragon 2.2 quæst.88. art.2. dubio 1. circa 5. concl. Emmanuel Sà summa, verbo Votum, nu.4. Azor lib.11. institutionum moralium, c.15.q.3. Valentia 2.2.disput.6.q 6.puncto 2.diffic. 2. Petrus de Ledesma 2.to.sum.tract.10.c.2. dubio 4. Manuel 2.to.summa nu.94.nu.10.11.& 12. Quamuis discre pet,in casu,in quo offertur votum ad obtinendū à Deo bonum ex malo consurgens, dicens id votum non valere. Vt si habuero filium ex concubina. Sed iure optimo ceteri allegan contrarium tenent.

14 Atque idem omnino dicendū est de professione solemni ob malū finem emissa;ea enim est irrita,si malus ille finis sit finis castitatis, obedientiæ, paupertatis per eam promissorum. Quia res illæ eo malo fine affectæ nequeunt à Deo acceptari, nec à prælato nomine Dei. Atque ita supponunt *Caietanus, Sotus, Nauar. eo.c.11. nu.32. Azor, Manuel nu. parced. allegati*, dum professionem tunc valere dicunt, quando res promissa non ordinatur ad eum malum finem. Et in proprijs terminis docet *Nauar. comment ario 2.de regular.nu. vltimo vers. Addo 13. Tabiena verbo Votum 1.fine*. Atque idem dicendum est,si professio illa ordinaretur ad malum finē obtinendum à Deo, vel gratias agendas pro malo obtento; esset enim irrita, sicut nu.præced.idem diximus de voto simplici.

15 Quod si roges,quale peccatum sit vouere ob malum finem? *Armilla verbo Votum,nu.2.& Angles,num.13. allegatus* dicunt esse lethale votū mutuandi ob inanem gloriā. Sed sic distinguendū est: Quando res promissa ordinatur ad malū finem, tale peccatum est sic vouere, quale est finis; ac proinde si finis est mortalis, erit mortale, si venialis,erit veniale. Quod benè docent *Toledo, Aragon, Manuel allegati num.13.* Et rō est, quia ea res promissa redditur mala mortaliter, vel venialiter, iuxta finis adiecti qualitatem. At vouere rem mortalē est mortale,& vouere rem venialem est veniale (Vt diximus n.9.) Quod intelligendum est cum limitationibus ibi positis. Quia eadē prorsus ratio est. Et intellige, qñ votum est simplex. Si n.sit professio solemnis, aut vota simplicia biennij Societatis Iesu veros religiosos constituentia, erit mortale, etsi finis sit venialis. Quia redduntur irrita ratione talis finis. At ea irrita reddere est mortale; vt de emittente ea fictè probaui c.1.nu 38. Quod si votum dirigatur ad obtinendum à Deo malū illud, vel gratias Deo pro illo obtento, agendas, existimo esse mortale,etsi finis sit venialis. Ducor,quia *Caiet. Sotus. Aragon, Angles, Valent. Pet. de Ledes. citati,n.13.* aiunt hoc esse blasphemiam. Quia tribuitur Deo esse illius mali authorem: At blasphemia in quauis materia est mortalis. (Vt probaui l.2.c.22.num. 40.) Si vero dirigatur id votum in finem malum aliunde, quam à Deo consequendum; talis culpa erit id votum, qualis fuerit finis. Et hoc censeo verum, licet sit professio solemnis. Quia non irritatur professio eo fine.

16 Ex his deducitur primo, minus rectè sensisse *Sotum, & Aragon.n.13 allegatos* dum dicunt votum emissum ab aliquo hac lege, si lucrum ex ludo, vel vsuris reportarit, esse validum; sicut votum valet ea lege emissum, si habuerit filium ex concubina. Nam de ludo id non est generaliter verum, sed quando vel ludus licitus est, vel si illicitus, non est ita malus, vt lucrum in eo partum sit restitutioni obnoxium. Quia tūc,etsi ludus sit illicitus, lucrum est iustum. Atque ita valere tunc votum, tradūt *Caiet. 2.2.q.88.ar.1.dubio 4. Tabiena,& Angles num.13. allegati*. At vero, quando ita illicitus est ludus, vt lucrū sit restituendum, non valet votum; nec similiter valet, si lucrum ex vsuris acquiratur. Quia in vtroque euentu lucrum illud à Deo petitum est in se iniustum,ac proinde dirigitur votum ad impetrandū malum à Deo. In quo casu irritati votū probauimus nu.13. Et ita docet *Azor lib.11.vndecimo institutionum moral,c.15.q.3.*

17 In triplici tū casu posset id votū valere. Primus est, qñ res mala ponitur solum per modum conditionis. Quod tunc euenit, quando non intenditur rem illam obtineri à Deo, nec votum ad id dirigitur sed solum ab eius mali euentu pendet, tanquam à conditione, qua existente obliget,& non aliter. Vt existente conditione iniustæ victoriæ voueo religionē. *Abulēsis c.30.Num. q.92.paulo post principium*, negat hunc casum, dicēs generaliter votum sub cōditione turpi nunquā obligare. *Sotus etiam n.14.allegatus* eum negat Quia (inquit) nemo sic sub mera conditione vouet, quin Deum sui sceleris patronum interpellet. Et aliud esset casum nunquam contingentem effingere. At *Sylu.verb. Votum 2.q 2.dicto 3.* distinguit sic: Si vouens nolit impleri conditionē, valet votum. Quia ordinatur in pœnam. Si autem velit, non valet. Quia ordinatur ad malum finem obtinendum à Deo. Sed dicendum est, id votum valere, Quia cū tunc id votum nullo pacto dirigatur ad id malum, sed tantum id malum sit conditio, nil refert, siue bonum, siue malum sit. Atque ita docent *Caiet. Tabiena, & Valent.nu.13.allegati*. At iure optimo dicūt *Caiet. Tab. & Valentia* moraliter loquendo vix esse possibile, vt homo non dirigat votum ad tale malum. Ad negādū nō est, posse aliquando contingere. Vt si dux Christianus cū Turcis pugnans voueat se ad religionē transiturum, si Turca vicerit. Tunc enim nullatenus intendit eam iniustam Turcæ victoriam, nec ad eam dirigit votum, immo eam odio habet, sed ea solum per modū conditionis ponitur. Quare regulariter loquendo benedixit *Syluest. proximè allegatus*, id votum non ualere, qñ vouens desiderat eam conditionem euenire. Quia tunc moraliter loquendo dirigit id uotum ad obtinendum illud malum a Deo, ualere autem, quando non desiderat Quia tunc ponitur per modum conditionis, aut pœnæ. Quamuis autem hoc moraliter sit verum; si tamen intentio vouentis sit per modum solius conditionis id malū apponere, valebit votum siue optet eam conditionem impleri, siue non. Vt benè docēt *Angles verbo Votum 1.fine*. Quia in vtroque euentu pendet uotum ab eo malo, tanquam à sola conditione.

18 Secundus casus est. Qñ uotum id est pœnale, quo promittitur quidpiā Deo in pœnam, si id peccatū uouens cōmiserit. Et tunc uniuersi fatentur ualere. Quia optimus est finis cauēdi illius peccati. Colligetur autem hæc uouentis intentio, si dum uouit, desiderabat illud peccatū uitare, quod apponit per modū conditionis.

19 Tertius casus est. Qñ intentio uouentis est, nō offerre Deo uotum ad ea mala obtinenda, ut uictoriā iniustam, lucrum iniustū, uel pro eis obtentis gratias agendas, ut secundum suam entitatem naturalem, præscindendo eam malitiam, sunt quoddam naturale bonū; tunc.n. dicunt quidam id uotum ualere. Quia illa mala sic considerata sunt bona, & à Deo. Sic tenent *Caiet. 2.2.q.88.art.2. dubio 4. Tabiena verbo Votum 2. fine Nauar summa c.12. Hispana, num.31. Latina, num 31.& 32. Aragon.2.2.q.88. art.1.dubio 1.circa 5.concl.* Et hoc dicit probabile *Valent. 2.2.disput.6.q.6. puncto 2. diffic.2. col.5.* qñ uotum illud non offertur pro obtinēda à Deo illa entitate, sed in gratiarum actionem pro iam obtenta. At uerius est, in neutro casu ualere uotum. Quod sustinet *Valent.ibi. & Man. 2.to.sum.c.94. nu.12.* Quia si uotū illud emittatur pro illa rei iniustæ entitate obtinenda, tm abest, ut liceat uouenti inducere Deum uoto emisso, ad concurrendum instar causæ uniuersalis ad illā materialē entitatem, ut potius teneatur illam uitare, utpote cui malitia moralis coniuncta est. Si autem emittatur in gratiarū actionem pro illa iam obtenta, Deus minimè acceptat hanc gratiarum actionem, pro entitate illa habente in se malitiam imbibitam, & quā tenebatur uouens Dei ipsius præcepto cauere. Quare non est simile, quando uotū fit, si Deus dederit filium ex cōcubina: uel si Deus dederit filium ex bello iniusto, Quāuis *Manuel nuper allegatus*, minus benè ea coniunxerit

xerit, dicens ea esse irrita; sicut votum pro entitate victoriæ iniustæ, aut lucri iniusti. Nam materialis hæc entitas est pars peccati iniustitiæ, & prohibetur à Deo. At proles, & incolumitas non sunt pars peccati, etsi ab illo pendeant.

20 Secundò deducitur, valere votū dandi aliquid pauperibus ex lucro ludi illiciti, non obnoxio restitutioni; secus si obnoxium sit. Quia in priori lucrum est iustum; secus autem in posteriori. Sic docet *Azor allegat. nu.* 13. Et similiter ob eamdem rationem valet votum dandæ eleemosynæ ex lucro per meretricium acquisito; vtpotè quod non est restituendum. Ita *Angles eod. num.* 13. *allegatus.*

21 Tertiò deducitur, communiter esse irritum votum meretricis sic vouentis. Dabo eleemosynam, si hoc anno mille lucrata fuero meretricando. Quia sæpissime mens eius est, si Deus concesserit tot ad me hoc anno confluere meo corpore abusuros, vt hoc lucrum comparem. Quare communiter votum dirigitur ad illum malum finem à Deo impetrandum; ac proinde est blasphemum, & irritum. Secus esset, si mens esset syncera, si illum boni lucri effectum obtinuero, suppositis peccatis tanquam cōditione. Quia lucrum illud iustum est; quamuis à peccato pendeat, instar incolumitatis ex bello iniusto.

22 Quartò deducitur, votum emissum Deo non peccandi, nisi cum certa femina, quandoque esse validum & quandoque irritum. Validum esset, si amore continentiæ seruandæ emitteretur; exciperet autem vouens illam feminam, eo quod se valde procliuem ad fornicādum cum illa expertus, nō ausus est illam in voto comprehendere; vel noluit se omnino ad continentiam obligare. At si eo voto se deuinciret eo fine, quia turpi illius feminæ amore captus, intendit ab alijs se abstinendo potentior esse ad frequentiorem cum illa coitum, vel quo illi placeret, & vehementius ab illa redamaretur, dum nosset amore illius id votum illum emisisse. Sic distinguendum est. Si ille malus finis sit finis rei promissæ, votum esset irritum. Si autem is malus finis esset solius voti finis, esset validum: iuxta regulam num. 13. traditam. Quia tunc res promissa manet bona, nec votum ordinatur ad obtinēdum aliquod malum à Deo, sed ab ea femina. Hinc intelligitur, quod tradit *Palud.* 4. *d.* 38. *q.* 1 *ad finem*, dicens valere votum concubinæ non nubendi, non amore castitatis, sed vt placeat suo riuali, emissum. Et probat, quia etsi finis sit malus, res promissa est bona. Sed intellige, quando placere suo riuali, non est finis rei promissæ: iuxta dicta num. 13. Ita *Caiet.* 2. 2. *q.* 38. *art.* 3. *dubio penult. Et ibi Aragon f.* 995. *col.* 2. Addit *Caiet.* communiter id votum valere. Quia concubinæ communiter intendunt se eo modo astringere voto non nubendi, quo honestæ mulieres id votū emittunt idque riuales intendunt. At credo communiter non valere: atque in dubio intentionis ita iudicarē. Quia nil minus mulierculæ hæ nec riuales amant, quā castitatem, nec eam intendunt, sed solum amorem turpem conseruari, & fidelitatem in eo amore non violari. At proinde finis rei promissæ est communiter turpis.

23 Quintò deducitur, valere votum delinquentis, qui promittit aliquid Deo, si non deprehensus fuerit in delicto. Vt bene docet *Armilla verbo Votum, nu.* 3. Vel si captus euaserit liber à pœna. Vt bene docet *Azor li.* 11. *institut. moralium c.* 15. *q.* 3. Quia non capi, & liberum euadere, bona sunt, etsi ex malo actu pendeant.

24 Tandem, quando omnibus circumstantijs diligēter perpensis, res est dubia circa voti finem, sic distinguendum est. Si certum sit eum finem fuisse rei promissæ, uel uoti, ordinando illud ad obtinendum eum finem à Deo, uel ad agendas gratias pro eo obtento: & tantum dubitetur, an finis sit malus, an bonus, uotum non obligat. Quia est dubium tunc an materia promissa sit bona, an mala. Si enim is finis sit malus, erit mala, si bonus, erit bona. In quo dubio diximus nu. 6. votum non obligare. Quod si dicas posse hunc bene implere sublato eo malo fine, de quo dubitatur: id fateor, at hic non uouit sublato illo fine: & cum illo est dubium, an res sit bona, vel mala. Quando est dubium de sola applicatione illius mali finis, an, scilicet, fuerit finis solius uoti nil ad Deum referendo: & sic ualuerit uotum; at potius fuerit finis ipsius rei promissæ, vel voti, referendo illud ad Deum, gratia illius mali ab eo impetrandi, uel agendi illi gratias pro tam impetrato, & proinde irritetur votum. Tunc in hoc dubio præsumendum est in fauorem valoris voti, cuius verba sunt clara: & vt minus delictum præsumatur. Vt in simili probaui late cap. 2. fine. Quamuis *Tabiena verbo Votum* 1. *fine*, dicat in sola religionis professione præsumi fauore eius non infecte finem malum. Sed id non probat: & ideo non est admittendum. Quod si malitia finis, & eius applicatio dubia sint, credo adhuc in voti fauorem esse præsumendum. Quia militant rationes adductæ cap. 2. fine.

CAPVT VII.

Qualiter non obliget votum de rebus indifferentibus: vel quando finis est indifferens, aut rei temporalis consecutio.

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputantur; & quando dicitur indifferens, num. 1.
Votum rei indifferens, an valeat, nu. 2.
An indigeat dispensatione; aut commutatione, num. 3.
An sit culpa id votum emittere. num. 4.
Quæ conditiones exigantur, vt votum rei indifferentis obligetnum. 5.
An votum non nendi in Sabbato in honorem Beatæ Virginis valeat, num. 6.
Quid de voto abstinendi ab omni opere seruili, num. 7.
Quid de voto non vescendi ea die omnibus, aut quibusdam animalium partibus, num. 8.
Quid de voto abstinendi à capitibus animalium, in honorem D. Ioannis, vel à carnibus coctis in honorem D. Laurentij, vel omnino à carnibus, num. 9.
Quid de voto abstinendi ab omni cibo igne condito in honorem B. Laurentij, num. 10.
Quid de voto induendi vestes albas in Sabbato; vel semper vestes albas; vel scapularem vestem B. Virginis; vel vestes honestas vel viles, & asperas, num. 11.
Votum adeundi vrbem in qua sunt reliquiæ sanctorum, causa solius vrbis inuisendæ, an valeat, num. 12.
Votum agitandi tauros in sanctorum honorem, an valeat, numero 13.
Quid de voto nocturnarum peruigilationum, num. 14.
Quid de voto nunquam ingrediendi mare, vel nunquam equitandi, ratione periculi, num. 15.
Quid de voto abstinendi à tali ludo, vel cum tali persona, vel in tali domo, nu. 16.
Quid de voto non fornicandi cum tali femina, vel in die festo abstinendi à tali opere seruili, relicta facultate ad peccandum cum alijs. vel ad exercenda alia seruilia; & similiter de quouis alio opere vetito, nu. 17.
Quid de voto eleemosynæ ex certa pecunia eroganda, ita vt alia erogata non satisfiat, num. 18.
An votum nunquam ingrediendi domum, in qua tunc nulla peccati occasio erat, obliget, si postea peccandi occasio sit; vel si falsò ille putabat esse occasionem, vel vere erat, & cessauit, & postea rediit, num. 19.
Quid si id vouit ad vitandam fornicandi occasionem cum certa femina, & cesset ea occasio; at ea femina est illi occasio alterius peccati, aut ea abijt, & habitat alia, quæ est fornicandi occasio, num. 20.
An in dubio, an materia sit indifferens, obliget votum, numero 21.
Post num. 21. inuenies summaria quæ desiderantur.

Duplex

1 Dvplex quæstio tractanda est. Prior, quando materia voti est indifferens. Posterior, quando est bona; sed finis est indifferens, aut consecutio alicuius rei temporalis. Dicitur vero res indifferens, quæ ex se nec bona, nec mala est; & cuius affectio non magis est vtilis ad vitam æternam consequendam, quam eius priuatio. Vt benè docent *Ricardus 4. dist. trigesima octaua, art. primo, quæst. 3. Angelus verbo Votum 1. nu. 4. Syl. verb. Votum 1 q. 4. dict. 2.*

2 Circa priorem quæstionem, prima conclusio sit. Votum rerum, quæ omnibus circumstantiis concurrentibus spectatis sunt indifferētes, est prorsus irritum. Quia cum votum sit actus religionis, desiderat materiam cultui diuino deseruientem. At differentia non sunt huiusmodi; nil enim ad ei cultum refert, illa sic, vel aliter fieri. Conclusio est *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 2.* & à nemine negatur.

3 Hinc deducitur, nulla opus esse dispensatione, aut cōmutatione talis voti; vtpotè quod nullam obligationem pariat. Ita *Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. dubio 3. Sotus lib. 7. de iustit. q. 1. artic. 3. circa 1. conclusionem. Nau. sum. c. 12. num. 37. Palatios 4. d. 38. dispu. 1. fol. 825 col. 2. versic. septimo si voueat Aragon 2. 2. q. 88. artic. 2. in dubio 1. circa 3. conclusionem Manuel 2. to. summa, c. 94. num. 6 Petrus de Ledesma 2. to summa, tractatu 10. c. 2. dubio 2.* Quamuis aliqui dicant tutius esse dispensationem petere. Ht sunt *D. Anton 2. p. tit. 11. c. 2. §. 4. Angelus verbo Votum 1. n. 5. Sylu. verb. Votum 1. q. 4. dicto 1.*

4 Secundò deducitur, culpam esse venialem, quia votum rei indifferentis emittere. Est quidem culpa; quia est de materia illegitima: venialis autem, quia est illegitima, eo quod sit vana; ac proinde est leuis culpa vanitans. Ita *Aragon, Pet. de Led. Manuel nu. præced. allegati. Toledo l. 4. sum. cap. 17. nu. 14.*

5 Secunda conclusio. Vt votum rei ex se indifferentis obliget, quadruplex conditio desideratur. Prima est, vt concurrat aliqua boni finis circūstantia ipsam rem ex se indifferentem honestam reddens. Vt ingredi, vel nō ingredi talem domū, res est ex se indifferens at si ibi esset occasio peccādi vouenti, non ingredi esset bonum, ac subinde esset legitima voti materia. Et econtra si ingredi vestiretur aliquo bono fine, vt solatio afficiendi infirmos ibi habitantis, vel alio simili, esset bonum, & voti materia. Atque hanc docent *Ricar. 4. d. 38. art. 3. q. 1. Caiet. eo. art. 2. dubio 1. & in su mma, verbo Votū c. 2. fine. Et ibi Armil. nu. . Sotus, & Toledo, num. 3. allegati. Nau. sum. c. 12. nu. 28. Metina lib. 1. sum. c. 14. §. 6. Angles floribus 2 q. vnica de voto, art. 1. d ffi. 7. Azor lib. 11. inst. moral. c. 14. q. 5. Valentia 2. 2. disp. 6 q. 6. puncto 2. col. 6. diff. 3. Aragon, Manuel Petrus de Ledesma citati nu. 3.* Secūda conditio est, vt res illa indifferens de se, sit apta, & proportionata, vt illi bono fini deseruiat. Si enim ad illum nil conferat, non valebit votum; eo quod adhuc maneat res indifferens. Vt si in honorem B. Virginis vouet quispiam fore, non præscinderet sibi vngues in die Sabbathi; quamuis bonos ille intentus sit bonus; at quia non præscindere vngues est illi fini inutile, manet id indifferens, & inepta uoti materia. Ita *Caiet. eod. dubio 5. Angelus, Sylu. est. Sotus, Nau. r. Palacios, Aragon allegati num. 3. Angles, Valentia, Azor, Manuel, Toledo, Pet. de Led. proximè allegati.* Tertia est, vt ea res de se indifferens, honestandaque bono fine adiuncto, dirigatur ab ipso vouenti ad eum finem. Si enim voueret quispiam se non ingressurum talem domū, in qua est quædam peccandi occasio, at nullatenus eā spectaret, nec causa eius uitandæ uouerit, non valet uotum. Quia cū res illa indifferens minimè fine illo honesto ex uouentis intentione vestiatur, manet adhuc indifferens, ac subinde inepta voti materia. Vltima est, vt is finis honestans rem indifferentē, adhuc maneat. Nam cum eo cessante redeat res ad suam indifferentis rei naturā, nequit votum ad illā obligare, vtpotè quæ res iam vana est. Ita *Caiet.* vtroque loco, *Armilla, Sotus, Nau. eo. nu. 28. Metina, Angles, Aragon, Valentia, Azor, Manuel, Petrus de Ledesma eisdem locis proximè alleg.*

6 Hinc primo deducitur, votum non uendi in Sabbato in honorem B. Virginis, relicta vouēti facultate exercendi alia seruilia, esse irritum. Quia nil refert ad eius honorē ab eo opere abstinere, cum vouenti integrum sit aliis seruilib. mentem magis à diuinis auocantibus vacare. Ita *Caiet. eadem art. 2. dubio 5. Sotus, Nau. Metina Angles, Aragon, Petrus de Ledesma, Valentia, Azor, Manuel, quos num. præced. retuli.* Valeret tamen id votū vestitum hoc fine, ut vouens expedinor esset ad recitādos sæpius calculos virgineos. Quia iam ratione illius boni finis non manet res indifferens Ita docet *Nauar. summa cap. 12. nu. 28.* Sed hoc intelligo quando persona illa esset valde affecta ad nendum, vel communiter ei operi vacaret, ac proinde id esset peculiare sæpius recitandi impedimentum. Quando enim nil peculiare esset in hoc opere seruili respectu vouentis, manet adhuc res indifferens, & militat eadem ratio. Quod optimè innuit *Caietanus*, dum dicens id uotum non nendi minimè substinere, eam reddit rationem. Quod negatio hæc nendi non assumatur ad maiorem mentis expedinonem, gratia vacandi diuinis. Cum alia seruilia, quib. incumbere potest, magis impediant, & plus mentem à diuinis auocent. Atque ideo videtur petere aliquod peculiare impedimentum ex opere hoc seruili respectu uouentis ad uacandum diuinis.

7 Si uero uotum esset abstinendi in Sabbato ab omni seruili, in honorem B. Virginis, ualeret utique Quod fatentur omnes Doctores numero præcedēti allegati. Quia id in sanctorum honorē cedit; vt constat ex festorum institutione ad eos colendos: & mens expeditior ad diuina manet. Quod si casus accideret, vt Sabbati obseruanna esset aliis scandalo, eo quod obseruans redderetur suspectus de Iudaismo, vel in eo oppido Iudaismus vigeret; dicunt *Angelus verbo Votum 4. fine. & Syl. verbo Votum 4. q. 7. d. 7.* id uotum esse in aliud opus pium commutandum. At existimo, nec tunc esse necessariam commutationem, nec quando ob aliam causam uotum non obligaret; ut si uouens indigeret suis operis ad familiam sustentandam. Quia legitimè excusaretur, dum hæ causæ permanerent à voti executione. At excusatus legitimè nulla indiget uoti cōmutatione, aut dispensatione. Sed non omnino extingueretur uoti obligatio, sed dispensa esset durante ea causæ, qua cessanti rediret. Sicut nec alia præcepta extinguuntur aduenienti impedimento temporali ea obseruandi.

8 Secundò deducitur, uotum de non edendis pedibus porcinis, aut manib. arietinis in die Sabbati in honorē B. Virginis, esse irritum. Quod nil ad Beatæ Virginis honorem conferat ab his abstinere; cum integrum sit vouenti uesci aliis animalium partibus, quas ea die secundum patriæ consuetudinem comedere licet. At ualeret uotum abstinendi ea die ab omnibus his animalium partibus. Sic *Petrus de Ledesma 2. to. summa, tract. 10. c. 2. dubio 2.* Sed priorem partem ita generaliter dictam non approbo; sed tunc tantum, quando abstinētia ab illo esu promisso nil speciale respectu uouentis haberet præ ceteris animalium partibus, quarum esum sibi per uotum non interdixit, secus si speciali illius esus, à quo abstinere uouit, sapore traheretur; atque quo se ea uoluptate priuaret, eam abstinentiam vouit. Tunc enim obligaret uotum; utpote quod de bona abstinentia est.

9 Tertiò deducitur, irritum esse uotum non uescendi animalium capitib. in honorem D. Baptistæ; eo quod illi caput amputatum sit. Quia hoc in eius honorē non cedit. Ita *D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 4. Ang. verbo Votum 1. nu. 5. Syl. verbo Votum 1. q. 4. d. 3. Nau. summa cap. 12. nu. 37. Palacios 4. d. 38. disp. 1. f. 825. col. 2. vers. Septimo si voueat. Toleo l. . sum. c. 17. num. 14. Azor l. 11. inst. mor. c. 14. q. 5.* Similiter nō ualeret uotū de nō edendis carnibus igne assis in die S. Laurentij, in eius honorē, quod igne

igne assatus sit. Quia ad eius honorem nil hoc confert; cum vouens, carnes coctas edere valeat. Ita *Palacios, & Azor ibidem*. Vtraque tamen pars intelligẽda est, cum limitatione tradita numero præcedenti; nimirum, nisi specialiter vouenti saperent carnes illæ, quas se non comesturum promisit, vt eo sapore in honorem sancti se priuaret. Valeret tamen votum abstinendi penitus à carnibus aliquo die in honorem cuiuscumque sancti. Vt benè ait *Azor ibidem*. Quia est magna abstinentia in sanctorum honorem redundans.

10 Votum autem abstinendi ab omni cibo igne condito in vigilia, vel die sancti Laurentij, in eius honorem, est vanum, & irritum. Vt docet *Palacios num. præced. allegatus*. Quod tamen non credo, sed existimo esse validum. Quod supponunt tanquam manifestum omnes Doctores c.5. nu.31. allegati. Et ratio est, quia est magna abstinentia his omnibus cibis priuari, solosque arborum fructus edere.

11 Quartò deducitur, quid dicendũ de voto induendi vestes albas in die Sabbati, in memoriam virginitatis Deiparæ. *Sotus nu.3. allegatus*, ait id votũ non esse omnino vanum; ac proinde indicat valere. Quia color albus virginitatem in memoriam reuocat. Et *Azor nu.5. allegatus* ait valere votum feminę vtendi semper vestib. albis. Quod signum castitatis sint. At melius *Caiet. summa, verbo Votum, c.1. paulo post princ.* tradit votũ vtendi vestibus albis esse vanum, & irritum. Quia parum ad eum finem conferunt. Si tamen persona eius conditionis esset, vt specialem memoriam virginitatis Deiparæ eę vestes illi excitarent, credo valere votum. Quia adest specialis circumstantia eum vsum ex se indifferentem honestans. Similiter valet votum vtendi scapulari veste Beatæ Virginis. Quia id in honorem Virginis cedit. Valet etiam votum vtendi vestibus honestis. Nam id honori diuino valde expediens est. Similiter ait benè *Azor proximè allegatus*, valere votum induendi vestes viles. & asperas. Quia illud ad humilitatem, hoc autem ad pœnitentiam spectat.

12 Quintò deducitur, votum adeũdi vrbem, in qua reliquiæ sanctorum sunt, non causa reliquias adorandi, sed vrbis illius inuisendæ, esse irritum; secus causa adorandi reliquias. Quia in priori casu res est indifferens in posteriori vero religiosa. Ita *Nauarros summa capite 12 num. 28.*

13 Sextò deducitur, votũ agitandi tauros in sanctorum honorem esse irritum. Quia id ad eorum cultum minimè spectat. Ita habetur in *Concilio vltimo Toletano: actione 3. decreto 26. & in Bracharensi vltimo actione 5. p.2. c.8. & in motu proprio Pij V. de agitatione taurorum*, qui quantum ad hoc non est reuocatus per motũ proprium Greg. XIII. Immo, cum ibi præcipiatur, ne in diebus festiuis agitentur, indicatur clarè eas agitationes in honorem sanctorum minimè redundare.

14 Septimò deducitur, votum de nocturnis vigilijs, vbi eæ sunt ab Episcopis interdictæ, esse irritum. Vt interdictæ sunt in *synodo Toletana vlt. in actione 2. decreto 20. & in Bracharensi 4. actione 5. c. 24.* Vbi autem non sunt interdictæ, existimo id valere. Quia est de re bona. Quia tamen ex ijs pleraq; absurda sequuntur, ob quod iure optimo in aliquibus diœcesib. interdicuntur, multo sanius consilium erit ea vota commutare, & credo facili commutatione indigere. Quia attenta hominum malitia, parum aut nihil in honorem Dei cedunt.

15 Octauò deducitur, votum nunquam ingrediendi mare, eo quod vouens in eo periculum passus sit, vel non equitandi, eo quod ex equo ceciderit, esse irritum. Quippe est de re indifferenti, nullo honesto fine adiuncto. Ita *Toletus libro quarto summæ capite 17. numero decimoquarto*. At existimo valere; casu quo peculiare periculum ea vouenti afferrent, ratione peculiaris complexionis, aut imperitiæ equitandi. Quia tunc finis honestus esset.

16 Nonò deducitur, quid dicendum sit de voto abstinendi à tali ludo, vel cum tali persona, vel in tali domo, relicta ludendi libertate alijs ludis, vel cum alijs personis, vel in alia domo. De qua re latè diximus præced. c.18. à nu.9. vsque ad 13.

17 Decimò hinc deduceret aliquis, votum non fornicandi cum certa femina, relicta fornicandi cum alijs libertate, non esse validum, quando nulla esset occasio specialis cum illa. Quia videtur eadem ratio, ac de voto non ludendi certo ludo, in quo non est peculiaris occasio; quod est irritum. Nam etsi non fornicari cum ea femina bonum sit; at non fornicari potius cum illa, quam cum alia, minimè concurrenti aliqua speciali ratione in illa, videtur res indifferens. Sed existimo id votum, ut communiter emittitur, esse irritum. Quia abstinentia ab eius feminæ concubitu communiter ordinatur ad uindictam de illa sumendam, uel eo quod deformis sit, parumque uoluptatis eius concubitus afferat. At si is malus finis non esset finis rei promissæ, sed solius voti emittendi, credo votum esse ualidum, etsi nullo alio fine honesto ea abstinentia ab illo peculiari concubitu afficeretur. Nec est simile de voto abstinentiæ à ludo, & alijs rebus ex se indifferentibus. Quia ea nullam honestatem secum afferunt, ac proinde fine extrinseco honestanti indigent. At abstinentia à quacumque re mala est de se honesta, quare nisi aliquo malo fine uestiatur, est legitima uoti materia. Et simile est de quocumque alio prohibito, valet enim uotum non exercendi cuiusuis operis seruilis peculiaris in festis, etsi ex ui uoti relinquatur facultas alia exercendi, & non sit peculiaris ratio de illo. Quippè procedit ratio adducta.

18 Vndecimò deducitur, quid dicendum sit de uoto, quo aliquis ita pecuniæ certæ eleemosynam promitteret, ut expressa eius mens esset, nulla alia æquiualenti data satisfacere. *Abulensis c.10. Au.q.14.* ait uotum esse superstitiosum, obligare tamen ad dandam eam, uel æquiualentem. At existimo esse irritum. Quod ille eleemosynam absolutam non uouerit, sed superstitiosam, quia nequaquã colitur Deus. At posset id uotũ superstitione carere, & esse validum. Vt si uouens peculiari illius pecuniæ amore teneretur, eo quod aurea sit, vel ob aliam rationem, & quo se illa inordinata affectione priuaret, uoueret se illammet pecuniam pauperib. erogaturum, ita ut uellet nulla alia satisfacere.

19 Duodecimò deducitur, qualiter intelligendum sit, quod tradit *Nau. sum. Lat. c.12. nu. vlt.* nempè, uotum, uel iuramentum generaliter præstitum nunquã intrãdi in aliquã domum, nulla existenti causa speciali honestanti, quod ex se uanum, & irritum est, tanquam de re indifferenti emissum, effici ualidum, si domus illa inhabitari postea incipiat à femina aliquam peccandi occasionem afferenti. Quod quidem ita ut iacet, est minus uerum. Quia cum uotum à principio fuerit irritum, eo quod uouens nulla honesta uitandæ alicuius occasionis causa adductus sit, occasio subsequens minimè à uouẽti spectata non efficit uotum conualescere. Desiderabat.n. ad sui ualorem, ut ad aliquẽ honestũ finem id à vouenti dirigeretur. Iuxta dicta nu.5. in 3. conditione. At erit uera sententia *Nauarri*, ut obliget id uotũ, quando à principio ductus est uouens aliqua occasione quam per errorem ibi esse putabat, quoties enim ea occasio adfuerit, tenebitur eo uoto; & si cesset semel, & postea redeat, redibit quoque uoti obligatio, utpotè q̃ nõ extincta, sed suspensa erat. Vt hæc probauimus c.2. nu.45 & nu.50. Sed fortiter urget ad probandã sententiam *Nauarri* esse vniuersaliter ueram, etiam quando nulla honesta causa ductus est uouẽs: quia (ut dicemus c.9. n.2.) ad ualorem non uoti spectatur, an materia sit apta tẽpore, quo uotum fit, sed tempore, quo exequendum est. Vt uotum audiendi quotidie sacri ab existenti in mari uel excommunicato emissum ualet, quamuis non obliget pro tempore, quo est in mari, uel excõmunicatione, quo est in materia impossibilis, aut illicita

sed

sed pro tpe, quo possibilis, & licita fuerit. Similiter ergo votū non ingrediendi vnq vllā domū, nullo honesto fine emissum, obligabit tpe, quo materia non fuerit indifferens, quia incipit habitari à femina dāti peccādi occasionē. Respōdeo eā regulam deficere in casu, quo materia erat à principio omnino indifferens: nā votum tunc erit irritū, nec obligabit pro tpe, quo materia fuerit affecta bona. Rō differētiæ est, qa in exēplo adlubito voti audiendi quotidie sacri ab existenti in mari, vel excōicato, materia illa erat de se possibilis, & honesta, & eam vt talem respexit vouēs, cum n. Deo id dicarit, noluit se obligare pro tpe, quo id illicitum, aut impossibile esset; & ita ea materia erat apta voto. At materia indifferens erat prorsus inepta. Tum, quia nulla eā honestabatur. Tum etiā, quia etsi honestū esset illuc non ingredi, non id sufficit ad voti valorem, sed oportet, vt vouens eum finem honestantem spectarit eoq; ductus vouerit. Vt diximus, n. 5. in .. conditione.

20 Si aūt esset occasio, rōne cuius votum rei indifferentis fiebat rei bonæ, & validū cessabit pro tūc obligatio vo ti donec occasio illa redeat. Vt dicitur nu præc. At nō redibit obligatio voti, si occasio illius peccati cesset, quamuis adsit occasio alterius. Vt si quis vouit non ingredi certam domū, eo quod quædam mulier ibi habitans erat illi occasio fornicādi, si mulier illa inde abeat, & ibi habitet alia, quæ ē occasio alterius peccati, vt furti, non tenebitur vouens ex vi voti illuc nō ingredi. Vt bene ait *Na. ar. sum. L. c. cap. 12. i. fine*. Quia id votum fuit restrictum ex eius fine ad occasionem fornicandi. Quia ratione idem credo, etsi eadē mulier ibi maneat, nulla ratione iam occasio existens fornicandi, sed alterius peccati. Quia sola fornicandi occasio vitāda promissa est. Immo, si non ea mulier, sed alia habitet, quæ est similis fornicationis causa, existimo illum non fore voti reum, illuc ingrediendo. Quia votū restrictum est ad fornicandi occasionem ex priori muliere datā. Secus esset, si votū fieret, eo quod ibi mulieres inhonestæ inhabitare soleant, quæ fornicandi causā sunt: tunc enī obligabit votum, dum quæuis mulier mala eam occasionem præbens ibi inhabitauerit.

21 Tandem si dubium fuerit an res promissa sit indifferens, an potius bona; quidam censent voti nō obligare. Quia ad voti materiam desideratur eam esse cōtraria meliorem. (Vt diximus c. 1. nu. 1.) Si ergo fuerit dubium, an sit indifferens, longe aberit à vera voti materia; ac proinde votum erit irritū. Et huic parti vī fauere *Sotus lib. 7. de iust. q. 1. art. 3. in dub. o. quod mouet circa secundam conclusionē, n fi e*, vbi ait tunc orari animi esse tunc dispensationem procurare, & ita vī sentire id cū esse s bconsilio. At existimo obligare votum. Vt bene docent *Arago 2. 2. q. 88. art. 2. dubio 1. circa 3. conclusionem, f. 97 3. col. 1. vers. Dico tertio & Man. el 2. to. sum. c. 94. n. 7.* Ducor, quia cum de voti verbis constet, & dubia sit excusatio, stat possessio pro voti valore, in cuius fauorem, & actus valeat, præsumitur in eo dubio materiam esse bonam, & sic cōtraria meliorem. Et id quoq; probatur ex alijs canonibus, quas in simili dubio adduximus c. 2. fine, & ex peculiari adducta eo c. 2. nu. 34. Si aūt sint opiniones, an materia sit indifferens, ac proinde, an obliget votum, licebit cuicumque probabili adhærere, etsi contraria probabilior sit.

SVMMARIVM.

An votum ob finem rerum temporalium assequendarum, sit simoniacum, nec valeat, n. 22.

An valeat id vo um, quando his finis, qui assecutio temporalium est, manet indifferens? Refertur duplex sententia, nu. 23. & 24.

Explicatur sententia Authoris, n. 25.

An professio religionis emissa ob finem indifferentem valeat, nu. 26.

Qualis culpa sit, vouere, aut profiteri, aut vota in finē Societatis Iesu ob finem indifferentem emittere, n. 27.

Votum ob temporalia assequenda, qualiter emittatur communiter; & in dubio, an maneat finis indifferens, vel ita rem promissam afficiat, vt votum non obliget, an obliget, n. 28.

Votum non ludendi solo fine non amittendæ rei familiaris, an valeat, n. 29.

An votum ad res temporales assequendas sit conditionale, nec obliget antequam comparentur, vel eis non comparatis, n. 30.

22 Quæstio posterior. An votum rei ex se bonæ ob finem indifferentem, aut ad bona temporalia assequenda, non addito fine peculiari honestāte, validum sit? Equidem nullo pacto est audiendus *Innoc. c. Scripturæ, n. 1. de voto*, vbi ait vota ad res temporales assequendas emissa, esse simoniaca, ac proinde non obligare. Quia continent pactum cum Deo initū facio vt facias; ac proinde est temporalia illa vota spirituali emere aut cōmutare spiritualē cum temporali; quę simoniaca sunt. Sed dicendū est, ea vota esse licita ac proinde valida. Quia hoc non est temporalia spirituali voto emere, aut cum illo commutare; sed rem aliquā voto promissam Deo offerre, si illa temporalia concedat, eumq; prouocare illo voto emisso, vt concedat. Præterea, quia multa vota referuntur in sacris literis, atq; prosper euentus eorum approbationem indicauit, quæ pro bonis temporalibus à Deo obtinendis emissa sunt. Vt votum Iacob *Genes. 28.* pro peregrinatione, & reditu felicibus. Votū Annæ pro obtinendo filio *1. Reg. 1.* Votum filiorū Israel pro obtinenda victoria, *Num. 21.* Idque communi totius Ecclesiæ approbantis hęc vota consensu receptum est. Atque ita docent *Hostiens. d. c. Scripturæ nu. 5. & 6. Ioan. And. n. 3. Anton. n. 3. Card. nu. 1. q. 4. Abb. ibi, num 5. Anchar. n. 3. q. 2. Henricus, n. 11. Ricard. 4. d. 38. artic. 1. quæstione 2. & 3. Maior ibi quæst. 1. Abulens. c. 30. Num. q. 62. Angelus verbo Votum 1. nu. 4. & 9. Syluester verbo Votum 1 quæstione 4. dicto 2. & q. 5. fine. Caietanus 2. 2. q. 88. art. 2. dubio 4. Sotus lib. 7. de iustit. q. 1. art. 3. ad finem corporis, versic. An vero votum. Palacios 4. d. 38. disputatione prima, fo. 814. columna prima, versiculo Respondebis ind fferentiam.*

23 Sed difficultas specialis est, quando votum emittitur pro his temporalibus obtinendis, quæ ex se indifferentia sunt, nec à vouente referuntur ad alium superiorem finem, quo honestentur, sed in illis solis sistitur, an validum sit. Quidam aiunt non vitiari votum rei bonæ, eo quod finis sit indifferens. Et id probant, quia tamen totū solum petit, ut eius materia sit melior quam cōtraria; id autem minime petit circa eius finem. Item probat *Ricardus 4. d. 38. art. 1. q. 2. ad 2.* quia quamuis Deus non acceptet uotum ob solas res temporales emissum, tanquam meritorium, placet tamen sibi, ut ea obligatio ualida sit; ut postea per uouentis intentionem ad meliorem finem ordinetur. Ita docet *Ricardus ibi, & q. 3. Angelus verbo Votum 1. n. 4. Sylu. verb. Votum 1. q. 4. d. 2. Palacios, nu. præc. relatus.*

24 Alij tamen iuniores sic distinguunt, si res illa per uotum promissa ordinetur ad hæc temporalia à Deo assequenda, uel ad agendas gratias pro eis obtentis, ualidum esse uotum; secus si ordinetur ad eas aliūde, quam à Deo obtinendas. Ducuntur, quia quicūque suo uoto, & suis bonis operibus intendit aliquid temporale obtinere à Deo, uel pro illo obtento gratias agere eo ipso Deum authorem illorum bonorum esse fatetur. Atque proinde res illa uoto promissa conducit ad Dei honorem, & erit legitima uoti materia. Quod nō reperitur, quando aliunde eas res obtinere intendit uouens.

25 At loquendo de uoto, cuius finis est res quædam indifferens, sic distinguendum est. Si res illa indifferēs sit finis materiæ per uotum promissæ, eo quod hæc materia solum ordinetur ad finem illum à Deo, uel aliun-

de efficquendum; votum est prorsus irritum; & ad nil obligat. Et rō est, quia cū in moralibus species rei sumatur à fine, talis est res qualis est finis. Ergo sicut si finis illius rei ꝓmissæ esset malus, ipsa quoq. mala esset ita si finis sit indifferēs, ipsa quoq; indifferēs erit. At votum rei indifferentis non obligat. Exēplum huius sit, si quis vouet ieiunium, illud tm̄ ordinans, vt sumptib. parcat, vulgo *Parra ahorrar*, vel vouet eleemosynā ad se lā auaritiæ opinionē auferādā; neutri rei ꝓmissæ aliū finem honestum adijciens, irritum est votum. Si aūt sit finis rei promissæ, ordinando illam ad agendas Deo grās ꝓ illa re indifferenti obtenta; aut sit finis solius voti, ordinādo vt illud eā rem indifferentē obtineat, siue à Deo siue aliunde; aut ad agendas Deo gratias pro re indifferenti obtenta, valebit votum. Exemplum huius sit. Qn̄ vouens id ieiunium, vel eam eleemosynam, non ordinat eas ad prædictos fines obtinendos indifferentes: sed ordinat ea ad gratias agendas Deo pro eis finibus indifferentibus obtentis; vel non rem promissam, sed ipsum votum ordinat ad eos fines assequēdos; aut ordinat ipsum votum ad prædictam gratiarum actionem, valet votum. Itaq; tunc tātum non valet votum hoc qn̄ res illa promissa ordinatur ad rem indifferentem assequendam. Et rō est, quia qn̄ siue votum, siue res ipsa promissa ordinantur in gratiarum actionem Deo pro his obtentis, finis non est indifferens, sed optimus, ꝗa enim gratiarum actio, ad quam ordinantur, optima est; & Deus tanquam verus horum indifferentium author, vtpote quæ non mala sunt, acceptat sibi tanquā authori gratias agi. Si autem sit finis voti solius ordinati ad solam eius finis indifferentis assecutionem; quamuis hic finis sit omnino indifferens, & proinde si rem promissam afficeret irritaret votum; at non irritat, qn̄ est finis solius voti. Quia tunc cū res promissa non afficiatur eo fine, vtpote qui non est eius finis, manet bona, ac legitima voti materia. Nec intendēdo fines indifferentes obtineri à Deo, detrahitur aliquid diuinæ bonitati, sicut qn̄ finis est malus detrahitur. Quia illorum indifferentiu verus est author Deus: cū bona quædā naturalia sint; nullamq; malitia morali affecta. Tandem idem prorsus dicendum est qn̄ votum ordinatur ad res tēporales assequendas, sistēdo in illis, nec dirigendo eas ad aliquē finem honestū. Quia cū tunc sint res indifferentes finis erit indifferēs. Ac ꝓinde eadē distinctione respondendū est, ac qn̄ res indifferens est finis rei promissæ, vel voti. Quare Doctores relati nu. 23. dicentes finē indifferentē non reddere irritū votum rei bone, intelligendi sunt iuxta præmissam distinctionem. Nec est verū, quod Doctores n. 24. relati dicunt, nēpe, ex eo quod vouens intendat hæc bona à Deo obtinere, intendit fateri Deum eorum authorē esse. Tūc enim finis esset optimus, ac proinde, quamuis ille solus esset finis rei promissæ, valeret uotū. At qn̄ hoc non intēdit, sed in solis rebus temporalibus à Deo obtinentis sistit, ad nullum alium honestum finem eas dirigens, manent indifferentes: ac proinde iudicādum est, sicut quando finis est indifferens.

26 Atq; idem dicēdum est de solemni religionis professione. Sicut. n. redditur irrita ex malo rei promissæ fine (vt diximus c. præced. n. 24.) sic quoq; qn̄ finis ipsius est sola res indifferens. Quia sicut nō acceptatur à Deo res votis illis promissa, quando ex fine redditur mala: ita nec, quando ex fine redditur indifferens; ac proinde, nec à prælatu, qui nomine Dei acceptat.

27 Essetque veniale ob finem indifferentē uouere. Sicut n. 4. diximus esse ueniale rem indifferentem uouere. At profiteri in religione, aut vota biēnij Societatis Iesu emittere, ob finem rei promissæ indifferentē, esset mortale Sicut capite præcedenti nu. 15. diximus esset mortale propter finem etiam uenialem. Quia utroque casu redduntur irrita.

28 Communiter tn̄, qn̄ in his temporalibus sistitur, non ea intenduntur tanquā finis rei promissæ, sed tāquam finis ipsius uoti, quod uouēs emittit, ut eo inclinet Deū ad ea temporalia concedēda. Atq; adeo cōiter hæc uota sūt ualida; & in dubio ubi de alia intētione nō constat, sunt talia iudicanda. Et hoc sine intendatur ea à Deo, siue aliūde obtineri. Et generaliter, qn̄ dubitatur, an finis sit indifferēs, uel si cōstet esse indifferentē, dubiteturq; de modo, quo rem promissam afficit, n. 5. sit finis ipsius ita ut uotum irritet, an potius ita ut nō irritet; iudicandum est in fauorem ualoris uoti. Vt num. 20. diximus de dubio, an res promissa sit indifferens. Quod à fortiori in hoc casu locum habet. Cum cōstet materiam uoti esse bonam, & legitimam.

29 Quod si ex dictis quis inferat, uotum nō ludendi ob solum finē, non faciendæ iacturæ rerum familiarium, ad quem non ludere uouēs ordinat esse irritum. Quia non facere eam iacturam est finis mere temporalis, & indifferens. Neganda est illatio, & dicēdum id uotum esse firmum, quantumuis res promissa ad eum solum ordinetur. (Vt diximus li. præced. c. 18.) Quia cum prodige ludendo res familiares expēdere, sit uitiosus prodigalitatis actus; contrarius actus erit uirtutis, nempe, non male diuitias expendere. Atque proinde hic non ludendi finis est optimus.

30 Tandem obseruandum est. *Ricardum 4. dist. 38. art. 1. quæstione secunda corpore*, dicere huiusmodi uota pro rebus tēporalibus obtinēdis, includere implicitā conditionem, si illæ obtineātur ac proinde eis non obtentis, minime obligare uotū; nec obligare donec obtineātur. At quamuis hoc sit regulariter uerū; quia frequentius hæc uota sub ea cōditione intenduntur atq, ita in dubio intentionis iudicandū censeo ex cōiter accidētibus. At non est sufficiens eius implicitæ conditionis indicium, velle id temporale per illud votum cōparare. Quia pōt quis uouere absolute, & sine vlla conditione, ut hac maiori liberalitate flectat Deū ad petita sibi cōcedenda. Quod optimè docuit *Sotus lib. 7. de iustit. q. 1. art. 2. ad finem corporis, vers. An vero votū*, vbi ait vota hæc absolute emissa obligare, quāuis vouens sua intētione assequēdi hæc tēporalia frustretur. Quod intellige, nisi illa tēporalium assecutio esset finis sine quo nō vouentis. Tūc. n. deficiēti eo fine, antequā uotū impleatur, etsi uouens fuerit in mora, cessabit obligatio uoti. Vt diximus c. 2. nu 40. & 44. Deseruiet tamen ad hoc dicere uotum illud non esse conditionale, ut nō sit expectandus conditionis euentus, ut obligare incipiat.

CAPVT VIII.

Qualiter votum de operibus contra consilia, irritum sit; aut quando finis est contra consilia.

SVMMARIVM.

Quotuplex aliquod opus consilijs opponatur, nu. 1.
Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 2.
Votum de oppositis contradictoriè consilijs, est irritum, n. 3.
An sit necessaria eius voti commutatio, aut dispensatio, n. 4.
Quale peccatum sit ita vouere, nu. 5.
An sit mortale, inducere aliquem vt iuret, vel voueat se non ingressurum religionem, nu. 6.
An valeat votum, non ingrediendi religionem, dum in ea regularis obseruantia non viget, nu. 7.
An valeat votum contra consilia, quando vouens est ad illa ineptus, num. 8.
An vota religionis, castitatis, non ineundi matrimonij, sint irrita, quando ob lapsus in venerea consultius est vouenti matrimonium; aut si his votis emissis hoc superueniat, cesset obligatio? Refertur quadam sententia, n. 9.
Sententia Authoris, num. 10.
An hæc vota obligent, quando præcesserat copula cum femina fide matrimonij data, nu. 11.
An præcedentibus hanc fidem cum copula votis his, cesset

uotum

eorum obligatio, ita vt absque dispensatione liceat ad nuptias transire, nu.12.

An præcedentibus solis sponsalibus valeat vota castitatis aut ordinis sacri suscipiendi, nu.13.

An voto non vouendi, vel non nisi cum talibus circumstãtijs, valeat, nu.14.

An valeat omissum postea absque illis, nu.15.16. & 17.

Quid de voto vel iuramento non mutandi, non fideiubendi, num.18.

An in clerico valeat iuramentum, vel votum non fideiubendi, & quando sit illi interdictum fideiubere, nu.19.

Quid de voto, vel iuramento non petenda dispensationis, vel relaxationis voti, vel iuramenti; & non ea vtendi; Refertur quadam sententia, nu.20. Et sententia Authoris, n.21.

Quid de voto non petenda irritationis, nu.22.

Quid de voto non petenda dispensationis aliorum præceptorum, nu.23.

Quid de voto non petendi hac absque causa, nu.24.

Quid de voto hac non petendi ex quauis causa legitima, n.25.

Quid si hac absque causa legitima peterentur, nu.26.

Quid de voto non petenda Commutationis, nu.27.

An liceat tunc hac petere in dubio, an sit iusta causa, n.28.

An possit peti huius dispẽsatio, & postea principalis, vel vtriusque simul, nu.29. & 30.

An qui vouit se non petiturum dispensationem, possit petere irritationem, vel commutationem, vel è contra, nu.31.

An valeat iuramentum homini præstitum non petenda relaxationis, nu.32.

An possit ab Episcopo peti iuramenti huius relaxatio, n.33.

Quid de voto, vel iuramento, vt nullus præter Papam possit in eo dispensare, vel ab eius trãsgressione absoluere; vel adeundi Romam ad hæc impetranda; & an hæc sint reseruata, num.34.

Et an tunc valeret dispensatio, vel absolutio ab inferiori obtenta, nec esset tunc obligatio adeundi Romam, nu.35.

An possit prius huius iuramenti, vel voti dispensatio obtineri ab Episcopo, nu.36.

An votum non acceptandi Episcopatum, vel alia publica munera valeat, nu.37.

An superior religionis, vel quis prælatus possit ad ea acceptanda obligare, nu.38.

An iussus hæc absque iusta causa acceptare, tenetur obedire, num.39.

Post nu.39. inuenient alia summaria.

1 PRæmittendũ est, opera consilijs Euangelicis opposita esse in triplici differentia. Primi generis sunt, quæ illis opponuntur contradictorie, seu negatiue. Vt non esse castum, non ingredi religionem. Secũdi generis sunt, quæ opponuntur quasi contrarie, ita cum perfectionibus incõpatibilia, vt non includant descẽsum ad statum imperfectiorem eo, quẽ tunc vouens habebat. Vt seruire perpetuo xenodochio, non stat cũ ingressũ in religionem; & ingressus in religionem laxiorem, non stat cum ingressu in strictiorẽ. At neuter status priuat bono perfectiori tunc possesso. Tertij generis sunt, quæ ita contrarie opponuntur, vt includant descẽsum ad statum inferiorem eo, quẽ tunc vouens habebat. Vt status cõiugalis, qui claudit descẽsum à statu cęlibatus.

2 Quadruplex ergo quęstio in hoc capite tractanda est. Primo de voto rerum primi generis. Secunda de voto rerum secundi generis. Tertia de voto rerum tertij generis. Vltima de voto, cuius finis est contra consilia.

3 Quæstio prima. An valeat votum de rebus contradictorie, seu negatiue oppositis consilijs Euangelicis? Prima conclusio sit. Votũ harum rerũ est omnino irritum vt votum non ingrediendi religionem, non erogandæ eleemosynæ. Hæc est certissima, & ab omnibus admittitur, dẽpto *Hostiensi, qui in sum. tit. de voto n. 3. fi.* ait votum non ingrediendi religionẽ esse temerariũ, at valere. Sed rõ nostræ cõclusionis est. Quia hæc nulla bonitate morali efficiũtur, vt inde legitima voti materia esse possint. Itẽ, quia etsi integrũ sit cuius ea perfectionis consilia non amplecti; at non est integrum, se uoti ad ea non seruanda obligatione astringere; eã enim Deus non acceptat.

4 Quare nulla opus est commutatione, aut dispensatione, ad contraueniendum huic voto. Quia defectu materiæ est penitus nullum. Atque ita contra aliquos in simili defendimus de iuramẽto facto Deo cõtra consilia, libro præcedenti capite nono, numero.11.

5 Secunda conclusio. Vota eiusmodi emittere, est culpa cõmuniter venialis. Quia sunt vana, & debita materia destituuntur. Quia tamen res nõ est adeo grauis, non excedit culpam venialem. Ita docent, *Caiet. 2.2.q. 88.art.2.dub.3. & in sum. verb. Votum c.2. paulo post prin. vbi Armilla nu.1. Sotus li.7. de iust. q.1. ar.3. dub.6. circa 5. conclusionem, ver. Superest autem. Nauar. sum. c.12. nu. 29. & 35. Couar. de pactis 1.p.§.6.nu.7. Aragon 2.2. qu. 88. art.2. dubio 2. circa 5. conclusionem. Valentia 2.2. disp. 6.q.6. puncto 2. diffic.4. Azor li.11. inst. moralium c.14.q. 6.* At in quatuor casibus esset mortale. Primus est, si vouentis animus sit se obligare ad id votũ obseruandum, etiam quando consilium illud obligat sub mortali. Vt si voueret se non daturum eleemosynam cuicumque etiam extremè indigenti. Tunc enim id votum esset mortale, vltra mortale propositũ; eo quod ille ad rem mortalem se obligaret. Ita fatentur omnes Doctores citati. Secundus est, si quis sciens ea vota Deo displicere, ea Deo nuncupet tanquam ipsi grata. Esset enim mortalis blasphemia, tribuẽdo Deo, quod ei conuenire nequit. Ita. *Caiet, vtroque loco, & Sotus.* Tertius est, si in odium, & contemptum religionis fieret hęc vota, quasi vellet vouens vt Deus ea acceptet in contemptum consiliorum. Ita *Sotus, & Valentia ibi.* Vltimus est, si quis sciens ea vota Deo displicere, & animo displicendi Deo ea emitteret. Quia hoc est directè charitati cõtrarium. Ita *Caiet. eo. ar.2. dubio 3. & Aragon ibidẽ.* Sed *Nauarr. eo. c.12.n.35.* limitat, quando animus huius esset ita Deo displicere, quemadmodum displicent peccantes mortaliter. Secus si animus esset in tantum displicendi, in quantum displicet peccans venialiter. At hanc limitationem non approbo; quamuis enim leue sit, materialiter eligere, quod Deo venialiter displicet. At id eligere animo sic displicendi Deo, est grauissimum; ac charitati Dei directè contrarium. Et sic non datur leuitas materiæ.

6 Vnde non video, qua ratione sit verum, quod tradunt *Palud. 4.d.38.q. ad fi. in 4 conclus. in nu.31. & D. Anton. 2.p.tit.11.c.2. in fi. principij,* nimirum, peccare mortaliter inducentes aliquem, vt iuret, vel voueat se non ingressurum religionem. Cum enim id vouere sit solum veniale; eam culpam non excedet inducere. At erit vera prædicta sent. in casibus num. præced. relatis, in quibus id vouere esset mortale. Item in casu, in quo retrahere ab ingressu est mortale. Quod quando sit, dicemus infra.

7 Sunt tamen limitandæ hæ conclusiones, nisi aliqua causa cõcurreret, efficiens vt opus, quod ex se est consilij, tale non esset. Quippe obligaret tunc votum abstinendi ab eo. Vt valet votũ non ingrediendi aliquam religionem, quamdiu in ea regularis obseruantia non viget. Ita *Nauar. sum. c.12. nu.36.* Hoc tamen intelligitur, quando omnibus illis religionis defectibus, ac seculi occasionibus spectatis, prudenter iudicaretur fore vt vouens melius seruiret Deo in seculo.

8 Hinc deducitur primò, si quispiam ratione alicuius particularis circumstantiæ ineptus esset ad consilia diuina exequenda, licitum esse in eo, & validum votum contra consilia. Vt si quispiam ea se indole præditũ, atque ita propriæ voluntatis, & iudicij affectatorem esse nosset, aut ita leuẽ, & inconstantẽ, vitijsve deditũ vt viri prudẽtes illi cõsultius esse iudicarent ne ad sacros ordines, aut religionẽ ascenderet; validũ esset votum non ascendẽdi ad hæc, tamdiuq; illo obligaretur quãdiu ineptitudo hæc duraret. Similiter si quis gratia ingẽtis parentum

aentum necessitatis subleuandæ eis necessarius esset, valide voueret se nõ fore religiosum duranti ea necessitate. Eadem ratione valeret votum abstinendi à ieiunio voluntario, quãdo excellentia charitatis opera impediret. Similiter irregularis vouens se ad sacros ordines non promouendum, teneretur voto, duranti irregularitate. Ratio eorum est, quia in his casibus non est votum contra consilia; imo saluberrimum consilium his est, seruare materiã illam voto promissam. Et ideo (vt dicemus n. 53.) valet votum ineundi matrimonij in homine illecebris carnis dedito. Quia attenta illius peculiari fragilitate salubrius fore iudicatur matrimoniũ iniri, quã in statu cœlibatus permanere. Et in hoc sensu intelligendus est *Sotus lib. 7. de iustit. q. 1. art. 3. dubio 2. circa 5. conclus. vers. Sed arguis*, vbi ait ineptum ad religionem peccare vouendo se illam non ingressurum. Quia si simpliciter impotens sit, vnum est votũ. Si vero quouis modo sperat fore vt sit potens, inique ait. Sed hoc intelligendum est, qñ ita promitteret, vt se obligaret etiam cessante illo impedimento ad non ingrediẽdum. Quia hoc esset contra consilium, ac proinde id votum esset illicitum & irritum. At obligare se propter id impedimentum ad non ingrediendum, est licitũ, & validum. Quia id votum intelligitur eo impedimento duranti, quo sublato cessat.

9 Secundo hinc deduci videtur, votum religionis, aut castitatis, aut nõ ineundi matrimonij, fore irrita in illis, quibus salubrius iudicatur fore vt matrimoniũ ob incontinentiam ineant. Et potest id persuadere. Quia votum ineũdi matrimonij est in his validum (ut dicemus nu. 53.) eo quod sit de meliori bono, respectu illius uouentis. Ergo prædicta uota huic contraria sunt de minori bono respectu uouentis, ac proinde irrita. Duæ enim res cõtradictoriæ nequeunt in eodẽ legitima uoti materia esse, & pro eodẽ tempore. Et ita uidetur supponere, *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 2. difficult. 4. col. penul. ver. ad confirmationem*. Et tenet expresse *Petrus de Ledesma 2. tomo summæ, tract. 10. capit. 2. dub. 5.* Addit tamen teneri hunc impetrare dispensationem. Quod non intelligo. Si enim uotum est irritum; non eget dispensatione: & si eget, nõ est irritũ. Et hinc rursus posset inferri, tria hæc uota emissa ab hoc ante eã incontinentiam, non obligare ea superueniente, sed huic tunc integrum fore absque dispensatione ulla matrimoniũ inire. Quia quando uouenti constat aliquid aliud sibi esse melius, quã materiã à se promissum, potest propria authoritate in id commutare. At huic cõstat salubrius fore illi matrimonium. Secundo, quia (ut diximus cap. 23. & 24.) quod ante emissum uotum efficit, ut res promissa sit inepta uoti materia, si eo emisso superueniat tollit uoti obligationem. Si ergo hæc ante omissa hæc uota contingentia, irritarent illa, tollẽt quoque eorum obligationem superuenientia.

10 Fateor argumenta hæc fortissima esse, & speculatiue persuadere intentum. At practice neutrum asserere auderem, sed dicendum est ualere ea uota emissa ab eã incontinentiã patienti: & à fortiori quando illis emissis hæc superuenit, non cessare eorum obligationem. Ducor, quia oppositum asserere uideo esse cõtra communem Ecclesiæ usum: quantumuis enim quis carnis illecebris uexetur, & incontinens sit, si uoto castitatis se deuinciat, aut antea deuinxerit, solet à Pontifice dispensationem impetrare, nec illi conceditur, nisi rigidissima commutationem iniuncta. Nec credo uirũ aliquem doctum & pium ausum fuisse hunc ea obligatione eximere. Quare cõtrariis argumentis respondẽdum censeo cum *Valentia allegato in nu. præcedenti* uouentem hæc uoto posse bifariam considerari. Priori modo, ut est singularis persona, periude ac si ipse solus, uel cum aliis paucis esset in mundo. Posteriori modo. ut pars est, & membrum communitatis Ecclesiæ; atque adeo ut bonum, uel malũ Ecclesiæ, est bonum, uel malum ipsius. Quamuis ergo huic, ut singulari personæ sit melius, iis uotis minime seruatis ad nuptias trãsire. At ipsimet, ut parti communitatis Ecclesiæ, atq; adeo omnibus cõsideratis melius est, gratiusque Deo, ut quamdiu superior cum eo non dispensat, censeatur iis uotis astrictus. Quippe plurima mala, & scãdala in Ecclesiæ communitate futura essent, quæ proinde in quemlibet tanquã Ecclesiæ partem redundarent, si unusquisque suo iudicio posset ob incontinentiã his uotis neglectis ad matrimonium trãsire. Quippe deprauata cupiditas plurimos falleret, falso existimantes se continere non posse. Atque ita plurima merita, & egregia opera Ecclesiæque utilissima impedirentur. Atque ob horũ uotorũ maximam dignitatem, ut irrita censeatur, eorumve obligatio cesset, oportet præstantius esse uouenti contrarium, non tantum ut singulari personæ, sed ut parti communitatis. Et in his uotis est uerum, quod ait *Maior in 4. d. 38. q. 1. col 2.* nempe, non oportere materiam uoti esse uouenti meliorem, sed sat esset, ut in se melior. Atque aptum huius simile est, quod attuli libr. 9. de matrim. disput. 17. nu. 15. ubi late probaui uoluntariam seminis effusionem nulla unquam causa honestari posse, eo quod ex ea honestata obliquam causam bono alicuius priuati utili, ualde ingentia toti communitati damna sequerentur, aperitur enim ostium incontinentiæ, procliuitateque ad illam homines obcæcati, facile existimarent adesse causam seminis licite effundendi.

11 At fatendum est, præcedenti aliquo fortiori uinculo uota hæc nõ omnino obligare. Vt si quis fide matrimonii data uirginem defloraret, aut mulierum bonæ famæ cognosceret, si postea se uoto castitatis; aut religionis deuinceret, uota hæc nõ vsquequaq; obligarent, sed his non obstantibus teneretur inire, ac consummare matrimonium. Quamuis teneretur mortua uxore, aut iusta diuortii causa existenti, ad religionem trãsire. Insuper si fuerat uotum castitatis, teneretur illud ex parte sua seruare, nempe non petendo debitum, & abstinendo à quocumque alio concubitu, & nõ reddẽdo, quãdocunque iusta diuortii perpetui causa fuerit. Ratio autem est, quia uotum superueniens nequit priorẽ iustitiæ obligationẽ extinguere. Nec matrimonio inito & nondũ consummato, licitus est in hoc casu transitus ad religionem. Quæ probaui lib. 1. de matrimonio, disputatione 44 per totam, iuncto lib. 8. disput. 36. à n. 8. usque in finem.

12 Immo, si hæc uota præcederent, liceret absque dispensatione aliqua in prædicto casu, manenti obligatione eorum modo explicato in n. præcedenti, ad nuptias transire, quando femina illa horum uotorum ignara erat, & magnam famæ iacturã pateretur matrimonio non secuti. Vt contra alios probaui libro 1. de matrim. disp. 45. à nu. 3.

13 Quando autem sola sponsalia præcessissent, satis probabile est, posse uotum castitatis, aut ordinis sacri suscipiendi emitti; per illudque dirimi sponsalia; quamuis probabilius sit oppositum. Vt late disputaui libro 1. de matrim. disp. 46. & 47.

14 Tertio deducitur, quamuis uotum, uel iuramentum ponendi sit irritum; quia uouere est consilii Euangelici, atque religionis actus. Si tamen ad uouendi facilitatem, & scrupulos, aut alia peccata inde consurgentia cauenda, quispiam uoueret se nunquam uoturum, nisi scripto, aut coram aliquibus personis, aut absque confessoris consilio, uel aliis circumstantiis, ualeret uotum. Quia facile, & imprudenter uouere non est consilii, & melius est sic prudenter se uoto obligare. Et ita docent, *Ricardus 4. d. 38. art. 2. q. 3. Angelus verbo Votum 3. num. 4. Syluest. verbo Votum 2. qu. 7. Sotus libr. 7. de iustit. qu. 1. art. 3. dubio 2. circa 5. conclusionem, vers. Ex his fit. Aragon 2. 2. q. 88. art. 2. dubio 2. circa 5. conclusionem, in prima conclusione. Azor l. 11. instit. moral. cap. 14. q. 6. Manuel 2. tomo summa cap. 94. num. 13. Petrus de Ledesma 2. tom. summæ, tract. 10. cap. 2. dubio 5.*

Quod

15 Quod si huius voti memor hic aliud votum non seruans prædictis circumstantiis emittat, fatentur omnes prædicti authores votum fore validum: peccare tamen hunc tanquam prioris von liciti transgressorem. Quia votū prius non aufert potestatē se eo non seruato obligandi validè. Potest enim materia posterioris voti esse licita, & honesta, nec vitio fractionis posterioris voti contaminatur. At que id peccatum esse lethale affirmāt *Angelus, & Syl. in præcedenti allegati.* At reliqui non explicant quale peccatum sit, sed *Aragon* dixit esse graue peccatum. Sed dicendum est, non semper esse mortale, sed quando maximè expediret saluti vouentis non vouere absque illis circumstantijs. Quia in alio casu censetur materia leuis, ac proinde transgressio venialis.

16 Quare non assentior aliquibus neotericis dicentibus hoc posterius votū absque illis circumstantijs emissum fore irritum, quando ob vehemētes scrupulos consultius esset illi non vouere absque prædictis circūstantijs, quam vouere. Quia tunc votum est de minori bono. Sed si hęc ratio esset alicuius momenti, probaret omne votum absq; matura deliberatione emissum esse irritum. Quia cum sic vouens peccat, melius est illi nō vouere, quam ita vouere, præterea, quia votum ob finem mortalem non est promissæ, sed solius voti, valet. (Vt diximus c.6.n.13) Cum tamen melius esset non vouere. Quippe sic vouere est culpa mortalis. Quare (vt dixi mus c.1.nu. 1) satis est valori voti, vt materiæ ipsius sit melius bonū; & si ratione modi vouenti melius sit non vouere, quam sic vouere.

17 Maior aūt difficultas est, quando ille immemor prio ri voti, posterius hoc emisit absque prædictis circumstantijs. In quo hoc euentu non videntur loqui Doctores, n.14. alle gati. Nam dicunt hunc esse voti transgressorē, & ita peccare. Non peccaret autem, si immemor eius esset, Soli a ūt *Manuel, & Petrus de Ledesma ibi allegati* loquuntur in hoc casu. Et *Man.* dicit id posterius uotū non ualere. Quia si prioris memor esset, id non emitteret. At hæc ratio tm̄ probat fore, ut tunc non esset uoluntarium uotū. At postq̄ libere est emissum uoluntariū est. Nec .n. id omne, cuius memoria, & cōsideratio à uouendo retraheret, efficit uotum inuoluntarium esse. (Vt diximus c.1 à n.10.) Quare melius *Petrus de Led.* ait posterius uotum emissum cū prioris obliuione, in eo solo euentu non ualere, qū uouens in priori eam expressam intentionē habuisset, nullo alio uoto se obligandi in posterū, nisi illis circumstātijs adhibitis; ita vt velit, vt nullatenus valeat votū à se aliter emissum. Dū eī ea uoluntas non retractatur, siue in generali, siue in particulari, explicando se uelle, vt votū valeat, non obstanti quacūque priori intentione, vel faciendo id votum ex animo cum prioris memoria, posterius votum absque illis circumstantijs emissum non valebit. Quatus enim votum iure naturali obliget, at id est dependenter à vouentis voluntate. Sicut posterius testamentum non valet contra prius habens clausulā specialem, vt per nullum aliud cēseatur ablatum nisi in posteriori apponatur aliqua specialis clausula, nō ualet (inquam) nisi in speciali, et generali derogatur illi clausulæ. Et sicut si princeps explicet non esset mentem suam obligare per legem, nisi tale uerbum addiderit, lex postea generaliter edita absque illis uerbis non obligabit.

18 Quartò deducitur, uota & iuramenta nō mutādi, aut non fideiubendi esse irrita. Quod sit cōtra misericordiā Ita, *Abb. Se vero, nu.9. de iureiur. Ang. verbo Iurām. 5.n 4. Syl. verb. Iuramentum 4.q. 19. Caiet summ. verb. Votum c.2. Sotus lib.7. de iust.q.1 art.2. dub.2. circa 4. col. Nauar. summ.c.12.n.16. Couar. de pactis 1.p.§.5. num. 7. Guttier. alios referens de iuram.1.p. cap.72. num. 5.6.7. Barbosa l. Alia 15.§. Eleganter, num.28. ff. solut. matr. Azor lib.11. inst. moral.c. 5.q.1. Aragon 2.2.q.98. art.2. dub.2. circa 5. conclus. Man.2.to. summ.c.94.nu.13. Petrus de Ledesma 2.to. sum. tract.10.c.2. dub. 5.* At ualeret uotum, uel iuramentū non omnib. indiscriminatim mutuandi, aut fi-

omnibus fideiubendi; sed cum debita consideratione, & examine, ut id expediat. & periculo soluēdi aut non recuperandi se mutuans, aut fideiubens exponat. Quia hoc attendere est salubre consilium, ad plurima prodi galitatis, paupertatis, litium, inimicitiarū dāna uitanda. Ita docēt, *Sotus, Aragon, Man. Petrus de Ledes. ibid.* Similiter ualerēt, quando emitterentur gratia uitandæ alicuius peccatorum occasionis inde cōsurgentis. Quia tunc est consilium optimum non mutuare, aut non fideiubere; & aliquādo erit sub præcepto. Ita, *Nau. sum. c.12. n.36.* Tandem id iuramētum præstitum homini, in cuius utilitatem redundaret, hunc non mutuare, aut non fideiubere, ualeret utique. Quia ad ualorem iuramenti homini præstiti satis est id posse absque peccato impleri. (Vt diximus lib. præcedenti cap. 9. num. 9.) At hoc est huiusmodi. Et in hoc triplici casu uera est sententia *Oldrad, & Hyppolyt,* qui (ut refert *Cou. proxime allegatus*) dicunt iuramentum non mutuandi, aut non fideiubendi ualere.

19 Similiter ualeret, si clericus iuraret, aut uoueret se non fideiussurum. Quia ipsi est interdictum fideiubere *c. 1. de fideius. & c. Te quidem. 11. q. 1.* Ita *Gut ier. de iuram. 1.p. c.71. n.5.* Sed hoc intelligo in casu, in quo est illi fideiussio interdicta. Nec enim semper interdicitur. Vt potest uideri *in Glossa super vtrunque caput et in Turrec. eo. cap. Te quidem, & Ang. verb. Fide ussor, num. 1. & ibi Sylu. q.5. Armilla, num. 3.* Sed quando fideiussio est pro laico, & extra necessitatis articulum; quem explicat *Turrecrem.* contingere, quando non est alius, qui possit, & uelit esse fideiussor, & laicus ualde indiget. Fatentur tū omnes hi authores ualidam fore fideiussionem clerici pro laico extra casum necessitatis, & si clericus peccet. Quare si clericus generaliter uoueret; aut iuraret se nō fideiussurum, non ualeret iuramentum. Quia id generaliter præstitum est contra consilium; ualeret tamen, quando iuraret se non futurum laici fideiussorem. Nec tunc in ijs generalibus uerbis clauditur casus necessitatis. Sicut iuramentum non fideiubendi in laico generaliter emissum est irritum; ualet tamen, quando est iuramentum non fideiubendi indiscriminatim.

20 Quintò deducitur, quid dicendum sit de iuramentis, uel uotis, non petendę dispensationis, aut relaxationis, caue non petendi. Quidam censent hæc ita generaliter emissa ualere; at non obligare in uniuersum, sed quando utilis est animæ uouentis non petere dispensationem secus quando utilius est petere, eo quod transgressionis periculum timeatur. Ita docent, *K card.4 d st.38. art.9.q.3. D. Anton.2 p tit.11.c.1.§.9 §. Aug verbo Votum, n.10. Syl. verbo Votum 4 q 14* Idem uidetur tenere, *Ang. s floribus 4.p.q. vnica de voto ar.8. d §fic.8. AlcoZer l. de ludo c.1 2.§. Man.1.to. sum, c.94 n 1.* ubi aiunt posse peti dispensationem non obstanti hoc uoto, quando est necessarium eam petere. Et limitat *Angelus ibi,* nisi intentio uouentis fuerit ut si uotum non obligat, in omni casu, in nullo obliget. Et pōt probari Quia quoties uotum est de re, quæ potest habere bonam, & malum euentum, est ualidum, & obligat casu, quo nō habet malum euentum; nisi expressa uouentis intentio fuerit, ita ad utrumque se obligare, ut in utroque, aut in neutro obligetur. (Vt diximus c.6 nu.1 :.) At huiusmodi est hoc votum. Ergo obligabat in casu, in quo est saluti vouentis vtilius, non autem in alio. Preterea, quia voti dispensationem non petere est res grata Deo, & ex suo genere optima. Quippe est velle rigidius rem Deo debitam exequi, nullo dispensationis medio procurato. Ergo est legitima voti materia.

21 At probabilius existimo non valere id votum, vel iuramentum Deo præstitum; & proinde in nullo euentu obligare, quare si postea petatur voti dispensatio sine iusta causa, non peccabitur contra votum non petendę dispensationis, vtpote quod fuerat irritum. sed aliunde erit culpa, eo quod illa dispensatio est irrita. Hanc

sententiam tenent aliqui doctissimi neoterici; & videtur expresse, *Soto li. 8. de iust. q. 1. ar. 9. col. penultima, vers. Est autem hic apprime*, vbi ait quantumcunque quis iuret non petiturum se dispensationem, nec illa vsurū, posse vbi causa id poposcerit, id patefacere prælato, & dispēsatione vti. Quia (inquit) hæc iuramēta fatua, & fictilia sunt. Vbi & si exigat iustam causam ad petendam dispēsationem, eam non poscit ob votū illius non petendæ, sed quia nulla voti dispensatio potest absque causa iusta peti, aut valere. Nam si censeret ea vota obligare, absque iusta causa non petere dispensationem, non diceret ea eē fatua, & fictilia; vtpote quæ in eo euētu obligarent. Ducor, quia vota generaliter emissa, quæ in quibusdam casibus apta sunt ad obligationem inducendā, & vtilia sunt, in alijs autem sunt inepta, & inutilia, minime obligant, nisi quando vel ex iure, vel ex communi hominum intellectu habēt tacitam conditionem, vt ad solos casus vtiles extendantur; qualē habet inclusam votum obediendi in omnibus superiori. Et ratio est, quia alia vota per modum vnius emittuntur, ac æque cōprehendunt casus vtiles, & inutiles. Qua ratione, nu. 18. diximus votum non mutuandi, & non fideiubendi generaliter emissum esse irritum; quamuis (vt ibi diximus) sint casus, in quibus non mutuare, & non fideiubere sint consilij. Et eadem ratione probauimus c. 5. n. 10. votum numquam peccandi non obligare etiam ad vitanda peccata possibilia.

22 Idem censeo de voto, vel iuramento nūquam petendæ irritationis. Quia similiter potest esse expediens saluti vouentis eam aliquando petere. Atque ita votum illud ex sua generalitate cōprehendit casum vtilem, & inutilem. Quod si dicas nunq̄ fore inutile irritationem non petere; quia dispensatione, aut commutatione potest vouens sibi consulere. Respondeo hoc non obstare quia cum dispensatio ad sui valorem causam iustam exigat; non ita securum medium est conscietiæ vouentis: nec ita facile, ac irritatio. Et proinde consultius est, quandoque irritatione sibi consulere; vt pacatior conscientia vouentis maneat. Similiter, nec commutatio est medium ita securum; quia debet esse inæquale, at subinde manebit vouens ligatus alio æquali nexu.

23 Idem est de voto nunquam petendæ dispensationis aliorum præceptorum. Quia militat eadem ratio: sæpe enim eam peti expediet.

24 Valeret autem votum non petendæ dispensationis, aut irritationis, absq; legitima causa. Quia in omni euentu consilium est, & gratum Deo, velle vouentem ita se ad aliquod diuinum obsequium astringere, vt ea obligatione liberari absque legitima causa nequeat. Et ita fatentur omnes Doctores, nu. 20. allegati, & nemo dubitat.

25 Similiter valeret votum non petendæ dispensationis aut irritationis, ex quacūque legitima causa occurrenti, sed tantum, quando vtilius esset saluti vouentis hæc petere. Quia sunt multa iustam tollendi hæc vincula causam præbentia, in quibus euentibus non censetur vtilius animæ vouentis hęc petere. Vt quando metu leui, aut inconsiderate votū emissum est, est iusta dispensandi causa: at non existenti transgressionis periculo, nec alterius damni, nō est vtilius saluti spirituali vouentis impetrare dispensationē: ac proinde erit maius Dei obsequium, & voti materia, velle vouentem manere in ijs casibus voto ligatum. Tunc autem erit vtilius animæ vouentis hęc impetrare, quando est probabile trāsgressionis periculum, Vt docent *Ricardus, D. Ant. Angelus, Syl. allegati, n. 20.* Similiter esset vtilius hęc petere, quando esset dubium, an res promissa, in hoc, vel in illo euentu sit inutilis, aut impediens maius bonū. Quia tunc vir prudens cōsuleret melius esse hæc petere; quo vouens periculo offerendæ Deo rei inutilis; aut minus bonæ liberaretur.

26 Si tamen contra id votum peteretur absque legitima causa, ea voti irritatio, valeret, quamuis petēs peccaret. Quia votum hoc nequit potestatem irritandi superiori competentem coarctare. Nec peccaret superior irritando; vt pote qui iure suo vtitur; nec inferior postea vtendo illa. Quia votum fuit tantum non petendæ irritationis: quod sola petitione violatum est; vsus autem non aduersatur illi voto. Si autem esset votum, nec irritationis petendæ, nec illa obtenta vtendi, siue petenti ipso vouenti, siue non petenti: non liceret ea concessa vti. At ea vtens non peccaret contra prius votum, vt pote quod per irritationem cassatum est. Sed peccaret contra votum non vtendi irritatione illa. Consulto autem loquuntur sum de irritatione, subticens dispensationem, Quia dispensatio impetrata absque iusta causa nunquā valeat, & si id votum illius non impetrandæ non esset. At posset ea doctrina locorum habere in dispensatione, quando votum esset non impetrandæ dispensationis ex quauis causa legitima, modo explicato in numero præcedenti; tunc enim valeret impetrata, ex quauis causa legitima; & quamuis in impetratione peccaretur, non tamen in vsu, nisi votum quoque esset non vtendi; tunc enim vsu peccaretur, non cōtra prius votum per illam dispensationem deletum, sed contra votum non vtendi.

27 Quod si esset votum non petendæ commutationis, & generaliter emissum esset, censerem eodem modo non valere; sicut nec votum non petendæ dispensationis; immo à fortiori. Quia si vinculum voti solui oporteat; maius Dei obsequium est, vt per commutationem soluatur, qua non extinguitur votum, sed in aliam materiam commutatur, quam per dispensationem omnino vinculum extinguentem. Si autem sit votum non petendæ commutationis absque iusta causa. *Angles, n. 20. relatus* ait tunc non posse peti absque iusta causa commutationem in æquale, bene tamē in melius. At credo posse tūc illum propria authoritate commutare in euidenter æquale, nedum petere commutationem. Quia cum id sit euidenter æquale Dei obsequium, nil ad Dei cultū refert, siue hoc, siue illud præstetur. At obligabit votum ad non petendā commutationem absque iusta causa, authoritate superioris, aut virtute alicuius priuilegij facta in rem, quæ non est euidenter æqualis. Quia in hoc euentu præstantius Dei obsequiū est, ut non occurrēte cā iusta, materia pmissa executioni mandetur.

28 In dubio aūt, an sit iusta petendæ dispensationis, irritationis, aut cōmutationis causa, & an sit utilius saluti uouentis hæc petere, crederem ligatum uoto nō petendi absque causa iusta, minime posse petere. Quia in hoc dubio stat possessio pro uoto.

29 At in omnib. his casibus in quibus obligat uotum uel iusm non petendæ dispensationis, irritationis, commutationis uoti, aut iuramenti Deo præstiti, aut cuiusuis præcepti, aut illis impetratis non utendi; potest prius huius uoti, uel iuramēti dispensatio, irritatio, aut commutatio impetrari, & tunc manebit prius principale uotum, uel iuramentum his subiectum, ac si hoc posterius emissum non esset; & ita omnis scrupulus cessabit. (Vt dicemus, n. 33. in quodam simili.) Et ratio est, quia hic nullo uoto, aut iuramento se obligauerat ad nō petenda hæc circa uotum, uel iuramētum, quibus ad hæc non petenda se astrinxerat. Quod si ēt uouisset, uel iurasset, nec huius se petiturum, potest petere huius ultimi, & ita in infinitum; & deinceps reliquorum.

30 Sed nequit peti simul utriusque uoti, uel iuramenti dispensatio, irritatio, aut commutatio. Quia cū petitio iis tempore nondum sit impetrata posterioris, uiolabitur hoc posterius illa non petendi. At posset ita peti à prelato. Dispēsa in hoc posteriori uoto, uel id irritū, aut cōmuta, & deinde hæc fac circa prius. Quia est petere sub conditione, nempe, si prius abstuleris posterius uotum, & sic non petitur stante huius uoti obligatione, sed tempore, quo iam posterioris obligatio cessauit. Sicut uolens aliquam in uxorem ducere, potest ab illa corpus petere, non tunc tradendum, sed matrimonio

ifonio iam inito. Vel etiam potest proponi vtrumque votum superiori, petendo vt ipse debito ordine hæc faciat. Et à fortiori posset simul alicui committi, vt hæc vtriusque vinculi à superiori impetret, petens prius circa posterius votum, uel iuramentum, & deinde circa prius; immo vt simul petat eodem modo, quo declarauimus posse ipsummet petere. Quia nil refert, siue per se siue per aliam petat.

31 Quod si petas, an casu quo votum vel iuramentum hoc obligat, qui iurauit vel vouit se non petiturum aliquem modum solutionis ex istis, possit petere aliũ. Vt qui iurauit se non petiturum dispensationem, possit petere irritationem; & sic de alijs. Ita distinguerem, si iurauit, vel vouit se non petiturum commutationem, credo ei non integrum esse petere dispensationem, aut irritationem; nisi ex peculiari vouentis fine colligeretur aperte intentionis eius fuisse ad solam commutationem non petendam se astringere. Ducor, quia inter dicta commutatione, quæ vinculũ voti non extinguit, sed in aliud cõmutat; censentur à fortiori irritatio, & dispẽsatio vinculũ voti prorsus abolentia interdici. E contra tamẽ si vel vouit se nouũ petiturũ irritationem, vel dispensationem, posset petere puram commutationem; id est, nulli dispensationi admistam. Quia si hæc admisceretur, iam contraueniretur voto, quia in parte illius voti dispensaretur; nisi de peculiari vouẽtis intentione contrarium cõstaret. Quia cum commutatio sit multo minor, vtpote quæ vinculum voti non tollit, sed in aliam materiam mutat, non censetur prohibita interdictis irritatione, & dispensatione, quæ maiora sũt, & voti vinculum prorsus abolent. Constaret autem de contraria intentione, quando vouens peculiari affectu materiæ promisse id voueret. Quia tunc cum per commutationem materia illa promissa tollatur, & in aliam mutetur, comprederetur quoque sub illo voto non petere commutationem. Et adhuc posset peti in melius, aut euidenter æquale. (Vt nu. 27. diximus.) Si votũ, vel iuramentum sit de non petenda irritatione, crederem huic non licere petere dispensationem, neque è cõtra, si votum sit de non petenda dispensatione, liceret petere irritationem; nisi in vtroque casu cõstaret vouẽtis intentionem restrictam fuisse ad illum peculiarem solutionis voti modum. Ratio est, quia vouẽtis intentio est obligare se ad conseruandum illud votum, & se eo non eximendum. Nil ergo refert, siue dispẽsatione, siue irritatione eximatur; cum vtroq; modo penitus extinguatur. Sed dices, longe diuersum esse; quia dispensatio causa indiget, non autem irritatio. Sed hoc non obstat, quia votũ fuit de his non petendis absque legitima causa; generaliter enim præstita non valeret (Vt diximus n. 21. & 22.) Atque proinde in hoc casu eadem est ratio de dispensatione, & irritatione.

32 Tandem monuerim hucusq; in hoc corrollario dicta locum habere in iuramento præstito Deo. Nam iuramentum non petendæ relaxationis iuramenti homini præstitum, ab eoque acceptatum valet. Quod constat ex communi contractuum vsu, solet enim cum adijcitur contractibus iuramẽtum adijci quoque iuramentum non petendi relaxationem illius. Et ratio est quia (vt diximus lib. præced. c. 9. n. 9.) iuramentum homini præstitum ad sui obligationem solum petit, vt absque culpa seruari possit; etsi contrarium salubrius esset iuranti. At hoc iuramentum potest absque peccato seruari. Et ita docent omnes authores num. sequenti allegandi.

33 Quando tamen principalis illius iuramenti relaxatio cõcedi ab Episcopo potest ratione metus, doli, aut iniuriæ, si idem metus, dolus, aut iniuria adsint in iuramento non petendæ relaxationis, potest quoque ab eodem impetrari relaxatio huius iuramẽti, & deinde prioris. Quia eadem est vtriusque ratio. Ita *Glossa finalis c. Ad audientiam, de his quæ vi. Felinus c. Debitores num. 9. de iureiurand. Baldus quem refert & sequitur Molina lib. 2. de prim gen. c. 3. nu. 25. Padilla lib. 2. nu. 32. C de rescind. vend. Matienço lib. 5. recopilat. t. 11. lib. 1. glossa 8. nu. 51. Paz. practic. 1. in 2. to. prælud. 2. nu. 38. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 83. nu. 46.* Consulto autem dixi, si metus, dolus, vel iniuria adsint in posteriori iuramento. Quia si posterius omnino libere, & absq. aliqua iniuria emissum esset, nulla esset causa relaxationis huius posterioris iuramenti; & sic non posset impetrari. Quia causa relaxationis prioris nõ afficit posterius.

34 Sexto deducitur, quid dicendum sit de uoto, uel iuramento nõ petendæ dispensationis, uel relaxationis, ab alio, quã à Romano Pontifice. Quippe solent sæpe ludentes dolore iacturæ in ludo factæ commoti, uouere, aut iurare se amplius non lusuros, & si fregerint, ut absolui à nullo queant præter Pontificem, uel ut nullus alius eius iuramenti relaxationem concedere ualeat. Atque põt uotum hoc, uel iuramentum diuersimodẽ emitti. Primo modo, sub hac forma, ut nullus possit illum à transgressione absoluere, uel in quocunq; euentu iurm id relaxare, dempto Pontifice. Et in hoc casu iurm, uel uotum intellectum ut iacet, est nullius momenti. Dixi sic intellectum, quia si mens fuerit obligare se ad eundum Romam, dicemus statim. Ratio est, quod huic non sit integrum, facultatem absoluendi à peccato, uel relaxandi iuri, dispensandive in ueto, alijs concessam restringere, illam soli Pontifici reseruando. Atque idem vr si diceret, Vt nullus me absoluat, nullusve mecum dispenset præter Papam. Quia reuera idem est sensus uerborum negandi facultatem inferioribus. Secundo modo potest emitti sub hac forma. Voueo, uel iuro me aditurum Romam gratia obtinendæ absolutionis à Põtifice ab huius iurs, uel uoti transgressione; aut casu quo relaxationem, aut dispensationem illius uelim, me aditurum Romam ad ea petenda. Et tunc potest esse duplex huius intentio. Prior est, ut quasi duplici uoto se astringat; alterum est adeundi Romam; alterum uero obtinendæ absolutionis à peccato, aut dispensationis à solo Põtifice. Posterior est ut vnicum sit votum eundi Romã, non sistendo ibi, sed tantum gratia obtinendæ absolutionis, aut dispẽsationis à Pontifice. Et quęuis ex his sit intentio nullum inuenio discrimen quoad voti valorem; maximũ autem quo ad eius dispensationẽ, & obligationem. Ducor ad priorem partem. Quia nil mali cõtinet id votum cum quauis illarum intentione. Non enim aufertur inferioribus potestas absoluendi, aut relaxandi; sed tantum, quo vouens arceatur à peccato trãsgressionis, vel ne facile dispensationem inueniens, eã procurando liberetur voti nexu eam sibi obligationem imponit, vt Põtificem teneatur adire ad ea impetranda. Quod iustum est, vtpote facilem peccandi occasionem vitat. Hac enim ratione redditur iusta casuũ reseruatio, vt difficilioris retrahãtur homines à peccato illo reseruato. Et quamuis hic nequeat reseruare restringendo aliorũ facultatem post tñ ea minime restricta obligare se ad Pontificem adeundum, vt ea impetret. Sicut valeret votum subditi, qui causa alicuius peccati cauendi voueret se quotiescunq; illud admiserit, fassurũ superiori. Quoad dispensationem tamẽ & illius obligationem, est latum discrimen. Nam qñ prior esset intentio præcisa esset obligatio Romam adeundi in pœnam fractionis iuramenti, vel voti: & super petendi absolutionem peccati à Pontifice, vel dispensationem voti, aut iuramenti, si eam petere velit; ac proinde erit obligatio Romã adeundi, etsi Põtifex abesset; & insuper obtinendæ ab eo dictæ absolutionis, aut dispensationis, vbicumq; sit; nisi dependenter ex eo, quod Romæ esse id secundũ iuramentum emitteretur, Quia fuit duplex votum, aut iuramentum. At qñ est posterior intentio, haberet se materialiter aditus Romæ, vt illic est Pontificis sedes. Quare si alibi esset non teneretur vouens illuc adire, nec adeundo satisfaceret. Quippe votũ re vera, & formaliter fuit obtinendæ absolutionis, aut dispensationis à

Pontifice,

Pontifice, vbicunq; sit. Quoad dispensationem etiam est discrimen. Quia quando prior esset intentio, nō est certa facultas Episcopi ad dispensandum in hoc uoto, uel iuramēto;cū sit peregrinationis Romanæ. Quamuis probabilis sit posse. Quia est votum illius in pœnam transgreſſionis uoti, uel iuramenti, uel conditionale, nempe, si ille uoluerit obtinere dispensationem. In quibus casibus dicemus suo loco posse Episcopum dispensare in his uotis reseruatis. Quando uero est posterior intentio, est certa facultas Episcopi ad dispensandum. Nam non est uotum peregrinandi Romam formaliter sed in locum ubi fuerit Pontifex. Quod si uouens, uel iurans promiserit se aditurum Romam, & ut nullus præter Pontificem possit illum absoluere à trangresſione; ualebit uotum quoad priorem partem licitam, & possibilem; non autem quoad posteriorem nonenti impossibilem nisi intentio fuerit obligare se ad utrumque per modum unius, ita ut nel utrumque, uel neutrum obliget. Sed si dubia sit intentio, spectanda sunt uerba, & illorum proprietate, & communi intellectu, standum est (Vt probaui l. 1. de matrimon disputatione 18. nu. 8.) Et ceteris omnino paribus existentibus, in fauorem ualoris iudicandum est. Vt probaui mus hoc lib. 4. summæ cap. 2. fine.

35 Quamuis autem intentio uouentis, uel iurantis esset, obligare se ad Pontificem adeundum gratia absolutionis peccati obtinendæ, uel relaxationis, dispensationisve petendæ; ualeret utiq; dispensatio obtenta ab inferiori, etsi peccaret obtinendo. Quia illi non est ablata dispensandi facultas. Et ita optime *Azor lib. 11. instit. moral. c. 19. q. 15.* dixit uotum non petendæ dispensationis, nisi à Pontifice, minime ei reseruari. Atqui ea impetrata nō teneretur hic adire Romam. Quia cessauit finis, nēpe, vt ratione difficultatis impetrādi arceretur ab ea petenda. At si iuramentum esset non vtendi ea impetrata ab alio, quam à Pontifice, etsi prius uotum, vel iuramentum extinctum sit per illā dispensationem ab inferiori obtentam durabit hoc, cuius transgressor erit ea vtēdo. At nequit valide obtinere absolutionem a peccato transgreſſionis ab inferiori. Quia etsi per id votum non sit ablata potestas inferiori, & ideo ex hoc capite nō claudicet absolutio: claudicat tamen ex alio. Quia cum votum transgrediatur procurando absolutionem ab alio extra casum necessitatis, peccat mortaliter: & proinde ex hoc capite absolutio est nulla. At ualeret, si bona fide, aut ratione necessitatis excusaretur à peccato petendæ illius absolutionis. Et cùm tunc iam cessarit finis directe enim absoluit confessarius ab eo peccato, cessabit quoque obligatio voti adeundi Pontificem ad absolutionem obtinendam.

36 Tandem facile est remedium, quo hi scrupuli, & perplexitates vitentur. Idque erit, impetrare ab Episcopo, vel alio inferiori petenti ex priuilegio dispensare. aut commutare, dispensationem, aut commutationem huius posterioris voti, vel iuramenti: quæ non reseruari dixim 1s nu. trigesimoquarto. Et deinde poterit prioris iuramenti aut voti dispensatio, aut commutatio ab eisdem obtineri.

37 Vltimo deducitur, quid dicendum sit de voto non procurandi, aut non acceptandi Episcopatū. Quidam id valere negant. Quod impediat perfectiſſimū Ecclesiæ statum, illique vtiliſſimum. Ita *Glos. cap. vnico. verbo Sacrosanctis d. 85. Romanus singulari 507. Angelus verbo Iuramentum 5. nu. 3. Nauar. summa c. 12. nu. 16. Barbosa lib. Alia 15. § Eleg̃ inter. nu. 8. ff. solut. matr. Azor lib. 11. in institutionum moralium cap. 5. q 1. versic. Quares, an eo modo:* vbi idem dicit de voto non fungendi alio magistratu aut officio publico. At omnino dicendum est, id votum valere, & esse licitum, dummodo restricta sit intentio non acceptandi nec procurandi quantum est ex parte sua, seclusa obedientia illius prælati, qui ad acceptandum potest obligare. Et hoc intelligūt Doctores prædicti. Ratio est, quia non procurare, nec acceptare Episcopatum, quantum est ex parte sua, spectat ad humilitatem, qua se tanto munere indignum quisquam putat; ac honores, diuitiasq; refugit. Atqui videmus multos sanctos, vt D. August. D. Ambros. D. Gregoriū (vt ex eorum vita constat) totis viribus restitisse, ne Episcopi crearentur. Quod minime, efficerēt, nisi id humilitatis opus ... eo gratiſſimū esset. Ergo est materia voti. Insuper quia pſeſſi Societatis Iesu id votum emittunt, iuxta eorum constitutiones, quas varij Pontifices approbarunt. Item, quia illicitum est pcurare Episcopatum. (*Vt defendit D. Thomas communiter receptus 2. 2. q. 185. artic. 1.*) Ergo non procurare quantum est ex parte sua, & oblatum respuere, est licitum, ac materia votum, Atq; ita *D. Th. ea. q. 185. art. 2.* ait licitum esse secundum propriam voluntatem recusare Episcopatum, secus contra superioris præceptum. Nec obstat ratio contraria. *Abulensis* enim *statim allegandus* respōdet optime, etsi Episcopatus sit status perfectiſſimus, cum tamen supponere perfectionem in homine recipienti, & reddere illum minus aptum ad eam denuo acquirendam. Et ideo nemo debet se perfectum existimare vt recipiat, nec temere existimare fore, vt in eo perfectionem acquirat. Insuper id votum non impedit, immo iuuat perfectiſſimum Episcopatus statum. Qui ab illum procurantibus destruitur, & à nemine ita digne tractatur, ac à respuentibus illum; *teste D. Gregorio relato cap. Sicuti. 1. q. 6.* Et pro ac parte sunt *Hostiensis, summa, tit. de voto, nu. 4. Abulensis c. 30. Num. q. 57. Astensis, quem refert. ac sequitur Gutter. de iuramento. 1. p. c. 72. nu. 9.* vbi aiunt id votum licitū esse, excludendo casum necessitatis, vt in dubio exclusus censetur. Quod idem non obscure dixit *D. Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 2.* dicens si quis iurat se non acceptaturum Episcopatum in casu, in quo expedit accipere, esse iuramentum illicitum. Et in proprijs terminis docent *Sotus lib. 10. de iusti. q. 2. ar. 2. ad 3. Corduba summa q. 154. Manuel. 2. tom. summæ c. 9. nu. 5.*

38 Et si roges, quis sit prælatus potens, cogere ad acceptandum Episcopatum. *Valent. 2. 2. disp. 10. q. 3. punct. 3. col. 5. concl. 6.* ait optime nullum prelatum, etiam religionis posse ad id cogere, sed id esse solius Pontificis. Quod eius sit ad id cogere, qui potest Episcopos confirmare: per hoc enim potiſſimum Episcopi constituuntur. At hæc confirmatio est solius Pontificis. Item, quia prælatus religionis solū potest subditis præcipere, quæ pertinent ad regulas. At Episcopatus potius liberat sub ditum regulari obseruantia; & absurdum est, posse prælatum id subditō præcipere, per quod ab eius obedientia eximitur.

39 Sed si emiſſo hoc voto iuberetur vouens à Pontifice acceptare Episcopatum absque Ecclesiæ necessitate: *Hugo relatus ab Hostiensi sum. ti. De voto, nu. 4.* ait ipsi non audiendum. Sed merito contrarium docent *Hostiens. ibi, & Abulensis c. 30. Num. q. 58.* Quia in eo voto censetur exclusa authoritas Pontificis contrarium præcipientis. Et ideo nil contra votum fit, eo quomodocunque præcipientis.

SVMMARIVM.

An va-

An valeant hæc vota? Refertur quædam sententia, n.46.
Explicatur sententia Authoris, n.47.
Quid de his votis, promitto me non recitaturum calculos virgineos, nisi genibus flexis, vel nisi meditando mysteria, nu. 48. Vbi quid, si recitauero, recitabo attente. Si dedero eleemosynam, non dabo malo fine.
An prædicta vota liceat propria authoritate commutare in ingressum religionis inferioris, vel recitationem simplicem, nu.40.
Quid de hoc voto, promitto me nullam aliam religionem, ingressurum, sed hanc, n.50.
Post n.50 inuenies alia summaria.

40 Quæstio secunda. An opera bona, quasi cõtrariè opposita consilijs, quæ non continent descensum ad imperfectiorẽ statum eo, quem vouens habeat, sint legitima voti materia? Affirmant omnes, & specialiter *Valent. t.1. disp.6.q.6. puncto 1. col.8. concl.2.* Et ita valet votum deseruiẽdi in perpetuum xenodochio; votum ingrediandi laxiorem religionem, & in ea perseuerandi. Quare optime *Palud. 4.d.38 q.1.n.29. D. Ant. 2.p. tit.11. c.2. in princ notab.4. Sylu. verbo Votũ 1.q.4. fin. Tab. verb. Votum 1. in fin.* hanc regulam tradunt. Quando votum includit aliquod bonum, quod est sufficiens ipsius materia, quãuis illud perfectiora bona excludat, validum est. Atque eam rationẽ reddunt. Quia materia illa promissa, vt perseuerãtia in religione laxiori, est sufficiens voti materia respectu status imperfectioris, quem tunc vouẽs habebat, qui est esse in seculo, atque est res consilij. Præterea, quia (vt diximus c.1.n.1.) non oportet materiam voti esse quid optimũ, sed satis est contraria sua esse quid melius. At melius est ingredi religionẽ laxiorem, & in ea perseuerare, q̃ non ingredi; & melius est seruire perpetuo xenodochio, quam non seruire. Tandem, quia per hæc vota non præcluditur via ad statum perfectiorẽ. Nã relicto illo xenodochij seruitio, fas est huic ad religionem migrare; & ante, & post professionem in religione laxiori potest ad strictiorem transire.

41 Immo, etsi ex voti illius executione præcluderetur via ad perfectiorem statum, valeret adhuc votũ. Vt si quis Deo promitteret se in seruum venditurum, vt pretio captiuos pauperes redimeret, valeret votũ. Similiter valeret votum profitẽdi in religione laxiori, quamuis ex peculiari priuilegio Pontificis, vel ex statuto religionis strictioris, non esset ad illã transitus ex illa laxiori. Ratio est, quia materia illa promissa ad consilium Euangelicũ pertinet, nec ordinatur ad viam status perfectiori præcludẽdam, estque multo melior, quã sua contraria. Secundo, quia est diuersa ratio de voto status coniugalis assumendi. Nec.n. ob id solum non valet, quod via ad altiorem statum præcludat; sed quia ita præcludi, vt constituat vouentem in statu perfectiori, quam est ille, quem tũc vouens habebat; & ita spoliat aliquo bono magis Deo accepto, & cõtinet descensum à perfectiori cœlibatus statu ad imperfectiorem coniugij. Quod in votis prædictis non inuenimr. Item, quia vtilior est ad Dei cultum prædicta obligatio; etsi enim ingressus in religionem, aut in strictiorem, esset vtilior; at dum non ingreditur, vtilius est hunc esse obligatum ad ea bona imperfectiora. Quod certitudo horum bonorum incertitudini altioris boni præponderet.

42 Si tñ vouens eo rem promissam per hæc vota dirigeret, vt se ad perfectiorẽ religionis statũ, aut religionem strictiorem assumendã ineptũ redderet; vel vt hãc ineptitudinẽ à Deo impetraret irritũ esset votũ. Quia finis rei promissæ repugnat consilijs Euãgelicis; & sic malus est finis, & impiũ est velle id à Deo consequi. Secus aũt esset, si res ꝓmissa nõ ordinaret̃ ad id, nec votũ ad impetrandũ id à Deo; quãuis votũ ipsum ad eã ineptitudinẽ cõparandã ordinaretur. Quia malus finis hoc solo posteriori mõ intentus nõ irritat votũ. Vt dixi c.6.n.13.

43 Similiter si ita quispiã vellet se ad ea vota obligare, vt simul vellet manere obligatus ad non transeundum ad rem perfectiorẽ, valeret quidem votũ, quod illa bona, non tñ quoad negationem status perfectioris. Vt bene docent *Syl. & Tab. nu.40. alleg.* Quod intellige, nisi vouens vellet obligari ad hæc per modum vnius, & pendenter ab illius negationis obligatione. Tunc eñ cum negatio illa sit inepta voti materia, totum votum corruet. Vt latiùs c.10. dicemus; vbi & quid in dubio.

44 Ex his deducitur, quid dicendum sit de hoc voto, promitto me ingressurum hãc religionẽ, si qua ingrediar. Et præmittendum est, iuxta veriorem sñiam, quam late ꝓbaui lib.1. de matr. disp.19.n.1.5.8.10. cõtra alios, eundem esse sensum horum verborum, promitto me ingressurum hanc religionem, si quam ingrediar; vel nullam aliam ab hac, vel nisi hanc, vel q̃ hanc, vel præter hanc. Quippe oĩa hęc verba voti nullã ingrediendi religionẽ obligationem inducunt, sed liberum vouenti manet ingredi; sed solũ obligant ad ingrediendũ hanc sub conditione, nempe, si religionem ingredi velit ille.

45 Secundo præmitto, quãdo de speciali hæc vota emittentis intentione non constat, standum esse cõi verborum intellectu, in vtroq; foro. Vt probaui l.1. de matr. disp.18.n.8. & explicabo infra c.11.n.29.

46 Difficultas ergo eo pertinet, an votum sub dicta verborum forma emissus valeat, vbi non est alia specialis intentio vouẽtis, quam verba sonant. Quidã neoterici existimant id votum esse irritũ, nisi ob speciales rationes sola illa religio esset vouenti expediens. Ducuntur, quia etsi melius sit cõditionali ingressus religionis obligatione ligatum esse, q̃ ab omni obligatione liberum; id tamen tunc tm̃ est verum, qñ conditio illa nil valde conducẽs ad Dei obsequium impediret. At hæc impedit; multo eñ plus obsequio Dei obstet, q̃ prosit. Quia ex vna parte nullam obligationem absolutam inducit, sed conditionalẽ, ac ex cõditione omnino libera pendentẽ. Et ex alia parte impedit maximũ bonũ, ac proinde plus nocet. Quippe ille forte alias religiones ingrederetur, ab eoq; retrahitur ratione obligationis ingrediendi illã specialẽ, si forte aliq̃ ingredi velit. Qđ si dicas nõ retrahi, eo qđ põt propria authoritate cõmutare in ingressum altarum. (Vt dicemus, n.49. Non tollitur id impedimentũ. Quia cũ eo ipso, quod commutet maneat ligatus voto religionis, qui ad ingrediendũ liber erat, atq; ita semel ingressus poterat ad libitũ egredi, retardabitur vtique nolens sua se libertate priuare, vt vel sic illi liceat aliam religionem ingredi. Secundo, quia votum obligans disiunctiue ad aliquam duarum rerum, quarũ altera nõ est materia, est nullius momenti. At hoc est huiusmodi; obligat.n. ad non ingrediendum vllam aliam; alias enim nullũ esset peccatũ transgredi votum ingrediẽdo aliam; & insuper obligat sub conditione ad ingrediendum hanc. At prior pars non voti materia. Et hæc sententia probabilis est; ẽt quando illa sola religio censetatur illi expediens. Quia militãt eædem rationes; nam melius est aliam religionem ingredi, quam nullã. Et cæteræ sunt apta voti materia; ac proinde illarum negatio est inepta materia.

47 At verius existimo valere ea vota. Quod sustinent *Paludanus 4. dist.38.q.1.n.30 conclus.3. D. Antonius 2. par. tit.11.c.2. in principio, notabili 4. fine. Syluest verb. Votum 1.q.4. fin.* Ducor, quod ea vota sint conditionalia, nec ex principali intentione excludant reliqua bona sed principaliter includunt hoc bonum, quod est ingredi hanc religionem, etsi non pure, sed sub conditione. Et hinc soluitur secunda ratio, cui contraria sententia innititur. Quippe ea procedit, quando ex principali intentione vouetur illa negatio, quę est inepta voti materia; secus quando venit in consequentiam alicuius boni promissi, quod est sufficiens voti materia. (Vt diximus nu.40.) Nam votum se venundandi ad pauperes captiuos redimendos excludit consequenter ingressum religionis. Quia tamen id est in se bonum, & sufficiens voti materia, nec ex principali intentione eo tendit, ut excludat religionis alterius ingressum, ualet.

Quare

/

Quare fateor id votum non valere, quãdo non principaliter propter affectionem illius religionis sub conditiona promissæ, sed propter aliarum auersionem emittererur. Quia is vouens loquendo formaliter, tm̃ vult se obligare ad non ingrediendum religiones alias, atq; ita ex principali intentione, earũque auersione eas excludere vult; nec ex principali intẽtione vult etiã conditionaliter obligare se ad illam religionem. Quare sententia hæc procedit, quando amore huius religionis fit promissio hanc ingrediendi, si quam ille ingrediatur. Secundo probatur, quia materia huius voti cõditionalis præstantior est, quã sua contraria. Quippe melius est huic ligatum esse obligatione conditionali huius religionis, quam omni prorsus obligatione solutum esse. Qualis esset hoc voto non emisso, aut non obligãti. Et hinc soluitur prima ratio contrariæ sentẽtiæ. Quia hoc votũ ex se non impedit aliquod maius bonũ, sed eo tendit, vt bonũ hoc comparetur. Et (vt dicemus, n. 49.) pōt hic propria authoritate commutare in aliud bonũ interius. Quando autem cõditio hæc censeatur impleta; & qualiter tũc obliget hoc votum, dicemus c. 23. n. 41.

48 Atque idem prorsus dicendum est de his votis, Promitto me non recitaturum calculos virgineos, nisi genibus flexis, vel nisi meditando mysteria; vel quoties recitauero, eo modo recitaturũ. Vel promitto me non erogaturum eleemosynam centum aureis minorem: vel quoties erogauero, daturum centum aureos. Quia omnes huiusmodi vouendi formæ non obligãt ad recitandum, nec ad vllam eleemosynam; sed ad eũ modum seruandũ, si vouẽs recitare voluerit, aut eleemosynam largiri. Quare includunt negationem nõ recitandi aliter, ac non aliter dãdæ eleemosynæ. Quæ nõ sunt voti materia, & arcent ab alio recitandi modo, & minori eleemosyna, quæ in Dei obsequium cederẽt. Et ita iuxta suam relatam, n. 46. hæc vota non valent. At recenta nostra posita, nu. præc. valent. At in omni sententia valerent vota, qñ negatio inclusa excluderet id, qđ est inepta voti materia. Vt si quis promitteret se recitaturum attẽte, quoties recitare voluerit; aut quoties dederit eleemosynam, non daturum ob sinistrum finem; vt ob vanam gloriam. Quia negatio inclusa reijcit recitationem absq; attentione, & eleemosynam cum sinistro fine. Quæ cũ peccata sint, sunt inepta voti materia.

49. Id tamen in omni sententia fatendum est, nẽpe, etsi omnia hęc vota valida sint, licere huic vouẽti cõmutare propria authoritate omnia prædicta vota in partem minus bonã per ea exclusam. Vt qui promisit se ingressurum Carthusiã, si quã religionẽ ingrediatur, põt commutare in ingressum in inferiorem. Et qui promisit se recitaturũ calculos virgineos genibus flexis, aut meditando mysteria, si recitare voluerit, poterit cõmutare in simplicẽ recitationẽ absq; eo modo. Quia hæc obligatio absoluta est vtilior ad Dei honorem, q̃ illa conditionalis. Quod illa obligatione conditionali stante, potest vouens nil vtile ad Dei honorem facere. At obligatione hac absoluta tenetur ad aliquid vtile Dei honori. Non tamen posset hæc efficere absq; commutandi intentione, tenendo ea vota conditionalia valere. Quia si prior obligatio non commutatur, adhuc manet, & consequenter obligat; ac subinde peccatũ transgressionis est contrarium facere.

50 Tandem si votũ sit sub hac forma. Promitto me nullam aliam religionem ingressurum, sed hanc, nõ est similis formæ, ac vota, nu. 44. relata. Quia illa nullã obligationem absolutam continent, sed solã cõditionalem eligendæ illius partis, si aliqua eligẽda sit. At hæc forma includit affirmatiuã obligationem ingrediendi hãc, & negatiuã in alias omnes nõ ingrediendi. (Vt probaui l. 1. de matr. disp. 19. n. 2.) Quare dicendum est, quod dicimus, n. 43. de obligãte se ad seruiendũ in perpetuum xenodochio, & ad non ingrediendum religionem, sic distinguẽdo. Si religio illa sit ceteris strictior, obligabit votum quo ad vtramq; partem. Quia etsi alias religiones non ingredi, absolute sumptũ minime sit voti materia; At id ordinatum ad ingrediendum strictiorẽ religionem, & cum eius ingressus obligatione, est apta voti materia. Si autem religio illa non sit ceteris strictior, valebit quidem votum, quo ad affirmationẽ ingressus in hãc; & quo ad negationem alterius religionis laxioris, non tñ quo ad negationem strictioris; nisi vouens per modum vnius vtramq; obligationem assumere intendisset, nolens altera sine altera obligari: tunc enim cum sit inepta materia illa strictioris religionis negatio corruet totum votum. Vt diximus eo. n. 43.

SVMMARIVM.

An votum de matrimonio ineundo valeat in aliquibus casibus, n. 51.

Quid si firmo animo ingrediendi religionem ante consummationem fiat, n. 52. vbi & quid, sub hac conditione, nisi quid salubrius Deus disposuerit.

Quid, si huic ob carnis illecebras consultius esset matrimonium: vel quando hoc voto emisso hæc causa superuenit, n. 53.

Quid si matrimonium sit causa pia, ad subueniendum animæ, aut corpori feminę? n. 54.

An valeat hoc votum sub hac conditione, si quam duxero, n. 55.

Post nu. 55. inuenies cetera summaria quæ desiderantur.

51 Quæstio tertia. An uotum de ijs rebus ita oppositis diuino consilio, ut includant descensum ad statũ imperfectiorem, ualeat? Vt uotũ ineundi matrimonij. De qua quæstione latissime egi l. de matr. tota disp. 5. Atq; ita summatim referam ibi dicta, latius ibi videnda. Et quidem certum est, hoc uotum de se esse irritum, atque eam esse culpam id emittere, qualem diximus, n. 4. esse uota contra consilia. Quia continet descensum ad statum imperfectiorem, opponiturque perfectiori cęlibatus statui. At iuxta oẽs obligaret, casu quo matrimoniũ esset in præcepto. Vt si uouens cognouerat uirginẽ, uel mulierem bonæ famæ, data matrimonij fide. Item qñ ex eo matrimonio speraretur maxima totius reipublicæ utilitas: ut pax inter Principes Christianos, bellorumque sedatio, uel copiosa ad fidem conuersio. Vt ibi probauimus, n. 1.

52 At in triplici casu posset esse difficultas. Primus est, si quis matrimoniũ uoueat firmissimo animo ingrediendi religionem ante consummationẽ: aut utrinq; castitatis uoto emisso. Et in hoc casu defendi eadem disp. 3. nu. 2. contra Sotum, & alios, id uotum non ualere: nisi esset aliqua peculiaris ratio ob quam id matrimonium ad Dei honorem expediret. Et similiter ibi n. 3. contra eundem Sotũ defendi non ualere, etsi adiecta sit conditio, nisi quid salubrius de uouenti Deus disposuerit.

53 Secundus casus est. Quando id uotum quis emitteret in remediũ concupiscentiæ, eo quod se nimis fragilem experiretur, ac carnis tentationibus succumbentem. Et in hoc casu defendi ea. disp. 4. n. 7. contra alios ibi. n. 6. relatos, esse ualidum. Quod ultra Doctores ibi allegatos sustinent *Valentia 2. 2. disput. 6. q. 6. puncto 2. diffic. 4. Azor lib. 11 instit. moral. c. 14. q. 9. Toledo lib. 4. summæ c. 17. n. 18.* An uero ualeat, quando emissionis tempore is non patebatur eam incontinentiam, at post patitur: dicam c sequenti, n. 6.

54 Tertius casus est. Quando matrimonium est causa pia: ut si quis promittat se pauperem ducturum, causa eius inopiæ subleuandæ: uel puellam, ut eam corporis, uel animæ periculo liberet: uel ut ipsemet eius puellę nixa honesta ad gloriam æternam consequendam uehementius incitetur. In quo casu retuli ea. disp. 3. num. 1. aliquos tenentes id uotum obligare. Quod idem tenet *Azor n. præcedenti allegatus*. At contrariũ tenui ibi. nu. 12. & 13. dicens hũc ad nil obligari ratione illius uotis & ideo tanq̃ ab omni uoti obligatione liberum posse quamcunq; aliam ducere, & si uelit, matrimonio copulari

lat. Sed valeret id uotum, quando pressus carnis illecebris & uidens se non posse continere, promitteret hoc matrimonium. Tunc enim matrimonium esset apta uoti materia, & illud additum est opus pium. Et ultra rònes ibi allatas, potest probari extra hunc casum uotum esse irritum. Quia etsi salus spiritualis feminæ sit magni habeda, at matrimonium non est medium per se ordinatum ad eam, nec omnino sufficiens. Et ideo gratius est Deo, ut hic suam salutem securiorem reddat, amplectẽdo statum cœlibatus, aut religionis perfectiorem.

55 Si tamen noueret hic sub conditione, si aliquam ductu-rus sum, ducam pauperem, ut ei subueniam; uel me retricem, ut illam morte spirituali liberem, ualeret uotum. Quod probani ea. disp. 3. num. 12. Quod quidem uerissimum est, etsi sustineamus opinionem num. 46. relatam dicentem non ualere uotum ingrediendi religionem hanc, si quã intrem. Et ratio discriminis est, quia in uoto ingrediẽdi hanc religionem, si quam intrem, includitur nullam aliam religionem ingredi: q̃ est inepta uoti materia. At in uoto ducendi hanc pauperem, si quam duxero, negatio ducendi aliam in eo inclusa, est apta uoti materia: etsi hic carnis illecebras pateretur. Quia non negat sibi omne matrimoniũ: sed relinquit hoc sibi, quod concupiscentiæ remedium sit.

SVMMARIVM.

An valeat votum, quando finis est contra consilia, vt ad obtinendum matrimonium, nu. 56.

Quid, ne Deus inspiret religionem, vel statum cælibatus, aut aliud opus bonum, vel ab eo voluntatem auertat, numero 57.

56 Quæstio vltima. An valeat votum, quando finis est contra consilia euãgelica? Vt si quis promittat eleemosynam ad finem vt Deus concedat matrimonium. *Sotus l. 7. de iust. q. 1. artic. 2. ad finem corporis, vers. An vero votum*, dicens licitum esse, & validum votum emissum ob finem cõparandi bona tẽporalia, posuit hoc exemplum. Si Deus concesserit matrimonium. Et merito quidem id valere dixit: quia cum status coniugalis sit bonus & à Deo authore, ordinatus; ex se ipso ad bonum finem compescendæ concupiscentiæ, aut sobolis procreandæ, nullus malus, aut differens finis admngitur, qui vitiet bonam voti materiam, etiam si illa ad eum obtinendum ordinetur. Ac proinde votum erit validum. Nec id includit descensum ad bonum imperfectius: siqui dem non est votum de ineundo matrimonio, sed de re consilij euangelici ordinata ad eũ finem comparandum. Quod si non sistatur in matrimonio, sed tanquam fine, sed in tali matrimonio, ob diuitias, nobilitatem, pulcritudinem, aliud ve mere temporale, non adijciendo aliquem finem honestum: dicendũ est omnino, sicut diximus c. præced nu. 25. quando finis est mere temporalis, & indifferens. Quia in hoc euentu talis est finis.

57 Si autem finis eius voti sit, vt Deus inspiret vouenti ne religionem ingrediatur, vel ne sit in statu cælibatus, tunc si ob aliquam ineptitudinem ad religionem, vel periculum incontinentiæ, & fragilitatem vouentis, indicetur prudenter, statum secularem, aut matrimonij, expedire magis saluti spirituali illius, huncque finem vouens spectaret valeret votum, quamuis res promissa eo voto ad eum finem ordinaretur à vouẽti: quoniam finis est bonus. Si autem id non esset magis expediens, finis ille esset malus. Quippe impium est Deum authorem efficere vt aliquid contra eius consilia fiat, vel impediendum ne consilia sua seruentur. Quare iudicandum est iuxta dicta c. 6. nu. 13. quando finis est malus. Et eodem modo iudicandum est, quando finis esset contra alia consilia, vt si Deus inspiret ne faciam eleemosynam vel illam impediat.

CAPVT IX.

Qualiter votum obliget, quando à principio res promissa non est apta voti materia: eo quod mala, aut indifferens, aut impossibilis, aut contra consilia sit: si postea fiat apta materia: vel è contra, si à principio sit apta, & post fiat inepta.

SVMMARIVM.

Refertur duplex sententia, nu. 1.

Aptitudo aut ineptitudo materiæ voti ad eius obligationem, aut nullitatem, spectanda est, non emissionis tempore, sed eius executionis, nu. 2.

An obliget votum, quando toto executionis tempore materia est impossibilis, mala, vel indifferens, vel contra consilia, et si postea bona fiat, nu. 3.

Quid si à principio erat mala, vel impossibilis; at tempore quo votum exequendum est, fit bona & possibilis, nu. 4.

Quid si à principio erat indifferens, & fiat bona tempore quo durat voti executio, nu. 5.

Quid si à principio erat contra consilia, & post mutetur materia, ita vt fit apta, nu. 6.

Quid si initio erat apta voti materia, & post fiat inepta, n. 7.

1 DVo breuiter sunt tractãda. Prius est, quãdo à principio materia p̃missa erat inepta, & post fit apta. Posterius, quãdo à principio erat apta, & post fit inepta. Et quo ad priorem partẽ, *Naua. sum. Latina c. 12. nu vlt.* clare sentit votum habens tractum successiuum obligare, quamuis à principio materia sit inepta, si postea apta reddatur. Tradit.n hanc regulã. Quando iuramentũ, vel votũ est generale, & aptum comprehẽdere tam tempus, in quo materia est licita, quã id in quo est illicita, obligat pro tpe quo est licita. Secus quãdo ex iurantis, vel vouentis intentione, vel ex verbis eius restrictis, vel ex alijs circũstantijs, comprehendit solũ id tẽpus, in quo materia est illicita: tunc enim non obligabit. Et adhibet hoc exemplum. Vt si quis generaliter iurauit nunquam se ingressurum talem domum uulla causa adiecta honestanti, & sic fuit vanum, & rei differens, non obligabit tunc: at incipiet postea obligare, si postea habitet femina ibi, quę sit peccãdi occasio. At in contrariũ sunt *Lud. Lopez allegato fratre Peña 1. p. instruct. c. 43. vers. Stultum est, & Emmanuel Sà. sum. verbo Votum nu. 31* vbi aiũt vouentem quid impossibile non astringi voto, facta postea ea materia possibili.

2 Sed vt vtramq; sniam conciliem, supponendum est, ad materiam voti dijudicandã, an apta, vel potius inepta sit ualori voti: nõ spectandũ esse per se, & formaliter loquendo. tempus quo uotum emittitur: sed tẽpus quod id votũ exequendũ est: ac p̃inde sit tempore executionis materia est apta, valebit votum: secus si tunc inepta. Vt promisit quis audire sacrum, nil refert ad huius voti valorẽ si tpe voti emissi nõ possit audire, eo quod vouens tunc sit in mari vel innodetur excommunicatione. Sed quod per se ad huius valorem, vel uullitatem pertinet, est an tpe quo audiẽda missa promissa est, possit audiri, necne. Ratio aũt est, quia pro eo solo tempore quo res promittitur exequenda, est vere materia voti; non autem in alijs cum votum non obliget ad illam pro alijs temporibus. Quæ regula fallit in casibus explicandis, nu. 4. & 6.

3 Hinc deducitur, q̃n toto tempore quo exequenda materia voti promittitur, est impossibilis, mala, vel indifferens, vel contra consilia. votum fore irritum, etsi postea eo uitio liberetur. In hoc concordat vtraq; sententia nu. 1. relata. Et constat ex regula quam colligit *Abbas cap. Placuit, nu. 4. de conuers. coniug.* ex illo textu, & ex *c. Quidã, eodem tit.* nempe, votum emissum tempore inhabili nõ obligat tempore habili. Quam illi textus optime probant, decidentes professum inuita vxore, vel inscia, nõ teneri ea mortua ad religionẽ redire,

Quod

Quod ea professio tempore inhabili facta non obligarit ad religionem tempore habili assumendam. Præterea, quia cum votum id ab initio fuerit nullum, non firmatur tractu temporis, c. *Non firmatur. de reg. iuris, in 6. & l. Quod ab initio ff. eod. tit.*

4 Secundo deducitur, si à principio res erat mala, vel impossibilis rõne alicuius circunstantiæ accidentalis occurrentis, nec limitauit vouens votum suum ad id tps, sed voti executio tractum habeat successiuum, obligaturum quidem votum pro tpe quo fuerit apta materia voti: non aũt pro illo quo fuerit inepta, v.g. quis excõicatione innodatus, vel in mari existẽs vouit se quotidie auditurum sacrum, non tenetur tpe quo est in mari, audire, in quo est impossibile: vel tpe excõicationis, in quo est illicitum: at tenetur cessantibus ijs impedimentis. Rõ est. quia qñ votum est rei potentis habere bonum, & malum euentum, obligat in bono euentu, non aut in malo. (Vt multis allegatis dixi c.6.n.16.) Cũ ergo hoc votum comprehẽdat bonũ, & malũ euẽtum, obligabit in solo bono euentu. Item quia hoc votum absolute emissum, vbi nõ fuit manifeste deprauata vouentis intentio, non intelligitur de tempore quo materia est inutilis. Vt qui absolute promittit equum, non censetur equum inutilem promittere. Quod si expresse de omni tempore deprauata intentione intelligeret, tunc erit duplex virtute votum alterum pro tempore illicito, & alterum pro licito: prius non obligabit, bene tamen posterius. Quod intellige, nisi constaret hũc ita per modum vnius voluisse vtramque obligationem, vt aut vtramque, aut neutra velit obligari: tunc enim votum non valebit. Vt latius explicabimus cap. sequenti. Et in hoc casu est vera sententia *Nauarri* nu.1. relata, non autem contraria ibi allegata.

5 Fallit tamen regula numero secundo tradita, quando materia à principio erat indifferẽs omnino. Vt late dixi c.7.nu.19. vbi & sententia *Nau.* contraria nu.1. adducta explicuimus quando vera. Vbi & rationem huius exceptionis tradidimus.

6 Atque similiter fallit, quando materia à principio erat inepta, eo quod descensum à perfectiori statu ad imperfectiorẽ continet, nec adfuit circumstantia reddẽs tempore voti emissi eam materiam meliorem vouẽti, qua ratione votum redderetur iustum: non enim obligabit, etsi postea rebus mutatis illa fiat apta materia. Vt, si quis nullis carnis illecebris vexatus vouerit se intra biẽnium initurum matrimonium, non astringitur voto, etsi eo biẽnio nondum transacto ita stimulis carnis agitetur, vt id votũ tunc emissum valeret: vel si eo durante defloraret feminam fide matrimonij data: vel contingeret id esse necessarium ad salutem totius reipublicæ. In quibus casibus c. præc nu. 51. & 53. diximus votũ matrimonij incũdi obligare. Ratio est, quia vt votum hoc obliget; oportet vt vouens aliquo fine ducatur, qui sufficiens sit ad eam materiam ex se ineptam, reddendam aptam. At in hoc casu vouens nullo tali fine ductus est: atq; ita casus superueniẽs reddens illam materiam aptam voti, fuit omnino prętер voti intentionem. Quare votum non obligabit tunc, etsi ille ex alio præcepto teneatur tunc ad matrimonium. At secus esset, qñ materia erat ex se apta voti, & solum pro parte temporis quo erat exequenda ex voto, impediebat maius bonum: tunc enim obligabit pro eo solo tempore, quo maius bonum non impedit. Sicut diximus num.4. quando materia est pro parte temporis licita, & pro parte illicita.

7 Tandem quo ad posteriorem partem, nempe, quando materia erat à principio apta, & post fit inepta, satis egimus c. secundo, à n.23. vsque ad 34. & sicut ibi diximus omnino extingui votum, quando ex possibili redditur materia impossibilis in perpetuum: suspendi aũt eius obligationem, quando impossibilitas superueniens est temporalis. Ita si ex licita mutetur materia in illicitam, vel indifferentem, aut contra consilia, si ea mutatio sit perpetua, irritabitur penitus voti obligatio. Si autem temporanea sit, suspẽdetur, dum id materiæ vitium permanet. Quia eadem prorsus est ratio. Quãdo autem dubia est hæc mutatio, diximus eo.c.2.num.34.

CAPVT X.

Qualiter obliget votum; cuius materia partim est apta, partim inepta, vel ratione sui, vel ratione finis, qui partim aptus, partim ineptus est: siuè copulatiuè, siuè disiunctiuè votum illud emittatur.

SVMMARIVM.

Explicatur quot modis materiam voti mistam esse contingat, num.1.
Quot quæstiones disputandæ sint, nu.2.
Refertur quædam sententia circa obligationem voti materiæ mistæ, num.3.
Explicatur sententia Authoris, nu.4.
Quando res est indiuisidua, cẽsetur promitti per modum vnius, num.5.
Qui nequit totum votum implere, quando teneatur ad partem, num.6.
Qui vouit ecclesiam ædificare, aut eleemosynam, nec potest integre, an teneatur ad partem, num.7.
Vouens tota vita ieiunare, nec potens, an teneatur ad partem, num.8.
Ex communi existimatione deprehenditur quando res per modum vnius promittatur, num.9.
Idem deducitur ex modo promittendi alterum vt principale, alterum, vt accessorium: & explicatur quando altera parte non obligante, altera quoque non obliget, nu 10.
Quid, si modus accessorius reddat faciliorem substantiam, num.11.
An votum peregrinationis genibus flexis, vel buffone gestato in ore obliget ad aliquid, num.12. Et ibi quid de vouente ieiunare cum pane, & aqua, nec potente sic ieiunare.
Quid de vouente se nudum peregrinaturum, n.13.
Quid in dubio an vtraque pars sit per modum vnius, n.14.
Quid de voto, cuius alter finis est aptus, alter ineptus, num.15.
Quid in dubio an vterque finis per modum vnius intentus sit, num.16.
Post num.16. inuenies summaria quæ desiderantur.

1 HActenus egimus de simplici voti materia: iam in hoc capite de mista habetur sermo. Mistam autem esse materiam contingit, vel ratione sui, vel ratione finis adiuncti. Ratione sui, vt si materia partim sit possibilis, partim impossibilis. Vt votum eundi Hierosolymam genibus flexis. Vel partim bona, & partim mala. Vt si quis voueat se ingressum religionem, ac res monasterij furaturum. Vel quando partim est bona, partim indifferens. Vt promitto me ad Indos profecturum ad diuitias augendas, præmissa peccatorum confessione. Vel partim impediens maius bonum, partim non impediens. Vt si quis biennio se castitatem seruaturum promittat, ac postea ad nuptias transiturum. Ratione autem finis, quando partim est possibilis, partim impossibilis. Vt si priuatus eleemosynam promittat, quo Deo inseruiat, & regnum temporale comparet. Vel partim bonus, partim malus. Vt votum religionis ad inseruiendum Deo, ac res monasterij furandas. Vel partim bonus, & partim indifferens. Vt votum eleemosynæ ad inseruiendum Deo, & diuitias acquirendas, sistendo in illis, nec ordinando eas ad finem honestum. Vel partim bonus, & partim contra consilia. Vt votum eleemosynæ ad placendum Deo, & vt vouentem auertat à religionis sibi expedientis proposito. Insuper materia hæc mista, siue ratione sui, siue ratione finis, potest du-

dupliciter promitti. Priori modo, absque disiunctione aliqua. Vt in exemplis propositis. Posteriori modo ita vt votum sit disiunctiuum, disiunctione cadente supra materiam, aut supra finem. Vt si in dictis exemplis ponatur sub disiunctione duplex materia, altera apta, & altera inepta. Vt voueo me furaturum, aut erogaturũ eleemosynam. Vel duplex finis, alter aptus, & alter ineptus. Vt voueo religionem vt Deo placeam, vel vt res monasterij furer. Et sic de alijs exemplis.

2 Duplex ergo qõ tractanda est. Prior de duplicis materiæ voto, alterius aptæ, alterius verò ineptæ, siue rõne sui, siue ratione finis, quando absque disiunctione emittitur. Posterior, quando votum id est disiunctiuum.

3 Qõ prior, an votum obliget, qñ est sine disiunctione aliqua de materia partim apta, & partim inepta, siue ratione sui, siue ratione finis. Aliqui agentes de materia partim possibili, & partim impossibili, dicunt obligare votum quo ad rem possibilem, non autem quo ad impossibilem. Vt si quis voueat peregrinationem Hierosolymitanam genibus flexis, aut bufone gestato in ore, tenebitur, ire non tamen cum his modis. Ita docent *Nauar. sum. Lat. c. 12. nu. 43. Hisp ana c. 28. addit ad n. 42. c. 12. Manuel 2. to. sum. c. 92. nu. 1. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 14. Emanuel Sà sum. verb. Votum. nu. 32.* vbi idem ait quando materia est partim honesta, & partim turpis.

4 Prima conclusio sit. Qñ materia voti est rõne sui partim apta, partim autem inepta, nec votum est disiunctiuum: vt in exemplis nu. 1. propositis. Ita distinguendum est. Si vtraq; pars collectiuè, & per modum vnius promittatur, ita vt neutra per se volita sit, sed dependẽter ab alia, totum votũ est irritum. Si autẽ diuisiuè promittatur ita vt quæuis illarũ sit per se volita, & indepẽter ab alia, est virtute duplex votum, alterum rei bonę, possibilisq; & hoc obligat. Alterum autem rei impossibilis, vel malæ, vel indifferentis, vel contra consilia: & hoc est prorsus irritum. Ratio prioris partis est, quia cum ita uolũtas in vtramque obligationem feratur, vt ad alteram partẽ sine altera obligari nolit: & pars illa materię inepta sit incapax obligationis uoti: fit vt desit uoluntas obligandi se ad alteram aptam. Quod. n. uoluit, nempè, ad vtramq; partẽ simul obligari, consequi nequit repugnante uoti natura. Id autem ad quod potuit obligari, quod est sola pars bona, noluit, sed simul cum altera. Ratio autẽ posterioris partis est. Quia uti le per inutile non uitiatur: *regula Vtile de regulis iuris, in sexto*, quam omnes intelligunt, quando ea separari ualent. Quod hic contingit, cum per modum plurium, & independenter utraque pars promissa sit.

5 Triplici autem regula indagari potest, quando non constat de uouentis intentione, an per modum unius, an potius per modũ plurium utrumque partem promiserit. Prima regula desumitur ex rei promissæ natura. Quæ si res indiuidua est, id est, quæ non patitur cõmodam diuisionem, nec communiter diuidi solet, censetur per modum vnius promitti. Quando autem est diuidua, id est, quæ commodè diuiditur, & communiter diuidi solet, censetur per modum plurium promissa. Hanc regulam posui, & probaui varijs exemplis illustrans, lib. 1. huius summæ c. 9. à nu. 4.

6 Hinc deducitur primò, qualiter intelligendum sit quod diximus hoc 4. lib. c. 2. nu. 24. ex multorum mente, nempè, eum qui totum votum implere nequit, teneri ad partem. Id enim intelligendum est, quando non per modum vnius, sed diuisiuè res illa promissa est. Iuxta dicta num. præcedenti.

7 Secundò deducitur, qualiter sit verum quod tradunt *D. Tho. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. quæstiunc. 1. ad 1. Turrec. 17. q. 1. in summa, artic. 4. ad 3. Syluverbo Votum 2. q. 1. Nauar. sum. c. 12. n. 39. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. punct 4. col. 8. nota bili 2.* nempè, vouentem ædificare ecclesiam, nec totam edificare potentem, teneri ad partem sibi possibilem. Hoc enim est accipiendum, quando constat vouentis intentionem fuisse obligare se diuisiuè, & per modum plurium ad illam ædificandam. Sicut contingit in vouenti eleemosynam quãtitatis alicuius pecuniariæ, qui si totã erogare nequeat, tenetur ad partem. At ubi non constat de hac peculiari intentione, censerem in hoc dubio ædificium ecclesiæ per modum vnius promitti: & subinde non potentem ędificare totam, minimè obligari ad partem: Quod secus contingit in eleemosyna quantitatis pecuniariæ, quæ in dubio censetur diuisiuè promitti. Atque ita existente tota impossibili obligabit pars possibilis. Ratio discriminis sumitur ex regula n. 5. tradita. Cum enim ecclesia sit quoddam corpus indiuiduum, censetur in dubio promitti per modum vnius. At eleemosyna illa est quid diuiduum.

8 Tertiò deducitur, rectè sensisse quosdam authores dicentes puerũ quatuordecim annorũ qui vouit ieiunare omnibus diebus vitæ suæ, non teneri ad totum: vtpotè quod difficillimum est, & legibus prudẽtiæ dissonans: teneri tamen ad partem, quam absque sui officij, & rerum sui status, & salutis corporalis detrimento, commodè implere potest, etsi tutius sit petere dispensationem. Hi sunt *Corduba summa q. 131. Manuel 2. tomo sum. c. 99. num. 8.* Et ratio est, quia cum ieiunium vnius diei à ieiunio alterius commodè diuidi valeat, quoties non constat peculiarẽ vouentis intentionẽ fuisse obligare se ad id ieiunium per modum vnius, censetur per modum plurium promissum. Atque ita pars possibilis seruanda est. Atque idem sentio de eo voto emisso à maiore quatuordecim annis. Quia in illo quoque est difficillimum, & moraliter impossibile.

9 Secunda regula desumitur ex cõi existimatione: qñ enim communiter existimatur res promissa per modũ vnius, ita in dubio censetur promitti. Quia verba in dubio intentionis, sunt iuxta communem intellectum accipienda. (Vt diximus c. 8. nu. 45.) Item quia. (Vt diximus c. 5. n. 10.) votum nunquam peccandi censetur per modum vnius emissum: atque ita eo quod tota materia est impossibilis, non obligat ad peccata possibilia vitanda. Quæ receptissima doctrina inniti nequit ipsi rei naturę, vtpotè quæ diuidua est, vnum enim peccatũ ab alio commodè diuidi potest. Sed innititur communi existimationi: ita enim id uotum communiter receptum est, vt per modum vnius intelligatur promissum.

10 Vltima regula desumitur ex modo promittendi Qñ pars possibilis, & bona adijcitur vt minus principalis, & accessoria parti ineptæ promissæ, censetur in dubio vtraque pars per modum vnius promissa: & ita totum votum est irritum. Vt votum eundi ad Indos adopes augendas, præmissa confessione, est irritum, & ad nil obligat. Quia profectio illa est principaliter promissa, quæ cũ indifferens sit, est inepta materia: confessio aũt, quæ apta materia est, promissa fuit tãquam accessoria, ac illius itineris dispositio, ac proinde censetur vtraque pars per modum vnius promissa. Quare non obligante materia principali, non obligat accessoria. Quando autem materia bona, & possibilis, est principaliter promissa, altera autem inepta, accessorie: non censetur vtraque per modum vnius promitti, ita vt bona dependeat ab illa circumstantia inepta, sed per modum plurium, & indepẽdenter ab illa. Vt constabit in exemplis adducendis nu. 12. & 13. Et similiter potest esse exemplum. Si quis promisit ire Romam cũ sacco: & sit inepta materia in dui sacco illo, eo quod vel sit impossibile, vel prohibitum illi, tenebitur ad principalem peregrinationem, non autem ad illum modum. Ratio vtriusque partis est, quia principale trahit ad se accessorium, & non econtra: *regula Accessorium, de reg. iur. in 6.* Ac proinde ex modo quo tendit voluntas in aliquid tanquam principale, in aliud autem tanquam illius accessorium, rectè colligitur vt non feratur in principale dependenter ab accessorio, sed independenter ab illo: in accessorium autem dependenter à principali.

11 Hæc autem regula est temperanda, nisi modus ille adiectus redderet multo faciliorem principaliter promissam,

missam. Tunc enim censeretur res principalis promitti per modum vnius, & dependenter ab illo modo. Ne dicamus votum cum multo maiori difficultate obligare, quam vouens intenderit. Vt si quispiam vouit se equestrem peregrinaturum Hierosolymam, si præ paupertate equestris nequeat, non tenetur pedestris.

12 Hinc deducitur primo, rectè dixisse authores nu. 3. allegatos, vouentem ire Hierosolymam genibus flexis, vel cum bastone in ore, teneri ire absque his modis. Quia substantia principaliter promissa est bona peregrinatio: modi autem sunt impossibiles: & ita nisi expressè de contraria vouentis intentione constet, non censetur peregrinatio per modum vnius promissa, & dependenter ab illis modis. At vero ieiunans cum pane, & aqua ex voto, nec iam potens, quia aliud edit hora refectionis, teneatur ad simplex ieiunium absque eo modo: dicemus c.11.nu.45.

13 Secundò deducitur, quid in eo voto censendum sit, quo se quispiam nudū peregrinaturum Romam promisit *D. Ant. 2 p.tit. 11.c.1.§.vltimo, ver. De corpore sit*, esse necessario authoritate superioris commutandum in aliud opus pium: ac proinde iudicat esse ualidū. At *Nauar. sum. c.13. nu.39.* contrarium docet, dicens esse irritum, nullaque commutatione indigere. Sed vt verū vterque author dicat, est sic intelligendus. Prior, vt id votum sit validum, commutationeque indigens quantum ad substantiam rei promissæ, quæ est Romana peregrinatio. Posterior autem, vt sit irritum, nec commutatione indigens, quantum ad modum illum honestati contrarium, nempè, ire nudum. Cum enim principalis rei promissæ pars sit bona, solusque modus accessorius sit malus: hoc vitiato non corruit uotum: dum expressè non constat de contraria vouentis intentione. Iuxta regulam nu.1[?] dictam.

14 Quando autem omnibus circumstantijs, & prædictis regulis diligenter perpensis, res dubia manet, & in equilibrio, an pars vtraque sit per modum plurium promissa, & res bona, ac possibilis, tanquam principalis trahens ad se materiam ineptam, nec ab illa dependēs: & ita valeat uotum, potius per modum unius, ita ut materia inepta sit principalis trahens ad se aptam, & ita uotum corruat. Censeo in fauorem ualoris uoti iudicandum esse, per modum plurium promitti. Vt in simili probaui latè c.2. fine. Vbi etiā dixi existente vtrimque opinione probabili, integrum esse cuicumque etiam minus probabili adhærere. Potest insuper probari sic præsumendum esse. Quia in dubio censetur uotū iuxta rei naturam emitti. Cum ergo ex se, & respectu uoti res bona, possibilisque principem locum occupet, censebitur principaliter in uotum cadere: vbi ex coniecturis aliud deprehendi nequit, sed res est anceps.

15 Secunda conclusio. Quando duplex est uoti finis, alter aptus, & alter ineptus: vt in exemplis nu.1. fine adductis: eadem distinctio adhibenda est, quam in nu.4. adhibuimus in materia similiter mista. Si illi fines intendantur diuisiuè, & per modum plurium, est duplex uirtute uotum: & ualebit ordinatum in finem bonum, & possibilem, corruente alio uoto ordinato in finē ineptum. Tunc autem hoc contingit, quando independēter a fine illo inepto uotum emissum est: ita ut illo non intento emitteretur adhuc uotum, etsi non tanta promptitudine. Cum enim tunc uotum non pendeat ex illo fine inepto, sed illo cessanti, etsi aptus esset adhuc obligat: iuxta dicta in hoc lib. c.2.nu.47. nil refert ad uoti ualorem, qualis ille finis sit. Si autem collectiuè, & per modum unius uterque finis intendatur, ita ut unus dependeat ab alio, tunc siue finis aptus sit magis principalis, siue minus principalis, iudicandum est, si finis sit impossibilis, ac de uoto, cuius finis est impossibilis, diximus cap. 5.nu.8. Et si sit malus, ac quando finis uoti est malus, diximus c.6.num.13. Si indifferens, ac de uoto, cuius finis est indifferens, diximus c.7.nu.25. Si sit contra consilia, ac de uoto, cuius finis est contra consilia, diximus cap.8. nu.56. & 57. Tunc autem per modum unius censetur uterque finis intendi, quando uotū ita ab utroque fine dependet, ut quouis eorum deficienti non emitteretur. Iuxta dicta c.2.nu.47. Ratio prioris partis huius conclusionis est, quia cum in eo euentu sit duplex uirtute uotum: & alterum habebat finem omnino aptum, non est quod id uitietur ex malo fine alterius uoti, a quo id non pendet. Cum utile non uitietur per inutile, a quo separari ualet, *c. Vtile, de reg. iur. in 6.*

Ratio autem posterioris partis est. Quia tunc uterque finis efficit unum completum, & cum bonum sit ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus, talis censetur finis ille totalis, qualis est pars illius inepta: & ideo sic de uoto dijudicandum est, ac si talis esset finis.

16 Tandem in dubio, an per modum unius, an per modum plurium uterque finis sit intentus, perinde uidetur dicendum ac quando dubium est, an finis sit malus, uel indifferens. De quo diximus c.6 num.24. & c.7. nu.28. Quippe tunc id dubium redundat in ipsius finis qualitatem. Nam si malus, uel indifferens est ille partialis per modum unius promissus, dicetur totalis finis malus, uel indifferens. At credo iudicandum in hoc dubio in fauorem ualoris uoti. Sicut diximus nu.14. in simili dubio de materia. Quia cum in hoc euentu constet de parte finis bona, præsumitur in dubio in fauorē ualoris uoti, nō ita id affici alio fine inepto, ut corruat. Vt in simili probaui cap.2. fine.

SVMMARIVM.

An votum disiunctiuum, cuius altera pars est inepta voti materia, aut ratione sui, aut ratione finis, obliget? numero 17.

Et remissiuè, quando postea ineptitudo partis aduenit.

Quid si ignoranter, id votum emittatur: & qualis culpa sit, ea vota scienter emittere, nu. 18.

An votum non peccandi mortaliter, aut venialiter, obliget, num. 19.

Quid si iuxta sensum, & intentionem vouentis, id votum non sit verè disiunctiuum, sed conditionale, nu. 20.

Quid si quis dubius an vtraque pars sit materia apta, sic vouerit, vt cognita veritate eligeret aptum, nu. 21.

Quid in dubio an intentio fuerit disiunctiuè promittendi, aut per modum conditionis, nu. 22.

17 Quò posterior, an uotum disiunctiuum, cuius altera pars est inepta uoti materia, aut ratione sui, aut ratione finis duplicis, alterius apti, & alterius inepti disiunctiuè positi, obliget? Exēpla adhibui n.1. Sit còcl. Si reuera sit uotū disiūctiuo, ita ut uouēs ad neutrā partem se uoluerit obligare determinatè, sed disiūctiuè ad vnā uel alterā: uotum est irritum, qn̄ cadit disiunctio in duplicē illā materiā. Vt uoueo me futurum religiosum, aut furaturum. Et similiter est irritum, qn̄ disiunctio cadit in duplicem illum finē, & ita finis ineptus intenditur, ut uitiet uotum, qn̄ ipse solus esset finis. Quod qn̄ contingat iuxta diuersitatē finis inepti, satis egimus in locis quæ retuli n.15. Ratio est, quia ex ui illius uoti, nō magis tenetur uouens ad partē aptam, q̄ ineptam, illique satisfacit eligendo ineptā, uel ratione sui, uel rōne finis inepti. Et obligatio disiūctiua cadit in utramq; partē. (Vt probabimus c.13.n.24) At nequit obligare inepta, & ideo uotū est irritū. Quid aūt, si postea impossibilitas partis adueniat, aut alia ineptitudo, dicemus c.31.n.31.

18 Nec refert quo ad uoti obligationem, siue ille sciuerit, siue ignorauerit, alteram parte esse ineptā uoti materiā: si uerè disiunctiuam habuit intentionem. Quia in utroque casu neutram partem vult determinatè, & satisfacit eligendo ineptam. Atq; proinde rō nullitatis eius uoti disiunctiui nu. præced. adducta militat æquè in utroq; casu. At quo ad culpam est discrimen. Nam si ignoranter, excusabitur a culpa iuxta ignorantiæ qualitatem. Si uero scienter, existimo talem esse culpā, mortalem, uel uenialem, sic uouere disiunctiuè, qualis esset culpa uouere determinatè materiā illam ineptā. Quare si illa est mortalis, uel finis est mortalis, erit mortale.

Si

Si vero venialis, vel impossibilis, vel contra consilia, erit communiter veniale: vel si sit indifferens. Sicut vota de his rebus determinatè emissa, sunt regulariter venialia. Ducor, quia similis infertur Deo iniuria, vouendo illam materiam ineptam determinatè, uel determinatè. Cum saltem disiūctiuè velit vouens ad mortale obligari, quando materia est mortalis. Sicut mortale esset proponere, aut fornicari, aut seruire xenodochio. Quia tunc saltem dubia est uoluntas, an peccatum mortale amplectetur. In quo casu id esse mortale probanimus libro primo huius summæ capitu. 1. numero 16.

19 Hinc deducitur, uotum verè disiunctiuum non peccandi mortaliter, aut uenialiter, esse prorsus irritum. Quia posterior pars disiunctionis est impossibilis, & sic inepta materia.

20 Consulto autem in triplici numero præcedenti loquens de voto disiunctiuo, semper addidi, Si reuera sit disiunctiuum in intentione vouentis, prout verba sonant. Nam quandoque disiunctiuum apparet, & tamē verè non est tale attenta vouentis intentione. Quod in duplici casu euenire potest. Prior est, quando sensus vouentis esset conditionalis quo ad partem bonam, & possibilem. Tunc enim obligabit votum. Vt si miles voueat fore vt uindicetur, vel religionem ingrediatur, si non viri dictam sumpserit: ita vt velit se ad religionē determinatè obligare, ex suppositione illius conditionis, si vindictam non sumpserit. Quia hoc votum non est propriè disiunctiuum: sed potius est duplex, alterum absolutum vindictæ sumendæ: quod est irritum: alterum autem conditionale obligans ad rem bonam ex suppositione illius conditionis. Quando autem conditio negatiua dicatur impleta, dicemus suo loco agentes de voto conditionali. Nec obstat tale votum impleri sumpta vindicta: ac proinde videri non obligare. Hac enim ratione diximus numero 17. votum disiunctiuum non obligare. Nam respondeo non impleri id votum conditionale validum sumendo vindictam, sed potius impediri eius perfectam obligationem pendentem ex conditione vindictæ non sumptæ. At vota disiūctiua non habent obligationem pendentem ex aliqua conditione, sed absoluta sunt.

21 Posterior casus est. Quando quispiam ignorans, aut dubius an vtraque pars sit legitima voti materia, aut sibi possibilis, disiunctiuè promittat, vt postea certior factus de legitima materia, illam eligat: & quæ sibi possibilis fuerit. Tunc enim id votum obligabit. Quia tunc adest virtualis voluntas obligandi se ad vnam partem aptam, casu quo altera inepta sit.

22 Tandem quando vota hæc sub forma disiunctiua emittuntur, & diligenter perpensis circumstantijs, res manet anceps, an sensus fuerit verè disiunctiuus, an potius conditionalis, crederem uotum non obligare. Quia cum forma verè disiunctiua sit, ea possidet, dum contrarium non probatur. At quando est vere disiunctiuum, non obligat. Vt diximus numero 17. Atque idem crederem, & si ille uouens suspicaretur sensum fuisse conditionalem. Quia cum tunc eius partis non sit assensus certus, præponderat possessio formæ disiunctiuæ. Quod si essent vtrimque rationes probabiles generantes opinionem, liceret vouenti adhærere cuilibet ex illis, etiam si minus probabilis esset. Atque similiter præsumi in dubio votum disiunctiuum, quando vtraque pars est apta voti materia: dicam contra *Azor in c. 13. nu. 22.*

CAPVT XI.

Obligatio voti à qua virtute procedat, & qualiter ex verbis, ac intentione vouentis colligenda sit, ac quibus circumstantijs sit explenda.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sunt num. 1.
Votum quod substantiā, & circūstantias obligat, quatenus est sola vouentis intentio: & vnde ea intētio deducēda sit, nu. 2.
Strictè interpretandum est, vt minus obliget, nu. 3.
An obliget ad id, ad quod vouens si aduerteret, non se obligasset: & an sit in vouentis potestate se ad solum veniale obligare: vel ad pœnam solam? Remissiuè nu. 4.
An sub voto obliget quidquid tempore voti vouens intendebat: vel id de obliget: & quid in dubio, nu. 5.
An possit vouens se ex virtute aliarum virtutum à religione obligare: & quando id efficere censeatur, num. 6.
An tunc transgressione sit multiplex malitia fatenda, nu. 7.
An possit se ex iustitia obligare nu. 8.
Quid operetur voluntas se eo modo obligandi: & an habeat specialem malitiam transgressio eius voti: & obliget restituere, nu. 9.
An repetens votum possit noua se obligatione deuincere, n. 10.
An vouens possit se ad solum actum externum vitandum obligare? Refertur quædam sententia, nu. 11.
Proponitur sententia Authoris, nu. 12.
Post nu. 12. inuenies alia summaria.

HVCVSQVE egimus de necessarijs ad voti valorem: iam de voti validi obligatione agendum. Et prius in hoc capite est de ea in genere tractandum. Et cum tota obligationis voti radix sit voluntas vouentis, quæ aliquando obligationem voti coarctat, volens ea quibusdam limitibus, circumstantijsque obligari: quandoque autem nil speciale determinat, sed id dijudicandum iuxta voti naturam relinquit: ideo triplex quæstio est in hoc capite disputanda. Prima est de obligatione voti coarctata ad speciales circumstantias ex vouentis intentione. Secunda, de eius obligatione ex sua natura, seclusa speciali vouentis intentione. Tertia, de circumstantijs, quibus res voto promissa expleri debet, vouenti nullas præscribenti.

2 QVÆSTIO prima. Qualiter obliget votum, cū vouens eius obligationem coarctat? Tanquam basis & fundamentum totius tractatus de voti obligatione, est triplex regula præmittenda. Prima est. Tota voti obligatio pendet ex priuata vouentis intentione, ita vt in tantum tam quo ad substantiam, quam quo ad circūstantias, nec plus, nec minus uotum obliget, in quantū vouens ipse intendit se obligare. Ratio est, quia lex non aliter obligat, quem legislator obligare intendit: vtpotè quæ ex sola eius voluntate vim obligandi habet. At uotum est lex priuata ex sola vouentis intentione consurgens. Quare magna diligentia ea intentio inuestiganda est, ad dijudicandam voti obligationem. Quod si de ea non constet, ex coniecturis elicienda est: inter quas potissimum locum obtinet finis, quā vouens in uoto spectauit. Quippe lex omnis limitatur, & ampliatur iuxta ipsius rationem, & ex ipsius procemio, vtpotè quod finalem ipsius rationem continet, & est intelligenda, (vt ex multis probauimus lib. 3. de matrim disput. 37. num. 3.) Atque ita lib. præced. ca. 18. votum non ludendi diuersimodè intelligi iuxta diuersos vouentis fines probauimus. Atque hæc regula à nemine negatur.

3 Secunda regula est. Votum strictè interpretandum est, ita ut in quantum fieri possit, minus obliget. Ratio est, vt quam maximè fieri possit, sacrilegæ eius transgressionis occasio, & peccati periculum vitetur. Ita docent, *Abb. c. Ex parte, nu. 4. de censib. Azor lib. 11. institut. moral. c. 20. q. 1.* Et hac ratione lib. præced. c. 17. num. 9. probauimus iuramentum strictè intelligi.

4 An vero voti obligatio non amplius extendenda sit, quam ad eam, quam si vouens aduertisset, amplecteretur: vel ea quæ à principio impedirent votum emitti, si postea contingat, excusent à voti obligatione. Diximus latè c.2. à num.6. & à num.20. Et an sit in potestate vouentis se obligare ad solum veniale, uel pœnam, diximus ca.1.nu. 30. ubi partem affirmantem defendimus. Quare si vouens generaliter proponat intentionē suam esse, nūquam se per uotum obligare, nisi ad ueniale uel pœnam: dum eam uoluntatem non retractauerit, siue in particulari, siue in generali, non amplius quam ad id uoto obligabitur (Vt constat ex dictis cap. 8.num. 17.) quamuis eius intentionis immemor voueat.

5 Vltima regula est. Non omnis circumstantia, quam vouens tempore voti emissi intendit, aut cogitat, obligat sub voto, vel illius obligationem restringit, sed obligabit, qñ vel illa est intrinseca, & essentialis rei promissæ: iuxta ea quæ dicemus nu. 10. vel si accidentaria sit, intendit vouens ad illam se obligare: tunc autem obligationem restringet, quādo mens uouentis fuit ita restringere. Non.n. obligat, aut aliquid circa votum operatur intentio tempore uoti concepta concomitans ipsum uotum, nisi cadat sub uoto Vt bene docent *Ricardus 4.dist.38.ar.8.q.3. Henricus c.penul.nu.1. de voto. Gādauo quolib.3. q.19. & quolib 3. q.15. Abulensis cap.30. Num.q.73. Valentia 2.2.disput.6.q.6.puncto 4.q.3.versic. Vnde bene.* Et constat ex doctrina authorum nu. 12. & 34. referenda. In dubio autem an illa intentio tunc cōcepta ampliet uotum, vel iuxta illam restringat, sic distinguendum est. Si dubium sit an uotum ampliet, censendum est vt non ampliet. Quia tunc perinde est, ac dubitare an votum sit emissum de illa circumstantia amplianti. In dubio autem an votum sit emissum, cum nulla sit pro voto possessio, non obligat. (Vt diximus cap.1. nu.6.) Si autem dubium sit, an intentio illa uotū restrinxerit, præsumendum est non restringere. Cum tunc possessio sit pro uoto, & dubia restringendi intentio. Vt late in simili diximus cap.2 fine, vbi & quid, quando vtrimque sunt rationes probabiles.

6 Hinc deducitur primo, in vouentis potestate situm esse, non solum ex rectitudine virtutis religionis, sed et ex peculiari rectitudine illius virtutis, cuius actum vouet, se ligare. Vt si voueat ieiunium, posset se obligare vltra religionis virtutem, ex virtute abstinentiæ, cuius actus est ieiunium. Et ratio est, quia cum vouēs sit quidam legislator voluntarius, legem sibi præscribens, nil obstat quominus vltra religionis obligationem ex voto consurgentem, possit se peculiari illa lege virtutis obligare. Sicut legislator aliquid præcipiens obligat præcepto virtutis, cuius est ille actus. Atque ita docet *Valentia 2.2.disput.9. quæst.6. puncto 4.q.1. conclusione 2.* Et eadē ratione loquens de promissione humana docet idem *Molina tomo 2.de iustit.disput.262.ad finem.* Non tamē credo posse se obligare ex rectitudine alterius virtutis, ad quam ille actus pertinere nequit. Vt si promittat eleemosynam, potest se obligare vltra virtutem religionis, ex virtute misericordiæ, ad quam eleemosyna pertinet, at non potest se ad illam obligare ex virtute castitatis, aut fortitudinis. Quia eleemosyna ad has virtutes pertinere nequit: nec potest legislator virtutum naturas immutare. Quod si quæras quando censeatur vouens velle se ex ea quoque peculiari virtute obligare. Dicerem quando principale vouentis motiuum ad vouendum esset virtutis alicuius specialis exercendæ affectus, & vt illam exerceret, se vinculo voti astringeret; tunc vltra religionis vinculum, quod ex se votum affert, censeretur quoque illius virtutis, quam exercere vult, obligationem sibi imponere. Sicut (vt dicemus num.22. & 23.) hac ratione legislator aliquid præcipiens censetur constituere in ea virtute, quam intendit per legem.

7 Tunc autem (vt bene ait *Valent.nu.præced.allegatus*) transgressio illius voti vltra violationem religionis, haberet specificam deformitatem necessario fatendam contra illam uirtutem, cuius actum vouit. Quia contra illam quoque delinquitur.

8 Secundo deducitur, non posse vouentē veræ iustitiæ debito se obligare per votum: sustinēdo opinionem dicentem non dari veram iustitiæ rationem inter Deum & homines. Quā latissimè, & eruditissimè probat *Vasquez 1.p.q.21.ar.1.disp.85 toto c.4.& 5.* licet contrarium esset dicendum sustinendo oppositam sententiā, quam tuetur *Suarez in suis opusculis, to. 1.tract. de iustitia diuina, sect.2.a nu.9.* Sed prior sententia est verior, & conformior sententiæ *D.Th.2.2.q.80.ar.1.* ubi ait religionem esse potentialem iustitiæ partem: eo quod conueniat cum iustitia, quod sit ad alterum, & reddat debitum: deficiat autem à vera specifica iustitiæ ratione, quia non reddit æquale. At si æqualitas hæc commensuranda esset inter res ipsas materialiter, constat semper reddi æquale per religionem: ac proinde esset uera iustitiæ pars: semper enim per uotum redditur æquale rei promissæ. Quare sentit æqualitatem hanc spectandam esse iuxta æqualitatem rei promissæ, & debitæ formaliter. Res autem per votum promissa, & debita formaliter, est res illa materialis, ut redundat in honorē Dei. Hæc enim est ratio formalis religionis, quam uotū respicit. Quia ergo nulla creatura potest æqualem honorem Deo debitum exhibere: inde est ut quantumcumque uelit quis se Deo ex iustitia obligare per votum, nequeat ea se obligatione astringere. Quod materia non sit capax. Nec etiam potest se per uotum ex iustitia obligare homini. Quia uotum non homini, sed Deo fit.

9 Fatēdum tamen est, si uouens uellet se ex uera iustitiæ commutatiuæ ratione debitorem non Deo constituere, manere utique obligatum non uera iustitiæ ratione, tanquam impossibili: sed instar obligationis debiti ex iustitia humana. Quare transgressor uon tenebitur resarcire dāna secuta personæ, in cuius fauorē uotū erat, & ea persona mortua tenebitur eius hæredi. Quia debitum iustitię humanę ad hoc obligatet. Tunc enim perinde est ac vouere resarcire damna, &c. At trāsgressio illius uoti nō haberet malitiam necessario fatendā. Quia nequit uouens ueram iustitiæ obligationem sibi imponere, sed solam religionis obligantem ad omnia alia, ad quæ iustitia obligaret. Et ita transgressio solius uirtutis religionis erit: ac proinde unica culpa.

10 An uero repetens uotum, uolensque noua obligatione se astringere, censeatur illa astrictus, ita ut nouam culpam transgrediendo admittat; diximus lib. 1.c.14. numero 10.

11 Tandem deducitur, quid in ea quæstione sentiendū sit. An in uouentis potestate constitutum sit, ita se per uotum ad actus externos uitandos obligare, ut ex ui uoti non teneatur internos uitare. Vt si quispiam ad uitandos scrupulos, uel timens suā fragilitatem, uoueat se uitaturū omnia luxuriæ externæ peccata; uolens expresse ad interna uitanda se non teneri. Neoterici quidam censent id posse uouentem. Ducuntur, quod hæc separari queant quo ad pœnam. Quippe peccatum externum subijci potest excommunicationi, & reseruationi: internum autem nequit excommunicationi, nec solet reseruationi subijci. Alij uero censent si hic se ruditer obligaret, non expresse excludendo sub distributione quadam oēs actus internos, sed indeterminatè, nolo me obligare ad actus internos uitādos, ualere uotum, & talem censendum esse manere obligatum ad uitandos aliquos actus internos, illos, nempe, qui actibus externis directè aduersantur: ut uelle fornicari, delectari in fornicatione cogitata, ut a se admittenda. At non peccare dicunt contra uotum, si delectaretur in fornicatione in communi, uel cogitata ut ab altero perpetrata, uel in fornicatione sua sub cōditione, si uoto ligatus non esset. Alij uero supponunt id uotum esse ualidum, & obligare tam ad actus internos, quā externos uitandos. Ita sentire uidetur *Vasquez 1.2.quæst.74. art.8.*

art.8 disp.112.c.2.n.9. vbi ait vouentem seruare castitatem, comprehendere suo voto etiam internas delectationes: ac proinde illas fore contra religionis virtutem: si tamen vouisset solo opere externo seruare castitatem, peccaturum contra votum volendo efficaciter fornicari, non autem delectando se absque hac voluntate in fornicatione cogitata. Quod malitia operis externi non deriuetur ex natura sua in simplicem delectationem, sed in solam efficacem perpetrandi actus externi voluntatem.

12 Sed existimo id votum nullius momenti fore. Quia est obligatio ad impossibile. Nam (vt benè dixit *Vasquez. nu. praeced. allegatus.*) emisso semel voto de opere externo vitando, nequit vouens excipere actum internum, in quem tota actus externi malitia deriuatur. Et quamuis ipse sentiat posse excipere delectationem morosam, id ideo dicit, quia sentit non participari ab ea delectatione malitiam operis externi, sed alia ratione malam esse. At tenendo communem sententiam dicentem pertinere ad eandem speciem, eandemque malitia affici delectationem, & opus externum: subinde dicendum est, neque delectationem morosam posse excludi ab eo voto. Corruet ergo votum tanquam rei impossibilis obligatio. Nec vrget ratio contraria. Quia malitia & prohibitio actus externi nullatenus separari valet a malitia, & prohibitione actus interni: at quo ad pœnam incurrendam benè possunt separari. Et ita posset quis voto se obligare ad aliquam pęnam, si externũ alicuius peccati actum commiserit, nolẽs ea ligari actu solo interno perpetrato.

SVMMARIVM.

Votum obligat sub peccato, num.13.
Est laudabile, & meritorium vouere, nu.14.
An sit magis meritorium exequi aliquid ex voto, nu.15.
An executio rei promissa pertineat ad iustitiam, an ad solam religionem? Refertur quadam sententia, nu.16.
Explicatur, sententia Authoris: & an obliget restituere, numero 17.
An maneat penes vouentem dominium rei voto promissa, numero 18.
An possit vouens compelli exequi: & qua actione: & an laicus à iudice ecclesiastico, nu.19.
An votum intimatum parti, & ab ipsa acceptatum obliget ex iustitia, nu.20.
An transgressio solius voti sit duplex culpa nu.21.
An transgressio omnium votorum sit eiusdem speciei? Refertur quadam sententia, nu.22.
Explicatur sententia authoris: & qualiter eo ipso quod lex aliquid pracipit, pertineat ad materias diuersarum virtutum, iuxta materia legum diuersitatem: secus in voto, numero 23.
An sat sit confiteri quoties votum, vel iuramentum violata sint, tacita illorum materia: vel quando peccatum est detectum, & circumstantia hac ex obliuione tacita, sat sit fateri solam hanc circumstantiam, nu.24.
An religiosus transgrediens praceptum pralati, admittat duplex peccatum, nu.25. & quid de vouenti extra religionem obedire alicui nu.26.
Quid de religioso transgressore voti paupertatis, nu.27.
Peccata omnia contra votum an sint commissionis, nu.28.
Post nu.28. inuenies omnia summaria qua desiderantur.

13 Quæstio secunda. Ex qua virtute votum obliget suapte natura, & seclusa speciali vouentis intentione? Et quidem tanquam veritas Catholica supponẽdum est, votum obligare sub peccato. Vt constat ex c.20. *Prouerb. & Deuter.23. & 1. ad Timot.5.* Quam veritatẽ SS. etiam testimonijs aduersus nostri temporis hæreticos probat latè *Val.2.2.disp.6.q.6. puncto 4. initio*. Et ratio est quam tradit *D.Th.2.2.q.88.ar.3.* Quia homo debet esse maximè fidelis Deo, tum ex titulo creationis, tum etiam ex titulo vniuersalis dominij. Ad fidelitatem autem Deo debitam pertinet fidem ei per votum datam seruare. Atque ita *Eccles.5.* redditur ratio cur votũ seruari debeat, quod ei displiceat infidelis, & stulta promissio.

14 Secundò etiã supponendum est, tanquam similiter catholicũ, emittere votum esse opus ex se laudabile, & meritoriũ, si procedat ex gratia. Quam veritatem contra hæreticos etiã nostræ tẽpestatis probat testimonijs Scripturæ, & Sanctorũ, *Valen. ea q.6 punct.3. initio.* Et rationem reddit *D.Th. ea. q.88. ar.4.* quia bonum, ac homini vtilissimum est, firmare immobiliter propriam voluntatem ad aliquid faciendum in magnam ipsius vtilitatem cedens. Quod per votum efficit, vtpotè quod nostram voluntatem firmat ad aliquid reddendũ Deo, quod in nostram vtilitatem redũdat. Cum enim Deus nulla re nostra indigeat, tota res promissa in promittẽtis vtilitatem cedit. Vt egregiè docuit *D. Aug. epist.45. ad Armentarium*. Quamuis per accidens ratione periculi transgressionis ob vouentis fragilitatem, sit quandoque alicui consultius non vouere.

15 Imò facere aliquid ex votò est melius, & magis meritoriũ, quam sine voto. Vt probat *D.Tho. ab omnib. recep. tus ea. q.88. ar.6.* Et ratio est, quia executio operis ex voto debiti pertinet ad religionẽ quæ alijs virtutib. moralibus perfectior est. Secundò, quia per votum homo magis subijcitur Deo, non solũ actum ipsum, sed etiam facultatem ipsam operandi ei subijciens. Quare D. Anselmus in libro de Similitudinib.c.84. ait hoc perinde esse, ac offerre fructum arboris simul cum arbore ipsa. Tandem quia vouens operatur ex maiori voluntatis firmitate. At firmitas iuxta Philosophum 1.5. *Eth.c.4.* pertinet ad virtutis perfectionem. Et quamuis meritũ minuatur diminuta voluntatis indifferentia ab aliquo extrinseco impellenti, & determinanti voluntatem ad aliquid inuoluntariè faciendum. Sicut cum aliquid fit ex metu. At non minuitur, sed augetur meritum, diminuta ea indifferentia ab intrinseco, eo quod voluntas ad vtrumque faciendum libera, astrinxerit se in Dei obsequiũ vinculo obliganti. Hoc tñ intelligendum est, dũ non pænitet vouentem illius voti; si enim illius pæniteat, incipit veluti extingui illa meriti excellẽtia, quam habuisset opus priori illa voluntate permanenti. Vt bene docet *Valen. dicto puncto 3. col. pen. in sol. ad 3.*

16 Sed difficultas specialis est, an executio rei voto promissæ pertineat ad iustitiam, an ad solam religionem? *Sot.l.7. de iust.q.2. ar.1. col.2. vers. Et secundo, & Aragon 2.2.q.88. ar.3. dub.1. conclus.1. ad fi.* dicunt obligare ex iustitia, & ex religione. Sed fortè intelligũt impropriè, prout religio est pars potentialis iustitiæ. (Vt num. 8. explicuimus.) Atque obligare omne votũ ex vera iustitia commutatiua, uidetur sentire *Suarez. tract. de iust. diuina, sect.2. nu.16.* & clarius ait id constare in uotis conditionalibus, quibus aliquid Deo vouemus si beneficiũ aliquid nobis concedat. Quod ibi (ait) interueniat pactũ, & æqualitas rei ad rem, non simpliciter, sed secundum pacti, & promissionis exigentiã. Et ita subdit nil deesse ad sufficiẽtem commutationem fundantẽ proprijssimũ, & rigorosam ius, quod est formale iustitiæ commutatiuæ obiectũ. Quamuis ob excellentiam Dei, cui promissio fit, ad religionem pertinere dicatur. Potest insuper probari, quia vouens vult verè se constituere debitorem respectu Dei, & concedere Deo ius ad rẽ voto promissam exigendam, multo magis quam in humanis promissionibus ex iustitia obligantibus.

17 Sed multo verius est, esse actum solius religionis, ac impropriè, & imperfectè iustitiæ, in quantũ religio est pars potentialis iustitiæ. Priorem partem, nempè, esse actũ religionis, nemo negat. Et ratio est, quia per votũ statuitur aliquid faciendum ad gloriam Dei. Quod est formale religionis obiectum. Posterior autẽ pars inde constat: quia (vt num.8 probauimus) non est perfecta ratio iustitiæ cõmutatiuæ in ordine ad Deum, cui votum fit. Item quia *D.Th. communiter receptus. 2.2.q.88. ar.5.* uotũ esse religionis actum; cum tamen *q.80. ar.1.* dixerit religionẽ esse potentialẽ iustitiæ partẽ, eo modo quem nu.8. explicuimus. Et in proprijs terminis docet Vas-

Vasqu.1.p.q.21.art.1.disp.85.c.4.fine, & 1.2.q.19.art.6.disp.65.c.3.nu.14. & q.72.art.6.disp.98.c.3.nu.7.fi.Nauar.lib.3.de rest.c.1.in noua editione, dub.3.nu.17. & 18. Inde bene inferens eius transgressionem non inducere restituendi obligationem.

18 Quidquid tamen sit de hoc, id tamen certum est, rei voto simplici promissæ dominium manere apud vouentem. Constat ex *l.Si quis rem ff.de pollicitat.* vbi dicitur personam obligari, non rem. At si dominium translatum esset, res ipsa maneret obligata. Item quia cũ promittens obliget se ad dandum, necesse est vt dandi facultatem retineat, quam minimè retineret dominio prius translato. Nemo enim potest dare rem alienam. Et ita docent, *D.Th.4.d.38.q.1.art.3.quæstiuncula 2.Perusinus, quem referunt, & sequuntur Ang. verbo. Votum 3.nu.25.Sylu.verb. Votum 2.q.19. Azor lib.11.institutionum moral.c.15.quæst.17.*

19 Non obstante autem hoc dominio, potest vouens compelli ad voti executionem, siue illud religionis, siue quodcũque aliud sit. Quod probatur ex, *c.Ex parte.de censibus, & c.Quod super, in fi. de fide instr.* Et ita docent *Gl.c.Porrectum, in fi.de regula.Innoc c.Penultimo nu.vnico vers. Consulimus, de voto, & dict.c.Ex p.nu.vnica, ver. Cogendi: vbi Io.And.nu.3.Host.nu.5. Ant.nu.6.Cardin. fi. Anchar.nu.3. Henricus num.1.& 2. Abb d.c.Porrectũ, num.12.& d.c.Quod super, nu.3.& d.cap. Ex par.num.1. & 2. & c. Quod super, nu.2.de voto. Ang verbo Votum 3. num.26. Syl.verbo Votum 2.q.19. Caietan.2.2. q.vltima, art.3.dubio* 1. vbi optimè explicat textum *c.Gonsaldus 17.q.2.& D.Th.ar.3.ad* 1.colligentẽ ex eo textu Gõsaldũ illũ, qui voto religionis emisso negaut se monachũ fieri velle, non esse cogendũ manere in religione, eo qd professus non fuerit. Nam non dicunt non potuisse cogi ingredi, sed non potuisse cogi perseuerare: quia simplex religionis votum obligat ad ingrediendum, non autem ad perseuerandum. Potest autem petere religio illa, vel persona, in cuius fauorem uotum cedit, vouentem compelli. Atque ita docent, *Inn.d.c.Ex parte eodẽ ver. Cogendi.Host.Io.And.Anto.Anch.Henricus proximè allegati.Idem Abb.c.Quod super.nu.3.de fide instr.& d. c.Ex p.nu.1. & 2. Ang.& Syl.proximè relati.* Non tamẽ id petunt iure actionis. Quia ex voto simplici ius non acquiritur ei, in cuius fauorem redundat: sed petẽt implorãdo iudicis officium. Vt bene docent, *Ang.& Syl. ibid.* Et ratio est, quia potest iudex ex officio compellere subditos, ne sint sacrilegi, sicut ne alia crimina grauia perpetrent: idque potissimum eius officio implorato per illum in cuius fauorem votum cedit. Quare sicut ratione iuramenti, ita etiam ratione voti potest laicus a iudice ecclesiastico compelli, vtpotè qui de eius foro efficitur, vt bene docet *Anton.c.Licet, num.2.de voto.* Et diximus lib.præced.c.1 .nu.16.

20 Hucusque autem dicta intelliguntur, quãdo sistitur intra voti limites: si.n.id votum intimetur parti, & ab ea acceptetur, an obliget ex iustitia, diximus c.2.nu.28.

21 Rursus difficultas est, an transgressio uoti, quando nullum aliud præceptum concurrit, sit duplex culpa. Vt si quis voueat ieiunium voluntarium, & id non seruet. Videtur enim duplex esse culpa. Nam ex altera parte id uoti transgressionis crimen est contra fidelitatem. Vt constat ex *c.5. Ecclesiast.* Et docet *D.Tho.2.2.quæst. 88.ar.3.& q.89.art.8.* Et altera parte est contra religionem. (Vt diximus nu.17.) Quarum virtutum rectitudines diuersa specie sunt. At absque dubio dicendum est, esse vnicum sacrilegij peccatum contra religionem. Quia etsi ibi reperiatur infidelitas erga Deum, non est distincta a peccato contra religionem. Vna enim & eadem religionis virtus præscribit, vt ob Dei honorem res promissa, & fideliter præstetur. Atque ita docent *Caiet.2.2.q.88.art.5.ad fi.Sotus l.7.de iustit.2.art.7.ad* 1. *Valentia 2.1.disp.6.q.6 punct 4.q.1.conclus.2.Vasquez 1. 2.q.73.art.2.disp.99.c.4.nu.12.*

22 Sed vrgentior difficultas est, an trãsgressio omnium votorum sit eiusdem speciei infimæ. Quidam, quos tacito nomine refert *Vasquez nu.præced.allegatus* asserũt votorũ transgressiones differre specie, iuxta uarias materias de quib. votum emittitur. Et potest probari, quia eo ipso quod legislator aliquid præcipit, constituit illud in diuersis virtutibus, iuxta varias motiuirationes. Atque proinde tunc eius actus præceptus requiritur ex legis suppositione ad illius uirtutis rectitudinem. Et contrarius actus opponitur illi rectitudini, & ad diuersas species pertinet id transgressionis peccatum. Vt si lex Ecclesiastica præcipiat ieiunium, id pertinet ad virtutem abstinentiæ, cui transgressio opponetur, &c. Vt tradunt *Caiet. 2.2.q.88.artic.5. dubio vltimo circa solutionem ad 3.& q. 104.art.2.in 2.dub.circa solutionem ad 1. Sot.li.7.de iust. q.2.ar.3.ad 1.Zumel 1.2.q.72.ar.6.dub.3.Vasquez 1.2.q. 72.art.6.disput.98.c.3.num.7.Manuel 2.tomo summæ cap.94.nu.9. Azor lib.1.institutionum moral.c.2.q.7.fin.* Cum ergo votum sit lex quædã priuata, quam vouens sibi imponit, materia uoti eo ipso erit necessaria ad rectitudinem illius virtutis, ad quam ex se pertinet. Vt si quis voueat ieiuniũ, id necessario requiretur ad abstinentiæ rectitudinem, & si castitatem, ad rectitudinem temperantiæ: & consequenter transgressio opponetur omnib. his virtutibus iuxta materiæ promissæ diuersitatem: ac proinde variabuntur species transgressionis.

23 Verum dicendum est, transgressiones votorum esse omnino eiusdem speciei intimæ, nec aliquo pacto variari ex diuersitate materiæ promissæ, quando ea alio præcepto præter votum non est iniuncta: at possunt intra eandem speciem esse grauior, aut minus grauis culpa, iuxta maiorẽ aut minorem materiæ grauitatem. Et ratio est, quia (vt optimè docet, *Caietanus 2.2.q.88.ar.5. dubio vltimo circa solutionem ad 3.*) in hoc conueniunt materia voti, & pcepti, quia vtraque debet esse bona, & actus alicuius virtutis: differũt autẽ quia materia illa legis ex eo ipso qd a legislatore præcipitur, redditur necessaria ad illius uirtutis rectitudinẽ, & obligat tunc ex illius virtutis rectitudine. Quare trãsgressio illius legis opponetur illi virtuti, ac proinde variabitur species peccati trãsgressionis, iuxta diuersitatẽ virtutũ, ad quas illa legis materia spectat (Vt bene docẽt omnes authores, quos nu præced retuli.) At materia voto promissa, etsi actus alicuius virtutis sit, seclusa tamen speciali vouentis intentione, quia ad illam virtutem se obligaret, nõ obligat ex illius uirtutis præcepto, sed ex solius religionis pcepto, cuius actus est votum. Quod idem docent, etsi nõ ita ample, *Sotus, & Manuel nu.præced.relati.* Cum ergo omnia vota in quacumque materia emissa eandem oppositionem habeant, & sub unica rõne, cum sola religionis uirtute, transgressio omniũ illorum erit eiusdem speciei intimæ. Rõnem autem huius differentiæ assignat optimè *Caiet. ibi*, quia cum lex eo tendat, ut subditos uirtutis studiosos efficiat, dum actum alicuius uirtutis præcipit, respicit uirtutem illam vt finem, ac proinde materiam præceptam iniungit ut illius uirtutis executioni necessariam. At uotum non respicit uirtutem illam ut finem, sed solum materialiter respicit illam; finis autem est cultus Dei ad religionem pertinens. Et ideo huius sententiæ uidentur expressè *Caiet.Sotus, & Alan ibid.* Eandem clarè tenent DD.nu. seq.allegandi. Eorum enim doctrina debet necessario huic fundamento inniti. Et in proprijs terminis docet *Vasquez 1.2.q.73.art.2.disput.99.cap.4.nu.20.*

24 Hinc deducitur, iurantẽ uel uouentem se quodcumque peccati genus uitaturum, eaque peccata post commissa fatentem, oblitum autem circumstantiæ uoti, uel iuramẽti, satis postea fateri dicendo se toties fregisse votum, uel iuramẽtum materię grauis, nec oportere materiam illam explicare. Ratio est, quia malitia prioris peccati est plenè intra propriam speciem detecta in cõfessione. Malitia autẽ fractionis uoti, uel iuramenti est in quacũque materia eiusdem speciei. Cum ergo hæc sola fatẽda supersit, satis erit illam tacita materia explicare.

Ita

Ita docent *Nauarro summa cap. 16. ad finem, & c. Consideret, in principio. num. 104. de pœnit. d. 5. Enriquez lib. 5. de pœnit. cap. 5. num. 4. Emanuel Sa summa, verbo confessionum. 11.* Immo eadem ratio probat integrum esse data opera fateri seorsum ea peccata, & circumstantiam voti, vel iuramenti, tanquam diuersa peccata. Vt si votum fuit non fornicandi, aut non furandi, optima esset confessio dicendo, toties admisi fornicationẽ, aut furtum, & toties fregi iuramentum, vel votum rei grauis. Quia quando malitia peccati, & circumstantiæ sunt separata, possunt seorsum tanquã diuersa peccata in confessione exprimi. Vt bene ait *Enriquez vbi d. Lud.* At cõtrariũ sustinent viri docti, quos tacito nomine refert, & sequitur *Lop. 1. p. instruct. c. 5. col. 7.* dicentes in transgressiones voti, vel iuramenti, esse necessario materiã explicãdam: atq; ita fassum peccatũ, immemoremq; huius circumstãtiæ, teneri denuo vtrumq; explicare. Sed iuxta diuersas sententias est diuersimode in hac re sentiendum, retenta enim sent. docenti solas circũstantias mutantes speciem esse necessario fatendas, verior est prior sententia Nauarri, & aliorum. At retenta multo probabiliori opinione docenti circumstãtias notabiliter aggrauantes esse necessario fatendas, non semper sufficiet exprimere fractionẽ voti, vel iuramenti tacita materia: sed quoties materiæ quantitas notabiliter aggrauat peccatũ, est explicanda, v. g. Sicut qñ res furto ablata est in valde notabili quantitate; non satis est fateri cõmissum furtum, sed quantitas tanquam notabiliter aggrauans est explicanda: ita vouens se non furaturum, si notabilẽ quãtitate furetur, vel vouẽs eleemosynã in notabili quãtitate, non sat fatetur explicata voti, vel iuri transgressione, sed quantitatẽ explicare debet tanquã notabiliter aggrauantẽ. At cum ad specificã trãsgressionis voti, vel iuramenti culpam nil referat materia, circa quam est, satis esset explicare transgressionem voti, vel iuramenti, explicando fuisse in materia notabiliter aggrauanti.

25 Secundo deducitur, quid dicendum sit de religioso transgressore præcepti prælati obligantis sub mortali. quidam docent esse duplex mortale alterũ contra obedientiæ uotum, quod semper vnius speciei est: alterum autẽ contra præceptum superioris Ita docent *Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 5. d. 10. v. ... circa finem, ad 3. Vasquez. 1. 2. q. 72. ar. 6. disp. 98. c. 3. n. 7.* Qui addit hoc posterius peccatum pertinere ad diuersas species, iuxta diuersas materias, diuersaque motiua superioris imponentis id præceptum. Sicut contingere in aliarũ legum transgressione, & præceptorum, diximus nu. 23. Et rationem reddit, quia in religione præter obediẽtiam voto debitam superioribus est in illis eo ipso quod iuxta constitutiones eligantur communicata potestas à Pontifice ad præcipiendum ac proinde ratione solius præcepti obligabũt subditos ex præcepto illius uirtutis, ad quã actus præceptus pertinet. Quod vel inde constat, quia super religionis potest sub excommunicationis pœna præcipere, q̃ ratione solius voti imponere nequiret. Alij autem tradunt esse vnicum peccatum contra votum. Ita *Sotus l. 7. de iustitia q. 2. ar. 3. ad 1. Pet. de Ledes. in summa sacramẽtorum, tract. de pœnitentia c. 19. fol. 632.* Sed vtraque sententia sic concilianda est. Si superior vtraque potestate vtens vellet obligare, verior est prior opinio dicẽs trãsgressionem esse duplicẽ culpam. Vt si superior aliquid præciperet in virtute obedientiæ, & sub pœna excommunicationis. Quia tunc per virtutem obedientiæ exigit obedientiam sibi voto debitam: per pęnam autem, quam vt solus prælatus ecclesiasticus imponere potest, exigi obedientiam vt prælatis talibus debitam. Si autẽ solum præcipiat in virtute obedientiæ, vel absolutè pręceptum imponat, credo veriorem esse posteriorẽ sent. dicentem trangressionem esse vnicum peccatum contra votum. Quia cum non constet intentionem superioris esse vtroque modo præcipere, non strictius, sed fauorabilius in dubio iudicandum est: & cum exigat in virtute obedientiæ, denotat clarè obedientiam ex voto debitam se exigere. Atque idem qñ absolutè præcipit, dicendum est. Quia cum obedientia potissimè ipsi debita consurgat ex voto, dum absolutè præcipit, eam censetur exigere. Si autem solum præcipiat sub pęna excõicationis, credo similiter transgressionem esse vnicam culpam, non contra votum, sed contra potestatem ecclesiasticam. Quia cum ex ea pœna constet pręceptum oriri ex potestate ecclesiastica, & nil addatur, vnde cõstet procedere quoque ex obedientia voto debita: dicendum est à sola potestate ecclesiastica id pręceptum consurgere, vt benignior interpretatio capiatur. Quare si superior vtroq; modo præciperet, vel sub pœna excõicationis solum esset necessario explicandũ in confessione præceptum simul cum materia præcepta. Quia in priori casu est duplex culpa: in posteriori autẽ etsi sit vnica, est cõtra illã virtutem ad quam pertinet actus pceptus. Sicut dũ quis omittit sacrum in die festo, non satis fatetur dicendo transgressionẽ præcepti ecclesiastici, sed materiã quoq; omissam explicare dẽt, vt cõstet species peccati omissi, q̃ iuxta diuersitatẽ materiæ variatur. Si autem solũ pcipiatur in virtute obediẽtiæ, vel absolutè, violatio est contra solum votum, & sic eiusdem speciei manet, iuxta dicta nu. 23. & ideo non est fatenda materia, nisi notabiliter aggrauaret. Iuxta dicta nu. præced. fine. Si vero religiosus violet præceptũ regulæ obligans sub mortali, est duplex mortale Alterũ contra votum obedientiæ, quo vouit regulã. Alterũ verũ contra virtutẽ, in qua materia illa constituitur. Cum enim regula sit quædam lex, cõstituit materiam pręceptam in ea virtute, ad quam spectat. instar aliarum legum. Ita docet *Vasquez 1. 2. q. 96. ar. 4. disp. 162. num. 16.* Quare vtraque circumstantia est necessario fatenda.

26 Quicquid tamen sit de hoc, si quis extra religionem non obediret alicui, cui obedientiæ votum præstiterat, esse vnicum peccatum cõtra religionis virtutem. Nam ille, quem quis sibi in superiorem eligit ratione voti nõ habet ius aliquod pręcipiendi rem aliquam habentem veram legis, aut præcepti rationem. Hanc enim potestatem nullus potest alteri supra se ipsum tribuere, sed à principe deriuari debet. Vt bene probat *Vasquez 1. 2. q. 95. ar. 1. disp. 153. c. 2. nu. 7.* Quare hic solius fractionis voti reus erit. Et ita docet *Vasquez nu. præced. allegatus.*

27 At religiosus transgrediens votum paupertatis, donando aliquid, duplex peccatum admittit, alterum sacrilegii contra paupertatis votum alterum vero furti, donando quod non est suum. Ita *Vasquez 1. 2. q. 73. ar. 2. disp. 99. c. 4. nu. 20.*

28 Tandẽ peccata contra votum, quæ vñr in omissione consistere, vt non recitare, non audire sacrũ voto promissa, sunt potius peccata cõmissionis. Quia peccatum ibi cõsistit in falsitate cõmissa nõ obseruando fidelitatẽ promissionis erga Deũ, quę est religio. Et ita cõmissionis peccatũ est. Atq; ita docet *Vasq. nu. præced. relatus.*

S V M M A R I V M.

Verba voti in dubio an sint intelligenda iuxta communem loquendi modum, num. 29.

Quotiens vouens non determinat circumstantias, ad quas teneatur, num. 30.

Votum an obliget instar legis ecclesiasticæ, vel diuinæ de eadem materia, num. 31.

Voto peregrinandi an satisfiat peregrinatione equestri, nu. 32.

Voto faciendi sacra an satisfiat, si gratis illa fiant; & quid si aliud de stipendio accepto, nu. 33.

Votum equitandi an cesset cib. equi vouentis pereuntib. n. 34.

Quid de voto eroganda eleemosynæ, vel legato relicto certo pauperi si ille prius obeat, nu. 35.

An satisfiat precibus voto, vel pœnitentia debitis, recitando sola mente. nu. 36.

An illis satisfiat recitando cum socio, nu. 37.

Quid si sit rosarium, nu. 38.

An satisfiat hoc interrupte recitando, nu. 39.

Quid si diuersis diebus recitet vouens rosarium promissum, singulis partem: vel diuersis diebus audiat sacrum promissum:

missum: vel vno die plura rosaria, aut officia, aut sacra, vota, vel pœnitentia debita? vel si vno die soluat totam eleemosynam diuersis diebus dandam, nu. 40.

Votum non bibendi vini an violetur toties, quoties bibitur, nu. 41.

An votum ieiunij violetur sola prima comestione: & quid sapius ea die carnes edantur, num. 42. & ibi quid si votum fuit vnica comestionis: etsi culpa sua violet ieiunium, vel ab illo excusetur, peccet edens carnes, nec plus peccet, quam edent alia.

An votum non bibendi vini violetur eo sumpto in prima aut secunda mensa refectione, nu. 43.

An violetur bibita ceruisia, nu. 44.

Qui vouit ieiunare cum pane & aqua, an violet bibito vino: & semel bibito eo, an amplius obliget votum, num. 45.

An vouens abstinere ab ouis, teneatur à carnibus abstinere, nu. 46.

An vouent abstinere ab ouis, teneatur à lacticinijs, nu. 47.

Votum abstinendi à carnibus an obliget ad abstinendum à iure quo cocta sunt, nu. 48.

An voto, pœnitentia, vel iubileo debitis ieiunijs, satisfiat lacticinijs esis cum bulla, nu. 49.

Quid si desit bulla? Refertur quadam sententia, nu. 50.

Violantur ea ieiunia anticipando horam refectionis, nu. 51.

Et remissiuè si oblitus aliquid comedit, satisfaciat illo ieiunio, vel teneatur in aliam diem transferre.

Non tamen edendo lacticinia etiam in quadragesima absque bulla, nu. 52. 53.

Votum audiendi sacri, & ieiunij & sic de alijs, intelliguntur eodem modo obligare, ac precepta de his: & eadem prorsus causa excusant, qua à precepti transgressione, nu. 54.

Quid si quis praeuideret illas causas excusantes: vel voueret ante atatem obligantem, vel post sexagenariam voueret ieiunium, num. 55.

An fratres Franciscani minores viginti vno annis teneantur ad regula ieiunia, nu. 56.

An vouent non vesci carnib. aut lacticinijs, aut ouis, peccet in votum concessis carnib. aut ouis morbo necessarijs, si alias carnes, aut lacticinia morbo nocentia comedat nu. 57.

An vouēs abstinentiā solam ouorū, aut lacticinioū, possit illis vesci, si ratione morbi concedantur sibi carnes, nu. 58.

An voto, vel regulari obseruantia astricti, possint carnibus vesci die natalis Domini incidenti in diem veneris, sed sabbati, & quid de alijs fidelibus, nu 59.

An vouens omnibus ferijs sextis à carnibus abstinere, aut ieiunare, teneatur ad id incidenti natali Domini in feriam sextam Refertur quadam sententia, nu. 60.

Proponitur sententia Authoris, nu. 61.

An qui tantum vouit aut nunquam, aut ferijs sextis, oua non edere, possit illis vesci ea die, nu. 62.

An voto, vel regulari constitutione astricti ad non edendas carnes, possint edere incidenti natali Domini in feriam sextam, si votum, vel constitutio tollantur per dispensationem, irritationem, aut commutationem, nu. 63.

An si his durantibus edantur, peccetur contra ius commune, an solum contra votum, vel constitutionem, nu. 64.

An astrictus voto ieiunandi, vigilia natalis Domini, possit refectionem nocturnam tam longam vt ea die consuetae sit facere, vel satisfaciat illi ieiunio anticipādo horam debitam, si consuetudine inductum sit anticipari, num. 65.

An vouens aliqua ieiunia lege ecclesiastica indicta, de obligetur, si consuetudine abrogentur, nu. 66.

An voto satisfiat quando deficit intentio satisfaciendi, aut illi satisfit actu non humano, aut vi, metu vo extorto, aut actu peccaminoso, vel alio precepto debito, vel dum impletur aliud praeceptum? Remissiuè, nu. 67.

An vouens peregrinationem ad aliquem locum pium, voto satisfaciat, si illuc vinctus trahatur, vel causa alterius negotij aut stipendio conductus illuc eat, & quid si promisit visitare imaginem, & illa mutetur in aliud locum propinquiorem, nu. 68.

29 Quæstio vltima. Quibus circūstātijs teneatur vouēs opus voto promissum exequi, qñ nullas in suo voto determinauit. Triplex in hac re regula tradēda est, verba vouentis sunt intelligenda in dubio secūdum cōmunē loquendi & intelligēdi patriæ vsum. Hāc tradit *Abbas c. Ex parte, nu. 3. & 4. de censib.* Et nos probauimus lib. 1. de matr, disp. 18. nu. 8. Quod in foro conscientiæ intelligendū est, qñ ea verba siue interius, siue exterius proferēs, sensum illorū percipiebat. Nō.o per verba significat, nisi q̄ illis significari intelligit. Quare optimè *Caie. 2. 2. q. 88. ar. 2. dubio 4. §. Sed quid dicē: ūest*, ait quacūq; verborū forma votū emissum, iudicādū esse secūdum cōtentum, & intentū verborum vsum. Quare fenrit nō sat esse sensum illū ijs verbis contineri, sed exigi quoq; eum intendi. Quod absq; eius cognitione fieri nequit.

30 Secunda regula est. Quoties vouēs non determinat circumstantias, tenetur ex vi voti ad circūstātias necessarias, sine quibus res promissa non esset quo ad substāntiam operis materia voti. Vt vouens recitare tenetur attētè: recitare enim sine attētione non est recitare. Ratio est, quia frustra ille voto obligaretur, si non astringeretur quoq; ad circūstantias operi exequēdo necessarias. Et quicumq. vult aliquid, vult implicitè id, sine quo id esse nequit. Ita docent *Palud. 5 dist. 38. q. 4. art. 1. nu 7. Valentia 2 2. disp. 6. puncto 4 q. 3. initio.*

31 Vltima regula. Quando non constat de speciali alia vouentis intentione, non aliter obligat votū in quauis materia, quā si lex esset à Deo, vel ab ecclesia de ea re. Quare tenebitur vouēs ijs circumstantijs votū exequi ad quas lex illa ob igaret. Ratio est, quia votū est quædā lex priuata, quā homo sua sponte sibi imponit circa materiam illā à se promissam. Sicut quia testamētū est quædā priuata testatoris lex, est interpretāda in dubio eius volūtas iuxta legū dispositiones. Vt latissime multis citatis tradit *Mentica de coniecturis vlt. volunt. l. 6. tit. 6. à nu. 1.* Ergo idē in voto dicendū erit. Ita docent. *Sotus l. 7. de iust. q. 2. ar. 2. ar. 1. col. 3. vers. Nihil in conel. & l. 8. q. 1. art. 7. dub. 1. Nauar. sum. Latinae. 12. latisse. num. 65. Hispana ca. 18. addit. ad eundem n. Corduba sum. q. 83. punct. 1. Aragon 2. 2. q. 88. arr. 3. paulo post principium, in probatione tertiæ conclusionis. Valent. 2. 2. disput. 6. qu. 6. punct. 4. q. 2. vers. Secundo nam votum. Emanuel Sà summa, verb. Votum, in principio nu. 22.* Quod limita odum est iuxta ea quæ dicemus c. seq. nu. 10. & 13.

32 Hinc deducitur primo vouentē peregrinari, nec determinantem in voto, an pedester, vel equester peregrinaturus sit, posse esse equestrem exequi votum: etiam si dū vouerit, habuerit animum pedestris peregrinationis non tamen eam vouit. Quia cū in equestri saluetur peregrinationis natura promissę, non est id votū de difficiliori pedestri peregrinatione intellidendū. Iuxta regulā n. 3 traditam. Nec ois intētio tūc cōcepta obligat sub voto, sed quæ sub illo cōprehēsa est, (Vt diximus n. 5. vbi, & quid in dubio.) Ita *Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 1. n. 7.*

33 Secundo deducitur, votum tot missarum in alicuius Sacēli honorē, vel p̄ quauis necessitate, minimè obligare ad erogandam eleemosynā pro illis, si vouens sacerdotem gratis eas facere volentē inueniat. Ratio est, quia ille sola sacra vouit, non autem eleemosynā. Imò hoc verū est, quāuis tēpore voti animū erogandę eleemosynæ pro sacris habuerit, dūmodo ad eā eleemosynā non sę obligarit: iuxta regulā nu. 5. traditam: vbi diximus quid in dubio. Immo idē credo, etsi promisisset eleemosynā pro sacris erogandam. Quia intentio principalis est sacra facere, & eleemosyna tantum ponitur quasi accessoria, & cōditio requisita vt sacra fiāt. Atq; ita voto satisfit factis eis sacris, siue gratis, siue eleemosyna largita. Quod si nō vt accessoriā, sed æquè principaliter vouerit Deo inseruire ea eleemosyna, & sacris illis faciendis, nō satisfaceret gratis illis factis. At in dubio prior intentio præsumenda est, vt frequentissima. Quod si eleemosynā illam æquè principaliter promissam, sacerdoti facturo sacra offerret, & ille eā remitteret, sic distinguendū est. Si p̄misit daturū determinato cuidam sacerdoti, satisfaceret illo remitēte. Quia tota

res

res promissa in illius fauorem cedit. Secus si sacerdoti non determinato vouerit. Vt de iuramento dādæ eleemosynę certo, vel incerto pauperi probauimus lib. preced. c.20.nu.7. & 8. An vero satisfiat missis illis aliunde stipendio accepto, dicemus c.15.nu.11. In quocumque tamen euentu verè satisfaceret, si re ipsa, & absque pacto vllo retrodandi traderet eleemosynam illam sacerdoti, & ille sponte sua illam iterum ei donaret. Quia iā reuera eleemosynam illam largitus est.

34 Tertiò deducitur, promittentem se calicem ecclesiæ daturum, aut equum, &c. teneri omnibus suis deficientibus, quod perierint, aut furto arrepti sint, dare alium, nisi expressè vnum ex ijs quos habebat, vouisset. Quia obligatio nō fuit certæ speciei, sed generis, & ita pereūte specie non extinguitur. Ita *Palud.4.d.38.q.4.artic.1. num.11. D.Anton.3.p.tit.16.c.2.§.4. Syl.verb. Religio 2. q.16. Azor lib.11. instit. moral. c.20.q.2.* Addunt bene *Palud. D. Antoninus, & Sylu.* hoc esse verum, licet vouēs non intenderit tempore voti emere alienum, sed dare suum. Quod tamen intellige nisi suum votum restrinxerit ad solam sui dandi obligationem. Vt diximus nu.5. At in dubio hanc restrictionem nō intelligerem. Quia est possessio pro voto dandi equi, & de restrictione non constat. Et ita diximus eo.nu.5.

35 Quartò deducitur, obligationem voti de eroganda eleemosyna certo cuidā pauperi, si ille prius obeat, diiudicanda esse; sicut iura disponunt de legato facto cuidā pauperi, qui prius obijt. In legato autem ea distinctio solet adhiberi a Doctoribus. Si testator reliquit tanquā pium opus, atq; in animæ suæ bonum, veruntamē elegit potius illum pauperem, eo quod esset sibi notus, vel alia quacunque de causa, debetur alij pauperi. Si vero in bonum duntaxat illius pauperis, non debetur legatum. Ita tradunt in legato *Bart. l. Pater, §. Tusculanus, nu.2. ff. de lega.3. Abbas c. Nos quidem, nu.14. de testam. Ananias ibi.nu.15. Mantica de coniect. vltim. volun. li. 3. tit.5. fine. Medina C. de restit.q.24. versic. Inde etiam est. Molina to.1. de iust. disputat.249. col.penult.* Et in dubio huius intentionis prior præsumitur, & sic debetur legatum. Vt bene tradunt *Abbas. Mantica. Medina ibidem.* Quare idem prorsus de simili voto dicendum est. Et multo magis id est in dubio præsumendum in voto. vtpotè quod in Dei cultum emissum præsumitur, qui est finis ipsius. Quod si pauper ille obierit postquam vouēs est in mora implendi sui voti non intimati, & acceptati ab eo paupere, credo adhuc extingui votū in bonum illius duntaxar pauperis emissum. Quamuis secus esset in legato, sed deberetur hæredi, illius pauperis. Ratio discriminis est, quia hæres tenetur lege institię ad legata implēda: & mortuo testatore pauper ille ius acquisierat, atq; inde in ea iure succedit eius heres. At votū nōdū acceptatū ex sola religionis lege obligat, nec inducit restituēdi vinculum. (Vt n.17. diximus.) Et proinde pauper ius non acquisierat ut trāsmittat ad hæredem.

36 Quintò deducitur, calculus virgineis (vulgo *el rosario*,) aut aliis precibus uoto, aut pœnitentia sacramentali debitis non satisfieri sola mente recitando, sed ore. Quod id uotum, ac confessarii preceptum accipienda sint instar præcepti ecclesiastici de hac re: quod sola mētali oratione non impletur. Nec aduersatur *D.Tho.2.2. q.83. ar.12.* dicens orationem priuatā singularis personæ non oportere esse vocalem. Quia intelligitur de precibus spontaneis. Si tamen ex certo constaret ex pediētius, aut æquè expediens esse spirituali uouentis saluti orare mente, ac uoce posset commutare eas preces uoto debitas in orationem illarum mentalem. (Vt latius in tractatu de uotorum commutatione dicemus.) At pœnitentiam iniunctam non posset ipse commutare: vt constat, quia est pars sacramenti, & actus iudicialis.

37 Sextò deducitur satisfieri precibus horatijs, vel officio defunctorum, uel psalmis, uel litaniis, debitis uoto, uel pœnitentia sacramentali, uel quauis alia ratione, si cum socio recitentur, quolibet partem suam recitanti, & audiēti partē ab altero recitatā etsi uterq; sic recitās ad id teneatur. Quia id uotū, & pceptū sunt intelligēda instar pcepti ecclesiastici de hac re. Quare idē prorsus qd de pcepto horarum canonicarū, qn cū socio recitantur, uel in choro rńdenti organo, uel eunti aliquo ad thurificanda altaria, dicemus in tractatu horarum canonicarū, dicendum est in hoc casu. Et ita satisfieri recitando cum socio docent *Nau.c. Quando c.10. nu.17. & 18. Azor lib.10. instit. moral. cap.7.q.10.*

38 Sed an idē iuris sit de obligato ex uoto, uel pænitentia, uel alio uinculo ad calculos virgineos recitādos, ita ut ei obligationi satisfiat alternatim recitando, dicenti quolibet suam salutationem angelicam? *Nau.eo.cap.10.a nu.22. vsq; ad 35.* re hac latè disputata dicit problematice vtramque partē disputando defendi posse, & verius esse neutrū satisfacere. Sed *Azor ea.q.10.* affirmat vtrūque satisfacere. Quia hmōi pensum interpretari possumus esse reddendū eo more, quo horariū officiū persoluitur. Sed prior opinio multo magis mihi placet. Quia consuetudo nunq explicuit, ut calculi virginei alternatim psoluātur: sed contrariū oīno vsu receptū est, cui in dubio videntur vouens, & confessarius se conformare.

39 Septimò deducitur, obligatum ex voto, vel pænitentia, vel quauis alia rōne ad recitandas horas canonicas vel officiū B. Virginis, ea interruptione satisfacere qua præcepto Ecclesiæ de his recitandis satisfit. De qua interruptione dicemus tractatu de horis canonicis. Atq; qui ex voto, vel pænitentia tenetur recitare calculos virgineos, satisfacit dicendo saltē vnico contextu singulas decadas, omittēdo alias in aliud tps. Sicut contingit in singulis horis canonicis. Quia singulæ decades reputātur vt vna canonica. *Ita Nau.c. Quando c.10.a num.37. vsque ad 42.* dicens re disputata in sacra pænitentiaria in varias itum snias. Idē tenent *Pe. a mi. su. responsis 1.p. casu 51. Azor l.10. instit. moral.c.8.q.8.* Si vero vna decas interrumpatur, idem prorsus dicendum est, quod de vnius horæ canonicæ interruptione dicemus suo loco.

40 Quod si quis promiserit se calculos virgineos recitaturum, si promissio fuit tertiæ partis recitādæ, existimo illā nō satisfacturum, si diuersis diebus recitet, singulis singulas, aut binas, aut ternas decades. Quia ea obligatio intelligitur instar præcepti ecclesiastici de recitando officio canonico, quod vnica die persolui debet. Et ita cōis cōsuetudo interpretatur. Si vero integrū rosarium tribus partibus constans vouisset, satisfaceret utiq; tribus diebus recitando, singulis singulas partes. Quia hæ tres partes in cōi æstimatione oīno diuiduntur. Sicut uouentes audire sacrum satisfaceret audiendo duas sacri partes eodē die, nō aūt diuersis diebus. Si vero quis promittat se ter vel quater officium canonicū, vel psalmos pęnitentię, vel calculos virgineos recitaturum, vel id in pænitentia iniungatur, nec constet de speciali vouentis, aut confessoris intentione, existimo illū satisfacere, sed si eodē die hæc recitet. Quia nō est cur limitetur ad hæc diuersis dieb. explēda. Secus si promisisset se quotidie recitaturū, vel toto mēse, aut hebdomada, aut trib. diebus: vel id esset in pænitentiam iniunctū. Quia tunc votum, & pænitentia intelligenda sunt instar pcepti ecclesiastici de quotidie recitando, vel audiendo sacro diuersis diebus. Quod diuersitas illa dierū in voto, vel pęnitentia assignata satis denotat: ut uel sic ille diuersis dieb se in bono aliquo opere exerceat. At si uotū, vel pænitētia essent dandæ quotidie eleemosynę, uel toto mēse quotidie, si magna quantitas eroganda assignetur in uoto, vel pænitetnia, pro toto illo tpe distribuenda, vē in dubio maior cōmoditas dandi spectari: ne vouens, aut pænitens cogatur tantam summam simul erogare, & ita potest suo fauore cedens simul erogare. Si vero sit modica, vel relinquatur arbitrio ipsius quantitas danda, videtur finis esse, ut quotidie ille bonum aliquod opus exequatur, nisi aliūde maioris cōmoditatis coniectura sumatur, & ita non satisfaceret dādo simul.

41 Octauò deducitur, quid de uoto non bibendi uini cen-

censendũ sit, an, & violetur toties, quoties id bibetur *Palud.4.dist.15.q.4.ad finem, in nu.39. & 40. & D. Anton.2.tit.11 c.2.§. Tabiena verbo Votum 2.q.8. nu.9.* ita distinguunt. Si votum sit non bibẽdi vini in perpetuũ, violatur quoties id bibitur: si aũt sit non bibendi certa die, peccatur sola prima uice bibendo Sicut indulgẽtia perpetuo concessa obtinetur quoties diligentiç prçscriptæ fiunt: at determinata ad certum diem, non nisi semel. Sed postea *Palud. & Anton.* aiunt uel posse dici, qñ uotum fuit pro die determinata, peccari quoties bibitur: qñ aũt pro die aliqua indeterminata, non peccari toties, quoties ea die bibitur: se posse bibi amplius ea die trãsferri iñ obligationem in aliã diem. Sed dicẽdũ est, siue uotũ sit numquam bibendi vini, siue certa die determinata, uiolari toties quoties bibitur. Nec est simile illud allatũ de indulgẽtijs: harũ.n. cõcessio est qd affirmatiuũ & iõ nullam distributionẽ cõtinet. At non bibere vinũ est quid negatiuum, & subinde distributionem continet. Et rõ est quia votum obligat instar legis ecclesiasticæ. Hæc aũt esu aliquo interdicens uiolatur quoties siue eodem die, siue diuersis editur. Vt constat in esu carnium, & lacticiniorũ ab ecclesia interdicto. Et ita docent *Angelus verbo Votum 3.fine. Syluest. verbo Votum 2.fine. Nau. summa cap.12.nu.53. Palacios 4.distin. 38.disput.1.post 5.conclusionem fol.839. Azor lib.11.institutionum moralium, c.20.q.8.* Concedendum tamen est cum *Palud. D. Anton. & Sylu. ibidem*, quando votũ fuit non bibendi vini die quadam vagè, bibito uino semel aliqua die, licitum esse ulterius ea die bibere: at obligationem transferri in aliam diem. Quia cum obligatio non fuerit potius pro illa die, quam pro alia, non uiolatur uotum bibendo vinum ea die: potest eñ uouens eligere diem aliã, in qua uotum expleat. Quod intellige cum *Syl.* nisi dies illa esset vltima termini in uoto præfixi. Vt si quis uouit non bibere uinum quadã huius hebdomadæ die, & sola ultima superfit. An uero si diem illam uoto explendo elegisset, peccet ea bibẽdo uinum, toties quoties biberit: dicemus c.13 n.35.& sequentib.

42 Secus autem est de uoto ieiunij: qui enim aliqua die ieiunare uouit, peccat sola prima uice, quia ieiunium frangit. Vt bene docent *Palud.4. distin.38.q.3.art.4.nu. 21. D. Anton. Angelus. Syluest. Palacios num. præcedenti allegati. Armilla verbo Votum nu.27. Azor lib.11. institutionum moralium, c.20.q.6. Enriquez lib.7. de indulgentijs 13.nu.13.in commento, litera S. fine.* Et ratio est, quia quamuis id uotum includat negationem, comedendi nisi semel illa die: at illa negatio promissa est per modũ unius abstinentiæ consistentis in unica comestione per totum diem, in quantum deseruit ieiunio illi implẽdo. At semel iam eo uiolato duplici comestione, impossibile est amplius seruari. Sicut de ecclesiastico ieiunij præcepto tradunt communiter DD. (Vt suo loco dicemus.) Addit autem *Azor*, toties hunc contra uotũ peccare, quoties ea die carnes ederit. Quod ieiunium certa die promissum id contineat ut nunquam ea die carnes comedantur. At hoc nõ caret difficultate. Quia in hoc uoto non clauditur directe abstinentia a carnibus; sed indirecte, quatenus est pars essentialiter ad ieiunium requisita, & accessorie ipsi ieiunio. Quare cum semel uiolato ieiunio cesset obligatio circa principale, cessare uidetur circa accessoriam abstinentiam a carnibus. Sicut quia promisso ieiunio non promittitur directe vnica comestio, sed indirecte, & accessorie, quatenus est ad ieiunium necessaria, hoc uiolato non amplius obligat. Secus autem contingeret, ubi quis expresse uoueret unicam in die comestionem: peccaret enim absque dubio toties quoties præter unicam, comederet illa die. Sic ergo dicendum est in nostro casu, cum non directe, sed indirecte, & accessorie promissa sit abstinentia a carnibus, tãquam pars ad ieiunium necessaria; eo uel maxime quod magis essentialis sit ieiunio unica comestio. De ea enim omnes consentiunt, non autem de abstinentia a carnibus. Sed objicies, uotum ieiunij obligare instar legis ecclesiasticæ de ieiunio: at eo ipso quod hęc iniungit ieiunium aliquod, ita pręcipere censetur abstinentiam à carnibus, vt sit mortale toties quoties edantur. Ergo eodem modo intelligetur id votum. Sed respondeo duplici ex capite præcipi ab ecclesia in diebus ieiunij ab ipsa indictis abstinentiam à carnibus. Prius est, indirecte, & accessorie, in quantum, scilicet, ieiunium absq; ipsa consistere nequit. Et hac ratione solos illos obligat, qui ad ieiunium tenentur. Quare excusati a ieiunio, siue quia illud semel violauere, siue quauis alia ex causa, non peccant contra id ieiunij pręceptum comedendo carnes. Quia cum cesset obligatio principalis ieiunij, cessat quoque obligatio accessoriæ abstinentiæ. Posterius est, quia est præceptum aliud generale ecclesiasticũ, directe, & per se, & independenter a ieiunãdi obligatione, astringens oẽs fideles ad carniũ abstinentiam oĩbus ieiunij ab ecclesia indictis. Et contra hoc peccãt edẽdo carnes excusati a ieiunio, sicut ẽt peccant edendo lacticinia in ieiunijs quadragesimalibus. Dico ergo vouentẽ ieiunare solum, non vouere abstinentiã à carnibus posteriori hoc modo ab ecclesia pceptam cum (vt nu. 5. diximus) votum in dubio sit strictissime interpretandum, vt minus obliget, in quãtum fieri possit. Sed illa vouet priori modo. Quare quacunque rõne excusatus hic fuerit a ieiunio illo promisso, ẽt si culpa sua id fregerit comedẽdo carnes edẽs, sicut nec quicquã aliud, nõ peccabit amplius itetũ carnes ẽdens, sicut nec quicquã aliud comedẽs. Quare latũ est discrimẽ inter obligatũ ex pręcepto ecclesiastico ad ieiuniũ, & obligatũ ex solo voto. Quippe ille prima vice comedens carnes nec excusatus à ieiunio duplex peccatum necessario confitendum committit, alterum in ieiunij legẽ ea comestione violatã: alterũ vero in legẽ aliã peculiarẽ obligantẽ ea die abstinere, independẽter à ieiunij obligatione. At comedẽs carnes in die solius ieiunij promissi, vnicum peccatum admittit contra solũ ieiunij votũ, quatenus ea comestione id uiolatur. Et tandẽ hæc pars probatur, quia uouens certa die ieiunium nõ in diei honorem, excusatusque ab illius die ieiunio, siue quia iam illud sua culpa uiolauit, siue necessitate excusante a culpa, non tenebitur a carnibus abstinere, sed tenetur alia die ieiunare: alias cum ad posterius cõstet obligari, esset ad duo obligãdus, qui unicum ieiunium vouit. Ergo in uoto ieiunij non clauditur abstinentia à carnibus, vt omnino præcipitur ab ecclesia: tunc enim teneretur ea die ab illis abstinere, sed tantum vt indirecte cadit sub ieiunij præcepto. Et ita iuxta hoc dicendũ est non magis delinquere contra votum edendo carnes, quam quicquam aliud, quo ieiunium violaret: & ita sat esse fateri violationem ieiunij voto promissam, non explicando an esu carnium violata sit. Et ideo hęc pars est mihi probabilior. Et idem prorsus censeo de ieiunio in pœnitentiam sacramentalem iniuncto.

43 Nec voto non bibendi vini contrauenitur, sumpto vino in prima missæ ablutione post sanguinis sumptionem. Quia obligat præceptum ecclesiæ ad id sumendũ *c. Ex parte, de celebr. missar. Ita Palud.4.d.38 q.3.artic.4. nu.27. & ibi Palacios disp.1.f.838.col.2.* Nec etiam sumpto vino in secunda ablutione. Quia id uotum non intelligitur vt sit contra communem ecclesiæ vsum, iuxta quẽ sacerdotes in ea ablutione, vino & aqua vtũtor: eo vel maxime, quod in aliquibus missalibus in rubricis generalib. missæ faciendæ præscribitur eam ablutionẽ vino, & qua faciendam: quamuis in alijs dicitur digitos abstergẽndos, tacita materia qua abstergi debeant. Et ita docet *Azor lib.11.instit.moral.c.10.q.7.*

44 An vero id votum violetur bibita ceruisia? Affirmat *Caiet.2.2.q.150.art.1.statim in principio.* Quod hæc loco sumatur, ac instar illius inebriet. At verius est, vbi aliud de vouentis intentione non constat, in solum obligare ad vini abstinẽtiam, quare illi non contrauenitur sumptis alijs quæ vera vina non sunt, etsi loco illius bibi soleant, & similiter inebrient. Quia cum voti obligatio sit

stricte

ſtrictè interpretãda,(vt diximus nu. 3.) prohibitio vini, quod pretioſius, & appetibilius eſt ceteris inebriãtibus, non debet ad illa extendi. Sicut vouens non ingredi aliquam domũ ratione mulieris præbentis peccãdi occaſionem, non obligatur ea mutante domicilium, etſi ibi habitet alia etiam maius periculum afferens.(Vt diximus c.6. nu. 20.) Et ita docent quidã doctiſſimi neoterici. At ſent. Caietani eſt vera, quando vouens intenderet ſe eo voto ad vitandam ebrietatem obligare: & ſolius exempli gratia vinum expreſſit. Cum enim exẽplum non arctet regulam *l.1.§. Quod vulgo, ff. de vi, & vi armata*, ſub eo voto omnia inebriantia comprehenduntur. Secus autem eſſet, quando etſi intenderit ſe nõ inebriare, at ſolius uini abſtinentiam vouit, nec illud gratia exempli in voto adhibuit. Tunc enim cum finis præcepti non cadat ſub præcepto: nec ſit eadem ratio de vino & de alijs, crederem hunc non teneri ex vi voti ad aliorum inebriantium abſtinentiam. Nec cenſerem in dubio intentionis adhibitum vinum gratia ſolius exempli, vt benignior fiat voti interpretatio.

45 Quia vero vouit ieiuniũ, cum pane, & aqua, eſt voti reus bibendo vinũ: at eo bibito in ea quantitate vt ſoluat ieiunium, non eſt amplius peccatum id bibere. Sicut facta vnica comeſtione ſoluẽti ieiuniũ, nõ peccatur cõtra votũ deinceps comedẽdo. Quia abſtinentia à vino nõ promiſſa eſt per ſe, & directè, ſed vt neceſſaria ad ieiuniũ cũ ſolis pane & aqua: quare cum ſemel bibito eo vino id ieiuniũ ſeruari nequeat, non amplius obligabit abſtinentia à vino, nec ieiunium illud cũ pane & aqua amplius obligabit, vtpotè quod ſeruari nequit. Secus eſſet ſi quis ꝓmiſiſſet ſe ſola panẽ & aquã comeſturũ, tunc.n. quoties biberet vinum, vel aliquid aliud comederet, peccaret contra votũ. Quia id votũ eſt directè de ea abſtinentia, & nõ vt acceſſoria ieiunio: & iõ contra votum minimè peccaret non ieiunando, dummodo in omnibus comeſtionibus ſolum pane, & aqua vteretur. Atq; idẽ dicendũ eſſet, ſi quis voueret ſe ieiunaturũ abſtinendo ab aliquo peculiari cibo, vt piſcibus: ſemel.n. eis comeſtis, non teneretur amplius ab illis abſtinere. Quia ea abſtinentia non directè promiſſa eſt, ſed ut acceſſoria tali ieiunio, quod iam ſeruari nequit. Sicut qui promiſit ire Hieroſolymam ſacco indutus, nec poteſt ire, non tenetur ſacco indui. An uero qui ſemel bibit vinũ, teneatur ad ieiuniũ cõe eccleſiaſticũ, cũ poſſit illud ſeruare, eo quod potus vini illud non ſoluat: (vt ſuo loco dicemus) dicendum eſt teneri: iuxta regulas traditas c. prçc nu. 10. & ſeqq. & idẽ eſt, ſi quicquam aliud hora prãdij cõſueta comederet. Quia qualitas illa abſtinẽtię tanq̃ acceſſoria ieiunio promittitur, & iõ in dubio non cenſetur per modũ vnius promiſſa. Sicut qui promittit ieiunare abſtinendo à piſcibus, veſcens illis hora prandij conſueta peccat nõ ſeruato voto quo ad illũ modũ, at cũ poſſit adhuc ſeruare ſubſtantiã principalem voti ꝓmiſſã; tenetur ad illã. Quæ intelligenda ſunt, dũ non conſtat vouentis intentionẽ fuiſſe, promittere per modum vnius ieiuniũ cum hac circumſtantia abſtinẽtiæ.

46 Nonò deducitur, quid dicendũ ſit de uoto abſtinendi a lacticinijs. an includat abſtinentiam à carniũ eſu. Quidã ſic diſtinguũt: qñ uouens deliberaſſet abſtinentiam quoq; à carnibus, ſi ea in mẽtem veniſſet, tenetur abſtinere à carnibus: ſecus ſi contrariũ deliberaſſet. Ita docent *Syluest. verb. Dominica, nu. 2. fine, & verbo Ieiunium q. 10. d. 2. Azor lib. 7. inſt. mor c. 10. q. 2. Beia in ſuis reſponſis 2. p. caſu 3. Lud. Lop. 2. p. inſtruct. tract. de pœnit. c. 112. de ieiunio, f. 716.* & conſonat *Armilla verbo ieiuniũ n. 13.* vbi ait recurrendũ ad vouẽtis intentionẽ. Qñ aũt vouens neſcit diſcernere quid faceret tempore voti, ſi meminiſſet, *Syl. verb. Dominica nu. 2.* ait partem tutiorem amplectendam, vt à carnibus abſtineat, vel diſpenſationẽ petat. Et teneri hunc abſtinere tradũt *Tabiena verb. Ieiuniũ q. 1. nu. 10. fine & Beia eo. caſu 3.* Quia abſtinentia a lacticinijs includit quoque carnium abſtinentiam: eo quod illa ſint carnium pars, vtpotè quæ ab illa ſementinã originem trahunt, *c. Deniq; d. 4.* At idem *Syl. verb. Ieiunium q. 10. d. 2. Azor & Lud. Lop. proximè allegati* dicũt in hoc dubio integrũ eſſe huic carnes edere. Quia non tenetur ſequi quod tutius eſt. Itẽ quia cũ abſtinentia lacticiniorum ſit rei minoris minuſque dilectæ, non extenditur ad rei maioris, magiſque dilectæ abſtinentiã. Quã partem veriſſimã credo. Imò & credo contra Doctores prædictos, hoc eſſe verum, etſi uouẽs hic certus ſit fore ut ſi carnium abſtinentiæ tẽpore uoti meminiſſet, illam quoque uoueret. Et ideo optimè *Emmanuel Sà, ſumma, verbo Votum, in princ. num. 25.* abſolutè dixit hunc non teneri à carnibus abſtinere. Ducor, quia ad inducendum obligationem, aut ad eximẽdum ab ea, nõ attenditur qualis uoluntas habenda foret, ſi ſe obligans meminiſſet, ſed qualis habita ſit (vt latè probauimus c. 2. a nu. 6.) & ita c. 13. num. 12 dicemus cum *Valentia* ex hoc non colligi uoti obligationem, aut deobligationem. Imò idem credo, etſi tunc meminerit carniũ, & uoluerit ab illis abſtinere, adhuc.n. poteſt illis veſci: niſi ẽt uoluerit eam intentionem in ſuum uotum cadere: Quia intentio tempore uoti concepta nõ obligat niſi ea in uoto cadatur. Vt diximus nu. 5.

47 Nec qui vouit abſtinentiam ab ouis, tenetur a lacticinijs abſtinere: nec è contra qui à lacticinijs, tenetur ab ouis: niſi in vtroq; caſu conſtet de expreſſa uouentis intẽtione utramq. abſtinentiã comprehẽſam eſſe. Quod hæc ſint verè diuerſa, nec unum in alio includatur.

48 De eo autẽ qui uouit abſtinere a carnibus, an poſſit veſci iure in quo coctæ ſunt, *Roſella verb. Ieiunium n. 31.* ait, ſi meminerit iuris, & intenderit illud ſub uoto comprehendere, vel ſi meminiſſet, cõprehẽdiſſet, teneri a iure abſtinere: ſecus ſi non meminit, nec cõprehẽdiſſet, ſi meminiſſet. Sed (ut diximus n. 46.) hæc regula eſt inſufficiẽs: & iõ credo hunc abſolutè teneri ab eo iure abſtinere, niſi expreſſam intentionem habuerit ad id non ſe obligandi, & licet occurrens memoriæ exciperet. Quia id uotũ abſolutè emiſſũ obligat inſtar ꝑcepti eccleſiaſtici carnes interdicentis, qđ ſubinde interdicit ius quo coquũtur, vtpotè quod carnium ſubſtantiã in ſe imbibit.

49 Decimò deducitur, quid dicendum ſit de voto ieiunandi, an includat abſtinentiam a lacticiniis. Et quidẽ vel poſſumus de habenti bullã concedenti hunc eſum, uel de cãrenti illa loqui. Etſi de habenti bullam loquamur, *Nauar. lib. 3. conſ. tit. de obſeru. ieiun. in 1. edit. toto conſ. 4. in 2. toto conſ. 5.* ait nil concedi in bulla circa ieiunia uoti, uel pęnitentiæ ſacramentalis, uel iubilei: & ita ieiunia his ꝑſcripta eſſe neceſſario abſq; lacticinijs obſeruanda. Ducitur, quod bulla ſolũ lacticiniorum eſum cõcedat in ieiunijs ab eccleſia indictis, & tum ſit priuilegium a iure exorbitans, non eſt ad alia extendendũ. At omnino tenẽdum eſt ſatisfieri omnibus his ieiuniis, edendo lacticinia cum prædicta bulla. Quia non aliter Põtifex, confeſſarius, aut uouens imponit ieiunium, q̃ lege eccleſiaſtica indicitur. At huic ieiunio ſatisfit edendo lacticinia cum bulla. Atque ideo hanc partem docet in ieiuniis iubilei etiam tempore quadrageſimæ obtinendi, *Angles floreb. 1. p. q. 9. de ieiunio. art. 1. poſt 9. diff. dub. 5. Metinalb. 1. ſum. c. 14. §. 10. f. 99. Manuel c. 10. ſum. in 2. editione c. 184. nu. 10. Lud. Lopez 2. p. inſtruct. tract. de pœnit. c. 112. de ieiunio, fol. 74. Petr. de Ledeſma 2. tom. ſummæ, tractatu 27. c. 2 poſt 3. concluſ. diffic. 3.* Atque in ieiuniis uoti idem tenent *Ludou. Lopez, & Manuel ibid.* Qui idem ait de ieiunio iniuncto in pęnitentiam: quãuis *Angles ibid. poſt diffic. 7. dub. 2. & Cordu. ſum. q. 168. puncto 2.* aliquantulum trepident in habenti uotum ieiunandi quadrageſima, dicunt enim, etſi habeat bullã, teneri ieiunare eo modo, quo reliqui eiuſdem cõditionis habentes bullam, qui ſimile ieiunãdi uotũ emiſere.

50 Maius autem dubium eſt de carentibus bulla. Qua in re diuerſimodè loquuntur DD. quidam enim dicũt, ſi ieiunium ſit extra quadrageſimã, ſatisfieri illi veſcendo lacticiniis abſq; bulla: unde contrariũ uidentur tenere in ieiunio quadrageſimæ. Ducuntur, quod extra

qua-

quadragesimam, non interdicat Ecclesia lacticinis. Sic loquentes de ieiunio iubilei docent *Enriquez l. 7. de indulgentijs c. 10. n. 4. & c. 13. n. 13. Manuel n. praeced. allegatus* vbi addit idem esset dicendum de ieiunijs quadragesimae in locis, in quibus consuetudine derogatū esset praecepto ecclesiastico abstinendi tunc à lacticinijs. Et loquens de ieiunio iniunctō in penitentiā docet *Quandus 4. d. 16. post propositionem 52. corollario. 1.* Et loquens de eo qui vouit ieiunare quartis ferijs per annū docet *Enriquez eo. c. 13. nu. 13. in commento, litera D.* & loquentes de habenti votum ieiunandi quadragesimā, dicunt expresse eum teneri virtute voti abstinere à lacticinijs, nisi contrarium expressam intentionem habuerit, *Corduba, & Ludouicus Lopez n. praeced. allegati.* Imò & *Corduba* docet ibi teneri hūc virtute voti abstinere a lacticiniis in dominicis quadragesimae. Et loquentes de ieiunijs in iubilei obuenēdis in quadragesima, docere videntur idem, *Medina & Angles dubio 5. vbi eos allegaui nu. praecedenti*, dicunt enim carentem bulla solutum esse seruare ieiunia iubilei in quadragesima, rigorose cum piscibus. Quamuis in his contrarium doceat *Ludouicus Lopez proxime relatus.* Idē docere videtur de ieiunijs totius anni, vbi cōsuetudo obtinuit, vt in ijs abstineatur à lacticinijs, *Sylv. verbo Ieiunium quaest. 5. dicto 1.* vbi dicens eum, cui est iniunctum ieiunare simpliciter non teneri abstinere à lacticinis, addit solui ieiunium, si esset consuetudo ab illis abstinendi. Quod idem docet *Tabiena verbo Ieiunium quaest. 7. n. 8.* Et idem de ieiunio quadragesimae supponit *Angelus verb. Ieiunium nu. 5.* & tantum quaerit de ieiunio extra quadragesimam, & dicit edentem lacticina non frangere id ieiunium, vbi est consuetudo non edendi, si ex rationabili causa ederet. Idem videtur sentire *Azor lib. 7. inst. tutionum moralium cap. 10. quaest. 1. fi.* vbi ait ieiunia ex voto, poenitentia, vel iubileo praescripta, seruanda esse eo modo, quo ciuitas seruat ieiunia accidentia quatuor temporibus, & vigilijs, & *lib. 11. cap. 20. quaest. 6.* ait vouentem ieiunare teneri seruare, accommodando se patriae consuetudini: nam (inquit,) ab his abstinetur quadragesima, extra uero iuxta patriae vsū. Pro eadē sententia sunt quoad ieiuniū quadragesimae, alii dicentes abstinentiam à lacticinijs esse integralem illius ieiunii partem. Hi sunt *Angelus verbo Ieiunium, initio, & ibi Sylvest. q. 3. Tabiena quaest. 1. Armilla nu. 1. Ledesma 2. p. q. 4. 17. art. 1. paulo post principium* vbi idem sentit de alijs ieiunijs extra quadragesimam, ratione generalis consuetudinis. Et potest probari haec sententia. Quia eo ipso quod voto, pęnitentia, vel iubileo iniūgitur ieiuniū, cēsetur iniungi eo modo quo ab Ecclesia institutum est, non tantum quoad ad essentialia, quae sunt vnica comestio, & abstinentia carnis, sed etiam quoad circumstantias ieiunio annexas. Et cōstat quia eo ipso tenetur quis non anticipare horam comestionis, & anticipando absq; iusta causa solueret ieiunium, quamuis hora illa non sit de ieiunij essentia. (Vt suo loco dicemus.) At ieiunium omne ecclesiasticum exigit abstinentiam à lacticinijs aut iuris praecepto, vt quadragesimale, aut saltem ex consuetudine, vt alia ieiunia iuxta multorum sententiam: & hoc tanquam circumstantiam ieiunio annexam. Quae circumstantia non est omnino extrinseca, & accidentalis ieiunio, sed valde intrinseca. Cum pertinet ad abstinētiam, & finem ieiunij, scilicet, carnis maceratione: vt pertinet hora comestionis.

51 At existimo anticipantē notabiliter absque iusta causa horam refectionis, ita violare ieiunium, vt nō satisfaceret ille, siue voto, siue poenitentia sacramentali, siue iubileo impositum sit. Quia quamuis hora refectionis nō sit de ieiunij essentia, at est circūstantia, ita annexa ieiunio, vt ex solo illius praecepto, & nō aliter iniūcta sit: & ideo est quasi intrinseca ieiunio. Quāobrem in cōmuni hominū existimatione receptū est, eā ita desiderari, vt vidētes aliquē summo mane comedere, apprehēdāt statim eum non ieiunare. Et ita communiter 1. D tradunt anticipantē horam ieiunij illud trāsgredi. Vt suo loco vi-

debimus in tractatu de ieiunio: vbi etiam dicemus an voto, aut poenitentia ieiunio debito satisfiat, quando ex obliuione mane ientaculum sumptum est: an potius sit ieiunium illud in aliam diem transferendum.

52 Secundo existimo satisfieri omnibus his ieiuniis extra quadragesimam factis, edendo lacticinia absque bulla. Quia est probabilior opinio, nec iure, nec cōsuetudine interdici lacticina in illis. Vt tractatu de ieiunio probauimus. Atque ita de ieiunio iubilei, vel poenitentiae tetuli nu. 49. DD. id tenentes.

53 Tandē idem existimo tanq; ualde probabile de ieiuniis quadragesimalibus uoto, pęnitētia, uel iubileo indictis, nisi Pontif. in iubileo, vouēs in uoto, uel cōfessarius pęnitentiā iniungēs, expresse usum lacticiniorū interdicerent. Quamuis. n. peccaretur in praeceptū ecclesiae interdicētis eo tēpore lacticinia carētū bulla, at nō peccaretur cōtra uotum, pœnitētiamve tunc ieiunādi, & satis fieret eo ieiunio uoto, uel pœnitētiae, uel ieiunio iubilei. Ducor, q̄a hic ex pęnitentia uoto, uel iubileo ad solū ieiuniū eo mō quo est ab ecclesia institutū, tenetur, & ad id, ad q̄ obligat praeceptū ieiunii ut sic. At praeceptū ieiunij etiā quadragesimalis ut sic, nō obligat ad abstinētiā à lacticinijs: sed est distinctō omnino praeceptū independēs à ieiunio. Quod inde cōstat, quia *c. Denique, 4 d.* ubi hęc abstinētia pcipitur in quadragesima, nulla fit mentio de pcepto ieiunij, nec ratione ieiunij id pcipitur, sed tantū dicitur sic. *Par est, vt qui his diebus à carnibus abstinemus, ab his quę sūa trahunt originem à carnibus ieiunemus.* Et ita in dominicis quadragesimae ibi praecipitur quoq; haec abstinentia; cū tamen in eis nō ieiunetur. Atq; pueri, & omnes alij à ieiunij praecepto excusati, tenētur à lacticinijs abstinere. Quare nō est hoc pceptū, sicut de hora refectionis non anticipanda: vipote quae ex vi solius praecepti ieiunij iniūgitur, & eo ipso quod quis non tenetur ieiunare, non tenetur ad illam. Et hinc constat solutio cōtrariae rationis adductę n. 50. Quod si obijcias has omnes rationes aequè procedere in esu carnium: & sic concluderēt non exigi abstinere ab esu carnium. Respondeo esse disparem rationē: quia (vt dixi nu. 42.) esus carniū vltra speciale prohibitionem interdicitur quoq; indirectè in ipso ieiunij praecepto, eo quod sit essentialiter requisita ad ieiuniū abstinentia à carnibus. Quare in omni ieiunio praecipitur. & id testatur cōmunis omnium conceptio statim apprehendentium aliquem nō ieiunare, ac vident ipsum carnibus vesci. At abstinentia a lacticinijs non est de ieiunij essentia; nec praecipitur in omni ieiunio: nec videntur edentem lacticinia, concipiunt inde eum nō ieiunare. Quare edens carnes in die ieiunij duplex mortale admittit, quādo prima vice edit. At vescens lacticinijs in quadragesima, vnicum peccatum committit contra praeceptum abstinendi ab eis, & nullo modo contra ieiuniū, alias esset duplex culpa. Et sic non tenetur in confessione explicare se edisse lacticinia in die qua ieiunare tenebatur: sed satis est se edisse in die prohibenti eum esum. Tandem quia si hac à ieiunio promisso excusaretur ratione aliqua, nullatenus peccaret in votum edēdo lacticinia. Cum tamen si eo, ipso quod voueret ieiuniū, voueret quoq; abstinentiam à lacticinijs, teneretur tūc ab his abstinere. Si respōdeas promissam tātum esse vt partē ieiunii, & ideo excusatū à ieiunio excusari ab illa. Contra hoc esse videtur, quod eius abstinentiae praeceptum est independens à ieiunio, & quę obligat ad illud: & sic nullo modo est pars ieiunii. Et huic sent. fauent. *Palud. 4. d. 15. q. 4. ar. 4. nu. 33. D. Ant. 2. p. tit. 6. c. 2. §. 3.* vbi dicūt eū, cui est iniunctū simpliciter ieiunare, nō teneri abstinere a lacticiniis. Eandē sniam in proprijs terminis docet. *Ang. floribus 1. p. q. 9. de ieiunio, art. post. diffi. 7. du. 2. propositione 3.* vbi ait promittentem ieiunare quadragesimā. Dubium autem an intenderit abstinere a lacticinis, non esse damnandum tanquam reum voti, si illis absque bulla vescatur. Ait autem *in 1. propositione* teneri hunc abstinere, si certus sit se intendisse ieiunium, vt ab ecclesia praeceptum est.

Sed

Sed hoc intelligendum est, quando vouens intellexit de præcepto annexo ieiunio quadragesimali & hoc in voto suo comprehendit. Quoties enim de hoc non intellexit, vel dubium est, explicari debet ea intentio de præcepto ipso ieiunij, non autē de præcepto abstinentiæ à lacticinijs, quod per accidens illi coniungitur: vt vel sic benignior interpretatio accipiatur in voto, qđ stricte intelligendum diximus n.3. Præterea, quia aliàs semper obligaret id votum ad abstinentiam a lacticinijs: cum semper votum ieiunandi absolutè emissum intelligatur de ieiunio vt est institutum, & præceptum ab ecclesia: iuxta regulam nu., 1. traditam. Quare cum ea conditio tacitè intellecta sit, eius expressio nil debet operari, *ca. Significasti. de election. l. Conditiones quæ extrinsecus ff. de condit. & demonst.*

54 Vndecimo deducitur, votum audiendi sacri obligare ad audiendum eadē prorsus attentione, & integritate, ac obligat præceptum ecclesiæ: & tūc esse mortale defectu attentionis vel integritatis, quādo esset mortale in præcepto ecclesiæ: & easdem prorsus causas excusare, quæ ab ecclesiæ præcepto excusant. Et idem prorsus dicendum est de ieiunii voto. Quare ætas sexagenaria iuxta opinionem dicentium eam excusare à præcepto ieiunii, excusabit quoque à voto ieiunii: Et idem est de aliis præceptis sentiendum: dum non constat de alia vouentis intentione. Quia hæc vota non aliter obligant, quàm præcepta ecclesiastica de eisdē rebus iuxta regulam nu.; 1. traditam. Nec colligeretur contraria intentio., ex eo quod quis promitteret se ieiunaturum toto vitæ suæ curriculo aliquibus diebus, vel in perpetuum vespere alicuius festi: vt dicamus eum non excusari ratione morbi, aut debilitatis, aut occupationis superuenientis, aut dictæ ætatis sexagenariæ. Quia vbi nō fuit specialis vouentis intentio includendi hos casus, nō censentur ij inclusi. Quippe votū illud ieiunādi aliquibus diebus, vt sextis ferijs, vel aduētu, vel vigilia alicuius sancti, absque addito illo, in perpetuum, vel toto vitæ curriculo, sed absolute emissum obligaret in perpetuum, nec obligaret in his casibus. Quòd intelligatur instar præcepti ecclesiastici, quod similiter est perpetuum et tamen ex his causis nō violatur. Ergo ea expressio nil operatur, iuxta id diximus n. præcedenti, in fine. Quare scrupulose locuti sunt *Caiet. verbo Votū c. 4.* vbi ait à voto ieiunandi excusare morbum superuenientem, qui illicitum redderet ieiunium. Et *Angelus verbo Votum 3. n. 11. Syluest. verbo votum 2. q. 14.* qui dixere a voto nō vescendi carnibus excusare periculum mortis imminens, si nō edantur, & addit *Sylu.* vel grauis morbi. Et latius locuti sunt *Armilla verb. Votum nu. 10. Nauarro summa c. 12. n. 59.* absolute dicentes excusare morbum superuenientem. Imo dicendū est quemcumque morbum, quamcumqueve occasionem iudicio prudentis excusantem à præcepto ieiunii, excusare similiter à uoto, nec aliā causam desiderare uoti uinculum: vtpote quod semper iuxta simile ecclesiæ præceptum interpretandum est.

55 Quod si uouens causam excusantē à simili præcepto habeat, & adhuc uoueret, non excusaretur ob illam causam à uoto. Quia iam expressam intētionem cum illa se obligandi habuit, si minor vigesimo primo anno uoueat ieiunare, non excusabitur ratione ætatis, quamuis ea a ieiunii pręcepto excusaret. Sic *Metina li. 1. sum. c. 14. §. 10. folio 100. Angles floribus 1. par. q. 6. de ieiunio. diffic. 4. Manuel 1. to. summa 2. editione c. 24. nu. 1.* Nec intelligo qua ratione Doctores ij hoc temperent, dummodo uouens habeat quatuordecim annos. Non enim ætas ad uoti obligationem desideratur: sed satis est rationis usus. Similiter si sexaginta annos nactus uoueret se ieiunaturum, non excusaretur ratione illius ætatis. Quia cum eo impedimento se obligauit. At excusabitur superuenienti maiori notabiliter debilitate ratione ætatis. Quod sit notabilis mutatio, nec sub uoto inclusa.

56 Quare non est credendum *Metinæ allegato n. praced.* ubi ait professos in ordine Minorum non teneri ad regulæ ieiunia, donec uigesimum primū annum expleuerint, sicut nec ad Ecclesiæ ieiunia tenetur. Quem sequūtur *Graffis 1. p. decisionū l. 2. c. 37. nu. 42. & quidā alij.* Sed dicēdum est eos teneri. Cum expresse ante eā ætatem se professione ligarint ad oīa in regula contenta. Et ita docent *Rosella verbo Ieiunium, n. 14. & ibi Sylu. q. 6. dicto 1. Tabiena q. 16. n. 17. Ledes. 2. p. 4. q. 17. art. 3. col. 3. Corduba in expositione regula D. Frācisci c. 3. q. x. initio. Emanuel Sà summa, verbo Ieiunium, n. 3. Angles floribus 1. p. q. 6. de ieiunio, diffic. 5. Azor l. 7. Instit. moral. c. 27. q. 3. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 24. n. 1. Petr. de Ledes.* dicens contrarium improbabile x. *to. sum. tract. 27. ca. 2. post 5. concl. dub. x. Vega l. 1. summa c. 14. casu 6.*

57 Et si ratione morbi declaret medicus uouentem posse carnibus uesci, aut ouis, non peccaret contra uotū abstinēdi à carnibus, uel ab ouis, & lacticiniis, si uesceretur carnibus ualde nocētibus, ut caprinis, aut lacticiniis ualde noxiis. Ducor, quod hoc uotum intelligatur instar præcepti ecclesiæ esum carniū ita per modū unius prohibētis, & similiter esum ouorum, & lacticiniorū, ut eo ipso quod liceat ex causa excusāti uesci carnibus, uel ouis, aut aliquo lacticinio, non astringat præceptū ad abstinendum ab aliis: etsi aliunde peccetur contra temperantiam, si illa noxia sint. Vt probaui l. 8. de matrim. disp. 1. n. vltim. Ergo idem est dicendum de simili uoto. Quamuis contrarium doceat *Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 24. nu. 1. notabili. 3.* dicens eum cui medicus ratione morbi concedit oua in quadragesima, teneri à lacticiniis sibi noxiis ratione præcepti ecclesiastici abstinere. Probat, quia Ecclesia interdicit oua, & lacticinia, necessitas autē ad sola oua edēda adest. Sed huic rationi satisfit dicendo præceptum id esse per modum vnius. At si votum esset per modum plurium, vt si quis specialium carnium abstinentiā voueret, eo quod sibi sapiant, vel noceant, concessis quibusdam ratione necessitatis nō censerentur aliæ cōcessæ, ad quas necessitas, illa non se extendit. Similiter si quis esum ouorū, & lacticiniorum sibi voto interdiceret, eo quod lædant, aut valde sapiant, vel seorsum à singulis his abstinentiam voueret, concesso vno ratione necessitatis, non censetur aliud concessum non necessarium. Quia tunc ratione finis, aut modi vouendi censentur per modum plurium promissa.

58 Si autem quis voueret abstinētiam à solis ouis, vel lacticinijs, & ratione morbi, cōceduntur sibi carnes, sic distinguendum est. Si voueret eam abstinentiā perpetuā, vel pro tempore determinato, in quo integrū sibi esset carnibus vesci, teneretur ab his abstinere, morbo hæc nō poscente. Quia inde pendēter à carnibus, quas sibi permissas esse nouit, hanc abstinentiam promisit: nec hoc votum abstinentiam à carnibus includit. (Vt probauimus nu. 46.) Si autem pro solis diebus quibus carnes interdicuntur, hoc vouit, censetur in dubio dependenter à carnibus nouisse, atque ita cōcessis ratione alicuius necessitatis carnibus, censetur abstinentia à lacticinijs non obligare. Ducor, quod id votum obliget instar præcepti Ecclesiæ de his non edendis, quod his vesci nō interdicit, quoties ratione necessitatis carnes permittuntur: eo quod tanquam quid carnium à quibus sementinam originem trahuntur prohibētur, *c. Denique d. 4.* Ergo similiter est intelligendum votum. At si votum illud finem specialem haberet, vt quia hæc lacticinia specialiter saperent vouenti, vel nocerēt, nō censeretur abstinentia ab his promitti dependenter à carnibus. Et ideo concessis carnibus non censerentur concessa.

59 Duodecimò deducitur, quid dicendum sit de vouēti non edere carnes omnibus sextis ferijs, aut ieiunare omnibus illis, an possit illis vesci die qua natiuitas Dominica incidit in sextam feriam. Rationem dubitandi nobis affert *c. fi. de obseru. ieiu.* ibi. *Qui nec voto, nec regu-*

lari obseruantia sunt astricti, in sexta feria si festum natiuitatis Dominica die ipso venire cõtigerit, carnibus propter festi excellẽtiã vesci possunt secũdũ cõsuetudinem Ecclesiæ generalis. Quem textum quidam Salmãtini DD. quorũ subscriptiones ego vidi, intellexere de omnibus regularibus, ita vt nullis illorũ liceat vesci carnibus in ea feria sexta, in q̃ incidit natiuitas Dominica. Quia textus dicit: *Qui nec regulari obseruantia sunt astricti*. At si hæc ratio probaret intentũ, idem dicendũ esse de quocũque voto ligatis. Quod eodẽ tenore de vtriusque textus loquatur. Quare contrariũ omnino dicendũ est, & textum in eos solos ab hoc priuilegio excludere, qui vel voto, vel regulari obseruãtia astricti sunt ad non edendas carnes, vel ieiunandũ sextis ferijs. Et ita intelligũt textũ illum, *Hostien. ibi initio Ant. n. 2. Anch. n. 2. Card. n. vn. notab. 2 D. Ant. 2. p. ti. 6. c. 2. §. 3. fi. Ang. ver. Feria. fi. Syl. verb. Ieiunium q. 10. d. 1. & verb. Dominica n. 2. Tab. verb. Ieiunium q. 7. nu. 8. ad fi.* Et quamuis textus loquatur de sola feria sexta: at idẽ à fortiori intelligendũ est, quãdo natiuitas Dominica incidit in Sabbatũ, tunc. n. similiter licet oĩbus fidelibus nõ ligatis voto, aut regulari obseruãtia dicto modo vesci carnibus. Quod colligitur ex *c. Quia dies, de consecrat. d. 5. quod est Gregorij VII. in Synodo Rom.* vbi dicit nõ licere in sabbato vesci carnibus, nisi interueniẽti magna festiuitate. Et ita docẽt *D. Ant. Syl. & Tabiena ijsdẽ locis. Armilla verb. Ieiunium n. 13. Corduba sum. q. 169.* At si voto quis astrictus esset ad nõ edendas carnes, vel ieiunandũ ferijs sextis, & natiuitas Dominica incidit in Sabbatum, videtur non licere huic in Sabbato vesci carnibus. Quia dies Sabbati nõ inuenitur expresse in iure excepta, sed à fortiori colligitur excepta à præcepto abstinendi à carnib. quia excipitur feria sexta. Sed huic non est licitũ edere carnes feria sexta, in quam incidit natiuitas. Ergo nec licebit Sabbato in quod incidit. At dicendum est posse edere: & similiter qñ votum est ieiunandi Sabbatis, posse vesci carnibus ea feria sexta. D. [illegible] (vt dicemus n. 64.) ille textus abstulit prorsus obligationẽ iuris communis abstinendi illis diebus à carnibus: & solam reliquit obligationem voti, vel constitutionis. At votũ vel constitutio regularis interdicentia in vna harum dierum carnes, non extenduntur ad alteram diem. Ergo in altera die nulla est prohibitio. Nec obstat ratio contraria. Quia prohibitio iuris communis etiã ablata est quo ad feriam sextam, respectu ligatorum voto vel constitutione: & sola hæc voti, vel constitutionis obligatio relicta est, quatenus obligabat.

60 Sed difficultas specialis est, an hic textus, quatenus priuat astrictos voto nõ edendi carnes, intelligatur de solis astrictis voto generali abstinendi ab his. Quidam intelligũt hũc textum de iis, qui aut voto generali abstinenti ab his astricti sunt, vel voto abstinendi die, qua eo secluso liceret carnium esus. Vt si quis voueret omnibus ferijs quintis abstinere à carnibus. Ducũtur, quia quando in solis sextis feriis promittitur abstinentia à carnibus, videtur id votum accipi de esu carnium lege ecclesiasticà interdicto, non autem de promisso, qualis esset ea feria sexta. Ita docẽt, *Ioan. Andr. c. finali, n. 4. de obseru. ieiun. Ant n. vlt. Anch. nu. vlt. Henric. nu. 1. & 2.* Quare hi DD. nõ cũcederẽt vouentẽ ieiunare omnib. sextis ferijs, posse ea feria sexta carnes edere. Quia eorum ratio nõ militat in hoc casu. Cum. n. ieiunium nõ sit ferijs sextis præceptum, nequit id votũ intelligi desolare alia præcepta. Alii vero censent hunc vouentem ieiunare, vel abstinere à carnibus sextis ferijs, interrogandum esse, an si meminisset feriæ sextæ in quam incidit natale Dominicum, eã excepisset: & si dicat fore vt exciperet, non teneri abstinere. Si autem id nesciat discernere, præsumendum esse fore vt exciperet; si aliquantulum scrupulis prematur. Nec enim credendum est eum etiã eo die voluisse à carnibus abstinere, & esse singularem in familia sua in piscibus sibi parandis. Ita docet *Molina to. 2. de iust. disp. 272. col. 2. vers. Exempla sunt.* Atq; idem extensus docet *Azor l. 11. insti. moral. c. 20. q. 3.* vbi ait quoties vouens talis euentus non meminit, credi verisimiliter posse, fore vt eum diem exciperet: & ita non teneri.

61 Sed dicendum credo teneri abstinere ea die à carnibus, siue vouerit omnibus ferijs sextis abstinere ab illis, siue ieiunare, nisi expresse diẽ illã exceperit. Ducor, quia textus indistinctè loquitur de astrictis voto nec est cur votum id restringatur ad esum alias interdictũ, nisi ea restrictio ex aliquibus coniecturis finis intenti à vouenti colligeretur. Deinde quia ad exemptionem à voti obligatione, non est spectãdum quid vouens vellet, aut promitteret, si meminisset, sed quid actu voluit, vel promisit. Et dum in substantialibus materiæ actu promissæ non errat, aut ea non mutatur notabiliter, votum obligat (Vt probabimus ca. 2. nũ 6. & seqq.) At tale votum non minus est voluntarium, quã si vouens sciuisset, & consideraret: vtpote quod fuit cum cognitione singulorum, in quib. actio vouendi substãtialiter versatur. Quippe occursus natalis Dominici ea die, est circumstantia omnino accidentaria actioni vouendi. Et ita loquentes de voto abstinẽdi à carnibus in sextis ferijs, tenent *Card. eo. c. Finali, in fi. & ibi Abb. n. 3.* & videtur tenere *ibi gl. verb. Nec voto*, vbi eum textum generaliter, & indistinctè intelligendum tradit. Et loquẽtes de voto ieiunandi ferijs sextis, tenẽt *Palud. 4. dist. 38. q. 3. ar. 4. n. 26. Nau. sum. Hispana c. 28. addit. ad n. 27. c. 21. Corduba sum q. 169. Vasquez 1. 2. q. 7. art. 4. disp. 30. c. 4. n. 26.* dicẽs optimè idem dicendũ esse, quamuis si vouens meminisset, exciperet eũ diẽ. Quod ꝓbat ratio tradita.

62 Rursus est difficultas de eo, qui solum vouit abstinere ab ouis, & lacticiniis, ferijs sextis, siue alijs diebus, siue ad tempus, siue in perpetuũ: an possit eis vesci, qñ natale Domini incidit in feriam sextã, vel in eã diem, qua hanc abstinentiam vouit. Quod dubium procedit supposito id votũ nõ obligare ad carnium abstinentiã, iuxta dicta n. 46. Videtur enim non posse. Quia textus *d. c. fi. de obseru. ieiun.* solam iuris communis prohibitionem abstinendi à carnibus relaxat; nullam voti obligationem auferens. Sed existimo idem omnino dicendum, quod diximus n. 58. de vouenti abstinere ab his, quando postea ratione necessitatis conceditur sibi licentia vescendi carnibus. Nil enim refert ad hoc, siue ratione necessitatis, siue ratione dispensationis in iure, cõcedatur ea licentia. Et eo casu, quo diximus ibi posse hunc edere lacticinia, dicendum est, & si ea voti obligatio non relaxatur directè, tolli tamen quo ad eam diem per quandam cõsequentiam. Nam ablata obligatione abstinendi à carnibus ea die, censetur consequenter ablata abstinendi à lacticinijs. At esto non liceret tunc vesci lacticinijs, dicendum esset licere vesci carnibus. Quia textus solis ligatis voto abstinendi à carnib. non indulget facultatem eis vescendi. At votũ abstinendi à lacticinijs non includit abstinentiam à carnibus iuxta dicta nu. 46.

63 Tandem circa id caput finale dubitatur, an id relaxet generaliter quoad omnes fideles obligationem iuris cõmunis abstinendi à carnibus, natali Dominico incidenti in feriam sextam, aut Sabbatum: ac proinde voto, aut regulari constitutione astricti ad non edendas carnes, si illa die eis vescantur, nõ peccent in ius commune, sed contra solum votum, vel constitutionẽ? Et quidem quamuis DD. hæc non distinguant, duplex in hoc potest esse difficultas. Prior est, an ablato voto per dispensationem, cõmutationem, aut irritationem potentis hæc facere, vel constitutione regulari ablata per dispensationem prælati regularis potentis in ea dispẽsare, perseueret adhuc præceptum iuris communis quo ad hos, abstinẽdi ea die à carnibus. Et meo iudicio in hoc nequit esse difficultas, quin tunc quoque sit ablatum id præceptum iuris cõmunis per quandam cõsequẽtiam: & ita his liceat vesci carnibus. Quia textus cum omnibus his dispensat, qui nec voto, nec regulari

obseruantia

obseruantia tenentur abstinere. At in hoc casu hi neutro modo ligantur: cum vinculum iam cessarit. Ergo cum eis censetur dispensatum, vt eo priuilegio fruantur. Et ita docent *Syl. verb. Dominica nu. 2. & verb. Ieiunium q. 10. dict. & ibi Armilla nu. 13. Tabiena q. 12 n. 12. ad fi. Beia in suis responsis 2. p. casu 3. Emanuel Sà sum. verb. Ieiunium n. 6. Lud. Lop. 1. p. instruct. tract. de pœnitentia c. 112. de ieiunio, fol. 716.*

64 Posterior difficultas est, an durantibus voto, & constitutione regulari, sit ius cõmune quoad hos ablatum & ita si carnibus vescantur, non peccent contra id, sed cõtra solam constitutionem, uel votũ *Merinal. 1. sum. c. 14. §. 10. fol. 99.* censentur nõ auferri ꝓhibitionẽ iuris communis quoad hos: & ita in illud peccaturos edẽdo carnes. Cui sententiæ satis fauet contextus literæ clarè indicans Pontificem cum solis ijs fidelibus dispensare in prohibitione iuris communis, qui nec voto, nec regulari obseruãtia astricti sunt ad carnes non edendas. Cæterum dicendum est, cum omnibus fidelibus in ea prohibitione dispensare, relicta sola voti, vel constitutionis obligatione & consequenter hos edendo carnes illa die, non peccaturos in ius commune, sed contra solum votum, vel constitutionem. Quippe hoc indicat ratio in eo textu tradita nempe, ob tanti festi excellentiam, in quo lætari conuenit quæ omnibus fidelibus est communis. Et ita censent. *Abb. ea. cap. fi. in fi. Card. ibi n. vnico, notab. 2. Anch. n. 2. Syl. Tabiena, Armilla, Beia, Ludouic. Lop. n. praeced. alleg.* Quare bene ait *Lud. Lop.* fratres Dominicanos vescentes carnibus illa die in refectorio contra suas constitutiones, nullius culpæ reos fore, sed solius pęnæ. Quia in solam constitutionem delinquunt quæ eos ad solam pœnam astringit.

65 Vltimo deducitur, quid sentiendum de astrictis voto ieiunandi die qua incidit vigilia natalis Dominici, an possint serotinã refectionem ita longam sumere, vt in ea die sumi consuetum est. Quod procedit supposito eam esse licitam secluso voto. De quo dicemus tractatu de ieiunio. Hanc quæstionem tetigit, *Petr. de Ledesm. 2. to. sum. tract. 27. c. 2. post 4. conclu. difficultate vnica,* & dixit spectandã esse vouentis intentionẽ. Si. n. mens eius fuit ieiunare eo modo quo ea die ieiunium Ecclesiasticum obseruari solet, poterit refectione illa sic consueta vti. Secus autem si intẽderet se obligare ad ieiunãdum instar aliarum dierum. Hæc decisio est in se verissima, sed non exhaurit difficultatem. Quando enim vouentis intentio constat, nulla est difficultas circa voti obligationem. Sed difficultas est quando de ea non cõstat, qualiter ex huius voti verbis obligatio dijudicanda sit. *Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 23. num. 10.* ait non licere huic vouenti ea consueta refectione vti: & ita Frãciscanos qui ex voto tenentur ieiunare ab omniũ sanctorũ festo vsq; ad eam vigiliã, non posse in ea vti tam longa refectione. Ducitur, quod ea consuetudo soli pręcepto ecclesiastico imponẽti ieiuniũ derogare potuerit: non autem naturali diuino, à quo obligatio voti consurgit. At existimo siue votũ sit specialiter ieiunandi illa vigilia, siue generaliter ieiunandi certo tpe, intra quod illa vigilia incidit, integrũ esse huic ea serotina refectione in quantitate consueta vti. Ducor, quia & si consuetudo nequeat voto derogare; at votum de aliqua materia non obligat aliter quam lex ecclesiastica de illa (Vt nu. 1. probauimus) At lex ecclesiastica in hac die obligat ad ieiuniũ eo modo consuetudine explicato, ita vt refectione serotina tam longa viens censeatur vere seruare ieiunium ecclesiasticum. Ergo idem dicẽdum est de voto illius ieiunij. Item quia nemo dubitabit satisfieri illi voto, sumendo prãdium summo mane, si consuetudo legitime induceret, vt ea hora sumi posset. quãuis eo sublato vsu violaretur votum.

66 Quod si legi alicui ecclesiasticæ indicenti ieiunium derogaretur, an tunc cẽseatur quoq; derogatum voto de eo ieiunio, sic dijudicandum est. Si ieiunij votum esset specialiter de ieiunijs cadentibus sub præcepto: vel de aliquo speciali, ad quod vouens tenebatur, tũc sublato ꝓcepto consuetudine, vel quacumq; alia ratione, auferetur quoq. obligatio voti. Sicut lib. præced. c. 15. nu. 8. 9. & 10. probauimus idem de iuro seruãdi statuta in generali, uel aliquod speciale, secuta postea reuocatione. Quia id uotũ ubi alias nõ constet de speciali uouentis intẽtione, cẽsetur emitti de seruãdis his ieiunijs, quatenus alias præcepta sunt. Quare cessãti alio præcepto, cessabit quoq. uoti obligatio. Si autem non sit specialiter de ieiunio præcepto, sed de ieiunio uoluntario alicuius tpis: ut si quis uouit ieiunare aduentu, in quẽ incidũt aliquæ uigiliæ, in quibus pręcepto ecclesiastico ieiunandũ est: tunc si illis ieiunijs uigiliarũ consuetudine derogaretur, cessaret obligatio præcepti ecclesiastici, maneret tñ obligatio uoti. Quia independenter à pręcepto fuit, nec illi consuetudo derogare potuit.

67 Tandem si quęras an uoto satisfiat, qñ actus ꝓmissus impletur absq; intentione satisfaciendi, vel efficiendi eum actum: uel quando actus non est humanus uel vi, aut metu extortus, uel alio præcepto debitus: uel dum impletur aliud præceptũ: uel quando actus exercetur ob finem malum: satis diximus l. 1. cap. 13. & 14.

68 Vnum superest hic explicandum, nempe, quid dicendum sit de eo qui peregrinationem in aliquem locum pium promisit, v.g. in templum D. Iacobi Compostellanũ, & illuc postea causa alicuius negotij adit, aut stipendio conductus, aut vinctus trahitur, an uoto satisfaciat, si in eo loco se ob has causas inueniens inuisat templum illud, uel imaginem. Et quidem sic distinquendum est, si obiectum illius uoti fuit sola illius templi, aut imaginis inuisio, ita ut abstractum fuerit ab itineris labore, & constaret certò hæc uouentis mens, satisfaceret uoto, si qualitercumque adierit illũ locum postea in eo se inueniens inuisat liberè templum illud seu imaginem. Quia obiectum sui uoti hæc sola inuisio fuit: & hæc prorsus libere, nulloque alio iure debita exercetur. Si autem obiectum fuit inuisio illius templi, aut imaginis, una cum itineris labore, quamuis labor itineris fuerit accessorius, existimo illum non satisfacere uoto, si illuc stipendio conductus, uel uinctus à ministris iudicis adeat uel nulla piæ peregrinationis ratione ductus: sed uel causa solius alterius negotij, uel causa solius curiositatis uidendæ imaginis ut contingit in eo qui non animo recitandi, sed causa curiositatis, uel mandãdi memoriæ legit totum officium canonicum: & si illic se inueniens uisitet libere, animoque uoti implendi, templum, illud, uel imaginem. Ratio est, quia quando uinctus ducitur, est actus uiolentus: qñ stipendio conductus, est actus alio iustitiæ titulo debitus: qñ non ratione peregrinandi, non fuit actus pius, nec religiosus, nec uera peregrinatio pia, quæ fuit substantia rei promissæ. Quibus actibus minimè satisfit uoto, (Et probaui in locis nume. præcedenti allegatis.) Et idem credo, quando notabili itineris parte sic erit: secus quando pars illa non esset notabilis respectu totius itineris. Quia non tam strictè uidentur se uouentes obligare. At uero si non mercede conductus iret uoluntariè in eum locum, causa piæ uisitationis illius templi, uel imaginis, & si principalis adierit ob finem turpem, uel causa alterius negotij expediendi, satisfaceret uoto, quamuis haberet intentionem non satisfaciendi illa peregrinatione. Ratio est, quia peregrinatio illa fuit quo ad actus substantia religiosa & uoluntaria, nec alio iure debita: & intentio non satisfaciendi uoto, non impedit quin illi satisfiat. (Vt probaui in locis allegatis nu præced.) Et in dubio censentur emitti uota hoc posteriori modo. Quippe vouentes se aliquẽ locum pium distantem inuisuros, apprehendunt distantiam itineris difficultates, expensas, ac proinde omnia illa tanquam accessoria, meritumque peregrinationis augentia promittunt. Quare DD. (ut tractantes de uotorum commutatione uidebimus,) tradunt omnium horum habendam esse rationẽ ad hæc uota cõmutan-

ar. Sed fortiter vrgere videtur contra hāc doctrinam. Quia si quis voueret se inuisurum imaginem aliquam D. Virginis distantem centū leucis, satisfaceret visitando imaginem illam delatam in locum vouentis. Ergo quomodocunque se inueniat in loco vbi est imago, satisfaciet illam inuisendo. Respondeo dupliciter posse imaginem adduci in hunc locum. Priori modo, non mutando domicilium, sed causa aliqua peculiari, vt proprio loco restituatur postea, & tunc non satisfieret voto ea inuisione. Posteriori modo, quando imago illa mutat omnino domicilium in eum locum: & tunc satisfieret. siue adducatur in proprium vouētis locum, siue in quemcumque alium multo minus distantem eo in quo prius erat imago illa collocata. Ratio est, quia vouens promisit accessoriè laborē illius itineris, et expensas: principale autem voti obiectum fuit inuisio illius imaginis in eo loco distanti collocatæ. Cum ergo principale cessarit imagine alio ducta, cessabit quoque obligatio ad accessoria.

CAPVT XII.

Obligatio voti in quauis materia etiam leui, an sit sub mortali: & vnde priuatas illa materiæ dignoscatur.

SVMMARIVM.

Votum ex se obligat sub mortali, num. 1.
Pœnitere voti emissi quale peccatum sit, nu. 2.
Quot quæstiones disputandæ sunt, nu. 3.
An votum materia totalis exiguæ, obliget sub mortali? Refertur quædam sententia, nu. 4.
Proponitur sententia Authoris, nu. 5.
An possit quispiam in re illa exigua se obligare sub mortali, num 6.
Quid si materia exigua sæpius omittatur: vel sit propositum sæpius omittendi? Remissiuè, nu. 7.
An possit votum obligare sub mortali, & circumstantia sub veniali? Vt si non recitetur coram imagine in voto signata, vel illi non detur eleemosyna, sed alii, nu. 8.
An votum vitandi venialis transgredi sit duplex veniale: & quid si est votum vitandi mendacij, et id committatur cum iuramento vel in iudicio, aut confessione nu. 9.
Quid si illa materia promissa non sit venialis ex materia paruitate, sed aliunde, nu. 10.
An propositum committendi semper illius venialis, vt mendacij officiosi contra votum, sit mortale, nu. 11.
Post num. 11. inuenies summaria quæ desiderantur.

1 HAC in re conueniunt omnes DD. catholici transgressionē voti esse ex genere suo mortalē. Quod desumitur ab *Innoc. III. c. Licet, de voto.* Et idē totius ecclesiæ cōsensus approbat detestantis vt grauissimum peccatū, matrim. alias licitū initi cōtra castitatis votū. Et *Actuū 5.* Ananias & Saphira subita morte à Deo puniti sunt: quorū peccatū fuit voti transgressio erogādi omnia pauperibus. Vt ex contextu colligitur: & docet *D. Hieronym. in id 1. ad Corinth. 7. Si acceperis uxorē. D. Greg.* cuius sñia refertur *c. Ananias 17. q. 1.* Et rō est quia opponitur altissimæ religionis virtuti, infideliter agendo in Deum, denegando obsequium ei promissum.

2 Imo pœnitere uoti emissi, quidē damnat ad mortale. Ita, *Addit. ad An. in sum. verb. Votum 3. n. 13.* Et idem tenet qñ uotum est perpetuū, *Angles floreb. 2. p. q. vn. de voto, a. 5. dub. 2.* At hoc ita uniuersaliter dictū, nō est uerū sed ita distinguendū est. Si pœnitētia illa sit de operis ex uoto debiti executione, siue præterita, siue futuri, pmanēte uoto, tale peccatū erit, quale est nolle exequi id uotū. Quia idē prorsus est ac nolle exequi uotū. Et in hoc oēs conueniunt. Si autem fit pœnitentia de uoto emisso, cum firmo tamen illius implendi animo, aut de operibus iactis ratione uoti, non ex uuii suppositione, sed tantum quis doleat quod per uotum compulsus fit ea opera exequi non est mortale. Vt colligitur ex *D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 6. ad 2. & ex Palud. 4. d. 38. q. 5 a. 1. n. 7. & ex D. Ant. 2. p. t. 12. c. 1. §. 3. fi.* Et docent *Caiet. eo. a. 5. statim prin. Ang. ver. Votum 4. n. 13. Syl. verb. Votū 2. q. 20. Tabiena verb. Votū 3 q. 4. n. 5. Sotus l. 7. de iust. q. 2. ar. 4. ad 2. Nau. sum. c. 12. n. 15. Azor l. 11. inst. moral. c. 15. fi. Valēt. 2. 2. d. 6. q. 6. punct. 3. ad fi. Man. a. to. sum. cap. 99. nu. 3.* Imo nec est peccatum per se loquendo. Quippe idem prorsus noluntatis obiectum est, præteritus uouendi actus, & futurus. At integrum est cuilibet nolle uouere in futurum. Ergo & nolle nouisse: si quidem non doleat de actu, ad quem tenebatur. Atqui ita docet *Sotus, et Valent. ibid.* q si ea pœnitētia sit in uotis diuturnis, & grauis momenti, ut perpetuæ castitatis, &c. est cōmuniter ueniale. Quia nascitur ex tepiditate, & defectu pseuerantiæ, dispōnitq; ad uoti transgressionē. Ita *Caiet. & Sotus ibid.* Si autē uotū sit de rebus nō tanti momēti nec tam diuturnis, non est cōmuniter ueniale: qñ adest aliqua causa honestans. Nā absq; omni prorsus causa, ueniale erit. Quia contra rectam rationem est de bono ad misso pœnitere. Cum proprium pœnitentiæ obiectū sit res mala. Et quia communiter afferre solet transgressionis periculū. Ita *Caiet. & Sotus ibid.* Et generaliter esse ueniale qñ deest iusta causa, tradunt *Syl. Azor, Manuel n. 4. proxime alleg.* Et tandem posset esse ita graue transgressionis periculum consurgens ex pœnitentia illa nimis crescendi, ut esse mortale non conari illam expellere. Vt bene docent *Manuel num. 3. Valent. eo. puncto 3. fi. Lud. Lopez 1. p inst. c. 44. ad fi.*

3 Duplex autem quæstio disputanda est. Prior de obligatione uoti in materia parua. Posterior de dijudicanda ea materiæ paruitate.

4 QVÆSTIO prior, an trāsgressio uoti possit esse uenialis ratione paruitatis materię; duplex est sent. Prior distinguit, si materia parua est partialis, est ueniale. Vt si quis uouit recitare calculos uirgineos, & omisit unā, uel alterā salutationē angelicā. At si est totalis materia, erit semper mortale. Vt si quis uouit recitare semel orationem angelicā, & non recitat. Ducitur, quia transgressio totius voti habet rationem actus perfecti, & cōtra excellentissimā religionis virtutem. Cū tamen peccatum veniale sit quid imperfectū. Secunda, quia materia parua dicitur res respectu totius, cuius est pars. Ergo quoties fuerit totalis est magna. Hāc substinet, *Caiet. 2. 2. q. 89. a. 7 dub. 3. Armilla verb. Iuram. n. 12. Tabiena verb. Iurare q. 10. Nau. sum. Hispana c. 12 in 40. Toledo li. 4. sum. c. 17. nu. 10.* Et dicit tutiorem *Corduba summa q. 188.*

5 Posterior sent. multo probabilior ait solā esse culpam venialē, etsi materia parua sit totalis. Dicitur, quia votū emissum de aliqua re non aliter obligat quā lex lata a Deo, vel Ecclesia circa illam. (Vt probabimus c. præced. n. 31.) At lex de illa exigua materia non obligaret ad mortale. Sicut nec obligat ad mortale lex de vitandis verbis otiosis, mendacij officiosis. Itē quia quamuis omnia ad religionem spectantia habeant ex ea parte magnā excellentiā, non tamen omnia illa sunt æqualis necessitatis in latitudine religionis: sed sicut materia illa parua modicus honor exhibetur Deo, ita illius emissio est modica irreuerentia. Nec est verum modicam materiam dici respectu totius, sed in ordine ad finem per votū intentū. Nec transgressio totius præcepti est simpliciter actus, qñ materia est leuis, sed secundum quod nempe, in materia leui. Et hinc cōstat solutio argumētoru. Tandē probatur ex ijs quæ attulimus l. 1. c. 1. n. 4. ubi probabimus nil referre ad præcepti obligationem sub mortali, siue materia præcepta parua sit totalis, siue partialis. Ita docēt, *Sotus l. 7. de iust. q. 2. art. 1. col. 3. vers. Concl. ergo Nau. sum. Lat. c. 12. n. 40. Palacios 4. d. 28. disp. 5. conclu. 6. f. 839. Angles floreb. 2 p. q. vn. de voto, ar. 2. difficultate 1. Enriquez lib. 5. de pœnit. cap. 20. nu. 4. commento, litera M. Aragon 2. 2. q. 88. art. 3. dub. 1. cōclu. 3. Emmanuel sum. verbo Votum, in principio nu. 15. Azor li. 11.* institu-

institut. moralium c.15.q.4. Valen. 2.2. disp. 6 q.6. puncto 4. q.2. Manuel 2.to. sum. c.99. nu. 1. Petr. de Ledes. to.2. sum. tractatu 10. c 3. dub. 1. Atque alios retulimus lib. præc. c.4. nu.23. idem tenentes in iuramento rei modicæ, in quo maior est difficultas.

6 Immò quamuis vouens se obligare uellet sub mortali in materia leui, neutiquã posset. Quia nec legislatorem posse in materia leui obligare sub mortali, probauimus l.1. c.4. n. 3. & ita docent *Sot. l.7. de iust. q. 2. art. 1. col. 3. vers. per hac: & lib. 8. q. 1. ar. 7. dub. 1. Cordub a sum. q. 188. pun. 1. vers. Ni tampoco. Pet. de Ledes. eo. c. 3. dub. 2.*

7 An vero si modicę materiæ promissæ omittantur omnino, vel sit propositum omittendi, sit mortale. Diximus l.1. c.4. à n.10.

8 Hinc primo deducitur posse votũ obligare sub mortali quo ad rem principaliter promissam, & sub veniali quo ad circumstantiam accessoriã. Quod res promissa sit materia grauis, & circmstantia leuis. Vt si quis voueat recitare coram tali imagine B. Virg. vel aliquam eleemosynam erogaturũ: votum principale obligabit ad mortale; circumstantia aũt, nempe, vt sit hæc imago specialis, obligabit communiter sub ueniali. Quippe cõiter ęquale, aut fere æquale est D. Virginis obsequiũ: & ita res leuis est mutatio illa. At posset eẽ mortalis ex circumstantia multo maioris cultus diuini, orando coram una, uel illi erogando eleemosynã, propter multo maiorem deuotionem, & populi contrarium, quæ excitantur illuc constituendo, illique offerendo, aut propter maiorẽ notabiliter paupertatẽ imaginis, cui promissio facta est. Et eodẽ modo iudicandum est, si promissio fiat dandi imagini unius Sãcti, uel uni pauperi, & detur imagini alterius Sãcti, uel alteri pauperi. Quippe in his uotis ꝓmissio fit directe Deo, & ipsi acquiritur ius, non autem Sanctis, aut pauperi illi antequam ipsi intimetur & ab eo acceptetur ac proinde grauitas mutationis, ut cõstituat mortale, est pẽsanda penes maiorem notabiliter honorem diuinum.

9 Secundò deducitur, transgressionem voti uitandi alicuius uenialis, & mẽdacij, esse duplicem solam culpam uenialem alteram contra uotum, alteram uero contra naturale non mentiendi præceptũ. Quia id uotũ non aliter obligat, quam præceptum naturale uitandi illius uenialis, quod tantum obligat, sub ueniali. *Ita Sot. duplici loco, quem, nu. 5. allegaui Nau. sum. Lat. c. 12. num. 65. Hispana c. 28. addit. ad eundem nu. Pet. de Ledes. 2. to sum. tract. 10. c. 3. dub. 1. ad 3. Emman Sà sum. verb. votum, in princ. n. 15. & 22.* Quod intellige, qñ mendacium id esset ueniale: nam si esset mortale, quia perniciosum, aut in materia graui in iudicio, aut cõfessione, aut cum iuramento esset mortale contra uotum · nisi uotum esset limitatum de non dicendo mẽdacio officioso: tunc. n. reliqua mendacia, aut perniciosa, aut cũ iuramẽto, uel in confessione, aut indicio, non essent contra uotum.

10 Quatenus aũt diximus uotum uenialis uitandi obligare sub solo ueniali, intelligẽdum est, qñ illud ueniale est tale ex genere suo ob materiæ paruitatem, & ob id incapacem mortalis culpæ: nam si materia esset notabilis quantitatis, & sufficientis ad obligationẽ sub mortali, accedenti præcepto obligãti ex se sub mortali, obligaret uotum sub mortali: quamuis secluso eo uoto esset sola uenialis culpa, aut nulla. Vt ludere in notabili quantitate, est ueniale rõne prodigalitatis, & aliqñ uacaret omni culpa esset tñ mortale accedenti uoto non ludendi. Quia quantitas illa est sufficiens ad inducendam obligationem mortalem: & proinde uotum accedens eam inducet: utpote quod ex genere suo obligat sub mortali, ubi materiæ leuitas id non impedit. Pręceptum autem uitandæ solius prodigalitatis non obligabat ad mortale in illa materia, non ratione paruitatis materiæ, sed quia id præceptum ex se non obligat sub mortali nisi alia malitia coniungatur. Ita *Sotus l.7. de iust q.2. art.2. col.4. vers. contra hoc autem.*

11 Vtrum autem sit mortale contra uotum uitãdi mendacij officiosi, intentio nullum huiusmodi mẽdacium uitandi, aut nulla committendi? Affirmant aliqui neoterici, quib. fauet *Caiet. 2.2. q.88. ad fin.* dicẽs reprehendendos esse uouẽtes uitare uerba otiosa ob periculum perpetrandæ mortalis culpæ rõne trãsgressionis huius uoti. Et potest probari, quia in ordine ad diuinum honorem res est magni momenti euitare mille mendacia ob Dei cultum, & maioris quidem, quam semel calculos uirgineos recitare: cuius transgressio est mortalis. At existimo non esse mortale. Ducor ex ijs quæ dixi l.1. c.4. n 6. ubi hanc regulã probaui: quoties materiæ modicæ non continuatur moraliter, ita ut pro una reputentur, multiplicatio transgressionum non constituit materiam grauem sufficientem ad mortale. Qua rõne probaui ibi, n.11. qñ uotum recitandæ quotidie salutationis Angelicæ, aut erogandæ quotidie eleemosynæ paruæ, ita est alligatum diei ut hodie omissa non obligent altero die, minimè esse mortale habere intentionem uoti transgrediẽdi: & ibi satisfeci rationi oppositæ. Quod idem in hoc uoto contingit. Deinde quia id uotum non amplius obligat, quam idem præceptum naturale omnia illa mendacia uitandi. Iuxta regulam traditam c. præced. n. 31. At intentio nunquam uitandi mendacia officiosa non est mortalis cõtra præceptum naturale: utpote quod ad solum ueniale obligat.

SVMMARIVM.

Paruitas, & magnitudo materiæ in voto spectanda sunt, sicut in lege de eadem materia, n.12.

Materia ex se parua est aliquando magna, & obliget sub mortali, n.13.

Hac quoque quantitas spectanda est ex honestate materiæ, consideratis omnibus circumstantijs, n.14.

An aliquando materia in se honestior sit leuis, & minus honesta grauis ob illius difficultatem, vel aliã rationem, nu.15.

An votum rei valde facilis, vt semel Eucharistiæ recipiendæ, obliget ob rei dignitatem sub mortali, n.16.

Votum fatendi venialia an obliget sub mortali, & ad aliquam confessionem, n.17.

An votum semel fatendi, etiam si venẽs habeat sola venialia, obliget sub mortali, n.18.

Quid de voto faciendi vnius sacri, n.19.

Quid de voto recitandi ter pater, & aue, ad liberandam purgatorio animam, aut aliam indulgentiam obtinendi: aut visitanda ecclesia ad hoc, n.20.

An sit mortale bibere semel vinum contra votum illius non bibendi, aut ieiunandi cum pane, & aqua, n.21.

Quæ dicatur modica ludi quantitas contra non ludendi votum? Remissiuè, n.22.

Quantitas eroganda eleemosyna promissa an sit metienda penes furti quantitatem, vt sit grauis, vel leuis, n.23.

An quantitas parua materię in voto consideranda sit absolutè, an respectu totius quantitatis promissæ, n.24.

12 Quæstio posterior. Qualiter dignoscetur magnitudo, aut paruitas materiæ in uoto, ut inde culpa mortalis, aut sola uenialis censeatur transgressio? Duplex regula põt assignari. Prior est. Si sit aliquod pręceptum de illa materia, uel si de illa præceptũ indiceretur, q̃titas quæ reputaretur magna, aut leuis in illius præcepti trãsgressione, reputaretur talis respectu uoti. Vt cõtingit in uoto audiendi sacri unius, aut unius ieiunij, &c. Sicut. n. hæc reputantur materia grauis obligãs sub mortali respectu præcepti ecclesiæ, ita reputãtur respectu uoti. Et rõ est, quia uota nõ aliter obligãt q̃ præcepta edita, uel edenda de eadẽ materia. Vt probauimus c. præc. n.31.

13 Est tñ maximè obseruandum materiam quæ secundũ se est parua, & uenialis respectu præcepti Ecclesiæ, aut diuini, spectantium alium finẽ, in ordine ad quem parũ conducit, posse esse grauẽ, & capacẽ obligationis sub mortali respectu uoti quod contingit qñ uouẽs intenderet alium finẽ, cui notabiliter conduceret illa materia. Sicut l.1. c.4. n.3. probauimus materiam præcepti aliquãdo esse in se leuem, & incapacẽ obligationis sub

mortali: at ex circumstātijs boni communis adiunctis quas superior iubens attendit, posse esse graue, & obligare sub mortali: vbi exempla adhibuimus. Item quia (vt docet optimè *Vasquez 1.2.q.69. art.4. disp.158. c.6. nu.58.& 59.alios allegans.*) ipsa præcepti materia vt grauis, aut leuis dijudicetur nō est inspicienda secundum se, sed cum ordine ad finem, ad quem à legislatore præcipitur. Neque.n. omnes eundē finē in legibus ferendis proponūt: vnde infert illā transgressionē esse mortalem, quæ fini legislatoris multum nocet, & tūc materiā esse grauē. Si ergo sic vouēs qui sui legislator est, eā materiā ex se leuē intēderet ad eum finem cultus diuini, cui ita notabiliter conduceret, esset grauis, & obligaret sub mortali. Quod probat rationu præc tradita: si.n. lex ederetur respiciēdo illum finem, obligaret sub mortali.

14 Posterior regula est. Præcipua quinque mensura debet esse honestas illius materiæ omnibus circumstantijs pensatis. Ratio est, quia in vnoquoque præcepto paruitas & magnitudo materiæ spectātur in ordine ad immediatum præcepti finem, in quod peccatur. Cum ergo immediatus voti finis sit honos Dei: quantitas materiæ promissæ spectanda erit penes proportionem ad illum. At nulla est alia ratio potissima, ob quam res magis, aut minus honori Deo conducat, quam maior, aut minor illius honestas, attētis omnib. circūstantijs.

15 Dixi autem, omnibus circumstantijs pensatis: quia potest fieri vt materia in se ipsa honestior reputetur leuis. & alia in se minus honesta reputetur grauis ad trāsgressionem voti mortalem, propter aliquam circumstantiam concurrentem. Vt elicere actum charitatis Dei dignius est in se quam semel ieiunare: at votum de illo actu est rei leuis & obligās sub veniali: huius aut uotum est rei grauis, & obligans sub mortali. Quia magna ieiunij difficultas, eiusque necessitas ad domandas carnis passiones præponderat dignitati alterius materiæ secundum se sumptæ: domitis enim passionibus, & difficiliora aggrediendo, redditur homo promptior, ad Dei obsequium.

16 Ex his deducitur primo, posse votum rei valde facilis obligare sub mortali, ratione maximæ dignitatis rei promissæ, & vtilitatis spiritualis inde consurgentis. Vt votum semel Eucharistiæ recipiendæ obligat sub mortali, etiam si vouens ita dispositus sit, vt id facillimum sibi esset. Et constat, quia ob hanc rationem præceptum Ecclesiæ de illa recipienda obligat sub mortali.

17 Secundò deducitur, votum fatendi veniale non obligare sub mortali. Quia id votum ad nullā cōfessionem obligat, sed solum ad fatenda venialia quæ vouens fassus fuerit. At fateri tūc venialia nō est ita graue, vt obliget ad mortale: eo uel maximè, quod si de uenialib. fatendi præceptā indici posset obligatet sub solo ueniali.

18 Secus autem esset de uoto confessionis faciendæ, obligaret enim sub mortali, etiam si uouens sola uenialia haberet. Quia confessio illa cedit in magnam Dei honorem, & maximam confitentis utilitatem.

19 Tertiò deducitur, uotum faciēdi unius sacri obligare sub mortali. Quia redūdat in magnū Dei honorem, & magis quā recitare semel uirgineos calculos. Atque ita defendi cū *Pe. Nau. lib.1. de ma r. disput. 5. n 45.* quamuis in promissione facta homini eum reprobaui.

20 Quartò hinc quispiam deducere uotum recitandi ter orationem Dominicam, & Angelicam, emittentem, qñ Pontifex concedit sic recitantibus indulgentiam plenariam, aut libertatem animæ ex purgatorio, peccare mortaliter omittendo. Et quidem satis probabiliter id diceret. Quia magna utilitas illius animæ est inde liberati, & consequenter indulgentiam plenariam: & uidentur nimium cedere in Dei honorem hæ preces, utpote quæ eo fine recitatæ, authoritatem sedis Apostolicæ in his indulgentijs concedendis profitentur. At hoc non ita certum est, quin satis probabiliter possit etiam contrarium sustineri. Quia cū multa exigātur ad comparandum eam indulgētiam, hæc utilitas adeo incerta non ita auget modicas illas preces, vt efficiat grauem peccati mortalis materiam. Nec professin authoritatis Apostolicæ intenditur specialiter à vouenti; & esto intenderetur, est in re modica. Sicut honos diuinus p votum rei paruæ intentus non reddit materiā grauem. At secus esset, si quis voueret se visitaturum Ecclesiam aliquā ad fundendas preces ad libitū impositas à Pontifice ad obtinendam indulgentiam aliquam. Quia visitare Ecclesiam recitando quascunque preces est res grauis.

21 Quintò deducitur, quid dicendum sit de voto non bibendi vini, an semel bibendo peccetur mortaliter contra votum. Quibusdam neotericis videtur res leuis, & ita venialis. At contrarium credo. Quod tenent *D. Antonius 2.p.tit. 11.c.2.§.2. Ang. in verb. votum 3.fin. Syl. verb. votum 2.fin. Tabiena verb. Votum 3.q.8.nu.9. Nau. sum. c.12.nu.53. Lud. Lop. 1.p. inst. c 45. col. 1. vers. Vouens non bibere.* Quia obligat instar præcepti Ecclesiæ de abstinēdo ab aliquo esu, cuius trāsgressio est mortalis semel vescendo vt semel comedendo carnes die vetita. Id tñ fatendū est, non quamcunque vini potati quātitatem esse mortalem, sed illius paruit tem excusare à mortali. Videtur vero requiri ad mortale tantum vini potati, quantū in vno prandio sufficere posset pro potui communiter vtentibus temperatè vino. At si esset votum ieiunandi cum pane & aqua, manifestior culpa mortalis esset semel bibere, ac minor quātitas sufficeret ad mortale. Quia frangeretur id ieiunium.

22 Sextò deducitur, quę dicatur modica ludi quantitas, vt transgressio voti non ludendi censeatur venialis. De qua relatissime diximus lib. præcedenti, toto c. 18.

23 Tandem infertur, quantitatem eleemosynæ voto promissæ, vt sit mortalis fractio, metiendā esse penes quantitatem ad furtum mortale petitam, quādo votum est de eroganda ea eleemosyna in alicuius homini cōmodum, siue quia est pauper, siue quia est dicatus Deo. Quia tunc finis ille voti cōuenit cum fine præcepti non furandi: & sic eadem paruitatis, ac magnitudinis materiæ mensura accipienda est, quæ in furto. At si eleemosyna promissa sit ad efficiendum aliquid in Dei honorem, metienda est quantitas penes rē illam in Dei honorem faciendam. Et ideo, nu. 19. diximus votum erogandæ eleemosynæ, vt fiat vnum sacrum, obligare sub mortali: quamuis eleemosyna eroganda pro illo, quo ad summum non excedit duos argenteos, nequaquam ad mortale furtum sufficeret.

24 An vero materiæ paruitas sit perpendenda absolutè, an ponus respectu totius materiæ promissæ, diximus lib. 1. c. 4. fine.

CAPVT XIII.

Qualiter votum rei indeterminatæ quoad speciem vel quo ad quantitatem, vel qualitatem obliget: siue hæc in se sint indeterminata, siue quia disiunctiuè voueantur.

SVMMARIVM.

Quotupliciter contingat rem promissam esse indeterminatam, nu. 1.

Quot quæstiones disputandæ sint, n. 2.

Quando res est ita indeterminata vt nec quid, nec quantum promissum sit colligi possit, an obligent promissio humana, & votum? Refertur quadam sententia, n. 3.

Explicatur sententia Au horis, n. 4.

Post nu. 4. inuenies alia summaria.

1 Bifariam potest aliquid indeterminatè promitti priori modo, quando est indeterminatū omnino quoad speciem, vel quantitatem. Vt si quis promittat dare animal, non determinando speciem: vel triticum, non determinando quantitatem. Posteriori mō, quando

do res est determinata quo ad speciē, & quo ad aliquā quantitatem; at indeterminata quo ad aliquā circūstantiā illius quantitatis, aut qualitatis. Vt si quis promittat eleemosynā, equi, nō determinando quem, vel mensuram tritici, non determinando quam, vel cuius perfectionis. Rursus vel res promissa est in se indeterminata, vt in exemplis adhibitis: vel quia sub disiunctione diuersæ res promittuntur.

2 Triplex ergo est tractanda quæstio. Prima est de promissione rei indeterminatæ priori modo. Secunda de promissione rei indeterminatæ posteriori modo. Tertia de duabus rebus sub disiunctione promissis.

3 Quæstio prima. An cum aliquid omnino indeterminatum vouetur, ita vt nec ex circūstantijs colligi possit quid, aut quātum promissum sit, valeat votū? Quidā censent id votū irritum esse. Vt si quis voueat animal, nō explicato quo animali, aut frumentum, nulla eius explicata quantitate. Ducuntur ex *l. triticum, & l. stipulatus, in prin. ff. de verb. obl.* vbi hmōi promissionem irritam esse tōne incertitudinis decernitur, eo q illi satisfieret tradendo aīal inutile, vt muscā: vel inutile triticū, vt granum illius. Quod idem à cōtrario sensu probat *lex reg. a 1. tit. 11. p. 5.* & colligit *ibi Greg. Lopez b. cosa.* Ergo cum eadem prorsus ratio in voto militet, id erit irritum. Atque ita docet *Goff. quem referunt, & sequuntur Io. Andr. c. ex parte, nu. 4. & 5. de censibus; & ibi Card. nu. 3. opposi ione 7.*

4 At dicendum est id votum valere, quantitatemq; & qualitatē determināda esse arbitrio prudentis viri, cōsideratis personarum, & materiæ subiectæ, & cāæ promittendi circumstantijs. Ducor, quia etsi iure ciuili ea incertitudo vitiet promissionē: vt definitū est in legib. allegatis: at ex æquitate canonica nō vitiatur, sed fit reductio ad prudentis arbitrium, modo explicato. Cum de obligationis substantia, ac aio se obligandi constet. Vt tradunt *Arch. c. Sunt nonnulli num. 1. verb. Nullam 1. q. 1. Ant. c. ex par. nu. 7. de censib. vbi Abb. nu. 5. & c. 1. nu. 5. de decim. s. Ananias c. cum tamen o, n. 4. de homicid. Ale. l. sta stipulatus 115 n. 9. ff. de verb. obl. las. l. triticum, nu. 4. ff. eo. tit. Tiraq. de priuil. pia causa, priui. 55 nu. vnica. Azor l. 11. inst. moral. cap. 10. q. 2. Molina to. 2. de iust. disp. 258. col. 2.* Ex quo infert *Abb. eo. c. 1. n. 5. de decimis*, non satisfieri dando minimū. Præterea ꝗa sicut ob dotis fauorem obligatio inducitur, ēt si dos generaliter promittatur, & quantitas definiri dēt arbitrio boni viri, facultatib. & dignitate personarū inspectis, *l. cum post §. gener. ff. de iu. dot.* Ita æquitas canonica idē in omnib. statuere debet. Tādem quia esto incertitudo in alijs vitiaret, at in spiritualib. fauore piæ cāæ nunq̄ vitiat. Vt ex multis probat *Alex. ead. l. sta stipulatus, nu. 28.* & latius *Tiraq. proximè allegatus*, vbi multos alios refert. Et in proprijs terminis voti tenent *Ant. dict. ca. ex parte, nu. 7. & ibi Abb. nu. 5. Azor proximè allegatus.* Et constabit magis ex dicendis, nu. 11. & 12.

SVMMARIVM.

Ad quid obliget votum rei indeterminatæ aliquo modo, sed non omnino? Refertur duplex textus, qui videntur contrarij, nu. 5.
Refertur duplex sententia, num. 6. & 7.
Explicatur sententia authoris, tam circa hæc vota, quam circa legata quantitatis indeterminatæ, nu. 8.
Quid si qualitas rei fit indeterminata, nu. 9.
Quid si id minimum non contineatur propriè sub voto, n. 10.
Quid si verisimilis sit maius promitti, & prudentis arbitrio id colligatur, & minimum debeatur solum in dubio, numero 11.
An obligetur vouens ad quantitatem, quam tempore voti cogitauit, vel si cogitasset, se determinaret, vel dubius est, numero 12.
Vouens calicem an satisfaciat dando aneum, num. 13.
Votum castitatis indeterminatè an ad solum coniugalem liget, num. 14.
Votum eleemosynæ ad quam quantitatem obliget; & votum ieiunandi ad quot ieiunia; & recitandi, ad quot orationes; & ieiunandi, aut recitandi ad quibus, aut multis diebus, at quot dies obliget, nu. 15.
Quid de voto ieiunandi, aut recitandi diebus veneris, aut aliqua die singulis mensibus, aut quotannis, nu. 16.
Dubius an vouerit maius, aut minus, ad quid teneatur, n. 17.
Quando quis duas res promisit eiusdem rationis, ac valore distinctas, duobus pauperibus, & nō determinauit cui pretiosiorem, aut dubius est, ad quid teneatur. Et si non impleuit, ad quid teneatur hæres nu. 18.
Quid quādo res singularis vouetur, sed nescitur vtra ex duabus; aut perijt altera, nu. 19.
Post num. 19. inuenies alias summaria.

5 Quæstio secunda. At quid obliget votum rei nō omnino in certe, sed aliquo modo, nō tamen plene determinatæ. vt si quis voueat mensurā tritici, nō explicando quam, vel cuius bonitatis: quæstio ergo est an quacūque minima mensura, minimæque bonitatis ei voto satisfiat? Rationem dubitandi ex altera parte nobis offert *l. Titia testamento 40. §. Seia. ff. de auro argēto legato*, vbi pbari videtur in legato sic incerto latissimā interpretationē esse faciendam, qū est ad causam piam: censeriq; relictam rem ceteris pretiosiorem. Et sic intelligit i lum textum cōmunis sent. quam referunt, & sequuntur *Couar. c. Indicante nu. 4. de testam. Menochius de præsump. l. 4. præsump. 106. n. 33.* Ex altera vero parte contrarium probare videtur *c. Ex parte, de censibus*, vbi decernitur votū soluendæ D Iacobo, & eius ministris, vnius mensuræ tritici, intelligi de minima, quādo generalis consuetudo aliud non explicaret.

6 *Abbas d. c. Ex parte n. 4 fine*, quamuis dubius cogitandūque relinquens, in eam partem inclinat, vt id votū intelligatur de re meliori, & maxima mensura. Ducitur, quia ratio in eo textu assignata suadere videtur eū loqui de solo voto dandi aliquid personis Ecclesiasticis. Quippe ea ratio ibi traditur, ne videantur tāquam ex actores lucris temporalibus inhiare.

7 Alij vero sub disiunctione aiūt id votum obligare ad minimam mensuram tradendam: vel melius dici obligare ad eam quam vouēs tempore voti cogitabat. Ita *Ang. verb. Votum 3. n. 22. Syl. verb. Votū 2. q. 15.* additq; si de nulla cogitabat, obligare ad eam quam determinaret, si meminisset.

8 At tenendū est id votum obligare ad solā mensuram minimam. Ducor, quia *dict. c. Ex parte*, hoc aperte probat. Nec intellectus *Abbatis relatus n. 6.* cōsonat textui; atq; ita illū impugnat *Decius regula Semper in obscuris n. 5. ff. de reg. iur. Couar. c. Indicante nu. 4. de testam.* Quia sexius manifeste loquitur de voto mēsuræ illius dandæ Ecclesiæ, & clerici solius Ecclesiæ nomine recipiūt. Nec ēt est approbādus intellectus, quē tradit *Couar. eo. c. Indicante n. 5.* quē approbat *Menochius n. 5. relatus.* nēpe, eam decisionem procedere ex benigna Pontificis interpretatione, ne clerici lucris tēporalibus inhiare videatur. Nam optimæ hunc intellectum reprobat *Molina statim allegand.* Quippe si in foro cōscientiæ tenebatur vouens maiorem mensuram soluere, non bene consuluisset Pontifex minorem soluēdam: cum eius maxime sit conscietijs subditorū prospicere. Secundo, quia *lex Titia test. §. Seia. in contrarium allegata, n. 5.* potius probat hanc partem ēt in legatis pij incertæ quātitatis. Vt optime ponderant *Decius dicta regula Semper in obscuris num. 6.* & alij, quos refert, & sequitur *Tiraq. de priuilegijs pia causa, priuilegio 25. Molina to. 1. de iust. disp. 198. col. 5.* contra authores relatos n. 5. Quia legatū illud de imagine in tēplo collocanda, in quo non nisi aureæ, & argenteæ erant, quærens Iurisconsultus an intelligeretur de imagine aurea, argentea, vel ærea, definiuit intelligi de argentea. Et de ærea nō fuit definiendum, quæ minima erat, eo quod cū in eo tēplo æreę non essent, constabat voluntatem testatoris nō esse vt ærea collocare-

tur

tur. Quod legata sint iuxta loci vsum intelligēda, *l. Nūmis, ff. de legat. 3.* Quare ex ijs materijs, de quibus dubitati poterat, minimā tradendam *Iurisconsultus* definiuit. Et esto id in legatis definitū esset, vt maxima mensura intelligeretur, nō sequitur idē fore in votis: optimā enim discriminis rationē assignat *Abb. d. c. Ex parte a. 4.* Quod in legatis interpretatio fiat contra hæredem, & nō contra ipsummet testatorem, qui libere reliquit: & ideo nil mirum, si late fiat. At vero in voto fit interpretatio contra ipsummet vouentē, qui liberaliter ꝓmisit: & ideo minor debet esse interpretatio. Tertio, quia in obscuris est semper minimum sequendum, *regula In obscuris. de reg. iur. in 6. & regula Semper in obscuris ff. eod. tit.* Tandem quia voti interpretatio stricte facienda est, vt in quantum fieri potest minus obliget. (Vt probauimus c. 11. n. 3.) Et cum iugum præceptorū Dei, atq; adeo præcepti religionis sit suaue, & solū obliget propter operis ꝓmissi executionem, & ne frustra obligationem voti sibi vouens imposuerit. id solum ad satisfaciendum ei obligationi desideratur, in quo vere inuenitur substantia operis promissi. Hoc antē est minima mensura. Et ita hanc partem tenentur *Glossa d. regula In obscuris, in casus positione. Host. d. c. Ex parte nu. 4. lo. And. nu. 3. fi. Ant. nu. 3. Card n. 2. notab. 5. Auch. n. 3. & 5. Dynus d. regula In obscuris, num. 4. Decius d. regula, Semper in obscuris, nu. 5. & 6. Tabiena verb. Votum 3. q. 5. n. 6. Nau. commentario 1. de reg. n. 20. Cou. d. c. Indicante, n. 4. Molina proxime alleg. Azor lib. 11. instit. moral. c. 10. q. 2. fine, & q. 10. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. pun. 4. q. 3.* Et hanc partem tanquam probabilem sequuntur *Angelus, & Syluest. allegati in præcedenti.*

9 Atque idem dicendum est, quando non est determinata rei qualitas. Vt si quis vouit dare triticum, nō determinans quale, an bonum, vel malum, optimum, aut melius: in quo & similibus euentibus satis est quæcūq; qualitas, quæ censeatur sufficere ad veram operis promissi executionem: etiā si infima sit. Quia militant eædem rationes. Ita *Valentia n. præced. allegatus.*

10 Hæc tamen sent. duplici limitatione temperanda est. Prior est, vt intelligatur de minimo soluendo, qđ continetur in re promissa. Vt si quis mēsurā tritici ꝓmisit, satisfaciet soluēdo minimam ex visitatis in eo loco. Si enim aliā effingere vellet, nō satisfaceret. Quia sub voto illo solæ mensuræ vsitatæ cōprehenduntur. Ita *Glo. cap. Ex parte, verb. Paruissimā, de censibus: & ibi Host. n. 4. lo. And. n. 3. fin. Auch. n. 5.* Et aperte colligitur ex *l. Titia testamēto §. Seia ff. de auro, & arg. legato,* ob id .n. (vt nu. 8. probauimus) *Iurisconsultus* censuit in illo legato non comprehendi imaginem æreā, quæ minima erat, quod ibi solæ argenteæ, & aureæ solitæ erant collocari.

11 Posterior est, nisi aliquā sit ratio suadens verisimilius esse mentē vouentis præsumi fuisse obligādi se ad mēsuram maiorē, aut rem pretiosiorem tradēdam. Quia in obscuris inspicitur qđ verisimilius est: *regula Inspicimus de reg. iur. in 6. & regula, In obscuris inspicimus ff. eo. tit.* Et ita limitant *Dynus regula, In obscuris, nu. 3. de reg. iur. in 6. Nau. commentario 4. de regul. nu. 20.* Et tandem tunc temporis minima illa mensura debetur, quando attentis oībus circūstantijs, quas nu. 4. in voto rei oīno incertæ spectandas diximus, res est dubia an voluerit vouēs ad maiorē, vel minorē se obligare. Et in hoc dubio loquitur textus *c. Ex parte, de censibus.* Quod ex eodem textu constat, vbi prius Pontifex expendit conjecturas consuetudinis soluendæ illius mēsuræ. Itē cōstat ex *l. Nummis 83. ff. de leg. 3.* ibi: *Nummis indistincte legatis receptū est, vt exiguiores legati videantur, si neque ex consuetudine patrisfamilias, neque ex regione, vnde fuerit, neq; ex contextu testamenti possit apparere.* Quare optime *Menoch. de præsump. l. 4. præsump. 106. a n. 1. vsq; ad 17.* latissime multis allegatis probat ad deprehendēdā testatoris voluntatē in his legatis incertis, attēdēdā esse consuetudinē ipsius testatoris, & patriæ in qua testatur, dignitatē legatarij, vires patrimonij testatoris,

12 Et tandē cōcludit n. 17. qñ his oībus perpensis circūstantijs res manet dubia, intelligendū esse legari quod minus est. Sic ergo in votis cēsendū est: cū tam legata, quā vota ortum habeāt ex liberali vouentis, aut legantis volūtate, & sint lex priuata ab ipsis profecta: & iuxta illā voluntatem præsumptā dijudicāda sint. Præterea quia in omnibus votis dijudicādis est prius ad voluntatē vouētis ex cōiecturis deducendā confugiēdū, vtpote quæ ab ipsa totam obligandi vim habent, & qñ ex ijs coniecturis nil discerni pōt, sed res est dubia, cōfugimus ad id, quod iura in eo dubio præsumunt. Sed obijcies, hinc sequi nullū esse discrimē inter hūc casū, qñ signatur aliqua quātitas, incerta tñ, vt mēsura tritici: & priorem de quo nu. 4. egimus, qñ res est oīno incerta, vt qñ triticum promittitur in genere. Respōdeo discrimen in eo situ̅ esse, qđ in eo casu non intelligitur minimū qđ continetur in re promissa, ne inutilis prorsus reddatur, satisfieret .n. dādo tritici granū: sed sēper cōfugitur ad prudētis arbitriū: at in hoc arbitrio si res æque dubia sit, intelligitur minima mensura illius rei ꝓmitti. Quia in dubio, qđ minus est, censetur ꝓmitti, iuxta regulā desumptam ex c. *Ex parte, de censib.* At qñ mēsura aliqua, incerta tñ ꝓmittitur, intelligitur semper in dubio de minima mensura, vtpote quæ vtilis est; nisi prudēter attētis circūstātijs maior intelligatur ꝓmissa.

13 Ex his deducitur primo fallacem esse regulam, q̄ ex *Angelo & Sylu.* retulimus nu. 7. Nam nō obligatur quis ad id qđ tempore voti cogitabat, vel quod statuisset, si cogitasset: sed ad id solū, qđ in suo voto comprehendit. Vt ꝓbauimus c. 2. a n. & c. 11. n. 5. vbi diximus qđ in dubio, an id sub voto cōprehenderit, ita cēsendū. Et ita docet *Val. 2. 2. disp. 6. q. 6. puncti. q. vers. Vt de bene.*

Secūdo deducitur, promittētem calicem Ecclesiæ, nō satisfacere dādo ex minima materia, nēpe ærea, vel lignea: sed teneri dare argenteū, vel aureū. Quia intelligitur promissus calix cultui diuino aptus: qualis est solus argenteus, vel aureus, *c. Calix, de consecr. d. 1.* Ita *Romanus, quem sequitur, & refert Decius regula, Semper in obscuris. n. 6. ff. de reg. iur. Azor l. 11. inst. mor. c. 20. q. 10.*

14 Tertio deducitur, vouētem absolute castitatē, nō satisfacere sola castitate coniugali, quæ castitas etiā dicitur, *c. Nicæna 31. d.* & est minima, sed teneri ad oīmodā castitatem, nisi contrarium de vouentis intentione expresse constet. Quia nomine castitatis frequentissime oīmoda castitas intelligitur, & coniugalis est tantum castitas secundum quid. Et ita à cōmuni vsu verisimilius est censeri absolutam castitatem promissam. Et ita habet locum quod diximus n. 11. & docet *Nau. ibi relatus.* Quod intellige iuxta dicenda nu. 17.

15 Quarto deducitur, quid dicendum sit de voto dandæ eleemosynæ, nulla signata quantitate *Val. 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 4. q. 3. vers. Primo igitur potest esse* existimat huic voto satisfieri erogata quacunq; minima eleemosyna. Quia in illa vere eleemosynæ rō saluatur. Etsi .n. ibi dicat prudentis arbitrio taxandam esse, addit tñ ita vt sit sufficiens ad verā operis promissi executionē. Et ita solā eā quantitatem petere videtur, quæ sit vera eleemosyna, & ita se statim explicat in ratione q̄ tradit. Et pōt probari ex regula n. 8. tradita. Item quia Pontifice iniungenti eleemosynam indeterminatam consecuturis iubileū, sat est vt quantumcunq; diues paruam largiatur. Vt multis citatis tradit *Enriqu. l. 7. de indulgentijs c. 10. n. 7.* Et ita verū esse intelligo, qñ res omnino est dubia: nā prius ad prudentis arbitrium confugiendū est, vt consideratis circūstantijs personæ vouentis, & causæ promittēdi, & operis ad quod promisit, explicet q̄titatem præsumpta vouēti. Iuxta quod n. 11. diximus. Quippē ridiculum esset hominem ditissimum, etiam si rex esset, satisfacere eleemosynæ promissæ indeterminatē ob causam grauissimā, & ad rem multis sumptibus indigentē, datis duobus dispondijs. Nec est simile quod de iubileo affertur. Quia Pontifex explicat suam mentē esse in ipso iubileo, vt vnusquisq; eleemosynam

ero-

eroget iuxta suã deuotionẽ: & ita quãtitatem liberam prorsus cuilibet relinquit taxandã. Similiter dicendum est de voto recitandi, illi.n. satisfieret recitata semel aliqua quauis oratione, vt angelica: qñ prudẽtis arbitrio considerans prædictis circumstantijs, non censetur maior quantitas promissa. Similiter promissis calculis virgineis, vulgo, *el rosario*, satisfit recitata tertia illius parte, quæ verè rosariũ appellatur, & est minima pars sub voto inclusa. Et similiter vouens ieiunare non determinans dierum numerũ, satisfacit vnico ieiunio, quod est minimũ sub eo voto comprehensum. Et similiter vouens plura ieiunia, aut aliquot ieiunia, seu aliquot, seu pluribus diebus se ieiunaturum, aut recitaturum, & sic de similibus, nec certum numerum determinauit, satisfaciet duabus diebus ieiunando, aut recitando. Quia pluralis locutio duorum numero est contenta, *Regula Pluralis, de regul. iur. in 6.* Et id votum de minimo numero, in quo põt res promissa saluari, intelligẽdum est. Iuxta dicta nu. 8. Quætñ omnia intelligenda sunt confugendo prius ad prudẽtis arbitrium, modo explicato.

16 Si autem quis promitteret se diebus veneris, aut alia die hebdomadæ, vel anni ieiunaturum, recitaturũ, &c. nec scit discernere, an in tẽpus determinatũ, an potius in perpetuum vouerit, sic distinguendum censeo. Si sit possessio pro verbis voti perpetuitatẽ quandam, & vniuersalitatem includentibus, crederem in dubio votum censeri perpetuũ. Vt in prædictis exẽplis. Quia in communi concipiendi modo ea oratio indefinita æquipollet vniuersali. Sicut de indefinita legis, vel canonis tradunt DD. quos retuli l. 3. de matr. disp. 44. nu. 2. vers. & confirmatur. Quare in eo dubio, & dum de contraria vouentis intentione non constat, possessio est pro cõi verborum intellectu perpetuitatem quandã denotãti. Nam in dubio verba voti esse iuxta cõem sensum intelligenda probauimus, c. 11. n. 29. Atque volenti se ea perpetuitate liberare, incumbet intẽtionem ad tp̃s restrictam verificare. Sicut n. 14. diximus vouentem castitatem teneri ad cõiter intellectã, quæ est oĩmoda. Et qui certus est se vouisse castitatem, tenetur ad perpetuo continendum, dum non est certus animi sui se obligandi tantum ad tp̃s. Quia est possessio pro verbis voti castitatis, quę perpetuitatem quandam importat.

17 Quod si nulla possessio esset pro verbis voti, tenetur vouens in eo dubio ad id quod minus est. Vt si quis certus est se promisisse castitatem, aut temporalẽ, aut perpetuam, & est omnino verborũ immemor, sed tantum certus est se alteram promisisse, ad solam temporalem: quæ minor est, tenetur. Similiter quis immemor omnino verborum voti, dubitat an ꝓmiserit omnimodã castitatẽ, an coniugalẽ solã, tenetur ad hãc quę minor est. Similiter quis est certus se vouisse castitatẽ aut religionem, vel inter duas religiones, an strictiorẽ, aut minus strictã, dubitat aũt vtrã harũ partiũ vouerit, tenetur ad minorẽ. Quia quod iuris est de voto quo ad totũ, idem iuris est, & debet de parte quo ad partẽ esse, *l. Quæ de tota, in princ. ff. de rei vẽdic. Euerard.* & latè *in suis topicis loco à toto ad partem num.* 1. Sed quando est dubium an totum votum emissum sit, nec est possessio aliqua pro voto iudicandus est à toto quis liber. Ergo qñ dubitat de parte grauiori, censendus est ab ea liber. Præterea quia in hoc dubio reputatur votum quasi rei indeterminatæ, in quo euentu solam minorem partem obligare probauimus n. 8. Quare non placet quod tradũt *Nauar. l. 3. cons. tit. de voto, in 1. edit. cons. 18. nu. 2. eod. tit. consil. 26. n. 2. Manuel 2. to. sum. c. 95. n. 6. Azor l. 11. instit. moral. c. 15. q. 9. fine.* nimirum, teneri hunc ad id quod maius est, vtpote quod est tutius.

18 Qñ autem quis duas res eiusdem rationis, sed inæquales quo ad valorem voueret se daturum duabus ecclesijs, vel duobus pauperibus, non determinans quid cui, credo posse ipsũ cui malit, pretiosiorẽ dare. Cũ sit votũ rei indeterminatæ quo ad maiorẽ, vel minorem quantitatẽ alteri dandã, nec votũ obliget vltra vouentis determinationẽ. Et ideo nõ est cur potius huic, quã illi pretiosiorẽ dare debeat. Et se ipse nõ impleret votũ, nec iuberet impleri, credo eodẽ modo posse hæredẽ ea electione vti. Quia in solã defuncti obligationem succedit. At si vouens iuberet impleri per hæredẽ, teneretur hæres instar obligationis similium legatorum indeterminatorũ. Similia aũt legata pętermissis alijs dicendi modis, quos refert *Ant. Gom. 1. to. var. c. 12. n. 18.* obligant (vt ipse sustinet *ibi cum Bartolo, & alijs, & cõi sent. & Molina to. 1. de iust. disput. 198. ad fin.*) vt is qui priori testamenti loco institutus est legatarius, eligat rem potiorem. Quod eo ipso videatur magis dilectus, & prælatus à testatore. Et ob alias rationes, & textus, quibus id latius ibi probant. Quando aũt dubius oĩno est vouens, cui illorum voueret rem pretiosiorem dare: vr̃ teneri excessum illum pretij pro ratione dubij inter eos diuidere. Ratio est, quia sciens se aliquid debere vni ex duobus, dubitans aũt vtri eorum debeat, tenetur inter illos pro ratione dubij rem illam diuidere. Vt tradunt DD. in tractatu de restitutione. At hic certus est se rem illam pretiosiorem debere ex voto alteri illorum, & dubitat cui. Ergo tenetur pro ratione dubij diuidere. At verius est non teneri ad hoc, sed posse similiter eligere. Ducor, eo quod sit dispar ratio. Nam in eo iustitiæ debito tenetur vtrique æquale reddere: & ideo cum in eo dubio ius vtriusque æquale sit, tenetur inter eos pro rata diuidere. At in voto nõ nascitur obligandi vis ex iure alterius, sed ex mera vouentis promissione, & determinatione, & cum hæc sit dubia, nec præsumatur tanquã quid facti, iudicandũ est in fauorem libertatis uoluntatis, vt non se astrinxerit priuans se eligendi libertate. Et ideo integrum ei erit eligere.

19 Similiter qñ res determinata in singulari promittitur, at dubium oritur ex eo quod plures eiusmodi res sunt, nec determinatur quæ danda sit datur electio vouenti. Vt si habens duplicem seruum nomine Petrum, voueat seruum suũ Petrũ xenodochio, nec discernere norit vtrum ex illis vouerit, potest quemuis ex illis tradere. Quia nõ est potior ratio de vno, quã de alio. Atq; ita in simili de promissione facta homini decernitur *l. Qui ex plurib. ff. de verb. oblig. & l. regia 23. tit. 11. p. 6.* Qđ si vouens ante voti executionẽ obeat, hæredis erit electio: vtpote qui in omne defũcti ius succedit. Quod bene docet *Molina to. 2. de iustit. disput. 270. col. 3. versic. Quando res vna.* Qui bene addit altera ex illis rebus pereunti, diuidendam remanentẽ inter eum, cui ꝓmissio est facta, & promissoris hæredes. Ratio est, quia obligatio ꝓmissionis non cadit in vtrumq; rẽ, vt contingit in promissione disiunctiua; sed cadit super vnam earum solã, ignoratur vero quæ illarũ sit. Et ideo quæ superest, venit diuidenda. Quare dicẽdum idẽ credo in voto, si vouẽs in simili esset dubio: re.n. altera ex illis perẽpta, teneretur alteram diuidere. Quod eadem militet ratio.

SVMMARIVM.

In votis disiunctiuis potest vouens eligere vtramuis partem nu. 20. & ibi an possit nunc vnam, nunc alteram.

Quid si sensus non sit disiunctiuus, sed conditionalis: & quando censeatur disiunctiuus, nu. 21.

Quid si dubium sit vtrum ex illis sensum vouens intellexerit, num. 22.

Quid si disiunctio simul in diuersas res, diuersaque tempora cadat, nu. 23.

Quid si promissa sit disiunctiuè duplex res, & altera præstari nequit, quia perijt ante, vel post votum, nu. 24.

An satisfaciat dando æstimationem rei quæ perijt, nu. 25.

An si ante alterius interitum vouẽs elegerit rem tradendam, vel eam obtulerit, teneatur ea pereunte alteram dare, numero 26.

Quid si culpa vouentis res illa electa perierit, nu. 27.

Qui promisit intra annum eleemosynam, vel eo transacto ingressurum religionem, & intra annum electam iam eleemosy-

eleemosynam non impleuit, an teneatur transacto anno religionem ingredi, num. 28.

An qui vouit ingressum religionis, aut xenodochio inseruire, nec admittitur in religionem teneatur xenodochio seruire; & an possit seruire illi religioni non ingrediendo illam, num. 29.

Quid si ille antea elegisset religionis ingressum, num. 30.

Quid si tempore quo vouit, habebat impedimentum, cum quo non poterat admitti iuxta religionis promissa constitutiones: aut voto emisso superuenit id impedimentum; & ita altera disiunctiuæ pars est impossibilis, nu. 31.

An hic satisfaciat soluendo æstimationem sui seruitij xenodochio: vel è contra si xenodochij obsequium esset redditum impossibile, teneatur ad religionem: vel satisfaceret seruitij xenodochij æstimationem soluendo, & quid si promisisset calicem determinatum, vel ingressum religionis, aut calice illo absque culpa deperdito satisfaceret data illius æstimatione, nu. 32.

An vouens ieiunium huius, vel illius diei, & hanc eligens, nec ieiunans, teneatur altera, nu. 33.

Quid si vage ieiunium, vel dare equum, & postea elegit diem, vel equum, nec dedit, an teneatur altera die ieiunare, aut alterum equum dare, nu. 34.

An promittens ieiunare die indeterminata, vel duo sub disiunctione, censeatur determinare diem, aut alteram disiunctiuæ partem, ex eo quod intendat determinata die ieiunare: vel determinatam partem, implere, numero 35. & ibi, an electio sit, ex eo quod vouens cœpit implere alteram partem.

Explicatur quando sit electio perfecta, ita vt variare non liceat, num. 36.

Quæ verba importent electionem, & quid de verbo, volo, numero 37.

An sit differentia quo ad potestatem variandi facta semel electione, siue dicat vouens, promitto hunc calicem vel hunc quem voluero, vel quem volam, nu. 38.

An in pœnitentia sacramentali dies indeterminatæ, aut disiunctiuæ, possit pœnitens facta electione variare, nu. 39.

An quando votum vel pœnitentia sunt disiunctiua, & non facta, electione impleta est per obliuionem altera pars, vel animo non satisfaciendi, censeantur impleta, nu. 40.

20 Quæstio vltima. At quid obliget votum disiunctiuũ, qñ vtraq; illius pars est apta voti materia? Certum est existente voto verè desiunctiuo, vouentis esse eligere partem quã maluerit. Constat ex *regula, In alternatiuis, de reg. iur. in 6. l. Stipulatus sum damã* 105. *ff. de uerb. oblig. l. regia* 23. *tit.* 11. *p.* 5. Ratio est, quia vouens tenetur ex vi voti ad promissionem suã veram reddendã, exequendo illã. Ad veritatẽ autẽ disiunctiuæ sufficit alteram illius partem eligere. Quare potest modo vnam, modo alterã partem exequi. Vt si promisit dare quotidie eleemosynam, vel recitare calculos virgineos, potest ad libitum vna die, vel pluribus exequi vnum, & alia, vel alijs alterum. Quia semper alterutrum illorum implendo satisfit voto. Et potest alterutrum eligere sibi faciendum, non perfecta electione, ita vt sit von determinatiu, nec amplius variare liceat: sed ad expenendum an expediat sibi illam determinare.

21 Dixi autem quando votum est verè disiunctiuum. Quippe in his votis magna diligentia adhibenda est in spectanda vouentis mente. Sæpe. n. mens eius est cõditionaliter se obligare, (vt etiam aduertimus, c. 10. n. 20. & 21.) Quod quidem contingit, qñ mens vouẽns est se ad vnum determinatè obligare, si exequi potuerit, & casu quo nequeat, aut non exequatur, ad alterũ. Vt si quis voueat se daturum in eleemosynã triginta, aut decem, in hoc sensu, dabo triginta si potuero, sin minus decem. Similiter si promittat se post annũ, vel post biẽnium religionẽ ingressurũ, in hoc sensu, ingrediar post annum si potuero, sin minus, post biennium. Quamuis enim hæc vota formam disiunctiuorum habeant, at reuera disiunctiua non sunt, sed conditionalia: atq; ita nõ datur vouenti electio, sed tenetur præcise ad illã priorem partem, si potuerit, sin minus, ad posteriorem. Sic *Azor l.* 11. *instit. moral. c.* 15. *q.* 9. *ad finem.* Tunc autem votum erit verè disiunctiuũ, qñ mens vouentis consonant verbis, quia, nempe, ad neutrum disiunctionis parte vult præcise se obligare, sed ad alteram, quam elegerit.

22 Quod si vouẽtis intentio dubia sit, vtro ex his modis se voluerit obligare, dicit *Azor n. præced. allegatus* tutiorem partem esse eligendam, quæ est vt sensus sit conditionalis atque ita vt vota illa obligent ad id quòd maius est, & ad tẽpus quod breuius est. Sed contrariũ credo, nempe, præsumi intentionem disiunctiuè vouendi, & ita dari vouẽti electionem. Quia cum verba ipsa disiunctionem denotent: atque mẽtem verbis consonare præsumatur: (vt late probaui l. 3. de matr. disp. 15. n. 9.) præsumitur in eo dubio intentio disiunctiua, vt uerba sonant. Et idem credo, quamuis uouens in eam partem magis inclinet, ut intentio fuerit conditionalis. Quia præponderat adhuc præsumptio illa ex uerborũ natura consurgens. Quod si rationes utrinq; probabiles essẽt ita ut utramq; partem opinabilem reddant, licebit uouenti, cuius ex illis etiam minus probabili adhærere.

23 Similiter quamuis sensus esset uerè disiunctiuus, ac proinde daretur electio uouenti, poterit esse ut non quocumque tempore detur electio. Quod contingit, qñ disiunctio cadit simul super diuersas res, diuersaq; tempora. Vt si quis uoueat huc modo, promitto me intra annum erogaturũ eleemosynã, uel eo transacto futurum religiosum, tunc intra annum illum poterit alterutram partẽ eligere satisfacietque dando eleemosynam intra annũ illũ: at illo transacto absq; alterius partis electione, tenetur præcise ad religionẽ. Quia posterior disiunctiuæ pars sensum hunc conditionalẽ efficit: si non erogauero intra annũ, ingrediar religionẽ. Ac proinde cum cõditio impleta sit, obligat uotũ præcise ad religionem. Si autem intra annũ elegit, & non impleuit: dicemus n. 28.

24 Quod si dubites, an quando sensus est prorsus disiunctiuus, & altera pars impleri nequit, obliget præcise altera. Vt promisi dare xenodochio alterum ex duobus seruis quos habeo, perit unus, uel fugit, an tenear dare alterum. Respondetur affirmatiuè: & id quidẽ, siue culpa promissoris, siue absque illa res ea perierit. Habetur expresse *l. Stichum, aut Pamphilum* 95. §. 1. *ff. de solut. l. Non vtique* 3. *ff. de eo quod certo loco, l. regia* 23. *tit.* 11. *p.* 5. Et ratio fundamentalis huius est *teste Iasone lib. Si Stichum, aut Pamphilum* 16. *in princ. nu.* 2. *ff. de solu.* Quia in alternatiua ambæ partes sunt in obligatione, *l. Illud aut illud. ff. de constit. p. cun.* quamuis detur promissori electio alterius soluendæ. Ergo una exempta ab obligatione, eo quod perierit, debet altera remanere. Si tamẽ ante uotum res altera perierat, uotũ nõ obligaret. Quia erat disiunctiuũ, cuius altera pars erat impossibilis. Iuxta regulam traditã c. 10. n. 17. Si tñ altera non perierat, sed amissa erat, aut furto subrepta non corruet uotũ; at non obligabit, donec res illa inueniatur: & tunc dabitur electio. Quia hic nõ promisit determinatè unã rem, sed unam ex duabus, ut possit eligere, & dũ altera non comparet, est illa pars impossibilis, & ita non obligabit uotum. Quia tñ non est oĩno impossibilis, non corruet uotũ illud, sed suspẽdetur obligatio, donec possibilis sit.

25 Est tamen latum discrimen, quando perijt cum promissoris culpa, uel absque illa. Quia priori casu tenetur rem illam manentem præcise dare. Posteriori autem liberatur dando rem manentem, aut æstimationem mortuæ. Vt Probat textus *l. Cum res* 49. *vers. Quare tene ff. de leg.* 1. Quod æquitas hoc poscat, ut cum ille posset eligere rem quæ perierat, & ita liberaretur, atq; citra suã culpam perierit, succedat eius loco æstimatio illius: ac proinde liberetur dando eius æstimationem, aut rem manentem. Et ita docẽt *Gl. l. Non vtique* 3. *verb. Solum ff. de eo quod certo loco.* & *ibi Iason n.* 3. *Greg. Lop. l.* 23. *fine tit.* 11. *p.* 5. *Ant. Gomez.* 2. *to. var. cap.* 11. *nu.* 40. *Molina* 2. *tom. de iustit. disput.* 270. *col.* 2. *vers. Quando verò.*

26 Hoc

26 Hoc tñ est intelligendum, nisi postquē promissor elegisset eam rē quæ perijt, vt illam solueret, illa sine eius culpe periret: tūc.n. nec rem manentē soluere tenetur, nec æstimationē eius quę perijt, sed periret ei, cui facta est promissio. Ratio est, quia promissio illa alternatiua determinata præcise fuit per illē electionē ad rem quæ perijt: & illa sola deinceps manebat obligata. Ergo si absq; culpa promissoris pereat, nō ipsi, sed ei cui ꝓmissio facta est, peribit. Atq; ita docent *gl.l.Stichū, aut Pāphilum, verb. At que, ff. de solut. Paulus l. Stipulatus sum Damā 105.fi.ff.de verb.oblig. & ibi Iason.fin.* & ibi communiter *DD. Molina un.praced.alleg.* Quod intelligunt bene *Paulus, & Iason ibi*, qn̄ electio ita perfecta est, vt promissori non amplius integrū sit mutare volūtatem. Dū.n.nō ita perfecte electio est, quin adhuc possit mutare voluntatē, manet vtraq; res in obligatione. Cū adhuc ad alterutrē disiūctiuè maneat obligatio, sicut ante electionē. Et à fortiori idē dicēdū est, si ille rē alterā ꝓmissam obtulisset xenodochio, & illud esset in mora recipiendi. Quippe in hoc casu cessare obligationē tradit alios referēs *Ant.Gom.var.c.c.11.n.40.* Intellige ēt hanc electionē perfectē, cū limitatione q̄ trademus, n.31.fin.

27 Imò & in voto nondum intimato parti, in cuius fauorem cedit, vt ab ipsa acceptetur, & proinde nō acceptato, crederem, etsi culpe vouētis res illa semel perfectè electa perierit, eū ad nil teneri. Ducor quod ea sola res maneat ex voto debita, & cū perierit, nequit iā votum impleri. Nec tenetur ad æstimationem, eo quod uotum nondum acceptatum minimè obliget lege iustitiæ, vt ratione culpæ obliget ad æstimationem illius restituendam. Vt probauimus c.11.n.17.

28 Hinc deducitur primo, eum qui promisit se intra annum daturum eleemosynē, vel post annū ingressurum religionē, in sensu verè disiunctiuo, quo nēpe, intendit se ad alterutrum solum obligare, si eligat perfectè intra annum eleemosynem illā, ita vt variare nō liceat, non teneri amplius ad religionē, etsi culpa sua non impleat eleemosynem: sed solum tenebitur deinceps illā elargiri. Ratio prioris partis est. Quia (vt n.26. probauimus,) ea perfecta electione determinatū est votū ad eā partem electam, ita vt penitus extincta sit obligatio circa reliquam. Ergo obligatio circa reliquā perinde est, ac si contracta nunq̄ fuisset. Neque.n. dicendum est obligationē illam religionis post annū esse conditionalē, obligantē in omni euentu, in quo ante annū eleemosyna erogata non esset. Quia iam sensus nō esset verè disiunctiuus, sed conditionalis, obligans præcise ad religionis ingressum, supposita illa nō erogatæ eleemosynæ conditione. Ratio aūt posterioris partis est. Quia eleemosyna illa non erat in honorem tēporis, & ideo trāsacto termino obligationi assignato manet obligatio. At si esset in alicuius temporis honorem promissa, iē eo transacto nec illa quoq; obligaret. Vt c.seq. late dicemus.

29 Secundo deducitur, vouentem sub disiunctione religionis ingressum, aut ministeriū xenodochij, si nō admittantur in religionem, teneri xenodochio inseruire. Quia vtraq; disiunctionis pars cadit in obligationem, & sic quando altera impleri nequit, obligat pręcisè reliqua. (Vt diximus, n.24.) Sic *Nau.lib.3.cons.tit.de voto, in 1.edit.cons.12.n.1.in 2.cons.27.n.1. Azor lib.11.instit.moral.c.22.q.10.* Et addit bene *Nau.* si hic se offerat ad inseruiendum religioni, non satisfacere. Quod non nisi ingressum vouerit, aut seruitium xenodochij. Hoc tamen intellige, nisi ad seruitium esset melius, aut manifestè æquè bonum ac seruitium xenodochij, & vellet hoc in illud commutare.

30 Quod duplici limitatione intelligendum est. Prior est nisi ille bona fide elegisset perfectè illum religionis ingressum. Quia iā tunc solū religionis votum manet, ac proinde si in religionē promissā nō admittat, minimè tenetur seruire xenodochio. Iuxta dicta, n.28. Sed si sit repulsus in perpetuū, manet oīno liber à voto: si vero ad tēpus, pro eo tempore. Vt dicemus c.16. de absoluto ingressus religionis voto. Quid aūt si bona fide elegisset, postq̄ factus est religioni ineptus, dicā, n. sequenti fine.

31 Posterior est, nisi tpe quo vouit, esset impossibilis admissio illius in eam religionem. Vt quia habebat impedimentum omnino excludens à religione promissa. Vt si erat ex genere Hebręorū, & promisit religionem D.Hieronymi, aut seruitium xenodochij, in sensu vere disiunctiuo, tūc.n. cum altera pars esset tpe voti impossibilis, corruet votum. Iuxta ea quæ diximus c.10.n.16. vbi, n.18. diximus nil referre siue ea promissio scienter, siue ignoranter facta sit. At vero si postea superuenis impossibilitas, q̄a editur illa cōstitutio, aut quæuis alia ineptitudo partis materię, vt quia ob prohibitionē redditur mala, aut ob aliq̄ rationem redditur indifferens, nec electa erat antea illa pars perfectè, nō deobligabit votū, sed obligabit ad reliquā partē possibilē. Sicut diximus, n.24. qn̄ altera res perijt. Et ratio est, quia qn̄ à principio altera pars est inepta, non potuit in vtramq; cadere obligatio: quod est de rōne obligationis disiunctiuæ, (vt n.24. probauimus,) & ideo corruit votum. At qn̄ post votū emissū altera sola disiunctiuæ pars redditur inepta, non fit tota materia inepta, nec opus est ad valoris voti conseruationem permanere obligationem circa vtramq; partē, sed reddita altera impossibili, aut alias inepta, succedit obligatio circa alterē, modo explicato, n.24. Quod si roges, quid si post illā materiæ ineptitudinē superuenientē, qui disiunctiuè vouerat, eligat bona fide, & ignarus superuenientis ineptitudinis, illā materiā ineptā, & hoc perfecte electione determinās votū suum ad illē, en postea sciens materiam illam fuisse tpe electionis ineptā, liber maneat à voto? Respōdeo negatiuè. Quia eo ipso quod materię illius pars reddita ē inepta, cessauit obligatio disiūctiua, & māsit altera pars p̄cisè debita: à quo debito nō potuit eximi rōne electionis bona fide factę, materię iā incapacis vt eligat.

32 Tertiò deduceret aliquis ex dictis, hunc qui promisit seruire xenodochio, vel ingredi religione, & eo q̄d non admittitur, tenetur seruire xenodochio, satisfacere voto solute xenodochio æstimatione sui seruitij. Idque sibi suaderet ex dictis, n.25. vbi probauimus reddita altera parte impossibili absq; vouēns culpa, satis esse solui æstimationē. Sed dicēdum est non satisfacere. Tū quia solius rei redditæ impossibilis æstimationē solui posse diximus, n.25. xenodochij aūt seruitiū non est redditum impossibile. Immò nec hoc reddito impossibili satisfaceret hic tradita eius æstimatione, sed tenebitur p̄cisè ad religionē. Quia etsi vtilitas ex vouētis ministerio in hospitiū redundās sit p̄tio æstimabilis, at ille non solam eā vtilitatē vouit, sed personē suā diuino obseq̄o mancipauit inseruiēdo xenodochio, aut religionē ingrediēdo. Quod cū personale sit, nequit p̄tio aliquo æstimari.

33 Quartò deducitur, vouentē vere disiunctiuè hac vel illa die ieiunare, postmodumq; perfectè eligentē hāc, & violantem tunc ieiunium peccare, et non teneri illa die secunda signata. Quod per electionē illē perfectam cessarit secundæ illius diei signatæ obligatio. An vero teneatur alia die loco prioris signatę ieiunare illa omisse, sic distinguendum est. Si in priori voto disiunctiuo illa dies modo electa, signata erat in tēporis honorē, nulla alia die ieiunare tenetur Quia per hanc electionem nil aliud fit, quam votum illi diei alligetū, disiunctiueque promissum, determinare ad illam diē. At transacta die, cui alligatum est votum, non amplius obligat. (Vt c. sequenti dicemus) Si vero non erat signeta in honorem diei, etsi postea illā eligat vouens in honorē diei, & non ieiunet, tenetur quacumq; alia die loco illius ieiunare. Ratio est quia perinde est electione facta, ac si ieiuniū illius diei determinatæ vouisset, in quo casu eo nō seruato tenetur ad alterū. Electio.n. est iuxta rei promissæ naturā, q̄ ē, vt dū votū nō ē in diei honorē, illa die non impletū alliget altera. Nec volūtes illa eligēdę eius die in tēporis honorē potuit limitare priorē voti obligationē, quod non sic obligabat vt id votū esset alligatū diei.

34 Quin-

34 Quinto hinc aliquis deduceret, promisso ieiunio, aut oratione pmissa alicuius diei indeterminatæ, & vagæ, vel promisso equo vagè, & postea vouēti determinate, & eligēti perfectè diem, vel equū, ita vt ex voto ad rem illā electā teneatur, nec possit variare, si illa die nō impleat votū, vel minimè illū equū det, nec dare iā possit non teneri ad id ieiunium, vel orationē altera die, vel ad tradendum alterum equū. Ducereturq;, qua huiusmodi votū rei promissę vagè ęquiualet voto disiunctiuo, nēpe, ieiunandi hac, vel illa diei, &c. & dādi huius equi, vel illius, vel illius, &c. Et facta est iā perfecta illius diei, vel equi electio. Ergo cessat penitus obligatio alterius diei, vel equi & ideo facta impossibili rei electę executione manebit extincta voti obligatio. At dicēdū est teneri ad ieiunandum, & orandum altera die, & tradendum alterum equū. Ratio est, quia votū hoc quo ad substantiā illius ieiunij, vel orationis, vel dādi equi, est determinatū prorsus disiunctio autē implicita in eo cadit in solā circūstantiam nēpe, qualis diei, vel qualis equi. Quare electio postea diei, aut equi facta id tātum præstat, vt teneat præcisè ad id quod elegi, non aūt absoluit ab obligatione eligendæ postea alterius diei, aut equi, qn̄ res electa impleri nequit: eo quod substantia rei promissæ adhuc manet obligans. Nec electio mea potuit eā variare, nec efficere, quin voto nō impleto in re electa id obliget ad alterā. Quod in exēplo ieiunij, & orationis est adhuc manifestius; qa cū votū fuerit diei indeterminatæ, nō potuit eē in honorē tēporis in quo casu etsi votū esset verè disiunctiuū, diximus, nu. præc. obligare altera die, qn̄ die signata non est impletum.

35 Tandem id superest explicandum, qn̄ ne dicatur facta perfecta alterius partis disiūctiuæ electio ita vt amplius variare nō liceat, sed illa præcise obliget. Qua in re dicendum est non sufficere simplicē rei alterius exequendæ intentionē. Quare optimè dixit *Sylu. verb. Votum 2. fine.* vouentē non bibere vinū quadam die certæ hebdomadæ, non determinando diem statuentemque diē, in qua exequi intendit, non peccare bibēdo postea illa die vinū, dūmodo nō sit vltima hebdomadæ dies, sed transferri obligationē ad alterā illius diē, Quod idē clarè videntur tenere *Palud. 4. d. 15. q. 4. fin. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 3. §. 2. fine.* Quare *Palacios 4. d. 38. disp. 1. post 5. concl. fol. 839. col. 1.* dicens vouentem vagè, & eligentem diem teneri pręcise ea die, intelligendus est, quādo perfectè eligit eam diem, tanquam voto comprehensam. Et ratio est, quia intentio tempore voti, aut post illud concepta, non obligat, nisi sub voto claudatur. Vt diximus c. 11. n. 5. Vtrum autem sit electo perfecta incipere alteram partem exequi? dicemus c. 16. n. 84.

36 Difficultas autem est, quando censeatur pars disiunctiuæ, vel dies vaga determinari pręcise, ita vt sit perfecta electio, & tunc obliget. Quod procedit qn̄ nō constat de peculiari vouentis intētione. Qua in re sic distinguerem, si vouens ille non cum Deo; sed secum loquēs externè, aut internè, determinaret diē, aut alteram disiunctiuæ partem, crederem non censeri determinationem illam obligate, nec comprehēdi sub voto, nisi expressa promissionis verba essent. Quia dū homo secum loquitur, nec expressa promissionis verba profert, non censetur quasi cum Deo contrahere, & obligationem aliq̄ sibi imponere: sed solum propositū quoddam cōcipere. Si vero ad Deū cōuersus, illumq; alloquens determinaret, consideranda sunt verba interius, aut exterius prolata, & si illa electionem perfectam significēt, censeretur quasi cum Deo contractum, & determinatè comprehendi diē illā sub voto, aut illā disiunctiuæ partem Secus autem, si verba non importarēt electionem perfectam. Ratio aūt est, quia eodē modo iudicādum est de obligatione hac, sicut de obligatione cū homine contracta. At obligatus homini ad rem aliq̄ vagè, vel sub disiunctione, censetur perfectè eligere, quādo cum illo loquens vtitur verbis electionem perfectam includentibus, ita vt iam amplius non sit integrum variare.

37 Quæ autem verba electionem hanc perfectam significent; disputaui latissimè lib. 6. de matr. disp. 22. à nu. 7. vsq; ad 17. Et summatim amplectendo quod ad p̄sens attinet, qui ibi latè dixi remittendo illuc rationes, textus, & DD. dico induci hanc electionē perfectam per verborum, volo, absq; infinitiuo. Vt dicēdo Deo, ex illa disiunctiua q̄ promisi, vel ex illis diebus, quas meo voto explendo eligere possem, eligo, vel volo hāc partem, vel diē. Idemq; dicendū est, si adiūgatur verbū, Volo, infinitiuo executionē, & implementū importāti. Vt volo habere, vel accipere hanc rem, vel hanc diem. Si aūt iungatur verbo infinitiuo importanti suspensionem in futurum, aut actum alium tpe futuro gerendū, non importat electionē perfectam. Vt volo eligere sed est sensus, et si addatur dictio, Oīno, in oī euētu habeo voluntatem, & desideriū eligendi: quòd nō est eligere.

38 Tria demum obseruanda sunt. Primum est, diuersum esse iudicandum, dum nō constat de contraria vouentis intentione, si vouens concipiat votū his verbis, siue interius, siue exterius prolatis, promitto hunc calicem, vel hunc quē voluero: & diuersum si his cōcipiat, promitto hunc calicē, vel hunc quē volā. Nā in priori casu vbi semel vnū ex illis eligit, volūtatem mutare nequit: at in posteriori pōt. Constat ex *l. Si quis stipulatus sit 112. ff. de verb. oblig.* vbi loquendo de promissionib. humanis id discrimē inter vtrumq; modū cōstituitur. Quare idem in voto, de quo instar promissionis humanæ iudicandū est, tradit *Azor l. 11. instit. moral. c. 15. q. 9. fin.* Rationem aūt huius discriminis tradit bene *Gl. ead. lege, verb. Quē volam* & clarius *ibi Iason, n. 7.* Quia futurum subiunctiui, voluero, formatur à præterito perfecto indicatiui modi, & ita rē perfectā cū effectu significat *l. 1. §. fin. ff. Quod quisque iuris.* Ergo cū semel voluerit promittēs, cēsetur electio ita pfecta vt amplius variare nō liceat. At verbū, volā, est futurū indicatiui modi & formatur à p̄senti indicatiui, & habet tp̄is tractū. ac proinde sensus est, quē dare voluero. Et iō licet variare. Quia dū de contraria intētione nō cōstat, p̄sumenda est talis intentio, qualē verba habent Vt diximus c. 11. n. 29. vbi limitauimus qn̄ proferens intelligit sensum verborum.

39 Secundum obseruandū est. In pęnitentia sacramentali diei indeterminatæ, vel duarū partiū disiunctiuè, vt ieiunandi quadā die, non signandoq̄: uel disiunctiuè ieiunandi, aut orandi, licitum est pęnitenti uariare, quantumuis pfectè diē, aut disiunctionis partē elegerit. Ratio discriminis est, quia in uoto ipse uouēs est legislator, ac proinde legem sibi imponere potest, qua ad illam determinationē astrigatur, qua posita uariare nequit. At in pœnitentia confessarius est legislator, & ita eius solius est, ita illā diem p̄scribere, aut partē disiunctiuæ determinare, ut uariare nō liceat. Quod si obijcias confessariū reliquisse pœnitentis electioni determinationē, ac proinde pęnitente determināte censeri legem confessarij ad eam rē determinatā. Respōdeo opus esse ad id ut cōfessarius ita expresserit; & si nō expressit, non est ea obligatio imponenda. Sed solū obligat confessarius relicta oīno electione pęnitenti, & plena uariandi facultate donec expleuerit. Sicut dū Pōtifex ad lucrandā indulgentiā relinquit uolūtati lucrantis determinare præces uel eleemosynā, q̄tumuis hic determinari precum uel eleemosynæ quātitatem, ut indulgentiā cōparet non censentur subinde hæc à Pōtifice præscribi tanquā necessaria, ita ut lucranti uariare nō sit integrum.

40 Vltimum est, quamuis uotum, uel pęnitentia sint disiunctiua, nec facta alterius partis electione uouens aut pęnitens impleat alteram, immemor uoti, uel pęnitentiæ, uel habens intentionem nō satisfaciendi illo actu: quia fortè uoluit iterum implere, aut eligere alterā partem, manet liber à uoto uel pœnitentia. Quia reuera implet substantiam rei promissæ, uel in pœnitentiam iunctæ, quo ad alteram partem: & uotū, ac pęnitentia tantum obligabant ad hanc, uel illam. Sic autē implere uotum, uel pœnitentiam, probauimus satis esse l. 1. cap. 13.

c.15.n.17.& 18. Nec illa voluntas inducit electionem, nec nouum votum. Item quia electio datur quãdo votum, vel pœnitentia sunt vnius ieiunij vagè & tamen implentur, etsi animus non satisfaciendi adsit.

CAPVT XIV.

Quando sit votum persoluendum: & an tempore signato non impletum iam amplius non obliget?

SVMMARIVM.

Votum absque termino præfixo an obliget ad tempus quod cogitauit vouens, vel intendit tunc, vel postea: & quando in dubio ea intentio liget, n.1.
Quid si constituisset certum tempus, si cogitasset, n.2.
Quid si dubius sis an certum tempus sibi constitueris: vel scit certum tempus constitutum, & dubitat quale, n.3.
Quid quãdo nullũ est tẽpus signatũ? Refertur opinio, n.4.
Proponitur sententia Authoris, n.5.
Qualiter commoditas voti pensanda sit, n 6.
An quo ad tempus voti determinandum, sit iudicandum ac de præceptis affirmatiuis certo obligationis tempore carentibus, n.7.
Quid si differatur expectato commodiori tempore n.8.
In voto religionis implendo quando censeatur commoditas, nu.9. et ibi remissiuè quando est votum moriendi in religione, vel ante mortem ingrediendi.
Vouens vt sit sacerdos, an possit differre donec addiscat, n.10. & 11.
Quandiu possit differre vouens vt sit laicus, n.12.
An possit expectari tempus, in quo à parentibus minus molestè feratur ingressus, n.13.
Quid de dilatione voti inseruiendi perpetuo xenodochio, n.14.
An si vouens putet ignoranter non esse magnam moram, peccet mortaliter, n.15.
An quauis mora post voti implendi opportunitatem sit mortalis, n.16.
Quid si voto dilato timeatur impedimentum perpetuum, aut diuturnum n.17.
An votum, cui est terminus præfixus, teneatur vouens anticipare quando timetur impedimentum, n.18.
Quid si præueniẽdo redderetur multò difficilius votum, n.19.
Quid si tempore præfixo non impleuit, an teneatur statim, nu. 20.
Quando in votis semel, vel iterum aliquid faciendi, censeatur dilatio mortalis, n.21.
An in votis religionis, & seruiendi perpetuò xenodochio, minor mora sit mortalis, n.22.
An votum assumendi presbyteri anno vigesimoquinto obliget ad assumendos antea ordines inferiores: & an intelligatur de anno illo impleto, n.23.
Post n.23. inuenies summario quæ desiderantur.

1 DVplex quæstio petitur. Prior de obligationis votis tpe. Posterior de obligationis cessatione eo transacto. Et prior procedit, qñ vouẽs nullum tempus voto suo implendo præfixit. Si.n. præfixerit, id secundũ oẽs seruandũ est: cũ ipse sit legislator. Sed id intelligẽdum qñ intentio illa temporis apprehensi tpe voti, inclusa est sub voto. Nec em̃ omnis intentio tunc apprehensa obligat. (Vt diximus c.11.n.5.) Vbi ẽt diximus quid in dubio, an ea intentio cõprehendatur sub voto, censendum sit. At si post votum perfecte emissum designet vouens tempus, nõ est in ipsius potestate quodcumq; designare. Nã si longius sit eo, quo dicemus votum absq; temporis assignatione emissum obligare, nequit ad id tempus differre absque voti trãsgressione. Quia obligationem breuioris temporis ex eo voto productam nequit suo nutu protrahere. Si aũt sit breuius tempus põt quidẽ id designare, determinãdo sibi tempus, quod in priori voto indeterminatũ reliquerat. Quia potest nouo voto se ad breuius tẽpus coarctare. Quando autem hoc censeatur fieri, vbi de peculiari vouentis intentione non constat: diximus late c. præc.à n.35.

2 Et quamuis *Sylu. verbo Votum 2.q.3.* dicat censeri implicite id determinatum tẽpus, qñ vouens id statuisset si cogitasset. Quod idem, etsi, non tam clarè, sentit *Tabiena verbo Votum 3.q.3.nu.4.* At cõtrarium prorsus dicendum est. Quippe nil refert ad hoc id quod vouens statuisset, sed id quod vere statuit. Et ideò eam regulam reprobauimus cap. præc.n.22.

3 Si autem vouens meminerit, se voto implẽdo certum tẽpus constituisse, at dubitet quod sit: ita distinguẽdum est. Si id tẽpus breuius sit eo, quo votum nullo tpe præfixo obligaret, præsumendum est in fauorem libertatis vouentis, vt id tempus non constituerit. Ratio est, quia in hoc dubio, nulla præsũptio est pro strictiori illa obligatione, sed tota est pro volũtatis libertate: perinde.n. est, ac dubitare an de illa tẽporis breuitate emissum sit. Item quia in dubio an vouens se ad maius votũ, an ad minus obligarit, cẽsendus est ad solũ minus obligatus. (Vt probaui c. præc.n.17.) Si autem id tempus longius sit eo quo votum obligaret, non præsumitur in hoc dubio constitutum à vouẽti. Ratio est, quia in hoc dubio est certa voti obligatio petentis breuius tẽpus, illo longiori non constituto. Ergo possessio est pro obligatione illius voti breuiori tpe: & id seruandũ erit, dũ non constat de longiori mora ex vouẽtis volũtate constituta. Si autẽ dubitet vouens, an tp̃s aliquod constituerit, & an id sit breuius, an longius, præsumptio similiter erit pro obligatione voti eo tpe, quo suapte natura obligaret, nullo tpe à vouenti præfixo. Quia obligatio voti est certa, & secum offert suum tp̃s, quo obligat: excusatio aũt est dubia. Et ita summatim complectendo, dicendum est in oĩbus his dubijs censendũ esse de voto, ac si nullũ tempus esset appositum. Vt constat ex ratione tradita.

4 Quæstio ergo procedit, qñ tempus non est à vouenti præfixum. Quidam censent tẽpus illius voti exequendi præfiniendũ esse iuxta cõscientiæ vouentis remorsum, ita vt tunc teneatur implere, qñ cõscientia remordens præscribit implendum: non tenetur aũt, dum cõscientia non remordet. Quod remorsus hic virtualẽ vouentis voluntatem indicet tpis, quo se obligare voluit. Ita docent *Caiet. 2.2.q.88.art.3.fine: & summ. verbo Votum c.4.ad fi. Nau. sum. c.12.n.41. Lud. Lop. 1.p. instruct. c.44. initio.* Sed fallax & valde incerta est hæc regula: vtpote q̃ pro timoratis est nimis scrupulosa: pro alijs vero nimis laxa. Quippe scrupulosos statim aĩus solicitare solet, suæ vero salutis immemores aut nũq̃, aut rarissimè.

5 Quare dicendum est talem teneri votum persoluere, cum primum iudicio prudentis potest sine notabili incõmodo, alias erit illius transgressor. Probatur ex c.23. *Deuteron. Cum votã voueris Dño, non tardabis reddere. Quia requiret illud Dñs Deus tuus: et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Eccles. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio.* Et ex *c. Non est de voto* vbi dicitur, nõ esse voti transgressorẽ, qui authoritate Apostolica illud differt. Ergo à contrario sensu trãsgredietur differens propria spõte. Præterea quia id generale est in omni debito absq; termino p̃fixo, vt id statim soluendũ sit, ac creditor petierit: (Vt ex multis p̃bauimus lib.1. de matr. disp. 28.n.2.) At Deus, cui votũ fit petit semper voti executionẽ, cum vouens põt cõmode exequi. Vt cõstat ex testimonijs citatis. Tandem quia rõ ad exequendum votum obligãs non est aliqua vouentis necessitas magis vno tpe quam alio vrgẽs. Natura.n. voti nullã vouentis necessitatẽ respicit, sed solũ Dei cultum. Nec est aliqua Dei necessitas plus uno tpe premẽs. Cum Deus re nulla nostra egeat. Sed sola eius obligationis ratio est, acceptati à Deo tãquã in ipsius gloriam redundãs. At Deus æquè illud acceptat omni tpe, quo uouens potest commodè exequi. Ergo stati ac hæc cõmoditas adfuerit, obligabit uotũ.

Et in voto religionis docent *D. Th. 2.2. q. 189. art. 3. Turrec. c. 1. inst. 17. q. 2.* Et in oĩbus votis docent *Abb. c. Non est, n. 3. & c. Licet, n. 13. de voto, Anchar. c. penult. n. 2. fine, & num. 2. de voto. Abulensis c. 3. Num. q. 50. ad 4. & q. 96. Palud. 4. d. 38. q. 3. art. 2. concl. 1. n. 13. & concl. 2. num. 14. fine, D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 1. § 2. & c. 2. § 2. & c. 2. § 1. ad fin. Syl. verb. Votum 2 q. 2. & 5. Armilla verbo Votum, num. 16. Palac. 4. d. 38. disp. 1. fol. 841. Aragon 2.2. q. 88. art. 3. dub. vlt. Valent. 2.2. disp. 6. q. 6. pũcto 4. q. 3. in 3. circumstantia. Angles florib. 2. p. q. vnic. de voto, art. 2. diffic. 12. Azor l. 11. instit. mor. c. 15. q. 10. Emm. Sà sum. verbo Votum, in princ. nu. 18. Nau. l. 4. de restit. c. 4. in noua edit. n. 2. Manuel 2. to. sum. c. 99. fine. Suar. 3. to. in 3. p. q. 71. a. 4. disp. 31. sectione 2. fol. 446. pagin. 2. Pet. de Ledes. 2. to. sum. tractatu 10. c. 3. dubio penult.*

6 Hæc autem voti implendi commoditas nõ est attendenda simpliciter, sed etiam respectu vouentis. Quia multa tempora sunt in se commoda, quę tamen secundum vouentis morem non reputantur commoda: & ipse censetur se obligare tempore commodo secũdum morem suum. Ita *Caiet. 2.2. q. 88. art. 3. fine.*

7 Hinc deducitur primo, ꝙ attinet ad voti exequendi tempus, esse longe aliud iudiciũ, q̃ de tẽpore adimplendi præcepta alia affirmatiua determinato tpe carẽtia. Vt sunt præceptũ eleemosynæ, honorãdi parentes, &c. Quia cetera pcepta obligãt rõne solius necessitatis propriæ, aut pximi: ac pinde solo eius necessitatis tpe obligant. At votũ nõ rõne necessitatis astringit, sed qa acceptatur à Deo in suum cultum. Quia ratio vrget semper qñ votum commodè impleri potest. (Vt n. 5. diximus.) Ita docent *Caiet. art. 3. fine, Valentia, n. 5. relatus.*

8 Secundò deducitur, licitè differri votum carens tẽpore certo, qñ speratur fore vt alio tpe commodius, quietius, aut deuotius possit impleri. Quia ea censetur potestas commodè implendi. Ita docent *Angelus verbo Votum 3. n. 2. Sylu. verb. Votum 2. q. 3. Tabiena verbo Votum 3. q. 3. n. 4. Armilla verbo Votum, n. 20.* Et quãuis hi Doctores non ita clare sentiant hãc dilationem esse prorsus culpę immunem, tñ. n. dicunt saltẽ non esse mortalem: at re vera sentiunt prorsus carere culpa. Idq; clare sentiunt *Palacios 4. d. 38. disp. 1. fol. 832. col. 1. vers. Ceterum & 841. col. 2. & Aragon 2.2. q. 88. art. 3. fine.* Immò *Tabiena proximè allegatus* dicit posse hunc mereri.

9 Descendendo autẽ ad praxim ad arbitrandam hanc commoditatẽ in voto religionis esistimo eũ qui nullo præfinito tpe religionis ingressum vouit, posse vsq; ad eam ætatem espectare, qua aptus sit ad labores religionis electę pferendos, etsi nulla alia causa excusans concurreret. Quòd id tp̃s ingressui illi commodum censeatur. Quare *Corduba summa q. 39. §. El vna es,* optimè dixit duodecim annos natũ vouentẽ religionẽ Minorũ, posse ingressum differre vsq; ad decimumseptimũ, vel decimum octauum annũ. Et minus bene *Manuel 2. to. sum. c. 95. n. 9.* dixit posse expectare vsq; ad vigesimumquintũ. At si alterius religionis non ita asperæ ingressus promissus sit, aut electus, nõ eam moram approbarem. Quia minor ætas apta est laboribus illis perferendis. Quare nõ impediendi aliqua alia causa iudicare posse differri vsq; ad annum decimumquintum, vel ad summum vsq; ad decimumsextum. Et iuxta hæc debet intelligi *Armilla verbo Votum, n. 16.* dicens vouẽtem non posse expectare tres, vel quatuor annos, quasi sentiat posse minus tp̃s expectare. Quod non est vniuersaliter verũ sed debet intelligi iuxta dicta. Nec approbo quod ait *Pet. de Led. 2. to. summa, tractatu 10. c. 3. dubio penult.* vbi ait iuuenem sexdecim annorum satisfacere voto religionis, si intra triennium illud expleat, at fore transgressorem differendo octo, vel nouem annis. Quid autem quando est votum moriendi in religione, vel ante mortem ingrediendi, dicam c. 16. n. 9.

10 Quòd si vouerit religionẽ, vt sacerdos fiat, integrum erit expectare totum tẽpus, quo grammaticã didicerit. Quia in nulla religione est cõmoditas illius addiscẽdæ,

11 Immò si propensus esset ad literas addiscẽdas; aptusque ad illas, nec in religione promissa, aut electa esset commoditas vacãdi studijs artium, aut theologiæ, posset concedi tp̃s aptum ad vacandũ his studijs. Et ita docent *Maior in 4. d. 38. q. 2. col. penult. Corduba sum. q. 38. §. El vno es.* Quod intelligerẽ, dũmodo cũ mediocri cura his incũberet, nec timeatur postea perpetuũ ingressus impedimẽtum. At id tp̃s concedendum non esset, si tanta cõmoditas in religione esset ad vacandũ his, nisi superior illius religionis, cui admissio in illã incumbit, manifestato voto, & volũtate statim ingrediendi consultus fore iudicaret extra religionẽ hęc studia absolui.

12 Quòd si votum esset vt futurus esset laicus, posset eo tempore expectare, quod prudentis arbitrio aptum esset laboribus laicorũ illius religionis tolerandis, absq; notabili sanitatis detrimento.

13 Potest ẽt expectari tempus, in quo à parentibus is ingressus minus moleste feratur. Pax. n. parentũ eorumq; grauem molestiã vitare, iustam huic dilationi causam præbet. Et ita docet *Palacios 4. d. 38. disp. 1. fol. 832. col. 1.*

14 Atque eodẽ modo de votis alijs alicuius perpetui obsequij iudicandũ censeo: vt de voto inseruiendi in perpetuũ xenodochio, posset enim expectari ætas idonea laboribus illius xenodochij. Quia eadem est ratio.

15 Sed difficultas specialis est, quãta mora voti implendi nacta iam commoda opportunitate, sit lethalis, qñ illi implendo tp̃s pręfinitũ non est? Prima regula sit. Quoties quis bona fide existimat licitè se differre voto, quis ignorantia illa sit ex se mortaliter vincibilis, modò non sit crassa, nec supina, escusatur à mortali. Ratio est, qa hæc vota non aliter, nec rigidiùs obligant, q̃ præcepta ecclesiastica de eadem re. (Vt probaui c. 11. nu. 31.) At ignorantia ex se vincibilis mortaliter, dũmodo non sit crassa, nec supina, excusat à mortali trãsgressione in his præceptis. (Vt latè probaui lib. 1. c. 17. nu. 20. & 21.) Et hoc innuit *Sylu. verb. Votum 2. q. 4.* dicens nõ esse mortale, si absq; magna negligentia vouens fuerit oblitus.

16 Secunda regula. Non quęcumque mora post nactam commodam illius implendi opportunitatem, est mortalis. Constat, quia etsi votum ex eo tempore obliget ad mortale, at potest esse materiæ paruitas in mora illa, sicut in alijs rebus. Et constabit ex dicendis, n. 21.

17 Tertia regula. Si voto dilato timeatur perpetuũ impedimentũ illius implendi, dilatio est mortalis. Quia differens esponitur transgrediendi periculo. Ita docent *D. Th. 4. d. 38. q. 1. art. 2. quæstiunc. 1. ad vlt. & ibi Carth. q. 2. Abul. c. 30. Num. q. 96. fine. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 1. §. 2. c. 2. §. 4. fine. Angel verbo Votum 3. nu. 5. Syl. verb. Votum 3. q. 2. Armilla verb. Votũ, n. 20. Tabiena verb. Votũ 2. q. 3. n. 4. Palacios 4. d. 38. disp. 1. fol. 832. col. 1. vers. Porro autẽ.* Quod bene limitant *D. Ant. et Angelus ibi* qñ nõ vrget differẽdi voti necessitas, sed ex negligẽtia differtur. Atq; idẽ eẽt, quis nõ timeretur ppetuũ impedimẽtũ, at timeretur valde diuturnũ, ꝙ attẽta voti obligatione eẽt valde notabilis mora. Quia culpa sua ei periculo se exponit.

18 Sed maior difficultas est. qñ voto implendo est tẽpus præfixum, & nondum aduenit, an teneatur vouens id tempus præuenire, qñ nouit fore vt tẽpore præfixo nequeat. Et quidem si votum sit in diei honorem, manifestum est eũ teneri præuenire, sicut nec teneri post ponere qñ culpa sua omisit dicemus, nu. 25. Ad difficultas procedit, quando votum non est aligatum tempori. Et videtur non teneri. Quia tẽpus obligationis nondum aduenit. Sed existimo teneri: quia (vt dicemus, n. 25.) id tempus statuitur vt terminus differendi voti: atque ita sensus est, promitto forte vt non vltra id tempus differam. Ergo ne vltra differat, tenetur præuenire, quando tunc timet impedimentum. Et ita docet *Petr. de Ledes. de sacramentis, tractatu de pænit. c. 8. dubio 4. fine.*

19 Hoc tamen intelligerẽ, nisi præueniendo redderetur executio voti notabiliter difficilior, quã vouens existimabat. Vt si quis vouit ieiuniũ sextæ feriæ nõ in diei honorẽ, sed assignans illã diem tanq̃ terminum, quo vult

explere

explere votũ, ductus q̀ illa die sint cibi ieiunio apti, & alijs diebus non sit commoditas ciborum ob singularem in eis sibi parandis, vel quia nõ inueniuntur, non teneretur præuenire, etsi norit impedimentũ futurum ea feria sexta, sed poterit postponere vsque ad aliã feriam sextam: cum id votum non sit illi diei alligatum. Quia notabilis mutatio excusat à voti transgressione, (vt latè diximus c. 2. à nu. 22.) nedum à dilatione.

20 Quarta regula. Quando voto implendo terminus est præfixus, & non in honorem diei, si eo termino nõ impleatur, siue culpabiliter, siue causa rationabili excusãte, tenetur vouẽs statim implere, nisi causa quoq; rationabilis dilationẽ excuset. Ratio est, quia cum præcisus obligationis terminus accesserit, iam dum nõ implet, est in mora sẽper. Quare nõ quæuis causa defectus cõmoditatis excusabit tunc eã dilationem, sed talis debet esse, qualis sufficeret ad excusandã omissionem die illa præfixa. Quia cùm vouerit non vltra eã diem differre, est semper in mora differendo, & tenetur iã quacumq; die implere, ac si illa obligationis suæ terminus esset.

21 Quinta regula. In votis quæ integrè postea reddũtur, vt recitãdi toties calculos virgineos, peregrinãdi, eleemosynæ erogandæ, nec terminus præfixus est, vbi non est timor impedimẽti perpetui, vel valde diuturni, nec vrget grauis pauperũ necessitas q̀bus illa eleemosyna subuenietur, solũ erit mortalis dilatio, q̃n est notabilis negligentia post opportunitatem implendi habitã. Vt ait *Sylu. verb. Votum 2. q. 3.* Vel melius vt aiũt *Angelus, & Tabiena allegati n. 17.* q̃n est notabilis, & valde longa dilatio. Et adhuc latius loquitur *D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 1. §. 1.* Tunc. n. dicit peccari mortaliter in dilatione aliorũ votorũ præter religionis, q̃n differunt habita commoda opportunitate per longa tempora, & ex ipsa nimia dilatione est periculum obliuionis, vel impotentiæ implendi. Ratio est, quia cum integre res postea dãda sit Deo, solaq; sit malitia moræ, nec tempus voto implendo præscriptum sit non videtur, ea mora tam grauis malitiæ, vt censeatur mortalis, vbi mora non est valde notabilis. Quod si obijcias idem procedere, q̃n quis determinata die vouit ieiunium, vel recitare calculos virgineos. Cum tñ tunc sit mortale vltra eã differre. (Vt dicemus n. 25. fine.) Sed dico diuersã esse rationem. Quia cũ tunc sub voto cõprehendatur determinata illa dies, obligetq; id votũ instar legis Ecclesiasticæ certã diem præscribentis, erit mortalis transgressio, qualis est cum simile præceptum Ecclesiasticum frangitur. Præterea quia totum tempus sub voto comprehensum omittitur. At vbi tempus est incertum, & ideo censendum est obligare habita implendi cõmoditate; non ita rigide hæc commoditas accipienda est, vt iudicemus esse mortale alia causa vrgentiori non prementi, nisi quando mora est valde notabilis.

22 Vltima regula est. In votis illis, quibus quis in p̃petuũ se diutino obsequio emancipat, vt est votũ religionis, assumẽdi ordinis sacri, seruiendi in perpetuum xenodochio, dijudicãda est minor mora mortalis, quam in alijs votis. Cuius rationẽ optimã tradunt *Palud. 4. d. 38. q. 3. ar. 2. n. 14. Ant. 2. p. t. 11. c. 1. §. 1. ad finẽ. Syl. verb. Votũ 2. q. 5. Suar. 3. to. in 3. p. q. 71. ar. 4. disp. 31. sect. 2. fol. 446.* Quia cum his votis totum residuum vitæ tempus Deo dicetur in eius obsequium, differens ea tãtam obsequii diuini partẽ aufert, quanta est tẽporis mora. Quod in aliis votis temporaneis minime contingit, sed integre postea redduntur. Quare minus bene *Ang. & Sylu. nu. præced. relati* tradidere generaliter regulam ibi positã: cum manifesta sit differentia inter vtriusq. generis vota. Nisi dicamus in vtrisq; votis desiderari notabilem negligentiam: sed hanc diuersimode spectari in his, & in illis votis, ob rõnem dictã. Quare in his votis perpetuis censerẽ notabilẽ negligentiã ad mortale, q̃n habita opportunitate differretur dimidio anno. Quia difficultas tanti oneris suscipiendi, & perpetui sacrificii efficit, ne ea minor dilatio censeatur tam notabilis.

23 Tandẽ, si quis promisit se anno vigesimoquinto suæ ætatis ad sacerdotium promouendum, credo nõ teneri ante illum ordines inferiores recipere. Quia id non vouit: & incipiẽs nunc initiari potest intra illum ætatis suæ annũ ad omnes ordines promoueri, attento posse Episcopum interstitia temporum tollere. Et si noluerit Episcopus, excusabitur. Ita docet *Nau. l. 3. cons. 1. De voto, cons. 5. fine, in 1. edit. in 2. autem cons. 19. fine.* Quamuis. n. non loquatur de eo, qui vouit se futurũ hac ætate presbyterum, sed de eo qui absolutè vouit se presbyterum futurum: at sub ponit ea ætate teneri implere votum, & rationes quibus id probat, procedunt in eo casu. Quod si dubius omnino sit vouens an intellexerit de anno illo completo, an solo incœpto, crederem intelligendum de completo: vt minus grauetur vouens. Iuxta regulam traditam c. præced. n. 17.

S V M M A R I V M.

An votũ faciẽdi aliquid determinato tẽpore, tunc impletum obliget eo transacto? Refertur quadam sententia, n. 24.

Explicatur sententia Authoris, n. 25.

An anticipans, vel postponens tempus in voto, vel pænitens signatum, vel omittens aliam circumstantiam animo non satisfaciendi, censentur satisfecisse, nu. 26.

An votum recitãdi in aliquo oratorio, vel coram aliqua imagine, quando ibi impleri nequit, deobliget, n. 27. & ibi quãdo intuitu illius loci censeatur emissum.

Ex natura res promissa qualiter intelligatur non assignari tẽpus ex ipsius temporis deuotione n. 28.

An in votis peregrinandi censeatur tempus ex ipsius deuotione adijci, n. 29.

An idem colligatur ex natura temporis voto adiecti, nu. 30.

Quid si id tempus vt initium obligationis voti habentis tractum successiuum apponatur, nu. 31.

Quid si tempus duplex apponatur: vt si votum sit de ieiunando hoc anno aduentu, vel vigilia alicuius Sancti, vel sextis ferijs, nu. 32.

Quid si vouens ratione alia speciali ductus designet tempus, num. 33.

An in votis perpetuis quotidie, vel certo tempore aliquid faciendi, censeatur tempus adiectum intuitu ipsius, nu. 34.

Quid in voto quotidiana eleemosyna, aut certis festis erogandæ? Refertur quadam sententia, nu. 35.

Explicatur sententia Authoris, nu. 36.

Quid si esset votum dãda eleemosynæ illius certo pauperi, aut ratione materis commoditatis vouenti, nu. 37.

Quid quando dubium est, an votum sit intuitu tẽporis, n. 38.

An vouens integro anno se ieiunaturum, & interrumpens, teneant denuò incipere ieiunium totius anni continuũ, n. 39.

An votum ieiunandi aduentu, vel vigilia alicuius Sancti, vel danda tunc eleemosyna, vel orandi intuitu temporis, intelligatur de proxime futuris, nu. 40.

An morte extinguantur vota, ita vt professus, vel sacris initiatus resurgens possit inire matrimonium. num. 41.

24 Quæstio posterior. An vouens aliquid determinata die faciendum, nec ea implens, teneatur ea transacta? Affirmant quidã, ducunturq; ex *c. Cũ dilecti, vers. Præterea cũ mandatur, de dolo, & contumacia,* vbi deciditur iussũ soluere certa die teneri ea elapsa. Et ex *l. Celsus §. 1. ff. de recept. arbit.* vbi dr̃ iussũ dare decẽ certo tẽpore duo præcepta habere, alterũ dãdi, alterũ eo tẽpore, ac proinde trãsgressorẽ posterioris teneri ad prius. Ita docent *Ant. c. pen. nu. 4. de voto & ibi Abb. n. 2. Ang. verb. Votũ 3. n. 3. Syl. verb. Votũ 2. q. 4. Tabiena verb. Votũ 3. q. 7. n. 8.* Et limitãt hi tres, nisi intentio vouentis fuerit ita p̃cise ad illã diẽ se obligare, vt ea transacta liberaretur.

25 At sic distinguendum est. Dupliciter põt tẽpus adijci voto implendo. Priori modo, quando est in honorẽ, & deuotionem temporis illius. Vt si quis deuotione aduentus promittat eo ieiunare, vel deuotione alicuius Sancti eius vigilia. Posteriori modo, q̃n non temporis intuitu, & deuotione, sed adijcitur t̃ps vt executionis voti terminus, intra quẽ implendũ est, nec vltra differre liceat. Vt si voueat q̀s se intra annũ ingressurũ reli-

gionem. Quando priori modo apponitur tp̃s, peccatur voto tunc nō impleto, at eo trāsacto extinguitur prorsus voti obligatio. Quādo autē posteriori modo, peccatur quoq; tunc nō implendo, at manet obligatio voti. Ratio prioris partis est, quia tūc tēpus est intrinseca rei per illud votum promissæ circūstantia, atq; per modū vnius vtrumq; sub voto includitur. Cum ergo eo transacto sit impossibile rem promissam cum ea circūstantia implere, cessabit voti obligatio. Et cōfirmatur quia hæc vota obligāt instar præcepti ecclesiastici de his rebus. (Vt diximus c. 11. n. 31.) Hoc aūt ita obligat illa die constituta, vt ea transacta non amplius obliget. Posteriorem aūt partē probant rationes n. præced. adductæ, tunc. n. circumstantia temporis nō vouetur per modū vnius cum re promissa: sed virtute sūt duo vota. Et ita docent *Caiet. 2. 2. q. 88 art. 12. dub. vlt. & sum. verbo Votum c. vlt. in fine vbi Armilla nu. 17. Sotus lib. 7. de iust. q. 1. ar. 1. ad 4. Nau. summa c. 12. n. 54. Aragon 2. 2 q. 88. ar. 3. dub. vlt. Angles floreb 2. p. q. vn. de voto, art. 2. diffic. 12. Pet. de Ledes. 2. om. sum. tract. 10. c. 3. dub penult. Manuel 2. to. sum. c. 95. nu. 14. Azor li. 11. instit. mor. c. 15. q 11. & c. 5. q. 4. ad finem. Vasquez 1. 2. q. 88. art. 4. disput. 146. c. 2. fine Lud. Lop. 1. p. instructorij c. 45. col. 4. vers. Nō implens votū. Val. 2. 2. disp. 6. q. 6. col. penul. vers. Terminum quoq; etiā.* Atq; esset culpa lethalis non implere votū tp̃e præfixo, etiāsi non in temporis honorem præfixum sit. Vt bene docent *Nau. & Aragon proxime allegati.* Quando autē sit tunc votum implendum, diximus nu. 20.

26 Hinc deducitur primo, discrimē aliud inter votū certo termino implēdū, qn̄ tp̃s est adiectū intuitu tēporis: & qn̄ non, sed vt terminus obligationis. Nam in priori modo non satisfit voto anticipando id tēpus: nisi fieret animo cōmutādi, & esset æquale manifeste Dei obsequiū. Nec postponēdo satisfit aliquo modo. Quia iam penitus obligatio illa voti extincta erat. At qn̄ posteriori modo, satisfit voto id anticipādo. Quia sensus eius p̄missionis est, non differā vltra tale tēpus. Et q̄uis semel peccatum sit cōtra votū, nō implendo illud eo tp̃e præfixo, quia tñ adhuc eadē voti obligatio manet, satisfit huic obligationi manēti, implēdo postea illud. Ex quo fit satisfieri ei obligationi anticipādo illius voti executionē, ēt cū animo nō satisfaciendi. Nā votū illud toto tp̃e præcedenti obligat, nō quidē præcise, sed vt eo, vel sequenti vsq; ad terminum impleatur: sicut si quis promisisset vagē vna die huius hebdomadæ se ieiunaturū. At vt voto obliganti satisfiat, sufficit opus externū implere, q̄uis cū animo nō satisfaciendi (Vt probauimus li. 1. c. 13. n. 17.) Et à fortiori satisfiet ei voto quo ad obligationē remanentem, qđ tp̃e præfixo non impletū est, qn̄cunq; id opus factū fuerit ēt absq; satisfaciendi animo. Quia semper obligat id votū trāsacto eo termino. Atq; idem est de pœnitentia iniuncta à confessore cum termini præfixione, satisfiet. n. illi anticipando, vtpote, quæ iuxta cōiter Doctores nō censetur imposita intuitu tēporis, vt illi alligata nisi confessor ob deuotionem specialem alicuius temporis illud destinasset tūc enim nō posset anticipari: satisfieret (inquam) ēt si adesset intentio nō satisfaciendi: similiter non impleta tempore debito, satisfieret obligationi remanēti implendo postea absq; animo satisfaciendi, sed cū intentione nō satisfaciendi. Quia eo c. 13. n. 18. probauimus idē esse in pœnitētia, & in voto quo ad hoc. Si tñ aliqua circūstātia omitteretur voto cōiūcta, aut pœnitētiæ, nō satisfieret. Quia id nō fuit opus promissum, vel in pœnitentiā iniunctū, Et sic nō est illi satisfactū. Vt si fuerat recitādū genibus flexis, & recitauit sedēdo vouēs, vel pœnitēs.

27 Secundo deducitur, vouentem recitare coram aliqua speciali imagine, vel in aliquo speciali oratorio, ex peculiari illius imaginis, vel oratorij deuotione, si corā illa, vel in eo loco nequeat, liberū esse à voto secus esset, si non ex peculiari illius affectu, sed materiæ promissæ. Quia eadem prorsus est ratio ac de promissione facta deuotione temporis assignati. Hoc autem posteriori modo votum emitti cōtingit, qn̄ locus ille eligitur ratione solius maioris cōmoditatis ad recitandum, & vt quietius, ac deuotius recitetur. Vt cōtingit habentibus oratorium domi, vouentibusq; fore vt quotidie illuc confluant ad recitandū. Non. n. speciali oratorij deuotione quasi illi alligantes suum votum, id promittunt, sed quod ille locus commodior sit ad recitandum.

28 Signa autem ex quibus discerni pōt, an votum sit ex rei promissæ deuotione, & affectu, locus autem, & tp̃s designata sint rōne maioris cōmoditatis, seu ad terminandā obligationem, & proinde transacto eo tp̃e, vel si in eo loco impleri nequeat, adhuc obliget: vel potius obligatio sit alligata loco illi, & tp̃i, sunt hæc. Primum desumitur ex ipsius rei promissę natura, quæ talis est, vt nō ea tp̃is deuotione, sed ipsius rei promissæ voueri solet: & tp̃s præfigi solet, ne diutius protrahatur. Vt qn̄ q̄s promittit religionis ingressum intra annū. Atq; ita *Sot & Arag. n. 25. allegati*, hoc exēplū adhibuere voti, in quo tēpus præfigitur solū vt terminus obligationis.

29 Similiter est dicendum de votis peregrinationis, tp̃s enim solet apponi gratia terminādæ obligationis, nisi circūstātia aliqua specialis deuotionis tp̃is cōcurreret, suadens eā p̄mitti ex tp̃is deuotione. Vt si anno iubilei voueatur peregrinatio Romana gratia illius obtinēdi; vel sit tp̃s quo solet aliquo cōsilio eā inuisendæ alicuius imaginis tūc populo ostēdi solitæ, vel cuius festū ibi solēniter celebrat. Quippe in his casib. tp̃s est adiectū deuotione ipsius ac p̄inde eo trāsacto votū nō obligabit.

30 Secundū signū sumitur ex ipsius tp̃is designati natura. Si. n. tale sit vt nulla sit specialis rō deuotionis illius aut cōiter, aut in vouente, non censetur adiectū gratia deuotionis ipsius. Secus aūt si tp̃s esset specialis deuotionis, aut cōiter, aut saltem ipsi vouenti. Vt contingit in quadragesima, aduentu, vigilia alicuius sācti, in die veneris, aut si quis speciali diei Iouis deuotione teneretur in memoriā sanctissimi Sacramenti ea die instituti: vel alicuius alterius diei, eo q̄ in eā inciderit festum alicuius sancti, vel aliquod beneficium à Deo ea die receperit. Nā in his casibus votum allegari tp̃i ex illius deuotione censeretur. Quare optimē *Caieta. 2. 2. q. 88. ar. 12. dub. vlt.* ait vota ieiunādi vigilia alicuius sancti, vel die qua incidit annūciatio Virginis, vel aliud festum, emitti communiter ex temporis deuotione.

31 Duo tamen maximē obseruanda sunt circa hāc præfinitionē tp̃is, in quo est specialis deuotio. Prius est, id tp̃s apponi aliqn̄ vt initiū obligationis habentis tractū successiuum, & tunc eo tp̃e transacto cessabit obligatio voti, quatenus eo tempore præterito implenda erat: at obligabit pro tēpore quod superest, si obligatio illa diuidua sit: si aūt sit indiuidua, obligabit integrē. Exēplū sit obligationis diuiduæ. Promisit quis à die anunciationis facturum se peccata decimo quoq; die, vel quid simile: signauit aūt eam diem, vt initiū obligationis ex diei deuotione, omisit postea aliquo tp̃e, non tenetur cōfessiones illas omissas supplere tanq̄ tp̃i alligatas, tenebitur aūt ad tp̃is futuri cōfessiones faciēdas die qua promisit. Exemplum obligationis indiuiduæ, promisit quis se ingressurū religionem, vel peregrinaturum Romam die B. Virginis, ex affectu, & deuotione illius diei, non ingressus est, nec cępit, tenetur alia die ingredi, & incipere peregrinationē. Quod ipsa rei natura tractū successiuū habentis indicat huiusmōi vota sic accipienda.

32 Posterius obseruandum est, posse duplex tempus sub voto includi. Alterum erga quod est specialis deuotio: alterum verò erga qđ nulla est. Et ideo manifestum est obligationem prioris temporis ad aliud nō transferri: at de posteriori pōt esse dubium, v.g. promisit quis se ieiunaturum aduētu huius anni, vel ferijs sextis huius mensis, vel proximē futura alicuius sancti vigilia: cōstat id ieiunium nō transferri vltra tempus aduentus, vel ferias sextas, vel vigiliam. Quia erga ea tempora fuit specialis deuotio. At dubitari pōt, an teneatur ieiunare alio aduentu, aut ferijs sextis alterius mēsis, vel

vigilia

vigilia alterius anni eiusdem Sācti, q̃n id votū eo tempore non impleui. Quia potuit nulla deuotio specialis esse respectu eius anni, aut mēsis in voto præfixorum. Et posset aliquis sibi persuadere, eo ino votum allegari vtriusque tempori. Quia si Pōtifex præciperet ieiunare ferijs sextis huius mensis, id ieiunium omissum nō transferretur ad ferias sextas mensis sequētis. Ergo idem dicendum est de simili voto, vtpote quod obligat instar præcepti ecclesiæ. (Vt diximus c.11.n.31. At non existimo hanc regulam esse certam. Quia præsumitur Pontificem habuisse rōnem totalis illius temporis, & ideò illi alligasse suum præceptum. At hoc non semper cōtingit in vouente. Quare sic iudicarem non constante alia vouentis intentione in ijs votis ieiunādi vigilia proximè futura, vel aduētu, aut quadragesima huius anni, intelligere in.n. votū vtriq; tempori alligari, & ita nō impletum eo tpe extingui. Quia sic cōiter solent hæc vota accipi. At in eo sextarum huius mensis feriarū ieiunio videtur contrariū dicendū. Quia ex cōi vouēdi modo sola rō affligēdi corporis in memoriam passionis Dominicæ sextis illis ferijs habetur, nec solet haberi specialis ratio illius mensis, non cōcurrenti alia speciali circūstantia. Sicut si quis promittere se quādā feria sexta huius mensis ieiunaturū in memoriā passionis Dominicæ, nec ieiunauit, videt teneri alio mense. Quia nulla huius mēsis vī ratio habita. At existimo nō teneri alijs ferijs sextis ieiunare. Quia semper pcepta de similibus ieiunijs intelligūtur oīno alligari tēpori illi, & diei signatę, & ita vidētur in dubio intelligēda vota. Et principale in tēpus, quod est feria sexta, cuius deuotionis intuitu vouētur, trahit se accessorium illud, vt sit huius mensis, quem vouens determinauit.

33 Tertium signum sit. Q̃n vouens aliqua alia ratione ductus præscripsit tempus, non cēsetur præscriptum ex speciali eius deuotione. Vt si id tempus præscripsit, eo quod difficilius in eo posset implere votum, vel vt sic magis se vinceret, plusque mereretur, vel ne diu exequi votū ptraheret. Aliud huius exēplū subijciemus n.37.

34 Vltimum signum sit. Q̃n votum est perpetuum, siue pro singulis diebus, siue pro singulis hebdomadis, aut alio cuiuslibet anni tempore, censetur ita illi tēpori alligatū, vt eo transacto cesset illius obligatio. Vt si quis in ppetuū voueat se quotidie, singulisve hebdomadis, vel ter in mense ieiunaturū, aut recitaturum, censeo in dubio id votū tēpori alligari. Quia videtur vouentiū mēs velle se in eo opere bono exercere eo tpe, quotānis, aut singulis mensibus, aut hebdomadis, aut diebus: & ita videtur specialem tpis rationē habere, vt assiduè in illo bono opere versētur. Sicut q̃n ecclesia præcipit clericis recitare quotidie officiū diuinū. Atq; ita necessariò fatentur authores, quos retuli l.1.c.4.n.10. qui votum recitandi quondie aliquid exiguū omittere sēper censent non esse mortale. Nam si omissa vnius diei obligatio transferretur in alteram, coalescerent materiæ exiguæ, & quando esset magna, constitueretur mortale.

35 Sed an idem sit in voto eleemosynę singulis diebus in perpetuū erogandæ, vel tpe specialis deuotionis, vt dandi prādij pauperibus die beatæ Virginis, aut oībus aduentus diebus? Nam Doctores quos retuli l.1.c.4.nu.10. constituūt discrimen inter votū recitandi quotidie quid exiguū. & dandæ quotidie modicæ eleemosynæ, vt illius cōtinuata trāsgressio non sit mortalis: huius autem sic. Et ita cēsent votū erogādæ quotidie eleemosynę non alligari diei, sed eleemosynā vna die omissam esse erogandam altera. Et propri's terminis docent *Sotus l.7.de iust.q.2.ar.1.col.4.vers.Conclusio ergo. Aragon 2.2.q.88.p.3.dubio 1.in solutione argumenti post 3. concl. Emanuel Sà summa, verbo Votum, in principio num.34. Azor lib.4. instit.moral.c.9.q.12. fine.*

36 At eo.c.4.n.11. defendimus nullū esse discrimē inter hæc vota, sed vtrumq; posse alligari aut nō alligari diei. Et id censeo eisdē signis vota hæc dijudicāda, vt vota psonalia recitādi, & ieiunandi, nec obligare transacto tpe, cuius intuitu emissa sunt, secus q̃n non intuitu temporis. Quare quatuor signa hic tradita, indistinctè in oībus his votis procedunt. Quia ęquè vtraq; omittuntur ex tēporis deuotione, ad exercendū opus pium in eius tpis honorem: & quandoq; non tēporis intuitu.

37 Quod tñ limitarē, nisi eleemosyna illa promissa esset dandi quotidie determinato cuidā pauperi, aut certo quoq; tpe: tunc.n. crederē non censeri promitti intuitu tpis. Quia cum in illo tpe non inueniatur specialis rō deuotionis, præterquam ea continuitate exerceri in eo bono opere, quæ ratio inuenitur dando cuilibet: eo ipso q̧ pauper signatur, videtur specialior rō subueniendi ei pauperi habita, quam temporis: ac pinde votum non alligatur tpi. At quando in tēpore illo esset specialis deuotio, videtur primario habita specialis ratio deuotionis temporis, & solum designari pauper ille habita secundario ratione subueniendi eius indigentiæ. Et subinde ita alligabitur tpi votum, vt eo transacto non obliget. Cōtinget tñ aliquādo, siue eleemosyna sit danda certo pauperi, siue quibuscunq; pauperibus, siue sit quotidiana, siue certis deuotionis diebus eroganda, eā non alligari tpi. Quod eueniet, q̃n tempus non tam ipsius intuitu, quā rōne maioris commoditatis erogaturi eleemosynam destinatum est, v.g. quis volens eleemosynam largiri apprehendit non posse commodè se magnā quantitatē erogare, vel ægrè id fert, vel apprehendit id nō ita expediens, & commodū sibi esse, eo quòd eleemosynas quotidianas absq; nota denegare nequeat & ideo vt commodius eroget, vouit eleemosynam minutatim faciendam, siue singulis diebus, siue mēsibus, siue singulis diebus aduētus, aut Beatæ Virginis. Tunc em̄ cum sit alia ratio, qua ductus est vouens ad sic promittendum, non est censendus ita specialem tempotis rationem habuisse, vt ita alligarit illi suum votum, vt sit onus diei. Iuxta dicta num.33.

38 Q̃n aūt oībus circūstantijs attentis dubiū oīno est, an tēpus sit præfixū eius deuotione, an potius vt solus exequēdæ obligationis terminus, existimo tam in votis realibus, q̃ personalibus, censeri hoc posteriori modo adiectū: & ita obligare votū eo tēpore trāsacto. Quod bene docet *Azor lib.1 t.instit.moral.c.11.q.21.fine.* Sed nō ducor eius ratione, quæ est, eo quod hæc pars sit tutior. Non.n. tenetur quis semper partem tutiorē amplecti. Sed rō est, quòd obligatio voti sit certa & sic est in possessione: eam aūt transacto tpe cessare est excusatio vouētis, vt voto solutus maneat. Ergo ipsius est id ostendere, vt voti obligatione liberetur: & dum id nō ostenderit, sed anceps est stabit præsumptio pro permanenti voti valore. Non.n. præsumitur factum, quale est, votū esse præcisè ei tempori alligatum. Quod in simili pbaui hoc lib.4.c.2. fiue, vbi et dixi existentibus vtrimq; rationibus probabilibus generantibus opinionem, integrū esse cuilibet, vtriuis et minus probabili adhærere.

39 Demum triplex breuissima superest difficultas circa voti tēpus. Prima est, an qui vouit se integro anno ieiunaturū, non deuotionis tpe, & inceptum illo anno ieiunium interpolauit, teneatur denuo incipere, donec anno integro continuo ieiunet? Breuiter dico non teneri, sed satisfacere ieiunādo diebus deficiētibus ad integri illius anni ieiunium: nisi expressè ieiunium illud absq; interpolatione implendum vouerit. Quia vere dicitur integro anno ieiunare, qui tot diebus quot annus cōtinet, ieiunat, etsi nō cōtinuè ieiunet. Et ita docet *D.Anton.2.p.tit.11.c.1.§.2.vers.Secundo est reddendum.*

40 Secunda difficultas est. Q̃n promissio fit ad tempus certū, & sunt multa eiusmodi tēpora, nec exprimit uouens q̧, nec eius intentio sciri pōt, sed est dubia, de quo intelligatur? Respondeo intelligi de pxime futuro. Vt si quis promisit aduētu ieiunare. uel uigilia talis Sācti intelligitur de proximè futuris. Ita in promissione humana decernitur *l.Eum qui Kalēdis, in princ ff. de verb. obl.& l.regia 15.t.11.p.5.* Quare si uotū fuit intuitur temporis, non obligabit eo proximo tempore Transacto.

41 Vltima difficultas est. An obligatio votorum extinguatur morte, ita vt vouẽs ad vitam restitutus liber ab eis prorsus maneat. *Io. Andr. & aliqui alij c. fraternitatis, de frig. & malef.* negãt morte extingui vota. Sed melius extingui affirmant *Abb. ibi Ang. verbo Mors, n. 3. Sylu. verbo Resuscitatus, nu. vnico.* Qui duo eam reddunt rationem, q̃ profitens voueat se tẽto vitæ suæ curriculo seruaturum vota. Vnde dicunt secus esse, si absolute voueret. Sed meritò hanc limitationẽ reijcit *Nau. l. 1. de rest. c. 2. in noua edi. nu. 4. & 5.* Sed ratio est, quia omnia hæc vincula, sicut & matrimonij, pro solo vitæ tpe obligant. Quare posset professus ille ad vitam reuocatus matrimonium inire, etiam si sacerdos esset. Quia etsi character perseueret, ille non obstat matrimonio ineundo, sed votum, quod morte extinctum est. Sicut dicimus de ordinato ante rõnis vsum, vel metu cadẽti in virum constantem. Quamuis possemus dicere (idq; verius est,) hunc sacerdotẽ non posse validè matri. inire, non rõne voti, quod iã extinctum est: sed quia cum verus sacerdos resurgat, idq; sacerdotiũ in perpetuum duraturũ sponte susceperit, tenetur ad leges ecclesiasticas sacerdotũ, quarum vna est, vt sponte sua ordinatus nequeat valido matrimonio copulari. Sicut q̃ tpe ordinis sacri suscepti expressam haberet intentionẽ nõ emittendi voti castitatis, maneret inhabilis matri. ineũdo, non ratione voti, sed rõne præcepti ecclesiastici. Vt latius probauimus lib. 7. de matrim. disp. 27. nu. 12. At si professus ille nullo esset sacro ordine initiatus, posset ad validas, licitasq; nuptias trãsire. Quia sola vota obstabant a quib. libet prorsus est. Vtrum autem hic, si esset summus Pontifex, restituendus esset ad Pontificatum, vel ad suorum bonorum possessionem, consulendus est *Naua. toto c. 2.* vbi latè de hoc agit.

CAPVT XV.

Qualiter obligatio voti sit ita personalis, vt nemo possit, nec teneatur votum suum per alium implere: nec possit suo voto alium obligare: & qualiter hæc obligatio ad hæredes transeat.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, num. 1.

Votum aliud personale, aliud mistum, num. 2.

An vouens conscius perpetui impedimenti censeatur promittere votum suum per alium implendum, nu. 3.

Quid de voto misto quo ad eam partem, qua personale est, num. 4.

Quid de voto reali: & quid de misto, quatenus est reale, numero 5.

An possint hæc omnia vota impleri per alium, nu. 6.

Quid si ea inscio aut inuito vouente impleantur per alium, nomine ipsius vouentis; et si postea conscius noluit ratum habere, possit mutare voluntatem. nu. 7.

An teneatur vouens aliter nequiens votum reale exequi, petere pecunias, aut manuum labore, aliove officio acquirere, aut sponte oblatas legato, vel donatione acceptare, numero 8.

An vota recitandi, vel alicuius pœnitentiæ assumendæ, ad obtinendum aliquid à Deo, vel pro animabus purgatorij, aut pro alia necessitate, sint personalia, nec possint per alium impleri, num. 9. Et ibi quid in dubio an votum sit reale, an personale.

Quid de voto faciendi sacra à sacerdote emisso nu. 10.

An ei voto satisfiat. vel voto laici missas promittentis si sacerdos stipendio aliunde accepto ea sacra faciat, nu. 11.

Qualiter obliget votum episcoporum visitandi quotannis limina sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli nu. 12.

An votum eundi in subsidium terræ sanctæ cum aliquibus socijs, obliget non potentẽ principali adire, admittendos socios, num. 13.

Post num. 13. inuenies summaria alia.

1 TRiplex quæstio disputãda petitur. Prima est, de potestate, & necessitate voti per aliũ implendi. Secunda, de potestate obligandi suo voto alium. Tertia, de obligatione hæredis ad vota defuncti exequenda.

2 Quæstio prima. An potenti per seipsum implere vota, integrũ sit implere per aliũ, & si per seipsum nequeat, teneatur per alium? Præmittẽdum est, triplicis generis esse vota. Quædam sunt mera realia, nẽpe, cũ res Deo promittitur, & nil ad personam pertinens. Vt sũt vota erogandæ eleemosynæ. Quædam merè psonalia, nempe, cum Deo opus aliquod, & officiũ personæ promittitur. Vt cum quis vouet orare, ieiunare, castitatem seruare. Quædã mista, quæ partim personalia, partim realia dñr: qñ quis rem, & personæ officiũ pollicetur. Vt si quis spondeat se peregrinaturum, peregrinando. n. & iter, & expensas est facturus. Rursus hoc mistũ votum aliquando principaliter solum personale continet, & reale tanq̃ accessoriũ. Vt in exemplo posito contingit. Quandocumque autẽ continet vtrumq; æque principaliter: vt cũ quis vouet Compostellanam peregrinationem, & eleemosynam illi ecclesiæ erogandam.

3 Prima conclusio. Nequiens per se ipsum vota merè personalia implere, non tenetur per aliũ. Quòd res promissa sit sola personalis vouentis actio, ob proprij corporis macerationẽ, & ob propriam deuotionẽ excitandam. Ergo dum nequit per propriam personam exerceri, redditur res promissa impossibilis. Hæc conclusio ab omnibus admittitur, qñ nulla interuenit culpa vouentis in mora implendi voti, ob quã nequit in posterum implere; uel si tpe uoti materia erat sibi impossibilis ob impedimentum, idq; ignorauit. Qñ aũt id impedimentum nouit, aut fuit in culpa moræ, diximus c. 2. n. .5. & triplici seq. Ex quo fit vota hęc nullatenus posse impleri per aliũ: cũ sint de actionib. propriæ personæ.

4 Secunda conclusio. Idem prorsus dicendũ est de voto misto quo ad eam partẽ, qua personale est: vt si quis promittat peregrinationẽ in D. Iacobum, & daturum eius templo calicem, & nequeat peregrinari, non tenetur alium loco sui peregrinaturũ substituere. Quia quo ad eam partem est personale. Et ita fatentur vniuersi.

5 Tertia cõclusio. Si votum sit reale, nequiens per se ipsum implere, tenetur per alium. Quia hmõi votum non respicit personalẽ aliquam vouẽtis actionem, sed præcipuè rem exteriorem aliqua rõne a vouẽti, tanquã ab eius cã profectam. Et ideo procurãs dari ab alio nomine ipsius promittentis, præstat totã rem promissam. Et ita docent *Inn. c. licet n. vnico. de voto: & ibi Host. n. 4. Io. Andr. n. 15. Ant. n. 15. Abb. n. 12. Card. 4. q. 1. Ancb. n. 10. Henr. n. 6. Abulens. c. 30. Num. q. 97. Ang. verbo Votum 3. nu. 7. Sylu. verbo Votum 2. q. 10. Tabiena verbo Votum 3, q. 1. n. 2. fi. Sotus lib. 7. de iustit. q. 2. art. 1. ad vlt. Nau. sum. c. 12. num. 55. Azor lib. 11. inst. moral. c. 45. q. 16 Manuel 2. to. sum. c 99. nu. 10.* Atque idem dicendum est de voto misto ea parte qua reale est. Quia eadem prorsus est ratio. Et ita docet *Abul. ibi.*

6 Hinc deducitur, quamuis votum reale, vel mistum qua parte reale est, possit per propriam personam impleri, posse vouentem id per alium implere. Quòd nil referat, pecuniam, vel aliam rem promissam esse ipsius vouentis, vel alterius, dummodo vouentis nomine detur ad opus pium promissum. Sic *Abul. ea. q. 97.* vbi explicat tunc vouentis nomine dari, quando datur causa implendi voti, quo ille ligatus erat.

7 Quare satisfaceret voto, si eleemosynam illã erogatã suo noĩe ab alio, gratia eius voti exequendi ratã haberet, quamuis eo inscio erogata sit. Quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato cõparatur. *Regula ratihabitionem, de reg. iur. in 6* & fauet *Abulens. ea. q. 97.* dum explicat vouentis noĩe dari, qñ datur ad eius votum implendum.

plendum. Et quamuis à principio vouens conscius illius eleemosynæ erogatæ suo nomine, nollet eã ratam habere, quo eius voto satisfiat, sed adhuc hẽat animũ illius voti implendi, posset mutata voluntate priorem illam eleemosynam ratã habere, & voti obligatione liberatur. Ratio est quia tota res promissa erat vouentis nomine impleta: sola autem ratihabitio illius deerat: nec eo quòd à principio illa denegata fit, aliquid de rei promissæ substantia detractum est. Ergo quocumque tempore accedat ratihabitio, impletum erit votum. Et confirmatur, quia vt voto satisfiat, non exigitur intentio satisfaciendi, sed satis est ipsa externa operis promissi executio. (Vt probauimus lib. 1. c. 13. nu. 10.) Nec ille iterum exequendi voti animus nulla noui promissione accedenti obligationem aliquam inducit. Secus tamen esset, si inuito vouenti ea eleemosyna erogaretur, non enim impleret vouens, etsi postea ratã haberet. Quia per actum omnino coactum non satisfit voto. (Vt probaui eo c. 13. n. 5.) Et cum actus ille satisfaciendi voto incapax, eo quòd inuitus ex parte vouentis fit, iam transierit, nequit denuo ratus haberi, vt illo votum impleatur.

8 Non tamen teneretur vouens carnes pecunijs ad votum reale exequendũ vel ab amicis petere, vel ministerio alicui vacare, quod suũ statum dedeceat, vt votum impleat. Quia nulla ratione visus est ad hoc extraordinariũ mediũ se obligare, ut soluẽdo sit debitũ ex mera liberalitate contractum. Cum nec ad debita ex iustitia soluẽ da teneatur hoc medio vti. At tenetetur manibus operari ad votũ implendum, si suo artificio viuere solitus erat. Quia ad id se obligare videtur, vtpote quod suo statui, modoq; viuendi conforme est. Si tñ aliquid sibi donaretur, aut legaretur, idq; lucrosum, & vtile sibi esset, nullamque iustam repudiandi rõnem haberet, credo eum teneri in foro conscientiæ acceptare, vt voto persoluendo sit. (Vt loquens de iustitiæ debitis probaui latissime lib. 6. de matrim. disp. 4. nu. 9.) Rationes enim ibi traditæ militant in hoc casu.

9 Ex his deducitur primo, quid dicẽdum sit de voto recitandi, ieiunandi, aut alterius pœnitentiæ assumẽdæ ꝓ animabus purgatorij, vel existentib. in lethali, vel quocumque alio necessitatem patienti, vel ea intentione vt alius ad bonũ aliquod inducatur. Si. n. ea vouentis intentio sit, vt ea opera. Deo offerantur, vt illi necessitati ꝓspiciat, sunt vota realia, ac proinde teneturimplere, siue per se, siue per aliũ: potest. n. alterutrũ eligere. Quia tunc obsequiũ nullũ propriẽ personæ censetur esse subsidiũ illius necessitatis: materiale autẽ illud obsequiũ. Cũ ergo ei subsidio æquẽ deseruiat obsequiũ proprium vel alterius, cẽsetur vtrouis modo promissum. Quod si vouentis intentio esset, id obsequiũ ꝑsonale Deo offerre, vt ei necessitati consuleret, non posset ꝑ aliũ implere. Et in hoc posteriori sensu accipiẽda est promissio, dum non constat alia vouẽtis intentio. Quia cũ obsequium illud sit suapte natura personale, tale iudicandum est dum contrarium non constat. Si aũt finis esset propriæ necessitati consulere, tunc sẽpet iudicarem votum personale. Quia sic melius ꝓpriæ necessitati subuenitur. Et eodẽ modo iudicandum est de alijs votis in dubio an sint realia, vel personalia. In dubio enim præsumẽdum est quod naturæ eorum magis accedit.

10 Secũdo deducitur, quid dicendũ sit de sacerdote ꝓmittenti aliquot sacra. Simili. n modo distinguendum est. Si. n. mẽs eius fuit ea sacra offerre Deo pro aliqua re obtinenda, vt illi necessitati consuleret, votum est reale, & satisfit illi faciẽdo sacra per alium. Si aũt mẽs fuit id obsequium personale offerre Deo, non satisfaceret faciendo per alium. In dubio aũt huius intentionis, sic stinguetẽ. Si finis vouentis fuit alienæ necessitati consulere, crederẽ votum esse reale. Quia sacra facere nõ est sua ptẽ natura obsequium personale, sed magis accedit reali. Si aũt votũ emiserit. vt ꝓpriæ necessitati cõsulat; uel in alicuius sancti honorem, crederẽ esse votum personale: & proinde nõ posse impleri per alium. Quia ex conditione promittẽtis qui sacerdos est, cẽsetur id obsequiuum personale Deo promissum. At qñ nec ex fine, nec aliunde potest discerni, an sit votum personale, crederem potius reale ob rationem dictam.

11 Sed maior difficultas est, an sacerdos ille satisfaciat ei voto tot idẽ sacra faciens stipendio aliunde accepto. Atq; eadẽ difficultas est, si laicus ea sacra promitteret, an satisfaceret, si peteret à sacerdote, vt ea facere eo stipendio aliunde accepto. Et existimo in neutro casu satisfieri ei voto. Ducor, quod voto non satisfiat opere aliunde debito. (Vt probauimus li. 1. c. 13. n. 7.) Cũ ergo ea sacra sint ex stipendio accepto debita, non satisfit illis voto. Secũ dò quia si pro aliqua necessitate fit vtrũque sacrum, nẽpe, promissũ, & ex stipendio debitũ, v. g. pro animabus purgatorij, fit illis iniuria, & diuino obsequio. Cum duplici titulo sacrum debeatur, & proinde duo sacra: cum tamen vnicum fiat. Si uerò solum in sancti alicuius honorem, ac proinde integrũ uouenti erat applicare satisfactionem, & impetrationem cuicumque, nec tenetur gratis hæc illi applicare: quamuis dandi stipendium nulla inferatur iniuria, & sic stipendium non est ipsi restituendum, nec aliud sacrum pro eo faciendum: at cultui diuino uidetur irrogari, & sic est aliud sacrum faciendum, ut ei uoto satisfiat. Quia ex quouis illorum titulo sacrum debebatur, ac proinde cultui diuino detrahitur exhibitio uno sacro duplici titulo debito Sicut etiam etsi mihi liberum sit satisfactionem rosarij in honorem Virginis promissi, cuilibet applicare at illo non satisfacerem pœnitentiæ mihi iniunctæ: eo quod sit alio titulo debitum.

12 Tandem duo obseruãda sunt. Prius est, aliquod votum videri personale: quod tñ instar realis obligat, & potest impleri per alium. Hmõi est votum in consecratione sua ab epis emissum visitandi quotannis limina Romana Apostolorum Petri & Pauli. Nã stylus haber & explicat id votum, vt visitent per se ipsos, vel per alium: & ita solent committere alicui Romæ existenti, vt nomine suo visitent. Quia aliter intellectum esset impossibile episcopis longè distantibus, & iniquum, vt pote quod residentiam iure diuino ab ipsis debitã impediret. Quod consonat dictis c. 2. nu. 26. vbi probanimus votum personale emissum à scienti se perpetuum impedimentum habere, censeri emissum, vt substituat alium nomine eius impleturum. Quare cum ex statuto ecclesiæ id votum æquè emittatur ab omnibus episcopis in sua consecratione, ecclesiaque norit raros esse per se ipsos explere potentes, censetur id intelligi, vt per se, vel per alios impleant. Quare etiam existentes Romæ sat sfacerent implendo per alium.

13 Posterius est, è contra aliquod votum videri reale, quod tamen personale est, & non obligat ad implendum per alium, v. g. promisit quis se iturum in subsidiũ terræ sanctæ, secumque delaturum quinque pugnaturos ordinans immediatius militer illos vt ipsum comitentur, & vt iuxta sui status decentiam adeat si ipso ne queat adire, solum vnum tenetur mittere, nec ampliores expensas facere dos, qua indiget ille loco sui missus. Vt dicemus n. 19. Quia delatio illorum quinque & expensæ ab ipso faciendæ, erant accessoria suo itineri, ac proinde coniuncta personæ. Ergo cessant excusata ratione impotẽtiæ, & solum id quod omnino reale erat, obligabit vt per alium impleatur: quod est illud belli subsidium quod vouens sua persona impensurus erat. Atsi intẽtio principalis erat subsidium quinq; illorum militum tenebitur quoque illos mittere. Vltra autem harum intentio fuerit, ex vouentis statu dijudicari poterit. Et quando omnibus circumstantijs perpensis res esset dubia, iudicarem id uotum esse omnino reale, & obligare ad omnes illos mittendos. Quod ipsi vbi voti naturæ, & verbis conformius sit.

SVMMARIVM.

Propria voti obligatio est personalis solum vouentem ligans, num. 14.
An possit per procuratorem emitti, & obliget vouentem, numero 15.
Qualiter successores teneantur votis à populo emissis? Referuntur variæ sententiæ, nu. 16. 17. & 18.
Explicatur sententia Authoris, & an desideretur episcopi consensus, nu. 19.
An pro quibuscumque rebus leuibus possint hæc emitti, numero 20.
An obligent religiosos, num. 21.
Qualiter filij teneantur vota parentum nomine ipsorum filiorum emissa implere, nu. 22.
Quid si præsentibus filijs, & tacentibus emittant parentes aut alij: an ipsis absentibus, rationisve vsu carentibus, & postea approbent, nu. 23.
Quid in dubio huius consensus, vel ratificationis, nu. 24.
Post nu. 24. inuenies reliqua summaria quæ desiderantur.

14 QVÆSTIO secunda. An integrum sit vouenti astringere aliquem suo voto? Quia in re tanquã basis, & fundamentũ est statuendũ, nulli homini integrũ esse ꝑpria religionis voti obligatione astringere quẽpiã siue sit suus filius, siue hæres, siue qualitercũq; sibi subditus: sed dicendũ est propriã voti obligationẽ ita esse personalem, vt solum vouentem ipsum efficere possit. Quare hæres, filij, successores populi non adimplentes vota testatorum, parentum, populi, nullatenus erũt rei voti violati: quamuis aliud peccatũ perpetrare possint, vt statim declarabimus. Hoc satis est probatum in iuramento, lib. præcedenti c. 13. nu. 1. vbi multos Doctores retuli, qui omnes idem in voto fatentur. Cum vtriusque quo ad hoc eadem sit ratio.

15 Si tñ quispiã potestatẽ alteri daret, vt suo nomine aliquid voueret, astringeretur vera voti illius obligatione. Quia sicut iurãm, qđ similiter est vinculũ personale, põt per procuratorẽ emitti, aut nunciũ. (Vt ꝓbauimus lib. præcedenti c. 13. nu. 17.) ita & votum. Imò idem de solẽni ꝓfessione ꝓbabimus inf. agentes de voto solẽni.

16 Hinc deducitur primò, qualiter successores populi alicuius teneãtur votis alicuius festi obseruãdi, aut ieiunij, aut eleemosynæ alicuius quotãnis erogandæ a populo emissi. Quidã cẽsent teneri successores, nõ tantum rõne statuti, vel consuetudinis, si eã iã præscripta sit, sed ẽt propria voti obligatione, vel saltem rõne cõtractus. Ducuntur, quod successores sint idẽ populus, *l. Proponebatur, versi. Et populum ff. de iud.* Ita docent *Nauar. sum. c. 12. Hispane nu. 80. Latinè nu. 79. vers. 13. Man. 2. t. sum. c. 99. nu. 13. Lud. Lop. 1. p. instruc. c. 50. col. 3. vers. Neque ad vota.* At hic modus dicendi quoad priorem partem sustineri nequit tanquã contrarius cõmuni omniũ sententię dicẽti propriã voti obligationẽ esse omnino ꝑsonalem. (Vt n. 4. diximus.) Nec obstat successores reputari eundẽ populũ: id. n. est quo ad solã repræsentationem, & potestatẽ: sicut hæres reputatur ẽt eadẽ persona cũ testatore. At re vera sit personarũ distinctio, & propria voti obligatio sit omnino personalis, nequit alios præter ipsissimas vouentium personas astringere. Quo ad posteriorẽ vero partẽ, manifestũ ẽ successores teneri stare cõtractus a populo initis. At in votis emissis nullus videtur initi contractus. Alij dicũt teneri successores non obligatione voti, nec explicant qua lege. Ita *Emanuel Sà verbo Festum, nu. 3.* Alij vero dicũt obligare non in rõne voti, sed in rõne statuti, aut consuetudinis. Ita *Medina 1. 2. q. 90. art. 3. col. 3. paulo ante vers. Ad 1.*

17 Alijs placet hanc obligationem esse ex quadam fidelitate, ex qua obligantur successores, vt sicut bonorũ ciuitatis participes sũt, ita ẽt sint onerũ. Ita *D. Th. 2. 2. q. 98. art. 2. ad 4. Syl. verb. Iur. 4. q. 2. dicto 1. Tabiena verbo Iurare q. 34 nu. 35.* Sed non possunt Doctores hi intelligi de fidelitate propriè, & in rigore. Tum quia omnes fatentur obligationẽ hanc in successoribus esse sub mortali. At virtus fidelitatis quoties perfidia nõ est primo perniciosa, obligat sub solo veniali. Vt testatur *Caiet. communiter receptus in summa, verbo Perfidia.* Tum etiam quia obligatio huius virtutis est personalis, vt de se constat: quare solum dantem fidem obligat. Et ideo adhuc restat difficultas quæ sit fidelitas hæc, & ex qua virtute propriè oriatur hæc obligatio.

18 Alij volunt teneri solum successores quãdo consuetudine longæua sufficienti ad legem inducendam obseruantia illius voti introducta est. Cum enim ea consuetudo vim legis habeat, tenebũtur successores ad eã sicut ad cęteras leges. Ita docent *Azor lib. 11. institut. moral cap. 8 q. 5. & c. 15. q. 15. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 10. c. 3. dubio vltimo.* At hic quoque difficilis est dicendi modus. Quia iuxta illum dicendum est successores non teneri his votis, dum non sunt longæuo vsu approbata. Cum tñ *D. Th. reliqui authores citati duplici nu. præced.* censeant vniuersos successores his votis ligari. Atque loquentes de iuramento populi affirmant teneri successores *Felinus c. De causis n. 1. versic. 2. vide, de offic. deleg. Gutier. auth. Sacramenta puberum nu. 17. & 18. C. si aduersus vend. Gratian. reg. 273. num. 8.* Præterea quia iuxta hanc sententiã nil prorsus refert, siue populus id vouerit, siue non: ac proinde nil his votis populi tribuit. Quippe etsi ea emissa non sint, ea consuetudo legitime pręscripta vim legis obligantis obtinebit.

19 Sed dicendũ est obligationẽ hæc vota seruandi transire in successores, vel in ratione legis a populo præcessore statutę, vel in ratione cuiusdam pacti, cuius obligatio trãsit ad successores. Et in hoc posteriori modo conuenimus cum authoribus relatis nu. 16. & 17. Quippe hanc pacti obligationẽ appellarunt fidelitatem *D. Th. & sequaces nu. 17. relati.* Nam est debita seruandi præcessorum pacti. Atque ita sustinent *Suar. 3. tom. in 3 p. q. 83. art. 6. disp. 88. sect. 5. Petr. de Ledesm. de sacram. lib. de Eucharistia c. 27. conclu. 14. Vasq. 1. 2. q. 96. art. 5. disput. 167. nu. 34. & q. 97. art. 3. disp. 177. nu. 22.* Quod si dicas vota hæc de rebus spiritualibus esse, ac proinde nec posse de ijs legem a populo indici, nec pactum successores obligare. Respondeo, vt hæc vota firmitatẽ legis obligãtis successores, & eos qui non vouerũt, habeant desiderari consensum episcopi. (Vt bene tradunt *Suar. Vasq. Petrus de Ledesm. ibid.* Atque proinde possunt pacta hæc, & leges circa res spirituales esse.

20 Exigitur tñ, vt vim successores obligandi habeant, ea ex causa rationabili proportionata emitti; secus, si ob grandinẽ, nebulas, & similes nænias fiãt. Vt alijs citatis bene docet *Enriq. lib. 9. de missa c. 25. num. 2. in commẽto, litera l.* Quia & leges a principe latæ similem causã petunt. At iam ingens harum rerũ damnũ esse posset, vt iure optimo ac prudenter populus ea vota gratia Dei placandi emitteret, si Deus id damnum auertit.

21 Tenebuntur etiam religiosi exẽpti ad hæc vota seruanda. Tũ quia sunt vicini eius oppidi, & illius bona participant: ac pro communi omnium vtilitate fiũt. Tum etiam qui accedit consensus episcopi. Et legibus Synodalibus, episcoporũque, in omnibus actionibus communibus, quæ lege Synodali pręcipiuntur, nec derogãt obseruantiæ regulari, tenentur religiosi etiam exempti obedire. Vt late probat *Vasq. ea. disp. 167. nu. 33.* Et *Trid. sess. 25. de reg. c.* præcipit vt festa ab episcopis indicta regulares obseruent. Et ita docent *Vasq. ea. disp. 167. num. 34. Man. 1. tomo summæ, in 2. editione c. 122. n. 1.* contra quendã neotericũ, quem tacito nomine refert *ibi Vasq.*

22 Secundo deducitur, qualiter teneatur filius ad vota parentũ nomine ipsius emissa: vt si parẽtes voueãt filij peregrinationẽ, aut aliquod aliud opus. Quippe dicendũ est eũ nõ teneri, nisi cõsẽsum voto præstiterit. Quia votũ vnius nequit alterum obligare. Ita *D. Ant. 2. p. tit. 10. c. 6. §. 3. & tit. 11. c. 2. §. 4. fi. Ang. verbo Votum 3. nu. 6. Sylu. verbo Votum 2. q. 9. Sot. l. 7. de iust. q. 2 art. 1. ad vlt.*

Nau.

Nau.sum.c.22.Hispanè,n.73. Latinè, n.47. Ang floribus 2.p.q.vnica de voto art.1.post 13.difficultatẽ,dubio 5. Addunt aũt *Sotus ibi.& Medina t.2.q.90.art.3.col.3.paulo ante vers. Ad* 1. teneri filios ex obedieotia filiali parentibus debita, exequi hæc vota. Sed hoc intelligendũ est si pater postea præcipiat filio vt hæc exequatur, & pertineant ad bonos mores circa domus, & rei familiaris gubernationem. Quippe in his solis tenetur filius parentibus obedire. Vt bene tradunt *Ang.verb. Filius,nu. 30.& ibi Syl.q.22.Tabiena q.16. Armilla verbo Obedientia,n.11. Nauarus summa c.p.14.n.* 12. Quare nil speciale tribuitur his votis, nam perinde, & sub eadem culpa tenebitur filius parentibus obedire, & si illa non emiserint. Cũ in vtroque casu sola filiali obedientia astringantur. An vero possint parentes offerre filios impuberes inuitos monasterio educandos, & filij teneantur tunc obedire, dicendum est ex professo inferius capit. 18. Quid autem teneantur parentes efficere, qui hæc vota nomine filiorum emisere, constat ex dictis cap 5. numer.9. vbi de obligatione vouentis factum alienum diximus. Et latius dicemus c.18.n.26.27.& 28.

23 Sufficeret autem vt filij voto parentum astringerentur ex propria religionis obligatione, si præsentibus filijs doli capacibus, & tacentibus parentes emittant vota eorum nomine: adsitq; internus filiorum id votum approbantium coosensus. Nam non est magis personalis, nec libera obligatio voti, quam matrimonij. At hoc sufficit vt in vtroque foro filius ligetur matrimonio à parentibus nomine ipsius inito. (Vt probaui libro 1. de matrim. disp.23.n.3.) Ergo sufficiet ad veram voti obligationem. Quia ille assensus voti suo nomine emissi, est quædam approbatio, & admissio in se illius obligationis. Et quamuis quo ad matrimonium, vel sponsalia ineunda, discrimen sit inter consensum prestitum à parentibus, vel extraneis nomine filiorum, (Vt eadem disput.13.nu.7 probauimus.) At in voto nullum inuenio discrimen, sed quicumque nomine alterius præsentis, & tacentis voueat, si præsens internum consensum approbantem id votum habeat; tenebitur vera illius voti obligatione. Quod diuersa sit ratio in matrimonio, & in voto. Nam (vt dixi eadem disput.13.n.12.) ideo non est matrimonium extraneis ineuntibus. Quia vltra internum Conseosum desideratur signum aliquod externum illius expressiuum. At non est signum externum taciturnitas filiorum, extraneo nomine ipsorum contrahente: quale est cum parentes id efficiunt. Cum ergo votum solo interno consensu parficiatur, nullũ discrimen erit, siue parentes, siue extranei nomine præsentis interoeque consentientis voueãt. Imò idem erit, siue parentes, siue extranei nomine absentium, siue infantium aliquid voueant. Si enim postea ipsi cum doli capaces sunt, id votum suo nomine emissum ratum habeant, manebunt voto astricti. Vt de matrimonio probauimus ea.disp.13.nu.17. Sępe tamen in his euentibus, siue præsentes, siue absentes fuerint, excusabuntur ab hac voti obligatione, eo quod ignorarint rationem solius illius consensus, vel ratificationis obligationem voto consurgere. Hæc enim ignorantia excusat ab ea obligatione. Vt diximus cap.1.nu.26. Vbi etiam diximus in dubio potius pręsumi scientiam fauore valoris voti. Quod etiam in hoc euentu procedit. Quia cum illa interna approbatio sit sufficiens ad votum, ex eaque uotum præsumitur stat possessio pro illo, & alleganti ignorantiam vt voto eximatur, incumbit onus probandi.

24 Quando vero est dubium an filij tacentes consenserint interne, vel ratificauerint, credo præsumendũ non consensisse. Quia licèt, (vt diximus lib.1. de matrimon. disp.13.n.17.) is consensus præsumitur parentibus matrimonium, aut sponsalia nomine filiorum ineũtibus, secus autem quando extranei ineunt. id quidem contingit, quia collocare matrimonio filios est parentum. At cum nomine alterius vouere nullius sit, non video rationem præsumendi huius consensus ex sola taciturnitate: eo vel maximè, quod in rebus oneris & obligationis, qualis est votum, taciturnitas non est iudicium consensus (Vt probaui lib.1. de matr. disp.5.n.5.) Item quia ob eam rationem ea.disp.13. nu.17. probauimus non præsumi consensum ex sola taciturnitate, extraneis nomine filiorum contrahentibus: quod eorũ non sit illos matrimonio collocare. Et ideo in hoc dubio votum non obligabit. Et idem iudicarem, etsi aliqua illius consensus suspicio sit. Sicut nec eam in dubio ad obligationem voti inducendam sufficere probauimus, cap.1.nu.16. Vbi etiam diximus existentibus vtrinque rationibus probabilibus, licere vtriuis parti etiam minus probabili adhærere.

SVMMARIVM.

An hæredes teneantur vota defuncti explere, n.25.
An possint ad id cogi, etiam per censuras, n.26.
An possint à testatore cogi implere personalia eius vota, vel aliquid loco eorum persoluere, n.27.
Quid si testator non iubeat hæredes vota eius personalia implere: aut iubeat non implere n.28.
An votum defuncti in subsidium alicuius belli, teneantur hæredes per se. vel per alium implere: & quomodo, n.29.
Quid si vota sint mista, n.30.
Quid si votum sit disiunctiuum, cuius altera pars est personalis, altera realis, n.31.
Quid de monasterio, aut alio hærede professi, qui vota realia ante professionem emissa non impleuerat, n.32.
Quid de succedente in bona religiosi Societatis Iesu, n.33.
An donatarius omnium bonorum teneatur donantis vota exequi, n.34.
An hæres promittens vota defuncti persoluere, nec adiens hęreditatem, teneatur ad id, n.35.
An teneatur hęres vltra vires hæreditatis, n.36.
Quid si inuentarium non fecerit, n.37.
An ea vota sint deducenda ex toto hæreditatis corpore, minuta legitima hæredi necessario debita, n.38.
An sit præferenda legatis, & alijs iustitię debitis, n.39.
Quid si hęreditas, vel ea pars, ex qua vota implenda sunt, non sit sufficiens: quę vota omittenda sint: & quid in legatis? Proponuntur rationes dubitandi, n.40.
Explicatur sententia Authoris, n.41.
An quilibet teneatur in solidum soluere debita, vel legata defuncti, n.42.& 43.
An quilibet teneatur in solidum ad vota? n.44.
Quid si res aliena, vel res determinatè Deo promissa legetur hæredi, n.45.
Hæres dubitans an testator plus vel minus vouerit, vel an vota impleuerit, an teneatur ad id quod plus est, vel ad vota. Et an legata sint strictè interpretanda, ita vt minus grauetur hęres. Et ad quid teneatur, quando nescit quam ex duabus rebus inæqualis valoris promissis duobus cuilibet promiserit: vel nescit quam ex duabus rebus promiserit, num. 46.

25 Quæstio vltima. An hæredes teneãtur ad vota defuncti ab ipso noo impleta? Constat apud omnes eos teneri ad vota realia, secus personalibus, siue hæredes sint filij, siue quicumq; alij. Idque decisum est *l.2.ff.de pollicitat.* Et rō est, quia obligatio votorum personalium est omnino personalis, tam ex parte persooæ obligatæ, quàm ex parte rei promissæ, quæ actio quoq; personalis est. Quare nulla ratione põt ad hæredes transire. At obligatio vototũ realium, & si ex parte personæ obligatæ sit personalis, & ita vt vera obligatio solum vouentem afficiat: (Vt diximus, n.14.) at quia obligat personam uouentis, quatenus ille est dominus, & administrator rei promissę, dominium autem hoc & administratio bena trãseunt ad hæredes, qui quo ad hęc repræsentant omnino personam defuncti: ideo uotum realium obligatio transit omnino in hæredem, noo ex vi

voti

voti, sed ex vi contractus. Quippe eò ipso qd hereditatem adit, censetur contractũ inijsse soluendi omnia defuncti debita, ac vota. Vt n. 28. explicabimus.

26 Atque potest cogi hæres sub pœna priuationis hæreditatis, ad hæc vota persoluenda. Vt constat ex *capit. Licet, de voto.* An vero sit tota hæreditate priuandus, & filius legitima, eo quòd testatoris vota nõ impleat: consulendi sunt Doctores *eo cap. Licet. Gregor. Lopez l. 8. Gl. vltima. & antepenultima, tit. 10. p. 6. Couar. c. Si hæredes. num. 9. de testamen.* At dissident Doctores circa compulsionem per excommunicationem. Nam *Innocent. eo. cap. Licet, num. vnico verbo Promisisti. & ibi Hostiens. nu. 7. Ioan. Andr. nu. 4. Cardin. nu. 3. notabili* 4. sic distinguunt. Si hæres promiserit defuncto sua vota explere, potest per excõmunicationem cogi, ac hæreditatis priuationem: si verò non promisit, hac sola posteriori pęna affici potest. At multo verius est, posse in vtroque casu excommunicatione compelli, ac priuatione hęreditatis. Quod obligationem ex hæreditatis aditione contractam non impleat. Nec aliqua datur congruens discriminis ratio inter vtrũque casum. Et ita docent *Anton. eo. cap. Licet, num. 7. fine. & ibi Abbas numero vltim. Syl. verbo Votum 2. q. 11. dicto 2. Palacios 2. d. 38. disp. 1. post 8. conclus. fol. 842. colum. 2. Azor lib. 11. instit. moral. c. 15. q. 15. fine.*

27 Potest etiam hæres cogi à defuncto, vt loco personalium ipsius defuncti votorum, eleemosynam aliquam eroget: sicut ad alia legata pia põt quoque cogi. Et ita docent *Syl. verbo votum 2. q. 11. dicto 1.* Imò *Abulensis. cap. 30. Num. q. 98.* ait hæredem iussum à testatore personalia ipsius vota implere, teneri quidem iure mãdati. Cum voluntas testatoris implenda sit. Verũ hoc non placet. Quia testatoris solum est de proprijs bonis disponere, non autem de personalibus hæredis actionibus. At posset vtique hæredem non necessarium grauare, vt sub conditione implendi ea vota succedat. Sicut potest grauare vt honestum, statuique conueniens matrimonium ineat, & aliter non succedat.

28 Ex his deducitur primo, minus bene *Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 2. post 13. difficultatem dubio* 4. asseruisse tunc hæredẽ teneri implere vota defuncti realia, quando defunctus ipse hoc in testamento iniunxerit. Nam quamuis id non iniungat, & hoc onere hæreditas affecta est, sicut & soluendi alia defuncti debita. Vt bene tradunt *Angelus verbo Votum 3. nu. 8. Syl. verbo Votum 2. q. 11. dicto* 4. Imò quamuis defunctus expresse dixerit nolle hæredem ad ea vota teneri, tenebitur vtique. Quod satis innuunt *Palud. 4. d. 38. q. 3. art. 3. n. 17. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 5. Syl. verb. Votum 2. q. 11. dicto 3. Tabiena verbo Votum 3. q. 6. nu. 7. Nau. sum c. 12. n. 56. Manuel 2. to. sum. c. 99. n. 11.* dũ dicũt hæredẽ teneri ad hæc defuncti vota, sicut ad alia eiusdẽ debita persoluenda. At cõstat ad hęc teneri, velit, nolit defunctus. Quia esse hæredẽ essentialiter importat recipere bona defuncti, repręsentatio eius personã quoad omnẽ obligationẽ defuncti, quãtum ad eorũ administrationem.

29 Secundò deducitur, teneri hæredes vota hæc realia, vel per se ipsos, vel per alios exequi, eo pacto, quoad id tenebatur defunctus. Cum quoad hæc succedãt in omnem eius obligationem. Et ita tradunt *Angelus verbo Votum 3. nu. 8. Syl. verbo Votum 2. q. 11. dicto* 4. Non tamen approbo quod quidam dicunt, nẽpe, quando defunctus promisserat se iturum in belli subsidium contra fidei hostes, nec adijt, teneri hæredes aut ire, aut dare omnes expensas à defuncto in eo belli subsidio faciendas. Hi sunt *c. Innocen. c. Licet, n. vn. co, de voto, & ibi n. 4. Ioan. And. n. 13. Anch. n. 10. Cardinalis n. 4. q. 1. Henricus, nu. 6. Abulensis c. 30. Num. q. 98.* Cum enim hæredes plene satisfaciant mittendo alium nomine defuncti pugnatum, eas solas expensas huic necessarias tenentur facere, siue defunctus maiores, siue minores esse facturus. Tantum enim astringuntur hæredes ad hoc belli subsidium.

30 Tertiò deducitur, quando vota sunt mixta, sic distinguendum esse. Si pars realis, & personalis expressa sint tenentur hęredes ad realem solam. Vt si defunctus voueat peregrinationem in D. Iacobũ, & eleemosynam illi largiendũ, teneretur hæres ad solam eleemosynam. Quia quo ad eam partem est votum omnino reale, & vtraque pars independenter ab alia, & æqualiter promissa censetur. Si autem sola pars personalis sit expressa, ad nil tenentur hæredes. Vt si testator votum peregrinationis, aut religionis, non impleuit, hęres minimẽ tenetur ad expensas itineris: nec ad bona tradenda, in quæ erat religio successura: Quod hæc sint voto personali accessoria, & ideo illo extincto pereunt. *Regula Accessorium, de regul. iuris in 6.* Et ita docent *Palud. 4. d. 38. q. 3. art. 3. n. 19. & 20. D. Anton. 2. p. titulo 11. capit. 2. §. 5. Ang. verb. Votum 3. n. 8. Syl. verb. Votum 2. q. 11. dicto 3. Tabien. verb. Votum 3. q. 6. n. 7. Armilla verb. Votũ, n. 14. Nau. sum c. 12. n. 56. Ang. floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 2. post 13. difficultatem, dubio 4. Palacios 4. d. 38. disput. 1. concl. 8. fol. 841. col. 2. & 842. col. 1. versic. Quod si quæsieris. Ludou. Lop. 1. p. inst. c. 45. ad fi. Azor lib. 11. inst. moralium c. 15. q. 15. Man. 2. to. sum. c. 99. n. 12.*

31 Si autem votum fuit disiunctiuum, cuius altera pars erat psonalis, & altera realis, & defunctus neutrã partem impleuit, tenetur præcise hæres ad partem realem. Quia iã obligatio personalis alligata defuncti personæ est omnino extincta, tanq̃ impossibilis: & proinde succedit præcisa obligatio ad realem. Iuxta regulam traditam c. 15. n. 24. Quare etsi vouens poterat alterutrã partem eligere, at hæres nequit. Ita docet, & si non tã ample, sed solum dicens teneri hæredẽ ad partem realem, *D. Ant. n. pręcedenti allegatus*. Et hoc quidem intelligendum est, nisi defunctus elegisset perfectè partẽ personalem, ita vt ad eam iam præcise teneretur. Tunc. n. eo non implente ad nil tenetur hæres. Quia iuxta dicta eo. c. 13. n. 26. iam votum erat omnino personale.

32 Quartò hinc deducũt *Palud. 4. d. 38 q. art. 3. n. 33. conclus. 3. & D. Antonius 2. p. tit. 11. c. 2. §. 8.* monasteriũ iure hæreditario in bona professi succedens, teneri ad vota realia, quæ professus in sæculo emiserat, nec impleuerat. Quia sola personalia professione religionis extinguuntur. At hoc non credo. Quod multo verius sit realis quoque extingui. Vt suo loco infra dicemus. Et ideo tanq̃ penitus extincta, nec monasterium, nec quẽcumque alium hæredem obligabunt. Sed maior difficultas est, quando voluit professus tempore professionis ea vota realia non extingui. Tunc enim cùm ea vota non extinguantur, videtur obligatio translata in monasterium, vel quemcumque alium hæredem: & sic videntur non obligare iam monachum: & ideo non poterit à monasterij pręlato irritari. Sed adhuc dicendum est, nec monasterium, nec quęcumque alium hæredem teneri ea persoluere. Ducor, quia (vt potissimè ait *Sylu. verbo Votum 4. q. 7. dicto 3.*) si eam intentionem habuit religiosus ante professionis instans, est ipso iure ab illis votis absolutus. Si vero ipso professionis instanti, iudicandum est illis votis perinde ac de emissis post professionem, quæ à superiori irritari possunt. Quippe cẽsentur post professionem emissa. Quod cõsonat doctrinæ communi afferenti peccatum indigne susceptionis baptismi in ipsomet commissum censeri post cõmissum, & ideo subijci sacramento pœnitentiæ. At vota realia post professionẽ emissa nequeunt obligare hæredem. Cum iã hæres successerit. At si id votũ ante professionẽ intimatũ esset parti, in cuius fauorẽ est, & ab ea acceptatũ, teneretur monasteriũ succedens in bona, aut qlibet alius hæres id persoluere. Cum. n. esset iam ius illi parti acquisitũ, nõ tollitur per religionis professionem. Et in hoc casu est vera sententia *Paludani, & D. Ant.*

33 Quod si roges, quid dicendum sit de emittẽtibus vota biennio in Societate Iesu, vel vota coadiutorũ formatorum in ea, quæ omnia simplicia sunt; sic dicẽdum censeo, si superior irritet ea uota, prout potest: uel ipsemet

met

met religiosus ea vota realia cõiter ꝓpria authoritate in ea Societatis vota, quicumq; hæres postea succedẽs in huius religiosi bona, ad nil tenetur. Quia iã per illã irritationem, vel cõmutationem extincta erant. Si verò ante hãc cõmutationem, vel irritationem hęres ille iure hæreditario successerat in ea bona, tenebitur quidẽ ad ea vota implẽda. Quia per dicta Societatis vota nõ extinguũtur, sed suspẽsa sunt. Vt pꝫ in prima cõgregatione generali eiusdẽ Societatis, canone 22. nec potentiam superior irritare. Quia iam ea vota translata sunt ad hęredem vna cũ hæreditate: quare nullum ius irritãdi superest. De professis autem Societatis Iesu dicendum est, quod de alijs professis diximus n. præced.

34 At donatarius omniũ bonorum, casu quo valet ea donatio, non teneretur ad realia donantis vota. Nam nõ sunt ex vinculo iustitiæ, sed religionis debita, ac ꝓinde eorũ obligatio nisi a donante imponatur, nõ trãsit ad donatarium, sed ad solum hęredẽ, qui personam testatoris repræsentat, & adeundo hæreditatem succedit quoque ex tacito pacto in omnia eius onera. Et fauet satis *l. 2. ff. de pollicit.* ibi: *Quæ personam vouentis, non rem quæ vouetur obligat.* Et Paulo inferius. *Hæres hæreditarie nomine obstrictus est: vota enim obligationẽ ad hæredem transire constat.* Tandem, quia multi sustinent donatarium non teneri soluere debita iustitiæ donatoris, etiã si donator fiat impotens ad illa restituenda; dũmodo non recipiat rem pro illis hypothecæ subiectã. Quia valet donatio tanq̃ à vero dño facta, donec per iudicẽ reuocetur. Hi sunt *Medina C. de resti. q. 3. ca. 8. ad 5. Ledes. 2. p. 4. q. 15. ar. 5. fol. 134. col. 4. Nau. lib. 3. de resti. c. 4. ad fi. in noua editione, dub. vlt. nu. 174. & duplici seq.* Atq; ita multi, quos refert, & sequitur *Angelo de meliorat. l. 5. gl. 4. n. 10.* afferunt per alienationẽ factam in creditorum fraudem transferri dominium, etsi reuocari possit. Ergo à fortiori de debitis ex sola religione, quale est debitum voti, est hoc dicendum.

35 Quintò deducitur non teneri hæredem implere vota defuncti, si hæreditatẽ nõ adierit. Quia solo ad id hæreditario iure tenetur. Imò hoc verũ est, etsi promiserit ea implere spe adeũdæ hæreditatis. Nã si mutato consilio non adeat, minimè ad ea tenetur. Arg. ex *c. per venerabilem, §. fi. de elect.* Si verò independenter ab hæreditate promiserit, sua astringetur promissione. Hoc docent *Host. sum. tit. de voto nu. 15. Henricus c. licet n. 12. de voto. Abulens. c. 30. Num. q. 98. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 5. fi. Ang. verbo Votum 1. nu. 3. initio, & nu. 9 Sylu. verbo Votum 2. q. 11. dicto 5. Tabiena verbo Votum 3. q. 6. nu. 7. Palacios 4. d. 38. disp. 1. post 8. conclus. f. 842. col. 2. vers. Sed quid si non accipiet.*

36 Sextò deducitur, solum teneri hæredem ad ea vota explenda, in quantũ vires hęreditatis sufficiunt. Quippe qui ratione illius solius tenetur. Et ita docent *Host. Henricus. Abulens. D. Ant. Ang. Tabiena nu. præced. allegati. Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 3. n. 33. Syluest. verbo Votum 4. q. 7. dicto 3. & omnes.*

37 Quidam hoc temperant, dummodo hæres inuentarium fecerit; eo .n. nõ cõfecto tenetur integrè vltra vires hęreditatis vota exequi. Ita docẽt *Palud. & D. Ant. n. præced. allegati.* Et agentes de debitis defuncti docẽt ẽt idẽ in vtroq; foro locum habere *Feder. Paul. & alij, quos refert, & sequitur Minchaca de successionem creatione, §. 1. n. 26.* Alij aũt tenent idem in vtroq; foro respectu creditorũ, quibus dicunt teneri hæredem non cõficientem inuentariũ soluere integrè vltra vires hæreditatis, nõ aũt respectu legatariorum. Ducuntur, quòd *lex fi. C. de iu. delib.* statuat hæredem non conficientem inuentarium teneri vltra vires hæreditatis. Quæ cũ iusta sit, nec præsumptioni innitatur, seruãda est in vtroque foro. Ita docent *Couar. c. 1. de testam. nu. 16. Valasc. consf. 52. n. 33. to. 1. Molina to. 1. de iust. disp. 217. concl. 1. & 2.* Et quamuis dubius, magis in hanc partem inclinat *Greg. Lop. lib. 10. verbo Las mandas, in fi. tit. 6. p. 6.* At dicendũ est tanq̃ probabilius, non teneri hæredem in foro cõscientiæ vota explere, aut creditoribus, aut legatariis soluere, vltra vires hæreditatis: eo ꝙ inuẽtarium nõ fecerit; sed id tantũ ꝓcedere in foro externo. Quia vel ea lex est in pęnã negligentiæ hæredis, vel innititur præsumptioni occultationis alicuius bonorum hæreditariorũ, & ideo omissum sit inuentarium. Et q̃uis videam non omnem legem desinere obligare, ex eo, ꝙ in præsumptione fundetur; at hãc credo desinere obligare. Quod si explico cum *Vasquez 1. 2. q. 97. art. 4. disput. 165. c. vlt. à n. 16. vsq; in fi.* Duplex est lex præsumptioni innitens. Quędam in qua legislator in quouis casu singulari aliquid pręsumit, & rõne illius aliquid cõstituit. Et hmõi est præsumptio, cui Pontifex innixus, *c. is qui fide, de spons.* statuit matr. censeri initum copula post spõsalia subsecuta. Pręsumpsit .n. in singulis casib. eam copulam affectu maritali haberi. Et talis lex in quouis casu, in quo præsumptio est falsa, nõ obligat in cõsciẽtia. Altera est, in qua non præsumit legislator fraudes, vel quid aliud in singulis casibus, sed quia prudẽter existimat in re aliqua, nec rarò, nec paruã occasionẽ pręberi, vt fraudes, & alia dãna sequantur, legem generalẽ constituit, qua hmõi euitet. Et hęc pręsumptio fundamentum est, cuiuscunq; legis. Qñ ergo pręsumptio est hoc modo, nõ desinit lex obligare, eo ꝙ in vno, vel altero singulari casu pręsumptio falsa sit, sed qñ est in plurimũ falsa. Quia deficiẽte legis rõne in vno, vel altero casu singulari, adhuc rñ obligat lex, dũ in cõi non deficit. Hoc ergo supposito, existimo legẽ obligantem ad integrã solutionẽ creditoribus, hęredem omittentẽ inuentarium, initi pręsumptioni fraudis in singulis casibus, & ideo in quouis casu hęres nõ vtitur fraude, sed re vera hęreditas non est sufficiens, nõ obligabit ea lex in foro conscientię ad soluendum vltra hęreditatis vires. Et ita in votis existimant *Abulens. et Syl. n. præceden. allegati.* Et vniuersaliter in omnibus tradunt *Bar. l. 1. nu. 45. C. de sacros. Eccles. & rubr. nu. 3. ff. de acq. hær. vbi Alex. nu. 5. Ias. in fi. Abb. c. quia plerique; n. 4. de immu. Eccles. Fel. c. 1. nu. 44. de constit. Palud. 4. d. 15. q. 3. art. 5. n. 31. Sylu. verbo vsura 6. q. 10. dicto 4. & verbo hæreditas 3. q. 5. Sotus lib. 6. de iust. q. 1. art. 4. ad 3. lo. And. Host. & multi alij, quos refert, & sequitur. Anto. Gom. l. 3. Tauri n. 121. Matien. lib. 5. recop. tit. 4. l. 1. gl. 10. n. 39. Nau. l. 3. de rest. c. 4. in noua edit. 2. p. dub. 9. num. 137.* Sed maior difficultas est an sequuta sñia iudicis damnantis hęredẽ, vt integrè soluat, teneatur. *Palud. eo. n. 31. & Molin. proximè allegatus* affirmant. Quia lex statuit hæredem teneri integrè soluere, in pęnam negligentię non confecti inuentarũ. At pęna obligat sequuta iudicis sententia. Sed limitat *Molina*, dummodo hęres in colpa fuerit non conficiendo inuentariũ. Quia cessanti negligẽtiæ culpa cessat eius pœna. At verius est non teneri ẽt sequuta cõdemnatione. Ducor, ꝙ ea iudicis sñia, sicut & lex id statuens, innitatur fraudulentę bonorum occultationi. Vt tradunt *Abb. Alex. Ias. Fel. Ant. Gomez, Matienco proximè alleg. Sylu. verb. vsura 6. q. 10. dicto 4.* Cum ergo ea præsumptio falsa sit, non ligabit ea sententia in foro conscientiæ.

38 Sed dubium speciale est, an vota hæc realia extrahẽda sint ex toto hæreditatis corpore, ita vt minuant legitimã ascẽdentib. vel descendẽtib. debitã; at ꝙ onus ex ea sola parte, de qua poterat testator libere disponere. Vt in hoc Castellæ regno in præiudiciũ descendentiũ de quinta bonorũ parte *l. 30. Tauri, hodie l. 13. tit. 6. l. 5. recop.* & in præiudiciũ ascendentium, de tertia, *l. 6. Taur. hodie l. 1. tit. 8. eod. l. 5. Ang. verbo Votũ 3. n. 8. fi. & Sylu. verbo Votum 2. q. 11. dicto 4.* aiunt filium in legitima grauatũ ex paterno voto, habere iustam petendæ dispẽsationis cãm; ac ꝓinde supponunt vota valere, etsi legitimæ præiudicent. Et expresse *Nau. l. 3. cons. tit. de voto, in 1. edit. cons. 13. n. 4. in 2. cons. 16. n. 4.* tenet integrum esse parentibus in legitimæ filiorum præiudicium vouere quicquid vouerint. Duciturque secunda rõne, quam statim proponã. Et potest probari hęc sentẽtia. Quòd

debita

debita testatoris ex toto hæreditatis aceruo extrahantur. At vota debita sunt. Secūdò, quia possunt parētes in vita, & mortis tēpore in legitimæ præiudicium expēdere quod voluerint in opera pia. Vt docent multi, quos retuli lib. 6. de matrim. disp. 36. n. 3. Et saltē donationes modicas à parentibus factas non extrahi ex quinta bonorum parte, defendi illa disp. 36. n. 11. Ceterū existimo nullatenus extrahenda esse ex toto cumulo, nec posse legitimā minuere, sed ex sola ea parte soluēda de qua testator poterat libere disponere. Ducor, quòd hæc vota & si debita sint, ortū, habēt ex causa volūtaria, id est liberaliter testatoris promissione: ac proinde legitimā iure debitā minuere nequeūt. Quare ea. disp. 36. n. 9. latissimè probant cōtra Doctores allegatos, nō posse testatorē in præiudiciū legitimæ disponere ad opera pia. Et quamuis donationes modicæ factæ à parētibus tpe vitę nō minuāt eā partē, de qua libere disponere valēt; at si donatio nō sit facta, nō tenentur ascēdētes, vel descendentes post testatoris obitū, quidquā, quantumuis modicū, soluere, vltra eā partē. Et ita docent non posse filiū grauari, vt votū paternū impleat vltra legitimam portionē, *Couar. c. Si hæredes, n. 9. de test. vbi & alios refert. Gregor. Lopez. l. fi. in fi. ti. 8. p. 1. Ang. florib. 2. p. q. vnica de voto, a. 2. post 13. d. ffi. dub. 4. fi. Man. 2. to. sum. c. 99. n. 11.*

39 Præferenda tamen sunt hæc vota omnibus legatis ēt pijs, præterquā necessarijs funeris expēsis, quæ ēt ante omnia iustitiæ debita extrahūtur *l. penult. ff. de relig. & sum. fune.* Ratio est, quia cætera legata sunt omnino voluntaria; at votorū executio est debita. At oīa iustitiæ debita præferenda sunt votis. Constat, quia illa extrahuntur ex toto hæreditatis aceruo, diminuuntque legitimam. Item, quia voto implenda sunt ex defuncti bonis. At bona alicuius dicūtur, quod super est deducto ære alieno, *l. Mulier bona ff. de iure dotium.*

40 Rursus dubium est, an quādo hæreditas, vel ea pars, ex qua vota soluenda sunt, non est omnibus votis soluendis sufficiens, quæ vota teneatur hæres persoluere? Quispiam posset existimare nullum ex illis votis integre soluēdum esse, sed pro rata vniuscuiusque voti detrahēdum esse excessum. Ducenr, quia sic faciendū est in legatis excedentibus partē, de qua testator disponere poterat, vel excedentibus vires hæreditatis; nulla. n. & si pia, sunt integre soluenda, sed pro rata excessus ille de singulis detrahetur. Vt multis allegatis tradūt *Tiraq. de priuileg. piæ causæ, priuilegio 26. n. 9. Angel. verb. Legitima n. 14. & ibi Syl. q. 10. Gregor. Lopez. l. 1. verb. de las mādas, tit. 11. p. 6. Ant. Gom. to. 1 var. c. 12. n. 34. Guttie. l. Nemo pōt nu. 97. ff. de leg. 1. Parlador li. 1. de reb. quotidianis, toto c. 18. Cauall. in suis q practicis qu. 103. nu. 32.* quāuis *Paulus, & Ang. & Bald.* quos refert, & sequitur *Cauall. ibi n. 35.* hoc tēperēt, nisi legatum aliquod speciei sit vt si legetur fundus; id. n. dicūt esse integre soluendū. Et videtur tenere *Gregor. Lopez ibidē.* hanc. n. opinionē in vltimo loco posuit. Et *Guttier. ibidem* quæstionē hanc monit, indecisamque reliquit. At cōmunis fere omniū sententia est quā etiam *ijdem Ang. & Paulus in alijs locis sibi contradicentes* sustinent, & multi alij, quos referunt & sequūtur, *Ant. Gomez, Parlador, proxime allegati. Gregor. Lop. l. 2. 6. verb. Obligados ti. 13. p. 5.* ēt huiusmodi legatū nō integre soluendū esse, sed pro rata diuidendū. Sic ergo videtur dicendū de his votis realibus, cū hæreditario iure ea debeat hæres. Præterea, quia etsi vouēs, vbi plura vota incompassibilia sunt, teneatur quod est melius exequi: & vbi constat esse æquè bona, possit eligere, & vbi dubium est, quodnā sit præstantius, teneatur ad id quòd prius emissum est. (Vt diximus c. 5. à n. 24. ad 29.) At diuersa omnino est ratio de ipso hærede. Nā vouens ipse tenetur ex religione; & ideo eius creditor est Deus, qui cum velit quod meliùs est, & æque velit æquè bona, fit vt vouens teneatur votū suum eo modo exequi. At hæres non tenetur ex religione, sed ex quasi contractu inito eo ipso quòd hæreditatem adiuit. (Vt diximus n. 23.) Et proinde non Deum creditorem habet, sed personas ipsas, in quarū vtilitatē vota redūdāt. At debita mere personalia sunt pro rata diuidēda, vbi debitor nō est omnibus soluendo, *l. Pro debito, C. de bonis aut. iudic. poss. l. 11. tit. 14. p. 5.* Vota autem sunt debita merè personalia, *l. 2. ff. de pollicitat.* Et confirmatur quia ob hāc rationis debiti & creditorum diuersitatē, consurgit posse vouentem ipsum suum votū in melius commutare, irritationem, & dispensationem petere. Quæ hæredi permissa non sunt.

41 Sed existimo, sic distinguendū. Si alterum votū constet esse de re meliori, tenetur hæres illud integrè exequi, præferreque alij compassibili; si autem dubiū sit, vtrū ex illis sit melius, & norit, quod prius emissum est, tenetur exequi prius emissum. Et hoc quāuis vouens, vel ipse ea vota intimarint psonis, in quarū fauorem sunt, vt ab ipsis acceptentur, suntq; acceptata; & quāuis hæres iussus sit in testamēto ea vota implere. Ducor, quia hæres in solā defuncti obligationē succedit, quāuis diuerso titulo; ille. n. tenetur ex quasi contractu, & quasi personā defuncti repræsentans; hic autē ex religionis vinculo. Ergo tenetur eo ordine implere, quo defunctus tenebatur. Sicut eadem ratione, quæcūque debita, in testamentoq; iussus soluere, teneretur eo ordine soluere, quo defunctus tenebatur. At defunctus, quādo vtrūq; votum est incōpassibile, tenetur omnino præferre, quod de re meliori est, & quando est dubiū, quod sit melius, tenetur ad prius emissū. (Vt latè c. 5. diximus à n. 24.) Ergo ad idē tenetur hæres. Et confirmatur, quia si debitor promisisset diuersis, & cū altero eorum pactus esset fore, vt rem sibi promissā prius solueret, si alijs soluendis nō sit teneretur hæres, eo quod in defuncti obligationem succedat, rem illā alijs præferre, quando hæreditas non sufficit omnibus promissis implendis. At vota Deo emissa eā cōditionem inhibitā habent, vt si oīa impleri nequāt, seruetur ordo prædictus. Vt probauimus c. 5. à nu. 24. (Ergo hæres ad id tenetur) Tādem, quia hæres est eiusdem potestatis, eiusdemque iuris, cuius fuit defunctus, *l. Hæredē, ff. de reg. iur.* Nec obstat eos, in quorū vtilitatem est res promissa, esse creditores, vel ex quasi cōtractu, vel quia votum sibi intimatū acceptarūt: nec iussum esse in testamento hæredē ea vota psoluere, ac proinde subire legatorū rationē, quæ in hoc casu sunt diuidenda. Quia non aliter sunt intimata, vt acceptentur, nec aliter legata, aut debita ab hærede, quā ipse vouēs Deo debebat per votū; ac proinde eo mō impleri debēt, quo vouens tenebatur. Per quæ cōstat ad argumēta n. præced. adducta. Quippe illa procedūt in legatis, & in debitis personalibus, quæ defunctus nō tenebatur præferre aliqua ratione. At secus in votis, in quibus, tenebatur ordinem prædictū seruare. Quā ob rē, etsi in legato speciei determinatæ sit difficultas inter Doctores (vt n. præcedenti retulimus) an sit integrè soluendū, quando omnia legata solui nequeunt; at in hoc casu voti defuncti nulla est differentia ob rationē traditā, sed semper tenetur hæres præferre integrè, quod melius est, & in dubio, id quod prius emissum est; quamuis votū rei minus bonæ, aut posterius promissæ, sit determinatæ speciei. Quando autem constat vtrumque votum esse æquè bonum, aut si dubium est, quod melius sit, ignorat hæres, quod prius emissum sit, nec adhibita diligētia id assequi potest, vel vtrumque fuit simul emissum: tunc quamuis vouenti detur electio, vt quoduis ex illis impleat, quamuis alterū sit quantitatis, alterum vero speciei, at videtur hæredi nō dari, sed teneri eum pro rata diuidere, quāuis ea vota acceptata non sint, nec iussus sit hæres ea exequi. Ducor, quod ea electio concedebatur vouenti, eo quod solū Deum creditorem habebat, qui æquè contentus est executione voti æquè boni; nec aliqua ratio vrgebat, cur in eo dubio alterū ex illis votis præferendum sit; & ideo quando ex parte alterius voti ratio aliqua præpōderabat, nēpe, id prius emissum esse, tenebatur vouens illud præferre. At in hoc casu est ratio vrgēs, ne hæredi detur ea electio, quia ijs, quibus de-

be-

debatur res promissa, sunt et editores ex quasi cōtractu ab hærede inito ratione aditionis hæreditatis. Qui cū æquale ius habeant, nec ius principale Deo ex voto acquisitum lædatur, vt læderetur, qn̄ ipse vouens tenetur Deo alterum præferre. Ergo ratione huius iuris, & rationis præponderantis non dabitur electio hæredi, q̄ vouenti concedebatur. Quæ ratio magis vrget; qn̄ ea vota intimata essent à vouenti personis, in quarū vtilitatem sunt, & ab eis acceptata; vel qn̄ iussus esset hæres ea in testamento implere. Verum quamuis hæc differentia sit satis apparens, videtur adhuc nullā esse differentiam, sed dari eā electionem, hæredi in ijs casibus, qn̄ nullum illorum votorum esset intimatum parti, vt ab ea acceptetur, ab eaq; acceptatū est. Quia illi in quorum fauorem cedit res promissa, cum nil ipsis intimatum sit, nec ab eis acceptatum, nō sunt veri creditores, nec amplius ius habēt, quam Deo erat acquisitum per votum. Cum ergo Dei ius non lædatur tūc hac electione facta, nec læditur etius harū personarum. Itē, quia hæres succedit in omnem defuncti potestatē. Sicut ergo poterat defunctus eligere, ita & hæres. At his rōnib. vtrinq; ponderatis, existimo priorem partē esse verorem, nempe, non dari hæredi eam electionem qn̄ constat vtrumq; votum esse æquale, vel dubiū est, quod sit melius, & nesciit hæres, quod prius emissum sit, sed tūc teneri eum diuidere pro rata. Quod probant rationes pro hac parte allatæ. Nec obstant oppositæ, quia ius acquisitum post mortē testatoris ijs, in quorū fauorem res promissa redūdat, efficit ne liceat hæredi id votum in melius cōmutare, nec petere irritationē, aut dispensationē illius, sicut licebat ipsi defuncto. Sicut ergo hæc erant personalia ipsius priuilegia, eo q̄d solo religionis vinculo tenebatur, & sic tātum spectabatur, ne ius Dei læderetur, ita ea electio erit personale ipsius priuilegiū, eo quod nullum ius violabat ea electione, nec erat aliqua ratio in contrarium præponderans.

42 Præterea dubium est, an quilibet hæres teneatur in solidum vota defuncti implere qn̄ pars hæreditatis, in q̄ succedit, est sufficiens omnib. illis votis soluendis, ita vt si ipse solus esset hęres, teneretur ea implere? v.g. ex quatuor filijs tres successere in quintam bonorum partem, ex qua (vt diximus, n.38.) soluēda sunt re alia parentum vota, vel quatuor hæredes extranei successerunt in totā hæreditatē, dubitatur an quilibet ex illis, alijs nolentibus, teneatur defuncti vota soluere in q̄tum non excedunt vires hæreditatis ad ipsum peruenientis. Bē præmittendum est, vbi sunt plures hæredes, nullum teneri in solidum ad defuncti debita, vel legata, nisi qn̄ res debita, vel legata possidetur ab vno, vel obligatio est indiuidua. Sed tm̄ tenetur quisq; ꝓ rata, iuxta portionē hęreditariam, in q̄ succedit, etsi alij nolint suā partē soluere. Constat ex *l. pro hæreditarijs, C. de act. hær. l. in executione 85. in prin vers. Secunda, ff. de uerb. obl.* vbi oēs Doct.

43 Secundo præmittendum est (vt optime docet *Anton. Gomez multis alleg. 2. to. var. c. 10. n. 3. & seq.*) obligationem consurgentem ex contractu, vel promissione, esse triplicem. Quædam est diuidua oī respectu, & est illa, in qua continetur res, quæ in pondere, nu. vel mensura consistit. Vt si promittam me daturum 100. aur. centum fanecas tritici. H nōi et est promissio dāda alicuius rei integralis habentis certos fines à natura determinatos, qn̄ nō promittitur in gn̄e, sed res certa & determinata. Vt si promittat quis dare hunc calicem, vel talē domū, vel talē seruū. Quia q̄uis res præmissa sit indiuisibilis, at obligatio est diuisibilis. Secunda est obligatio oī respectu indiuidua. Qn̄ s. promittuntur aliquod factū, vt promitto me ędificaturum Ecclesiam, vel facturū calicem. Ratio est, quia factum in quadam forma consistit, quę donec perficiatur, nō dr aliquid factum. Ita hr̄ *l. 2. & l. In executione 85. in prin. vers. secunda, ff. de verb. ob.* Tertia est obligatio suapte natura diuidua, at indiuidua effectu, seu liberatione. Quia etsi obligatio diuidi possit, at nō liberatur quis pro parte solui, donec soluatur totū. Hmōi est promissio dandæ alicuius rei integralis, vt calicis, serui, fundi, qn̄ in genere, nulloque terminato promissio fit. Et hmōi etiam est promissio alternatiua. Vt promitto hunc seruum, hunc fundum. Sic hr̄ expresse *d. l. 2.*

44 His præmissis dicendum est sic circa quæstionem propositam. Si promissio sit omni respectu diuidua, vt alicuius quātitatis dandæ, vel alicuius speciei determinatæ, vt certi calicis, certi serui nō tenetur qlibet hęs in solidū, nisi apud aliquē illorū sit illa species promissa, sed quilibet satisfacit dando quantitatis promissæ partē, pro rata hereditatis, in q̄ succedit, & si seruus ille, vel calix sit omnium, dādo partem, quam in illum habet. Ita habetur expresse, *l. 2. ff. de verb. oblig.* Et tenent ibi *Bart. Alb. Paul. quos refert, & sequitur Ant. Gomez 2. to. variarum. c. 10. n. 3. 4. 7.* Quod si apud aliquem sit titulo Hæreditario species illa promissa, tenetur ille eam integrē soluere, at habebit actionem contra alios hæredes, vt suam sibi partem soluant pro ratione suæ portionis hęditariæ. Vt habetur *ea l. 2.* & optime dixit *Sotus l. b. 6 de iustit. q. 1. art. 4. ad 3. vers. Reliqua iam.* Si vero res sit omni respectu indiuidua, tenetur quilibet hæres in solidum, alio nolenti. Vt habetur expresse *d. l. 2. & d. l. In executione.* Et tenet *citatis Bar. Alb. & Pauls, Anton. Gomez. eo. c. 10. n. 25.* Et ideo optime dixere *Syluester verbo Hæreditas 3. q. 11. Ang. verbo Heres, n. 8. & ibi Tabiena, nu. 6.* quemlibet hæredem in solidum implere promissionē defuncti de aliquo faciendo. Hoc autem intelligitur, quando ipsum factum promissum est. Nam si pecunia ordinata ad factū promissa sit, aut legata, vt si testator vouit vel legauit aliquam quantitatem pro Ecclesia ædificāda, & si *Imola, & Alex. Paul. Ang.* quos refert, & sequitur *Ant. Gomez. d. c. 10. nu. 25. vers. Tertio infero,* dicant eam obligationem esse indiuiduam omnino, instar ipsius facti, ac proinde obligationem transire ad quemlibet hæredem in solidum. Quod probat *l. Fideicommissa, §. Si in opere, ff. de leg. 3.* At oppositū est verius, & ita quilibet hæres tenebitur ad eam quantitatem pro rata. Quod sustinēt *Bart. Alb. Bald. Iacob. Aret. Ale. sibi contrarius, Socinus. Ias. Vincentius, quos refert ibi Ant. Gomez.* Et ad *l. Fideicommissa* respondent intelligi, quando ipsi hæredes sunt grauati facere aliquod opus, & in eo certam quantitatē expendere. Tandem quando obligatio est suapte natura diuidua, indiuidua autē effectu, seu liberatione, vt dandi calicis, vel serui in genere, vel disiunctiuē huius, vel illius, quilibet hæres tenetur pro parte, at non manet liber, sed suspenditur petitio, & actio, donec conueniātur alij cohæredes & si soluant, manet liber, secus nō. Habetur expresse *ea. l. a.* Et *citatis Bar. Alb. et Pau.* docet *Ant. Gomez eo. c. 10. n. 8. & 12.* Quare credo in foro cōscientiæ teneri tunc quēlibet hæredem in solidum, quando alij hæredes conueniri nequeunt defectu probationum, & si petitur iuramentum, negant, vel alia ratione falsa in iudicio conuenti se exemerunt.

45 Quod si non titulo hareditario, sed legati, res determinata Deo promissa, relicta alicui est, vt instituto hæredi, vel alij, videtur idem dicendum, quod de legato rei alienæ. De quo sic distinguitur, si testator legans nouit rem esse alienam, valet legatum, & tenetur hæres eam emere, & tradere legatario. Quod si dominus rei vēdere nolit, aut aucti n solo pretio, q̄ valeat, tenetur hęres dare æstimationem legatario. Quia cum scienter rē illam alienam legarit, non præsumitur voluntas legandi actus frustranei, sed animus, vt modo possibili ea res ad legatariū perueniat. Si vero ignorarit rē esse alienā, censetur legatū irritū, nisi legatarius sit psona testatori coniuncta, vt si sit vxor, aut propinquus. Tūc. n. p̄sumitur fore, vt testator sciens rē alienā esse, eā adhuc legasset, vel tantundē ex alijs suis bonis. Ad legatarium aūt spectat probare testatorē sciuisse rem esse alienam. Hęc expresse habentur *l. Cum rem alienam, C. de leg. §. Non solum, instit. de leg. & l. Regia 10. tit. 9. parte 6.* Et docent *Greg. Lopez. tota ea. l. 10. Conar. c. Filius noster, nu. 1. & 4.* de

de testament. Anton. Gomez. t. to. variarum cap. 1 1. n. 13. Menochius de præsumpt. lib. 4. tota præsumpt. 1 16. Molina tomo primo, de iustitia tota disput. 196. Qui optime dicit cum hæc innitantur præsumptioni, contrariū vim habere in vtroq; foro, si circumstantiæ contra ium sine dubio præsumere suadentes concurrant. At in dubio standum esse in vtroque foro hac iuris præsumptione. Nomine autem coniunctæ personæ intelligit *Antonius Gomez cum alijs, quos ibi refert*, coniunctos vsque ad decimum gradum. Sed melius *Glossa finalis dict. l. Cū alienam, & Molina dict. disp. 196.* prudentis arbitrio relinquendum spectatis alijs circūstantijs concurrentibus, vt coniiciat, quando si testator nosset rem alienam relinqueret tantumdem legatario, vel cogeret hæredem emere, aut æstimationem soluere. Porro legatarū esse valde amicum testatoris, aut legatū esse ad causas pias, coniecturæ sunt, vt credatur fore, vt esto testator ignoraret rē esse suam, tantūdem de alijs suis bonis legaret. Et ita tradunt multi, quos referunt, & sequuntur *Antonius Gomez, Molina, Menochius, n. 19 & 30. proxime allegati* Quāmuis multi alij id priuilegium causæ piç denegent. Prudentisque arbitrio ex circumstantijs occurrentibus iudicandum relinquitur, an testator sciuerit, an potius ignorarit rem esse alienam, Vt optime docet *Couar. cap. Filius, nu. 1 fine. Menoch. a præsumptione 116. nu 35.* Quando autem perpensis omnibus circumstantijs res æque dubia manet, præsumitur ignorantia, & proinde non valebit legatum. Cum textus *d. l. §. Non solum dicta l.* 10. onus probandæ scientiæ in legatarium reijciāt. Hoc ergo supposito difficultas est, an idem sit dicendum, quando testator legat rem determinatam, quam Deo promiserat. Et quidem, quando ignorāter, aut voti immemor legat, idem prorsus dicēdum existimo, quod de legato. Quia etsi res illa non sit aliena, est tamen Deo debita: nec præsumitur fore, vt ille sciēs legaret contra votum. Quando vero ratione coniunctionis, aut specialis amicitiæ, aut pietatis causa, coniectura sumeretur fore, vt testator conscius legaret tantūdem de suis bonis, valebit legatum, & tenebitur hæres ad eā emendam à persona in cuius fauorem votum fuit, etsi emere nequeat, tenetur ad æstimationem legatario. Si vero scienter res illa legata sit videtur res dubia an idē dicendum sit, quod in legato rei alienę scienter relicto. Videtur enim diuersa ratio. Quippe rei alienæ nō integrum est testatori transferre dominium ac proinde, ne frustra legare censeatur, videtur velle, vt hæres illam emat aut si nequeat, soluat æstimationē. At rei Deo promissæ potest dominium in legatarium transferre; idq; fecisse videtur cū scienter legauit, perinde ac si donasset. Et cum ex voti transgressione obligatio restituendi non consurgat, & solam rem illam determinatā testator Deo vouerit, non tenebitur hæres id votum implere, nec legatarius rem illam restituere. Verum existimo dicendum idem quod de legato rei alienæ scienter facto. Quia sicut, ne actus vanus sit, iure optimo ius præsumit intentionem legantis scienter rem alienam esse legandi in quantū posset, ita ad vitandam delicti trāsgressionis voluntariæ voti præsumptionem merito pręsumi debet mentem testatoris eandem fuisse, quę est in rei alienæ legato. Cum in quantū fieri potest, præsumptio delicti vitanda sit: & tanto cum rigore ex iura vetent, vt gratia illius vitandæ inducant præsumptionem iuris, & de iure animi inennidi matrimoniū copula sub secuta post sponsalia, c. *Is qui fidem, de sponsal. b.* In dubio autem scientiæ, seu memoriæ, aut ignorantiæ, seu obliuionis voti, dicendum est præsumi obliuionem. Sicut de rei alienæ legato proxime diximus.

46 Taudē si dubitet hæres, an testator mille, an sola quingenta vouerit, existimabit quispiam teneri hæredē ad id quod maius est, nempe, ad illa mille soluenda. Ducetur que, quia *c. p. Cum de leit. de donat. & regula, In testamentis ff. de reg. iuris*, dicitur in testamentis pleniorem interpretationem esse accipiendam. Et *Glossa ea regula, In testamentis initio & Abbas eo. cap. Cum dilecti, n. 4.* dicūt idem esse in legatis. At credo hæredem in eo dubio teneri ad id quod minus est. Ducor, quia vouens in eo dubio ad solū minus tenebatur. (Et probauimus c. 15. n. 17.) Non ergo in simili dubio hæredis, tenebitur ipse hæres ad amplius. Cū perinde sit, ac dubitare, an plus, an potius minus ipse debeat. Præterea, quia quicquid sit de larga legati interpretatione facienda, & dato ea admittatur, nō habet locum in nostro casu, in quo non agitur de legato aliquo adimplendo, sed de testatoris voto. Tandem, quia etsi testā sint plenius interpretanda eo quod de fauore publico agatur, ad quem spectat illa valere. Et ita interpretandi sunt textus allegati. At legata testō relicta sunt strictè interpretanda, vt ad minimum hæredem grauent. Vt aperte probat *l. nummis 75. de l. 3. & l. ap. d. n. iunum §. Seio, & l. si ita scriptum, in fi. ff. de l. 1.* Et ratio est, quia præsumitur testatorem velle grauare hæredem, quam minimum possibile est, *l. vnum ex familia, § si rem, ff. de leg. 2.* Et docent optime *Dec. d. regula in testamentis, n. 3. Menoch. de præsumpt. l. 4. præsumpt. 166. per totam*, & maxime à *nu. 17.* Et quamuis in legatis pijs dicant aliqui latiorem interpretationem esse sumendam. (Vt retulimus c. 13. nu. 5.) At ibi, nu. 8. contrarium probauimus. Si autem hæres certus est defunctum emisisse votum aliquod reale, & ex probabilibus coniecturis nequit conijcere id impletum, sed res manet anceps, tenetur illud implere. Quia debitum est certum, solutio autem dubia: & proinde pro debito est possessio. Item, quia in hoc dubio cōdemnaretur in foro externo, eo quod constat de debito, non antē de solutione. Ergo idem est in foro conscientiæ. Cum idem in vtroque foro seruandum sit, quando sententia fori externi non nititur præsumptione, quam cōstat falsam esse. (Vt probauimus l. 1. c. 10. n. 18.) Quando autem testator promisit duas res in æquales, & nescitur, cui ex duob. pretiosiorem promiserit: diximus c. 13. nu. 18. Et quid quando vnam determinatam ex plurib. & similiter ignorat hæres, quam diximus ibi, n. 19.

CAPVT XVI.

Ad quid obliget religionis votum.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sunt, n. 1.
An hoc sit votum religionis, & qualiter obliget. Voueo religionem, si Deus aliud non disposuerit, n. 2.
An in dubio, an conditio illa euenerit, obliget, n. 3.
An id votum sit verè conditionale, n. 4.
Quid de voto ingrediendi religionem, seruādæ castitatis, non ludendi, & similibus, sub hac conditione, si possum, n. 5.
Quid de hoc voto ingrediar hanc religionem, si quam ingrediar? Remissiue n. 6.
Quid de hoc nullus erit mihi obstaculo, quominus religionem ingrediar, vel aliquid aliud faciam, n. 7.
Quid de hoc, promitto fore, vt velim religionem ingredi, vel aliquid aliud faciam, vel fore, vt nolim extra religionem viuere, vel vt aliquid aliud omittam, n. 8.
Quid de hoc, promitto me moriturum in religione, & quando hoc votum obliget, vel si quis voueat se ante mortem ingressurum religionem, n. 9.
Quid de voto vitæ eremiticæ, n. 10.

1 QVæstio hæc est grauissima, & valde necessaria; sexq; quæstiones disputandas petit. Prima est. Quando censeatur votum religionis? Secunda, an illi satisfiat ingrediendo quancumque religionem? Tertia, ad quam diligentiam obligetur vouens, & quando non admissus liberetur voti ingrediēdi obligatione? Quarta, ad q̄ perseuerantiam in religione obligetur; & quando post ingressum exiens, aut expulsus, maneat liberā à voto ingressus? Quinta, an post debitam diligentiam non admissus ita voto liberetur, vt ad nil prorsus teneatur, sed possit ad nuptias transire? Sexta, an cōtra votū religionis iniens matrimonium, teneatur ad aliqd.

QVÆ-

2 Quæstio I. Quando censeatur religionis votum? De aliquibus votis controuerti pôt, an re vera sint vota religionis, & qualiter ad illius ingressum obligant. Primum est, promitto religionē, nisi Deus aliud de me disposuerit. Et idem est de quocūque alio voto sub simili cōditione emisso. De quo voto agūt *Cordubasum.q.49. & Manuel.2.to.sum.c.95.n.9.* Et dicunt, qñ de speciali vouentis intētione non constat, duplicē esse sensum ex vi verborū. Prior est, voueo religionem, nisi Deus ratione morbi, aut alicuius alterius obstaculi ingressum impedierit. Et in hoc sensu dicunt obligare votū ad religionē, nō existēte eo impedimento. Posterior est, nisi Deus aliud, qd spirituali vouentis saluti expedientius sit, dispensauerit. Et tunc dicunt teneri vouentē prudentes probosque viros consulere, qui iudicent attenta inclinatione, alijsque peculiaribus circūstātijs, expediat ne magis ei religionis ingressus, & si iudicēt magis expedire, teneri voto. Quod si oppositum iudicent, dicūt eum liberum esse à voto. In dubio vero vtrum illorum magis expediat, dicunt melius esse cōmutationem, aut dispensationē impetrare. Hęc illi. Quibus addo cessare huius voti obligationē ex quauis harū causarū deficiēti nempe, aut qa adest impedimentum; aut qa iudicatur aliud magis expediens saluti vouentis. Quia cum vtrumq; sensum ea verba admittāt, nec sit potior ratio de vno, q̃ de alio, dum iuxta vtrunque conditionalem sensum non stat voti obligatio, præsumendū est potius in fauorē libertatis vouēus, vtpote quæ possidet: Hoc autem impedimentum non intelligo tale, quale etiam ea conditione nō apposita deobligaret prorsus à voto. Tunc enim frustra ea conditio apponeretur. Nec etiā intelligo impedimentū quoduis temporale, id.n. non solet religionis ingressum impedire. Sed medio modo acciperem, nempe, quando impedimentum est tale, vt quamuis ea conditione seclusa non excusaret, at commodum religionis ingressum dirt impediret, & prudentis iudicio ratio nabile iudicatur. At quod conferūt dicenda n.5. de conditione, si possum. Quia vtraque conditio videtur similis suo modo.

3 Cum vero dubitatur, an sit tale impedimentū, vel an sit peculiari vouentis saluti expedientius non ingredi videtur id votū obligare. Quia à communiter accidentibus deduci optime pôt præsumptio maioris conuenientiæ voti religionis, & similiter cum existere impedimentum sit quid facti, nec facta præsumantur, dicenti se impeditum esse, videtur incumbere probandi impedimen ti onus. Quare etsi non sit præsumptio pro voti conditionalis obligatione, donec conditio impleta sit, at cum talis est cōditio, vt præsumatur potius impleta, videtur stare possessio in hoc dubio pro voti obligatione. Ex alia parte videtur id votum non obligare in eo dubio. Quia nulla est possessio pro voto condinonali, nisi impleta conditione, cum antea constet id non obligare, & petenti obligationem, quasi cōditio impleta sit, incumbit onus probandi eam impletam, siue conditio sit affirmatiua, siue negatiua, *l. Eū qui nouissimus, ff. ad Tabell.* & docent *Socinus Iunior consf.67. à num 1. Mantica de coniect. vltima voluntatis lib.11. ti.16.nu.5.* Insuper, quia etsi regulariter expediētius in se sit saluti vouentis ingredi religionem, & proinde videtur stare possessio pro hac parte, at cōditio non fuit, si fuerit in se expedientius, sed si fuerit vouenti attentis particularibus circumstantijs, hic & nunc expedientius. Et cū sint circumstantiæ reddentes rem ancipitem, an sit expedientius, & proinde, an sit impleta conditio, non videtur præsumi impleta ad inducendam voti obligationem pendentem ex eius conditionis euentu. Nec obstat impedimentū esse, quid facti, & proinde non præsumi, quia fateor id non præsumi: & ita obligatio absolute ad aliquid faciendum, & quo se exoneret, allegāti impedimentum, incumbere eius probandi onus. At id prouenit ex eo, quod de obligatione cōstat, & excusatio est dubia, & ita ea probāda est à se eximenti, vtpo te quæ fundamentū suę intentionis est. At cū obligatio fuit sub conditione, nisi impedimentum fuerit, nulla est possessio pro voti obligatione, nisi pbetur id impedimentū non esse Quare non est fundamentum intētionis se excusantis ab obligatione id impedimentum esse, vt vel sic id clare ostēdere debeat. Quia ipse excusatus est, dum non constat conditionem esse impletam; sed potius est fundamentum intētionis petentis votū obligare, eius.n. obligatio a conditionis implemento pendet. Tandem, quia petenti in foro externo eā obligationem impleri, incumberet probare non esse impedimentū. & dum res maneret dubia, succumberet vtrique. Ergo idem in foro cōscientiæ dicendum est in simili dubio. Iuxta regulam traditam l.1.c.10.nu.18. Et hæc pars videtur mihi probabilior. Quā satis innuunt *Cordubia, & Manuel allegati n.2.* dum dicunt in dubio, quod sit expedientius, esse melius petere commutationem, aut dispensationem voti; quasi sentientes id tantum esse consilium. Quod si petas, quādo hę conditiones negatiuæ censeantur impletæ, dicemus infra, vbi de voto conditionali tractauerimus.

4 Ex his deducitur, prædictum votum esse vere cōditionale. Quia etsi in omni voto intelligatur cōditio, nisi aduenerit impedimētum omnino excusans à voti obligatione, vel nisi cōtrariū gratius fuerit Deo, & sic cōditio ea expresa videatur tacite inesse, vt vel sic actū cōditionalē nō reddat. At quia non exprimitur eo modo, quo tacite inest, reddit actum conditionalē. Tacite .n. inest, dummodo non superueniat impedimentum omnino excusās à voti obligatione; & in uoto religionis, dūmodo contrarium nō sit gratius à Deo absolute, cōsideratis omnibus circūstantijs in ordine ad bonum cōe. Nā etsi contrarium sit melius huic speciali vouēti, id votum adhuc obliat. (Vt probaui cap.8.n.10.) At in hoc voto sufficit impedimentum, quod seclusa ea conditione non omnino excusaret. (Vt diximus n.2.) Et vt peculiaris vnuentis saluti sit expedientius non ingredi.

5 Secundū votum est. Promitto me ingressurum religionem, fore castum, daturum eleemosynā, &c. si possum. Quod votum est condiuonale illarū rerū. Et quidem qñ vouens nesciit suā explicare intentionem sensus illius cōditionis ex ui verborum est deducendus ex coniecturis. Vt si diues promittat eleemosynam sub ea conditione, cum re vera possit alias facile dare, sensus est. Si possum vincere meū affectum erga diuitias, ita vt sine magna mei affectus difficultate possim. (Vt optime ait *Suarez.4.to.in 3.p.q.85.ar.1.disp.3.sectio.3.n.5.*) Similiter in carnis illecebris ualde uexato, nel ualde affecto ad matrimoniū, ludū, uel aliquod nitiū, intelligitur ea condino. Si mediocri adhibita diligentia, & absque magna difficultate potuero prauam illam animi propensionem superare. Quare tunc cōtrauenietur illi voto, qñ facile vouens succubuerit tentationi; non autem illius reus censendus erit, qñ mediocrem adhibuerit diligentiam ad tentationem superandā, & tandem præ fragilitate victus fuerit. Et tandem in omnibus alijs euentibus, vbi non constat de speciali vouētis intentione, quæ ante omnia est semper spectanda, cōditio illa, si possum, nō intelligitur de potentia physica, nec absoluta morali. Quippe hāc omnes se habere norunt, nec frustra apponere illam conditionē præsumuntur; sed ad includendam solam potentiam commode, & sine magna difficultate implendi.

6 Tertium votū est. Promitto me ingressurum hāc religionē, si q̃ intrauero. De quo late diximus c 8. à nu.44.

7 Quartum votum est. Voueo nullam personam fore mihi obstaculo, quominus religionem ingrediar, vel aliquid aliud faciā. Vulgo, *que nadie ha de ser parte para que no entre en religion, o para que no haga esto.* Quod qñ nō cōstat de speciali vouētis intētione, minime est votū religionis, aut illius rei faciēdæ. Quia sēsus est, nō id omittam precibus alicuius ductus. Quare spōtanea volūtate posset ille omittere. Nec etiā reus esset voti, si

importunè rogatus omittat, nō ob illas preces; sed qa alias mutauit voluntatem, vel ob a'iā rationem. Quamuis autem ex mera voluntate possit id omittere, validū est votum. Nā obsequio Dei non parum deseruit, non posse à cōcepto bono proposito desistere ob importunas cuiuslibet preces; promptiorque ad exequendū redditur, qui eam difficultatem non raro executioni boni operis obstātem superauit. At si esset huiusmodi votū, voueo nil fore impedimento, censetur votū religionis vel illius rei bonę exequendæ. Quia tūc ex vi verborū sensus est, nullā rem fore sufficientem ad retrahendū me ab eo religionis ingressu, vel alio bono ꝓmisso. Et cum omne obstaculum excludatur, est absolutū illius rei votū. Ex coniecturis quoq; posset colligi vter horū fuerit sensus. Si .n. quis sollicitatus ab aliquo, ne id faciat, quasi iratus id voueat, est apertū indicium, ea verba in priori sensu prolata esse. Si vero quia se fragilem sentit, & proponuntur variç sibi difficultates, id vouet, ne illis vincatur, signum est posterioris sensus. At qñ hincinde sunt coniecturæ rem ancipitem reddentes, iudicandum est iuxta verborum rigorem modo dicto. Quod sic, nec verborū, nec intentionis meminerit, nec ex coniecturis elici possit vter eorum sensus fuerit, & vtra eorū verborum forma fuerit, est perinde ac dubitare, an promiserit qđ maius est: nempe, absolute religionem, idve bonum; an potius, quod minus est, nempe, nullā personam fore obstaculo. In quo dubio iudicandum esse in fauorem vouentis, vt id quod minus est, promiserit, diximus c. 13. n. 17.

8 Quintum votum est, votum volendi ingressum religionis, aut aliquod aliud bonum. Et id non est votum religionis, nec illius boni. Quia aliud est, aliquid facere, & aliud, velle facere. Vt tradit *Glossa cōmuniter recepta, l. In vendendis C. de contrah. empt.* At in hic nō promisit ingredi, aut id facere. sed tantum se aliquando in animo habiturum religionem ingredi, aut id bonum opus facere. Et cum ea voluntas bona sit, quæ obiectū illius voti est, obligabit votum ad habendam aliquando eam bonam voluntatem. Ita docent *Nau. lib. 3. cōs. tit. De voto in 1. editione, toto cons. 10. in 2. vero cōs. 6. Azor lib. 1. inst. mor. c. 22. q. 11.* Quare satisfiet ei voto habita semel ea firma uoluntate; nec obstabat matrimonio ineundo, quia cum eo initio non sit impossibilis religionis ingressus, sed possit esse de licētia alterius coniugis, aut diuortio perpetuo celebrato, pōt adhuc matrimonio inito haberi ea voluntas, & sic uoto satisfieri. Si uero uotum sit nolēdi in seculo uiuere, aut nolendi rem aliquā omittere, adhuc non est uotum religionis, uel rei illius faciendæ. (Vt bene docent *Nau. & Azor ibid.*) Quia tantū est uotum non eliciendi huius actus uoluntatis, uolo in seculo uiuere, uolo hoc bonū omittere. Quare hic satisfaciet uoto habendo se negatiue, nec eliciēdo actū uolēdi uiuere in seculo, nec cōtrariū. Et ideo poterit inire matrimoniū. Quia eo initio obligatur ad manendum in seculo cum uxore: at non obligatur ad eliciendū hunc actum; uolo in seculo manere: & tantum ꝓmisit fore, ut non eliceret hūc actū. At inito matrimonio potest eum actum suspendere.

9 Sextum uotum est, moriendi in religione. Et hoc plane est religionis uotum. Non. n. pōt quispiā in religione mori, nisi illā ingrediatur. Et ita docent *Nau. lib. 3. cons. tit. de voto, in 1. editione cons. 20. n. 2. in 2. cons. 7 nu. 3. Man. 2. to sum. c. 95. n. 2. Azor n. praeced. alleg.* Imo bene ait *Nau.* ibi esse uotum perseuerandi in religione & in ea profitendi. Quia aliter nequit ille in ea mori. At dubium esse potest, qñ obliget hoc uotum, seclusa peculiari uouentis intentione. Vr̃. n. obligare eo tpe, quo obligaret uotum absolute emissū ingressus religionis. Quod id uotum sit ingressus, addatq; perseuerantiam. Sed ex altera parte urget, quod etsi id uotum includat utrūq;, at non claudit ingressum absolutum, sed ante mortē. Et ita non vr̃ hic virtute horum verborum, totum vitæ suæ curriculū in religione conficiendū Deo consecrasse, vt cōsecrant uouentes absolute religionē. Sed perinde est, ubi non cōstat de alia uouentis intentione, ac promittere ingressum ante mortē, & perseuerantiam usque ad illam. At qui sic promitteret, non ita statim vr̃ arctari ad ingressum, ac ꝓmittens absolute. Quia etsi ea cōditio tacite uideatur inesse, & proinde nil operari; at non vr̃ exprimi eo modo, quo inest, ne inepte exprimatur, sed cēsetur apposita in dubio, & qñ coniecturæ occurrētes aliud no suadēt, ad nō arctādū se ad ingrediendū intra tam breue tempus, ac votum ea conditione non expressa obligaret. Et ideo existimo hanc partē veriorē, & id votum obligare ad ingrediēdū intra tps, in quo sit possibilis ingressus, & religioni vtilis, ac ille vires hēat ad religionis onera sustinenda.

10 Vltimum est votū vitæ eremincæ, & solitariç. Quod constat non esse votū religionis. Sed de eius obligatione pōt esse difficultas. Et vr̃ id votū nō obligare. Quia vouentes ignorant inuincibiliter ad eā vitæ rōnē vtiliter ineundā opus esse diu, ac multū profecisse in religiosorum cętu. Et ideo res ignorata est magni momēti; eò vel maxime, qđ fiat sine totis viribus vacandi diuino obsequio. Secūdo, quia à sæculari uita immediate ad ereminicam, seu solitariam transire absq; speciali instinctu, est res periculosissima. Vt bn̄ probant *D. T. 2. 2. q. 185. ar. 8. ex D. Greg. & D. Hiero. & D. Ant. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 4.* Et confert ualde tota collatio. Abbatis Ioannis, quæ est 19. apud Cassianum. Et sic non est apta uoti materia. Quare tm̄ vr̃ id uotum obligare, si emittatur à persona ita in orationis studio prouecta, & rerum spiritualium, ut prudenter iudicetur eam uitam utilem ei futuram. At in cōtrarium urget, quod id uotum includat in se obligationem abstinendi in perpetuum à matrimonio, & manendi in statu cœlibū; etsi non sit uotum castitatis. Nec .n. fornicando contrauenireturilli uoto. Sicut uotum religionis includit uotū abstinendi à matrimonio, etsi non sit uotum castitatis. Quippe matrimonium utriqoe statui aduersatur. At uutum abstinendi à matrimonio ualidum est, quamuis uouenti esset melius nubere ob frequentes carnis lapsus. Quia ad eius ualorē satis est rem in se esse meliorem. (Vt probauimus c. 3. n. 10. Nec necessarium est ad uoti ualorem, nosse quanam perfectionem status ille utiliter assumendus exigat. Et ideo hæc pars magis mihi placet. At fateor facile cōcedendam esse dispensationem ob rationes dictas, quādo uouenti non esset salubrior ille status.

SVMMARIVM.

An equites D. Iacobi Alcantara, & Calatrana sint verè religiosi, satisfiatq; voto religionis, assumendo horum habitum, nn. 11.

An satisfiat assumpto habitu equitum D. Io. aut clericorum ordinum militarium, aut canonicorum regularium, n. 12.

Quid assumendo habitum religionis, non reformata, n. 13.

An votum ingressus religionis non reformata valeat, et liceat illam ingredi, n. 14.

An votum illam non ingrediendi valeat, nu. 15.

An vouens ingredi strictiorem religionem, peccet ingrediens laxiorem, & profitens maneat liber, etsi prius votum fuerit perseuerandi, nn. 16.

An c. pen. de reg. in 6. decidens peccare vouentem ingressum strictioris, ingrediendo laxiorem, intelligatur de solo eo, qui in strictiori perseuerare promiserat, nu. 17.

An votum strictioris possit commutari in perseuerantiam in laxiori, vel disiunctiue in laxioris ingressum cum perseuerantia, aut ingressum strictioris, idque liceat absque commutandi animo nu. 18.

An liceat commutare in eam perseuerantiam, nullo perseuerandi voto in laxiori emisso, liceatque tunc propria authoritate redire ad prius votū ingressus in strictiorem, & quid si commutatio sit in votum perseuerantię in laxiori, n. 19.

An licet vouenti strictiorem, ingredi laxiorem, non commutando in perseuerantiam in ea, nec emisso perseuerandi voto, num. 20.

An

An hic ingrediens laxiorem sit in mortali, donec profiteatur, nu. 21. Et ibi, quid si votum sit ingrediendi Carthusiam, si quam ingrediar.

An vouens religionem strictiorem, liberetur voto, professione emissa equitum D. Ioannis, possitque in eam professionem commutare votum, nu. 21. Et ibi, quid de religione non reformata.

An votum religionis possit commutari in perpetuam castitatem, num. 23.

An vouens monasterium magis reformatum ingredi, possit ad illud transire, nu. 24.

An vouens strictiorem religionem, possit ingredi laxiorem habentem priuilegium recipiendi tales vouentes, numero 25.

An vouens ingredi aliquam religionem, possit propria authoritate aliam aequè arctam ingredi, nu. 26.

Post num. 26. inuenies alia summaria.

11 Quæstio secunda An voto religionis satisfiat, quamcumq, religionem ingrediendo? Et quidem credo non satisfieri assumpto habitu equitum D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, quos vulgò, *Comendadores* vocãt. Primò, quia valde cõtrouersum est, an ij veri religiosi sint, eo quod non absolutam, sed coniugalem castitatẽ voueant, nec absolutam obedientiam, & paupertatem. Et ideo hoc sustinent *Sotus li. 7. de iust. q. 5. ar. 3. ad 3. Sarmiento de redditibus 4. p. c. 1. num. 13. & 1. p. defensionum, monito 55. nu. 1. & 5. & monito 56. nu. 1. & 4. & monito 57. Alcozer de ludo cap. 39. Gutier. lib. 2. pract. q. 111. num. 2. Lassarte de decima venditionis c. 19. n. 92. Gironda de gabellis, p. 7. num. 46 Aragon 2. 2. q. 88. art. 11. ad vlt. primæ opinionis, Molina to. 1. de iustit. dispu. 141. col. 3. vers. Est vero rigida, & to 3. disp. 623. nu. 5. Azeuedo lib. 3. recopil. tit. 5. l. 14. nu. 3. & multi alij, quos hi referunt. Azor lib. 13. instit. moral. c. 3. q. 2. Manuel 2. to. sum. c. 95. nu. 8.* Secundò, quia q̃uis verius credam hos esse veros religiosos, vtpote qui voueant castitatem, paupertatem, & obedientia, sub regula à sede Apostolica approbata, & q̃uis hęc vota non sint de tam absolutis his rebus, ac in alijs religionibus promittuntur, at ipsa sedes Apostolica, cuius est religionum instituta confirmare, dispensauit, ne ita strictè emitterentur. Et ideo hos esse verè, & propriè religiosos, sustinent *Nau. lib. de redditibus q. 1. nu. 95. & q. 3. nu. 29. & 30. & in apologia, monito 53. & lib. 3. cons. tit. de regular. in 1. edit. toto cons. 23. in 2 toto cons. 10. Fortunius Garcia in quodam cons. pro militia S. Iacobi 2. p. vers. Præterea. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. nu. 18. Medina de sacrorum hominum continentia, lib. 4. controuers. 7. c. 39. Auendano c. Prætorum, lib. 2. c. 26. n. 11. Velinga in Speculo principum c. 1. rubr. 7. nu. 76. Bouadilla in sua politica, lib. 2. c. 19. nu. 11. Manuel quæstionum regular. to. 1. q. 1. art. 8.* Et hanc partem latissimè probant, & in eam magis inclinant, etsi indecisam relinquant *Greg. Lop. lib. 1. gl. vlt. tit. 7. p. 1. Minchaca de controuersiis illustrib. lib. 3. c. 105. à n. 48 & de successionum creatione, lib. 3. §. 30. à n. 303.* Et tandem hanc partẽ optime, & latissime defendit soluẽs contraria, & plurimorum Theologorum magni nominis ex omnibus religionibus subscriptiones afferens, *Mota de confirmatione ordinis militiæ, li. 2. toto c. 1. & 2.* Quamuis ergo eos veros religiosos esse censeam, adhuc dicendum est, non satisfieri prædicto voto ingrediendo hanc religionem. Quia communiter religionem promittens intendunt statum viuentium in communi, & alienum à tumultu, fastu, ac curis secularibus.

12 Qua ratione non approbo, quod docent *Arag. n. præced. allegatus, & Azor lib. 12. institu. moral. cap. 4. q. 4. & Manuel Rodriquez in 2. to. sum. c. 95. nu. 8.* nempe, satisfieri voto religionis, assumpto habitu equitum D. Ioãnis. Ducuntur, quod hi absque controuersia veri religiosi sint, vtpote qui solemne castitatis votum sufficiẽs ad dirimendum matrimonium ratum emittunt. (Vt defendimus li. 2. de matr. disp. 18. nu. 8.) Sed dicendũ est non satisfieri, propter rationem nu. præced. adductã. Et ita tuentur *Corduba summa q. 148.* Qui bene addit satisfieri ingrediendo religionem clericorum ordinum militarium in communi viuentium. Quia veram vitam regularem in cœnobijs instar aliorum religiosorum ducunt. Atq; idem dicendum est de ingressu in religionẽ canonicorum regularium. Quia eodem modo in communi viuunt, suntq; veri religiosi.

13 Nec satisfieret ingressu religionis planè collapsæ quo ad substantialia, & in qua cõmuniter malè viuunt eius professores, nisi spes proximæ reformationis sit. Secus si professores obseruent pertinentia ad religionis substantiam, quãuis à pristino feruore, & perfecta regulæ obseruantia defecerint. Quia in priori casu non meretur illa religionis nomen, nec est cõsilium illam ingredi, ob magnum ex impiorum sociorum familiaritate peruersionis periculum. At in posteriori consilium est, & ea vita seculari præfertur. Ita docent *Maior in 4. d. 38. q. 20. col. penult. in solutione ad 4. contra primam conclusionem. Nau. summa c. 12. n. 46. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 4. q. 3. vers. Ratio est, & vers. Quarto circumstantia. Manuel 2. to. sum. c. 95. n. 3.* Quod etiam colligitur clarè ex authoribus nu. seq. citandis.

14 Ex quo deducitur, votum ingrediendi certam religionem, si ea quo ad substantialia sit collapsa, nec spes proximæ reformationis sit, minimè obligare, secus si substantialia seruentur, quamuis nõ ita districte, vt regularis obseruantia petit. Quia in priori casu materia eius voti est illicita ob peruersionis periculum, in posteriori autem est licita. Ita docent *Caiet. to. 1. opusculorũ, tractatu vlt. septendecim responsionum, responsione 7. in fine, & 2. 2. q. 88. art. 3. col. 3. §. In eadem responsione dubium occurrit, vers. Sed quid si talis maior. & Nau. n. præcedenti allegati, Ouandus 4. addit. ad d. 38. post 7. propositionem. Petrus de Ledesma 2. to. sum. tractatu 10. c. 3. dubio 7. casu 3. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. cap. 44. col. 4. vers. Monasterium non reformatum, Manuel relatus nu. præced.* Quare immerito *Emanuel Sà summa, verbo Votum, in princ. nu. 11.* ait se non audere hoc affirmare. Immo illicitũ est monasteriũ illud ita collapsum, nec proxime reformandum ingredi quãuis id ab Ecclesia tolleretur. Quod probat ratio allata periculi peruersionis. Et docent *Maior. Nau. Valent. num. præced. allegati. Ludouicus Lop. proximè relatus.* Et ideo bene *Nau. eo. c. 12. num. 51.* dicit peccare mortaliter parentes, qui filias educandas monasterijs ita collapsis tradunt.

15 Secundo deducitur, qualiter verum sit, quod tradit *Nau. sum. c. 12. n. 36.* nempe, peccare mortaliter, qui vouit non ingredi monasterium collapsum si cõtra votũ illud ingrediatur. Intelligendus enim est iuxta dicta duplici n. præced. si collapsum sit, quo ad substantialia, nec spes sit fore, vt proxime reformetur.

16 Tandem dubitatur, an voto ingressus in arctiorem religionem satisfiat ingressu laxioris? Certum est hunc peccare ingrediendo laxiorem. Quia minus præstat q̃ promiserit, at vbi in laxiori prõfessus, est manet omnino liber à voto strictioris. Vtrumque expresse definitur *c. penultimo, de regular. in 6.* Et tradunt omnes. Atq; erit mortale ingressus ille in laxiorem. Vt bene docẽt *Nau. summa c. 12. n. 48. Palacios 4. d. 38. disp. 1. post 4. conclusionem, fol. 829. col. 1. versic. Quam ob rem clare.* Quod colligitur ex eo textu. Cum pro non impleto voto pœnitentiam iniungendam decidat. At nõ implere votum in materia graui, qualis est hęc, est mortale. Redditur autem ratio in eodem textu, cur professione emissa in laxiori religione, cesset votum simplex strictioris. Quia per votum solemne maius censetur derogatum priori voto simplici. Quæ ratio difficultatem habet, eo quod hæc vota non sint contraria, nec repugnent. Nam professio in laxiori obligat ad non descendendũ ad inferiorem religionem, nõ tamẽ obligat ad non transeundum ad strictiorem. Si ergo nõ repugnant, nõ cessabit id votũ hac professione emissa. Sed respondet optimè *Caietan. 2. 2. q. vlt. artic. 8. circa solutionem ad 3.* hæc duo

vota repugnare quidem. Quia per professionem in laxiori tradit se profitens religioni, ita vt hæc in ipsũ ius acquirat, dum vixerit. At tradi alteri in perpetuũ cum obligatione id non implendi, sed transeũdi ad strictiorem religionem, repugnat; quãuis non repugnet libertas in illam transeundi, propter conditionem tacite in professione clausam, nisi placuerit altior status. Quæ ratio cũ æque procedat in voto ingressus in religionem strictiorem; ac in voto perseuerandi in illa dicendũ est vtrumq; votũ extingui professione in laxiori religione, ac proinde in neutro casu teneri hunc professum transire ad strictiorem. Et ita docent *Palud. 4. d. 38. q. 3. art. 1. num. 11. & q. 4. art. 3. nu. 32. D. Ant. 2. p. t. 11. c. 2. §. 8. Palacios proxime allegatus.*

17 Sed difficultas non modica est, an id c. penultimum, quo ad eam partem, qua tradit vouentem ingredi strictiorem religionem, esse voti transgressorem, profitendo in laxiori, intelligatur de quocumq. ingressus in strictiorẽ voto, an de solo perseuerandi in ea. Nam textus absolutè loquitur, de voto ingressus, nec voti perseuerãtiæ meminit. Et eodem modo loquuntur communiter Doctores. Et expresse de vtroq; textum intelligi docet *Palacios num. præced. allegatus.* At contrarium iure optimo docent *Palud. 4. d. 38. q. 3. art. 1. num. 12. & q. 4. art. 3. nu. 32. D. Antonin. 2. p. t. 11. ca. 2. §. 8.* dicentes textum intelligi de eo, qui vouit perseuerare in strictiori religione. Quippe is semper peccat profitendo in laxiori, etiamsi cũ voto in ea profitẽdi ingrediatur. Quia cum in strictiori quoq; teneretur profiteri non implet totum quod promisit, sed in minus commutat. At quando nullum est votum profitendi in strictiori, sed tantum ingrediẽdi, licebit quandoq; in laxiori profiteri. Vt ita tim declarabimus; & præcipue nu. 20.

18 Hinc deducitur primo, vouentem ingredi strictiorẽ religionẽ minimè delinquere, si id votũ commutet in votũ profitendi in laxiori, & sic laxiorem ingrediatur. Ratio est, quia rõne prioris voti non tenebatur perseuerare, sed si experta religio strictior ei displiceret, posset egredi. At ratione posterioris teneretur perseuerare in laxiori. Plus autem est teneri in hac perseuerare, quam illam ingredi ad experiendum, cum libertate non permanendi. Atq; ita docent *Palud. vtroq; loco, & D. Ant. nu. præced. allegati. Sylu. in sum. verbo Votum 4. q. 7. dicto 3.* Et quamuis hoc non explicent, non existimo necessarium esse animum cõmutandi prioris voti in hoc posterius, vt huius voti emissio licita sit. Nam cum hoc votum posterius sit melius, non poterit prius votum illi emittendo obstare. Sicut qui promisit perpetuo inseruire xenodochio, vt licitè religionẽ ingrediatur, non eget voluntate prioris voti commutandi in ingressum, eo q illud non obligat, quatenus huic meliori impedimẽto est. Atque Doctores prædicti dicentes licite emitti hoc posterius votum tanquam de re meliori nullius voluntatis cõmutandæ mentionẽ faciunt. Atque idem prorsus existimo de voto disiunctiuo, vel perseuerãdi in laxiori, vel ingrediendi strictiorem. Põt enim votum ingrediendi strictiorem commutari in hoc disiũctiuum. Cum hoc sit euidenter melius, eo quod continet quicquid bonitatis est in priori, & addit obligationem ad partem alteram meliorẽ saltem sub disiunctione. Quare etiam absque vllo commutandi animo potest posterius hoc votum emitti; ob rationem traditam.

19 Imò nullo voto perseuerãdi in religione laxiori opus est, sed satis erit voluntas commutandi prioris voti ingressus strictioris religionis in perseuerantiam in laxiori, aut sub disiunctiue in hanc perseuerantiam, vel ingressum strictioris. Quia eo ipso quod hæc cõmutatio fit, transit vinculum voti illius ingressus in perseuerantiã in laxiori. Atq; ita perinde est, ac de hac emittere votum. Et multo vtilius est libertati vouentis, sic commutare non emittendo nouum perseuerantiæ votum in hac laxiori. Quia hoc nouo voto emisso, cum id sit nouum omnino vinculum à priori distinctum, & melioris boni, non poterit hic postea redire ad prius votum quod minoris boni erat, nisi eligat quoque perseuerantia in strictiori, aut velit illam ingredi animo probãdi, vt si placuerit, profiteatur, sin minus, redeat ad posterioris voti perseuerantiæ in laxiori obligationem. At si absq; nouo voto fiat commutatio in eam perseuerantiam in laxiori, poterit propria authoritate redire ad prius votum ingressus in strictiorem. (Vt probauimus lib. 8. de matr. disput. 9. nu. 21.) Et sic satisfaciet ingrediẽdo strictiorem animo probandi, etsi non placuerit, manebit omnino à voti obligatione liber, quamuis egrediatur. Atq; adhuc tutius remedium erit commutare disiunctiuè in perseuerantiam in laxiori, vel ingressum in strictiorem; vel in disiunctiuum vtriusque votum. Quia non cõstat sed sub opinione est, an liceat cõmutatione facta, redire propria authoritate ad prius votum. At constat in hac commutatione disiũctiua licere quamuis ex illis partem eligere. Et licebit etiam non eligẽdo perfectè, & omnino perseuerantiam in laxiori, ingredi illam ad experiendum; an expediat eligere perseuerantiã in illa, vt si nolit in ea permanere, eligat alteram disiunctionis partem, nempe, ingredi ad experiendam in strictiorem, cum libertate exeũdi, si nõ placuerit, ita vt exeundo maneat prorsus à voti nexu liber. Vt diximus c. 13. num. 20. Quod intellige cum limitationibus, quas trademus nu. sequenti.

20 Quinimmo absq; vllo voto perseuerantiæ, vel absq; commutatione prioris voti ingressus in strictiorem, in perseuerantiam, in laxiori, licebit huic, qui strictiorem vouerat, ingredi laxiorem, cum proposito, aut perseuerandi in laxiori aut si perseuerare non elegerit, animo ingrediendi strictiorem, prout promiserat. Quod fere apertè docere videntur *Paludan. vtroque loco & D. Anton. nu. 17. allegati.* Et rõ est, quia nulla priori voto irrogatur iniuria, cum illo nõ obstanti liceat huic profiteri in religione laxiori, vtpote quod melius est quam ingredi strictiorem cum libertate exeundi. Quare cum hoc sit melius, non potest huic obstare votum ingrediendi strictiorem. Quod si perseuerare nolit, manet in sua vi votum prius ingrediẽdi strictiorem. Nec obstat *c. penultimum, de regul. &c.* decidens peccare hunc profitendo in laxiori. Quia (vt diximus num. 17.) debet intelligi ille textus de eo, qui vouerat perseuerantiam in strictiore religione. Nã alias cogeremus dicere id votũ impedire pfessionẽ in laxiori fieri quæ maius bonum est. Hoc tñ duplici limitatione intelligendum est. Prior est, nisi religio illa strictior statutũ haberet non admittendi eos, qui in aliam religionem ingressi essent. Tunc .n. non liceret ingredi illam laxiorem absq; obligationem perseuerandi in illa. Quia absque hac obligatione non solueretur melius; & assumitur status, quo hic vouens redditur impotens ad ingrediendum strictiorem, quam vouerat, si in laxiori non profiteatur. Posterior limitatio est, nisi adesset tempus, vel accessurum esset tempore nouitiatus, quo obligabat sub mortali votum ingressus in strictiorem. Tunc enim cum præcise obliget votum illud strictiorem religionem ingrediendi, nec legitime commutari valeat in ingressum in laxiorem absque perseuerandi obligatione, erit peccatum mortale transgressionis illius non ingredi tunc strictiorem, vel commutare in perseuerantiam in laxiori, & sic ad illam obligare. At si nondum aduenisset id obligationis tempus, sed tempore nouitiatus explendum esset; posset adhuc ingredi laxiorem cum proposito accedenti obligationis tempore, commutandi in perseuerantiã in ea laxiori, vel transeundi ad eam strictiorem, & interim experiendi, quid sibi plus expediat; dummodo id deliberet tempore sufficiẽti ad diligentiã procurandi ingressus in strictiorem, antequam impleatur tempus præfixæ obligationis. Quia (vt dicemus n. 33.) votũ religionis ad hoc obligat. An vero postea profitendo peccet dicemus nu. sequenti.

21 Secũdo deducitur, qualiter intelligendũ sit, quod docent

aliqui, nempe, qui emisso strictioris religionis voto, ingressus est laxiorē, teneri ante professionem ingredi strictiorem. Quod adhuc manet vinculum prioris voti nondum per professionē dissoluti. Ita docent *Archidiaconus c. penul. ad fi. de regul. in 6. & ibi Ioan. eand. num. 1. Dominicus n. 5. Francus n. 1. Nau. sum. c. 12. n. 48. l. 3. cōs. 1. De voto, in 1. editione consi. 18. nu. 1. in 2. consi. 26. nu. 1. Azor lib. 11. inst. mor. c. 22. q. 12. Ang. florib. 2. p. q. vnic. de voto art. 2. diffic. 17.* Hoc enim intelligendum est in duplici casu. Prior est, quādo id esset votum perseuerantiæ in strictiori religione. In hoc enim casu peccaret mortaliter donec profiteretur in laxiori; professione aūt facta, licet in ea quoq; emittēda peccaret mortaliter ob rōnē dictā, at maneret deinceps liber à voto strictioris. (Vt probauimus n. 16) Et ita tradūt (*Paludanus duplici loco, & D. Ant. nu. 17. alleg.*) Posterior est, quā nu. præcedenti explicuimus, nimirū, qñ esset votū solius ingressus in strictiorem, at occurreret tēpus, in quo id votum obligabat sub mortali. Ex tunc. n. peccaret mortaliter, qui esset in laxiori, nisi promitteret perseuerantiā in illa, aut prius votum cōmutaset in perseuerātiam hanc. Quia ex tunc est in mora implendi voti strictioris religionis. At tēpore, quo professionem emittit in illa religione laxiori, non peccat. Quia cū ibi profiteri sit melius, quam ingredi strictiorem cum exeundi libertate, præstat melius, quā ex priori voto tenebatur. Quid autem sit dicendum, qñ votum fuit ingrediendi Carthusiam si quam ingrediar, dicemus c. 23. nu. 41.

22 Hæc autem omnia intelligerem, qñ religio illa laxior esset ex ijs, quæ communem in cœnobijs vitam transigūt. Quamuis. n. vouens ingredi religionem strictam, si profiteatur in religione equitum D. Ioannis, maneat prorsus liber à priori voto. Vt bene docet *Corduba summa quæst. 148. ad finem*, & constat ex decisione *capit. penultim. de regul. in 6.* quam nu. 16. retulimus eo quod illa sit professio vere solēmnis. At credo vouentem ingredi religionem, non satisfacere voto illi, commutando illud in professionem hanc. Quia (vt diximus n. 13.) religio hæc non est ex illis, quibus id votum impletur, nec tanti obsequij diuini est illam ingredi cum obligatione ad profitendum; quanti est ingredi ad experiendam aliam viuentium in communi. Nec similiter posset commutari in ingressum cum obligatione perseuerantiæ, in religionem nō reformatam, quo ad substantialia, nec proximè reformandam. Quia hæc quoque religio non est materia illius voti, immo est peccatum illam ingredi. Vt diximus n. 13. & 14.

23 Nec credo posse votum religionis commutari in votum castitatis perpetuæ. Quia & si illud votū non obliget præcise ad perseuerandum; at ingredi religionem ad experiendum, & si experta placuerit, manendum ibi perpetuo, maius bonum reputatur quam perpetua alia quæuis obligatio. Atq; ita vniuersi authores, quos viderim asserunt quodcunque votum posse commutari in religionis ingressum.

24 Tertio deducitur, omnia hactenus dicta de vouēti ingredi strictiorē religionē, & ingrediendi laxiorē, dicenda prorsus esse de vouenti ingredi conuentū aliquem magis reformatū, & ingredienti alium eius ordinis minus notabiliter reformatū, quamuis sint eędē vtriusque substātiales obligationes, ac sit trāsitus de vno in alium. Quare optime *Cord. sum q. 139. & Man. 2. s. sum. ca. 95. nu. 3. fi.* docēt vouentē ingredi monasteriū fratrum D. Frācisci, quos Recollectos appellant, nudisque pedibus incedunt, peccare profitendo in monasterio fratrum eiusdē ordinis, quos Obseruātes vocant. Quod quidem intelligendum est eodem prorsus modo, & cū eisdem limitationibus, quas tradidimus à nu. 17. circa vouentem strictiorē religionē & ingredientem laxiorē, & in ea profitentē. Quia eadē prorsus est rō. Addit autem bene *Corduba* hunc vouentē ingredi religionem. Recollectorū, posse professione apud illos emissa, trāsire ad fratres Obseruātes, de licentia prælati habētis authoritatē ad transferendos alios religiosos ad obseruantes. Quia tantū se astrinxit voto ingrediendi in Recollectorum monasterium, nec priuauit se libertate, qua illi potiuntur, transeundi de licentia prælati ad Obseruantes. Addo quamuis votū perseuerātiæ apud Recollectos emiserit, id iā cessasse per professionem; quod si post emissum sit, poterit à superiori irritari.

25 Hactenus autē dicta de peccato vouentis strictiorem religionē, & ingredientis laxiorem, sunt intelligenda, nisi ea religio laxior Pontificio priuilegio fruatur admittēdi eos, qui strictiorem vouerāt. Quod ob aliquas speciales causas poterit sedes Apostolica concedere. Et túc, qui innixus illi priuilegio ingrederetur eā religionem laxiorem, non esset reus voti strictioris religionis. Ita *Azor l. 11. inst. moral. c. 22. q. 12. initio.*

26 Demum restat dicendum de eo, qui post votū simplex certæ religionis, in aliā æque arctā se recipit. Quidam dicunt id posse propria authoritate fieri. Ita *Nau. commentario 4. de regul. n. 10. Azor ea. q. 12. allegata, nu. præcedenti.* At hoc intelligendum est, quando non certo constat ea æqualitas. Quia (Vt agentes de votorum commutatione dicemus) votum potest propria authoritate in euidenter æquale commutari.

SVMMARIVM.

An vouens ingredi certam religionem, nec potest illam ingredi, aut non admittitur, teneatur ad aliam? Refertur quædam opinio, nu. 27.

Explicatur sententia Authoris, nu. 28.

An si tempore voti intendit specialem ingredi, teneatur ad illam? num. 29.

Vnde dignoscatur, an fuerit intentio limitata ingrediendi specialem, num. 30.

In dubio qualis fuerit intentio, quid censendum? Refertur duplex sententia, nu. 31.

Proponitur sententia Authoris, nu. 32.

Vouens religionem tenetur adhibere moralem diligentiam, vt admittatur, & explicatur intra quod tempus, nempe, an quando est tempus determinatum implendo voto satis sit vltima die petere religionem, nu. 33.

An satisfaciat nutibus, aut verbis, aut media tertia persona significans se velle admitti, & quid, si exterius non explicetur, & illa voluntas sit mortalis? nu. 34.

An possit, & teneatur hic explicare auersionem à religione, & alia impedimenta difficiliorem ingressum reddentiam. 35.

An possit non petere ingressum, si impedimentum, aut morbum habeat? num. 36.

An vouens religionem determinatam, & incurrens morbum Gallicum, aut alium, ob quem est ineptus laboribus illius, maneat liber, nu. 37.

An liberetur, eo quod credat religionem non fore sibi proficuā, num. 38.

Explicatur, qui criminosi sint inhabiles ad religionum ingressum, iuxta constitutionem Sixti V. n. 39.

An peccet in votum religionis, hæc impedimēta incurrens, aut debita contrahens, quibus redditur ineptus ingressui, numero 40.

An hæc crimina committens teneatur statim ingredi, antequam de his accusetur, & fiat inhabilis, nu. 41.

Quid promisit totum orbem se peragraturum, donec religionem se recipientem inueniat, ad quid teneatur, nu. 42.

An vouens religionem teneatur sola finitima cœnobia intentare? Refertur quædam sententia, nu. 43.

Explicatur sententia Authoris, nu. 44.

Quid de locis diuersæ linguæ eidem regi subiectis, nu. 45.

An teneatur extra propriam ciuitatem, etsi vouens sit fœmina, nu. 46. Et ibi, quid si commoditas extra patriam superueniat, vel extra regnum.

Quos religiosorum monasteria teneatur hic adire, numer. 47. & 48.

An si id solam strictissimam religionem admittatur, teneatur ad illam nu. 49.

Quid

27 QVÆSTIO tertia, ad quam diligentiam obligetur vouens religionem, vt ad illam admittatur, & quando non admissus liber à voto maneat? *Palud 4. d. 38. q. 4. a. 1. n. 12.* ait vouentē determinatam religionem, nec eam admissum, vel eam non petentē ingredi, eo quod iam reprobata sit, vel ob quamcumq; rationē teneri aliam ingredi. Ducitur, quod cum manere in seculo repugnet religionis voto, hoc emittens voueat implicitè seculum dimmittere. Ergo tenetur modo sibi possibili à seculo recedere, ingrediendo quamuis aliam religionem, si in specialiter promissam non admittatur.

28 Prima tamen conclusio sit. Si quis primario, & principaliter vouerit religionem in vniuersum, seu vage, & indeterminatè, & secūdario eligat aliquem specialem religionem, seu conuentum, si non admittatur in hæc tenetur alias religiones, aliosq; conuentus adire. *Si* autem primario, & præcipue vouerit religionē specialem, aut specialem conuentū, ob specialem ad hæc affectū, si ingressus in eam religionē, aut illū conuentū reddatur impossibilis, quia vel vouēs non admittitur, vel illa periere, aut reprobata sunt, liber à voto manet, nec tenetur alias religiones, aliosve conuentus adire. Ratio prioris partis est quia adhuc nō est impossibilis executio voti; cum religio in vniuersum promissa primario sic, et quæ supersunt adhuc petendæ sint religiones. Ratio autem posterioris partis, & simul solutio cōtrariæ rationis est: Quia licet in voto ingressus peculiaris religionis claudatur virtute dimissio seculi, at ea nō clauditur absolute, sed dependēter ab ingressu illius religionis, vel conuentus. Si ergo is Ingressus illius reddatur impossibilis, cessabit obligatio accessorij. *Regula Accessoriū de regul. iur. in 6.* Et ita docent *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 5. ad 2. & 4. d. 38. qu. 1. a. 3. quæstiunc. 1. ad 6. vbi Ricardus a. 5. q. 1. ad 2. Carth. q. 2 Archid. c. Scimus 12. q. 1. nu. 3. Altisiodor. l. 3. sua sum. tract. 21. cap. 2. q. 2. Ant. 3. p. tit. 16. c. 2. §. 4. Turrecrem. 17. q. 1. in sum. a. 4. ad 4. n. 11. q. 2. a. 1. ad 2. Abulensis c. 30. Nau. q. 51. & 52. Rosella verb. Religio 3. n. 1. Ang. verbo Votū 3 n. 10. Syl. verb. Religio 2. q. 16 Armilla verb. Votū, n. 18. Caiet. t. 1. opusc. tractatu septēdecim responsionum 7. §. Sotus l. 7. de iust. qu. 2. a. 1. ad 5. vers. In his ergo. Nau. sum. c. 12. n. 46. & l. 3. consil. tit. de voto, in 1. editione cōsil. 2. n. 1. & 1. in 2. consi. 28. n. 1. & 2. Palat. in 4. d. 38. disp. 1. post 4. conclusionem, fol. 326. col. 2. Aragon 2. 2. q. 88. art. 3. ad 2. fol. 992. col. 1. Toledo l. 4. sum. ca. 17. n. 12. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. c. 44. col. penul. vers. Licet vouēt. Man. 2. to. sum. ca. 95. n. 4. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 4. col. penul. ver. Secus autem iudicandum Azor l. 11. inst. moral. c. 22. q. 1. Philiarcus de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 21.*

29 Secunda conclusio. Si vouens non solū religionis ingressum in voti obiecto posuerit, sed ingressum quoq; religionis cuiusdā determinatæ, tenetur prius conari, vt admittatur in illam determinatam, & non admissus tenetur aliā ingredi. Ratio est, quia virtute est duplex votū, alterū religionis vage, & in vniuersum, alterum autē huius. Ergo si vtrumq; implere potest, implēdum vtique est, nitendo in specialem illam ingredi, & qñ id est impossibile, quærendo aliā. Ita docēt *Armilla, et Sotus nu præcedenti allegati.* Hoc tamen duplici limitatione intelligendum est. Prior, est qñ illa religio specialis est ceteris strictior. Nam si alia strictior sit, potest illam tanquā melior eligi. Posterior est, qñ intentio illa religionis electæ comprehensa est sub voto Non .n. omnis intentio tunc cōcepta obligat sub voto. Vt diximus c. 11. nu. 5. vbi etiam diximus, quid in dubio, an ea intentio comprehensa sit sub voto.

30 Ad discernendum autem, an intentio vouentis fuerit limitata ad aliquem specialem cōuentum, ita vt ab illo exclusus non teneatur alium adire, est maximè obseruandum cum *Caiet. alleg. nu. 28.* distinguendum esse inter principale intentum, & motiuum Sæpe .n. stat, vt motiuum vouentis ad peculiarem religionem, vel monasterium, sit deuotio ad dominam nostram, eo quod eius nomine appelletur id monasterium, aut peculiarē eius imaginem habeat, aut conuersatio cum quibusdā religiosis, grata loci amœnitas, & hmōi. At intentum nō sit limitatū ad hunc locū. Cuius non leue signū erit, si vouentis norit religiosos illius conuentus frequenter domicilium mutare alios adeūdo. Quia intendere videtur instar aliorum religiosorum esse, quamuis à tali loco deuotio religionis initium sumpserit.

31 Quod si adhuc dubium sit qualis fuerit vouentis intentio, num, scilicet, religionis in vniuersum, an potius alicuius determinatæ; dicūt cōiter Doctores teneri vouentem eligere quod tutius est, ne parte minus tuta electa, se infringendi voti periculo exponat. Ita docēt *D. Th. 4. dist. 38. q. 1. ar. 3. quæstiuncula 1. ad 6. & ibi Carthusianus q. 2. §. Insuper. Turrecre. 17. q. 1. in sum. art. 4. ad 4. n. 11. Rosella verbo Religio 3. n. 2. Ang. verbo Votum 3. n. 12. Syluest. verbo Religio 2. q. 16. Armilla verbo Votum, n. 18.* Sed nullus horum præter *Ang.* explicat, quæ pars in hoc casu tutior sit. Hic autem dixit tutiorem, & eligendam esse, vt tunc vouens se reputet indeterminatè religionem promisisse: ac proinde, vt exclusus ab vna, teneatur alias adire. Sed hæc pars nō in vniuersum est tutior. Nam si agatur de exemptione vouentis a voti obligatione, eo quod in peculiarem illam religionē penitus non admittatur, tutior pars est, vt cēseatur vouisse religionem vagè, & indeterminatè, vt iudicetur obligatus virtute illius voti ad quærendam aliam religionem. Si vero agatur de vouentis obligatione ad ingrediēdum religionem aliquam strictiorem, in dubio, an vouerit illam determinatè vel religionem in cōmuni; tutior pars est, vt illam determinatè vouisse censeatur. Ne integrum illi sit religionem laxiorem ingredi, cum periculo fractionis voti religionis strictioris.) Et iō sententia hæc difficultatem habet, quia iuxta illam in vtroque hoc dubio diuersimodè sentiendū est circa partem tutiorem eligendam. Præterea, quia eligere tutius non est semper præceptū. (Vt diximus libro 1. capitulo 10. numero 6.) Et ideo aliqui neoterici censent, in hoc dubio fauendum potius libertati vouentis. Ducuntur, quod voti obligatio sit strictè interpretanda, vt minus obliget. (Vt diximus hoc libro 4. cap. 11. num. 5.) Sed

hæc

hæc quo que sñia similem cõfusionem patitur, ac præcedens. Si.n. hic fauor spectãdus sit, est diuersimodè in vtroq; casu posito iudicandum. Nam in priori fauetur magis libertati vouentis, explicando vt determinatam religionem vouerit, vt vel sic ad illam non admissus, liber maneat. At in posteriori magis fauetur dicendo esse votum religionis vagẽ, ne cogatur ille strictiorẽ ingredi, aut aliquam specialem, erga q̃ forte iã male affectus est. Quare hæc sententia hanc confusionem non soluit, nec eius fundamentũ vtriq; casui aptari valeat.

32 Et ideo sic distinguendum censeo. Triplex huius dubij casus accidere potest. Primus est, qñ vouens certus est se peculiarem religionẽ, peculiaremve conuentum promisisse; at dubitat, an sola illa vouerit, an potius simul religionem in cõi. Et in hoc dubio credo iudicandum sola m illam religionem, illum ve solũ conuentum promissa esse. Et hoc probat ratio secundæ sent. n. præc. allata. Item, quia sicut se habet voluntas totius obligationis ad totam obligationẽ, ita voluntas partis ad partem. Quod .n. iuris est de toto quo ad totum, idẽ iuris est, & esse debet de parte quo ad partem, *l. quæ de tota, in princ. ff. de rei vendic. Euerard. in suis topicis, loco de toto ad partem, n. 2.* At qñ dubitatur de tota voti obligatione, iudicatur in fauorem libertatis vouentis, vt ad nil teneatur. (Vt diximus c. 1. n. 16.) Ergo vbi dubitatur de parte obligationis voti, iudicandus est ab ea liber vouens. Secundus casus est, qñ vouens neutrius partis certitudinem habet, sed omnino dubius est, an religionem peculiarem vouerit, an in cõi; at meminit verborũ voti, siue interius, siue exterius prolatorũ, & ea clarè vim voti indicant, dubiumq; oritur ex vouentis intẽtione, de qua non constat. Et in hoc dubio iudicãdam credo obligationem iuxta cõem verborum sensum. Quòd is clarus sit, intentio autem dubia; & ideo votum in hoc dubio possidet iuxta illorum sensum. Cum vota in dubio interpretãda esse iuxta cõem verborũ intellectum, probauerimus c. 11. nu. 29. Vltimus casus est, qñ in hoc dubio, & neutrius partis certitudine, vouẽs nõ meminit verborum, aut de ijs etiam dubius est, aut si meminit, ea prorsus dubia sint, quẽ ex illis sensum habeant, vtrumq; .n. æquè admittunt. Et in hoc casu veram esse existimo sñiam priorem n. præced. relatam, vt eam intellegit *Ang.* nimirũ, vt iudicetur ea voti obligano ad religionẽ vagẽ, & indeterminatẽ. Non ducor aũt fundamento illius sñiæ, q̃ hæc pars sit tutior. Nam (vt ibi probaui) nec semper est tutior, nec semper, quod tutius est, amplecti oportet. Sed ducor, tum quia volentes dimittere seculum solent frequentius vouere religionem vagã, & ideo à frequentiori vouentiũ vsu præsumitur in hoc dubio votum sic emissum; tum ẽt, quia hoc per se, & ex ipsa rei natura potius fauet libertati vouentis vouentis, quã secluso omni voto possidet. Nam est graue onus eam ad religionem specialem: aut cõuentum speciale arctari, & maximè fauetur eius libertati, concessa electione. Et q̃uis hoc per accidens, & in casu raro cedat in eius libertatis detrimentum: quia si in illã religionem, eumve conuentum non admittatur, manet oino liber à voti obligatione, si id votum in hoc dubio de sola illa religione, illove conuentu explicaretur: hoc tamen non ita spectandum est, ac id quod per se, & in plurimum redundat in vouentis vtilitatem.

33 Tertia conclusio. Votum religionis ligat uouentem ad faciendum, quantum in se est, ut ad religionem admittatur. Et ita docet *D. Th. ab omnibus receptus 2. 2. q. 88. art. 3. ad 2. & q. vlt. art. 3. ad 2.* Quod intelligitur de diligentia morali, & humano modo possibili. Vt cõstabit ex corollarijs hinc inferendis. Et rõ est, quia obligatio religionis est res grauissima; ac proinde astringere debet ad diligentiam humano mõ possibilem; qualem petunt res arduæ & magni momẽti. Atq; hæc diligentia tpe debito adhibenda est. Quare qui promisit tpe determinato se ingressurum religionem, vt intra hunc annum, uel certa die, nõ satisfaceret huic uoto illa die, aut ultima illius anni petẽdo se admitti in religionem. Qui nunquã eadẽ die potest admitti, cũ examẽ & informationes debeat præcedere; & cõsulere prouincialem, an conuentũ, & experientia pseuerantiæ petentis. Quæ unica die peragi nequeunt. Quare tenetur anticipare petendo à pæ necessario iuxta illius religionis constitutiones, ut admittatur intra tẽpus uoto destinatum. Sicut obligatus ad sacrum audiendum die festo, nõ satisfaciet, quacumque hora usque ad meridiem adeundo templum, sed tenetur ire hora, qua moraliter inuenitur sacrũ in eo opido. Et sicut, qui tenetur intra hunc annũ ad sacerdotiũ promoueri, non satisfaciet eũdo Sabbato ipso ultimo quatuor temporũ illius anni, ut ad facet dotiũ promoueatur. Quia nullus sic ad ordines admittitur, sed tenetur ire tẽpore necessario examini præuio.

34 Hinc deducitur primò, non satisfacere illum huic uoto, si ficte, & simulatẽ petat admitti, ita ut oretenus sit petitio, nutibus tñ, aut uerbis, aut ipso petendi modo, uel media alia persona significando se optare non admitti. Quod hoc longè distet à morali diligentia necessario ad sui admissionem apponẽda; & est petitionis simulatio. Et ita docet *commentum 4. de regular. nu. 14.* Et in simili probauimus de promittenti factũ alienũ, lib. 1. de matr. disp. 24 n. 12. Votum enim hoc ex facto alieno pendet, nempe, ex admissione ipsius per religiosos facienda. Et idẽ clare tenent *Sotus lib. 7. de iust. q. 2. ar. 1. ad 3. vers. Sed est dubium. Azor lib. 11. instit. moral. c. 21. q. 9. Petr. de Ledes. 2. to summ tract. 10. c. 3 dubio 5.* ubi dicunt teneri hunc bona fide petere religionem. Quando aũt exterius nullo modo significaret uouens interius suæ repulsæ desiderium, satisfaceret uoto. Et ita clare indicat *Nau. eo. n. 14.* dum dixit non sufficere petere saltem indicando exterius se nolle recipi. Et ratio est, quia sic petitus, & denegatus ingressus redditur impossibilis, nec praua illa uoluntas interius manens operata est ad impediendam admissionem, cũ ea omnino religiosos latuerit. Nec hoc suæ repulsæ desiderium esset mortale, sed ueniale non existenti iusta eius desiderij causa. Et ita intelligendus est *Nau. eo. n. 14.* dicẽs teneri hunc petere religionem cum iusto suæ admissionis desiderio. Rõ aũt est, quia licet quicũque tenetur ad aliquid, teneatur illud exequi desiderare, quantum in se est, non tñ tenetur desiderare non habere iustam excusationis cãs, qualis est, non admitti in religionem. Cũ tñ omnia media admissionis necessaria adhibeat. Sicut obligatus ad ieiunandum, uel sacrum audiendum, non delinqueret mortaliter, desiderans causam iustam excusantem.

35 Nullam tamen culpam admitteret, si ut religiosi iudicent, an expediat illum admitti, explicet bona fide illis auersionem suam à religioso statu, proponẽs tamen uiribus se enixurum illum amplecti. Sicut nec tenetur alia impedimenta, etsi non essentialia religionis amplectẽndæ tacere. Quia semper debet præsumere religiosos, cuiuscumque ordinis nullum recepturos, nisi prudenter iudicando id potius ad Dei obsequiũ, & bonum religiones expedire. Et huic officio cooperatur ille propria uitia, & impedimenta detegens, dummodo bona fide, & absq; nimia exaggeratione id faciat. Nec uotũ põt obligare ad hæc tacenda, ut pote quod non obligat ad minus bonum. Nec tamen tenetur nõ interrogatus hæc impedimenta exprimere, nec etiam interrogatus, si occulta sint, nec contra substantiale religionis institutum, nec timetur fore, ut unquam religioni noceant. Quia in his casibus tenetur, quãtumuis occulta sint, & in proprij honoris iacturam, ea exprimere, uel à religionis petitione desistere. Quia (ut late probauimus lib. 3. de matr. disp. 14. nu. 2. & alijs citatis docet *Vasquez 1. 2. q. 96. art. 3. disp. 168. cap. 6. n. 48.*) quando non proceditur ad alicuius delicti punitionem, sed ad obuiandum damnis ex tacito impedimento subsecutis, tenetur interrogatus fateri, aut à re intenta desistere, quantumuis occultum sit.

36 Immo laborans impedimento aliquo perpetuo admissionis

missionis ad religionem, quod vel qñ vouit non considerauit, vel postea incurrit, liber est omnino à voto. Vt si se neophytum norit, & vouit religionem, ad quam illi non admittuntur, aut si postea morbum perpetuum aliudve impedimentum perpetuum pariter, quib. cognitis nullatenus admitteretur. Secus si impedimẽtum sit temporale. Vt febris quartana. Ita *Sotus lib.7.de iust. q.2.ar.1 ad 3.ver. Ex his quæ dicta sunt. Aragon 2.2.q.88. art.3.ad 2.folio 993.colu.2.* Quod intelligerem, quando impedimento illo difficillimè, aut nunquam dispensatur in religione promissa. Tunc enim siue scierit, siue ignorarit impedimentum adesse tempore voti emissi, liber est à voto. At in vtroque casu teneretur id intentare impedimento manifestato, quando solet facilè in eo dispensari, nec aliqua infamiæ nota eo detecto incurritur. Quia etsi id tempore voti ignorarit, non est notabilis mutatio, nec notabilis difficultas denuo cognita.

37 Quare bene dixit *Manuel 2.to.sum.c.95.n 5.* vouẽtem religionem fratrum D. Francisci nudis pedibus incedentium, liberari obligatione, si morbum Gallicum incurrat, quamuis ad pristinam sanitatem restitutus iam sit. Quia laborantes hoc morbo nunquam perfectam sanitatem adipiscuntur, sed debiles manẽt, & præcipuè ad laicorum labores, si laici debent esse. Et frigus ex pedum nuditate consurgens valde morbo huic aduersatur. At hoc intelligerem, nisi in casu peculiari ita integrã sanitatẽ ille recuperasset, vt morbus præcedens non afferret hoc impedimentũ. Quare medicos peritos cõsulere teneretur, & eorũ consilio stare. Et idẽ censeo de quocumque alio morbo, & quacũque alia religione, si morbus sit talis iudicio medicorũ, vt reddat vouentem ineptũ ad illius religionis labores. Et hoc, siue morbus ille præcesserit votum, siue postea aduenerit, nec pfacta illius sanitas recuperari soleat. Quia eadem est ratio. Qñ tamen dubium est, an morbus sit talis, non excusatur à voto, cuius obligatio est certa, & excusatio dubia; sed deberet morbum religiosis manifestare, vt ipsi videat, an cum eo dubio expediat ipsum admittere. At secus esset, si medici iudicarẽt illum exponi grauissimo sanitatis amittendæ periculo, & in pristinum morbum incidendi periculum. Quippe votum cum tãto periculo non obligaret, sicut nec præcepta Ecclesiæ, instarque eorum obligat. Vt diximus c.11.n.31.

38 Non tamen excusaretur quispiam, eo quod crederet religionem non sibi proficuam fore, viriique prudentes iudicent consultius sibi esse religionem non ingredi, quod sit valde inconstans, vitijsque deditus, nec speratur fore, vt continere possit. Quia quamuis in his casibus melius sit huic religionem non ingredi, ac proinde videatur obligatio cessare. At votum religionis eius est excellentiæ, vt tunc obligare non desinat. (Vt probauimus cap.8.nu.10.) Præterea; quia ad hoc concessus est iure annus nouitiatus, vt vouens hic experiatur, an religionis onera ferre possit, & illi aptari. Tenebitur ergo ingredi bona fide ad experiendum, solet enim Deus subito cor mutare.

39 Secundò deducitur, quid in ea quæstione dicendum. An in religionis votũ delinquat, qui ære alieno grauatur, aut crimina patrat, ob quæ religionis ingressus sibi interdictus est per motum propriũ Sixti V. de non admittendis ad religionem criminosis. Præmittẽdum est ex secundo motu proprio eiusdem, quẽ in primi declarationem edidit, post medium, §. Cõtra criminosos vero, tunc & nõ aliter criminosum esse inhabilem, vt religionem admittatur, quando actis publicis constiterit iudicem secularem ante habitus susceptionem, aduersus eum accusationem suscepisse, vel inquisitionẽ instituisse. Quare vt sit inhabilis, debet triplex cõditio concurrere. Prima, vt actis publicis constet accusatio, vel inquisitio illius. Secunda vt in particulari sit cõtra eum inquisitum. Quippe quando tantum in communi, non est contra eum inquirere. Tertia, vt sit ante habitus susceptionem, & coram iudice seculari. Si enim eo susceptio esset accusatio, vel inquisitio, aut antea coram solo iudice ecclesiastico, non esset impedimentum. In eo autem motu proprio assignantur quæ nomine criminum comprehendũtur, nempe, furta, latrocinia, & his similia, & homicidia. Si tamen post commissa crimina reus ille absoluatur à iudice seculari, eo quod probata non sint, vel quauis alia de causa, ita vt in posterũ nulla religionis molestia timeatur, erit habilis religioni criminosus ille. Quia dum criminosos hos reddit inhabiles ille motus proprius, temperat, quando dãnati sunt, vel formidatur, ne damnentur. Quare virtute voti religionis tenebitur criminosus hic mediocri adhibita diligẽtia, & mediis licitis procurare hanc absolutionẽ, & illa obtenta votum exequi. Insuper redduntur in eo motu proprio inhabiles, grauati ingenti ære alieno, donec soluant. Et quamuis Clemens VIII. ediderit motum proprium anno 1602. derogans huic, at solum derogauit, quatenus horum omnium professiones irritauit. Quare adhuc perseuerat, hos criminosos, aut ingenti ęre alieno grauatos non posse ad religionem admitti.

40 Hoc supposito dicendum est peccare contra religionis votum, qui huius constitutionis cõscius hæc crimina perpetrat, cum ijs circũstantijs, vt sit probabile periculum fore vt accusetur coram iudice seculari, ante habitum religionis susceptum si aduertat ijs religionis ingressum impediri. Et similiter peccabit, qui idẽ sciẽs, & aduertens, ære alieno grauatur ad splendide viuendum, vel ad ludos, quando non est soluendo, etsi non faciat in voti fraudem. Ratio est, quia admittens scienter impedimentum impleri voti, peccat contra votum. Vt bene docent *Host e su summa, tit. De voto. num.14. Angelus verbo Votum 2.nu.12. Syluester verbo Votum 3. fine.* Immò, etsi contrahat debita hæc ob vrgentem vitæ necessitatem, peccabit contra votum, si tunc teneatur, & possit ingredi, & eo ingressu cessabit ea necessitas. Et idem dico, quando nõdum accessit obligationis tempus, & videt inde parari sibi impedimẽtum ingressus accidenti tempore, & potest tunc ingredi, cessabitque necessitas. Quia (vt probauimus capit.14.nu.18.) tenetur præuenire tempus, qui nouit tempore obligationis futurum impedimentum, & potest commode præuenire.

41 Quare eiusmodi crimina admittens tenetur citissimè ingredi religionem, ne fiat inhabilis, si prius accusetur. Quia timens impedimentum perpetuum ad votum exequendum, tenetur statim id exequi. Vt probauimus c.14.n.17.

42 Tertiò deducitur, quid sentiẽdum sit circa monasteriorum numerum, quæ adire tenetur religionem vouens, nec in vnum admittitur. Qua in re duplex potest esse difficultas. Prior est, an absolute religionem vouens, aut talem. Verbi gratia, Dominicanam, non arctans se ad monasterium speciale teneatur summa sola religiosorum cœnobia adire, quando nil de vouẽtis intentione speciali constat. Si enim constaret intentionem eius fuisse se obligare ad extra suã quoque nationem eundum, ad quærendam religionem volentem eum admittere, teneretur vtique. At si eius animus fuit obligare se ad sola finitima monasteria adeunda, non teneretur in ea non admissus, externa petere. Quando ergo de neutra intentione constat, est præsens quæstio. Et tunc constat non teneri hũc totum Christianorum orbem peragrare, vt in religionem admittatur. Vt bene docent *Angelus verbo Votum 3. numero 10. Syluest. verbo Religio 2. quæstione 16.* Immò, etsi vouisset se totum orbem peragraturum, donec admittatur, non teneretur ad id. Quia huiusmodi votum esset stultum, & de re impossibili. Quare tantum obligaretur ad id, quod prudentia dictat, nempe, ad bonam orbis partem peragrandam, qua peragrata iudicaretur prudenter fore, vt inde repulsus repelleretur ab alijs.

Quod

Quod bene docuit *Palacios 4.d.38. disput. 1. post 4. conclus. fol.827.*

43 Tota ergo difficultas est, cessanti speciali vouentis intentione. Quidam censent non admissum à finitimis monasterij, teneri ad remotiora etiam externa se cōferre, si spes probabilis subsit fore, vt ab illis admittatur. Quod hic religionem vouerit, non limitando intentionem suam. Ita docet *Naua. summa c.12. num.48. & li.3. cons. tit. de voto, in 1. editione, consilio 2. nu.3. in 2. cons. 28. n.3.* Idem expresse sentire videtur *Abulensis c. 30. Numer. quæstione 52. fi.* vbi ait teneri hunc omnia religionis promissæ monasteria adire. Et *Palacios 4. dist. 38. d. p. 1. post 4. conclus. fol. 827. col.* vbi dicit teneri hunc adire vniuersa, quæ potest iuxta suam facultatē. Idem tenent attento rigore *Caiet. & Angles, quos num. sequenti referam.*

44 At prorsus dicendum non teneri extra proprium regnum adire, vt admittatur. Quia nemo obligatur, nisi ad moralem exequendi voti diligentiam. At non est in more, vt quis adeat distinctas nationes causa ingressus religionis, nec id vouere solet. Ergo tanquam modus extraordinarius, & excedens moralem diligentiam, & communem vouentium intentionem, & consuetudinem, is non obligat, vt pote qui in ea communi voluntate nō includitur. Præterea, qa difficultas magni momenti nō cognita, nec præuisa à vouente; ac præter eius opinionem superueniens excusat à voti obligatione. (Vt diximus c. 2. à n. 12.) Hæc autem est talis; nullus n. vouens existimat se in sua natione non admittendum: & omnes difficillimum existimant ad extraneas causa ingressus se conferre. Et ideo hanc partem tuentur *Sotus lib. 7. de iust. q. 2. ar. 1. ad 3. versi. Sed est dubium Nau. sum. Latina, in vltima editione c. 17. n. 276. Aragon. 2.2. q. 88. art. 3. ad 2. fol. 993. col. 2. Emanuel Sà sum. verb. Votum in prin. n. 12. Azor li. 11. inst. moralium c. 22. quast. 1. fi. Toledo li. 4. sum. c. 17. nu. 12. Valentia 2.2. disp. 6. q. 6. puncto 4. col. penultima notabili 4. Manuel 2. to. sum. c. 95. n. 4. Petrus de Ledesma 2. to. sum. tractatu 10. c. 3. dubio 5. Philiarchus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. li. 3. c. 31.* Et idē tenent attenta communi vouentium consuetudine, quamuis contrarium esset dicendum attentum uoti rigore, *Caietanus 2.2. qu. 88. artic. col. 3. ver. In eadem responsione dubium occurrit. Ang. floribus 2. p. qu. vnica de voto, ar. 2. difficul. 5.* Et quamuis aliqui horum Doctorum dicant non teneri hunc procurare ingressum extra prouinciam suam. Hi sunt *Angles, Azor, Emanuel Sà, Petr. de Ledesma.* At a parte nomine prouinciæ intelligunt rationem, seu regnum; nam vtramque vocem confundunt.

45 Atque idem credo de locis eidē regi subiectis, quando diuersæ sunt linguæ morumque diuersorum, ac legum. Vt uouens Castellanus non tenetur adire Indos, Lusitanos, Valētinos, aut Cātabros, etsi nullibi admitteretur, ac certus esset se ibi admittendum. Quod per accidens loca hæc eidem regi subijciantur; & utuntur diuersis moribus, diuersaque lingua; & est notabiliter difficilius Castellano, ibi habitum assumere, quam apud suos. Et ita videtur apertè sentire, *Sotus nu. præcedenti allegatus,* dicens non teneri hunc religionem procurare nisi intra regnum & linguam.

46 Immò *Toledo, & Philiarchus n. 44. allegati* dicunt tātū hunc teneri in propria ciuitate, vel prope; nec oportere hunc peragrare prouinciam. Sed hoc in solis fœminis vouentibus religionem admitterē. Quia cōmuniter non solēt propria patria egredi, vt ad religionem admittantur Et ita rectè *Caietanus n. 44. allegatus* dixit adolescentulam, vel viduam, quæ vouit religionem & non admittitur in sua patria, vel prope, & quiescit patienter reputando sibi impossibilem rem promissam, nō teneri alia loca adire: vt recipiatur. Quia satisfacto suo ostendit se noluisse ad alia loca adeunda se obligare. Immo idem credo, etsi illa fortè scrupulis agitata nō quiescat. Quia ex communi vouentiū fœminarum vsu colligitur earum mentē esse noluisse se ad alia loca adeunda obligare; sed sub ea tacita cōditione, si in sua patria, aut in loco ita patriæ vicino admittātur, vt possit dici admitti in sua patria. Atque idem intelligerem, etsi locus distet, si ita illi fæminæ vouenti cōmodus sit ille ingressus ac in sua patria. Quia habet ēt ibi multos consanguineos, sibi necessaria subministraturos, & illuc in religionem ingredi est perinde, ac in patria sua. Si tñ tempore voti hæc commoditas non erat, quis postea superueniat in loco remoto à sua patria, quia fortè casu illuc cum consanguineis suis mutauit domiciliū, existimo illam liberam esse à voto, si in sua primæua patria, vel prope non admittatur. Et idem intelligo de viro, non n. tenetur ad exteras nationes proficisci causa assumendi status religiosi promissi, qñ intra suā non admittitur; nec si postea casu illuc domicilium mutet, & sit commodior illic ingressus, tenetur ingredi sed liber ab obligatione voti manet. Ducor, quod ideo non tenentur fœminæ, & viri vltra loca dicta quærere religionem se admittentem, quod ex tacita voluntate ex vouentiū consuetudine deducta votum non extendatur vltra prædicta loca (Vt proxime diximus, & n. 44. præced. (At casus fortuitus postea succedens nō potuit priorem voluntatē uariare. Si ergo prior voluntas vouentis non se extendit, nec obligauit vltra prædicta loca, nec votū iterū emissum est, nec postea casu illo fortuito euenienti obligauit. Masculos autē vouentes religionem obligarem ad illā quærendam in quocunq; loco intra propriam regionem, & linguā. Vt apertè sētit communis sentētia. (Vt diximus duplici n. præced. Fatendū tñ est, sæpe excusari hos vouentes ab implendo voto, qñ in sua patria, & locis vicinis nō admittuntur, etiāsi accedat terminus voto implendo impositus Quia carent expensis necessarijs ad alia loca adeunda, & similiter fœminæ, quia extra propriam ciuitatem ēt in loco proximo carent multis necassariis. Nō tñ ob id voti obligatione liberabuntur, sed tenentur expectare, donec commode possint ea loca adire, ut recipiantur.

47 Posterior difficultas est, quot religiosorum monasteria teneatur uouens religionem adire intra propriā regionem, in qua diximus uotum obligare. Quidam dicunt teneri hunc omnia monasteria adire. Hos retulimus n. 43. At dicendum est, si hic religionem determinatam uouerit, satis esse quinque, aut sex eius monasteria adire, & ī illa nō admisū liberari uoti obligatione Quia ex illis potest coniectari ualde probabiliter fore, ut in nulla alia eius religionis admittatur. Ita docēt *Sotus, Valentia, Petrus de Ledesm. nu. 43. alleg. Azor lib. 11. instit. mor. c. 22. q. 2.* Similiter si religionē vage, & indeterminatè uouit, satis erit si quinq; uel sex uarias religiones exploret. Sic *Valentia Pet. de Ledesm. & Azor ibidē.* Quod tamē intelligo, si adeat quinq; uel sex monasteria cuiuslibet religionis ex his. Nā perinde se habet hic respectu cuiuslibet religionis, ac uouens determinatā respectu illius determinatæ. Si ergo uouēs determinatā tenetur quinque uel sex illius monasteria: adire: uouens indeterminatā tenebitur totidē cuiuslibet ex illis. Non tñ habendum est pro regula certa, perlustrasse quinque illa, uel sex monasteria, siue eiusdē, siue diuersarū religionū, & in illa admitti, ut exinde iudicetur hic liber ab ingressu religionis. Sed regula certa est, qñ facta diligentia non est moralis spes fore, ut alicubi recipiatur. Et ita optime *Aragon 2.2. q. 88. artic. 3. circa solutionem ad 2. Manuel 2. to. summa c. 95. n. 4.* dicere teneri hunc ea monasteria adire, ex quib. conijcere potest, vt in nullum aliud admittatur. Coniectura autem sufficiens ad desperandā hāc admissionem erit, si religio petita in dicto monasteriorū nu. denegetur. Quod apertè significant omnes Doct. citati, dum. n. hunc liberum à voto iudicant, eā reddunt rationem, quod ex denegata in eū monasteriorum numerum admissione conijciatur probabiliter denegāda in reliqua. Insuper limitanda est hæc sententia dupliciter. Vt dicemus numero

mero 52. & duplici sequenti.

48 Quam ob rem aliquādo sufficiet votum monasteriū adire cuiuslibet religionis, si religio generaliter ꝓmissa fit; cuiuslibet (in quam) ex illis quinque, vel sex. quæ diximus numero præcedenti, teneri adire; vel vnum monasterium determinatæ religionis, qn̄ determinata promissa est. Quia viri docti & probi illius, ac instituti conscij iudicant illum in nullum suæ religionis monasterium admittendum. Aliquando autem nō sufficiet ea quinque, vel sex adire. Quod ex illis non desumatur ceterorum monasteriorum iudicium, sed adhuc probabilis spes maneat admissionis in alio loco. At communiter, & in dubio, coniectura à Doctoribus tradita nu. præcedēti est sufficiens ad libertatem hanc vouentis dijudicandam.

49 Hoc tamen non ita metaphysicè accipiendū credo, vt existimem vouentem religionem vagè, teneri ingredi quamcumque, in quā admissus fuerit, si ab alijs non admittatur. Non .n. existimo teneri hunc ad religionem strictissimam; vt Capucinorū, vel Carthusiæ; nisi vouerit expresse esse religiosus, quibuscūque laboribus superatis. Ducor, quod religiones hæ asperrimæ specialem Dei vocationem petant; nec communiter à vouantibus apprehendātur, nisi tantus in vouenti deuotionis zelus sit, vt prædicta determinatione affectus vouerit. Cuius sententiæ videntur aperte esse *Ricardus 4. dist. 38. ar. 5. q. 1. ad 2. Angelus verbo votum 3. n. 10. Sylvestr. verbo Religio 2. quæstione 16. Armilla verbo. votum nu. 18.* dum dicunt hunc non teneri eas religiones ingredi, ad quas non se obligasset, si eæ tēpore von emissi in mentem venirent. Quamuis enim hanc regulā non in vniuersum approbarim cap. 2. nu. 20. 21. & 22. At in hoc casu verum habet. non ob id solum, quod si hic cogitasset, non se obligasset. Sed quia communem vouentium intentionem hæc asperitas excedit; & ita in ea communi intentione hæ religiones non clandūtur. Hac enim ratione ducti Doctores nume. quadragesimo quarto allegati dixere teneri hunc extra propriam religionem ire causa uoti implendi.

50 Quare non approbo, quod docet *Abulensis c. 3. Nu. q. 99.* ubi ait uouentem determinatam aliquā religionem ingredi, eo qd̄ uideat in ea lautè comedi, & bonis uestibus indui, laxeque uiui, & ob id putant suis uiribus non imparem, teneri adhuc ingredi, etsi per reformationem fiat strictior, ac suis uiribus impar. Sed hoc ita uniuersaliter dictum nō mihi placet. Quia notabilis rerum mutatio deobligat à uoto. (Vt probauimus c. 5. à nu. 20.) Vnde tantum erit uerum, quando excessus non esset notabilis, sed modicus. Tunc enim non esset notabilis mutatio, ut à uoto deobligaret.

51 Nec tenebitur hic ingredi religionem equitum D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, D. Ioannis; etsi in aliam nō admittatur. Quia atsi hi ueri religiosi sint, & maximè. Si ultimi qui solēniter profitentur; at in communi religionis uoto non comprehenduntur. (Vt nu. 11. & 12. probauimus.) At benè teneretur ingredi religionē clericorum ordinum militarium, & canonicorum regularium. Vt constat ex dictis num. 12.

52 Quatenus vero diximus liberum esse à religionis uoto, qui facta sufficienti diligentia nō admittitur, est duplicitet limitandū. Primo, si ille repulsam patiatur ab habentibus leginmam admittēdi potestatem. Nam si prouincialem, aut generalem adient nec ab eis in religiosorum ordinem admittatur, non erit solutus uoto. Quia monachi admissio ad immediatū religionis præpositum cum cōuentu pertinet. Vt tradit *Glossa communiter recepta c. fi. de regular. in 6.* Non ergo sufficit solius generalis, aut prouincialis exclusio. Item, quia possent generalis, & prouincialis odio moti, aut alia ratione minus sufficienti eū refutare; quā fortè non ducerentur prælati immediati, ad quos admissio ptinet. Ita docent *Nau. l. 3. consil. tit. de voto in 1. edit. consil. 2. a nu. 2. in 2. consil. 28. a n. 2. Azor l. 11. insti. moraliū c. 22. q. 2.* Quod intelligendū est primum, nisi rationem sufficientē redderint generalis, & prouincialis, ob quā credītur probabilier fore, ut nullum monasteriū suæ religionis eum admittat. Ita *Nauar. ibidem.* Quod etiā docet *idē Nau. summa c. 12. in Latina nouior: n. 62. fine,* dicens hunc nō excusari, nisi generalis, & prouincialis iudicaret causa cognita eum esse religioni ineptum. Secundò intelligitur, nisi talis sit religio, vt penes generalē, vel prouincialē sit totum admittendi ius. Ita *Azor ibidem.* Tertio intelligitur, nisi generalis, aut ꝓuincialis iustis de causis pcepissent superioribus immediatis, ne aliquos ad sua monasteria reciperent. Ita *Azor ibidem.* Quamuis autē, nec sit admittendi facultas penes solos immediatos conuentuum superiores, sed vna cum conuentibus ipsis, credo hunc voto suo liberari, si petita ab illis superioribus religio ei denegetur. Quippe nō est vouentis, monasterium cogere ad religiosorū suffragia inuestigāda; sed id munus est superioris immediati. Quare dū hic negarit, credere pōt eam esse conuentus voluntatē.

53 Secundò limitatur, qn̄ causa repulsæ est perpetua. Si enim hoc tempore non admittatur ad religionem, speret tamen se alio tempore recipiendum, eo quòd causa, ob quā nunc non admittitur, est temporalis, tenetur expectare. Si autē causa sit perpetua, ita vt prorsus desperetur admissio, ad nil amplius tenetur. Quia in priori casu nō simpliciter repellitur, sed ad tempus. In posteriori autem repellitur simpliciter, & in perpetuum. Itā docent *Caiet. 2. 2. q. 88. art. 3. circa solutionem ad 2. vers. In eadem responsione circa eundem casum; et ibi Aragon circa solutionem ad 2. folio 996. col. 2. Manuel 2. tomo sum. c. 95. n. 5. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 4. col. penult. vers. Item si quis vouit. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 10. c. 3. dubio 5. Azor lib. 11. institut. moralium c. 22. quæst. 5.*

54 Sed discordant *Caietan. & Azor.* Nam *Caietanus* sentit enim repulsum in perpetuum manere liberum, manifestando prius suum votum religiosis; eo quòd hoc fortè eos ad receptionē induceret. *Azor* verò *eo. c. 22. q. 9.* sentit hunc nō teneri id votum manifestare. Quòd solum religionis ingressum vouerit, nec vnquam id vo tum se patefacturum promiserit. Votum autem eiusmodi cum ea tacita conditione intelligitur, si religiosi eum velint admittere. Item, quia in decreto obligandi se per votum ad aliquam rem, non includitur virtute obligatio ad omne medium, quod iuuare pōt ad voti executionem, sed tantùm ad media communia, & natura sua sufficientia. Huiusmodi autē est petere bona fide admissionem; explicare autem votum est mediū extraordinarium. Non ergo tenetur ad hoc, etsi sciret id adiuturum, vt admitteretur. Sicut nec tenetur intercessores ad id obtinendū admittere, vel quærere, quāuis id iuuaret ad receptionem; eo quòd extraordinarium medium sit. Tandem, quia moraliter loquendo, ea manifestatio nil conferet ad inducendos religiosorum in perpetuum expellentium animos. Et pro hac opinione sunt Doctores, quos referemus infra tractāte de votis religiosorum, qui dicunt religiosum emittentem votum, quod absque superioris licentia exequi nequit, si petitam licentiam superior deneger, nō teneri ei manifestare votum: etsi norit fore, vt eo manifestato concederet. Quamuis alij Doctores contrarium teneant (vt ibi videbimus) qui priori sententiæ fauent. Et ideo vtraque sententia est satis probabilis; sed mihi magis placet hunc non teneri manifestare votum, etsi eo manifestato sciret sē admittendum.

55 Tandem superest triplex difficultas enodāda. Prima est, an qui religionē vouit, nec admittitur, nisi vt sit laicus; vel non nisi vt sit sacerdos, teneatur ad id ingredi? Constat eū liberari voto, si animus eius fuit ascendendi ad sacros ordines, ad quos se promonendum putabat. Quia vltra vouentis animum obligatio voti nō se extendit. Et ita docent *Sotus lib. 7. de iustitia, q. 2. artic. 5. ad 3. vers. Quid autem si repelleris. Aragon 2. 2. quæst. 88. artic.*

83. art. 3. circa solutionem ad 2. folio 996. colum. 1. Petrus de Ledesma 2. 10. summa, tractatu 10. capite 2. dubio 7. casu 3. Manuel tomo summa capite 95. n. 10. Azor lib. 11. instit. moralium c. 22. q. 4. Et idem credo, si voueret vt sit laicus, forte ob maiorem sub submissionem, vel causa vitandi labores studiorum, aut scrupulos ex auditis cōfessionibus consurgentes; si enim non admittatur, nisi vt sacerdos, manet à voto liber. Quippe vltra suam intentionem obligare nequit. Vtrunque autem constat, quando intentio illa, & cogitatio tempore voti concepta limitauit votum, ita vt vouentis animus fuerit eo solo modo se obligare. At cum non omnis ea intentio sub voto comprehendatur, illud amplians, aut restringens (vt diximus c. 11. n. 5. 5. vbi etiam diximus, quid in dubio, an cadat sub voto id restringens, aut amplians) superest dicendum, quid sentiendum sit, quando constat eam intentionem nō comprehensam sub voto, sed ea fuit cogitatio vouentis, non tamen limitauit votum ad illum, intēdens sic, & nō aliter velle se obligare: nec etiam cōtrarium decreuit, nempe, velle se quomodocumque obligare. Qua in re Doctores prędicti non loquuntur, nec explicant hoc Et sic distinguendum censeo, si existimauit se ad ordines tēpore illo voti emissi promouendum, quamuis non habuerit expressam intentionem sic limitandi suum votum, nec contrariam, sed ad hoc non aduertit, credo eum nō teneri ingredi, vt sit laicus. Et hoc credo sentire Doctores citatos, non enim expresse loquuntur, quādo ita limitauit suam intentionem, sed his terminis vtuntur, quando tempore voti proposuit, vel quando cogitauit tunc se futurū sacerdotē. Ducor, quod ingredi vt si laicus, est notabilis mutatio reddēs rem multo difficiliorem, quā tempore voti existimabat vouens. Et proinde à voto de obligat. Iuxta regulā traditam c. 1. a n. 22. Si vero existimabat se recipiendū vt esset laicus, idque volebat. & constat non ad id votum suum limitasse nec contrariū intendisse, sed ad id nō aduertisse, si id volebat ob maiorem sui submissionem, credo teneri ingredi, vt si sacerdos qn̄ alio modo non admittitur. Quia non est mutatio notabilis. Si verò id volebat, qa valdè difficile sibi existimabat, studijs, & sacerdotū ministerijs vacare, & ideo id adeo horrebat, vt nullo modo appeteret ad ingredi, nec se obligasset. Et tūc credo nō teneri, nō qa ad id nō se obligasset, hoc. n. solū nō sufficeret, sed quia est notabilis mutatio, & notabilis difficultas respectu suæ apprehensionis tempore voti conceptæ. Secus si ea difficultas non esset tāti momenti. Quādo vero dubiū est, an ea intentio votum limitarit, diximus c. 11. nu. 5.

56 Sed quando tempore voti nil cogitarit de gradu, ad quē promouendus erat, ita est distinguēdum. Si ijs dotibus & cōditionibus prædictus sit, quales conueniunt ijs, qui tempore debito sacris ordinibus initiantur, tūc si non admittatur, vt sit sacerdos, liber est voto Vt si sit iuuenis nobili genere natus, aut aliqua animi dote cōspicuus, aut Dialecticæ, Philosophiæ, aut Grammaticę peritus. Quia hi communiter vouent, vt sint sacerdotes, & ad eum statū admitti solent, & ita videntur tacitè & implicite ad id ꝓmisisse, ad quod tales admitti solent. Aut his conditionibus caret, & tunc tenetur ingredi, vt sit laicus, si alio modo non admittitur. Quia nec expressè, nec tacite vouit, vt sit sacerdos. Ita *Azor nu. præced. allegatus*. Et idē intelligo, si non admittatur, nisi vt sit sacerdos, & caret omnibus dotibus prędictis, estque literarum penitus ignarus, credo enim eadē ratione eum non teneri ingredi, vt sit sacerdos. Quia cū huiusmodi homines recipiantur cōmuniter vt sint laici, & sit eis valde difficile à primis rudimentis in religione literis vacare, censentur implicitè vouisse, vt sint laici. Quādo autem vouens vtrique statui aptus esset, cum nil implicitè in voto includatur, tenetur ad eum, ad quem religiosi volunt admittere.

57 Quòd si de sua intentione dubius omnino sit, credo iudicandū, ac quando nil determinauit, iuxta ea, quæ numero præcedenti de nullam partem determinanti diximus. Quia cum de voto constet, & expressa intentio limitans sit dubia, potius est in fauorē voti iudicandum, vt censeatur absolutum & indeterminatū. Quare ad indagandā vouentis obligationem, erit tunc necessario confugiendū ad intentionem tacitam ex coniecturis num. præcedenti traditis deducendam. Item, quia cū memoria illa, & determinatio sint quid facti, & nulla rō ad ea præsumenda cogat, nō præsumentur.

58 Ex his deducitur primo, si vouens eius conditionis sit, ijsque dotibus ornatus, vt soleat ad altiora literarū studia admitti, & ad vacandum altioribus ministerijs, non teneri eum ingredi, si solum admittatur, vt Grammatica, aut chori ministerio contentus sit. Quia attēta vouentis conditione, & communi admittendi vsu, cēsetur in suo voto inclusa conditio, si admittatur ad ea ministeria, ad quæ personę suæ conditionis admitti solent. Insuper, quia hæc est notabilis difficultas superueniens. Cum ignominio sum huic sit ita permanere.

59 Secundo deducitur, spurium dignitatū ordinis incapacem iuxta nouam Sixti Quinti constitutionem; & illius ignarum, vouentem religionem, si ijs animi dotibus præditus esset, vt merito sperari possit fore, vt ad ordinis dignitates & prælaturam promoueretur, nisi eo impedimento detineretur, non teneri cognita ea cōstitione, aut postea edita, religionem ingredi. Et idem, si vouit religionem habentem similem constitutionem, a sè tamen ignoratam, aut post votum edita fuit. Ratio est, quia est notabilis difficultas a se incognita. Cum huic grauissimum sit eam notam semper pati, vt ijs dignitatibus ineptus sit. Et maior videtur hęc difficultas, quàm Grammaticam, vel officium addiscere. Cum tamen (vt dicemus num. 62. & 68.) quando ignorabat ea exigi, minimè tenebitur addiscere, ratione nouæ difficultatis superuenientis, & denuo cognitæ. Quod si dubius sit, an ignorarit, possessio est pro voto & excusatio dubia, & ita tenebitur ad votum.

60 Secunda difficultas est, an si à uouenti petatur, vt Grammaticam addiscat, aut aliud officium mechanicum, nec aliter admittatur, teneatur addiscere; *Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 2. difficultate 5.* ait promittentem religionem, si ad sacerdotum ordinem nō admittatur, eo quod litteris careat, teneri addiscere, vel ingredi, vel laicorum numero ascribatur.

61 Sed sic distinguendum est. Si is vouerit credens se ad sacerdotum ordinem promouendum, noratque ad id Grammaticam desiderari, tenetur eam addiscere, vt ad eum admittatur. Quia implicite promisisse cēsetur media, quę ad eum finem obtinendum exigi nouit. Ita *Sotus lib. 7. de iustit. quæst. 2. artic. 1. ad 3. vers. Quid autem si repellaris. Aragon, Petrus de Ledesma, Manuel, Azor, allegati nu. 55. Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. par. 2. lib. 3. ca. 21.* Quod triplici limitatione intelligendum est. Prima nisi, eligat esse laicus. Ita *Sotus, Aragon, Manuel, Philiarcus ibidem. Angles nu. præced. allegatus.* Qui tamen non explicant obligationem huius, si velit laicus esse, at religiosi nolunt eum admittere. nisi vt sit sacerdos. At cùm dicant disiunctiue teneri Grammaticam discere, vel ingredi vt sit laicus, videntur indicare, quacumque disiunctionis parte electa, eum voto satisfacere; atque ita liberum manere, si laicus esse velit, & monachi nolint eum admittere. At non credo id sentire hos Doctores, sed posse eum eligere, si monachi velint eum ad laicorum gradum admittere. Cum enim vouerit, vt sit sacerdos, censetur quoque vouisse medium necessarium à se cognitum. Quare quando aliter implere votum nequit, religiosis nolentibus aliter admittere, tenebitur ad id. Sed dices eam intentionem non fuisse sub voto comprehensam. (Prout potest accidere, iuxta dicta num. 55.) Verum adhuc dicendum est teneri Grammaticam addiscere.

discere. Quia cum id non sit noua difficultas incognita, & volẽtibus monachis admittere, vt sit sacerdos, & non aliter ad ingrediendum, vt sit sacerdos, teneatur, vtpote quæ suæ intentioni cõforme est, nulla est ratio, ob quam ob ea addiscenda excusetur. Secunda limitatio est, nisi putarit tpe voti esse necessariam Grãmaticam; addiscendam tamen intra religionem. Tunc enim si non admittatur, nisi in seculo discat, dicendũ est idem, quod numero sequenti dicemus de putanti eam nõ requiri. Quia est notabilis mutatio. Vltima est, si facultas discendæ Grammaticæ suppetat, aliàs enim excusabitur à voto ratione impotentiæ moralis, dum ea durauerit. Et ita bene limitauit *Sotus*. Nec hic tenebitur ingredi, vt sit laicus. Quia excedit suam intentionem. Similiter dicit bene *Philiarcus*, si adhibita sufficienti diligentia nequeat discere Grammaticam, liberum esse à voto. Quia ad solam moralem diligentiam obligat. Sed limitat, quando credebat tempore voti se aptum ad addiscendum; nam si se ineptum sciret, cùm apposuerit conditionem impossibilem, habetur pro non adiecta, & ita ait teneri ingredi, vt sit laicus. Sed hæc limitatio non placet. Quia in voto non habetur cõditio impossibilis pro non adiecta. (Vt suo loco agentes de voto conditionali dicemus.) Et ideo si id reputabat sibi impossibile, corruet votum.

62 Si verò credebat non esse necessariam Grammaticæ cognitionem, non tenetur eam addiscere. Quia est notabilis mutatio superuenienti magna difficultate ignorata. Nec tenetur ingredi, vt sit laicus. Quia id non vouit. Ita docent *Sotus, Aragon, Manuel, Petrus, de Ledesma, Azor, num. præced. allegati*. Et idem dicendum est de ignoranti eam requiri. Et de hoc videntur etiam loqui doctores prædicti, etsi non tam expressè. Eam.n. rationem reddunt, quod ignorantia excuset, vtpotè quæ inuoluntarij causa est. Item, quia adhuc est notabilis difficultas ignorata. Immò *Azor* ait non teneri, si dum vouit, non meminerit huius obligationis. Sed credo intelligere si nescierit; nam allegat pro se *Sotum hic allegatum*, qui de sola ignorantia loquitur. Quia si re vera sciebat eam esse necessariam, etsi tempore voti id non aduerterit, tenebitur discere. Quia non est notabilis mutatio, nec superuenit difficultas incognita, nec est opus, vt tempore voti aduertat vouens ad omnes rei promissæ difficultates. Vt diximus cap. 2. n. 10.

63 Idem intelligerem, si vouens putabat sufficere Grammaticam, quo initiento sacerdotum ordini ascriberetur, vel ignorabat ampliùs exigi, & nolint religiosi eum ad mittere ad eum gradum, nisi vlterius Artium & Theologiæ cursum perficiat, vel solum artium cursum. Existimo enim esse notabilem mutationem, & multò maiorem difficultatem ea, quę cogitata est, & ideo eum non teneri.

64 Quod si tempore voti nil determinauit circa statum sacerdotij aut laicorum ad quem admittẽdus erat; dupliciter potest id contingere, priori modo, quando expressam intẽtionem habuit, volo ingredi, siue vt sacerdos, siue vt laicus sim. Et tunc si non admittatur, nisi id gradum sacerdotum, & addiscendò prius Grammaticam: eodem modo distinguendum est, ac si vouisset expresse, vt sit sacerdos. Quia cum religiosorum arbitrio statum suum dimiserit, & nolint admittere, nisi ad sacerdotium; perinde ad id tenetur, ac si ad sacerdotium vouisset. Quare tenetur addiscere scientiam, quam necessariam putabat; non autem, quam exigi ignorabat. Posteriori modo id contingit, quia neutrius status meminit, sed absolutè religionem vouit, nil aliud considerans. Atque tunc spectandum est iuxta regulam, nu. 56. traditam, ad quem gradum censeatur hic tacitè obligatus; nam si ad solum sacerdotum; eadem distinctione vtendum est, an sciuerit, vel ignorarit Grammaticam desiderari. Si vero ad gradum laicorum censeatur virtute obligatus, nõ tenetur scientiam addiscere, sed nolentibus religiosis eum ad laicorum gradum admittere manet liber à voto.

65 Quod si vtrique statui aptus sit, perinde iudicandum est ac diximus, nu. præc. de remittenti arbitrio religiosorum electionem sui status. Quia (vt nu. 56. in fine diximus) hic tenetur ingredi ad statum, quem religiosi elegerint.

66 Quando autem dubius est an vouerit ad statum sacerdotum, an ad laicorum, an differenter, an neutrius meminerit, iudicandum est eodem modo, quo, nu. 64. diximus iudicandum de eo, qui nil determinauit, sed neutrius status meminit. Quia eodem modo tenetur vterque. (Vt num. 57. probauimus.) Et ideo de vtroq; idem dicendum est.

67 Si vero dubium sit, an vouens scierit, vel ignorarit scientiam petitam exigi; iudicarem à communiter contingentibus eum non ignorasse. Quia rarissimi sunt ignorantes ad sacerdotij ordinem cognitionem Grammaticæ exigi.

68 Quod diximus de vouenti ad ordinem sacerdotalem à quo petitur Grammaticam discere; cẽsendum est de uouenti, vt sit laicus, à quo petitur, vt discat officiũ; nec aliter eum religiosi volunt recipere. Si enim sciebat id requiri, tenetur addiscere; secus, si ignorabat. Quia superuenit magna difficultas ignorata. Sic *Sotus. Aragõ, Azor allegati, nu. 55.* Quod intelligere videtur *Aragon*, etiam si officium sit facilè scitu. Dicit enim non teneri, præsertim si difficilè scitu sit. Et ei fauet *Azor*, absolute enim dixit nõ teneri addiscere officium. Et potest probari, quia conditio hæc non requiritur per se ad religionis ingressum; & ita petitio hæc videtur excedere vouentis intentionem. At meliùs *Sotus* limitauit, quando officium illud est scitu difficile. Nam vbi facili negotio apdisci potest, non est notabilis mutatio. Et quæcũque conditio, siue per se, siue per accidens requisita, si sit parui momenti, non excusat à voto implendo. Alias vouens peregrinari Hierosolymam excusaretur, si per accidens ob aliquam causam belli occurrentem oportet decem leucas circuire.

69 Si autem dubius sit, an se determinarit ad statum laicorum, idem dicendum est, ac de dubitanti, an se determinarit ad statum sacerdotum. De quo diximus n. 66. Si autẽ dubius sit, an sciuerit, vel ignorarit id officium requiri: præsumendum est ignorasse, ex communiter accidentibus. Quia rarum est, id requiri, & ideo communiter ignoratur.

70 Vltima difficultas est an non admissus in religionẽ, sed in perpetuum repulsus ab ea petita, teneatur voto, si religiosi postea eum admittere velint. *Aragon 2.2. quæstione 88. articulo 3. circa solutionem ad 2. fol. 996. colu. 2. & Azor lib. 1. institut. moral. cap. 22. quæstione 5.* aiunt hunc non amplius voto illo ingrediendi teneri. At diuersis fundamentis ducuntur. Nam *Aragon* id probat; quia quando duorum voluntas ad actum desideratur, vno renuente, alter manet liber. *Azor* autem id probat: quia alioquin toto vitæ curriculo teneretur, & ancipiti, & suspenso animo. Et quamuis neuter generaliter loquatur; sed *Aragon* de vouenti ingressũ certi monasterij, *Azor* autem de vouenti certæ religionis institutum. At vtriusque ratio idem cõcludit, qñ quis vouit religionẽ indeterminate, & adhibita sufficienti diligẽtia ad implendum id votum, nõ admittitur, sed in perpetuum expellitur. Et potest amplius hæc sentẽtia probari. Quia aut repellentibus in perpetuũ religionis manet irritum votum, aut suspensum. Si irritum, non ergo reuiuiscet, cum non iterum emittatur. Si suspẽsum, ergo ille non poterit vnquam ad nuptias transire. Quod dictũ absurdissimum est. Tandẽ, quia hæc voti obligatio tacitam habent conditionem, si apposita sufficienti diligentia monachi non repulerint in perpetuum, sed admittere voluerint. Cũ ergo conditio illa admissionis defecerit, deficiet quoque omnino voti obligatio.

At res

71 At res hæc non caret difficultate. Primò quia fundamenta contraria nō probant intentum. Non primum cùm enim votū non emittatur in religionis, & religiosorum fauorem, sed in Dei honorem, & ad spirituale vouentis vtilitatē, nequeunt religiosi cedenter iure suo liberare vouētem ingressus obligatione. Sed eorū voluntas solùm desideratur tanquam conditio, sine qua non potest hic suum votum e equi. Et ideo quamdiu religiosi noluerint admittere, excusabitur hic à voto, at iterū posita conditione, nēpe, volentibus religiosis admittere, tenebitur ingredi. Nec secundum & tertiū etiā vrgent. Quia apposita illa morali diligentia, & refutatus in perpetuū, potest desperato iam ingressu ad nuptias transire. Et sic nō tenebitor ancipiti, & suspenso animo in perpetuum. Quippe potest se à voto liberum existimare. At hoc non impedit quominus posita postea conditione voluntatis admittendi, teneatur suo voto. Quod in rei veritate non irritum, sed suspensum erat; at putabatur irritum, eo quod facultas implendi desperabatur. Et hoc sufficit ad licitè ineundū matrimoniū. Sicut si quis à viro docto existimato deceptus esset, asserenti sibi quoddam castitatis votū fuisse irritum, licitè iniret matrimoniū. Cùm tamen votum non sit irritū, sed tale putaretur. Similiter si quis in oppido aliquo existens in die festo, prudēter desperaret facultatem audiendi sacri, posset eo non audito, quocumque ire; eo quòd se impotentem ad audiendum existimabat. At si casu transiret sacerdos volens facere sacrum, teneretur vnque audire; eo quod existimata audiendi impotētia cessauit. Sic ergo religiosis admittere nolentibus, sed in perpetuum repellentibus, excusabitur ille à voti obligatione, ob rationem existimatæ exequendi impotentiæ. At vbi inuenerit se posse implere motātibus illis voluntatem, tenebitur vuque. Nec etiā vrget vltima ratio. Quia fateor eam inesse conditionem; at cum tacitè insit, non reddit actum conditionalem, ēt si exprimeretur. Et cum tractum habeat successiuum, non irritabitur voti obligatio, ex eo, quod nunc nō admittant, sed suspendetur, donec mutata voluntate ponatur conditio. Sicut præcepta audiendi sacri, & confessionis, ac communionis, tacitam conditionem claudunt, si adsit sacerdos volens facere sacrum, audire confessiones, porrigere Eucharistiam; at non extinguetur præceptum deficiente semel ea conditione, qđ vnicus sit sacerdos, & ille nolit hęc efficere, sed suspendetur, obligabitque eo mutanti voluntatem. Secundò probatur hæc pars. Quia alias non teneretur religionē ingredi, si nullam petierit, eo quod viri docti, & probi religiosi iudicarunt in nullam eum religionem admittendum; vel si medici perin iudicarint eum perpetuo morbo laborare; ac proinde religioni ineptum; si postea constet eos deceptos volenti religione admittere; vel eo ad pristinam sanitatem integrè restitutio: Similiter sequeretur eum liberum manere, si non admitteretur, eo quod falsi testes deposuerint eū ab Hebræis originem trahere, si postea constet falsitas, & velint religiosi admittere. Quippe in omnibus his casibus eadē prorsus ratio apparet; cum in omnibus illis adhibuerit moralem diligentiam sufficientem, vt iustè existimaretur à voto liber; & sic in omnibus illis poterat iustè ad nuptias transire. Et ideo hæc pars mihi verior videtur. Atque eam tenet *Abulensis, ca. 30. Nume. quæst. 53.* quamuis non approbem eius sententiam in omnibus, quæ ibi docet: vt statim dicam nu. 73.

72 Hinc deducitur, non admissum, eo quod literarum, aut officij mechanici ignarus sit, nec obligatum ad ea addiscenda, vt admittatur, & ideo liberum ad ineundum matrimonium, teneri eam religionem voto promissa in ingredi, si postea addiscat. Quod cessarit impedimentū repulsæ, & nil referat, quo pacto cessarit an, scilicet, mutantibus religiosis voluntatem, an eo addiscente.

73 Hæc tamen dicta duplici numero præcedenti intelligerem, si hæc accidat, nempe, ablatio impedimenti, aut cognitio falsitatis illius, aut noua religiosorum voluntas illius admittendi, manentibus in eodem statu. Nam si hic, qui vouerat religionem strictiorem & ab illa ob causas dictas excusatus, esset iā nouitius in alia religione, quando impedimentum cessat volentibus religiosis admittere, vel quouis alio modo, non tenebitur egredi. Nec similiter tenebitur, si iam inierat matrimonium, etiam si viduus effectus sit. Ducor, quod res notabiliter mutatæ sint; & licet ea mutatio non sit sufficiens vt culpabiliter sequuta excusaret à voto; at quando omnino absque culpa, & quando iam ille voto satisfecit adhibens debitam diligentiam, non ita amare illa voti obligatio accipienda est, vt dicamus eū teneri ea mutatione facta. Quippe negari non potest ingressum semel religionem, leuitatis, & inconstantiæ notari, si eam deserat, etiam vt ad strictiorem trāseat; & difficilius multo esse expertum semel nuptias ad religionem transire. Quare non approbo, quod tradit *Abulensis, capite 30. Numer. qu. 53.* vbi ait vouentem strictiorem religionem, & eo quòd in illam non missus non est, ingredientem laxiorem, teneri postea volentibus strictioris religiosis eum admittere, ad illam transire. Et clare loquitur, etiam si iam in laxiori professus sit. Dicit enim transitum licentia petita, etsi non obtenta; & iam non esse sui iuris. Quæ de solo professo vera sunt. At hæc sententia in professo est contra textum expressum, *capite penultimo de regularibus in 6.* (Vt diximus nu. 16.) In nouitio autem iudico probabiliorem contrariam: ob rationem mutationis traditam. At cùm hæc mutatio esset eo deferente religionem illā laxiorem, tunc credo teneri ad prius strictioris votum. Quod non credo de coniugato facto iam viduo. Quia adhuc mutatio perseuerat, multo enim difficilius est huic continere.

SVMMARIVM.

Voto religionis quando satisfaciat ingrediens cum animo exeundi, nu. 74. 75. & 76.

Quid si dubium sit, an vouens malo animo ingressus sit, vel eum mutarit? n. 76.

Votum ingrediendi & statim exeundi, an valeat, nu. 77.

Quid si votum sit cum animo exeundi, vel non contrahenda maioris obligationis ad perseuerandum ea quam habent ingredientes religionem absque voto, nu. 78.

Quis si ille voueret religionem vt extat, n. 79.

An votum perseuerandi in religione obliget præcisè ad perseuerantiam? Refertur quadam sententia, n. 80.

Explicatur sententia Authoris nu. 81.

Quid si noua difficultas superueniat? Vel ille sit impubes, & extrahatur à parentibus vel tutoribus, n. 82.

An differant Vouere religionem, vel me facientum, aut futurum religiosum; & obligent ad perseuerantiam; & quid de voto moriendi in religione? n. 83.

An votum distinctum perseuerandi in religione, aut xenodochio inseruiēdi, assumpta semel religione, obliget ad perseuerandum, nn. 84.

An votum religionis cum intentione perseuerandi, astringat ad perseuerantiam? num. 85.

In dubio, an votum sit ingressus, an perseuerantia, ad quid obliget? nu. 86.

An bis peccet deserta religione, qui vouit ingredi, & perseuerare? nu. 87.

Vouens religionem cum expressa intentione gaudendi libertate exeundi tempore nouitiatus, an satisfaciat egrediens absque iusta causa? nn. 88.

An si voueat religionem absolute, satisfaciat ingrediens, & postea exiens? Refertur quadam sententiam numero 89. Et sententia vera, num. 90. Vbi quid si votum sit ingrediendi Carthusiam, si in quam intrent, an ingrediens possit libere exire?

74 Quæstio quarta. An votū religionis obliget ad perseuerandum in ea, an potius illi satisfiat ingrediendo, & postea nouitiatus tempore exeundo? Quia in re præmittenda est intētio in ingressu requisita, vt eo satisfiat religionis voto. Hæc enim debet esse animo experiēdæ religionis bona fide. Quare si vouens ingrediatur animo exeundi, eo ingressu votū non implet exeundo postea; sed ex vi voti emissi tenetur voluntatē mutare, & habere animum experiendæ religionis, num eius institutum sibi cōueniat. Ratio est, quia eo ipso quòd actus promittitur, censentur promissæ omnes circūstantiæ, sine quibus ille non esset apta voti materia (Vt probauimus ca.11.nu.30.) At ingressus religionis animo statim exeundi est vanus, & proinde inepta voti materia. Et ita docent *D.Th. 2.2.q.vlt.ar.4.ad 3. Ricard.4.d.38. art.8.q.3. & ib. Palud.q.4.ar.1.nu.7. Henricus c.peu.nu. 1. de voto D. Ant.3.p tit.16.c.2.§.4. Rosella verbo Religio 3.§.1. Abulens.c.30.Num.q.93. & 99. Ang. verbo Votum 3.num.18. Sylu.verbo Religio 2.q.19. Tabiena verbo Nouitius q.7.nu 8.§. Nauar.summa cap.12.nu.4^.§. Viguer.lib. insti.cap.17.§.1 vers.23. Palacios 4.d.38.disputat.1.immediatè ante 13.conclus.fol.849. col 2 Val.2.2. disp.6.q.6.puncto 4.q.4. versic. Vnde rectè. Azor. lib.11. instit.moral.c.22.q.6.* Quare non est audiendus *Gandaue quodlib.5.q.19.* dicens satisfieri huic voto ingrediendo cum exeundi animo.

75 Hoc tamen temperandum est, quando ingrediens firmum exeundi propositum haberet; secus si cum illo exeundi desiderio haberet propositum dādi operam, vt Deus immutet cor, vt vel sic perseueret. Tunc enim satisfaceret voto, etsi postea non potens quiescere exiret. Quia bona fide, & studiosus fuit ingressus, cum id quod in se est, præstet, quò ille effectum consequatur. Et ita docent *Ricardus, Henricus, Abulensis, Angelus, Syluest. allegati num præced.*

76 Secundò temperatur, nisi is cum animo nō perseuerādi ingrediens, exeat postea ex iusta causa. Tūc enim voto satisfecisse censeretur, eo quòd iustā egressus causam habuerit. Hoc dicit esse probabile *Palacios dicta disp.1.post 12. conclus.fol.848. col.3.* etsi postea vacillet dicens satius esse huic dispensationem voti impetrare. Sed dicendum est, hunc non satisfacere, quamdiu non expertus est bona fide religionē, eo prauo animo mutato. Quia cum substātia ingressus minimè mutata sit, nec illa apta fuerit ad satisfaciendum voto, nō cēsetur illa satisfactum. Alias nullū esset discrimen inter hūc, & ingredientem bona fide. Cum nec hic satisfecisse videatur, nisi ex iusta causa egrediens Vt dicemus n.90. Quare merito Doctores n.74. allegati hanc limitationem non apposuere. Quòd si dubius sit, an mutarit postea animum, adhuc non censetur satisfecisse. Quia est certus de malo animo à se concepto; & sic certum est illo ingressu non impletum esse votum. Mutatio autem animi & excusatio sunt dubia, nec cum sint q̄d factū, præsumitur. At si omnino dubitet, an cū eo malo animo ingressus sit, potest quiescere. Quia delicti præsumptio vitanda omnino est. & proinde non est, cur in eo dubio malus animus præsumatur.

77 Hinc deducitur votum ingrediendi religionem, & statim exeundi, esse irritum Quia quoad secundā partem est de re mala; immò & prima cum eo animo est mala & inepta voti materia (Vt diximus numero 74.) Non enim hic vouet ingressum bona fide ad experiēdum, sed mala fide ad exeundum. Sic docēt, *Ricardus, Henricus, Abulensis, Angelus, Tabiena, Azor, allegati numero 74. Armilla verbo Nouitius numero* 10. Quod intelligendum est, quando per modum vnius est vtraque pars promissa. Iuxta regulam traditam capit.10. num.3. Atque in dubio, quando non constat de contraria intentione, censendū est per modum vnius hoc promitti. Cum apertè vouens hic suam intentionem expresserit non ingrediendi ad permanendum. Quare meritò Doctores allegati dixere absolute hoc votum esse irritum.

78 Immò idem dicēdum est, si voueret ingressum cum animo exeundi. Quia talis ingressus est malus; & ideo votum est irritum. Ita tradunt *Ricardus, Henricus, Paludanus, Abulensis. Viguerius relati num.74. Sotus libro 7. de iust q.2.ar.1.ad 3. versic. Ex hac autem definitione.* At hoc intelligēdum est in duplici casu. Prior est, quādo ille exeundi animus comprehenditur sub voto. Secus, quando votum tātum concomitatur. Tunc enim cum votū sit ingressus religionis, qui bonus est, nec circumstantia reddēs malum claudatur sub voto, valebit votum, ac obligabit ad legitimū religionis ingressum. Sicut si quis volueret se auditurum sacrum, cum prauo inuisendæ feminæ desiderio, valeret votum tanquā rei bonæ, si malum id desiderium non claudatur in voto. Ita docet *Azor lib.11. instit.moral.c.22.q.6.* In dubio autem qualiter ea praua circumstāntia afficiat rē promissam; dicendum est idē, quod de paruæ finis circūstantia in eodē dubio, diximus ca.6.§. Cum eadem sit ratio. Posterior est, quando vouēs intēderet non obligare se ad aliud, quàm ad ingressum sine vlla experiendi obligatione; sed cum libertate exeūdi pro libito. Quia sic ingredi nō est bonum, nec iuri conforme. At valeret votum, si hic vellet se obligare ad experiēdum, sicut ingredientes bona fide absque voto ingredi solēt; nolens tamen nouam aliquam perseuerandi obligationē sibi imponere, præter illam, quam ingrediētes absque voto habēt, ita vt exiens absque legitima causa nō amplius, quam illi peccet. Quia sic ingredi est optimum consilium. Et ita videntur clarè supponere Doctores, quos n.88 referam.

79 Quòd si ille voueret religionem, vt exeat, *Ricardus, Abulensis, Henricus citati, nu.74. Maior in 4. dist.38.q. 2.§. Ang. verbo Votum 5.nu.*18. aiunt id votū fore nullum. Quia finis est malus. Hoc tamen intelligendū est, quando exitus ille esset materiæ promissæ finis. Hoc.n. modo finis irritat votum. Vt diximus capit.6. numero 13.

80 Hoc supposito duplex est principalis difficultas. Prior est,

est, an vouens non solùm se ingressurum in religionẽ, sed in ea perseueraturum, seu professurum, teneatur ita pseuerare, vt non liceat sibi ex causis iustis egredi; sicut licere solo ingressu promisso? Duplex est sententia. Prima ait nil interesse inter votum ingressus, & votũ perseuerantiæ; atque ita vtrumq; impleri ingrediendo bona fide, & animo probãdi, & postea ex iusta causa egrediendo. Ducitur, quod vtrumq; votum intelligendum sit secundum canones annum nouitiatus cõcedentes, vt si experta religio non placeat, integrum sit egredi; ac subinde in eo perseuerantię voto hęc tacita cõditio iure ipso inest. Hanc sustinẽt *Sotus lib. 7. de iustit. q. 2. art. 3. ad 3. versic. Ex hac autem definitione. Aragon 2. 2. q. 88. art. 3. circa solutionem ad 2. fol. 996. col. 2. vers. Est aliud dubium. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu* 10. *c.* 3. *dubio 7. casu* 4. Et videtur tenere *Emmanuel Sa summa, verbo votum, in principio, n.* 13. ait enim quosdam tenere hanc partem: & non improbat.

81 Secunda sententia (& quidem verissima) est, teneri hunc ex vi voti prrsenerare, & profiteri, & ideo non liberari voto, egrediendo ex causa iusta, sed teneri iterũ ingredi, ac profiteri. Ducor, quod hic duo promiserit, nempe, ingressum, & perseuerantiam. Non ergo solo ingressu satisfacit, nisi perseueret, & profiteatur. Secundo, quia promittendo præseuerantiã, eo ipso cedit iure in ipsius fauorem introducto, nẽpe, facultate egrediendi anno nouitiatus. Nam ei iure renunciari posse deciditur *c. Ad Apostolicam, de regular.* Quod etsi correctũ sit per *Tridentinum sessione 25. de regular. c.* 15. id solum est ad effectum, ne valeat professio ante nouitiatus annum expletum. Non tamen abstulit facultatem cedendi suo iure, obligando se voto aliquo simplici ad non gaudendum libertate exeundi eo anno, sed astringi ad professionem. Vt ex ipso contextu cõstat. Tandẽ, quia profiteri existentibus iustis illis egressus causis, est res bona. Ergo votum illius obligat. Ex hisque constat solutio rationis contrariæ, quia canones eam facultatem egrediendi concedunt nõ cedentibus iure suo. Et ideo hanc tenent *D. Thom. 2. 2. q. vltima, art. 4. corpore, & illa Caietan. dubio 1. Hostiens. summa. tit. de voto nu. 16. fine. Astensis 2. p. summa, lib. 6. titul. 47. artic. 8. q. 3. Henricus cap. penult. num. 1. de voto Abulensis ca. 30. Numer. q. 95. ad 1. & q. 93. & 99. D. Antonin. 3. par. tit. 16. c. 2. §. 5. Rosella verbo Religio 3. n. 5. Angel. verbo Nouitius num. 12. fine vbi Armilla num. 10. Sylu. verbo Religio 2. q. 19. Nau. summa c. 12. num. 47. & lib. 3. cons. tit. de voto. in 1. editione. consil. 25. num. 3. & cons. 26. num. vnico, & consil. 27. nu. 3. in 2. cons. 7. num. 3 & cons. 26. nu. vnico, & cons. 35. num. 3. Couar. de pactis 1. p. §. 3. ad finem Palacios 4. d. 38. disput. 1. post. 4. concl. fol. 818. col. 2. Philiarchus de offic. sacerdot. tom. 1. p. 3. lib. 3. c. 20. fine. Valent. 2. 2. disput. 6. q. 6. puncto 4. q. 4. vers. Vnde recte. Azor lib. 11. instit. moral. c. 22. q. 8. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. c. 45. initio. Manuel 2. to. summa c. 95. nu. 7.*

82 Ceterum quantumuis hic perseuerantiam vouerit: si talis aliquã magni momenti difficultatem in religione experiretur, quã tempore voti inuincibiliter ignorabat; aut superueniat alia notabilis difficultas, potest licitè egredi. Quia hæc notabilis rerũ mutatio excusat à voti obligatione. Vt probauimus hoc lib. c. 2. à num. 20.) At cessanti postea eo impedimento, tenebitur iterum illam ingredi, si illam specialiter vouisset. Quòd si religionem in genere vouerit, & in alia nõ esset ea difficultas, teneretur illã ingredi. Quia votum religiònis, quo ad perseuerantiam nondum impletum est. Atque id impedimentum excusatio solo tempore, quo durat, & respectu solius religionis, ad quam est. Quid autem si extrahatur à parentibus, vel tutoribus, dicemus cap. 18. nu. 31.

83 Hinc deducunt *Caietanus, Armilla, Couar. Palacios nu. 81. allegati,* promittentem se futurum religiosum teneri perseuerare: secus si promitteret religionẽ, vel forę, vt fieret religiosus. Censent enim diuersa esse vota sub his formis emissa. Quippe nullus est religiosus, nisi professione emissa: at solo ingressu in nouitiatum, est verum ipsum ingredi religionem, fierique religiosum. Cum nouitiatus via sit, vt quis religiosus efficiatur. At hæc differentia displicet, & omnia hæc vota eundem sensum efficiunt, nec seclusa speciali vouentis intentione obligant ad perseuerandum. Quia communiter per omnia hęc verba solus ingressus promittitur. Et ita docent *Azor lib. 11. inst. mor. c. 22. q. 8. Emmanuel Sà summa, verbo Votum, in principio, n.* 13. Votum autem moriendi in religione, est manifestum perseuerandi votum. Vt bene docet *Nau. lib. 3. consil. tit. de voto in 1. editione, cons. 22. n. 3. in 2. cons. 7. n. 3.*

84 Quòd si votum fuit disiunctiuum perseuerandi in religione, vel seruiendi perpetuo xenodochio, aut alterius operis pij efficiendi: & animo implendi voti ingressus est hic vouens religionem: videtur astringi ad perseuerandum, & iam non amplius posse resilire, & eligere alteram disiunctiuæ partem. Quia facto ipso videtur perfectè eam disiunctiuæ partem elegisse. Et ita iam non erit integrum variare. Cum animo implendi voti eam partem elegerit. At existimo non teneri perseuerare, sed liberum sibi esse alteram disiunctiuæ partem eligere: nisi cõstet de expressa eius intentione fuisse, eam partem perfectè eligere, votumque suum ad illam coarctare. Quod contingit in casibus, quos latè explicuimus capit. 13. à num. 36. Ducor, quod incipere alteram partem exequi, non sit perfecta electio, quin liceat retrocedere, & alteram eligere: immò & in his votis disiunctiuis integrum est, nunc vnam, nunc aliam partem præstare. (Vt probauimus eo capit. 13. num. 20.) hoc præsertim in religionis ingressu locum habet. Cùm enim communiter animo experiendæ religionis fiat: is à communiter contingentibus præsumendus est, dum de alio non constat. Quare ingressus ille censetur factus animo experiendi an expediat vouenti eam partem voti implere, perseuerado in religione.

85 Atque non solum perseuerãtiæ votum, sed etiam votum religionis cum intentione perseuerandi obligat iuxta aliquos ad perseuerantiã. Quia licet propositum per se ad id non obliget, obligat tamen cum illo voto. Sic tradunt *Hostiens. summa tit. de voto, n. 16. fine. Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 1. num. 9.* qui addit teneri hunc vel in illa religione, vel in alia perseuerare & si nullam se sustinere posse experiatur, posse ad seculum redire, non tamen vt instar secularium viuat. At non est his credendum. Quia dum propositũ illud non clauditur sub voto, sed illud tantum concomitatur, nullam obligationem inducit. Alias omnes promittentes religionem tenerẽtur perseuerare, cùm sępe animo perseuerandi affecti sint tempore voti. Et ita docent *Riccardus 4 d. 38. art. 8. q. 3. Henricus c. penult. num. 1. de voto Abulensis c. 30. Num. q. 93. Caiet. in opusc. tomo 1. tractatu vlt. septemdecim responsionum, in responso 7. Angelus verbo Votum 3. num. 18. Armilla verbo Nouitius, n.* 10.

86 In dubio autem, an quis promiserit solum ingredi, aut etiam profiteri, dicunt aliqui teneri eum ad profitendum: eo quod hoc sit tutius. *Nau. lib. 3. consil. tit. de voto, in 1. editione, cons. 18. nu. 2. in 2. cons. 26. n. 2. Manuel 2. tomo summa c. 95. n. 6.* Et idem dicent quos retulimus, numer. 31. dicentes in alio dubio voti amplectendum semper quod tutius est. Et quos retuli lib. 1. cap. 10. numero 16. dicentes in materia voti eligendum sempee quod tutius est. At ibi contrarium tenui, & ideo existimo hunc non teneri perseuerare. Quia in dubio obligat votum ad id quod minus est, & non semper ad tutius. Vt ibi probauimus, & hoc lib. 4. c. 14. n. 17.

Præterea quia cum rarissimi sint perseuerantiam vouentes, & communiter solus ingressus promitti soleat: præsumitur in hoc dubio à communiter contingentibus ille solus promissus.

87 Id demum circa hanc difficultatem obseruandum

eit. *11. uuel 2 to. summa, c. 95. n. 7.* ait promittentem solum religionis inhressum, & postea tempore nouitiatus perseuerentiam, bis mortaliter peccare exeundo contra duplex votum: secus si promitteret absolutè religionem, postea autem perseuerentiam. Ducitur, quod in priori casu sit duplex votum distinctum: in posteriori autem vnicum. Nã posterius illud perseuerantiæ votũ includitur tacite in religionis voto. Ceterum hoc discrimen non video. Quia neutrum votum, siue ingressus, siue absolutum religionis, includit perseuerãtiam: vnde in vtroq; casu dicere debebat esse duplex peccatũ, aut in neutro plus quam vnicum. Et ideo dicendũ est in vtroque casu vnicam esse voti religionis violati culpam: & sufficenter explicari à confitente, si dicat se votum religionis transgressum esse. Ducor, quod in eo perseuerantiæ voto inclusum omnino sit prius ingrediendi: ac proinde non reputantur ac vota distincta. Sicut si priori non fornicandi voto astrictus promittit castitatem, semel peccabit fornicãdo, satque fatebitur dicendo se castitatis votum violasse. Quod prius votũ non fornicandi includatur in posteriori castitatis, tanquam pars in toto.

88 Posterior difficultas est. Ad quam perseuerantiam obliget votum religionis: nempe, an eius obligatione liberetur, qui bona fide ad probãdum ingressus est, & absque vlla iusta causa recessit? Et quidè dupliciter potest votum hoc emitti. Priori modo, quãdo vouens intẽdit expresè se obligare ad religionis ingressum causa experiendi, cũ libertate nouitijs in iure concessa perseuerandi, vel egrediendi Et tunc nõ tenetur ex vi voti perseuerare, sed illi satisfacit ingrediendo bona fide causa experiẽdi, etsi postea absque causa iusta egrediatur. Quia in hoc casu censetur tantum velle se obligare per votum ad hunc ingressum bona fide, nolẽs nouam perseuerandi obligationem sibi imponere, præter illã quam ingredientes sine voto habent. Quod votum diximus n. 78. esse validum. Et hanc partem videntur tenere *D. Tho. 2. 2. q. vlt. ar. 4. corpore. Ricardus 4. d. 37. art. 8. q. 3. Henericus cap. Statuimus, nu. 9 de regular. & c. penult. nu. 1. de voto. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 2. §. 4. Abulensis c. 30. Num. q. 93. Sylu. verb. Religio 2. q. 19. Viguerius lib. instit. c. 17. §. 1. vers. 23.* Dico autem videri teneri, quia non expresè dicunt, sed satis id significant, dum constituunt discrimen inter hunc, & illum qui absolutè vouet religionẽ, nil de egrediendi libertate considerãdo. Et dicunt priorem non teneri perseuerare: posteriorẽ autem teneri secundum formam iuris ingredi ad experiendum. At nullum esset discrimen, si vterque iusta egressus causa egeret. Nam vterque tenetur bona fide ad experiendum ingredi.

89 Posteriori modo potest id votum emitti de ingressu religionis, nil prorsus de exeundi libertate determinãdo. Et in hoc casu est specialis difficultas, an hic voto satisfaciat ingrediẽdo bona fide ad religionẽ experiẽdam, & postea ex leuitate quadã absque vlla iusta displicentiæ religionis causa egrediendo. Duplex sententia. Prior ait hunc satisfacere voto. Ducitur, quia sicut iuramentum factum in materia iuris recipit omnes limitationes, & interpretationes, quas ipsum ius recipit *l. finali C. de condict. indeb. & l. finali, ff. qui satisdare cogãtur.* Sic & votum: cum eadem quoad hoc vtriusque ratio sit. Ergo votum ingressus religionis intelligitur ad experiendũ eo modo qui in iure statutus est. At annus probationis iure conceditur, vt nouitius religionem experiatur, cũ omnimoda exeũdi libertate, *c. Ad apostolicam, de regular. ca. 1. & 2. eod. tit. in 6.* Ergo cum eadem libertate id votum intelligitur. Hanc tenent *Gandauo quodlibeto 3. q. 19. & quodlib. 13. q. 15. Nauar. lib. 3. consil. tit. de voto, in 1. editione, cons. 19. nu. 1. in 2. cons. 25. n. 1. Palacios 4. d. 38. disputat. 1. post 12. concl. fol. 848. col. 2. Azor lib. 11. instit. moral. c. 22. q. 6. fine, & vers. Si quaeras,* vbi addit posse esse peccatu aliũde, recedendo absq; iusta causa, nempe, leuitatis, & temeritatis, desistendo ab incepto vitæ instituto, at contra votum non peccari. Et *vers. Quaeres insuper,* ait hunc minimè satisfacere, si absque vllis experimentis recederet. Eandem sententiam videtur clarè tenere *Angelus verbo Votum 3. nu. 18.* Eidem sententiæ fauent *Iason. l. Si quis heredem, nu. 13. C. de institut. Abulensis cap. 30. Numer. q. 95. ad 1. & q. 99.* vbi dicunt id votum ad solũ ingressum obligare, illiq; satisfieri exeundo postea. Eidem fauent *Paludan. d. 38. q. 4. ar. 1. nu. 9. Tabiena verbo Nouitius, q. 7. nu. 8. fine. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij cap. 45. initio,* vbi dicunt hunc satisfacere ingrediendo ad experiendum.

90 Posterior sententia (quã veriorem credo,) ait hũc nõ satisfacere voto, retrocedẽdo ex sola libertate nouitijs iure cõcessa, sed exigi iustã recedendi causam, & ideo si omnia in religione grata inuenerit, teneri sub mortali perseuerare, & si exeat, teneri iterũ ingredi. Ducor, quod hic ex voto astringatur ad religionis ingressum, quem sponte suscipiũt ingredientes absque voto. Sed hi ingrediuntur ad perseuerandum, si omnia grata, & sibi cõuenientia inuenerint: & alter ingressus esset vanus, & inutilis, nec voti materia. Ergo ad hunc ingressum ad perseuerandum astringit votum, inuentis omnibus gratis, nec iusta recessus causa data: & sic nõ implebitur tunc recedendo. Et confirmatur explicando magis hanc rationem. Quia materia huius voti est, id quod cõmuniter intendunt religionem ingredientes. At hi intendunt perseuerare inueniendo omnia grata. Ergo materia huius voti est ingredi, & perseuerare in eo casu. Ergo tunc non perseuerando, minimè impletur. Tandem quia ratio contraria nil probat: tum quia eam libertatem ius cõcedit ingredientibus absque voto: & cum longe diuersa sit ratio in astrictis voto, non debet intelligi hoc obligare cum ea libertate. Tũ etiã, quia eam libertatem concedunt iura pro solo foro externo, ne detur actio contra nouitium egredientem. Nam in foro conscientiæ peccat venialiter egrediẽdo absque iusta causa. (Vt n. 92. uidebimus.) Et ideo hanc sustinent *Caiet. 2. 2. q. vltima ar. 4. dubio 3. Armilla verbo Nouitius, num. 10. Sotus lib. 7. de iustit. q. 2, art. 1. ad 3. versic. Ex hac autem definitione. Aragon 2. 2. q. 88. artic. 3. circa solutionem ad 2. fol. 996. col 2. Angles floribus 2. par. q. vnica de voto, artic. 2. diffic. 7. Pasarellus in priuilegijs Minimorum. c. 43. Toledo lib. 4. summa c. 17. num. 12. & c. 18. numer. 1. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 6. puncto 4 q. 4. versic. Vnde rectè. Manuel 2. tomo summa c. 95. numer. 2. Philiarchus de officio sacerdotis, tomo 1. pa. 2. lib. 3. cap. 10. ad finem. Petrus de Ledesma 2. tom. summa, tract. 10. c. 3. dub. 7. casu 4.* Atque huic sententię fauent *D. Th. Ricar. Henric. D. Anton. Abulensis, Sylu. Vigner.* ut eos ponderaui n. 88. Eiusdem sententiæ uidetur *Maior in 4. dist. 38. quaest. 2. fine.* ubi ait hunc posse licite exire, si religionem suis uiribus imparem inueniat. Et *Couar. de pactis 1. parte §. 3. ad finem,* ubi ait tunc uouentem posse retrocedere, cum uiderit eum statum non esse sibi commodum, aut gratum. Quid autem si uotum sit Carthusiam ingrediendi, si quam ingrediar, an illam ingresus possit absque causa exire, dicemus capite 23. num. 41.

91 Quòd si dubium sit, utro horum modorum quis uouerit, existimo eum hoc posteriori uouisse, & ita non posse pro libito exire. Quia etsi prior modus minus grauis sit, & ideo uideatur in dubio præsumendus. Iuxta regulam traditam cap. 13. numero 17. At aliunde urget, rarissimum esse priori modo uouere: & ideo ab usitatis est fortior præsumptio hunc posteriori modo uouisse.

92 Hinc deduciter discrimen inter ingredientem religionem cum uoto, & absque illo. Quòd ille mortaliter peccet exeundo absque legitima causa. (Vt numero 90. probauimus.) Hic autem peccat uenialiter, Quod docent *Caietanus, Philiarchus, Pasarellus allegati, numero 90.* Et hoc ultimum fatetur *Azor lib. 11. instit. moral. capite 22. q. 6. versiculo Si quaeras.* Atque ratio

tio huius est, quod sit quædam leuitas, ac temeritas, à statu tantæ perfectionis semel assumpto, ita leuiter absque causa recedere. Et confirmatur, quia leuitatis cõmunis est nouitijs, & religioni. At hæc nouitiũ expellens ex sola libertate in iure concessa, reprehenderetur à quouis sapienti, & leuitatis notaretur. Ergo eisdem ille notabitur ex sola ea libertate exiens.

93 Secundo deducitur, minus bene *Manuelem 2. to. sum. c. 95. n. 2.* asserere, eum qui vouit religionẽ in genere, & ingressus est bona fide vnã, à qua ex iusta causa recessit, vt qã eius onera ferre nequibat, teneri ingredi aliã, cuius onera ferre valeat. Secus si egressus sit ex iusta cã impedienti ingressum in quamuis aliam: tunc enim semel egressus manet in perpetuum liber. Probat à simili, quia si hic in vnam religionem petitã admissus non sit, tenetur aliam petere, quando causa repulsæ non est generalis omnibus religionibus. Sed id est omnino negandum, & dicendum non amplius teneri voto illum qui à religione suscepta destitit ex causa iusta quacunque, etsi alterius religionis onera sustinere valeat. Quia cum non perseuerantiam, sed solum ingressum vouerit, plenè suo voto satisfecit ingressu vnius bona fide, & postea ex iusta causa egrediendo. Nec est simile de petenti admitti, & nondum admisso. Quia hic non censetur implesse votum, quamdiu est spes fore, vt in aliam religionem admittatur: vtpote quod de ingressu in aliquam fuit. Et ita alij Doctores relati, num. 90. bene dixere hũc liberum ab eo voto manere, deserta religione ex iusta causa.

94 Immò si votum religionis determinatæ commutatum sit: legitimè, siue absolutè, siue admixta aliqua dispensatione, in alterius religionis ingressum, & illam bona fide susceptam deserat vouens ex aliqua iusta causa, nõ tenetur ad prius promissam, sed omnino manet à voto liber. Ratio est, quia per commutationem extinguitur omnino prioris voti obligatio, & illius loco succedit res in quam commutatur, ac si de ea sola votum esset emissum (Vt tractantes de votorum commutatio ne dicemus.) At iam satisfactum est voto religionis illius, in quam facta est commutatio, ingrediendo illam bona fide, & exeũdo ex iusta causa. Et idem dicendum omnino est, si ille sufficienti diligentia religionem hanc in quam votum commutatur, petat, & in perpetuum repellatur. Quia similiter voto satisfecit. Hoc autẽ duplici limitatione intelligendum est. Prior est nisi ea lege commutatum sit votum strictioris religionis in laxiorem, vt è laxiori vouens exiens teneatur ad strictiorem prius promissam. Cuiusmodi est dispensatio, ad q̃ concessit priuilegium Eugenius IIII. & habetur in *compendio priuilegiorum Dominicanorum fol. 252. & in compendio priuilegiorum Societatis Iesu, verbo Commutatio §. 3* vbi *n. 2* habetur alia facultas cõmutandi voti determinatæ religionis in vota Societatis Iesu, absque prædicta limitatione. Posterior limitatio est, quã tradémus, n. 97. Atque eadem ratione, si quis castitatem perpetuam promissam, aut peregrinationem Hierosolymitanam, commutaret bona fide in religionis ingressum; si postea in aliam non admitteretur in perpetuũ, aut ingressus exijt ex iusta causa, liberatur omnino horum votorum obligatione, & potest ad nuptias transire. Quod probat ratio próximè tradita. Et similiter intelligendum est cum limitatione, num. 97. tradenda. Et idem prorsus dicendum est, si ingressus expellatur, casu quo dicemus, num. 107. & 108. expulsum satisfacere voto.

95 Eadem ratione si vouens laxiorem religionem ingredi commutaret propria authoritate in strictiorem, & hanc ingressus exiret ex iusta causa, vt quia suis viribus asperitate illius impares inuenerit, vel ex alia ratione iusta, aut sufficienti apposita diligentia non admissus est, manet omnino liber à voto, nec tenetur ingredi religionem prius promissam, etsi in illam admittetur, aut esset suis viribus æqualis. Quod probat ratio tradita num. præcedenti. Et est similiter intelligendum cum limitatione tradenda nu. 97. & similiter est intelligendum de expulsione, de qua diximus nu. præcedenti, fine.

96 Secus autem esset, si non animo commutandi ingressus esset strictiorem, sed aut prioris voti immemor, aut si memor, oblitus est commutare, vel id ignorabat, aut noluit commutare, nec ad eam strictiorem obligaretur. Tunc enim ex quantumuis iusta causa egressus ex strictiori aut in illam non receptus, teneretur ad prius votum. Quia prius votum nõ erat extinctum, sed suspensum, vt incompatibile cum strictioris ingressu, quam tanquam maius bonum impedire nequit. Ergo eo impedimẽto ablato obligabit. Et si iusta illa egressus causa ex strictiori militet in laxiori, vt si fuit grauis parentum necessitas, aut grauis morbus, excusabitur illa duranti à laxioris ingressu: at cessanti tenebitur.

97 Sunt tamen limitanda dicta n. 94. & 95. vt priorũ illorum votorum obligatio omnino cesset, si vouens nõ admittatur in religionẽ, in quam est legitimè sunt cõmutata, aut si ex iusta causa exeat, vel expellatur, quando is capax erat illius religionis, secũdum eius statuta, in quã commutata fuerunt. Quippe si capax non erat, vt si promisit religionem, vel quid aliud, & bona fide commutauit, vel à superiore commutatum est in aliã religionem, in quam neophyti nõ admittuntur, & ipse talis erat, vel habebat aliquod aliud impedimẽtum, pb quod capax nõ erat religionis loco priorum votorum subrogatæ, commutatio non valuit; & sic priora vota non extincta sunt. Ratio est, quia obligatio priorũ votorum non potuit cadere in eam religionem tanquam illi impossibilem. At in cõmutatione transit obligatio prioris voti in materiam loco alterius promissæ subrogatam. Quare si hic non admittatur, vel admissus expellatur, vel ipse ex quacunque causa exeat, tenetur ad priora vota, vtpote quæ non legitimè cõmutata erant. Secus esset, si post legitimam commutationẽ id statutum ederetur: vel re vera capax erat, & ob falsos testes malè de ipso deponentes, non admissus est, vel postea expulsus. Quia cùm legitima fuerit commutatio, & in religionem, cuius re vera erat capax, priora vota extincta sunt, nec effectus fortuitus superueniens incapacitatis ob statutum postea editum, aut falsam testium depositionem, efficere potuit vt illa reuiuiscerent. Quæ etiam ampliuis constabunt ex dicendis n. 107.

98 Quod si post votũ strictioris religionis, aut memor, aut immemor illius, emittat quis votũ laxioris, aut seruiendi in perpetuum xenodochio, & ingressus strictiorem exeat ex iusta causa, vel ab illa petita perpetuam repulsam patiatur: existimabit quispiam hũc ad posteriora hæc vota non teneri. Quia videntur irrita, vtpote, quæ cum priori rei melioris voto incompassibilia. Sed dicendum est teneri, etsi prius votum fuerit perseuerantiæ in strictiori, & illud implere nequeat, quia aut in perpetuum non admittitur, aut repellitur. Ratio est, quia cùm posteriora vota sint rei bonæ, valida fuerunt, quamuis non obligent nisi in casu, in quo eorum obseruatio nõ repugnet cum strictioris religionis ingressu. Eò vel maxime, quod incompassibilitas non sit perpetua, sed cessare possit prioris voti dispẽsatione obtenta, aut impotentia illius implẽdi, quia vel vouens non admittitur, vel est expulsus: vel si fuit votum solus ingresus, eo quod ex iusta causa exierit. Itẽ quia incõpassibilitas duorum votorum non efficit vt posterius minoris boni sit irritum, sed vt non obliget, quamdiu melioris exequutionem impedit. Quia alias id votum strictioris religionis, si posterius emitteretur, efficeretur priora illa manerẽt statim irrita. Nã qđ à principio impediret valorẽ voti, si superueniat, eius valorem tollit: Hæc autem intelliguntur, quando bona fide emisisset hic posteriora vota; eo quòd aut prioris erat immemor

memor, aut bona fide credidit se quoque posse hæc emittere. Nam si mala fide emisisset videns meliotis voti materiam impedire eamque impedire volens, essent irrita: vtpote quæ erant rei Deo ingratæ.

99 Sed superest explicandū, quæ sint iustæ egressus causæ, vt vouens religionem, egrediens que censeatur voto satisfecisse. Et quidē existimo non requiri valde vrgentem causam, sed mediocrē, & talem, qualis sufficeret, ne leuitatis argueretur egrediēs è religione absque voto. Ducor, quod vouens eam solam perseuerantiā promittat quam intendit ingrediens absque voto. (Vt nn. 90. probauimus.) Hæc aūt est, quando ita gratam inuenit religionē, vt absq; leuitatis peccato nequeat illā deserere. Ergo ea egressua causa sufficiēs erit, quæ à leuitate excusat. Et ita *Valentia 2.2. disputat. 6.q.6. puncto 4.q.4. vers. Vnde rectè*, explicuit hunc non satisfacere, quādo ex leuissima causa egressus esset. Et *Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu 10. c.3. dubio 7 casu 4.* ait tunc non manere hunc liberum, quando ex leuitate, & modica constantia egressus est.

100 Sed descendēdo ad causas particulares, quidā dicūt esse legitimā causam, solam religionis displicentiam: & inuenire eam nō gratam, & commodam sibi. Quia religionis experientia eo tendit, vt nouitius experiatur num ea grata sibi sit. Ita docent *Caietan. 2.2.q. vltima, art. 4. dubio 3. Armilla verbo Nouitius, num. 10. Couar. de pactis 1.p.§.3. ad fi. Nauar. summa cap. 12. num. 47. & Pasarellus in compendio priuilegiorum minimorū c.4*. Sed hi Doctores sano modo intelligendi sunt: nā alias nil prorsus interesset inter ingredientem absque voto, & cum illo, ad concedendam exeundi libertatem. Quia qui non vouit, nunquā egredietur, nisi religio displicet. Et ideo intelligendi sunt nō de displicentia omnino libera, quā pro libito potest homo reijceret: sed de displicentia non omnino libera, sed cum passione, anxietate, & tristitia animi, siue ea oriatur ex naturali aliqua causa, siue ex dæmonis tētatione, dummodò tempore notabili duret, vt integro mēse, & conans ille expellere, nequeat. Atque tāta posset repēte anxietas animi nouitio superuenire, statim suscepto habitu, vt ratio nabiliter crederet fore vt non posset religionē tolerare, & sic iustam exeūdi causam haberet. Au autem sit iusta causa, si à parentibus, vel tutoribus reuocetur impubes: dicemus c.18 n.31.

101 Hinc deducitur, iustā esse egressus causam, si vouens experiatur religionem probatam afferre sibi minorem fortitudinem, minusque animi robur ad perseuerandum: & propterea timet ne ineunte tēpore tepidus inueniatur, & ab ea deficiat, vel minus bene saluti suæ spirituali consulatur. Et ita docent, *Caietan. Pasarellus n. praecid. relati. Manuel 2. tom. summ. c.95.n.2.*

102 Secundo deducitur, quid dicendū sit, si casu fortuito egrediatur. Vt quia quispiam ex religiosis ipsū ad tactus impudicos, aut ad alia venerea induxit, aut qa ob aliquām reprehensionem, aut pœnitentiam sibi iniunctam tristatus est: aut quia delictum cōmisit, & timet pænitētiam: aut quia cū aliquo religioso rixatus est: aut quia cū morbo teneretur, nō tanta eius cura habita est, vt ad pristinā salutē restitueretur. Quippe in his omnibus casibus, est prudentis arbitrio liberandū, an leuitas fuerit ob id egredi, & tūc nō satisfaciet. Vt si casu quispiam ad malū induxit, vel cum eo rixatus est, cum tñ reliqui religiosi ad id nō inducāt, sintq; bonę vitæ, nec sit cū alijs rixādi occasio, leuitas erit ob id egredi. Et similiter qñ nec reprehensio, nec pœnitentia limites rationis excessere, aut si excesserīt, fuit casu: aut si pęnitētia quę timetur nō ē grauissima: aut si casu suo morbo nō ita prospectum fuit, esse leuitas ob id egredi, & sic nō satisfiet voto. At nō esset leuitas quando experietur religiosos nō cautè viuere cōmuniter, & ita saluti suæ animæ existimaret non expedire eam religionem. Vel si expetiatur pænitentias grauissimas in ea iniungi, & ita timeat fore vt illas sibi impositas ferre nequeat. Vel pœnitentia quam timebat, erat grauissima, etsi suum delictum ea esset dignum. Vel experiretur tēpore morbi communiter malè prospici infirmis, & timeret fore vt id ferre nequiret. Quare in his casibus iusta egressus causam haberet, vt sic censeatur votum implesse.

103 Tertiò deducitur, qñ morbus præbeat iustam egrediendi causam, vt satisfactum voto censeatur. *Ang. floribus 2.p.q. vnica de voto, ar. 2. diffic. 7. & Man. 2. to. sum. c.95.n.2.* dicunt esse iustam causam morbū perpetuū, quasi contrarium sentiant de temporali. Sed *Nau. l.3. consi. tit. de voto in 1. editione, consi. 29. n. vnico in 2. consi. 24. n. vnico*, absolutè dixit morbum esse iustam causam. Sed dicendum est non quemcuque morbum esse iustam causam: cùm etiam in seculo in morbos incidatur. Nec oportet morbum esse perpetuum. Sed sufficeret, quādo morbus esset talis, & tam frequens, vt nouitius prudenter indicaret fore vt nequiret in posterū onera religionis ferre, vel valde suæ saluti ea nocerent. Vel prudēter timeret eo morbo se futurum onerosum religioni.

104 Quartò deducitur, esse iustam egressus causam, necessitatem parentum, aut sororū, quæ esse alicuius momenti, cui ille in seculo poterit subuenire. Quia nemo prudens notabit leuitatis hunc egressum. Cum iustissimum sit filium parentibus subuenire, & fratrem sorori bus. Quippæ feminæ difficile sibi consulere possunt, & nimia egestate oppressæ sunt in graui spiritualis salutis iactura, & vsus sui corporis cōducendi, vt victui necessaria compareut. At fratrum necessitatem nō tanti ducerem. Quod viri facilius sibi cōsulant. Sed posset tanta esse, & illi tam destituti alio remedio, vt iusta quoq; esset causa. Quando autem omnibus pensatis est dubium an causa egressus iusta sit: non satisfiet voto egrediendo absque dispensatione. Quia id in ceteris præceptis contingit, non enī causa dubia excusat à culpa eorum transgressionem. Cum obligatio sit certa, & causa excusans dubia. Sic ergo cum obligatio voti religionis ad perseuerandum certa sit, nisi ex causa iusta egressus cōtingat quoties dubia fuerit causę honestas, obligabit votum ad perseuerandū. Quare egrediēdo nō satisfiet.

105 Quinto deducitur, minus bene *Manuelem 2. to. sum. c.95.n.5.* dixisse expulsum à religione promissa, & semel suscepta ob morbum, & quamuis aliam causam temporalē, teneri ijs cessantibus, virtute voti iterum ingredi. Sicut qui in religionem promissam ob impedimentum temporaneum non admittitur, tenetur eo cessante ingredi. Et eadem ratione idem sentiret de egresso ex causa iusta temporali diceret enim teneri hunc ea cessante iterum ingredi. At longe diuersa vtriusque est ratio. Quia nunquam admissus non impleuit votum. At semel ingressum, & ex causa iusta exeuntē, dicunt Doctores, n.90. allegati implesse suum votum. Non ergo tenetur cessante ea causa ingredi. Et confirmatur, quia prædicti Doctores sunt qui rigorosius in hoc loquūtur, vtpote qui iustam egressus causam petunt, contra alios, nu. 89. relatos nullam petentes. Et tamen obligationem voti in eo solo constituunt, vt vouens teneatur bona fide religionem ingredi, & in ea perseuerare, nisi expellatur, aut ex causa iusta exeat. Hoc autem totum hic pręstitit. Non ergo tenetur amplius religionem ingredi. Tandem quia promittens officium Virginis non tenetur, nisi semel id recitare, dummodo vtiliter recitet. Sic ergo vouens religionem tenetur tātum semel ingredi, dummodo vtiliter ingressus sit, nempe, ad probādum bona fide, & ex iusta causa exeat. Atque ideo dico ingredientem ex iusta causa temporali, vel expulsum à religione semel suscepta ob morbum vel impedimentum temporale, non tener ijs cessantibus ad religionem redire. vtpote qui iam plene suo voto satisfecit.

106 Hoc tamen est tripliciter limitādum. Primo nisi, votum sit perseuerandi in religione. Tunc enim egressus, vel expulsus ex quātumuis iusta causa, aut impedimēto tempo-

temporali, tenetur ijs cessantibus ad religionem redire. Quod si sit impedimentum perpetuum nõ ad omnem religionem sed ad illam, vel aliquam aliam determinatam, nec illæ determinatæ promissæ sint, sed religio in genere, tenetur aliã quærere, si spes est fore vt ad illam admittatur. Quia hic solo ingressu bona fide non satisfecit voto perseuerantiæ, cum nondum perseuerarit.

107 Secundo limitandum est, nisi expellatur defectu alicuius conditionis requisitæ iuxta eius religionis constitutiones. Vt si vouens religionem ingressusque Carthusiam, expellatur ipse nouitiatus, eo quod carebat ætate necessaria iuxta illius religionis statuta, tenetur aliam religionem ingredi, vel illã adepta ætate legitima. Quia voueris religionem tenetur ad illã, cuius est capax. Ita docet *Nau. lib. 3. cons. tit. de voto, in 1. editione, to'o cons. 21. in 2. toto cons. 23.* vbi latissimè de hoc disputat, & tandē hoc concludit. Et clare loquitur, etsi bona fide ignarus impedimenti ingressus sit. Id enim eius ratio ꝓbat & si fraus, mala fidesq; fuisset non adeo latissimè rem vtrinque disputaret. Cum luce meridiana clarius sit, illum non satisfacere. Itē quia bona fides excusat à peccato, sed nõ efficit vt voto satisfiat, non suscepta religione apta voto implendo. At secus iudicarem quando re vera est capax, & ob falsas depositiones testium expulsus est: vel ante professionem editum est id statutũ reddens ipsum illius religionis incapacem: in neutro. n. casu tenetur illam, vel aliam religionem postea ingredi. Ducor, quod cum hic perseuerare non vouerit, solum tenebatur ingredi bona fide religionem, cuius erat capax. Quod totum præstitit: cum ergo totum ad quod tenebatur, præstiterit, & absque propria culpa expulsus sit, liber à voto manebit.

108 Vltimo limitãdum est, nisi culpa sua è religione expellatur: tunc enim nondum voto satisfecisse censetur, sed tenetur se corrigere, vt iterum admittatur. Et ita docet *Toledo lib. 4. summæ c. 17. n. 12. & c. 18 n. 2.* Et idem à fortiori tenent *Sotus, Aragon, Vega, Graffis*, quos retuli lib 8. de matr. disp 9. num. 25. in quantum dicunt professum in perpetuum expulsum tanquam incorrigibilem, si ante ingressum astrictus voto religionis in genere, teneri aliã religionem ingredi, vt prius votum expleat. Censent ergo eiectum sua culpa nondum voto satisfecisse. Immò hoc tanquam apertum supponunt, & solum in hac sua opinione vacillant aliquantulum, eo quod omnia vota simplicia professionem præcedētia extinguantur illa emissa. Et ratio huius sententiæ est, quia ille, cuius culpa conditio nõ impletur, tenetur perinde ac si conditio impleta esset. At in voto religionis intelligitur conditio, si hic in religione retineatur. Ergo sua culpa non retētus, manet perinde obligatus, ac si ingressus non fuisset, & ac si dimissus non esset. At contrarium sustinet *Azor lib. 11. inst. mer. c. 22. q. 9. fin.* dicens sua culpa expulsum satisfecisse voto ingressus religionis. Ducitur, quod id votum ad solũ ingressum bona fide obliget: at hoc præstitũ est. Sed vtramq; sententiam sic conciliandam existimo. Si hic mediocrem diligentiam adhibuit, ad culpas suas corrigendas, & ad se religionis instituto accommodandum, & ex infirmitate, prauisque habitibus, aut ex praua indole qua præditus erat, non se ad religionis instituta accomodauit, aut in eas culpas lapsus est: verior est posterior sententia, vt hic religionis satisfecerit voto. Quod bona fide expertus sit, & reperitur religioni ineptus, & curauit quantum in se est conditionem impleri. Præterea quia nemo negaret hunc voto satisfecisse, si experiēs se non posse cum mediocri diligentia suis effrænatis passionibus resistere, vitiaque corrigere, propria sponte exiret. Cum hic dicatur non posse religionis onera ferre, & ad illius normam se accommodare. Ergo à fortiori satisfaciet, si expellatur. Si vero ea diligentiam non opposuerit, sed ex negligentia sua id cõtingat, est verior prior sententia. Quam eius ratio probat.

109 Tandē deducimr quid in hoc casu cēsendum sit. An liber manserit à religionis voto qui in eam eo solo fine admissus est, vt voto religionis liberaretur, & nondum habitu suscepto, vel eo suscepto dimissus est. Et quidem quando eo nondum suscepto dimissus est, videtur clare non satisfactum voto, etsi ille fraudis particeps non fuerit, sed prorsus ignarus. Quia ille nil religionis expertus est; & id est quod vouit, nec vere admissus est, sed fictè. Si vero habitum suscepit, & ita fuit re vera nouitius nec culpa sua eiectus, & fraudis ignarus, videtur satisfecisse. Quia bona fide est ingressus, atq; extra suam culpam expulsus. At verius est, eũ nõ satisfecisse. Quod non vere, sed fictè admissus sit, & ita nõ fuerit vere nouitius.

SVMMARIVM.

An voto religionis astrictus, nec admissus: aut expulsus, teneatur in sæculo aliquid? Referuntur sententiæ, n. 110.

Explicatur sententia Authoris, n. 111.

Quid si se obligasset, si cogitasset, vel est dubius de hoc, numero 112.

Quid si vouerat castitatem, & religionem, nec admittitur in religionem, nu. 113. & ibi, an teneatur ex tunc ad castitatem, an à tempore ingressus.

Quid si dubius sit an vouerit castitatem depēdenter à religione, n. 114.

Quid si quis habuit animum profitendi in manibus alicuius, vel intra seipsum, n. 115.

Quid si habuit animum promittendi in sæculo paupertatem, castitatem, & obedientiam, vel seruanda alicuius regulæ, n. 116.

Post n. 116. inuenies alia summaria quæ desiderantur.

110 Quæstio quinta. An voto religionis astrictus, & sufficienti præmissa diligentia in nullam admissus, vel ab ea expulsus in perpetuum, teneatur ad aliquid in sæculo faciendum *Palud. 4. d. 38. q. 4 art. 5. n. 9.* ait vouētem religionem animo perseuerandi, & non potentem religionis onera sustinere, ob idque recedētem, teneri in sæculo viuere non secularitẽ. Alij autem dicunt eũ qui religionis voto emisso non admittitur, sed in perpetuũ repulsam patitur, teneri sub episcopi obedientia manere in seculo, & eius monachus esse. Ita docent *Host. c. Porrectum, n. 54. de regular. Anch. c. Qui post votum, mitto, notab. 1. eod. tit. n 6. & ibi Frãcus n. 1.* & tribuitur *Innoc. eo c. Porrectum, nu. 6.* sed *Innoc.* non loquitur de vouenti ingressum religionis: sed de eo qui religionē professus est, aut intra se, aut in manib. non potentis acceptare, ait enim, etsi hæc non sit solemnis professio, teneri hũc ingredi religionem, & à nulla admissum, teneri esse sub dictã episcopi obediētia, & eius monachus eē.

111 Prima tamen conclusio sit. Vouens ingressũ religionis, & in perpetuum non admissus liber est omnino à voto, & nil tenetur in sæculo præstare, sed potest ad matrimonium transire. Rõ est, quia hic sufficienter suum votum impleuit, cum debitam diligētiam apposuerit, vt admittatur, votumque eam tacitam conditionē habeat, si vouens admissus fuerit. Pręterea, quia etsi in religione promittenda sint castitas, obediētia, & paupertas: at hæc sunt statui illi annexa, & ideo ante status assumptionem non obligant. (Vt nu. 117. dicemus.) Et ita tenent *Rosella verbo Religio 5. nu. 4. Angelus verbo Votum 3. num. 15. Sylu. verbo Religio 2. q. 17. Caiet. 2. 2. q. vlt. art. 3. circa solutionem ad 2. Armilla verbo Votum, nu. 18. Nau. sum. c. 12. n. 47. & 48. Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 2. diffic. 5. Azor lib. 11. inst. mer. c. 2. q. 3.* Quod etiam verum est, licet fuerit perseuerãdi votum. Vt bene docet *Nau eo. n. 47.* & dicemus etiã, nu. 117. Et idem dicemus est de expulso in perpetuum à religione tempore nouitiatus, casũ quo ea expulsione facta impletum est votum. (Quod quando contingat, diximus à num. 105. vsque ad 108.) Immò etsi non impletum sit, quia vel fuit perseuerantiæ, vel ob proprias culpas eiectus est, quibus corrigendis nullã diligentiã apposuit: si

correctus

coniugis delictum: vel quando ipse est adulter, & ob eius delictum alter diuertit, in casu in quo sibi licet tunc ad religionem transire. (De quo casu latè diximus libro decimo, de matrimon. tota disputat 10.) Quare in omnibus casibus, in quibus potest altero coniuge inuito ad religionem transire, peccabit mortaliter petendo, aut reddendo, aut remittendo adulterium alteri cõiugi quo ad diuortium: aut si adulterium cum alia persona committat, aduertens per hæc censeri diuortium remissum, & auferri sibi potestatem transeundi ad religionem. Vt probaui libro nono, de matrimon. disp.6. numero 14. fin.

118 An verò post religionis votum liceat in aliquo casu ad nuptias transire diximus hoc lib.4. c.8. à nu.9. vsq; ad 12. Et an peccet contrahens cum habenti hoc votũ: & quid responderi possit roganti an valeat matrimonium: dicemus inf.c.2. agentes de voto castitatis.

119 Tandem si post matrimonium emittatur ab altero coniuge votum religionis absque alterius coniugis licentia, ad quid obliget, diximus satis lib.9. de matrim. disp 35. à n.9. vsque ad 13. & an licite emittatur, diximus ibi. nu.32. Et quid si de alterius licentia, diximus eodem lib.9. disp. 36. nu.1. Et ad quid obliget emissum ab vtroque seorsum, aut de communi consensu, diximus ibi. disp.37. n.1. & 5.

CAPVT XVII.

Qualiter qui post simplex religionis votum est creatus episcopus, teneatur episcopatu relicto ad religionem.

SVMMARIVM.

Explicatur c. per tuas, de regul. an de solemni religionis voto intelligatur, & contineat solum consilium, n.1.

Referuntur, & improbantur opiniones, n.2.3.4.

Explicatur sententia Authoris, n.5.

An post religionis votum acceptans episcopatum, egeat licentia Pontificis, vt ad religionem transeat, n.6.

An tentatur votum Pontifici manifestare, n.7.

1 NOn tractatur in præsenti de voto religionis emisso post episcopatum. De hoc.n. & de votis emissis ab habentibus beneficia, dicendum est infra, vbi de votorum irritatione. Sed sermo est de voto religionis ante episcopatum emisso. Rationẽ dubitandi præbet cap. *per tuas, de regul.* vbi agitur de ligato prius voto religionis, & deinde promittente se intra certum tempus exequuturum votũ. nec exequutus est, sed fuit creatus episcopus. Cui Pontifex de hac re consultus sic respondet. *Consulimus vt si tuam desideras sanare conscientiam, regimen resignes ecclesia, & reddas altissimo vota tua. Quod si postmodum capitulum ecclesiæ te duxerit eligendum, electionem de te factam recipere poteris.* Et quamuis id votum appelletur ibi solẽne: at re vera erat simplex. Dicitur autem solemne, eo quòd in præsentia abbatis, & multorum erat emissum. Et constat, quia est votum de futura habitus susceptione, quod esse solemne nequit. Et ita docet *Innocent. ibi numero vnico, verbo Solemniter, Hostiensis initio. Ioannes Andreas num.1. Abbas, num.5. Cardin. num.1. opposit.1 & omnes.* Rursus quamuis videatur consilium: cum Pontifex vtatur verbo, consulimus, at re vera est præceptum. Cõstat ex ijs verbis *si tuam desideras sanare conscientiam.* At obseruare consilium nõ pertinet ad sanitatem conscientiæ tuendam. Quare dixit Pontifex, consulimus, non quia non sit præceptum: sed quia non procedebat in forma iudicij: si enim sic procederet, cogeret. Et ita docent *Innoc. ibi. num. vnico, verbo consulimus, Host. num.1. eod. verbo. Ionnes Andreas, numero 4. Anchar. nu.3. notabili 4. Cardin. initio, notabili primo.* Quare minus bene *Enriquez. lib.10. de sacram. ordinis, c.32. nu. vltimo, in commento, litera l,* ait Pontificem loqui de consilio.

2 Variæ igitur sunt sententiæ circa huius textus intellectum. *Abbas ibi n.6.* dicit eum procedere eo quod vouens ille ex ambitione consenserat electioni suæ in episcopum: si enim zelo bono ductus consensisset, nullius culpæ reus foret. Ducitur, quod votum non infringat cõmutans in melius *c. Peruenit, el 2. de iureiur.* At status episcopi est perfectior statu regulari *c. Licet. de regular. c. Veniens de iureiur.* Et confirmatur, quia votũ simplex strictioris religionis dissoluitur laxioris professione, eo quod hæc maius vinculum sit. *c. penultimo, de regular. in 6.* Similiter ergo soluetur assumpto episcopatu, q maius vinculum est. Tandem quia religiosus manens verè talis, potest fieri episcopus. Vt constat ex *eodẽ ca. Per tuas.* Ergo pariter episcopus manens talis, potest fieri religiosus. Cum ergo hi status non repugnent, nulla erit culpa post religionis votum acceptare episcopatum. Et concordant in hoc, vt nulla sit culpa acceptare episcopatum, & ob id non implere religionis votum, *Manuel 2. to. summa c.6. nu.6. Enriquez lib.10. de sacr. ordinis c.32. fine.* Sed hæc textus expositio non placet. Quia ea ambitio ex textu non constat: immò cùm potest electionem consulat Pontificem quid efficere debeat; potius præsumenda est bona intentio. Item ambitio efficeret peccari in procurãdo, aut acceptando episcopatu non tamen vt opus renuntiatione eius esset ad conscientiæ incolumnitatem. Cum ambitio non casset electionem; & sufficeret consulere illi, vt iniquam intentionem corrigeret.

3 Alijs placet eum textum procedere ex erronea illius vouentis conscientia, qui putabat se culpę transgressionis voti religionis reum esse, acceptato episcopatu. Hũc intellectum inter alios tradunt sub disiunctione, & dicentes fortè ita esse, *Host. eo. c. Per tuas, n.2. Io. Andreas, nu.6.* Alij vero, quos tacito nomine refert *ibi Ant. nu.7.* dicunt procedere ratione scandali. At similiter neutra expositio placet. Quia exposuisset Pontifex veritatem, vt deposita conscientia erronea in episcopatu ille perseueraret: & hac declaratione sedaretur scandalum.

4 Alij explicant procedere, eo quod electus ille episcopus erat in lethali, vtpote qui votum religionis tempore præstituto non implerat. At electio episcopi in mortali existentis est cassanda. Cum eligatur ad ministranda sacramenta, quæ in ministraturo gratiam exigunt. Hunc intellectum enim tradũt sub disiunctione, *Host. & Ioan. Andr. nu. præcedenti allegati.* Et eũ amplectuntur, *Ant. eo. c. Per tuas, nu.7 & ibi Henric. nu.3. Ricardus 4. d.38. art.5. q.1. ad 3. Corduba summ. quæst.153.* Vnde iuxta hanc sententiã non peccaret acceptando episcopatum, si terminus implendi voti lapsus non esset. Et ita asserit *Ant. ibi.* Sed nec hæc expositio placet. Quia si huic rationi inniteretur decisio Pontificis, obligaret solum ad agendam præteritæ culpæ pœnitentiam, quia redderetur ille sacramentorum ministerio aptus. Nec vere dixisset textus opus esse episcopatus renunciatione.

5 Et ideo dicendum est, verum illius textus intellectum esse, vt hic teneatur dimisso episcopatu ad religionem transire. Et probatur simul dissoluendo rationes, nu.2. pro contraria parte adductus. Quia acceptãs episcopatum admittit impedimẽtum religionis promissę, & sic erit voti reus. Quamuis enim non repugnet, vt religiosus fiat episcopus: repugnat tamen vt episcopus fiat religiosus. Quia vt episcopus fiat religiosus, oportet illum prius fieri nouitium, & in operibus humilibus versari. Quæ dignitatem episcopi dedecent. Insuper oportet vt omnia quæ possidet, & episcopatum renunciet. Quod absq; Põtificia licentia fieri nequit. At vt religiosus fiat episcopus, satis est eum à suorum pręlatorũ obedientia eximi, & subijci soli Pontifici. Secundo, quia (vt

optimè

optimè ait *Caiet. statim allegandus,*) tunc assumptio perfectioris status sufficit, ne dicatur votum imperfectioris status infringi, & hoc votũ extinguetur; qñ ij status ita distinguuntur vt in maiori claudatur minor; vt sũt diuersæ religiones. At secus est, quando non sic se habent, sed genere distinguuntur. Vt sunt status episcopalis, & religiosus. Quippe ille est formaliter status perfectionis alienæ; hic autem propriè. Et ita hanc expositionem proponunt in vlnmo loco tanquam meliorem, *Hostien. & Io. Andr. allegati num. 3. Card. eod. cap. Per tuas, num. 1. oppositione* 4. Et tenent *idem Host. summa tit. de voto §. Et vtrum à voto, num* 14. *Caiet. 2. 2. q. vlt. art. 3. circa solutionem ad 1. dubio 2. Maior in 4. d. 38. q. 6. ad 4. Abulensis ca. 30. Num. quæst. 94. Angelus verbo votum 2. nu. 12. & verbo votum 3. nu. 15. Syl. verbo Religio 2. q. 10. & verbo votum 3. fine. Tabiena verbo Episcopus quæst. 7. nu. 8. & ibi Armilla num. 10. Azor lib. 11. instit. moralium cap. 16. q. 2. & c. 21. q. vlt.* Atque bene docent *Syl. eo. verbo Votum 3. fine & Angelus eo verbo votum 2. nu. 12.* esse mortale acceptare episcopatum eo religionis voto nondum impleto.

6 Sed superest discutiendum, an exigatur licentia Pontificis ad dimittendum episcopatum illum semel acceptatum, transeundumque ad religionem, gratia prioris voti implendi, *Caiet. & Tabien. num. præcedenti allegati* censent eam nõ desiderari. Quia etsi iure communi attento ea desideretur; at in casu eius textus Põtifex eam concessit illi episcopo, & in eo omnibus simile votũ dignitatem præcedens habentibus. *Azor autem n. præcedenti allegatus* dicit eam licentiam exigi & teneri episcopum eam petere. Quia statu exequutionem voti impedienti se obstrinxit. Sed dicendum est, posse textum intelligi de solo episcopo electo, vel etiã electo, & confirmato. Nec obstant ea verba textus: *Regimen resignes.* Quę videntur supponere illud iã susceptum, quod ante confirmationem non fit. Quia possunt intelligi de regimine iam suscepto vel de eo ad quod per electionem acquisitum erat iam ius. Et ita docent *Io. And. ib. nu. 3. Anch. nu. 5.* Et tunc si nondum erat confirmatus, potuit absque prædicta licentia resignare. Vt bene docet *Host. ibi. nu. 2. verbo Resignes.* Et constat ex *c. Inter corporalia, de transl. episc.* Si vero erat confirmatus etsi nondum consecratus, indigeret licentia Põtificis. Quia *eo c. Inter corporalia*, deciditur non posse episcopum cõfirmatum resignare absque Pontificis licentia. Nec ea generaliter cõceditur in *eo. c. per tuas*, episcopo qui prius vouerat religionem, sed tantum declaratur eius voti obligatio, & illi episcopo cõceditur. Quia in casibus futuris oportet vt Pontifex consideret an attentis particularibus circumstantijs, expediat ne gratia voti religionis explendi deserat ille episcopatum: sed potius vt dispenseturin illo voto. Et ita hoc clarè videtur sentire *ibidem Hostiensis* dicens eum potuisse sine licentia resignare, si non erat confirmatus. Et ideo in hoc casu verum est quod tradidit *Azor*, & esse necessariam licentiam, & teneri eum illam petere: ob rationem traditam.

7 Verum dubitari poterit, an teneatur votum Pontifici manifestare, dum eam licentiam petit? Et credo probabilius esse eum non teneri. Tum quia id fieri nequit absque proprij peccati acceptationis eius episcopatus detectione. Tum etiam quia nunquam promisit se votum manifestaturum. Et ita verior sententia habet religiosum emittentem votum de re sibi interdicta, tenere petere licentiam, non tamen manifestare votum. Vt dicemus infra tractantes de irritatione.

CAPVT XVIII.

Qualiter impuberes ad religionis, & aliarum rerum vota obligentur; possintque, velint, nolint, à parentibus, vel tutoribus religioni offerri, aut ipsi ingredi: & quis eius oblationis effectus sit.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 1.

An puerorum vota religionis, & aliarum rerum obligent? Refertur triplex sententia nu. 2. 3. & 4.

Explicatur sententia Authoris, nu. 5.

An ætas ad hoc spectanda sit; an potius rationis vsus? n. 6.

Quid in dubio an sit rationis vsus? nu. 7.

Post num. 7. inuenies summaria quæ desiderantur.

1 DVplex disputanda qõ. Prior de obligatione voti religionis, & aliarũ rerũ, ab impuberibus emissi. Posterior de facultate ingrediẽdi religionẽ, & facultate parentũ, aut tutorũ ad ipsos offerendus, & extrahẽdos.

2 QVÆSTIO prior. An impuberes votis religionis, & aliarum rerũ obligentur? Nõ est hic sermo de potestate irritãdi hæc vota: nec an valeãt vota ipsorũ de re à parentibus interdicta; vel eo quod alienæ voluntati subditi sint, an ex hoc capite vota ipsorum corruãt. De his. n. agẽdũ est infra, vbi de votorum irritatione. Sed tñ est hic sermo, an ratione defectus legitimæ ætatis vota hæc irrita reddantur, siue impuberes habeant parentes, aut tutores, siue illis careant. Et quidem aliqui videntur tenere votũ religionis non obligare hos impuberes; idq; speciale esse in hoc voto. Ita vidẽtur sẽtire *Gl. c. Mulier, verbo Obligauit 32. q. 2. Abbas c. Scripturæ nu. 7. de voto. Ang. verbo Votum 2. nu. 6.* vbi dicũt impuberem doli capacẽ obligari omni voto præter religionis. Et *idem Abbas c. Significatum nu. 3. de regular. & Rosella verbo Nouitius nu. 8.* dicunt votũ religionis ante pubertatẽ emissum non obligare: eo q. ecclesia illud irritũ reddat. Sed manifestè oẽs hi loquuntur de solemni religionis voto. Quippe oẽs textus quos allegant, de eo loquuntur. Sed clarius videntur huius sniæ *Inno. eo. cap. Scripturæ, nu. 3. & ibi. Host. num. 7. Io. Aut. num. 4. Car. num. 6. quæst. 11. & 13.* vbi dicũt votũ religionis impuberũ doli capaciũ absq; parentũ, vel tutorũ licentia emissum, non obligare; secus de alijs votis personalibus, vt abstinẽtiæ, & peregrinationis. Qui apertè nõ loquuntur de solẽni religionis voto: id. n. ante pubertatem emissum non valet, quantũuis, parentũ, & tutorũ cõsensus accedat. Nec potest dici in eo cõstitui discrimen inter vtraq; vota, vt illud non sit omnino firmũ, cum irritari valeat; hęc aũt firma sint. Nã omnia psonalia, siue realia impuberum vota, possunt à parentibus, vel tutoribus irritari, quando absq; eorum licẽtia emissa sunt. At re vera non sunt huius sentẽtiæ, sed in eo inter hæc constituũt discrimen, quod eius sententiæ sint, vt solũ simplex religionis votum impuberum possit verè à parentibus, vel tutoribus irritari; alia autẽ personalia solum suspendi possint pro tempore, quo eorum potestas durat: & ita dicũt ea cessantia obligare. Et ideo dixere id religionis votum non valere absque prædicta licentia factum: quia nõ omni firmitate, & valore gaudet, vtpote quod potest ab ipsis irritari; at cetera dicunt valere, eo quòd credunt irritari non posse, sed tantum suspendi.

3 Alij cẽsent nulla impuberum vota valida esse. Quòd cum votum sit res grauissima, non quocunque rationis vsu contentum est, sed pleno, & maturo indiget; qualis pubertate completa eluceat. Ita tradit *Palacios 4. d. 38. disp. 1. fol. 870. col. 2.*

4 Alij vero opinentur nulla impuberũ vota valere, nisi probe pubertatẽ emittãtur. Quippe etsi ante eã ætatem rationis vsum ad peccandum sufficientẽ viantur, nõ tamẽ sufficiẽtẽ ad vota, ratione eorũ grauitatis. Ita docet *Syl. verbo Religio 2. q. 15.* satisfaciens circa religionis votũ

D. Thom.

D.Thom.2.2.q.88.art.9.corpore, & q.vlt.art.5.corpore, vbi ait debitum rationis vsum, vt votum hoc pueros obliget, contingere iuxta pubertatem, & ante debitum huncvsum non obligare, ficut nec tẽpore furoris emissum. Vbi manifestè apparet non loqui de rationis vsu ad peccandum petito, cum hunc cõstet septennio cõmuniter accidere sed de pleno, & perfecto communiter propè pubertatem aduenienti.

5 At verissima sententia est, obligari pueros quocumq; simplici voto, cũ primum rationis vsu ad lethalẽ culpã patrandam sufficienti gaudent. Ducor, quia ad cuiuscunq; simplicis voti valorẽ ea deliberatio sufficit, & necessaria est, quæ exigitur ad culpã mortalem contrahendam. (Vt ex ferè omnium mente probauimus hoc lib.4 c.1.nu.2.) Cum ergo ea reperiatur cum hoc rõnis vsu, obligabit votum. Secundò, quia tunc potest hic se obligare diabolo per peccatum, & homini per sponsalia. Ergo, & Deo per votum. Tandem quia vota tunc emissa non sunt iure naturali irrita: hoc.n. solam deliberationem ad mortale necessariam petit ad voti valorem. Nec iure humano, cum nullus textus ea irrita reddens inueniatur. Quia tñ deficit in tam tenera ætate deliberatio perfecta ad tantam obligationem, ei defectui natura prospexit præbens parentibus, vel eorũ vices gerentibus, facultatem huiõi vota irrita reddendi. Et ideo pro hac sententia sunt clarè *Inn.Host.Io. Andr. Ant.Card.allegati nu.2.* vbi dicũt impuberes doli capaces se posse Deo obligare per votum, sicut diabolo per peccatũ. Quare eum solum rationis vsum videntur petere, qui necessarius est ad peccandũ. Et quamuis aliud in voto religionis significent, iam ostendimus n.2. non aliud sentire. Idem sustinent *Abb. c.2.nu.2. de voto, & Rosella verbo Votum 1.n.2.* vbi cũ is textus decidat votũ in puerili ætate obligare, id est (vt explicat *ibi gl. verbo in puerilis*) cum adest doli capacitas, aiunt hoc cõtingere post septennium. Idem sustinet *D.Th.2.2.q.vlt.ar.5. ad 3.& q.88.ar.9. ad 1.* vbi sola vota puerorum vsu rationis carentium dicit esse irrita. Idem sustinent *Caieta. eo.art.9.§. Ad hoc dicitur, & summa, verbo Votum.c.3. §.imperfectio autem ætatis. Palud.4.d.38.q.3.artic.1.n.9. & q.4.art.1.n.29. D.Ant.2.par.tit.11.c.2.§.6. & 3.p.tit. 16.c.2.§.4.initio. Armilla verbo Votum, nu.6.fi. Sotus lib. 7.de iust.q.3.art.2.col.3. Nau.sum.c.12.n.68. Arag.2.2. q.88.art.9.paulò post princ. Manuel 2.to.sum.c.91.n.1.& 2. Azor lib.11.instit.moral.c.16.q 9. Valen.2.2. disp.6.q. 6.puncto 6.col.pe.vers. Secundo verissimum etiam est.*

7 Hinc deducitur, non tam septennij ætatem, quàm rationis vsum spectari debere, quo voti valor dijudicetur. Quippe potest contingere, vt tardius, aut citius perfectus rationis vsus ad mortale petitus adsit; ac tũc valebit votum. Sicut idem in sponsalibus probauimus libro 1.de matrim. disput.16.a num.8. vsque in finem. Et ita docent *Caiet. sum. verbo Votum ca.3.§. imperfectio autem ætatis, Armilla, Sotus, Aragon, Manuel num.præced.allegati.*

In dubio autem an adsit rationis vsus, an votum obliget: diximus hoc lib.4.c.1.a nu.12.

SVMMARIVM.

An possit impubes etiam infans à parentibus religioni offerri, & expediat admitti impuberes.n.8.

An impubes sic oblatus, vel sponte ingressus, possit ante pubertatem resilire num.9.

An ingressus absque parentum, vel tutorum licentia, possit reuocari, & intra quotum tempus, et qualiter id numerandum sit, nu.10.

An integrum sit illis reuocare, quando expresse, aut tacitè cõsenserint, nu.11.

Quid si intra annum iure concessum ad reuocandum, compleatur pubertas, n.12.

An possint hi propria authoritate reuocare, nu.13.

Quid si malitia suppleat ætatem in impubere, n.14.

An pater contradicente matre possit impuberem religioni offerre? Refertur duplex sententia, n.15.

Explicatur sententia Authoris, nu.16.

Quid si plures sint tutores, & alter contradicat, n.17.

An mater non contradicente patre possit impuberem religioni offerre? Refertur duplex sententia, num.18. Et sententia Authoris, nu.19. & ibi an sit differentia inter filios emancipatos, aut non emancipatos.

An possint parentes offerre religioni, & reuocare filios spurios, nu.20

An possit inuitis tutoribus, nu.21.

An id possit mater inuita auia tutrice, nu.22.

An id possit pater, cum ipse, & filius sunt sub aui potestate, numero 23.

An id possit mater ad secundas nuptias transiens, nu.24.

An tutores possint offerre, & reuocare pupillum parentes habentem nu.25.

An possit impubes inuitus à parentibus religioni offerri, nec possit ante pubertatem resilire, & quid si infans offeratur, nu.26.

An parentes qui vouerunt filium religioni, teneantur statim offerre, vel possint commutare tradendo alium, n.27.

Et an filius teneatur obedire, n.28.

An possit resilire ante pubertatem, quando parentes, vel tutores non obstulerunt sed dissimularunt anno & die post ingressus scientiam, nu.29.

An impubes religioni oblatus possit de consensu offerentium, vel monasterij, ante pubertatem resilire, vel à monasterio expelli, nu.30.

An si fecerat religionis votum, & extrahatur à parentibus, vel tutoribus, maneat liber à voto, nu.31.

An attento Tridentino sit præscripta ætas ingressui religionis puerorum. & prædicta sint innouata.n.32.

Quid circa ingressum puellarum, Refertur opinio, nu.33.

Explicatur sententia Authoris, nu.34. & ibi quid per motus proprios interdicentes ingressum in monasteria.

An hoc sit correctum per motum proprium Sixti V.n.35.

8 Quæstio posterior. Qualiter parentibus, vel tutoribus integrũ sit impuberẽ filiũ aut pupillũ religioni offerre, aut ingressum reuocare. & qd oblatio illa operetur? Et primò quidẽ statuemus qd attento iure antiquo dicẽdũ sit: deinde quid attẽto iure nouo. Tridẽtini. Et quidẽ attẽto iure antiquo triplex cõclusio est certa. Prima est. Possunt parentes filiũ impuberẽ religioni offerre, vt in ea sub regulari disciplina viuat. Colligitur à contrario sensu ex *c.2.de regular. & ex c. Puella 20 q 2.* & expresse deciditur in *Concilio V. Vormatien.c.22.& habetur c. Addidistis 20.q.1. & in Concilio Toletano 10.c.6. & habetur c.1.20.q.2* & idẽ habet *l.regia 4.& 5.tit.7. p.1.*& docẽt vniuersi Doctores allegandi. Quod quidẽ verũ est ẽt tpe infantiæ. Vt expresse habet *eo c. Addidistis.* Atq; idẽ significatur *c.1.20.q.2.* vbi indistinctè dr̃, in qualibet minori ætate. Et videtur vniuersi Doctores allegandi docere, dum generaliter, & indistinctè dicũt posse puerũ ante pubertatẽ religioni offerri. Et tradunt *Palud.4.d.38.q.4.ar.3.n.36. D.Anton.2.p.tit.11.c.2.§.8. notabili 4.* Hoc aũt intelligitur, nisi peculiari religionis cõstitutione caueatur, ne infans, aut impubes admittatur. Vt bene docent *D. Anton.3 p.tit.16.ca.2.§.2. Sylu. verb. Religio 2.q.10.* Et quamuis *D.Th.2.2.qu. vltima, art.5.corpore, fine, & quodlib.3.art.11.* probet ex multis expedire hos pueros admitti: & ipse quinquennis fuit religioni oblatus: (vt in eius vita refertur) at *D. Anton. eo.§.4.& Sylu.ea. q.10.* dicũt experientiã demonstrasse id non expedire, & hoc seruare ferè omnes religiones.

9 Secunda conclusio certa est. Hæc oblatio operatur vt impubes sic monasterio oblatus nequeat resilire, donec pubertatẽ completam adipiscatur, nempe, puer quatuordecim annos cõpletos, puella verò duodecim cõpletos. At ea ętate completa liberum ei est perseuerare, aut ad seculum redire, donec professionem tacitã, aut expressam faciat. Habetur expressè *c. Significatum, & c. Cum simus, de regula.* Et tradũt oẽs Doctores allegandi. Sicut etiam contingit, dũ impuberes sponsalia contrahũt, à quibus resilire nequeũt, donec puberes sint, *c. De illis.el 1.de despons at. impub.* Quãdo verò propria sponte

absq; ꝑdicta oblatione impubes religionē ingreditur, pōt quandocunq; exire, donec ꝓfiteatur. Cōstat ex *eo c. Significatū*. Et docent *ibi Glos. verbo A parentibus, Anto. n.5. Abb. n.2. Inn. c.2. a.2. de reg. & ibi idem Abbas n.10. Car. a.2. q.5. Anch. n.8. q.8. Henric. n.5. Syl. verbo Religio 2. q.10. Gre. Lopez l.4. verbo Non puedem, tit.7. p.1.* Intelligō aūt hoc de oblatione impuberis vt religiosus fiat: de hac. n. & textus, & Doct. loquūtur. Si. n. causa solius educationis, posset exire, & extrahi quandocunque.

10 Tertia cōclusio certa est. Si impuberes religionē absque parentum, vel tutorū consensu ingrediantur, possunt parētes, vel tutores id factū irritum facere, & impuberem reuocare, nisi anno & die id dissimulādo cōsenserint quo tpe trāsacto reuocare nequibunt. Habetur expressè *c.2. de reg.* & q̄uis ibi dicatur, si infra annū nō reclamauerint; at in eo textu supplenda est dies. Sic. n. deciditur *c. Puella 20. q.2.* Et docent vniuersi authores allegādi. Hic aūt annus incipit à die sciæ ingressus impuberis habitæ per parētes, vel tutores. Vt bene tradūt *Glo. 20. c. puella, verbo, at si vnum, in fi. Host. summa tit. de reg. n.10. & ibi Goffre. in summa n.10. Henricus c.2. a.2. de regu. Pala. 4. d.38. q.4. art.2. n.25. D. Ant. 2. p. tit.11. c.2. §.6 Syl. verbo Religio 2. q.11. Rosella verb. Nuntius n.1. & ibi Tab. q.1. n.2. lex regia 5. tit.7. p.1.* Quod si ita remotū sit monasterium, vt intra id tps reuocare nequeant, lūgius temporis interuallum concedetur, prout loci distantia exegerit. Ita docent *Glossa & Host. nu.9. Goffredus n.9. Henricus illa l.5. regia ibidem.*

11 Hinc deducitur, à fortiori nō posse reuocare, si expressè ingressui impuberis cōniuerint. Quia nō amplius operari dēt cōsensus tacitus, q̄ expressus. Si ergo tacitus consensus per illā diuturnā taciturnitatē præsumptus, operatur ne integrū sit amplius reuocare, id à fortiori cōsensus expressus operabitur. Et ita docent *Inn. c.2. initio, de regul. & ibi Io. And. n.1. Ant. n.12. Card. n.1. notabili 2. Ancha nu.4. notabili 4. Henricus nu.3. Rosella, Syl. Tab. allegati au. praced. Armilla verb. Nouitius n.1.*

12 Sunt tamen tria circa hanc conclusionem obseruanda. Primū est, hūc annum includi debere intra annos quibus ille est impubes. Si. n. impubes prope pubertatē ingrediatur parentibus inscijs, aut tutoribus, nō cōcedetur illis integer annus ad reuocandum, sed id solum qd̄ superest vsque ad pubertatem, qua adepta cessabit id reuocādi ius. Quia deinceps integrum est illis cōtra parentum, & tutorum voluntatem, ad religionē trāsire. Et ita docent *Glo. 20 q.2. in summa fin. Arch. c. puella 20. q.2. n.1. & ibi Bellamera initio. Tarrecre. nu. vnico.*

13 Secundū est, non posse parentes, aut tutores propria authoritate, vimque inferendo, extrahere impuberē à religione, sed authoritate habētis ptātem in monasterium illud. Quòd clarè colligitur ex *c.2. de regular.* vbi tantū cōceditur illis potestas reclamādi, & adeundi superiorem. Et ita docent *Palu. 4. d.38. q.2. n.15. D. Ant. 3. p. tit.16. c.2. §.4. paulò post prin. Syl. verbo Religio 2. q.11.*

14 Vltimū est, quosdā limitare hanc conclusionē, nisi impubes proximus pubertati sit, & malitia in eo ætatis defectū suppleat. Quia iura tm̄ volūt malitiā nō supplere ætatis defectū quo ad professionis valorē, nō tn̄ id negāt quoad ingressus firmitatē. Ita docet *Palu. 3. d.39. q.3. quæst. ūc.2.* At hęc limitatio caret fūdamēto. Cū. n. iura eā facultatē tribuāt vsq; ad pubertatē cōpletā & nullibi decidāt malitia posse ætatē suppleri, id asserēdū nō est. Præterea quia pr̄ pōt vota impuberis irritare, quātumuis malitia ætatem suppleat. Vt suo loco dicemus.

15 His ergo cōclusionibus certis præmissis, sunt nonnullæ difficultates circa illas enodādæ. Prima est, an patri integrū sit repugnāti mr̄e impuberē religioni offerre? Quidā affirmant. Nā solus pr̄ hēt filiū in ptāte *§. Feminæ, insti. de adop.* Et iō nil obstat matris cōtradictio. Ita *Henric. c.2. n.4. de regu. Palud. 4. d.38. q.4. art.2. n.26. D. Ant. 2. p. tit.11. c.2. §.6* Sed *idem Palud. ead. q.4 art.3. n.37. & D. Ant. eo c.2. §.8. notabili 5. Sylu. verbo Votum 5. fin.* sic distinguunt, si pater filium iam ablactatum voluerit, potest inuita matre religioni offerre: secus si nōdum ablactatus esset. Quòd in priori casu sit iam extra matris curam, secus in posteriori.

16 At verius est desiderari vtriusq; consensum. Quòd in re cōi potior sit prohibētis conditio. *Regula Iure cōi, de reg. iur. in 6. l. Sabinus ff. cōi diuidundo.* Et in hanc partē magis inclinat *Glossa c.1. verbo aut vnus 20 q.2.* Et eam tenent *Inn. c.2. initio, de regul. & ibi Host. n.4. Io. And. n.1. Abbas nu.6. Ang. verbo patria potestas nu. vnico, & ibi Syl. n. vnico Tab. nu. vnico, Armilla n. vnico, Greg. Lopez l.4. verbo El padre ti.7. p.1. Enriq. li.11. de matr. c.13. n.5.* explicans id esse verū, quamuis infans ablactatus sit.

17 Atque idē est dicēdum, si puer plures tutores habeat, cōtradicentis. n. pars præfertur. Quippe impubes ille est sub cōi vtriusq; cura. Et ita docent *Inn. & Io. And. n. præcedenti allegati Syl. verbo Religio 2. q.13. Rosella verbo Nouitius n.3. vbi Tabiena q.1. n.2.* Quare minus bene contrarium tenet *Car. c.2. n.1. q.3. regu.*

18 Secunda difficultas est, an sicut pōt solus pr̄ mr̄e non cōtradicenti offerre impuberē religioni, ita & sola mr̄ pr̄e nō repugnāti? Aliqui id matri negāt. Quod oblatio illa sit patrię ptātis effectus, qua mr̄ caret. Ita docet *Glo. c.2. verbo Mater 20. q.1. Henri. c.2. n.2. de reg.* Alij verò dicūt viuo pr̄ non posse mr̄em offerre, nec reuocare, secus eo mortuo. Quia in priori casu nō est impubes sub mr̄is ptāte, secus in posteriori quo ad hāc oblationē. Ita docent *Glo. c.1. paulo post prin. & verbo aut vnus 20. q.2. & ibi Arch. initio, Bellamera initio, Tarrec. n. vnico. Pal. 4. d.38. q.4. art.2. nu.26. D. Ant. 2. p. tit.21. c.2. §.6. Sylu. verbo religio. 2. q 13.* Et vr̄ sentire *lex regia 5. tit.6. p.1.* dicit. n. posse hoc mr̄em, si hēat filiū in ptāte, vbi *Gregor. Lopez. fin.* dicit hoc obseruādū *ad dicta in l.4. præcedēti. verbo El padre*, vbi dixerat posse id mr̄em; vnde clarè sentit nō sp̄ id posse, sed dum habet filiū sub sua ptāte. Et hoc dicit esse probabile *Henric. proximè allegatus.*

19 At verius est, id æque posse mr̄em, ac pr̄em, nec inter vtrumq; discrimen cōstituendum. Quæ sn̄ia innititur huic fundō, quod ex *Inn. statim allegando* desumptum statuunt oēs Doct. statim referēdi, & pręter illos. *Ang. Syl. Tab. Armilla, verbo patria potestas, nu. vnico*, nempe in. his spiritualibus est potius rō naturalis spectanda, q̄ ciuilis. patria. n. potestas iure ciuili inducta est: iure aūt naturali tenet̃ filius vtriq; parētū obedire, & sub vtriusque cura est. Item, quia *c.2. de regul. & c. Puella 20. q.2.* indistinctè dr̄ parentes posse offerre, vel reuocare. Itē, q̄a *c.2. 20. q.1* dr̄ disiunctiuè, si pr̄, vel mater offerat. Et *c.1. 20. q.2.* dicitur, aut vnus, aut ambo parētes. Et ideo hanc partem sustinent *Inn. c.2. n.1. de regu. & ibi Host. nu.4. Io. And. n.1. Ant. n.12. Card. nu.2. q.1. Abbas nu.6. Anch. n.5. q.1. & c. vnico, §. Porro. n.3. vers. Item notat. de despons. impub. in 6. Feder. cons.277. Rosella, verbo Nouitius, n.2. & ibi Tabiena q.1. nu.2.* Quare concludunt *Inno. Host. Io. And. Card. Ancha.* in hāc offerēdi ptāte nullum constituendum discrimen inter patrem, & matrem, filios emancipatos, & non emancipatos. Hęc. n. differentia soli iuri ciuili innititur; quod in hoc nō est spectandum, sed ratio naturalis.

20 Hinc deducit̃, posse parētes offerre religioni, & reuocare filios spurios, sicut possūt legitimos. Quippe etsi spurij iure ciuili attēto nō subsint patrię ptāti: at hęc nō attedit̃, sed rō naturalis. Et (vt optimè docet *Bar. l.2. n.4. ff. de accus.*) quoties iura voce naturali vtunt̃, vt parētū, liberorū, quali vtunt̃ textus, n. præced. allegati concedentes hāc facultatē parētibus, nō curandū est de iuris ciuilis dispositione statuētis spurios nō appellādos filios, *auth. Ex cōplexu C. de incest. nupt.* Sed ius naturale attendendū est. Et ita docet *Anch. c.2. n.6. q.1. de regu.*

21 Secundò deducitur, posse parentes hāc oblationem facere inuitis tutoribus, etsi sub illorum ptāte filius sit. Quippe id probat ratio nu.19. tradita. Et ita docent *Innoc. c.2. initio de regular. & ibi Host. n.4. Ant. n.12. Cardin. nu.2. q.2. Ancha. nu.7. q.2. Sylu. verbo religio 2. q.10. Emmanuel Sà summa, verbo religio num.11.*

Tertio

22 Tertio deducitur, ob eandem rationem idem dicendũ esse de matre, potest enim filium impuberem offerre, & reuocare inuita auia tutrice. Quia potius tenetur filius obedire matri, quã auiæ tutrici, attento iure naturali, quod ciuili præferendum est. Sic *Federicus quẽ refert, & sequitur Cardin. eo. c. 2. nu. 2. q. 4. & ibi Anchar. in fi.* Et constabit magis ex dicendis n. sequenti.

23 Quarto deducitur, etsi auus habeat patrem, & nepotem in potestate, integrum esse patri inuito auo filium offerre religioni, & reuocare. Quia in his est ratio naturalis potius spectanda. (Vt nu. 19. diximus.) At filius est naturaliter magis astrictus patri, quam auo. Ita docent *Inno. eo. ca. 2. nu. 1. vbi Host. num. 4. Ioan. And. num. 1. Anto. 12. Cardin. nu. 2. q. 1. Anchar. n. 5. q. 1. Henricus nu. 4. Sylu. verbo, Religio. 3. q. 12. Emmanuel Sà sum. verbo Religio, num. 11.* Quamuis *Abbas eo. c. 1. nu. 7.* dubitet de huius veritate, & in contrariam partem potius inclinet, eo quòd illo ingressu præiudicetur aui potestati. At hoc non obstat, quia ratio naturalis est potius attẽdenda.

24 Vltimo deducitur, quid sentiendum sit de matre ad secundas nuptias transeunte. Quidam affirmant eam amittere hoc ius filij impuberis offerendi, aut reuocãdi. Ducuntur, quod tãquam suspecta iure priuetur filij educatione. (Vt docent multi quos retuli lib. 7. de matrim. disp. 88. n. 16.) Et ita sentiunt *Paludanus 3. dist. 39. q. 3. quæstiunc. 1. & 4. dist. 38. q. 4. art. 2. nu. 26. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. Syl. verb. Religio, 2. q. 13.* At contrarium est verius. Tum, quia certius est non auferri ipso facto ius educationis. (Vt probaui eadem disp. 88. num. 17.) Tum etiam, quia in his ius naturale præualet (Vt diximus hoc c. n. 19.) Quo attento filius subditur matri secundò nubenti.

25 Tertia difficultas est, an tutoribus integrũ sit pupillũ impuberem religioni offerre? Aliqui negant. Quia iure solù m inuenitur cautum, vt eum absque ipsorum licentia religionẽ ingressum reuocare possint, *c. Puella 20. q. 2.* Deinde, quia per eum oblationem offeruntur cõsequenter pupilli bona, quę tutores offerre nequeũt. Ita docent *Federicus consil. 277. Anchar. c. 2. nu. 7. q. 2. de regular.* At dicendum est posse. Quippe id aperte colligitur ex *eo c. Puella.* dum ibi deciditur tutoribus cõscijs ingressus pupilli, & tacentibus anno & die, nõ permitti amplius reuocare: eo quòd ea taciturnitas sit quædam tacita oblatio. Nec obstat ratio contraria: nam oblatio bonorum nõ sequitur ingressum, sed professionẽ, quę emitti nequit vsque ad pubertatem, & sic finita tutela. Et ita docent *Inno. ca. 2. initio, de reg. & ibi Abbas, nu. 8. Card. n. 2. q. 2. Henricus fine, Socin. Senior conf. 61. in præsenti consultatione n. 11. & 12. vol. 1.* bene addens id habere verum, etsi pupillus ille sit mutus, *Rosella, verbo, Nouitius, n. 3. vbi Tabiena q. 1. nu. 2. Greg. Lopez l. 4. verbo, El padre, tit. 7. par. 1.* Immo etsi pupillus ille parentes, & tutores habeat, possunt tutores parentibus non contradicentibus pupillũ offerre. Vt bene docet *Card. ibidem.*

26 Quarta difficultas est, an possit impubes inuitus religioni a parẽtibus, vel tutoribus offerre? Et posse videntur tenere *Inn. c. 2. nu. 2. initio, de regu. & ibi Host. n. 5.* & tenent expresse *Henric. ibi, n. vltimo, Palud. 4. dist. 38. q. 4. art. 2. n. 28.* addens secus esse de tutoribus. Idem tradũt *Palud. eadem q. 4. art. 3. nu. 36. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 8. notabili 4.* indeque inferunt parentem qui vouit filium determinatum religioni, nequire alium commutando offerre, etiam de consensu eius qui ad votum induxit: & si vouit simpliciter, teneri statim cum in religione educari potest, eum offerre etiam inuitum. At si vouit sub conditione, si puero placeret, dicunt non teneri, donec puer vsum rationis habens consentiat. At dicendum est, non posse, parentes, nec tutores inuitum offerre, quare pupillo absque suo consensu oblato integrum est resilire. Quod apertè probat textus *capitulo Præsens 20. quæstione 3.* Et ratio est quia oblatio se habet ad professionem, sicut sponsalia ad matrimonium. At sponsalia non obligant impuberem nisi expresse, aut tacitè consentientem: vt quia cùm præsens est, non cõtradicit sponsalibus nomine ipsorum per parentes aut tutores contractis *cap. 1. de sponsal. impub. in 6.* Ergo idem de illa oblatione dicendũ est. Et ita tenent *Gloss. 20. quæstione 1. in summa, verbo, Quod intra. Ioannes Andreas, cap. 2. num. 2. initio, de regular. & ibi Anton. numero 13. Cardin. numero 2. quæst. 6. Abbas num. 9. Anchar numer. 8. quæst. 3. Syl. verbo Religio, 2. quæstion. 10. Rosella, verbo, Nouitius, nu. 1. Tabiena ibi, q. 1. n. 2. Gregor. Lopez l. 4. verbo, Non pueden, tit. 7. par. 1.* Quare si tempore infantiæ offeratur puer religioni, poterit postea exire antequam ingressum illum à parentibus, vel tutoribus factum, iam vsu rationis potitus ratum habeat. Sicut de sponsalibus tempore infantiæ nomine ipsorum initis traditur. Et quando tacentes, nec egredientes cẽseatur consentire, satis diximus hoc lib. 4. cap. 15. num. 23. & 24.

27 Hinc deducitur contra *Paludan. & D. Antoninum. num. præcedenti allegatos* parentem qui filium religioni vouit, non teneri illum offerre inuitum, nec antequam rationis vsu gaudeat, vt consensum præstare possit. Quia cùm hæc promissio sit facti alieni, tantùm obligat ad curandum, vt ille ingredi velit. Vt diximus hoc lib. 4. cap. 5. n. 9. Ergo expectanda est ætas, in qua puer consensum ingressui præstare possit. Et quamuis in rebus non tam arduis teneretur parentes statim implere, non expectata ætate, qua puer consentire posset, vt si vouerent illum deferre ad templum, at in re tanti momenti, qualis est offerre puerum religioni, vt vitam regularem transigat, ibique profiteatur, si factus pubes velit, expectanda est ætas capax præstandi consensus. Quod vero dixere ijdem Doctores (vt numero præcedenti retulimus) non posse parentes propria authoritate commutare tradendo alterum filium, est intelligendum nisi euidenter cõstet esse maius, aut æquale Dei obsequium, alterum filium offerri. Quia (vt dicemus tractantes de votorum commutatione) possint propria authoritate commutari in euidenter melius, aut quale.

28 Secundo deducitur, puerum non teneri obedire parentibus vouentibus ipsum religioni offerre. Quia ingressus hic spontaneus esse debet: nec est res ad domesticam gubernationem pertinens, in qua sola teneri eum obedire diximus hoc lib. cap. 15. num. 22. Immo etsi pater voueret filium religioni causa solius educationis tradendum, & nõ vt religiosus esset, & admitteretur ad hoc cum debita licentia, credo nõ teneri filium obedire parentibus. Quia etsi teneatur obedire parentibus tradẽtibus illum instruendum alicui pędagogo; at est res grauis, & ardua tradi ad hunc effectum alicui religioni.

29 Quinta difficultas est, quando parentes, vel tutores non expresse obtulere impuberem religioni, sed tacitè dissimulando per annum & diem, an sicut ipsis admititur facultas per illã taciturnitatem reuocandi postea ingressum (vt diximus numero 10.) ita adimatur impuberi resiliendi; donec pubes factus sit. Sicut diximus numero 9. contingere, quando à parentibus, vel tutoribus est expresse oblatus? Aliqui censent integrum esse ei quandoque resilire. Quo ducantur fundamento, me prorsus latet. Ita docent *Glossa capit. 2. verbo Permaneat, de regular. Innocent. ibi numero 2. fine Hostien. numer. 9.* At dicendum est non posse. Quia id expresse deciditur, *cap. Puella 20. quæstione 2.* ibi: *Vlterius nec ipsi, nec ipsa mutare hoc poterunt.* Et ita docent *Glossa ibi, verbo Nec ipsa. Abbas c. 2. nu. 10. de regular. Paludanus 4. dist. 38. q. 4. articulo 2. numero 28. Syl. verbo Religio. 2. quæst. 11.*

30 Sexta difficultas est, an impubes à parentibus, vel tutoribus religioni oblatus possit resilire ante pubertatem, consentientibus ipsis, qui eum obtulere; vel ip-

sis inuitis, consentiēte monasterio. Neminem tractantem inueni. At existimo non posse egredi consentientibus iis, qui illum obtulere, repugnātu tamen monasterio. Quippe per eam oblationem ius acquisitum est monasterio, ne impubes inde recedat donec pubes sit. Et quamuis ad oblationem exigatur consensus impuberis, & parentum, vel tutorum; at illa semel facta, nec illi, nec his integrum est resilire. At si monasterium velit impuberem ex causa expellere, poterit vtique. Quod nullo iure ipsum retinere astringatur. At absq; causa iusta non poterit, nec sola licentia conuentus, etiam parentibus consentientibus sufficiet. Quia priuantur iure suo Deus, & monasterium, quorū obsequio ille dicatus erat absque facultate retrocedendi vsque ad pubertatem.

31 Vltima difficultas est, an impubes cum voto religionis illam ingressus absque parentum, vel tutorum facultate, & ab illis reuocatus, maneat liber à voto; an potius teneatur iterum adepta pubertate, quando iam sui iuris est, ingredi: *Paludanus 4. dist. 38. quæstione 4. art. 2. numero 29. & D. Antonius 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 6.* aiunt, quamuis res sit dubia, teneri eū iterum ingredi: quia id votum obligabat corā Deo. At sic distinguendum existimo. Si voti conscij reuocarunt, non tenetur iterū ingredi, etiam si fuerit votum perseuerandi. Quia ea reuocatio est quędam voti irritatio, & ideo amplius non obligabit. Si vero voti ignari, non est irritatio. Quia voluntas non fertur in incognitum, & ideo si fuerat perseuerandi votum, tenebitur iterum ingredi, quando potest, nempe, factus pubes; nisi id votum postea irritetur à potenti irritare. Si vero solius ingressus votum fuerat, non tenetur iterum ingredi. Quia huic voto satis fit solo ingressu, quando adest iusta religionis deserendæ causa. Vt diximus hoc lib. cap. 16. numero ,9. At iusta causa fuit reuocari à potestatem habente. Vtrum autem, vt sit irritatio, oporteat nosse fuisse votum perseuerantiæ, dicemus infra tractantes de votorum irritatione.

32 Hactenus egimus, quid iure communi antiquo attento censendum sit circa oblationem impuberis religioni eiusque ingressum. Superest videndum, an aliquid nouo Tridentini Concilij iure circa hoc innouatum sit. Et quidem circa pueros nil innouatum inuenio. Nam *sessione 25. de regul. c. 17.* in quo versatur difficultas an aliquid innouarit, de solis puellis est sermo. Et redditur ibi ratio, vt earum libertati consulatur. Quare non extenditur ad pueros. Vt à simili probaui hoc lib. c. 4. num. 5.

33 Sed de puellis est maior difficultas, ob id decretum *Tridentini eo. c. 17.* cuius hæc sunt verba: *Sancta synodus statuit, vt si puella quæ habitū regularem suscipere voluerit maior duodecim annis sit, nō ante eum suscipiat, nec posteà ipsa vel alia professionem emittat, quam explorauit Episcopus virginis voluntatem.* Quod decretū intelligit *Azor li. 12. institu. moralium c. 18. versiculo 55. & 56.* vt duo in eo statuātur. Prius est, ne puella duodecim annis minor possit ad habitum regularem suscipiendum admitti. Posterius est, ne aliqua profiteatur antequā Episcopus eius voluntatē exploret, an coacta, & an seducta sit, & an sciat quid agat. Et eodem modo idem decretum quidam alij viri docti, & Episcopi intellexere. Vt refert *Michael à Metina num sequenti allegandus.* Et ita etiam intellexere viri docti, & Episcopi, qui anno 1582. ad Concilium prouinciale Toletanum confluxere; vt refert, & sequitur, *Manuel. quæst. regularibus, 3. tomo, quæstione 12. art. 2.* limitans, nisi parentes, aut tutores consentirent. Quia ratio ob quam Tridentinum intēdixit puellas minores duodecim annis admitti, fuit, eo quod illi reuocare poterant; quæ cessat illius consensū admissioni præstantibus.

34 Sed nescio qualiter contextus eius decreti eum sensum pati valeat. Quippe ibi nil de puellæ ad religionem admittendæ ætate decernitur, sed de examine voluntatis premittendo, quando ingrediens fuerit maior duodecim annis; & ita sub conditione loquitur, ibi: *Si maior duodecim annis fuerit;* quæ nil pouit inesse. Immo id decretum clarè supponit minorem ea ætate suscipi posse. Alias non loqueretur sub conditione, si maior duodecim annis fuerit. Item, quia dicit: *Nec postea ipsa vel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus virginis voluntatem.* Vbi noto eam dictionem, alia, quæ diuersitatem importat; quasi dicat, nec ipsa, quæ maior duodecim annis est ingressa, nec alia ea ætate minor, profiteatur ante eam voluntatis explorationem. Quippe ad nullam aliam puellam ea particula, alia, referri potest. Cum omnes puellę maiores duodecim annis in pręcedenti particula, nempe, ipsa, comprehensæ sint. Præterea, quia cūm (vt num. 8 videmus) tot textibus concessum sit parentibus offerre puellas impuberes religioni; & tam odiosa sit textum correctio, vt illi censerentur correcti, id vtique expressissimis verbis statui deberet, & non tam obscuris, ne dicam, clare nil circa id decernentibus, sed aperiè oppositum supponentibus. Et ita *Nau. sum. Hispana c. 28. additio penultima ad cap. 26. initio,* etsi obiter, sic intelligit id decretum, his verbis: *Manda, que ninguna que passe de doze años tome el habito de religion. antes que fuere examinada por el Ordinario.* Et *Michael Metina de sacrorum hominum continentia, lib. 4. controuersia 9. toto c 4.* latissimè hanc partem probat, & dicit nil alienius à sacræ sinodi mente excogitari posse, quam illum intellectum n. præcedenti relatum. Et ita se interfuisse illi decreto, atque attentissimis auribus suffragia omnium Episcoporum accepisse, & nil tractatum fuisse de sola puellarū maiorem duodecim annis ad religionem admissione. Quare optimè concludit duo in eo decreto statui. Alterum est, vt si puella ingrediens sit maior duodecim annis, quantæcumq; ætatis sit, duplex Episcopi examen subeat; alterum ante habitus susceptionem, & alterum postea ante professionem. Et vtrunque petijt, quia sæpe puellæ inuitę habitum suscipiunt; & quamuis voluntariè illum assumant, non raro inuitè profitentur timore parentum, vel cognatorum, vel verecundia habitus dimittendi. Alterum vero, quod in eo decreto statuitur, est, vt puella minor duodecim annis ingrediens, vnicū examen subeat, nempe, professionis tempore. Quoniā ante ætatem duodenariam vanum existimauit Tridentinum id examen præmitti, ob tenerum rationis vsum puellæ. Qualis autem culpa sit non præmittere vtrunque examen, & an sit nulla professio eo emissio, dicemus lib. 5. cap. 4. nu. 84. Nec motus proprij Pij V. & Greg. XIII. interdicunt hunc impuberū puellarum ingressum causa religionis suscipiendæ, sed quando solius educationis causa. Nec obstat nouitiatum inchoari non posse ante pubertatem. Quia id etiam iure antiquo verum erat (vt dicemus lib. 5. cap. 4. nu. 24.) nec tā hic ingressus impediebatur, sed approbabatur vt legitimus; quāuis proprius nouitiatus non inchoetur ante pubertatem. Atque huic improprio nouitiatui eius priuilegia concedunt. Vt dicemus eodem lib. 5. c. 4. num. 24. Quare existimo nil innouatum esse circa omnia in hoc capite contenta, sed in omnibus seruanda esse, quæ iure antiquo statuta sunt.

25 Ex quo deducitur, minus benè *Sorbo in cōpendio priuilegiorum mendicantium, verbo Nouitius, notabili 4* dixisse hoc correctum esse per motum proprium Sixti Quinti, contra illegitimos, vbi statuit nullum sexdecim annis minorum ad religionem admittendum esse. At deceptus est, quia id non statuit, sed tantum maiorem sexdecim annis admittendum non esse, nisi præmissa morum ipsius informatione.

C A-

CAPVT XIX.

Qualiter ære alieno pressus, aut ad ratiocinia, aliquidve faciendum astrictus, possit votum religionis exequi illam ingrediendo.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sunt, num. 1.

An ante constitutionem Sixti V. professio are alieno astricti valuerit, nu. 2.

Si fit creditoribus soluendo, an peccet ingrediens religionem, donec soluat, nu. 3.

Quid, si sint debitam incerta pauperibus restituenda, nu. 4.

Quid, si sint debita certa; at in seculo non erit soluendo, aut aquè poterit in religione soluere, nu. 5.

Quid si manens in seculo erit soluendo, non autem ingrediens religionem? Refertur duplex sententia, nu. 6. & 7.

Explicatur sententia Authoris; & satisfit argumentis, nu. 8.

Quid in dubio an manens in seculo erit soluendo, vel si vtrinq; sint rationes probabiles, nu. 9.

Quid si debita oriantur ex sola promissione liberali, nu. 10.

Quid si votum religionis adsit, accedatque obligationis tempus num. 11.

Quid si dubium sit, an expectato aliquo tempore hic vouens erit soluendo, vel sint vtrinque rationes probabiles, numero 12.

An teneatur monasterium occasione huius aliqua acquirens, vel quicunque alius hæres, vel ipsemet in monasterio aliquâ donatione, aut alio modo comparans, hac soluere, Remissiuè, num. 13.

An teneatur in religione manibus elaborare, vt soluat, & ad id prælatus teneatur dare licentiam, nu. 14.

An teneatur ad id extra religionem etiam habitu deposito, num. 15.

An possit prælatus dare facultatem laborandi intra monasterium, aut extra illud, habitu etiam dimisso, num. 16.

An eo dante licentiam teneatur religiosus elaboraret, nu. 17.

An si laboret, possit monasterium expensas alimentorum deducere, nu. 18.

Ratiocinijs astricti, quando attento iure antiquo poterant ad religionem admitti; & an valeret eorum professio, n. 19.

An idem prorsus dicendum sit de emittentibus simplicia bien. vota in societate Iesu, nu. 20.

An attentis motib. proprijs Sixti V. & Clementis VIII. valent professio astricti are alieno, aut obligati ad ratiocinia reddenda, nu. 21.

An fœminæ comprehendantur in ijs motibus proprijs, n. 22.

Quid de equitibus, vel clericis religiosis ordinum militarium, num. 23.

Quid quando facultates debitoris satis sunt soluendo; aut debita non sunt magni momenti, nu. 24. Et ibi, quid si sint bona incerta.

Quid si absque culpa contineat soluendi impotentia, nu. 25.

Quid si non sit spes fore, vt in seculo possit tut soluere, vel sit debitor ex delicto solo, nu. 26.

Quid si debitores consentiant, aut monasterium, aut alius debite soluat, nu. 27.

Quid si debita sint ex promissione liberali nu. 28.

Obligatus ad ratiocinia, quando nequeat ad religionem admittei iuxta motum proprium Sixti V. nu. 29.

Post nu. 29. inuenies omnia summaria qua desiderantur.

1 DVplex petitur disputãda quæstio. Prior de astricto debitis, aut ratiocinijs reddẽdis. Posterior de obligato ad aliquid in fauorem alicuius hominis faciẽdũ.

2 Quæstio prior. An ære alieno astrictus possit in religionẽ ingredi? Hæc q̃stio est priùs tractãda attento solo iure antiquo. Deinde attẽto quodã ꝓprio motu Sixti V. Attento ergo iure antiquo præmittẽda sunt quædã in quibus reputo oẽs cõuenire. Deinde ad ea, quę cõtrouertũtur gradũ faciemus. Primò ergo certũ est, attẽto iure antiquo professionẽ præssi ære alieno fuisse validã, etsi profitẽdo redderetur impotens ad soluendũ, cũ tñ in seculo esset soluendo. Rõ est, quia pſona debitoris non est creditorũ serua, nec eis debita, q̃uis obligata sit ad illis satisfaciendũ. Ergo tenebit traditio, qua se religioni per professionẽ tradit; etsi ob aliquã circũstantiã peccet. Quare ob hãc rõnem nõ est censendũ de huius professione, ac de ꝓfessione serui sine cõsensu dñi, aut coniugis sine alterius coniugis licẽtia. Quippe horũ professio est irrita, ꝙ sit alienatio personæ alienæ nẽpe, dñi, & alterius cõiugis. At persona debitoris nõ est aliena. Insuper id constat, quia nullo iure Ecclesiastico ea professio irritatur ante Sixti V. cõstitutionem. Et ita tãquã certũ tradunt *Maior in 4. d. 38. q. 17. conclus. 1. Medina C. de rest. q. 3. causa 8. ad 5. Angles floribus 2. p. q. Quis teneatur restituere, art. 2. diffic. 12. Nauarra* dicens esse certum *lib. 4. de rest. c. 4. dubio vltimo, in noua editione n. 77. Carbon. de restit. q. 85. dubio 2.*

3 Secundò constat, debitorem iniustè facturum, si cùm bona habeat ad soluendũ creditoribus, non soluat ante ingressum religionis, aut sufficienter disponat, vt tẽpe statuto illis satisfiat. Quia cum soluẽdo sit, tenetur lege iustitiæ id ita curare vt religionis ingressus in creditorũ præiudicium minimè cedat.

4 Tertiò cõstat, si debita illa sint incerta, & proinde pauperib⁹ restituẽda ea nõ obstare ingressui religionis creditoris, etsi soluẽdo nõ sit, cũ tñ in seculo manẽs posset soluere. Quia nil ita piũ ẽ, ac se, & sua religioni dedicare. Et ita docẽt *Aragon. 2. 2. q. 88. ar. 12. circa solutionẽ ad 1. f. 1044 Manuel q. regul. to. 3. q. 10. art. 9. notabili* 1. Est tñ hoc intelligendũ, q̃ debet nomine ꝓprio illa. Nã si iussus esset pauperibus aliena aliqua incerta erogare, & ipse consũpsisset, nõ reputaretur ac debitor incertorũ, qui solo iure Ecclesiastico tenetur ea pauperibus elargiri, sed naturali iustitiæ lege ad id teneretur, non aliter q̃ ad quæcũque alia debita certi dñi. Quare de hoc iudicãdũ est ꝓinde ac de quocũque alio rei certę debito. Et fauet *Paludan. 4. dist. 38. q. 4. art. 1. n. 16. concl. 7.* dicens. n. non teneri monasteriũ in profitẽtis bona succedẽs soluere incerta eius debita, id tẽperat, q̃ noie proprio ea debebat. At si posset ea monasterio tanq̃ operi pio applicare, q̃a cõmissio mãdantis ea restitutionẽ id patitur, posset monasterio detegere id q̃d debet, & illi applicare ea bona restituenda, etsi modò bonis careat, tradendo suã personã, & oẽ ius, quod habet ad quæuis bona, & posset monasteriũ eũ admittere cõtentũ ea restitutione. Insuper etsi noie proprio ea incerta debeat, nõ liberatur restituẽdi onere, ingrediẽdo religionẽ: sed si habeat bona, quibus restituat, tenetur statim restituere, vel pauperibus, vel tradẽdo eã quantitatem debitam religioni, tãquã operi pio. Quia cũ statim soluendo sit, nõ põt restitutionẽ vsque ad professionẽ differre. Si verò soluendo non sit, põt ingredi religionẽ, vt diximus.

5 Quartò cõstat, qualiacũque sint debita, si debitor nõ sit soluẽdo, & nulla ꝓbabilis spes sit acquirẽdi in seculo bona, quibus soluat, posse eũ ad religionem transire. Quia cũ extra religionẽ soluẽdo nõ sit futurus, frustra in seculo occasione æris alieni soluendi maneret. Et ita fatentur oẽs Doctores citãdi. Atque idẽ dicẽdũ est, q̃ cõstaret fore, vt intra religionẽ, æquè, aut meliùs lucraretur bona, quibus solueret. Vt bene docet *Nau. comment. 1. de reg. n. 8.* At rarissimè, aut nũquã hoc accidet.

6 Tota autẽ difficultas eò pertinet, q̃ debita sunt certa, & nũc debitor non est soluẽdo, at ꝓbabiliter speratur fore, vt manens in seculo acquirat arte, aut industria, bona quibus soluat, nõ autem in religione, an teneatur non ingredi, donec soluat? Duplex est sentẽtia. Prior negat huic integrum esse ad religionem transire. Ducitur primò, quia iniqua esset professio cũ iure naturali pugnans, quale est ius iustitiæ, quo tenetur debitor suis creditoribus satisfacere, ad quod implendum redditur ille impotens profitendo. Secũdo, quia nefas est lucrum spirituale cum tertij præiudicio quærere. Vt nefas esset furari bona, quibus posset quis ad religionẽ longè distãtem se recipere. Tertio, quia præferendum est naturale soluendi præceptum consilio ingressus religionis.

ligionis. Quartò, quia poscentes admitti in religionem interrogari solent, an ære alieno grauentur. Quod frustraneum esset, si id obstaculo non foret. Tādem, quia nequit filius post posita parētū necessitate, cui in seculo erit subueniēdo, ad religionem trāsire. Ergo nec debitor potēs in seculo soluere. Cùm vtrúque iuris naturalis pręceptū sit. Et ideo hāc sustinent *Gerson. 2.p. tractatu, an liceat grauato debitis intrare religionem. alphabeto 39. litera X. & T.* & refert multos Doctores Parisienses id affirmasse. *Supplementem Gabrielis 4 qu. 1. art. 5. dubio 2. corollarie 2. Angles, & Carbon allegati num. 2. Valentia 2.2. disp. 5. q. 6. puncto 7. colum. 9. vers. Præter has nouem causas.* Citantur etiam *Maior, & alij*, qui tamen hanc sententiam non absolutè tenent, sed cum limitatione, quam n. 8. amplectemur. Eandem tenet *Medina, C. de restitut. q. 3. tota causa* 8.

7 Posterior sententia affirmat hunc satisfacere bonis cedendo in creditorum fauorem, nec teneri expectare in seculo, donec illis soluēdo sit, sed posse statim in religionem transire. Huius rationem reddit *D. Thomas statim allegandus*, quòd liberi hominis persona non sit creditoribus obligata, sed eius bona. Ergo illis credēdo satisfaciet. Sed hæc ratio, vt sonat, non est firma, sed eo modo, quo illā nu. sequenti explicabimus. Nam fortissimè aduersus illam insurgit *Medina nu. 2. allegatus.* Nā si ita esset, pereuntibus rebus periret actio, & ius creditoris, liberaretúrque debito persona illa, etsi in seculo maneret. Atque iniquè detruderētur in carcerem debitores; cùm non contra personas, sed contra res procedēdum esset. Alij alteram rationem tradunt, vt *D. Antoninus, Angelus, Syluester, statim, allegandi.* Quòd hic anthoritate Spiritus sancti, & feruore deuotionis id faciat. At hæc ratio nullius est momenti. Quia supponit anthoritatem Spiritus sancti, quæ probanda erat. Nec quicquid bono zelo sit, est iustum. Et ideo legitimam eius rationem tradam numero sequenti. Hanc sustinent *D. Thomas 22. qu. vltima art. 6. ad 3. & ibi Caietan. Palud. 4. dist. 38. quest. 3. art. 2. nu. 5. D. Anton 2. par. tit. 11. cap. 2. §. 1. fine, & 3 par. tit. 16. cap. 2. §. 3. Rosell. verbo Religio 2. n. 5. & verbo Restitutio 16 n. 1. Angelus verbo Religiosus, n. 6. & 8. Sylu. verbo Religio. 2. q. 4. Tabiena verbo Religio, q. 11. n. 12. & ibi Armilla nu. 5. Viguerius libro institutionum cap. 17. §. 1. vers. 23. Aragon. 2.2. q. 62. art. 8. in causa 8. excusanti à restitutione fol. 296. colum. 2. & q. 88. art. 12. circa solutionem ad 1 folio 1044. Pedraza summa, precepto 7 ad finem, immediatè ante versiculū, La quarta es.* Et dicit probabilem *Emmanuel Sa summa, verbo Religio, n. 1.* Et ei fauent Doctores n. 31. allegandi docentes obligatum ad aliquod obsequium homini præstandum posse eo nondum præstito ad religionem trāsire. Et hanc sententiam dicunt *D. Antor. eod. §. 3. Angelus, Syluest. Tabiena: Emmanuel Sà proximè allegatis* procedere, quamuis iuramentū soluendi creditoribus adesset: id enim intelligendum est, dummodo non obstet religionis ingressui. Nec intelligo hāc bonorum cessionem, quæ talis sit, qualem iura petunt, vt cedens carcere liberetur; *l. 1. & 4. ff. de cessione bonorum, & l. finali ff. de his qui bonis cedere possunt.* Ea enim est cedenti infamis, & ad illam fori externi pœnam vitandam pertinet. Sed nomine huius cessionis intelligitur bonorum manifestatio, & dimissio, vt ea creditores capiant. Vt bene ait *Manuel q. regular. tomo 3. q. 10. art. 9. fine.*

8 Et hæc posterior sententia plùs mihi placet. nō absolutè vt iacet, sed cū duplici moderatione. Prior est, quòd debitor manens in seculo non posset breui temporis spatio acquirere bona, quibus soluendo sit. Nā si artem calleat, vel munus obeat, vel industria, & ingenio valeat, quibus breui in seculo cōparare possit bona ad soluendum, non posset religionem ingredi. Et in hoc casu est vera prior sententia, & hanc partē probant eius rationes. Quod si diu esset sibi in seculo cōmorandum, vt hæc acquirere posset, integrum sibi esset religionem ingredi, nec teneretur id tēpus expectare. Et in hoc casu est verior posterior sententia. Et cum hac moderatione videtur eam amplecti *Maior in 4. dist. 38. q. 17. concl. 3.* vbi non dixit absolutè peccare grauatum ære alieno ingrediendo religionem, sed quādo biennio, aut triēnio potest soluere. Et eam tenent *Nauar. commentario 1. de regular. nu. 8.* specialiter in *ratione 6. & in solutione ad 4. Azor lib. 12. institution. moralium c. 1. q. 5. Nau. lib. 4. de restitut. c. 4. difficultate vltima. in noua editione nu. 78. & 79.* Quòd si quæras, quantū tēpus censeri debeat breue, vt teneatur expectare, *Nau. eo. n. 78. & 79.* tantùm dixit quando breui nequit acquirere. *Azor* autem quòd intra paucos annos. Sed specialiter id explicuit *Maior* dicēs, quòd biennio, aut triennio. Et *Nauarrus eo. n. 8.* dicens quòd expectatis vno, vel altero anno. Et ita placet tēpus hoc breue, quod spectari debeat, quādo intra illud est spes soluendi, censeri biennium. Atque eodem modo id expectandum, non solum quando eo expectato subest spes integrē soluendi debita: sed etiam quando eo potest notabilis pars debitæ summæ solui: secus quando modica. Quia eadem est ratio totius debiti, & illius quantitatis notabilis. Posterior limitatio est, quòd eo tpe expectato spes est fore, vt absque notabili difficultate soluendo sit. Si n. notabilis esset difficultas, nō teneretur eo tēpore expectare, sed posset statim ingredi religionē: vt posterior sententia ait. Ita docet *Nau. ead. difficultate vltima, n. 78. & 79.* Cùm his ergo limitationibus est amplectenda hęc posterior sententia. Et eius ratio est, sic explicando rationem D. Thomæ nu. præced relatā. Nam cum persona debitoris nō sit ita pro debitis astricta, vt ipsamet debita sit, & quasi captiua instar seruorum, sed tantū obligata ad illis satisfaciendū; sol iantè eius bona sint priori modo alligata, satisfaciet vtique, quando moraliter est ad soluēdū impotēs, si bona, quæ habet, creditoribus tradat. At reputatur moraliter impotēs, quòd aut nō proximè, aut nō absq; magna difficultate est bona cōparaturus quibus soluat. Sicut n. moraliter reputatur impotens qui nequit absque famæ, vel honoris iactura acquirere, ita qui non pōt absque notabili difficultate, vel absq; maximo boni spiritualis detrimēto quale est diu expectare in seculo, amittendo maximū status religiosi emolumētū; eò vel maximé, quòd valde incerta sit spes eo tpe acquirēdi. Cùm morbo, ac multis alijs causis impediri valeat. Vnde (vt bene ait *Nau. eo. nu. 79*) non est hoc aliquod religionis priuilegium: sed impotentia moralis excusat. Ex hac rōne soluuntur argumenta contraria n. 6. proposita. Nam ad primū dico in hoc casu nō pugnare professionē cū iure naturali: vtpote quod existente hac morali impotētia nō obligat. Ad secundū dico nefas esse lucrū spirituale cū iactura tertij, furando eius bona intendere. Quia furtū in sola extrema necessitate licet. At nō est nefas id intēdere nō soluendo debita. Quia multo minor necessitas ab hac solutione excusat. Ad tertiū dico in hoc casu nō omitti pręceptū absque iusta causa excusanti. Ad quartum dico id meritò queri, vt maturius religiosi deliberent, quid illis magis expediat, & an ille immunis culpę sit suscipiendo religionem. Ad vltimū dico pressius vrgere præceptum subueniendi parentibus, quam soluendi creditoribus. Cùm solutio hæc differri possit ratione magnę parentum necessitatis.

9 Quòd si omnibus spectatis circūstantijs, dubiū esset rōnibus hinc inde vrgētibus, an eo expectato tēpore, & absque notabili difficultate posset debitor cōparare bona, quibus soluat, existimo in hoc dubio non esse ei integrū religionē ingredi. Quippe ius creditorū in hoc dubio prȩualet vtpote qui possidēt ius, vt sibi soluatur. Et idē videtur dicendū, etsi rōnes vtrinque probabiles essent. Quia iā est verū subesse probabilē proximę, ac facilis solutionis spē. At existimo tunc integrū esse quácumque partē etiā minus probabilē amplecti, vt in casu diuersarū opinionū cōtingit. Quia similiter ea probabile nō subesse eā spē, vt vel sic iudicare probabiliter valeamus, hunc nō teneri differre religionis ingressū,

Hæc

10 Hæc autem omnia intelligerem, quando debita nascuntur ex mutuo contracta, vel delicto. Si enim ex sola liberali promissione orirentur, existimo nunquam teneri debitorem manere in seculo, vt ea soluat. Quia eæ liberales promissiones ita videntur intelligendæ, ne religionis ingressum retardent. Et constabit ex dicendis, num. 31. Et ita tenent *Mercad. C. de restitut. quæstione 3. causa 8. in solutione ad 4. Gerson, Supplementum Gabrielis. Carbon allegati, n. 6.* Quamuis non approbem rationem eorum, nempe, quia ea promissio commutetur in melius. Nam promissio facta homini nequit ipso inuito in melius commutari. Nec ob illum religionis ingressum liberatur obligatione soluendi eas pecunias promissas, & ab altero acceptata promissione. Vt bene docet *Aragon 2.2. q. 88. art. 12. circa solutionem ad 1. fol. 1044.* Sed monasterium in eius bona succedens, vel alius hæres tenebitur soluere, casu quo ratione successionis tenetur ad alia debita. Cum hoc quoque debitum sit.

11 At maius dubium est, quando debitis astrictus est voto religionis ligatus, & accedit tempus, quo votum obligat. Nam *D. Thomas 4. d. st. 38. quæst. 1. art. 3. quæstiuncula 1. ad 7. & ibi Palud. q. 3. art. 2. num. 15. D. Anton. 2. par. tit. 11. c. 1. §. 1. fin. Turrecrem. 17. q. 1. in sum. art. 5. nu. 1.* dicunt non esse differendum religionis ingressum ob ea debita. At *Gerson, & supplementum Gabrielis allegati, nu. 6.* fentiunt teneri hunc differre ingressum, donec soluat. Sed priorem opinionem veriorem credo in ijs solis casibus, in quibus, nu. 8. diximus integrum huic esse religionem ingredi non solutis debitis. Nam quando est probabilis spes potentiæ soluendi expectato breui tempore, non obstat votum religionis superueniens ei obligationi, ne expectare teneatur. Vt optimè docent *Nauar. commentario 1. de regular. num. 8. in solutione ad 4. Azor lib. 12. inst. moralium cap. 1. quæst. 5.* Nec enim licet alicui voto se obligare cum creditorum damno, ne votum si iniustitiæ vinculum; contra *capit. Quanto, de iureiur.* Nec vinculum posterius priori præiudicare valet, *cap. Veniens, & c. Intellecto, de iureiurand.* Quod si votum id antecesserat hæc debita, credo adhuc idem dicendum. Quippe superuenit notabilis mutatio obligationis vinculi iustitiæ soluendi creditoribus, & eorum damni ex ingressu imminentis; quæ iustam differendi ingressus eo tempore causam præbent nec votum in hoc violatur. Sicut præberet magna parentum necessitas, superueniens.

12 Sed si dubium sit, an eo tempore expectato hic soluendo erit; aliter dicendum censeo, quando votum debita præcedit, & aliter, quando ea subsequitur. Et credo vinculum præcedens, siue sit voti, siue illorum debitorum, præualere. Quia vinculum præcedens possidet, & excusatio orta ex vinculo subsequenti est dubia. Sicut nulla alia dubia causa, an iusta sit, excusaret à vinculi prioris transgressione. Si autem rationes vtrinque illius spei probabiles sint, dabitur electio. Sicut, n. 9. diximus.

13 Vtrum autem profitente debitore nondum solutis debitis, teneatur monasterium occasione ipsius aliquid acquirens, vel quicumque alius hæres ea debita soluere vel si ipsemet aliquid acquirat, aut sibi donetur; dicemus infra vbi de voto paupertatis. lib 6. n. 4

14 Superest autem discutiendum, an debitor in religione iam professus teneatur manibus suis elaborare, vt scribendo, aut aliam artem, cuius est peritus, exercendo; quò aliqua comparet ad es alienum soluendum; Quidam eum teneri negant. Nam cum in religione profitendo cesserit eo ipso bonis, iam soluendi præcepto liberatus est; vtpote qui incapax est aliquid propriũ acquirendi; & iam religionis obsequio, cui se per professionem tradidit, magis tenetur. Et ita docent *Paludanus 2. dist. 38. quæst. 3. ad 2. numero 15. D. Antoninus 2 p. tit. 11. c. 2. §. 1. fin. & 3. part. tit. 16. cap. 2. §. 3. Rosella verbo Religio 2. num. 5. & verb. Restitutio 16. num. 3. Ang. verb. Religiosus, num. 7. Sylvester verbo Religio 2. quæst. 4. Tabiena verbo Religio, quæstione 11. numero 12. Aragon 2.2. quæst. 62. art. 8. in casu 8. excusanti à restitutione, fol. 296. colum. 2.* Alijs placet eum ad id teneri salua regulæ obseruantia, & dummodo id religiosum statum non dedeceat. Ducuntur, quia cùm hoc possit commodè præstare, lex obligans ad soluendum creditoribus, vbi est commoda potẽtia, obligat ad eum laborem assumendum. Nec enim ea obligatio extincta est. Ita docent *Molina, C. de restit. q. 3. causa 8. in solutione ad 5. Nauar. commentario 1. de regular. num. 8. Angles floribus 2. part. quæst. Quis à restitutione sit li. artic. 2. difficul. 12. Maior in dist. 38. quæst. 17. conclusione 4.* & omnes, quos nu. 35. referam dicentes, qui iurauit alicui se aliquid scripturum, & ingressus est religionem, teneri in ea scribere. Addunt *Maior ibi in solutione ad argumentum contra 4. conclusionem, & Medina,* hoc debere fieri de prælati licentia, illumque teneri eam petitam concedere. Et *Nauar.* ait prælatum debere hanc licentiam concedere, etiam multis horis ad diuina deputatis, vel ad monasterij officia; quatenus posset honestè illum ab eis excusare. Immò eo licentiam deneganti, ait *Maior* teneri eum operari. Alij mediam sententiam amplectuntur, sicque distinguunt. Si hic extra religionem poterat sua arte & industria acquirere bona, quibus esset soluendo tenetur in religione sic laborare. Secus si extra religionem soluendo non esset. Quia non peioris conditionis redditur, eo quod in religionem admissus sit. Si ergo in seculo ad laborandum non tenebatur, nec tenebitur in religione. At inter has sententias prima mihi magis placet. Quia extraordinarium medium est & difficile, cogi in religione bona acquirere ad soluendum creditoribus. Et esto hic ingrediẽdo peccarit, iam impotens factus est. Et ita nec superior eam licentiam concedere tenetur.

15 Hinc deducitur, minus verum esse, quod tradit *Medina, & Angelus nu. præcedenti allegati,* nempe, quando hic non posset in religione bona comparare, nec apparet aliud medium, quo possit, nisi dimittendo habitũ, & extra eam laborando, teneri ad id, & prælatum quoque obligari ad eam licentiam concedendam, nisi causa iusta obstet. Addit. *Medina* prælato etiam iniustè licentiam deneganti, excusari religiosum. Sed *Ang. post eam difficultatem 12. dubio 7.* ait etiam prælato nolenti teneri eum dimittere habitum. At hæc minus vera sunt. Quod durissimum, & longe à communi vsu alienum medium sit hoc. Et ita docet *Nau. lib. 4. de rest. c. 4. fine.*

16 Secundo deducitur, nec credendum esse *Angelo verbo Religiosus, num. 7.* asserenti non posse prælatum absque conuentus consensu cõcedere ei monacho facultatem elaborandi ei monasterio, quo creditoribus satisfaciat. Verius enim est posse. Vt bene docet *Medina & Nau. allegati, nu. 14.* Quamuis contra alios tenuerim ibi, non obligari prælatum ad illam concedendam. Nõ tamen posset concedere licentiam elaborandi extra monasterium dimisso habitu etsi id necessarium esset, benè tamen eo retento. Quia præceptum subueniendi parentibus vrgentius est; & tamen solus Pontifex potest religioso concedere licentiam, vt dimisso habitu sit extra religionem, quò illis subueniat; bene tamẽ potest prælatus eam licentiã concedere habitu retento. Vt probabimus in cap. sequenti, n. 22.

17 Si tamen prælatus concederet licentiam religioso, vt extra monasterium laboraret retento habitu, vel Pontifex eo admisso, vel prælatus, vt intra monasterium operaretur, credo adhuc non teneri religiosum illum elaborare. Quod aperte sentiunt Doctores relati numero 14. pro prima opinione, quam ibi amplexus sum. Cum absolute religiosum ab hoc onere eximant. Et ratio ibi tradita hoc probat. Quod maximè verum est de labore extra religionem suscipiendo, ob rationem, n. 15. traditam.

18 Quod si ad ea debita soluenda elaboraret in monasterio,

sterio,

sterio, non constat inter Doctores, an posset monasterium deducere expensas alimentorum illius religiosi. *Ranerius à Sylvestro illatum referendo allegatus* affirmat deducendas, si ille religioni onerosus sit. Alij tamē (& melius) putant non deducendas, si ille religioni iuxta regulæ præscriptum inseruiat. Quia cum religioni inseruiat, eius expensis alendus est, *c. Cùm secundum, de præb.* & ita docent *Innocent. rubrica de obligatis ad ratio cinia, nu. vnico, & ibi Anton. cap. vnico, n. 15. Ioan. Andr. n. 15. Hostiensis fine, Abbas, n. 8. Card. nu. vnico, q. 2. Anchar. nu. 2. Astensis 2. p. summæ, lib. 6. tit. 9. q. 6. Archid. c. Præterea, ad finem 51. d. D. Ant. 3. p. tit. 16. c. 2. §. 3. Sylu. & Nau. allegati, n. 14.*

19 Obligatus autem ad ratiocinia reddenda standoin iure communi antiquo ante motum proprium Sixti Quinti, non poterat ad religionem admitti, donec rationes redderet, quādo ratiocinia erant reipublicæ; secus quādo erant priuatorum. Vt colligitur ex *c. Legem dist. 53. & ex c. Vnico de obligatis ad ratiocinia; & ex leg. Officiales, C. de Episc. & cleric.* Et tradunt *D. Antonin. 3. par. tit. 16. c. 2. §. 5. Rosella verbo Religio 2. num. 4. Angelus verbo Religiosus, num. 10. Syluest. verbo Religio 2. q. 6. Armilla verbo Religio, nu. 5. vbi Tabiena q. 11. nu. 12.* At valebat professio aliter facta. Quod nullibi irrita redderetur. Vt bene docet *Nau. lib. 3. consil. tit. de regularibus in 1. editione, consil. 26. numero vnico, in 2. consil. 3. nu. vnico.*

20 Tandē hactenus dicta de facultate debitoris ad profitendum in religione, & de eius exceptione à laborando post professionem, dicenda omnino sunt de ingredientibus Societatem Iesu, in eaque simplicia biennij vota emittentibus. Cùm per ea viri religiosi non aliter, quàm professi efficiātur; transeantque in prælati potestatem. Vt definiuit *Gregor. XIII. in sua Extrauaganti, Ascendente*; nec hoc sit peculiare aliquod professionis priuilegium. Vt n. 8. diximus.

21 Hucusque egimus, quid ante motum proprium Sixti Quinti dicendum sit. At ille anno 1587. in suo motu proprio fecit omnino inhabiles ad professionem, ita vt professio non valeret, eos qui fuerint ingenti ære alieno supra vires suarum facultatum grauati, vel reddendis rationibus ita obnoxij, vt ex huiusmodi causalis, vel molestia illata sit, vel timēdum sit, ne inferatur. Quem motum propriū postea anno 1602. moderatus est Clemens VIII. in al o motu proprio, quad hoc solum, vt professio illorum valeret. Quare quoad illicitā horum receptionem, & pœnas recipientium, in suo vigore maner ille motus proprius. Quam ob rem valebit hodie professio grauatorum ære alieno, & obnoxiorum reddendis rationibus; etsi illicitè contra motum hunc proprium admittantur. Quia iure communi valebat, probauimus, nu. 2. & num. 19. Et motus proprius Sixti V. reddens irritā, est quoad hoc reuocatus, & ad ius commune reductus.

22 Hic autem motus proprius locum non habet in monialibus. Vt *ipsemet Sixtus Quintus* declarauit *in alio motu proprio*, quem in prioris declarationem edidit, *§. Ceterùm quæ à nobis*. Quare si mulier ære alieno granata, vel reddēdis ratiocinijs obnoxia, ingredi vellet religionem, censendum est de illa, iuxta ea quę hactenus diximus, stando in iure communi. Quippe quoad eas nil innouatum est per illum motum proprium.

23 Nec ea quoque constitutio locum habet in recipiendis ad ordines militares equitum, quos vulgò *Comendadores* appellant. Quia etsi ij religiosi sint, non solent in odijs religiosorum nomine comprehendi. Et quia retinent sua bona, & in seculo viuunt, & acquirūt bona. Quare per talem ingressum nullatenus redduntur impotentiores ad soluendum. Et ita docet *Azor lib. 12. instit. moralium cap. 1. quæst. 8. fine.* Et ibi docet idem de clericis religiosis ordinum militarium. Et ducitur, quia in odiosis non comprehenduntur nomine religiosorum. Sed cùm verissimi religiosi sint, & in communi viuentes, non video, cur nomine religiosorum in odiosis non comprehendantur, & sub illo motu proprio. At si iuxta suas constitutiones nō ita strictam paupertatem voueant, quin habeant bonorum administrationem, nec reddantur ea professione impotentes ad soluendum, excusabitur à culpa eorum admissio ex hoc capite.

24 Nec in eo motu proprio comprehenduntur ære alieno grauati, quando eorum facultates soluendo sufficiunt. Vt constat ex illis verbis prædicti motus proprij, *Supra vires facultatum suarum.* Et docet *Manuel 2. tom. summæ, c. 3. n. 7. & quæst. regular. 3. to. q. 10. art. 9. notabili 2.* Nec etiam, quando debita non sunt magni momenti. Quia bis dicitur in eo motu proprio, *Ingenti ære alieno.* Nec credo comprehendi grauatos ęre alieno incertorum dominorum, & sic pauperibus nomine proprio restituendo. Iuxta ea, quæ diximus, nu. 4 ob rationem ibi traditam. Quando verò iussus esset is illud ingens æs alienum incertorum dominorum à verò eorū debitore dare pauperibus, & sic nomine alieno deberet dare, dicendum est eodem modo, quem num. 4. explicuimus.

25 Nec etiam includunt debitores, qui sine graui sua culpa deuenere ad impotentiam soluendi debita contracta, ita vt nulla sit spes fore, vt in seculo manentes sint soluēdo. Quia *is motus proprius in §. Ceterum quoniam*, videtur clare loqui de ijs, quorum culpa hæc accidunt, ibi: *Multi decoctores post dilapidatam rem familiarem, & contractam ingētem vim æris alieni.* Immò, nec comprehendi credo, quamuis manentes in seculo possent artificio lucrari bona, quibus soluerent, si re vera absq; graui eorum culpa accideret eos ita ingenti ære alieno grauari, vt soluendo non essent. Quia constitutio illa culpam supponit in verbis prædictis. Quare hos non comprehendit; etsi possent alias peccare ingrediendo religionē, eo quòd breui possent in seculo soluere, iuxta dicta, n. 8.

26 Nec existimo etiam comprehendi, qui culpa sua eam ingentem æris alieni vim contraxere supra suas facultates, si bona omnia creditoribus relinquant, & nulla sit spes fore, vt in seculo sint soluendo. Quia re vera videtur ille motus proprius eos excludere, qui religionem capessunt, vt liberentur eo soluendi onere in creditorum præiudicium; non autem eos, qui frustra omnino, & absque aliqua creditorum vtilitate mansuri in seculo essent. Et ita docet *Manuel 3. tomo quæstionum regularium, quæstione 10. articulo 9. notabili vltimo.* At non placet, quod dicit ibi, *notabili primo & quarto*, nempe: includi damnatos à iudice, vt soluant ingentem pecuniæ summam in alicuius delicti pœnam; & obligatos ad aliquam satisfactionem pecuniariam ratione alicuius iniuriæ, aut damnati illatorum. Vt quia virginem deflorarunt, &c. Sed existimo hos non comprehendi. Quia re vera non dicuntur hi ingenti ære alieno grauati. De quibus solis loquitur ille motus proprius.

27 Nec clauduntur debitores, quando creditores consentiunt. Quia tunc perinde est, ac si illis solutum esse. Et ita docet *Manuel eod. art. 9 notabili 4.* Nec similiter, quando monasterium, aut quispiam alius eorum debita soluerent. Quia iam sunt ære alieno liberati.

28 Nec comprehenduntur etiam qui ex sola promissione liberali debitores sunt magnæ quantitatis, quamuis culpa sua soluendo non sint. Quia (vt diximus numero 10) promissiones hæ liberales religionis ingressum non impediunt. Nec hi dicuntur ingenti ære alieno granati.

29 Demum tunc ratiocinijs obligati non possunt admitti ad religionem, iuxta prædictum motū propriū; quādo siue publica, siue priuata sint ratiocinia ita quispiam est illis obnoxius, vt ex ea causalis, vel molestia iam illata sint, vel inferenda timeantur. Vt constat ex verbis illius motus proprij, qui non distinguit, an ratiocinia

tiocinia sint publica, an priuata. Et ita docet *Manuel 1. tomo summæ c. 3. num. 8 & q. regul. 10. t. q. 10 art. 1.* Sed iam numero 21. diximus valere professionem aliter factam.

SVMMARIVM.

An promittens homini absque iuramento, vel cum illo aliquid faciendum in eius vtilitatem, possit eo non impleto ad religionem transire? Refertur quadam sententia, num. 30.

Explicatur sententia Authoris, & an hic possit ad ordines sacros transire n. 31.

Quid si præter illam promissionem esset alia obligatio, numero 32.

An tenetur hic interesse resarcire soluendo æstimationem, vel implendo per alium? Refertur quadam sententia, num. 33.

Explicatur sententia Authoris; & an hic egressus tempore nouitiatus teneatur ad priorem fidem explendam, num. 34. Et ibi, quid si post professionem, aut vota bienny Societatis Iesu.

An tenetur id promissum in religione implere, n. 35.

An sit sanius consilium implere ante ingressum, n. 36.

Qualiter intelligantur aliqua pacta religionis ingressum excludentia, n. 37.

An pacto expresso possit excludi religionis ingressus, censeaturq; exclusus, si quis promittat se consummaturum matrimonium, vel perpetuam cum vxore vitam ducturum, n. 38. Et ibi, quid si se venundet in seruum, aut promittat perpetuum alicui obsequium.

30 Quæstio posterior. An promittẽs homini absq; iuramento, vel cum illo, se aliquid in eius vtilitatem facturum, possit eo non impleto ad religionem trãsire? *Abb. c. peruenit, el 2. nu. 2. de iureiur. & ibi Alex. de Neuo, nu. 8. & 9.* clarè sentiunt non posse. Cum enim dixissent non posse promissum, vel iuramentum commutari in melius, præterq̃ in religionis ingressum, addunt si ea alicuius hominis vtilitatem concernant, non posse absque eius consensu commutari. Quia vnum etiamsi melius sit, non potest pro alio solui absque creditoris consensu *l. 2. ff. de reb. credit.* At ille, cui fides datur absque iuramẽto, vel cum illo est verus creditor. Sed quamuis hoc clarè sentire videantur, existimo eos non discrepare à nostra sententia. Vt num. sequenti eos explicabo.

31 Cæterum dicendum est, posse eo non impleto transire ad religionem. Vt si quis iureiurando promisit se docturum alios ad tempus, vel aliquid scripturum, vel administraturum rempublicam, potest absque eius executione religionem ingredi. Hoc cõmuniter probari solet ex eo principio, iuramentũ non infringit, qui in melius illud commutat, *c. peruenit, el 2. de iureiur.* At nequaquam innititur illi fundamẽto, nec esse potest legitima huius ratio. Nam id principium in solo iuramẽto præstito soli Deo verum habet. Quippe iuramẽtum homini prę̃stitum in eius vtilitatem, nequit in melius ipso inuito commutari. Vt probauimus lib. præc. c. 21. nu. 3. Et ita optime *Abb. & Alex. de Neuo, n. prae relatis* dixerunt hoc non licere titulo commutationis. Sed legitima ratio est, quia obligationibus his tacitè conditio inest, nisi transitus ad religionem placeat. Quod vel inde constat, quia maior obligatio est homini debita, promissione ineundi matrimonij. Et tamen (vt lib. 1. de matrim. disp. 4. nu. 3. & sequentibus probauimus) ei promissioni, quantumuis iure iurando firmatæ, inest ea cõditio. Et ibi explicuimus *c. commissum, de sponsalib.* quod aduersari videtur. Atq; ita posse hunc ad religionẽ transire docent *Gl. c. præterea, verbo functionibus dist. 51. Speculator tit. de statu monachorum, §. qualiter concipies, q. 28. n. 34. Host. summa, tit. de obligatis ad ratiocinia, §. pen. n. 3. Inno. rubric. de obligatis ad ratiocinia, num. vnico. Host. c. vnico, eod. tit. ad fin. vbi Ant. nu. 15. Card. nu. vnic. eod. tit. ad fin. vbi Ant. n. 15. Card. nu. vnico, q. 2. Io. And. num. 15. Abb. n. 8. Anch. n. 2. Henric. c. peruenit, el 2. nu. 2. de iureiur. Palud 4. dist. 38. q. 3. art 2. n. 15. fin. & q. 4. art. 1. n. 16. conclus. 7. Astensis 2. p. summæ lib. 6. tit. 19. q. 6. D. Ant. 2. par. tit. 11. c. 2. §. 1. fin. & 3. par. tit. 16. c. 2. §. 3. Rosella verbo Religio 2. n. 5. & 6. Ang. verbo Religiosus, num. 9 & 10. Sylu. verbo Religio 2. quæst. 4. fin. & q 5. Mesina C. de restit. q. 3. causa 8. ad 4. Azor. lib. 11. instit. moral. c. 5. q. 4. & lib. 12. c. 1 q. 4.* Vtrum autem hic ad ordines promoueri possit non impleta ea promissione, *Astẽsis eo. tit. 19. q. 4. et 5.* sic distinguit, si est res promissa talis naturę, vt post ordines assumptos possit impleri, integrum erit ad ordines transire; secus si tunc impleri nequeat. At verius existimo in vtroque casu id licere. Quia probabilissima sententia docet promittentem feminæ matrimonium posse ad ordines transire, non impleta promissione; quamuis postquam semel transijt, iam nequeat prius promissum præstare. Vt retuli lib. 1. de matr. disput. 47. n. 2. & licèt in matrimonij promissione cõtrariam sententiam, ac veriorem amplexus sim ibi numero 3. non sunt tanti momenti aliæ promissiones, vt ordinibus suspiciendis obstare debeant.

32 Hoc tamen intelligendum est, nisi alia obligatio iustitiæ accesserit, qua restituere aliquid, vel ratione iniuriæ, vel damni illati, promittens ille cogatur; tunc enim de astricto illa restitutione, an possit religionem ingredi, iudicandum erit perinde, ac de astricto alijs debitis, iuxta ea, quæ n. 8 diximus. *Ita Azor lib. 11. instit. moral. c. 5. q. 4.*

33 Vtrum autem damna secuta ex eo, quod fides seruata non sit, resarcienda sint ex bonis ingredientis religionem; aliqui affirmant. Ita *Rosella verb. Religio 2 n. 5. fin. Ang. verbo Religios. n. 9. Syl. verb. Religio 2. q 4. fi.* Atque idem dicunt *Ang. & Sylu.* de coniuge ante consummatum matrimonium ingredienti religionem; dicunt. n. teneri resarcire damna alteri coniugi manenti in seculo subsecuta. Et nulla ratione id probant, nisi authoritate *Palud. qui 4. dist. 38. q. 4. art. 1. n. 16. concl. 7.* ait teneri monasterium ad æstimationem obsequij promissi; si in aliqua sufficientia professi bona succedat. Cuius etiã opinionis sunt *Inn. Host. vtroq; loco. Ant. Io. And. Abb. Card. Anch. Astensis citati, nu. 31. D. Ant. 3. p. tit. 16. c. 3. §. 3. & idemmet Sylu. verb. Religio 2. q. 5.* vbi nunc bona habentem obligãt ad soluendam rei promissæ æstimationem, & monasterium in eius bona succedens. Adduntq; *Inn. Host. Ant. Abb. & Syl.* si possit alium ingrediẽs religionem perficere rem illam promissam, teneri ad id, nisi industria personæ electa sit. Et potest probari nam si volens ingredi religionem promisisset alicui pecunias, tenetur soluere, & si non soluat, tenetur monasterium in eius bona succedens. Ergo idem dicendum est de cuiuscumq; corporalis obsequij promissione. Cũ hoc quoque pecunia æstimari valeat.

34 Cęterum existimo hunc non teneri perficere per aliũ, nec ad ęstimationem, nec ad damna. Ducor qđ ei contractui tacitè in sit conditio, nisi ad religionem transire electum sit, atque ita eo trãsito electu nil debetur, cum obligatio cõtractus omnino extinguatur, quasi cessanti conditione; sicut si ea conditio in contractu expressa esset. Itẽ quia cum is transitus culpa vacet, non debetur damna subsecuta; atque par est vtriusque cõditio, cum vterque possit ea ratione resilire. Et ita expresè docent tã in hoc casu, q̃ in coniuge, qui nondum consummato matrimonio ad religionem transit, vt nulla damna inde manet in seculo subsecuta restituere teneatur, *Paludanus 4. dist. 38. q. 1. art. 2. n. 13. in fine.* Et *D. Ant. 2. part. tit. 11. c. 2. §. 1. fi.* Nec obstat ratio contraria num. præcedenti adducta. Quia cum pecuniarum promissio nullatenus impediat transitum ad religionem, non inest ei promissioni illa tacita conditio. At obligatio alicuius obsequij præstãdi potest aduersari transitui ad religionem, illumque impedire, & ideo inest ei obligationi tacita, conditio, nisi transitus ad religionem placuerit.

Sica-

Si tamē hic, qui aliquod obsequiū homini promiserat, exeat tpe nouitiatus, tenebitur illud exequi. Quia non defecit conditio nempe, si transitus ad religionē nō placuerit. Non.n.placuit cum effectu: & verba cum effectu sunt intelligenda, *c. Relatum. de cleric. non resid.* Qđ intelligo, etiamsi explicaret in contractu eā conditionem. Iuxta ea, quæ dicemus cap. 23. nu. 30. Secus si post professionem expelleretur. Quia iam cum effectu defecerat illa conditio, ac proinde extincta erat obligatio, vt amplius reuiuiscere nequeat. Et similiter intelligo non teneri eum, qui post simplicia biēnij vota in Societate Iesu, ab ea expellitur. Quia per illa cum effectu placuit religio, & factus est verus religiosus. Et sic cum effectu defecit conditio. Non tamen negamus trāseuntem ad religionem teneri soluere pretium pro illo obsequio receptū; vel si quid aliud pecunia æstimabile receperat, eius æstimationem. Quod si soluendo non sit, iudicabitur de illo, ac de alijs debitis astricto.

35 Hinc deducitur primò non placere, quod tradunt *Glossa c. Prætereà, verbo Functionibus 51. dist. & ibi Dominicus. Speculator, titulo De statu monach. § Qualiter concipiet libellum q. 27. n. 33. Innocentius, Hostiensis duplici loco, Ioannes Andreas, Antonius, Abbas, Cardinalis Astensis allegati nu. 31. Idem Abbas c. Cum I, & A, num. 27. & ibi Felinus nu. 10. allegatis Romano, & Brixiensi, de sētā, & re iudicata. Nauarr. commentario 2. de regular. num. 42. versic. Addo* 14. nempe, teneri hunc cum eū actū promissum exercere in religione. Quod iēperat *Nauarr.* nisi sit actus incompatibilis cum religione. Sed hæc doctrina, etsi tot, tātorumq; Doctorum authoritate suffulta, non placet. Quia si ei obligationi inest tacita conditio, nisi promittens ad religionem transierit, posito transitu extinguitur omnino obligatio, sicut si in ꝓmissione ea conditio expressa esset. Itē, quia obligatum ad debita nō teneri in religione elaborare, ꝓbauimus, n. 14. Nedum idem dicendum erit de obligato ad hoc obsequium. Et ita colligitur ex doctrina *Paludani, & D. Antonini num. præcedenti relata.* Et in fine ꝓptijs terminis docet *Rosella verbo Religio 2. n. 5. fine.*

36 Secundò deducitur, non esse sanum cōsilium, quod tradunt *Hostiens. in summa, Speculator q. 28. n. 34. Antonin. Abbas, Astensis allegati nu. 31.* nimirum, vt si hic possit ante religionis ingressum rem promissam explere, illam expleat. Et ducuntur ex *c. Commissum, de sponsal.* Sed hoc nō est sanū consiliū, vtpote quod religionis ingressum retardat, & fortè primo illo feruore amisso, omnino impediet. Nec ille textus id probat: illi .n. latè satisfeci lib. 1. de matrim. disput. 43. Et ita docent *Sylu. verbo Religio 2. q. 5. Azor lib. 12. institut. moralium c. 1. qu. 4.* Et bene limitat *Sylvester ibi,* nisi in continenti posset ille implere, aut alias sequeretur scandalum.

37 Tertiò deducitur, qualiter intelligantur iuramēta aliqua nō ingrediendi religionē, donec certū opus ꝑficiatur. Sed de hoc diximus lib. præced. c. 9. nu. 20. & 21.

38 An verò possit pacto expresso excludi religio, ita vt ad illam transire non liceat, nō impleta prius obligatione; egimus lib. præcedenti, eodem cap. 9. num. 22. vbi diximus posse. Cui addo exigi ad hoc verba expressè eum transitū excludentia; nec sufficere verba obligantia ad aliquid incompatibile. Quia in eis includeretur conditio, nisi trāsitus ad religionem placeat. Atq; ita etiamsi quis iurasset feminæ, se cum ea consummaturum matrimonium, vel in perpetuum eam habiturū vxorem, posset ante consummationem ingredi religionē. Quia cùm expressè hic transitus non sit exclusus, habet ea ꝓmissio in se eam conditionem inbibitam, nisi ille trāsitus placuerit. Sicut si quis ad perpetuum famulatum alteri se obligasset, intelligitur nisi ad religionem migraret. Nec est simile, si quis se in seruum alteri venundaret. Quia eo ipso sui ipsius dominiū alienat, & ita non manet liber, vt ad religionem absque domini cōsensu transire valeat.

CAPVT XX.

Qualiter necessitas filiorum cogat parentes non exequi religionis votum, aut post professionem egredi; & è contra necessitas parentum cogat ad id filios, aut fratrum fratres.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 1.
An parentibus in necessitate constitutis liceat filijs religionem ingredi? Refertur quædam sententia, nu. 2.
Explicatur sententia Authoris; & soluuntur contraria, numero 3.
Declaratur qualis debeat esse hæc necessitas, nu. 4.
Quid si actu ea necessitas non sit, at speratur fore, nu. 5.
Quid si dubium sit, aut rationes sint vtrinque probabiles, an tanta sit necessitas, nu. 6.
Quid si quando superuenit necessitas, erat filius nouitius, numero 7.
Quid si votum emiserat religionis, nu. 8.
Quid si emisso voto dubium sit, quanta sit ea necessitas, numero 9.
An valeat professio facta ea obligatione neglecta, nu. 10.
Quid si filij sint in sæculo cum peccandi periculo, nu. 11.
Quid si prouocentur a parentibus ad peccandum, nu. 12.
An in his casibus teneantur ad religionis votum, n. 13.
Post num. 13. sunt alia summaria.

1 QVadruplex est disputanda quæstio. Prima de ingressu filiorum in religionē, parentibus in necessitate constitutis. Secūda de obligatione ad egressū post professionē ad consulendum eorum necessitati. Tertia de obligatione hac fratrū respectu fratrū, & sororum. Vltima de obligatione hac parentū respectu filiorum.

2 Quæstio prima. An parentibus in graui necessitate relictis, integrum sit filijs ad religionem transire? quidam affirmant. Ducuntur primo, quia *Matth. 10. & Lucæ* 14. dicitur non posse esse Christi discipulum, qui amore ipsius parentes non odit. Et *Matt. 8. & Lucæ 9.* adolescenti patrem sepelire volēti dixit Christus, vt patre deserto ipsum sequeretur. Et *D. Hieronymus epistola ad Heliodorum* ait, per calcatum patrem pergēdum: & summum pietatis genus esse, in hac re crudelē esse. Secundo probat specialiter *Altisiodorensis,* quia quicunque tenetur animæ suæ bonū præferre corporali parentum bono: eo vel maximè quod vtilitas ingressus religionis sit certa, & vtilitas parentum ex nō ingressu valde dubia. At vtilitas parentum dubia, non est vtilitati propriæ spirituali anteferenda. Hanc sententiam appellat magis perfectam, & contrariam tantùm magis piam, *Alensis 3. par. quæstione 33. membro 4. artic. 2.* Et loquens de astricto religionis voto dicit eum non excusari ob parentum necessitatem, *Altisiodorensis libro 3. suæ summæ, tractatu 42. cap. 1. quæst. 2. circa medium.* Et non teneri filios manere in sæculo, nisi quando necessitas parentum est extrema, aut speratur fore, vt sit extrema ingresso filio in religionem, sustinet *Abulensis cap. 8. Matth. quæst. 67.*

3 An verissima sententia est, non licere filijs ob religionis ingressum deserere parentes in magna necessitate constitutos, quando est probabilis spes fore, vt in sæculo manentes ipsis subuenire valeant, nec est alius qui subueniat. Ducor, quia *Matth. 5.* acriter Pharisæi à Christo Seruatore nostro increpantur, quod suaderent eroganda parentibus egenis conuerti in diuinum cultum. At eadem malitia est, si filiorum obsequium iure naturæ parentibus debitum eo indigentibus, religioni impendatur. Secundo, quia *Concilium Gangrense relatum cap. 1. distinctione 30. approbatum à Leone IIII. capitulo de libellis. distinctione* 20. anatematizat

filios

filios deferentes parentes necessitate pressos, occasione diuini cultus. Tandem, quia omittere precepta propter consilia nefas est. At est naturale diuinum præceptum subueniendi parentibus ita egenis. Ergo id omittendum non est propter consilium ingrediendi religionem. Quod si dicas aliquando hunc ingressum esse in præcepto ratione voti, dicemus de hoc numer. 8. Nec obstant rationes contrariæ. Nam omnia testimonia in prima ratione adducta intelliguntur patrem non presso ea inopia, & sic iniustè progressum spiritualem impedienti. Nec secunda ratio assumit verum. Quippe non quodcumque bono spirituale proprium præponendum est corporali alterius; sed quando cætera sunt paria. Si enim illud sit sub solo consilio; hoc autem sub præcepto, hoc vtique præferendum est. Et ideo hanc sententiam tuentur *D. Thom. quodlibeto 3. articulo 16. & quodlibet. 10. articulo 9. & 2. 2. quæstion. vltima, artic. 6. corpore, & quæst. 101. artic. 4. ad quartum, & ibi Caiet. ad fin. Gerson. 2. par. tract. de grauato ære alieno. an possit ingredi religionem, alphabeto 39 litera Y. Supplementum Gabrielis 4. distinct. 38. quæstione 1. articul. 5. dubio 2. corollario 2. Gandauo quodlibeto 6. quæst. 19. Henricus cap. Peruenit, el 2. numer. 3. de iureiurand. D. Anton. citato Ioann e de Neapoli 3. part. sét. 16. capit. 2. §. 1. Rosella, verbo, Religio 2. numer. 7. Angelus, verbo, Religiosus, num. 11. Syluester, verbo, Religio 2. quæst. 7. Tabiena, verbo, Pietas, ad finem, & ibi Armilla numero vnico. Turrecrem. cap. 1. distinct. 30. art. 1. num. 3. & artic. 2. num. 5. Cast lib. 1. de lege pœnali, cap. 5. documento 5. ad fin. Nauar. summa cap. 14. num. 14. Iansenius in concordia Euangelica, cap. 60. in ea verba, Vos autem dicitis Toledo lib. 5. summæ cap. 1. num. 5. Corduba summa, quæst. 141. artic. 1. & in regulam D. Francisci, cap. 2. quæst. 6. artic. 1. statim in principio. Palacios 4. distin. 38. disput. 2. in solutione ad 3. folio 8, 2. Pasarellus in priuilegia Minimorum capit. 41. Emmanuel Sà in summa, verbo Religio, n. 2. Azor lib. 12. institutionum moralium c. 1. q. 8. Manuel 2. tom. summa, cap. 6. num. 4. & quæst. regular. tomo 3. q. 13. art. 5. dicto 4.* Quare talis ingressus esset culpa lethalis. Vt bene docent *Nau. Toledo Manuel eo. ar. 5. dicto* 4. Quia est träsgressio præcepti grauissimi.

4 Hæc autē magna necessitas, cui omisso religionis ingressu tenentur filij subuenire, non accipienda est de ea sola, quam Doctores ad quoscunque obligandos ad eleemosynæ præceptum, grauem appellant. Eam. n. dicunt esse, quando præcisè necessaria vitæ sustentandæ desunt, ita vt si ei non subueniatur, timor sit proximi in extremam lapsus. Quia totum huius sententiæ fundamentum est, obligatio filiorum ad subueniendam parentibus, quæ tanquam quid precepti anteferenda est consilio ingressus religionis. At multo maiori vinculo, & longè aliter tenetur filius parētibus subuenire, quam extranei. Qui tamen obligantur in extrema, vel graui necessitate. Quare hæc necessitas tunc accidet, quando re vera arbitrio prudentis reputatur non leuis, sed magna. Et ita clarè sentiunt *D. Th. 2. 2. q. vlt. art. 6. corpore, & Turrecr. c. 1. dist. 30. art. 1. n. 3.* dicentes hanc necessitatem contingere, quando commodè nequit aliter parētibus subueniri, quam per filiorum obsequium, secus quando eo non multum indigerēt. Et *Caiet. 2. 2. q 101. art. 4. ad fin.* vbi ait hanc necessitatē esse eam, quæ obligat filium ad operas suas parentibus exhibendas: nec ad hoc desiderari extremam necessitatem, sed satis esse necessitatem habētem magnam latitudinem. Et *Nau. summa Latina & Hispana c. 14. n. 14.* vbi dicit hanc necessitatem esse eam, qua astringitur filius ad subueniēdum patētibus; additque et *in Hispana*, etiamsi non esset talis, vt extraneos ad eleemosynam obligare. Et *nu. 13.* dixerat filios teneri subuenire parētibus, quoties ei sine dedecore necessaria acquirere nequeūt. Et tandem id melius, & clarius explicuere *Ioan. de Neap. D. Ant. Ang. Syl. Cord. vtroque loco, Pasarellus, Man. n. præc. alleg.* sufficere necessitatem decentiæ status, eo quod cogerentur parentes ad sibi prospiciendum, ea efficere, quæ in notabilem eius decentiæ status iacturam cederent. Vt artem mechanicā exercere, mendicare, alijs famulari, cū notabili status proprij diminutionē. Subduntq; & bene *Ioānes de Neapoli, D. Ant. & Pasarellus*, secus esse quando parentes possent vitam transigere, etsi non non ita commodè, abundanter, & honorificè.

5 Sed hanc necessitatem intelligit *Manuel 2. tom. summæ, cap. 6. nu. 4.* quando parentes eam actu patiuntur, dum filius religionem ingredi vult, secus quando tantum speratur probabiliter fore, vt in eam postea deueniant. Idque probat ex doctrina *D. Th. 2. 2. q. 101. art. 2. ad 2.* vbi id discrimen constituit inter obligationem parentum erga filios, & filiorum erga parētes, quod cum parentes rationem principij habeant, ipsorum est subuenire filijs, non solum ad horam, sed per totum vitæ curriculū. At filij solum tenētur ratione necessitatis instantis parentibus subuenire, non autem in longinquū. At huic limitationi minimè assentior. Quia aliud est, nō teneri filios thesaurizare parentibus, quo totam vitam transigant: quod solum docuit *D. Th.* in in eo constituens discrimen inter filios & parentes. Et aliud est, filios nō teneri subuenire necessitati, in quam proximè parentes incidēt, ipsis religionē ingredientibus. Quod omnino negandū est Et ita *Abulensis c. 8. Matth. q. 67.* iure optimo æquiparauit quo ad hanc præsentē parentum necessitatem, & eam quæ probabiliter futura creditur. Et quis ipse loquatur de extrema, eo quod (vt numero secundo retulimus,) sentit solam eam obstare ingressui religionis. At retenta nostra sententia explicata, nu. præc. dicenti etiam magnam obstare, idemque est pariter sentiendum de ea quæ actu magna est, & de ea quæ filij absentia creditur ꝓbabiliter talis futura. Quia res vera talis iudicatur magna parentum necessitas, vt obliget filium, ne se reddat impotentem ad illi subueniendum quando occurrerit.

6 Quod si omnibus perspectis dubium sit, an tanta sit parētum necessitas, vt obliget filium ad illi subueniendum; omisso religionis ingressu existimo integrum ei esse ingredi. Quia cum dubium sit preceptū in eo casu, libertas filiorum ad religionem capessendam possidet. Sicut generaliter in dubio, an sit in aliquod casu preceptum, diximus lib. 1. c. 10. nu. 19. Atque similiter id licebit, quando vtrinque sunt rationes ita probabiles, vt merito possit dici vtraque pars opinabilis. Tunc enim poterit filius sequi vtramuis partem etiam minus probabilem. Vt in alijs rebus opinabilibus accidit.

7 Atque sententia nostra, n. 3. tradita, & n. 4. & 5. procedit etiamsi tempore nouitiatus filij, dicta magna parētū necessitas accidat: teneretur enim filius egredi. Quia cum licitè egredi valeat, & perseuerantia sit solius consilij, anteferendū est præceptum subueniendi parentib. Atque ita docēt *Ioan. de Neap. D. Anton. Tabiena Palacios, Emmanuel Sà allegati, nu. 3. Nau. commentario 3. de regularibus n. 48.*

8 Immo procedit quamuis filius votum religionis emisisset, teneretur enim non obstanti voto, minimè ingredi, donec ea parentum necessitas cesset. Vt bene docent *Ioannes de Neapoli, D. Anton. Ang. Syluester, Tabiena, Castro, Corduba vtroque loco, Palacios, Pasarellus, Manuel in summa, allegati, nu. 3.* Nec refert siue votum præcesserit eam parentum indigētiam, siue eam subsequutum sit: in vtroque enim casu teneretur non ingredi ea duranti. Vt bene docent *Ioannes de Neapoli, D. Anton. Sylu. Castro, Pasarellus, Manuel ibidem. Corduba in regulam D. Francisci cap. 2. quæst. 6. articulo 1. paulo post principium.* Quare si semper durat ea necessitas, tenetur semper non obstanti voto, manere in seculo. Vt bene docēt *Ioannes de Neapoli. D. Anton. Syluester, Corduba, hoc posteriori loco, Pasarellus ibidem.* Et ratio est, quia si votum subsequatur eam indigentiam, nō potuit obligare pro illius indigentię tempore: vtpote quod illicitum pro eo tempore esset, & rei cōtra præceptum naturale. Si vero

votum

votum præcesserat, superuenit tanta ictum mutatio, quamia à principio tempore voti contingens impediret eius obligationem, in quo euētu diximus hoc lib. 4. c. 2. n. 23. votum non obligare: & redditur iam illicitus ingressus ille, qui est voti materia.

9 Si autem dubium sit, an necessitas ea tanta esset, vt licitū religionis ingressum impediret, obligabit votum religionis, siue subsequatur, siue præcedat eam dubiam necessitatem. Quia in hoc dubio probauimus, n. 6. licitum esse ingressum. Ergo voto accedenti obligabit. At existenti vtrinque opinione probabili illius necessitatis an tanta sit, poterit vouens vtriuis etiam minus probabili adhærere. Quia si probabile est necessitatem esse tantam, vt filius teneatur non ingredi, est subinde probabile votum ingressus non obligare. Et si probabile est necessitatem non esse tantam, eadem quoque probabilitate gaudebit voti obligatio. Quare cū vtraq; pars probabilis sit, dabitur electio.

10 Quod si neglecta subueniendi parentibus obligatione filius in religione profiteatur, valebit vtique professio, etsi peccet mortaliter profitēs. Quia nullo iure redditur irrita. Et ita docent. *Nau. l. b. 3. consil. tit. de reg. in 1. editione, cons. 26. nu. vnico, in 2. cons. 3. nu. vnico, Manuel 2. to. summa, c. 6. nu. 4. & to. 3. de regul. q. 15. art. 5. dicto 4.* Quòd si obijcias, cùm materia promissa sit illicita, nequit valere professio. Sicut hac ratione irritum esset votum ingrediendi religionem durante ea necessitate: & ea nō obstante. Similiter ergo professio quæ est votum perseuerandi in religione non obstanti ea necessitate, valere non poterit. Respondetur votum ingrediendi esse de re illicita, & ita irritum. Quia ingredi durante ea necessitate esset illicitum, quamuis votum illius ingressus præcessisset. Vt nu. 8 diximus. At iam mutato statu, & traditione religioni facta per professionem non est malum perseuerare, sed sub præcepto. Et ideo professio non est de materia illicita, sed, peccatur, quia ponitur impedimentum obligationi erga parentes exequendæ. Sed si replices, ante professionē erat materia mala, nō ergo per professionē potest reddi bona. Dico mutatione status fieri, vt quod antea malum erat, fiat bonum. Vt explicuimus, n. 17. in solutione ad 2. primæ sententiæ.

11 Tandem in duplici casu non obstanti parentum necessitate integrum erit filio ad religionem trāsire. Prior est, quando filius nequit extra religionem esse absque peccandi periculo peccato lethali. Quia ordo charitatis poscit salutem propriam spiritualem præferri temporali parentum bono: eo vel maximè, quòd nemo filium obligaret ad hoc subsidium parētibus impendendum cum notabili propriæ vitæ corporalis periculo, ne dum cum eodem vitæ spiritualis. Et ita docēt *Alēs. 3. p. quæst. 33. memb. 4. art. 2. D. Thom.* etsi non ita clarè *2. 2. quæst. 101. art. 4. corpore, & ad 3.* Sed clarissimè id dicit *quodlibeto 10. articulo 9.* explicans quando ille in seculo, aut non potest, aut non facile potest vitare peccatum mortale. *Rosella, Angel. Syluest. Tab ena, Corduba vtroq; loco, Pasarelius, n. 3. allegati, Toledo lib. 5. summæ c. 1. nu. 6.* Verum hoc non vt sonat accipiendum est de quolibet probabili periculo. Quippe id semper in seculo reperitur ob magnas, ac frequentes lapsuum occasiones in ipso existentes Et ita si de hoc prædicti Doctores loquerentur, non opus esset casum hunc excipere, sed potiùs generaliter docere deberent licere filio eiusmodi trāsitum ratione periculi existentis in seculo præterquam in casu rarissimo, in quo id periculum non subesset. Quare intelligenda est hæc exceptio de proxima peccandi occasione, quam filius in seculo moraliter ef fugere nequit. Et ita *Corduba in regulam, D. Francisci c. 2 quæst. 6. artic. 1. paulò post principium* explicuit quando est periculum propinquum. Nec intelligitur hæc exceptio, quando extrema esset parētum necessitas. Quia id periculum in ea contingere est impossibile. Dum eiusmodi necessitas ciuiliter transeat. Vt nu. 14. dicemus. Nec excusabit quoque hoc periculum, quoties du bium fuerit an tale sit, vt eius fuga sit præcepto subueniendi parentibus anteferenda. Quia quodcunq; præceptum possidere, & obligare in dubio an excusatio sit sufficiens, diximus lib. 1. c. 10. n. 19. Si verò sint rationes vtrinque probabiles, licebit vtriuis parti etiam minus probabili adhærere. Vt in simili diximus, n. 9.

12 Posterior casus est, quando parentes ipsi ita filios ad peccandum prouocarent vt probabilissimè filiorū lapsus in peccatū timeatur. Quippe illa occasio satis proxima est. Ita docent *D. Th. 2. 2. q. 101. art. 4. ad 1. iuncta solutione ad 3. & ibi Caiet. in tit. o. Tabiena verb. Pietas q. 1. n. 2 & ibi Armil. num. vnico.* Quod optimè explicat *ibi Caiet.* dicens *D. Th. in vtraque solutione*, id discrimen cōstituisse inter inductionem, & prouocationem ad malum. Nam si parentes filiorum obsequio indigentes inducant suadentes peccatum illud, ad idque sollicitātes, deserendi sunt, non simpliciter sed quoad illud, ne illorum consilijs conniueatur. Et quamuis non teneatur tunc filius eos deserere at potest vtique, nisi desistāt ab illa praua inductione. Si verò prouocent ad peccatum, vt vt filij experiantur se ita ad resistendum fragiles, vt sint in proximo lapsus periculo, tenentur omnino eos deserere. Ex quo ego infero diuersum esse, quando alter solus parentes inducit, aut sollicitat, altero non participe illius culpæ, nec potēti remedium adhibere: nam si sola sit inductio absq; eo ꝓximo lapsus periculo, nequit filius parentem innoxium agētem deserere. Quia facultas deserendi oritur ex culpa inducentis ad malū: quæ nocere minimè debet parenti innocenti. Si verò sit sollicitatio cum eo proximo periculo, potest vtroq; deserto ad religionem transire, & tenetur vtrumque deserere, ac eam occasionem effugere. Quia hoc nō oritur ob culpam prouocantis, sed ob proximū proprij lapsus periculum. In quo euentu diximus, nu. præc. licere filio parentes deserere, & transire ad religionem, vndecunque id periculum oriatur. Intelligo autem licere tunc transitum ad religionem, quando alio modo nequit in seculo id periculum vitari. Si enim desertis parentibus posset commodè id periculum vitare; & subuenire parenti innocenti, non posset ad religionem trāsire. Quia cessat id proximum lapsus periculū, quod ius transeundi ad religionem deserto parente innocenti concedebat: nec alterius culpa noxia esse debet innocenti.

13 Ex his deducitur, in hoc duplici casu obligare votum religionis, siue præcesserit, siue subsequutum sit eā parentum necessitatem. Quia cùm in illis ingressus sit licitus, votum illius obligabit.

SVMMARIVM.

An in extrema parentum necessitate teneatur filius iam professus egredi, num. 14.

Quid si necessitas non sit extrema? Refertur duplex sententia, nu. 15. & 16.

Explicatur sententia Authoris. & soluuntur contraria, numero 17.

An teneatur professus intra monasterium succurrere parentibus, nu. 18.

Explicatur in quibus teneatur subuenire: & quid si prælatus deneget licentiam aut contrarium præcipiat, n. 19.

Quid si intra monasterium acquisieris eam scientiam, qua potest parentibus subuenire. nu. 20.

An monasterium teneatur eos parentes alere, n. 21.

An sit iusta causa concedenda licentia professo, vt extra monasterium etiam habitu dimisso sit, quando aliter nequit eos alere: & quis eam possit concedere n. 22.

An teneatur superior in hoc casu eam licentiam concedere, n. 23.

An peccent prælati interdicentes hunc egressum professis, qui Pontificiam exeundi licentiam impetrarunt, numero 24.

An hæc omnia locum habeant in religiosis Societatis Iesu, qui sola biennij simplicia vota emisere, n. 25.

An

An egressi ex Pontificis, aut superiorum licentia, ad subueniendum parentibus teneantur redire ad religionem, quādo ea necessitas cessarit, nu.26.

An voto castitatis, vel religionis astrictus, qui non nisi matrimonio inito vt dotem habeat, qua parentes alat, potest eis subuenire, teneatur id inire, nu.27.

An eadem sint dicenda, quando est necessitas aliorum ascendentium, nu.28.

Post nu.28 inuenies alia summaria.

14 Quæstio secūda. An filius professus teneatur religionem deserere, vt parentū necessitati subueniat? Qua in re certissimū esse puto teneri egredi quātumuis repugnātem superiori, si necessitas illa extrema esset. Ratio est aperta, quia etiā ad subueniēdum extraneo in hac necessitate teneretur quilibet renitēte prælato claustrū egredi. Vt si extraneus in puteū incidisset, cui solus religiosus subuenire posset. Atque ita docent omnes Doctores nu. sequenti allegandi: & *Caiet. 2.2.q.101. art.4. circa solutionem ad 4. Maior in 4.d. 38 qu.16. conclus.2. Adrianus quodlib.1.art.3.ad 7. Abulensis c.8. Matth.q.69. Medina C. de restit. q.3. causa 8. immediatè ante argumentum solutionem Tabiena verbo Pietas fine, & ibi Armilla nu. vnico Nauar. summa c.14.n.14. Ledesma 2.p.4. q.15.art.7. fine. Pasarellus in priuilegia Minimorum cap. 42. Corduba sum. q.141.ar.2. opinione 4. puncto 1. Barthol. de Medina l.1. sum. cap.14.§.14. Angl. florib. 2.p.q. vn de voto, art.2. diffic.13. Manuel 2.to. sum. c.6.n.4. Lud. Lop. 1.p. instructorij c.54. Corradus in suis casuum responsis, to. 1.q.61.* Nec credendus est contradicere *D. Tho. quodlib. 10. ar.9.* quamuis oppositum satis significet. At si necessitas non vrget, debet peti licentia à superiori, & si neget, nil curandum est. Vt bene docent *Caiet. Ledesma, Pasarellus ibid.* Sicut *c. Licet, de regular.* decernitur professum in laxiori volentem transire ad religionem strictiorē, teneri petere à superiori licentiam, quamuis petita, & nō obtenta integrum ei transire sit. Dicunt autem *Angles & Bartholomeus à Medina ibid.* non posse hunc ad subueniendū ei necessitati, dimittere habitū. Sed dubitandum non est teneri ēt dimittere, si id opus sit. Quia præpōderat ea necessitas, Vt bene ait *Corduba ea opinione 4. puncto 2. vers. Y no es el mismo,* qui optime etiam *ibi puncto 1. ad finem,* aduertit non facilè religiosum decipiendum, existimando necessitatē esse extremam, quæ solummodo est grauis. Quia necessitas extrema citissimè trāsit, modicumq; ad eius remedium sufficit. Et denique tenetur is professus ad monasterium redire, cum primum ei necessitati subuenerit: eo quod causa egressus iam cessarit. Et ita bene docent *Nau. lib. 3. cons. tit. de regular. in 1. editione, consil.26. nu. vnico, in 2. cons.3. nu. vnico. Corradus eadem q.61.*

15 Tota autem difficultas est de necessitate nō extrema sed graui modo explicato n.3. cui filius potest extra religionē, & non intra subuenire. Triplex est sententia. Prima docet teneri pfessum egredi inuito prælato. Ducitur primò, quia quicquid ex materię defectu impediret obligationē voti, si tempore eius emissionis adesset impedit similiter eius obligationē postea superueniēs. (Vt probauimus hoc lib.4.c.2.n.23.) Sed si adesset necessitas hæc parentū ante professionem filij, impediret professionis obligationē defectu materiæ licitæ. Ergo eadē ei superueniēs impedit eius obligationē, in quātū obstat parentum subuentioni. Secundò, quia si aliqua res præciso omni voto est melior quā sua cōtradictoria, ea exequenda est post quodlibet votum, vtpote quod non impedit maius bonū. Sed pręcisa professione melius est parentibus subuenire, quā manere in religione. Ergo idem ea sequuta dicendū est. Tertiò, qa ad aliquid amplius obligādus est filius respectu parentū, quàm respectu cuiuslibet extranei. Cui tñ in extrema necessitate tenetur subuenire relicta religione. Vt diximus nu. præced. Tandē quia ratione egestatis integrum est filios vendere patri, *l.3. C. de patribus qui filios distraxerunt.* Ergo à fortiori è religione extrahere. Hāc sustinent *Anchona de potestate Papæ q.5. art.1. Gandauo quodlib.6.q.19. Iansenius in concordia Euangelica ca.60. in ea verba, Vos autem dicitis. Viguerius lib. institutionum c.6.§.7. statim in principio, Corduba in regulam D. Frācisci c.2 q.6. ar.2. post 4. opinionē,* etsi dicat non posse dimittere habitū, nec efficere alia religionē dicentia, ait tamen posse egredi inuito superiori *Palacios 4.d.18. disput.1. in solutione, ad 3. fol.853.* Citantur *Adrianus, & Maior allegati nu præced.* sed vterque de necessitate extrema loquitur. Nam etsi *Maior in ea. conclus.1.* nō explicet quāta debeat esse ea necessitas, at in prima proxima conclusione de extrema loquutus fuerat: & rationes quibus vtitur, in sola extrema procedunt.

16 Secūda sentētia sic distinguit. Si ea necessitas pręcessit professionē, tenetur professus egredi: secus si subsequuta professionē sit. Ducitur, qa cū ante professionē teneretur iam filius subuenire parentibus, transit cum eo onere in prælati potestatē. Quippe res cū suo onere trāsit in possessorē, *c. Ex litteris de pignoribus.* Nec obligatio superueniēs in prioris detrimentū induci potuit. Qua ratione ducti censent multi Doctores (vt retuli li. 7. de matr. disp. 21. nu. 12 & 13.) seruum absq; domini cōsensu ineuntē matrimoniū teneri obsequiū domini præferre vxori debitū exigenti: eo quod ius domini in seruū antiquius matrimonio esset. Secūdò, quia iniuriarū, & actionū ex delicto consurgentiū obligationes caput ipsum sequūtur, *l. Tutelas §. Iniuriarū ff. de capitis diminut.* At filius parentib. in ea necessitate relictis profitēs iniuriā eis intulit. Ergo obligatio inde consurgens perseuerat viuenti filio. Et ideo hāc sustinent *Angelus verbo Religiosus nu.31. Sylu. verbo Religio 6.q.9. Nauar. sum. c.14.n.14. & comment. 3. de regula. num.48. Anton. Cucus li.3. institutionum maiorum tit.1.n.126. Toledo li.5. sum. c.1.n.6. Lud. Lop. 1.p. instructorij c.54. Manuel 2.to. sum. c.6.n.4.* Et videtur tenere à contrario sensu *Medina sum. c.14.§.14.* ait enim non teneri professum exire, quando necessitas superuenit.

17 Tertia sententia (quā approbo tanquam cæteris veriorem,) ait nunquā teneri professum monasterio egredi absq; legitima prælati licētia ad subueniendū graui parentū inopiæ. Ducitur, quòd præceptū subueniendi parentibus nō eodem modo obliget filiū in quocunq; statu cōstitutū, sed vt subueniat eo modo, quem status patitur. Vt si sit coniugatus, non obligat ad habitandum cum parentibus causa eis succurrēdi relicta vxoris habitatione: eo quòd status matrimonij id non patiatur. *Genesis 5. Propter hanc relinquet homo patrē, & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Nec si filius sit clericus, tenebitur militari exercitio vacare, quāuis eo solo modo parētibus subuenire valeat: eo quòd status id nō patiatur. Ergo nec professus tenebitur monasterio dimisso: id. n. statui professionis aduersatur. Secundò, qa per professionem traditur religiosus prælato in eiusq; potestatē trāsit, ita vt mortuus seculo reputetur. At res vni tradita nequit auferri, vt parentibus subueniatur, quādo necessitas eorum non est extrema. Vt si promisi Ecclesiæ cētum aureos. possū dare, superueniente graui parentum indigentia, cui illis solis succurrere possum. At si re ipsa tradiderim Ecclesiæ, non possum attripere, vt patri subueniam. Tandem quia rationes contrariarum opinionū relatæ nu.15. & 16. non vrgent. Nam ad primū primæ sententiæ respōdetur bifariam. Primo eam habere locum in votis solam promissionem continentibus. Vt contingit in voto ingressus religionis. Secus de votis per quæ quispiam religioni traditur, verusque illius religiosus efficitur. Vel secundo id procedit quādo defectus ex parte materiæ impediret id votū validè fieri, non tamen quando solum impediret licitè. At existente ea necessitate professio validè fieret, etsi non licitè vt n.10. probauimus. Ad secundū, dico illā maiorē esse veram, quando res in eodem statu perseuerant,

ita vt mutatio status non efficiat eum iam meliorē esse sua cōtradictoria. Vt contingit in professo, in quo status assumptus efficit melius illi esse non recedere à conuentu cōtra superioris voluntatem, cui per professionē est traditus, quàm recedere ad parētum subsidium. Ad tertiū, fateor ad aliquid amplius obligari, sed saluo statu religioso. Vt in sequētibus explicabimus. Ad vltimū dico id esse verū, dum filius in patris potestate manet, secus qn̄ alij per ꝓfessionem est traditus. Nec ēt obstāt secundæ sententiæ rationes. Quia vtrique satisfit, dicēdo id onus trāsire in religiosum, & ideo durare eo vouenti: at modo consono suo statui. Et ideo hanc sustinent *Alensis 3. par. q. 33. membro 4. art. 1. fine, D. Th. quodlibeto 3. art. 16. & quodlibeto 10. art. 9. & 2. 2. q. 101. artic. 4. ad 4. & ibi Caiet. circa eam solutionem Lyra in id Matth. 15. Irritum fecistis mondatum. Supplementum Gabrielis 4. d. 38. q. 1. artic. 3. dubio 2. corol. 2. Abulensis c. 8. Matthæi q. 67. Turrec. c. 1. 30. q. 1. ar. 2. nu. 6. Henricus c. Peruenit. el 2. nu. 3. de iureiur. D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 2. §. 1. Rosella verbo Religio 2. n. 7. Armilla verbo Pietas num. vnico, & ibi Tabiena fine. Corduba summa q. 141. art. 2. in 4. opinione, puncto 2. Angles floribus 2. par. q. vnica de voto, art. 2. diffic. 13. Pasarellus in priuilegijs Minimorum c. 42. Emmanuel Sà summa, verbo Religio num. 2. Corradus in suis casuum responsis 1. to. q. 6. 1. Manuel q. regul. tom. 2. q. 57. ar. 3.* Et explicant *Corduba eo. puncto 2. & Manuel in hoc ar. 3.* id esse verum, quamuis ea necessitas religionis ingressum præcesserit.

18 Id tamen fatendum est, teneri filium professum pro viribus in religione niti vt ei parētū inopiæ subueniat, saluis obedientia, & sui status decentia, id est, regulari obseruātia. Et ita fatentur *D. Tho. Caiet. Lyra, Turrecr. Abulens. Henricus nu. 4. Supplementū Gabrielis, D. Antoninus, Rosella, Tabiena, Armilla, Corduba, Pasarellus, Manuel, Emmanuel Sà allegati nu. præced. Sylu. Nauar. Ludou. Lopez nu. 16. allegati.* Et quamuis *D. Th. quodlib. 10. art. 9. Abulensis num. præced. allegatus, Angelus verbo Religiosus nu. 31.* explicent hanc obligationē de auxilijs spiritualibus, vt orationibus, consilijs, verbis solatium afferentibus. At *idem D. Tho. quodlib. 3. art. 16. & 2. 2. q. 101. art. 4. ad 4. & relicti Doctores* clarè loquuntur de subsidio tēporali, idque iure optimo. Et ratio est, quia cùm filius post professionem maneat verè filius, perseuerat in eo pietatis erga parentes obligatio, quā status religiosus nō impeditis sed perficit. Quare ad omnia statum illum decentia impendenda patri astringitur.

19 Sed retenta hac sententia oportet amplius explicare, quæ dicatur posse fieri à religioso, salua obedientia, & sui status decentia. Videtur enim nil ei concedi absque sui prælati licentia. Quia absque ea nō est integrum religioso aliquā rem temporalem suo etiam labore partam, aut sibi donatam alienare. Atque sæpe nō poterit absque prælati licētia eleemosynas ab extraneis petere, etiā non sibi, sed parentibus acquirendas: eo quòd vel prælati præcepto, vel religionis cōstitutionibus id interdictū sit. Quare videtur nunq̄ posse prælato repugnāte parentibus subuenire. Et ita *Manuel qq. regularibus 2. to. q. 57. art. 4.* ait eū nec eleemosynas petere posse prælato licentiā deneganti. At idē hanc optime explicuere *Corduba in summ. q. 141. art. 2. opinione 4. puncto 2. & 3. & ipsum sequutus Ludouic. Lopez 1. p. instructorij cap. 54.* dicentes nō posse aliquid efficere contra suam regulā, & professionem, vel quod statum religiosum arbitrio prudētum dedeceat. Vt frater Minor nequit pecunias accipere vt parentibus subueniat, eo quòd cōtra suam professionē sit. At si prælatus nollet facultatem concedere ad succurrendū modis suum statum decentibus, & nō egrediendo ex claustro, nec efficiendo aliquid repugnās suo instituto, optimè asserūt hi Doctores posse filium occultè, & absq; scandalo id efficere, quamuis repugnet prælatus, idq; sub pœna excommunicationis interdicat. Ratio est, quia in tali euentu inique agit prælatus licentiā denegans: quare cum licentia illa debita sit poterit religiosus ea non obtenta id facere. Quod adhuc magis explicat *Corduba ibi* dicens posse tunc ea parentibus procurare, quæ posset ex prælati licētia procurare suo monasterio. Vnde ego colligo nō posse fratrem Minorē accipere pecunias apud se retinendas, vt parentibus succurrat, bene tamen retinendas apud extraneū. Quia eas posset suæ religioni quærere de licentia prælati. Et alij religiosi, quibus nō ita strictè interdicitur apud se retinere, qui n posslint de licentia prelati apud se retinere, possunt etiam eo iniustè denegann, apud se retinere vt parentibus succurrant. Præterea ex necessarijs suo victui, quæ religio sibi impēdit, & quæ ipse cōsumpturus erat, posset aliqua ad hoc sibi subtrahere, & dare parentibus, dummodo non ita subtrahat vt necessarijs ministerijs religionis vires deficiāt. Quia nil religioni aufert, cùm ipse cōsumpturus esset. Posset etiam tempore quo in rebus religionis nō occupatur, aliquo opere religiosis honesto, vt scribendo, aut pingendo aliquid lucri comparare, quo parētibus subueniat. Quia hæc omnia posset sīto monasterio ex prelati licētia acquirere. Atque ille in his casibus iniustè licentiā denegat. Quæ maximè amplecti possunt: cum adeo sub iudice sit, an teneatur conuentu egredi, vt parentibus succurrat, quāuis prelatus contradicat. Immò existimo teneri filium illum his modis subuenire parentibus, si commodè, & absque periculo posset. Cum non dedeceant suum statum, nec sint contra regularem obseruantiam. Quod petunt Doctores citati n. præced. vt teneatur. Quamuis enim sit contra superioris voluntatem, at cùm ea voluntas iniqua sit, vtpote qui licentiā cōcedere tenebatur, potest subditus salua regulari obseruantia ita se habere, quasi ea licentia concessa sibi esset. Credo tamen eum teneri prius petere licentiam, nisi omnino certus sit fore vt sibi iniquè denegetur: & postea nequeat tanta facilitate, & securitate parentibus subuenire. Quia religiosum statum dedecet eam non petere, vbi id damnum non timetur. Et quia ius canonicum *cap. Licet de regular.* eam licentiam peti iussit ad transitum ad strictiorem religionem. Cum tamen ea denegata is trāsitus licitus sit. In dubio autem an iniquè superior eam licentiam deneget, videtur nō posse subditum ea vti. Quia ius possidet superior in subditi voluntatem, quare in dubio id ius præualebit. At magis placet posse. Quia etsi in dubio potius sit superioris ius, sitque illi obediendū: hoc fallit (vt in tractatu de voto obedientiæ explicabimus,) quando est in graue tertij detrimentum. Quod cōtingit in hoc casu, cùm ea licentia denegata redundet in graue parētum damnum, quorum graui necessitati nequit aliter filius consulere. Tandem (vt bene notat *Corduba ibidē puncto 5. fine,* dicens in hoc vniuersos conuenire,) est maximè obseruandum, hæc nullatenus licere filio absque prælati licentia, quando parentum necessitas non est tanta, quanta desideratur, iuxta dicta n. 4. Quia cùm in ea sola necessitate parentibus subuenire teneatur, ad eam solam subleuandam tenetur superior licentiam concedere: ac proinde extra eam denegans, nō iniquè facit, vt ea tanquam debita, & inique denegata possit subditus vti.

20 Atque hæc vera esse censeo, quamuis filius ante religionis ingressum ineptus subueniēdo parētibus esset: atque in religione didicerit artem, aut facultatem qua subuenire possit. Quia cum iam possit illis subuenire, tenebitur vtique modo conformi suo statui.

21 Immò *Angelus verbo Religiosus nu. 31. & Sylu. verbo Religio 6. q. 9.* aiūt si ex ingressu religionis reddatur impotens filius ad subueniendū parentibus iā in ea necessitate cōstitutus, videri teneri monasterium ad alimēta parentibus præstāda. Ducuntur, quia monasterium est loco hæredis, & filij, *c. In præsentia, in fine de pbat. auth. de sanctissimis episco. §. Sed hoc præsens.* Hæres aūt, et si extraneus, tenetur ad alimenta, *l. Si quis à liberis, §. Itē rescrip. ū, ff. de liber. agnosc.* Potest insup probari. Quod mona-

monasterium iniuriam parētibus intulerit, admittendo filium in eo euentu. Ergo tenetur illā resarcire, præbendo eis alimenta. At hæc sententia nō placet, nisi in eo solo casu, quando monasterium successit in bona ingredientis. Ducor, quia in eo solo casu succedit monasterium vt filius, & hæres, teneturq; ad ingressi debita antea contracta. Et sic soluitur prior ratio contraria. Posterior autem ex eo diluitur, quòd cum filius nō ex iustitiæ, sed ex solius pietatis lege teneatur parentes alere, non est vera iniuria cōtra iustitiam obligans ad restituendum, admittere filium ad religionem, cōtempta hac obligatione.

22 Quamuis autē professus nequeat monasterio egredi inuito prælato, vt parētibus subueniat, at est iusta causa eius licentiæ sibi cōcedendæ, qñ extra monasterium poterit. & intra minimè. Atque ita docent *Nau. lib. 3. cons. tit. de regularibus, in 1. editione, cons. 55. num. 2. in 2. cons. 71. nu. 2. Et comment. 3. de regularibus n. 49. Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 2. diffic. 12. Manuel 2. to. sum. c. 6. n. 4.* Et hāc licentiam possunt concedere generalis, & prouincialis. Vt bene aiunt *Nauar. vtroq; loco Manuel ibidem.* Imò *Nau. eo commento 3. nu. 49.* clarè supponit posse ab his concedi licentiā, vt habitu ēt dimisso sit extra monasteriū, qñ id prædicto subsidio necessarium esset. Quippe ait prædictā licentiā non concedendā à Pontifice, aut ab ordinario prælato, nisi qñ habitu retento non posset cōmodè ei necessitati subuenire. Sed melius *ipsemet Nau. lib. 3. cons. tit. de regul. in 1. editione, cons. 54. n. 2. in 2. cons. 72. nu. 2. & Manuel proximè allegatus* dicunt hanc licentiam à solo Pontifice concedi posse. Cùm sit res grauissima, & adeo à religioso statu aliena, vt professus etiam factus episcopus habitum religionis dimittere nequeat.

23 Sed an teneatur prælatus licentiā professo cōcedere, vt extra monasteriū sit, qñ id prædicto subsidio est necessariū? *Nauar. comment. 3. de regul. nu. 49.* dicit teneri quando necessitas præcessit, secus quando post professionem accidit. Sed loquitur iuxta suam sententiam n. 16. relatam, quæ est, vt in priori casu teneatur professus egredi etiam renitenti prælato, non autem in posteriori. At retenta nostra sententia nu. 17. explicata, asserenti in neutro casu teneri professum egredi: dicendum quoq; est, in neutro casu teneri superiorem eam licentiam concedere. Quia tñ tenetur religiosus in monasterio modis suo statui aptis ei necessitati prospicere. Vt diximus nu. 18. & 19. Alias iuxta dicta eo. nu. 19. si prælatus teneretur eam licentiam cōcedere integrum esset professo egredi, eo iniquè deneganti.

24 Iniustè tamen prælati resistunt, & grauiter peccant, qñ ob prædictam causam concessit Pōtifex licentiam egrediendi professo: nisi qñ causam nō esse verā existimant, aut professum esse talem, qui minus cautè quàm par est, extra monasterium vitam trāsiget. Et ita docet *Nauar. eo commentario 3. nu. 49* Atque idem censeo, qñ intra monasterium potest commodè subuenire.

25 Demum quatuor obseruanda sunt. Primum est, hucusque dicta de professorū exitu ad subueniendū parentibus, accipiēda quoque esse de religiosis Societatis Iesu, qui simplicia biēnij vota emisere. Non enim possunt inuitis superioribus egredi causa huius subsidij, citra extremam necessitatem: nec superiores tenentur eā licentiā concedere, sed tantùm vt illis subueniant modis declaratis n. 15. & 19. Quia vere, & propriè sunt religiosi, ac professi, & p illa vota traditi religioni, & effecti iā non futuris, instar professorum. Vt decidit *Greg. XIII. in sua extrauaganti. Ascendēte.* Et quamuis prima facie videatur facilius hæc licentia concedenda, eo qđ possunt à patre nostro generali absoluti ab eorum votorum obligatione ex causa iusta qualis est hæc. At ex alia parte cedit in grauissimum religionis detrimentū, quæ tot expensis eos aluit: & indecens est vt exeant, quando causa repulsæ vrgentissima non est.

26 Secundum est, religiosos, qui ex legitima Pontificis,

aut superiorum licentia ègressi sunt causa subueniendi parētibus teneri redire ad monasterium ea necessitate cessanti. Vt quia iam parentes obiere; vel aliunde ei necessitati prospicitur. Quia iam causa cessauit. Secus esset quando aliquis à generali Societatis Iesu hac de causa à votis absolutus ab ea dimitteretur. Quia cum in perpetuum votorum obligatione per dimissionem liberatus sit, non tenetur amplius ad eam redire.

27 Tertium est, secularem qui huic graui parentum necessitati subuenire nequiret, nisi matrimonio inito adiutū vxoris dote teneri id matrimoniū inire. Quia necessitas eius præcepti implendi præponderat cōsilio vitæ cœlibis: sicut & religionis ingressui. Et ita docet *D. Tho. quodlibeto 10. ar. 9.* dicens rarò posse hoc accidere. Quare idem dicendum est etsi ille castitatis, aut religionis voto astrictus esset, siue ante, siue post eā necessitatē. Quia votū obligare nequit cōtra hoc subueniendi præceptū. Nec tamen extingueretur obligatio voti, sed suspenderetur, & obligaret, quatenus necessitati illi nō præiudicat. Atque ideo ligatus eo castitatis voto esset sacrilegus fornicādo, & soluto eo matrimonio nō posset aliud inire: nec eo durāti petere debitū absq; dispēsatione. Et ligatus eo religionis voto teneretur soluto matrimonio ad religionē transire, nisi adhuc necessarius esset in seculo subsidio parentum, aut filiorum.

28 Vltimum est, hactenus in toto hoc capite dicta de parentum necessitate, intelligenda quoq; esse de cæterorum ascendentium indigentia. Quia omnes illi reputantur vt parentes, & ita sunt hæredes necessarij descendentium, & descendentes ipsorum, & mutuò sibi alimenta præstare tenentur, si necessitas premat.

SVMMARIVM.

An necessitas subueniendi sororibus sit iusta differendi ingressus religionis causa, etsi adsit votum? Refertur quadā sententia, nu. 29.

Explicatur sententia Authoris: & an idem sit de necessitate aliorum consanguineorum, nu. 30. 31. 32.

An ea necessitas sit iusta dispensandi causa, nu. 33.

Post n. 33. inuenies alia summaria quæ desiderantur.

29 Quæstio tertia. An necessitas subueniendi fratribus, & sororibus, iustam causam differendi ingressus religionis præbeat? Neminem disputantem inueni, præter quam *Azor lib. 12. instit. moral. c. 1 q. 8.* qui ait iustā differendi causam esse sororum necessitatem, quæ à fratre dimissæ in impudicitiæ crimen, aut magnum illius periculum inciderent. Quia charitas suadet vt earum impudicitiam frater caueat. At non explicat quid dicendum existente religionis voto; nec an non existente voto teneatur differre.

30 Sed primò existimo non teneri eum differre, etsi voto religionis astrictus non sit. Quia non tenetur succurrere sororibus, sicut & parentibus, priuando se tanto bono vt illis subueniat.

31 Secundo existimo esse iustam differendi ingressus causam, etsi voti religionis adsit, quando tempus non est præfixum voto implendo, quamuis id impudicitiæ periculum non subsit; & idem intelligerem de magna fratrum necessitate, cuius subsidio vouens necessarius esset in seculo. Ratio est, quia id votū absque determinato exequutionis tempore emissum obligat vouentē quam primum cōmodam exequēdi opportunitatem habuerit. Vt probauimus hoc lib. 4. c. 14. n. 5. At nō est commoda opportunitas, quādo sua præsentia in seculo necessaria est ad subueniendum ei personarū adeo sibi coniunctarum necessitati. Ad subueniendū autem alijs consanguineis hoc non extenderem. Quia non est tanta obligatio subsidij ipsorum.

32 Tertio existimo, etsi voto illi tempus præfixum sit, illudq; accedat, posse ingressum differri ratione magnæ sororum necessitatis, quando impudicitiæ periculum esset ratione paupertatis. At citra id periculū, aut ratione subueniendi fratribus, aut alijs fœminis cōsanguineis patientibus idē periculum, nō audeo id asserere.

Tt 2 Quia

Quia curà sororum auxilio destitutarum fratri incũbẽs, simul cũ eo impudicitiæ periculo prẹponderat obsequio illi diuino ingrediendi statum religionẽ: & quilibet vir prudẽs iudicaret maioris obsequij diuini fore vt differatur ex hac causa. Quod respectu fratrum nõ procedit, qui sibi multo faciliùs, & cũ minori periculo quam feminæ prospicere possunt. Nec respectu aliarũ fœminarum consanguinearum. Quia illarum cura nõ ita incumbit vouenti illi. Et ad probandũ id respectu sororũ cõfert quod nu. sequẽti ex *Corduba* referemus.

33 Tandem *Corduba summa q.141. fine* refert se vidisse dispensationes à Pontifice concessas professis ad exeũdum causa succurrendi graui sororum necessitati. Quã esse iustam causam credo, quando illæ in graui impudicitiæ periculo essent, atq; breui posset professus et necessitati succurrere, & redire ad religionem. At ad differendũ votum ingressus esset iusta dispensandi causa, quamuis id impudicitiç periculum non esset: & vrgẽs ẽt fratrum necessitas, cui solus frater succurrere posset. Quia non in substantia, sed in sola dilatione exequendi dispensatur. Atque hanc dispensationem posse ab episcopo concedi, dicemus infra tractantes de voti dispensatione. Et ita facilè occurri poterit scrupulis dilationis ingressus.

S V M M A R I V M.

An parentes, & alij ascendentes possint religionem ingredi, desertis filijs, vel descendentibus, et si votum religionis emiserint, num. 34. 35. 36. 37. & 38. vbi & an valeat professio aliter facta.

An si iam professi sint, teneantur exire, n. 39.

Quid si simplicia bienij vota in Societate Iesu emiserint. n. 40

34 Quæstio vltima, an parentibus integrũ sit religionẽ ingredi desertis filijs, & iam professi teneantur egredi ad illis subueniendum. Prima conclusio. Non licet parentibus religionem ingredi omissa filiorũ cura: id est, non prouidendo priùs qualiter educari valeant. Ratio est, quia parentes habent rationem principij & ideo per se conuenit illis filiorum cura, & subuenire illis, nõ tantùm ad tempus sed per totum vitæ curriculum. Et hoc est quod dixit *D. Paulus 2. ad Corinth. 12. Parentes debent thesaurizare filijs.* Et ita docent *D. Th. 2. 2. q. vlt. ar. 6 corpore. Turrecrem. c. 1. ar. 1. nu. 2. d. 50 D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 2. §. 1. Corduba in regulam D. Francisci c. 2. q. 6. art. 1. fine, & omnes.*

35 Hinc deducitur, quamuis filij non sint in magna necessitate, non licere parentibus ingredi, si filij rebus ad educationẽ necessarijs careant. Quia Doctores citati n. præced. & præcipuè *D. Tho* eã differentiam statuunt inter parentes respectu filiorum, & hos respectu parẽtum: vt parentibus tanquã principijs incumbat per se, & suapte natura, filijs necessaria ad educationẽ prouidere: filijs autẽ solùm per accidens ratione magnç parẽtum necessitatis. Quod sans explicuit *D. Paulus 2. ad Corinth. 13.* dicens parentum esse filijs thesaurizare, nõ filiorũ parentibus. Ergo etsi filius non patiatur grauẽ necessitatẽ, minimè erit parẽtibus integrũ ad religionẽ transire, relictis filijs absq; rebus ad educationem necessarijs. Et ita hoc clarè sentit *Nau. comment. 1. de regular. nu* 8. postquam. n. dixerat posse filium religionẽ ingredi, nisi pater ita egestate prematur vt sine ipso sustentari nequeat, addidit è contra patrẽ nõ posse iustè ingredi, relictis liberis absq; reb. educationi necessarijs.

36 Secundo deducitur, idem prorsus dicendum esse, etsi parentes religionis votũ emiserint, nõ enim illud exẹqui possunt, nisi prouidẽdo prius qualiter filij educari valeãt. Quia cũ illa sit obligatio per se, & ex natura rei annexa parentibus, nõ potest ipsi voto aliquo prẹiudicari. Sicut n. 8. diximus votum filiorum non posse impleri postposito præcepto succurrendi parentibus.

37 Tertiò deducitur, idem dicendum esse de alijs ascendentibus, vt auis, proauis, &c, quãdo descendentes parentibus carent: succedunt. n. parentum loco, eademq; obligatione tenentur. Cum re vera rationem principij respectu descendentium habeant.

38 Quartò deducitur, qualiter verum sit quod tradit. Abulensis c. 8 Matth. q. 68. vbi ait posse parentes ingredi religionẽ relictis filijs adultis, secus si paruuli sint; tunc. n. ait teneri prius eos educare, vel alij viro probo educandos committere. Id. n. tantum est verum, qñ bona educationi necessaria relinquerent, vel filij artem didicissent, qua commodè vitam transigere possent: in eaque ætate essent, vt paterna cura non indigerent.

39 Secunda conclusio. Si relictis filijs absq; prædicta cura pater inique ad religionẽ transeat, in eaq; profiteatur, valida est professio Sicut n. 10. diximus valere professionem filij relictis parẽtibus in magna necessitate. Quia eadem militat ratio & nullo iure talis professio irritatur. Nec iam professus tenetur egredi ad subueniendum graui eorum necessitati, vel ad curãdum de illis, sed tm̃ tenetur iuxta suum statum & salua regulari obseruãtia illis prospicere. Sicut n. 18. & 19. diximus de filijs respectu parentum. & multò maiori iure: quia est magis proprium parentum succurrere necessitati filiorum, quam econtra. Quòd aũt non teneatur egredi, procedit iuxta sniam quam nu. 17. sustinuimus de filio professo. Quia rationes ibi traditæ procedunt similiter in parentib. Si enim pater ille iã clericus esset; non posset statum dedecentia exercere, causa subueniendi filijs.

40 Vltima conclusio Idem quod diximus nu. præced. de parentibus profitentibus dicendum est de illis, si simplicia bienij vota in Societate Iesu relicta filiorũ cura emiserint. Vtidem probauimus de filijs num. 25. Quia eadem militat ratio.

C A P V T XXI.

Qualiter obliget votum castitatis, virginitatis, non fornicandi, non ineundi matrimonij, assumendi ordines, siue ante, siue post matrimonium, emissum sit.

S V M M A R I V M.

Quot quæstiones disputandæ sint nu. 1.

Ponuntur aliqua circa hæc vota remissiuè, nu. 2.

An habens votum castitatis, non nubendi, aut assumendi ordinis sacri, liceat matrimonium inire, quando id iudicatur necessarium ad salutem corporis tuendam, n. 3.

An eidem liceat matrimonium firmissimo animo ingrediendi religionem ante consummationem, nu. 4.

An peccet iniens cum hoc matrimonium nu. 5.

Quid sit respondendum affecto his votis interroganti an valeat matrimonium, nu. 6.

An huic passim in venerea succumbenti consulere liceat, vt potius ad matrimonium transeat, nu. 7.

An voto castitatis astrictus, & matrimonium iniens possit debitum petere, nu. 8.

Quid si coniux hic sit infidelis, aut alter cõiux fornicetur, n. 9.

An possit aliquando petere gratia alterius coniugis, vel prouocare alterum vt petat: aut significare illi suum impedimentum, ne eius petitionem expectat, nu. 10.

An tactus huic liceant cum altero coniuge, num. 11. & ibi an liceat delectatio in redditione debiti cogitata.

An teneatur ante matrimonij consummationem ingredi religionem: & ita peccet prima vice consummando, n. 12.

Quid si iniisset matrimonium animo ingrediendi religionem, num. 13.

An peccet reddendo debitum priori bimestri, vel si alter coniux adulteretur nu. 14.

An extra hos casus teneatur reddere, nu. 15.

An alter teneatur reddere astricto voto castitatis, nu. 16.

An peccet illi reddens, quando redditio est voluntaria, vt priori bimestri ante consummationem, vel quando est iusta perpetui diuortij causa nu. 17.

An si ambo votum castitatis ante matrimonium emiserant, possint sibi debitum reddere, nu. 18.

An

1 DVplex est tractanda quæstio. Prior est de his votis ante matrimonium emissis. Posterior de illis emissis post matrimonium.

2 Quæstio prior. Ad quid obligent hæc vota ante matrimoniũ emissa? aliqua diuersis in locis huius tractatus disputauimus, quæ illuc remittẽda sunt. Videlicet, an hæc vota obligent eum, cui ob frequẽtes carnis lapsus consultius esset matrimonium inire. De quo diximus hoc lib.4.c.8.n.9.& 10.& an obligent, qñ sponsalia præcesserant, vel simul cum illis deuoratio virginis: vel hæc superueniunt. De quo diximus eodem c.8. à n. 11. vsque ad 13. Et an votum castitatis obliget, qñ vna cum religionis voto emissum est, & hoc deobligat, egimus hoc lib.4.c.16.n.113.& an obliget, qñ est necessarium matrimonium ad subueniendum parentibus, diximus c.præced. n.27. Et an sit noua circumstãtia speciem mutans, quoties quis fornicatur contra castitatis votũ, diximus hoc lib.4.c.5.n.7. Multa alia latè disputauimus in nostro tractatu de matrimonio, quæ summatim repetã, remittẽdo authorũ allegationes, opiniones, & rõnes ad ea loca, ne huic tractatui aliquid desit.

3 Prima conclusio sit. Neuiquam licet astricto votis castitatis, religionis, non ineundi matrimonij, aut adscendendi ad ordines sacros, inire matrimonium ad corporalem salutem tuendam, quando medici iudicãt id necessarium. Quia multis alijs medicinis potest illi cõsuli, & à præsentaneo morbo salus obtineri. Vt multis medicorum testimonijs eruditissimè probat *Medina lib.4. de sacror. hominum continentia controuersia 4.c. 23. vbi à c.20.* hanc cõclusionem tuetur. Quæ adeo vera est, vt multi, quos retulimus lib.8. de matrimon. disput.20.n.26. existiment nec hoc præbere iustã dispensandi in his votis causam.

4 Secunda conclusio. Nec licet his votis astricto inire matrimonium, cũ firmissimo transeundi ad religionẽ ante consummationẽ animo, sed mortaliter peccabit. Hanc latè probauimus lib.1. de matr. disp.43.nu.7.& vltra ibi allegatos, eam sustinet *Azor li.11.instit.moral. c.21.q.1.* Quamuis alij, quos retulimus ea.disput.43.n. 6. contrarium teneant. Quorum sententiam diximus ibi.n.8. in triplici casu esse veram. Primus est, qñ id matrimonium necessarium esset ad vitandum magnum scandalum. Secundus, qñ adesset notabilis metus, etsi non cadens in virum constantem, amittendæ vitæ, aut famæ, nõ inito matrimonio. Vltimus qñ voto astrictus non posset aliter religionem ingredi, eo quod inclusus tenetur. At (vt ibi diximus) non esset iusta causa, vt ambo coniuges matrimonio inito castitatẽ vouerent.

5 Tertia conclusio. Peccant etiam mortaliter, qui voti huius conscij contrahunt cum his matrimoniũ, quantumuis ad contrahendum paratis. Hanc late probauimus lib.7. de matrim. disp.11.n.11.

6 Quarta conclusio. Si ligatus his votis interroget an matrimonium cum eis initum valeat: & interrogatus conijciat probabiliter vt detecta ei veritate matrimonium ineat, quamuis aliqui scrupulose satis loquantur circa modum quo hic tenetur respondere, obligantes eum ad omnino tegẽdam veritatem secluso mẽdacio. Vt retulimus lib.7. de matrim. disp.11.n.12. At (vt ibidem probauimus) sic dicendum est. Talis interrogatio est prudenter eludenda, respondeo grauissimum, & atrox sacrilegium esse illud inire, atque ex eiusmodi sacrilegio matrimonio posse iure optimo infœlices exitus, ac Dei supplicia timeri: vt vel sic diuerso in alia sermone obliuiscatur directæ responsionis interrogans. Quod si ea prudens diuersio non sufficeret, vt interrogãs desisteret ab incepta interrogatione, nulla erit culpa respondere veritatẽ. Solùm autem erit venialis culpa, quãdo valde commodè potest interrogans eludi, & interroganti modus id efficiendi occurrit. Et tandem numquã hęc culpa excedet limites venialis, nisi quando in respondente adest malitia: quippe qui tali tẽpore & forma respondet, vt alter credere possit eũ velle, vt voto postposito matrimonium ineat: ac proinde respondendi modus sit quędam tacita inductio. Quæ omnia latius ibi probauimus.

7 Quinta cõclusio. Moraliter loquendo, & in plurimũ, nunquam licet consulere ligato his votis, passimque in venerea succumbenti, vt in tius malũ perpetuo ineundo matrimonium. Verùm si eis votis ligatus ita malo inhęreret, vt nec dispensationem voti petere vellet, nec à venereis desistere, sed omnino paratus esset ad illis vacandũ, sperareturque matrimonio inito illi malo consultum fore, liceret id minus malum consulere. Hanc probaui lib.7. de matrim. disput.11.n.29. contra alios, quos ibi retuli absolutè dicentes eas esse minus id malum consulere.

8 Sexta conclusio. Si voto castitatis astrictus matrimoniũ ineat, non extinguitur obligatio voti durante matrimonio, sed tenetur sub mortali non petere debitum. Hanc probaui lib.9. de matrim. disput.33.nu. & vltra Doctores ibi allegatos, tenet *Azor lib.11 instit. moral. c. 21.q.3.* contra duas opiniones, quas ibi retuli nu.3. & 4. alteram dicentem votum extinguit: alteram verò huic integrum esse debitũ petere. Sed superest satisfacere argumento, quod in contrarium fortissimè vrget. Quando est notabilis rerum mutatio, nec à principio excogitata, nouaque notabilis difficultas, non obligat votum, vt probauimus hoc lib.4 cap.2 numero 21. & 22. At nouus hic status efficit notabilem mutationem, & multò difficiliorem castitatem promissam, abstinẽdo à debiti petitione, dormiẽdo simul cũ vxore, prout nouus status obligat. Nec hęc mutatio excogitata erat tẽpore voti. Cum promittens castitatem tãtum abesse à matrimonio ineundo, vt vinculo voti se abstẽiurum ab eo promiserit. Dices, mutationem hanc ex vouentis culpa consurgere: & difficultatẽ hãc esse intrinsecam, & inclusam in ipso voti obiecto: quod est abstinere ab omni actu venereo, ad quem fortior matrimonij lex nõ obligat: qualis est debiti petitio. Sed hęc euasio manifeste corruit. Primò, quia etsi culpa vouentis contingat ea mutatio notabilis, dũ ea durat, deobligat votũ. Vt ibidem diximus. Secũdò, quia est absq; culpa ineatur matrimoniũ illud post castitatis votum, non est integrum vouenti, petere debitum. Vt contingeret in eo, qui inuincibiliter oblitus voti illud iniret, vel deceptus ab aliquo impetranti falsam dispensationẽ. Tandem quia vndecumque cõsurgat noua illa difficultas, si est notabilis, excedensq; notabiliter vouentis existimationem, non obligat uotum: eo uel maximè quòd

difficultas hæc ab extrinseco nouo statu assumpto superueniat. Fateor argumentum esse fortissimũ, & difficile solutu: at non ob id recedendũ est à doctrina communissimè recepta, vsuq; ecclesiæ approbata. Et ideo ad hoc argumentũ dicendum est idem quod hoc li. 4. ca. 8. n. 10. respondimus, quando superueniunt notabilis mutatio vexationem causans, ita vt illi vouenti consultius esset matrimonium inire, applicādo suo modo ad hunc casum: & sic dicendum est hæc vota tātæ esse dignitatis, vt potiùs spectari debeat donum cōmune ex ipsis cōsurgens, ne ob eas mutationes superuenientes, nisi qñ essent tales vt esset moraliter impossibile votũ implere, iudicentur vota hæc deobligare: sed causam facillimæ dispensationis præbebunt.

9 Atque hæc conclusio verum habet, etsi ille qui castitatem vouit, infidelis sit. Quia cùm hæc voti obligatio sit iuris naturalis obligat æque infideles, ac fideles. Itē etsi voto castitatis astrictus fornicetur, nō licebit alteri coniugi simile votum habēti petere ab eo debitum. Vt vtrunque probaui lib. 9. de matrim. disp. 33. nu. 6. & 9.

10 Septima conclusio. Si ille voto castitatis ligatus sit maritus, potest nonnunquam insinuare se vxori, & offerre ad vsum coniugalem, petereque ab ea debitum, nō in gratiam sui, nempe, vt suo appetitui morem gessit, sed gratia complacendi vxori, & ne reddat matrimonium illi onerosum, quæ verecundia ducta nō audet petere. Quia hoc non est propriè petere, sed potiùs reddere. Quoties autem hoc liceat, nō potest generali aliqua regula præscribi: sed prudētis arbitrio remittendum est: qui eo spectare debet, ne matrimoniũ reddatur vxori graue & onerosum, si quoties concubitũ appetit, cogatur contra naturalem verecundiam fœminis insitam debitum exigere. Quare cùm quædam fœminæ sint in venerem ab alijs propensiores, atque ita viri concubitũ frequentiùs appetant: ab alijs sæpiùs quam quater, ab alijs vero rarius petere licebit in mēse: vnde ad hoc librandũ est attendenda conditio natiua vxoris, ac eius in venerem propensio. Vt hæc omnia probauimus lib. 9. de matrimon. disputat. 7. nu. 1. vbi n. 3. ex hoc intulimus fas esse viro petere, quoties voluntatem concubitus in vxore non audenti præ verecundia petere conieceri. At (vt ibi diximus n. 4.) quando vxor esset eo voto castitatis ligata, non est idem iudicium regulariter loquendo. Cùm enim nec virum dedeceat, nec pudeat debitũ petere, non erit ipsi onerosum matrimonium, si semper dum appetit cogatur petere. Et ideo regulariter non licet huic vxori ab eo petere: nisi vir talis sit, vt more fœminæ non audeat petere: tunc enim poterit hæc vxor se aliquoties ei ad eũ vsum offerre, ab eoq; debitũ petere. At siue vxor, siue vir sit, poterit debitum petere ab altero, nō obstanti eo castitatis voto, quādo sentit in eo continentiæ periculum, immò & tenebitur petere, si spes subsit fore vt ea petitione illud vitetur. Vt probaui eadem disp. 7. n. 5. & 6. Vbi n. 7. probaui id non licere ad vitandum proprium incontinentiæ periculum. Tandem potest coniux voto castitatis astrictus alteri suum impedimentum significare, ne eius petitionem expectet. Non tamen tenetur illud ei indicare, vt à petendo abstineat, quamuis norit fore vt non petat. Vt vtrunque probauimus ea. disp. 7. nu. 8. & 9. Ex quibus intulimus ibi. nu. 10. nefas esse coniugi huic ligato voto castitatis, si incitet alium ut à se petat: & similiter illicitum esse alteri incitare hunc ut petat, etsi in eo periculum incontinentiæ sentiat: sed debet tunc ab eo debitum petere: & sic uitabit id periculum, nec incitabit alium ut petendo peccet.

11 Octaua conclusio. Coniugi habenti id castitatis uotum non licet delectatio partis sensitiuæ etiam de redditione debiti cōcepta sub conditione, si petatur: secus de gaudio, & delectatione uoluntatis sub ea cōditione, & similiter non licent tactus nisi ad expressam, uel tacitam alterius petitionem: sed omnia hæc sunt peccata lethalia contra uotum. Hanc contra alios probauimus lib. 9. de matrim. disp. 44. n. 25. & ibi. nu. 26. probauimus omnia hæc licere, quando solum esset uotum non petendi debiti.

12 Nona cōclusio. Qui post uotum castitatis matrimoniũ init, non tenetur ingredi religionē ante matrimonij cōsummationē, ut uotũ illud seruare possit: ac proinde non peccat consummādo matrimonium, ipso nō petente sed reddente. Hanc probauimus lib. 9. de matrim. disp. 34. n. 3. contra alios, quos ibi retuli n. 2. dicētes teneri hūc ingredi religionē, & ita peccare mortaliter prima uice qua cōsummet. Quorum etiā opinionem sequitur *Azor lib. 11. instit. moral. c. 21. q. 2. 7. & 9.*

13 Quæ conclusio uerũ habet, etsi ille inirei matrimonium, siue licitè, siue illicitè, cum firmissimo transeundi ad religionem animo, ante eius consummationem. Vt probaui lib. 1. de matrim. disp. 43. n. 9.

14 In duplici tamen casu peccat mortaliter reddēdo debitum ligatus uoto castitatis. Prior est, priori bimestri post initũ matrimoniũ, peccat enim mortaliter prima uicē, qua tunc consummat matrimoniũ etiā reddēdo debitũ. Posterior est, quādo ob delictũ alterius coniugis, ut ob adulterium, est iusta diuortij perpetui causa, cùm ipse sit innocens. At si remittat adulterium, siue uerbis, siue factis, aut ipse postea adulteretur, & sic cōpēsatio fiat, nō peccabit deinceps reddendo debitum. Quia cùm remissio, & compensatio ualeant, amisit ius denegandi debitũ. At remissio illa nisi ignorantia, aut obliuione excusetur, fuit culpa mortalis. Et similiter illud adulteriũ prædictum, est hac circumstātia specifica necessario confitenda, nempe, redditum esse per illud, uel per illam remissionem, eum qui castitatē uouerat, impotentē ad plene seruandum suum uotum, abstinendo ēt à debiti redditione. Vt hæc omnia probaui lib. 9. de matrim. disp. 6. n. 14. & 15.

15 Decima conclusio. Transacto eo bimestri, uel semel in illo iam consummato matrimonio, dum nō fuerit iusta diuortij causa, tenetur uoto castitatis emisso ante matrimonium astrictus reddere debitũ. Conclusio est omniũ: & ratio est, quia fortior matrimonij lex obligans est iustitia ad reddendum debitum, & traditio proprij corporis per illud facta ad hunc usum, præpōderat uoto illi castitatis.

16 Vndecima conclusio. Etsi prædictus uoto castitatis ligatus peccet debitum petens, at alter tenetur ei reddere. Hanc probaui contra alios lib. 9. de matrimon. disput. 6. n. 7.

17 Duodecima conclusio. Quamuis coniux non teneatur reddere priori bimestri ab inito matrimonio, eoq; nondũ consummato: nec quādo est causa perpetui diuortij ob delictũ alterius, ut ob adulteriũ: at nō peccat reddendo tunc illi ligato uoto castitatis. Hāc probaui eadem disp. 6. n. 12. contra alios quos ibi. nu. 11. retuli.

18 Decimatertia conclusio. Si uterque coniux ante matrimoniũ uoto castitatis ligatus erat, neuter potest ab altero debitum petere: at petēti tenetur alter reddere, casu quo teneretur, si alter uoto ligatus nō esset. Hanc probaui contra alios lib. 9. de matrim. disp. 33. nu. 8.

19 Decimaquarta conclusio. Possunt hi coniuges, qui ante matrimoniũ uouerant castitatem, simul aliquando commisceri absque culpa: non quidem debitũ petendo, id enim aduersatur uoto emisso; sed quādo quilibet sentiret alium indigere, ob incontinentię periculum. Immò sentiens in altero id periculum, cui copula illa potest obuiare, tenetur ab eo petere: & si uterque sentiret in altero id periculum, teneretur uterque. Possunt etiam commisceri, quādo uterque coniux nosset alterum affectare copulam, & petiturum, si posset. At neuter potest alteri signa petitionis ostendere: id enim est petere. At alter tūc tenebitur reddere. Quare si uterque simul ea petitionis signa ostendit, peccabit uterque quatenus petit, neuter tamen quatenus reddit: sed uterque reddere tenebitur. Quę omnia probaui lib. 9. de matrim. disp. 7. n. 11. & 12.

Deci-

20 Decimaquinta conclusio. Si ligatus voto castitatis ignorat inuincibiliter sibi petitionem debiti interdictam, monendus est à confessario, qñ creditur fore vt monitio prosit, eo quod facilis est aditus ad potentem dispensare, vt ad episcopum, vel alium qui ex priuilegio possit. Si vero is aditus non esset facilis, eo qd abesset, & medio eo tempore probabiliter creditur fore, vt coniux non abstineat à petitione, atque ita peccata lethalia admittat, monendus non est, donec confessarius dispensationē impetrarit, vel possit habēs dispensandi potestatem absq; eo periculo consuli. Vt probauimus lib.6.de matr.disp.33.n.10. iuncta disp.27.n.10.

21 Decimasexta conclusio. Præter dictos effectus, quos habet votū castitatis initio postea matrimonio, retinet quoq; alios duos. Prior est, vt quæcunq; violatio castitatis citra eā, ad quam lex illius matrimonij obligat, sit sacrilega contra votum. Posterior est, vt soluto eo matrimonio obliget ad abstinendum ab alio ineundo. Hanc probauimus lib.6. de matr.disp.33.n.11.

22 Decimaseptima conclusio. Votum virginitatis ex natura rei obligat ad perpetuam castitatem seruandam: & sic idem de illo dicendum est, quod hactenus diximus de voto castitatis. Quod quidem intelligendum est, nisi expressa vouentis intentio fuisset obligandi se ad solam à primo actu venereo abstinennam, vt virgo permaneret: & non nisi secundario, & consequenter ad abstinentia ab alijs actibus. Tunc enim amissa virginitate per primum actum venereum cassaret penitus voti obligatio. Sed vbi dubium esset de intētione, censendum est id votum obligare priori modo, nempe, ad perpetuam continentiam. Quando autem esset illa specialis intentio, & nondum amissa est virginitas, tenetur ille non inire matrimonium: quod si ineat, non poterit petere prima vice, perinde ac si castitatem vouisset. Quia petitio illa est volūtaria, & voto opponitur. Qua ratione, nec poterit reddere prima vice priori bimestri ab initio matrimonio. Quia tunc quoq; redditio est voluntaria. At eo transacto non peccabit reddendo. Iuxta sententiam quam sequuti sumus, n.12.dicentem non teneri voto castitatis astrictum, & ineuntem matrimonium, transire ad religionem, vt votum perfecte impleat. Semel autem consummato matrimonio cum iam voti materia facta sit impossibilis, atque ideo voti obligatio cessarit, poterit petere, & reddere, & soluto eo matrimonio ad aliud transire, nec peccabit contra votum fornicando. Vt hæc omnia probauimus lib.9. de matr.disp.33.n.7.

23 Decimaoctaua conclusio. Votum assumendi ordines sacros ante matrimoniū emissum obligat ad illud non ineundum. (vt diximus n.3.& 4.) at semel eo inito non obligat iuxta veriorem sententiā ad transeundum nondum eo consummato ad religionē, vt impleri valeat. Et potest hic tota conscientia cōsummare matrimonium siue petendo, siue reddendo, etiā priori bimestri ab inito matrimonio: & ita nullatenus ei interdicitur petitio, vel redditio, nec etiam peccat contra id votum fornicando. Quæ omnia probauimus lib. 9. de matr. disp.33. n.15.fine, & disp.34.n.6. Et eum non teneri ingredi religionem est verum, etiam si matrimonium inierit cum firmissimo ingressus illius animo. Vt hoc ca.nu.13. diximus idem de habenti votum castitatis.

24 Decimanona conclusio. Hic voto ordinis sacri astrictus, & iniens postea matrimonium, si esset postea iusta diuortij causa ob adulterium vxoris, peccaret mortaliter petendo, vel reddēdo, vel remittendo iniuriam illam, vel simile adulterium admittendo, aduertens per id se reddi impotentem ad votum implendum. Et denique tenetur ad ordines ascendere, quoties cunque non obstanti eo matrimonio id sibi licet, eoq; dissoluto. Quæ probaui lib.9.de matr.disp.33.nu.17.& n.16.

25 Vigesima conclusio. Votum non nubendi obligat ad non ineundum matrimonium (vt diximus nu.3. & 4.) at eo inito non obligat ad religionis ingressum ante consummationem. Vt probauimus lib.9.de matr.disp.34.n.7. Quod est verum, etiam si vouēs id iniisset cum firmissimo ingrediendi religionem animo. Vt de habenti votum castitatis diximus hoc c.n.13.

26 Ex quo deducitur, hunc nunquam peccare contra votum, siue petendo, siue reddendo, etiam priori bimestri ab inito matrimonio, & quāuis sit iusta diuortij causa ob adulterium. Nec peccat contra votum fornicando: sed solum tenebitur eo matrimonio dissoluto, habēs ab alio abstinere. Quæ omnia probaui l.9.de matrim.disp.33. n.21.& 24.contra alios, quos ibi n.21.retuli.

27 Vltima conclusio. Votum non fornicandi non obligat ad abstinendum à concubitu licito, qualis est coniugalis. Quare huic id votum habenti integrum erit ad nuptias transire, & eis vti, siue petendo, siue reddendo. Quæ à nemine negatur. Sed specialis difficultas est, qñ esset votum non cognoscendæ feminæ, nec vouens interrogatus discernere nouit suam mentem, an intellexerit de omni prorsus concubitu, siue licito, siue illicito, an solūm de illicito. Et quidem id inuestigandum tunc est ex vouētis motiuo: si enim id fuit, eo quōd fornicationibus deditus erat, vel quia ex fornicatione aliquod damnum incurrit, id votum de solo concubitu illicito accipiendum erit: ac proinde huic illicitum erit ad nuptias transire, & eis omnino vti. Quia id est solū votum non fornicandi cum fœmina. Si verò non eo motiuo ductus est, sed ex speciali castitatis, & abstinēntiæ à concubitu muliebri affectu, accipiendū erit votum de vtroque concubitu. At non erit votum castitatis Quia peccato contra naturā actu consummato, vel pollutione volūtaria absque desiderio cōcubitus fœminei, & absq; morosa in illum delectatione, non peccaretur contra id votum. Cum tamen peccaretur contra votum castitatis, quod omnia venerea excludit; & contra votū non fornicandi propriè sumptum. Quia fornicari quid generale est ad omnia venerea extra matrimonium. Et votum de aliquo re emissum intelligitur dum de cōtraria intentione non constat, instar præcepti de illa re. Vt diximus hoc lib.4.c.11.n.31. At præceptum non fornicandi cōprehendit omnia venerea extra matrimoniū. Nec ēt esset contra votum non cognoscendæ fœminæ, vel non fornicandi, limitando cum fœmina, cognoscere illam sodomiticè. Quia id peccatum non est cū fœmina, vt talis est, & ideo communiter nō appellatur cognitio fœminæ, vt sic sub illo voto cōprehendatur. Nec obstat tactus turpis cum fœmina esse contra id votum. Quia id ideo est, quia cū non habeant speciē consummatam & sint via ad concubitū, pertinent ad eamdem speciem, & eamdē prohibitionē, concubitus. At copula sodomitica habet suam speciē completam, nec dicitur congressus cum fœmina. Quamuis aūt id votum nō cognoscendę fœminæ intellectum ēt de concubitu licito, non sit ita amplū ac votum castitatis, at interdicit inire matrimoniū, & eo inito interdicit debiti petitionē itē redditionē primā priori bimestri, item reddere quoties est cā diuortij perpetui ob delictum coniugis; itē tactus cū coniuge. Sicut hæc omnia interdici diximus voto castitatis à n.2.vsque ad 21. Et soluto eo matrimonio non licet transire ad aliud, & fornicando cū alia, cōtrauenire ei voto. Quia hoc votū inito matrimonio potest absque eius præiudicio, quo ad hæc omnia obseruari: & perinde obligat ac votū castitatis ad nō cognoscendam fœminā. Qñ autem omnibus circumstantijs perpensis colligi nequiret mens promittentis nō cognoturū se mulierē, de quo cōcubitu intelligatur, videtur intelligi votū de omni cōcubitu. Quia cognoscere mulierem est generale ad vtrunque concubitū: & fuit votum negatiuū; negatio autem quicquid post se inuenit, destruit. Sicut vouens castitatem seruare, censetur in dubio omnimodam vouisse eo quòd verba sint generalia. Vt diximus cap.13.n.14. Et quamuis in dubio id quod est minus sit intelligendum; at id tunc est verum, quan-

do

do nulla est pro verbis voti vtrumque ex se includentibus possessio. Vt diximus eodem cap.13.numero 16.& 17. At hic est possessio pro verbis voti, quæ vtrumque concubitum claudunt. Sed his non obstantibus,credo in dubio id votum intelligi de sola cognitione illicita, quia etsi ea verba ex se sint generalia, at cõmunis vsurpandi modus est pro cõcubitu illicito,& volentes obligare se ad abstinendum etiam à licito, non ita confusis,ac generalibus verbis exprimere solẽt. At verba voti sunt in dubio iuxta communem vsurpandi modum intelligenda. Vt diximus hoc lib.4.cap.8.num.45.& c.11. n.29.

28 Quæstio posterior est, de omnibus his votis emissis post matrimonium ratum,aut cõsummatum. Sed quia hoc ratò euenit,& est res prolixa satis, libuit hic nõ explicare, sed remittere ad nostrum de matrimonio tractatum, vbi lib.9. disp.35. & duplici sequenti latissimè de his egimus.

CAPVT XXII.

Qualiter votum pœnale obliget.

SVMMARIVM.

Quid sit votum pœnale?n.1.

An sit votum pęnale sub hac forma, Voueo religionem, si lusero,vel si filius meus luserit,n.2.

An tunc sit contra votum ludere:& quid quando sub hac forma,Voueo non ludere sub pœna religionis,n.3.

An quando materia principalis voti est inepta quia mala aut indifferens,&c. votum pœnale rei bonæ obliget, n.4.

Quid si non rei ipsius,sed pœna sit votum,n.5.

Quid si ille putabat se obligari, vel euentus postea subsequens declarat ipsum non esse obligatum n.6.

Quid si materia principalis erat à principio apta, & postea sit inepta,n.7.

Quid de voto, aut iuramento homini præstito ingrediendi religionem, aut alterius pœna, si quis hanc non acceperit in vxorem,n.8.

An ablato voto principali per irritationem, dispẽsationem aut commutationem, auferatur obligatio pœnæ:& illa valeant non explicato voto pœnæ:& debeat esse maior commutatio, maiorque dispensandi causa ratione pęnæ,n.9.& ibi an possit altera obligatio tolli absque altera?

An si impetretur irritatio, dispensatio, aut commutatio pœnæ,oporteat quoque narrari principalem voti materiam:& in voti commutatione, dispensationeque attendenda sit sola dignitas materiæ in se, vel etiam respectu vouentis? numero 10.

An votum pęnale castitatis, aut religionis, obliget ad expectandum euentum conditionis, & ad non ineundum antea matrimonium,n.11.

Quid si conditio non pendeat ex vouentis voluntate, n.12.

Quid si quando obligatio ad pœnam incurritur,iam est initum matrimonium,n.13.

An votum pęnale obliget ad pęnam quando, transgressio contingit absque culpa: vt ex obliuione,aut alia causa excusanti,vel transgressio fuit in re leui,aut pœna obliuione,à n.14. vsque ad 20.

Votum pœnale absolutè emissum, an obliget transgressorẽ sola prima vice ad pœnam,n.21.

Quid si vouens credebat sola prima vice obligare votum siue quoad principalem materiam, siue quoad pœnam,n.22.

An quando est votum faciendi aliquid intra certum tempus sub quadam pœna obliget pęna ante id tempus, quando in residuo nequit impleri? Explicatur quid in promissionibus humanis:& conciliantur duo textus n.23.

Quid quando pęna trahit secum exequutionem,vt si sit excommunicatio contra non facientem certo termino,an incurratur ante terminum quando in residuo nequit fieri,n.24.

An ante illud tempus agi possit cum effecta ad pęnam:et cuius vtilitatis sit dicere antea incurri,n.25.

Explicatur quid in voto dicendum sit:& an voti exequutione prorogata,censeatur quoque pœna prorogari,n.26.

An obligent votũ pœnale,& conditionale, præcisè ea die,qua impletur conditio?& quid si particula,si,significet quando, n.27.

An mora iudicanda sit in his votis à solo die impletæ cõditionis,n.28.

1 PRæmittendum est, votum pœnale esse quoties vouens, vel iurans minimè est affectus ad rem illam tanquam pœnam sibi promissam,sed illa sibi tanquam pęnam proponit, vt eius incurrendæ timore arceatur à crimine,quod cauere optat. Vt si quispiam voueat, vel iuret se non lusurum sub pœna castitatis seruandæ. In quo voto animus directè fertur ad vitandum ludum, & solum in ludi pęnam castitas vouetur. In quo autem distet à conditionali explicabimus c.seq.n.1.

2 Bifariam autem potest emitti. Priori modo, quando vtrunq; sub voto, vel iure clauditur,nempe. vitatio illius rei,& solutio pœnæ, ea re non vitata Vt cum quis sic vouet, Voueo me non lusurum sub tali pęna. Posteriori modo,quando iuramentum, & votum sunt de sola pęna,& res vitanda ponitur sub conditione,in cuius euentu promittitur pœna. Vt Voueo religionem si lusero, In quo euentu quibusdam placet non esse uotum pœnale, sed conditionale. Alij uolunt esse uotum pœnale. Vtrosq; & eorum rationes retuli lib.8.de matrim. disp.10.n.2. ubi n.3. retuli alius tenentes mediam sententiam, quam ibi amplexus sum, & nunc quoq; amplector: quæ est,si animus uouentis non sit affectus ad rem promissam, ut religionem, sed quò rem in conditione positam, nempe, ludum illum uitet proponit sibi in pęnam religionem est uerè pęnale. Si uerò ex affectu rei promissæ uoueat, casu tamen quo ponatur illa ludi conditio, non eligens tunc religionem tanquam sibi odiosam,ac in pœnam,sed tanquam sibi gratam, ut in eo statu uitam quietam transigat abstinens à ludo, est uerè conditionale. At rarissimè dixi ibi nota hęc posteriori hoc modo fieri, & ita fere semper esse pœnalia, & communiter accidentibus talia in dubio iudicari, ubi non constat de contraria uouentis intentione. Atque simili distinctione utendum ibi dixi, quando pater uouet,aut iurat religionem;aut aliquid aliud,si filius luserit:atque in dubio intentionis censeri pęnale.

3 Prima conclusio sit. Quamuis uotum pęnale utroq; modo emissum obliget,ut pote quod est de re licita: at latum est discrimen quo ad obligationẽ. Quippe priori modo emissum est duplex uirtute uotum alterum absolutum illius rei promissę,ut non ludendi: alterum autem conditionale pęnale illius pęnæ, casu quo ludatur. Quare ludendo tunc peccatur contra uotum, uel iuramentũ, & remanet sub eodẽ uinculo obligatio ad pœnam. At posteriori modo,est unicũ solius pęnę subeundæ uotum, casu quo ludatur. Quare ludendo non peccatur contra uotum, uel iuramẽtum, sed manet sub eo uinculo obligatio ad pęnam. Ratio differentiæ est clara,quia priori modo promittitur res illa,& pęna; at posteriori sola pęna. Et ita docent *Metina 1.2.q.96.art.4. ad 2. Azor lib.11.inst.moral.cap 7.q.8.*

4 Secunda conclusio. Quãdo principalis uoti, uel iuramenti uere pęnalis,materia est inepta, ob quamcunq; rationem id contingat,& ideo uotum, & iuramentum de illa non obligant, uotum quoque de pęna imposita non obligat. Vt si quis promittat,uel iuret rem malam, ut uindictã, uel indifferentem, ut non ludere cum persona determinata, uel in quadam speciali domo, uel certo ludo,in casu,in quo hæc indifferẽtia sunt, uel rem impossibilem simpliciter,aut sibi,ut ingressum religionis, in quam iuxta eius institutum admitti nequit, sub pœna castitatis seruandæ, sicut uotum rei principalis non obligat,ita nec uotum pęnæ. Quia pœna non per se, & principaliter promittitur, sed ut accessoria uoto principali. Cum ergo principalis obligatio non subsistat,

ſtat, nec acceſſoria eius naturam ſequens ſubſiſtet. *Regula Acceſſoriũ, de regul. iuris in 6. regula. Cum principalis ff. eod. tit.* Et docet *AlcoZer ſum. c. 16. ad fi. fol. 59. verſ. La primera es.*

5 Atque idem dicendum eſt, ſi eſſet votum ſolius pœnæ, caſu quo verè pœnale eſt, iuxta dicta, nu. 2. Si enim res principalis, quam vouens intendebat exequi, aut vitare, & in cuius euentu eam pœnam ſibi ſtatuit, non eſt apta voti, vel iuramẽti materia, ita vt hæc de illis emiſſa non obligarent, nec votum, vel iuramentum de ea obligãt. Vt ſi quis volens vindictam ſumere de aliquo, vel nolẽs ludere cum aliquo, vel in domo certa; vel certo ludo, caſu quo hęc ſint indifferentia, voueat, vel iuret in ſenſu pœnali, ſe ingreſſurum religionem, ſi vindictã non ſumpſerit, aut ſi ingreſſus fuerit ad ludẽdum illam domũ, aut ſi luſerit cum ea perſona, vel eo ludo, eſt prorſus irritum votum. Quia materia illa bona promiſſa nõ promittitur per ſe, & principaliter, ſed in pœnam illius rei omiſſæ, aut commiſſæ. At ingreſſus religionis in illius pœnam non pertinet ad Dei obſequium ſicut nec res illa principalis.

6 Nec quicquam refert, ſi ille falſo putaret, quando vouit, ſe obligari ad pœnã, uel illud rei principalis uotum obligare, & ita ex conſciẽtia erronea peccaret in tranſgreſſione; adhuc enim uotum non ligabit. Quia ignorantia uouẽtis nullam obligationem producere poteſt quando materia obligationi inducẽdæ inepta eſt. Sed maior difficultas eſt, quando ſolus euentus poſt uoti tranſgreſſionem ſubſecutus oſtenderet hunc excuſari à uoto exequẽdo. Vt ſi quis promiſſit religionis intra annum ingreſſum cui aptus erat, ſub pœna caſtitatis ſeruandæ, & omiſit diligentiã ingreſſui neceſſariã illorum; at tranſacto anno ei petit, & ſufficiẽter petita denegatur ſibi in perpetuũ; ac certũ eſt idem fore, ſi anno quo tenebatur, eandem diligentiam adhibuiſſet. Videtur eum hic ad pœnam obligatus. Quippe non tantũ quo ad ſuam conſciẽtiam erroneam, ſed re ipſa uotũ tranſgreſſus eſt. Quia re uera ea religio erat ſibi poſſibilis ſecundum eius ſtatuta, & tenebatur intra eum annũ apponere diligentiam debitam, ut admitteretur; eamque omiſit, & ſolum eſt uerum eum excuſari à trãſgreſſione, quãdiu non admittitur. At probabilius eſt hũc non teneri ad pęnã. Quod hic ea ſua cõſcientia erronea putet ſe obligatum ad uotũ rei principalis; eo quòd ignoret fore, ut non admittatur; quare ſi id certò ſciret, ad nullã diligentiam adhibendam teneretur. Sicut ẽt promittens religionem, cui ſecundum eius ſtatuta ineptus eſt, & ignarus ſtatuti non adhibet diligentiã ut admittatur, reus eſt uoti iuxta ſuam conſcientiam; at cum poſteà ſciret ſe fuiſſe ineptũ, non tenebitur ad uotum, nec ad pœnã. Atque idem dicendum eſt, ſi comperiret poſt eum annum diligẽtiam eo adhibitã fore fruſtraneam; quia certum eſt eo non admittendum, non enim tenebitur ad pęnam, quãuis eo anno diligentiam peccando omiſerit, etſi poſtea nõ expellatur, ſed admittatur tranſacto eo anno. Quia uotum nõ uere obligabat ad rem illam fruſtraneam, ſed ex ſola uouentis ignorantia.

7 Ex his deducitur, uotum pęnale utrouis modo emiſſum, ita dependere à materia principali, ut quamuis ea ab initio eſſet apta uoti materia; & ſic uotũ pęnæ obligaret, at ceſſabit pęnæ obligatio ceſſante illius materiæ honeſtate. Vt ſi quis promiſit non ingredi certam domum ſub pęna religionis, vel religionem in pęnam ingreſſus, ſi illam ingrediatur, eo quod eſſet ibi mulier ad fornicandum prouocans, non teneretur ad pœnã muliere illa domicilium mutante, & ſic ingrediens. Quia iam res principalis promiſſa, aut deſiderata, nẽpe, non ingredi illam domũ, eſt indifferens, & inepta voti materia. Et ita procedunt rationes traditæ, n. 4. & 5. vt votum pęnale tunc non obliget.

8 Secundo deducitur, quid dicendum ſit de voto cum aliqua perſona matrimonij ineundi, ſub pœna ingreſſus religionis, vel ingrediendi religionẽ, ſi illam vouens nõ duxerit, qñ ſenſus eſt pęnalis, ſicut explicuimus, n. 2. Et quidẽ poſſet hoc votum perſonæ illi emitti, promittendo illi matrimonium, & vouendo, vel iurando religionis ingreſſum, ſi fides ſeruata non fuerit, ita vt tunc votum adhibeatur inſtar iuramenti ad confirmãdam eam promiſſionem. Et in hoc caſu votum nõ obligare, latè probauimus lib. 7. de matr. diſp. 88. n. 37. At difficultas eſt, qñ ea promiſſio ſoli Deo fieret. In quo caſu non loquitur *c. Gemma, de ſponſ.* interdicẽs pœnam in ſponſalibus apponi. Quare tunc videndum eſt, an votum illius ſpecialis matrimonij ineundi valeat, an non. De qua re ſatis egimus hoc lib. 4. c. 8. à nu. 51. vſq; ad 55. Et aduertendũ eſt ſtare poſſe, vt valeat in hoc votum mrĩmonij ob carnis illecebras, nõ aũt valeat votum huius matrimonij, ſed res indifferens ſit. Vt ſtat votum non ludendi valere, cum tñ non valeat votum non ludendi cum hoc. Quare conſiderandũ eſt, an votũ illius ſpecialis matrimonij valeat, iuxta ibi tradita, & ſi non valeat, nec valebit quoque votum pœnæ. Vt conſtat ex dictis, n. 4. & 5. ſi vero illud valeat, valebit quoq; hoc. Ducor, quia *c. Gemma, de ſponſal.* ſolam pęnam ſponſalibus inter ipſos cõtrahentes adiectã interdicit; nec de voto ſoli Deo emiſſo quicquã agit. Nec eſt eadem ratio, ac de pœna per modum contractus appoſita inter ipſos contrahentes. Quia hæc à ſolo altero contrahenti remitti põt: & ita præbebitur cauſa matrimoniis coactis: quam textus ille vitare voluit. At quando eſt ſoli Deo votum emiſſum, eſt facilis diſpenſatio, aut cõmutatio prælati.

9 Tertiò deducitur, quid in ea q̃one dicendum ſit, an ablata principalis voti obligatione ante incurſam pœnam, auferatur ſubinde obligatio pœnæ. Vt ſi quis votum non ludendi emiſit ſub pœna ingreſſus religionis; *AlcoZer ſumma c. 13. ad fin. fol. 59. verſ. La ſegunda doctrina, & verſ. La quarta doctrina,* ait ſufficere auferri per irritationem, diſpenſationem, aut commutationem, obligationem operis promiſſi, vt cõſequenter tollatur obligatio pœnæ nondum incurſæ. Id aũt minimè probari. Quia obligatio ad pœnã eſt acceſſoria obligationi voti principalis. Ergo hac deſtructa per irritationem, diſpẽſationem, vel commutationem, deſtruetur quoq; illa; iuxta dicta nu. 4. 5. & 7. Nihil n. referre videtur, an ceſſet obligatio voti principalis ratione materiæ ineptæ, vel quouis alio modo. Cum eadem militet ratio obligationis acceſſoriæ ad pœnã dependentis à voto principali. Et confirmatur, quia vouens ire Romã ſacco indutus, eo ipſo q̃ à peregrinatione deobligatur, manet liber à voto ſacci illius induendi, quod fuit acceſſoriũ. Secundò, quia ſi ille prorſus voti immemor, cõtra illud faceret, nõ eſſet pœnæ obnoxius. (Vt à n. 14. probauimus.) Cuius non eſt alia ratio, niſi quia ille non eſt tranſgreſſor voti principalis, cui eſt annexũ pęnæ votũ. At ablato voto principali his modis, tñ illud obligat, & ſic contrauenendo non violabitur. Ergo non obligabit pęna. Sed pro contraria parte fortiſſimè vrget. Quia ibi ſunt duo uota (ut diximus nu. 5.) ac proinde utrunque indiget diſpenſatione, irritatione, uel commutatione. Dices eſſe duo uota; at poſterius eſſe acceſſoriũ, & depẽdens à priori. Et ſic ceſſante obligatione prioris uoti, ceſſabit quoque poſterioris. Sed contra eſt, quia põt una ſeparari ab altera per irritantem, diſpenſantem uel cõmutantem, tollendo, aut commutãdo ſolam obligationem ad rem principalem, uel ſolã obligationẽ ad pœnam, manente altera obligatione. Ergo utraque obligatio ſeparari poteſt: ac proinde, qñ ſola principalis propoſita eſt irritanti, diſpenſanti uel commutanti, ea ſola ceſſabit. Secundo, quia alias in commutatione uoti non ludendi ſub pęna religionis, nulla eſſet habẽda ratio religionis in pœnã promiſſæ, ſed ſolius ludi; ſi quidem ceſſanti nõ ludẽdi obligatione, ceſſaret quoque obligatione religionis. Nec eſſet opus eã explicare in diſpẽſationis uoti illius non ludendi impetratione; immo ualeret diſpenſatio mentiente impetrante dicẽdo, nullã ſibi impoſuiſſe pęnam: eo quòd fuerit mendacium circa rem uanam,

uanam, & dispensationis inutilem. Quæ manifestè apparẽt falsa: cum multò maioris obsequij diuini votum sit non ludendi cum illa pœna, quam non ludendi absolute. Quia in priori casu est votũ de duplici obsequio diuino: & ita maiorẽ commutationẽ exigit, & maiorẽ dispensandi causam. Et cõfirmatur, quia si quis promisisset se iturũ Romã sacco indutũ, quãuis hęc circũstantia peregrinationi accessoria sit, & voto peregrinationis omnino cessanti cessaret obligatio illius. At necessaria esset mẽtio illius in irritatione, dispensatione, & cõmutatione, & maiori cõmutatione, maioriq; dispẽsandi causa opus esset in voto illo, ratione illius circũstantiæ, vtpote quæ maritum, & dignitatem peregrinationis auget. Nec obstant rationes contrariæ. Quia illis respondendũ est, obligationẽ pœnæ pendere a voti principalis obligatione; at ita pẽdere, vt materiæ in illo promissæ dignitatem augeat in ordine ad obsequium diuinũ, & ita speciali illius mentione indigeat tanquam parte inclusa in voto principali, vt id censeatur ablatũ; quasi non integrè votum explicetur, & ideo nõ sublatum sit tacita ea ad pœnã obligatione. Vt contingit in proposito peregrinationis cũ sacco exẽplo. At secus est quando omnino deobligaret peregrinatio, ea reddita impossibili; & similiter, qñ votum rei principalis ratione materiæ ineptæ deobligaret omnino; aut eius trãsgressio cessaret ratione obliuionis à culpa excusantis. Fateor argumẽta pro vtraq; parte vrgere; at verior mihi videtur prior sententia, quam sustinet *Alcozer allegatus*. Et ita summatim explicando meam sñiam, & simul respondendo ad contraria argumenta, dico post incursam iam pœnã posse separari dispensationẽ, commutationem, vel irritationẽ pęnæ, à dispẽsatione, commutatione, vel irritatione voti principalis, & è contra; & tunc illã egere speciali causa & mentione in dispensatione, & speciali cõmutatione, nec sufficere si hæc fiãt circa votũ principale. Quòd tũc iam votum obliget ad pęnã independenter à voto principali, & sic licet materia voti principalis, tunc redderetur omnino inepta, ac proinde obligatio voti circa illã prorsus cessaret, obligatio pęnæ iam contracta non extingueretur. Ceterum antequam pœna incurratur, potest vtiq; dispensari in voto, illudve commutari, irritarique quo ad pœnã, ne, scilicet, ea transgrediendo totum incurratur; manente obligatione voti, quoad materiam principalem. Quia obligatio hæc nõ pendet à pęnæ obligatione & ita hac cassata, potest illa manere. At nequit dispensatione, cõmutatione, aut irritatione tolli obligatio voti principalis materiæ, manẽte obligatione ad pęnam. Quia pęna illa omnino pendet à transgressione obligationis voti, quo ad principalem materiã; & cùm hæc cesset oblato eo voto, cessat quoque necessitans consequentiæ obligatio ad pœnam incurrendam. Quare nulla illius pęnæ nondum incursæ; sed solius voti principalis materiæ mẽtione opus est, vt in eo voto integre quo ad vtramque partem dispensetur, illudve irritetur, aut commutetur, nec opus est maiori ad dispensandum causa, maiorive commutatione; sed omnia hæc valebũt tacita immò & mendasè negata obligatione ad pœnam ex voti transgressione impositam; & nondum incursam. Quia cùm non sit promissa pœna per se, & tanq̃ pars materiæ principalis, nec eius obligatio sit contracta, sed tãquam consequens voti materiæ principalis transgressionem, concomitatur ablationem voti, quoad materiã principalem; & sic huius tantùm materiæ ratio habenda est. Et ideo quãuis augeat adiectio illa pęnæ promissæ meritum, & dignitatem voti, vtpote quod fortiori vinculo innititur, at quia non auget tanquã pars illius materiæ principalis, nec tanquam quid necessariò cum illa implendum, sed debendum ex voti transgressione, ideo nulla est eius mentio necessaria, sed consequitur cessationem voti, quo ad materiã principalẽ. Nec est simile de exemplo sacci. Quippe saccus ille est promissus determinatè tanquã pars eius peregrinationis, & statim est iam illius obligatio contracta.

10 Quartò deducitur, quid dicendum est, quando solius pœnæ, siue iam incursæ, siue solùm incurrendæ, & siue sit votum solius pœnæ, siue vtriusque, impetratur dispensatio, commutatio, vel irritatio, an sit opus mentionem facere materiæ principalis, cuius transgressioni annectitur illa pęna? Et videtur ea mentio necessaria. Quia eò dignior, & maioris meriti est obligatio ad pęnam, quo dignior est materia, cui annectitur; vtpote quæ digniorem obligationem firmat. Ergo, vt dignitas voti pęnæ explicetur, opus erit materiam principalem explicari. At verius credo sat esse explicare obligationem ad pęnam. Quia satis est explicare dignitatẽ materiæ promissæ, quoad suam substantiã, & secluso respectu ad vouentem, & ad alias circũstantias extrinsecas. Vt impetrans dispẽsationem aut commutationem voti alicuius rei, non oportet vt explicet finem, qui in voto intentus est; nec occasiones peccandi, quas rem promissam exequens vitabit, quamuis ex his maior dignitas materię promissæ consurgat; nisi finis ille, vel vitatio occasionum sit pars rei promissæ; eo quod illa quoque promissa sint per modum vnius. Vt contingit, quando materia est de se indifferens, & redditur apta, eo quod illa vitatur occasio peccandi. Vt in voto nõ ingrediendi certam domum.

11 Demum quintuplex superest difficultas. Prima est, an emittenti votum pęnale castitatis, religionis, non nubendi, aut assumendi ordinis sacri, vtrouis modo ex ijs, quos n. 2. explicuimus, integrum sit antequam pęnam incurrat, ad matrimonium transire, an potius teneatur se aptum seruare, vt pęna incursa possit illam seruare? Ratio dubitandi est, quia in voto conditionali teneri eum expectare conditionis euentu, aut defectum, nec antea posse transire ad nuptias, dicemus cap seq. nu. 28. & eius ratio est, quia etsi suspẽdatur perfecta exequendi obligatio vsque ad conditionis euentum: at antea oritur obligatio in spe, ex eo contractu conditionali, nec licet resilire, sed expectandus est conditionis euentus, nec interim licitum est reddere se ineptum ad explendum votum eueniente conditione obligans. At eadem in spe obligatio oritur ex voto pęnali, & eueniente conditione perinde tenetur vouens ad pęnam castitis, vel religionis, ac ille, qui votum horum conditionale emisit. Nec licet vouenti resilire ab ea pœna sibi imposita, etiam antequam incurratur. Ergo eodem modo ac votum conditionale obligabit ad non reddendum se ineptum illi voto seruando, & ad expectandum conditionis euentum. Et cõfirmatur, quia etsi promittens in pęnam nollet euentum, vt sic teneatur ad illam & proinde videatur non teneri ad expectandum. At hoc nil ad rem facit; quia promittens religionẽ quando suus pater obierit, nollet mortis paternæ euentum; & in voto conditionali per modum sponsionis facto, vt si hoc euenit voueo religionem, nollet vouens euentum. Et tñ tenetur se aptum ingressui seruare, nec ante conditionis defectum potest matrimonium inire. Sed existimo posse illum ad nuptias transire antequã pęna incurratur, siue votum fuerit ad tempus, vt non ludendi intra annum sub pœna religionis, vel si lusero intra annum, promitto religionem; siue hæc vota sint in perpetuum. Ducor, quod non omne conditionale votum obliget ad conditionis euentũ, aut defectum expectandum; sed tantum, qñ conditio non pendet ex libera vouentis voluntate. Si enim quis sic voueat, si religionem ingrediar, erit Carthusiana, potest statim ad nuptias transire; eo quod conditionẽ ex eius libertate pendentem apposuerit. Sic ergo contingit in votis pœnalibus, conditio enim, sub qua pęna promittitur, pendet ex vouentis libertate. Et ratio est, quia cũ liberum sit vouenti apponere, & non apparere conditionis euentum; immo & in voto pęnali aliquando teneatur non apponere, minime tenetur eius euentum expectare.

12 Quare obligaret vtique id votum pœnale ad non ineundum

cundum matrimonium, si eâ cōditio non penderet ex voventis libertate. Sicut probant rationes nu. præced. adductæ pro priori parte. Vt si pater promittat religionem, si filius luserit, in pœnam ludi filij. Nullam enim discriminis rationem inter hoc votum pœnale, & reliqua conditionalia in quibus euentus conditionis non pendeat a vouenti inuenio.

13 Siuè tamen licite, siue illicite, voto pœnali castitatis, religionis, non nubendi, aut assumendi ordinis sacri astrictus, matrimonium ineat antequam pœnā incurrat, tenebitur ea incursa, si sic religionis, eo modo votū seruare, quo diximus hoc 4. lib. c. 16. n. 17. teneri eum, qui post votum religionis ad nuptias transijt Si autem fit votum castitatis, non nubendi, aut ordinis sacri, eo modo, quo diximus toto c. præcedenti hæc vota ante matrimonium emissa obligare illum, qui iā matrimonium init. Quia quamuis hic non dehquerit transeundo ad nuptias, at cum tunc impleta sit conditio, incipit obligare id votum penale ante matrimonium factum, perinde ac si ex tunc absolutum fuisset. Cum ea obligationis conditionalis sit natura, vt impleta conditione obliget eodem modo, ac si à principio obligatio esset absoluta, *l. potior* 11. *in fine principij. ff. qui in pignore potiores habeantur.*

14 Secunda difficultas est, an quando transgressio voti pœnalis culpa vacat, ratione obliuionis eius, aut cuiuscumque causæ, obliget pœna? Vt promisit quis se non lusurum sub pęna religionis, vel si lusero, promitto religionem, in sensu pœnali, quem num. 2. explicuimus, & postea immemor voti, aut pęnæ, aut ex causa excusatus à culpa lusit, an teneatur ad religionem? Et quidem contingit votum esse ad vitādum aliquod peccatum contra ius naturale, diuinum, positiuum, aut Ecclesiasticum, vt si condirio sit, si vouens fornicetur, si nō audiat sacrum diebus festiuis, &c. Vel non ad vitandum peccatum, vt, si luserit, non audierit alijs diebus sacrum.

15 Et quidem, quādo votum vtrouis modo emissum ordinatur ad vitandum aliquod peccatum, existimo pęnam non incurri, quoniescumque ille aliqua ex causa excusatur à peccato transgressionis illius præcepti. Vt si sit fornicatio materialis, eo putante se accedere ad suā, vel non peccauit omisso sacro promisso in die festo, ex obliuione naturali, aut ex alia iusta causa. Ratio est, qa pœna voto promissa fuit in illius peccati trāsgressionis pœnam; ac tunc nullum fuit peccatū. Item, quia accessus ille non est fornicatio formalis, sed materialis; nec omissio illa sacri est talis formaliter, sed materialiter, & secundum quid. Et ita non est verè posita cōditio. Atq; idem crederem, etsi vouens pęnā explicuerit, quamuis ex obliuione, aut ignorantia ea admiserit; dum eni de expressa alia vouentis intentione non constaret, sed ea dubia esset, credo intelligi de obliuione, & ignorantia vincibilibus, & sic includentibus culpa. Nam cum hæc dum inuincibilia sunt, non sint in vouentis potestate vitare, non est existimandus pęnam ijs adijcere.

16 Atque idem crederem, etsi in transgressione, obliuione, aut ignorantia interueniret sola venialis culpa. Quia tanta pœna soli veniali non imponitur.

17 Sed maior difficultas est, quando ille non excusatus est à mortali præcepti trāsgressione, sed fuit prorsus voti immemor. Ratio autem dubitādi est. Quia si votum fuit de illo præcepto seruando, & de pęna, vt votū non fornicandi, vel audiendi sacri in festis, sub pœna religionis, pęna illa nō imponitur transgressioni voti, quia liter cęseretur imposita, si sic voueret, si transgressus fuero hoc votum, promitto religionē: sed imponitur trāsgressioni præcepti, & eò solum tendit, vt eius incurrendæ timore seruetur præceptum. Cum ergo perfecta præcepti transgressio adsit, obligabit pœna. Si verò votum sic solius pęnæ, vt si fornicatus fuero, voueo religionem, nulla potest esse transgressio voti fornicando, cum de hac fornicatione vitāda non sit votum. Nec potest esse alia, quàm non implendo pœnam; de qua solum est votum. Nec ad pœnam incurrendam oportet illam scire, illiusve meminisse. (Vt nn. 19. dicemus.) Ergo solius præcepti transgressioni imposita est, & sic incurretur. Et ideo in vtroque casu pœnam hanc incurri, est satis probabile. Atque hanc partem defendent Doctores asserentes pœnam incurri, quoties actus est alio iure interdictus, nec à culpa illa excusatur, etsi adsit ignorātia iuris noui imponentis pœnā. Quos & eorum rationes retulimus lib. 9. de matr. disp. 32. n. 16.

18 At probabilius existimo, in neutro casu deberi pœnā. Ducor, quod ea disput. 35. nu. 17. tanquam probabilius amplexus sum, pœnas iure nouo statutas non incurri ab ignoranti illuc inuincibiliter. Cui ignorantiæ æquiparatur naturalis obliuio, & inuincibilis. Cum æquè vtraque excusent ab eius transgressione. At votum non aliter obligat, quam lex, (vt diximus hoc lib. 4. c. 11. nu. 31.) Ergo vbi adest naturalis oblimo illius voti, non incurretur pœna illo statuta. Nec obstat, quando est votum solius pęnæ, nullam nouam culpam, aut transgressionem esse, committere peccatum illud. Quia idē met contingit in legibus humanis interdicentibus sub aliqua pęna aliquid alio iure, siue naturali, siue humano vetitum; raro. n. ad nouam culpam obligant. (Vt diximus lib. 9. de matr. disp. 15. n. 5.) Et tamen ignorās non incurrit illarum pęnas. Neque. n. verum est, actū illum nō interdici ea lege, vel illo voto. Quippe interdicitur, non noua culpa, sed noua pęna superaddita.

19 Sed si voti mamoria adsit, non tamen pęnæ, existimo in vtroque casu eam incurri. Quod ignorantia pęnæ ab illa non excuset, præterquam in censuris. (Vt probaui lib. 9. de matr. disp. 35. nu. 20 & 21.) Quamuis vbi pęna voto promissa esset grauissima, & extraordinaria, qualis est religionis, castitatis, peregrinationis Hierosolymitanæ, &c. est probabile eā non incurri. Secus quando pœna non esse exorbitans, & extraordinaria. Quia in ignorantia similium pœnarū legis, tenent idem aliqui, quos ibi retuli nu. 20. & dixi esse probabile, nu. 21. eadem disp. 35.

20 Tandem idem prorsus quod hucusque à nu. 15. diximus de voto rei prohibitæ, sub aliqua pœna emissa, intelligo, etsi materia illa in voto contenta nō esset alias interdicta: si. n. emittatur de ipsa, & de pęna votum; vt promitto me nō lusurū, vel auditurū quotidie sacrū, sub tali pœna, siue de sola pęna, vt si lusero, si non audiero quotidie sacrū, prēmitto talem pœnam; credo pęnam non incurri, qñ transgressio est leuis, vt si modica sacri pars omittatur, vel materia ludi sit modicam (quod qñ in ludo contingat, & non semper id spectari ex quantitate ludo exposita explicuimus latè lib. præcedenti ca. 18.) & quoties ex naturali voti obliuione, aut ex alia iusta causa excusanti à culpa mortali, id contingeret. Ducor, quod si votum sit directe de ipsa materia, pęna imponitur transgressioni voti: ac proinde nō incurretur, dum hęc leuis fuerit, vel culpa vacarit. Si vero votum sit de sola pęna, adhuc ea pœna imponitur illi actui, quatenus est per uotū interdictus, non absolutè, & sub obligatione ad culpam, sed sub obligatione ad pœnā. Ergo vbi aut non contrauenitur, aut id est leuiter, ei prohibitioni, non erit locus pęnæ. Si vero solius pęnæ sit obliuio, dicendum est omnino, quod nu. præcedenti diximus ob rationem ibi traditam.

21 Tertia difficultas est, an votū pœnale obliget sola prima vice ad pœnam? Vt votum non ludendi, sub pœna certæ peregrinationis, aut eleemosynæ, aut votū illius peregrinationis, eleemosynæ, si ludatur, *Emmanuel Sà sum. verbo Votū, in principio, n. 56.* ait sola prima vice pęnā incurri. nisi constaret expressam vouētis intentionē fuisse toties, quoties. Sed huius fundamentū nō video, & ideo non approbo. Nam qui absolute vouet se non lusurum, non pro sola prima vice obligatur, sed semper. Ergo nec qui vouet aliquā pœnā si luserit, vel non ludere sub certa pœna, obligabitur sola prima transgressione ad pęnam. Cum pœna accessoria sit illi actui tanquam

ita vt mutatio status non efficiat eum iam meliorē esse sua cōtradictoria. Vt contingit in professo, in quo status assumptus efficit melius illi esse non recedere à conuentu cōtra superioris voluntatem, cui per professionē est traditus, quàm recedere ad parētum subsidium. Ad tertiū, fateor ad aliquid amplius obligari, sed saluo statu religioso. Vt in sequētibus explicabimus. Ad vltimū dico id esse verū, dum filius in patris potestate manet, secus qñ alij per ꝓfessionem est traditus. Nec ēt obstāt secundæ sententiæ rationes. Quia vtrique satisfit, dicēdo id onus trāsire in religiosum, & durare eo vouenti: at modo consono suo statui. Et ideo hanc sustinent *Alensis 3.par.q.33.membro 4.art.1.fine, D.Th. quodlibeto 3.art.16.& quodlibeto 10.art.9.& 2.2.q.101.artic.4.ad 4.& ibi Caiet. circa eam solutionem Lyra in id Matth.15. Irritum fecistis mandatum. Supplementum Gabrielis 4.d. 38.q.1.artic.3.dubio 2.corol.2. Abulensis c.8. Matthæi q. 63.Turrec.c.1.30.q.1.ar.2.nu.6. Henricus c. Peruenit. el 2.nu.3.de iureiur. D. Anton.3.p tit.16.cap.2.§.1. Rosella verbo Religio 2.n.7. Armilla verbo Pietas num. vnico, & ibi Tabiena fine. Corduba summa q.14.1.art.2.in 4.opinione, puncto 2. Angles floribus 2.par.q. vnica de voto, art.2. diffic 13. Pasarellus in priuilegijs Minimorum c.42. Emmanuel Sà summa, verbo Religio num.2. Corradus in suis casuum responsis 1.to.q.6.1. Manuel q.regul. tom.2.q.57. ar.3.* Et explicatur *Corduba eo.puncto 2.& Manuel in hoc ar.3.* id esse verum, quamuis ea necessitas religionis ingressum præcesserit.

18 Id tamen fatendum est, teneri filium professum pro viribus in religione niti vt ei parētū inopiæ subueniat, saluis obedientia, & sui status decentia, id est, regulari obseruātia. Et ita fatentur *D.Tho. Caiet. Lyra, Turrecr. Abulens. Henricus nu.4. Supplementū Gabrielis, D. Antoninus, Rosella, Tabiena, Armilla, Corduba, Pasarellus, Manuel, Emmanuel Sà allegati nu. præced. Sylu. Nauar. Ludou. Lopez nu.16. allegati.* Et quamuis *D.Th. quodlib. 10.ar.9. Abulensis num. præced. allegatus, Angelus verbo Religiosus nu.31.* explicent hanc obligationē de auxilijs spiritualibus, vt orationibus, consilijs, verbis solatium afferentibus. At *idem D.Tho. quodlib.3. art.16.& 2.2 q. 101.art.4. ad 4.& reliqui Doctores* clarè loquuntur de subsidio tēporali, idque iure optimo. Et ratio est, quia cùm filius post professionem maneat verè filius, perseuerat in eo pietatis erga parentes obligatio, quā status religiosus nō impediens perficit. Quare ad omnia statum illum decentia impendenda patri astringitur.

19 Sed tenenta hac sententia oportet amplius explicare, quæ dicātur posse fieri à religioso, salua obedientia, & sui status decentia. Videtur enim nil ei concedi absque sui prælati licentia. Quia absque ea nō est integrum religioso aliquā rem temporalem suo etiam labore partam, aut sibi donatam alienare. Atque sæpe nō poterit absque prælati licētia eleemosynas ab extraneis petere, etiā non sibi, sed parentibus acquirendas: eo quòd vel prælati præcepto, vel religionis cōstitutionibus id interdictū sit. Quare videtur nunq̃ posse prælato repugnāte parentibus subuenire. Et ita *Manuel qq. regularibus 2. to.q.57. art.4.* ait eū nec eleemosynas petere posse prælato licentiā deneganti. At rē hanc optime explicuere *Corduba in summa q.141.art.2.opinione 4.puncto 2.& 3. & ipsum sequutus Ludouic. Lopez. 1.p. instructorij cap.54.* dicentes nō posse aliquid efficere contra suam regulā, & professionem, vel quod statum religiosum arbitrio prudētum dedeceat. Vt frater Minor nequit pecunias accipere vt parentibus subueniat, eo quòd cōtra suam professionē sit. At si prælatus nollet facultatem concedere ad succurrendū modis suum statum decentibus, & nō egrediendo ex claustro, nec efficiendo aliquid repugnās suo instituto, optime asserūt hi Doctores posse filium occulte, & absq; scandalo id efficere, quamuis repugnet prælatus, idq; sub pena excommunicationis interdicat. Ratio est, qa in tali euentu inique agit prælatus licentiā denegans: quare cum licentia illa debita sit poterit religiosus ea non obtenta id facere. Quod adhuc magis explicat *Corduba ibi* dicens posse tunc ea parētibus procurare, quæ posset ex prælati licētia procurare suo monasterio. Vnde ego colligo nō posse fratrem Minorē accipere pecunias apud se retinendas, vt parentibus succurrat, bene tamen retinendas apud extraneū. Quia eas posset suæ religioni quærere de licentia prælati. Et alij religiosi, quibus nō ita strictè interdicitur apud se retinere, quin possint de licentia prælati apud se retinere, possunt etiam eo iniustè denegante, apud se retinere vt parentibus succurrant. Præterea ex necessarijs suo victui, quæ religio sibi impēdit, & quæ ipse cōsumpturus erat, posset aliqua ad hoc sibi subtrahere, & dare parentibus, dummodo non ita subtrahat vt necessariæ ministerijs religionis vires deficiāt. Quia nil religioni aufert, cùm ipse cōsumpturus esset. Posset etiam tempore quo in rebus religionis nō occupatur, aliquo opere religiosis honesto, vt scribendo, aut pingendo aliquid lucri comparare, quo parētibus subueniat. Quia hæc omnia posset suo monasterio ex prælati licētia acquirere. Atque ille in his casibus iniustè licentiā denegat. Quæ maximè amplecti possunt: cum adeo sub iudice sit, an teneatur conuentu egredi, vt parentibus succurrat, quāuis prælatus contradicat. Immò existimo teneri filium illum his modis subuenire parentibus, si commode, & absque periculo posset. Cum non dedeceant suum statum, nec sint contra regularem obseruantiam. Quod petunt Doctores citati n. præced. vt teneatur. Quamuis enim sit contra superioris voluntatem, at cùm ea voluntas iniqua sit, vtpote qui licentiā cōcedere tenebatur, potest subditus salua regulari obseruantia ita se habere, ac si ea licentia concessa sibi esset. Credo tamen eum teneri prius petere licentiam, nisi omnino certus sit fore vt sibi iniquè denegetur: & postea nequeat tanta facilitate, & securitate parentibus subuenire. Quia religiosum statum dedecet eam non petere, vbi id damnum non timetur. Et quia ius canonicum *cap. Licet de regular.* eam licentiam peti iussit ad transitum ad strictiorem religionem. Cum tamen ea denegata is trāsitus licitus sit. In dubio autem an iniquè superior eam licentiam deneget, videtur nō posse subditum ea vti. Quia ius possidet superior in subditi voluntatem, quare in dubio id ius præualebit. At magis placet posse. Quia etsi in dubio potius sit superioris ius, sitque illi obediendū: hoc fallit (vt in tractatu de voto obedientiæ explicabimus,) quando est in graue tertij detrimentum. Quod cōtingit in hoc casu, cùm ea licentia denegata redundet in graue parētum damnum, quorum graui necessitati nequit aliter filius consulere. Tandem (vt bene notat *Corduba ibidē puncto 1.fine,* dicens in hoc vniuersos conuenire,) est maximè obseruandum, hæc nullatenus licere filio absque prælati licentia, quando parentum necessitas non est tanta, quanta desideratur, iuxta dicta n.4. Quia cùm in ea sola necessitate parentibus subuenire teneatur, ad eam solam subleuandam tenetur superior licentiam concedere: ac proinde extra eam denegans, nō iniquè facit, vt ea tanquam debita, & inique denegata possit subditus vti.

20 Atque hæc vera esse censeo, quamuis filius ante religionis ingressum ineptus subueniēdo parētibus esset: atque in religione didicerit artem, aut facultatem qua subuenire possit. Quia cum iam possit illis subuenire, tenebitur vtique modo conformi suo statui.

21 Immò *Angelus verbo Religiosus nu.31.& Sylu. verbo Religio 6.q.9.* aiūt si ex ingressu religionis reddatur impotens filius ad subueniendū parentibus iā in ea necessitate cōstitutis, videri teneri monasterium ad alimēta parentibus præstāda. Ducuntur, quia monasterium est loco hæredis, & filij; *c. In præsentia, in fine. de pbat. auth. de sanctissimis episco. §. Sed hoc præsenti.* Hæres aūt, etsi extraneus, tenetur ad alimenta, *l. Si quis à liberis, §. Itē rescrip. ū. ff. de liber. agnosc.* Potest insup probari. Quod mona-

monasterium iniuriam parẽtibus intulerit, admittendo filium in eo euentu. Ergo tenetur illã resarcire, præbendo eis alimenta. At hæc sententia nõ placet, nisi in eo solo casu, quando monasterium successit in bona ingredientis. Ducor, quia in eo solo casu succedit monasterium vt filius, & hæres, teneturq; ad ingressi debita antea contracta. Et sic diluitur prior ratio contraria. Posterior autem ex eo diluitur, quod cum filius nõ ex iustitiæ, sed ex solius pietatis lege teneatur parentes alere, non est vera iniuria cõtra iustitiam obligans ad restituendum, admittere filium ad religionem, cõtempta hac obligatione.

22 Quamuis autẽ professus nequeat monasterio egredi inuito prælato, vt parẽtibus subueniat, at est iusta causa eius licentiæ sibi cõcedendæ, quã extra monasterium poterit. & intra minimẽ. Atque ita docent *Nau. lib. 3. consi. tit. de regularibus, in 1. editione, cons. 55. num. 2. in 2. cons. 71. nu. 2. Et comment. 3. de regularibus n. 49. Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 2. diffic. 11. Manuel 1. to. sum. c. 6. n. 4.* Et hãc licentiam possunt concedere generalis, & prouincialis. Vt bene aiunt *Nauar. vtroq; loco Manuel ibidem.* Imo nõ *Nau. eo commento 3. nu. 49* clarè supponit posse ab his concedi licentiã, vt habitu et dimisso sit extra monasteriũ, quã id prædicto subsidio necessarium esset. Quippe ait prædictã licentiã non concedendã à Pontifice, aut ab ordinario prælato, nisi quã habitu retento non posset cõmodè ei necessitati subuenire. Sed melius *ipsemet Nau. lib. 3. consi. tit. de regul. in 1. editione, cons. 54. n. 2. in 2. cons. 72. nu. 2. & Manuel proximè allegatus* dicunt hanc licentiam à solo Pontifice concedi posse. Cũm sit res grauissima, & adeo à religioso statu aliena, vt professus etiam factus episcopus habitum religionis dimittere nequeat.

23 Sed an teneatur prælatus licentiã professo cõcedere, vt extra monasteriũ sit, quã id prædicto subsidio est necessariũ? *Nau. in comment. 3. de regul. nu. 49.* dicit teneri quando necessitas præcessit, secus quando post professionem accidit. Sed loquitur iuxta suam sententiam n. 16. relatam, quæ est, vt in priori casu teneatur professus egredi etiam renitenti prælato, non autem in posteriori. At re vera nostra sententia nu. 17. explicata, asserenti in neutro casu teneri professum egredi: dicendum quoq; est, in neutro casu teneri superiorem eam licentiam concedere. Quia tñ tenetur religiosus in monasterio modis suo statui aptis ei necessitati prospicere. Vt diximus nu. 18. & 19. Alias iuxta dicta eo. nu. 19. si prælatus teneretur eam licentiam cõcedere integrum esset professo egredi, eo inique deneganti.

24 Inuitè tamen prælati resistunt, & grauiter peccant, quã ob prædictam causam concessit Põtifex licentiam egrediendi professo: nisi quã causam nõ esse verã existimant, aut professum esse talem, qui minus cautè quam par est, extra monasterium vitam trãsiget. Et ita docet *Nauar. eo commentario 3. nu. 49* Atque idem censeo, quã intra monasterium potest commodè subuenire.

25 Demum quatuor obseruanda sunt. Primum est, hucusque dicta de professorũ exitu ad subueniendũ parentibus, accipiẽda quoque esse de religiosis Societatis Iesu, qui simplicia bienij vota emisere. Non enim possunt inuitis superioribus egredi causa huius subsidij, citra extremam necessitatem: nec superiores tenentur eã licentiã concedere, sed tantum vt illis subueniant modis declaratis n. 18. & 19 Quia vere, & propriè sunt religiosi, ac professi, & p illa vota traditi religioni, & effecti iã non sui iuris, instar professorum. Vt decidit *Greg. XIII. in sua extrauaganti. Ascendẽte.* Et quamuis prima facie videatur facilius hæc licentia concedenda, eo qđ possunt à patre nostro generali absolui ab eorum votorum obligatione ex causa iusta qualis est hæc. At ex alia parte cedit in grauissimum religionis detrimentũ, quæ tot expensis eos aluit: & indecens est vt exeant, quando causa repulsæ vrgentissima non est.

26 Secundum est, religiosos, qui ex legitima Pontificis, aut superiorum licentia egressi sunt causa subueniendi parẽtibus teneri redire ad monasterium ea necessitate cessanti. Vt quia iam parentes obiere; vel aliunde ei necessitati prospicitur. Quia iam causa cessauit. Secus esset quando aliquis à generali Societatis Iesu hac de causa à votis absolutus ab ea dimitteretur. Quia cum in perpetuum votorum obligatione per dimissionem liberatus sit, non tenetur amplius ad eam redire.

27 Tertium est, secularem qui huic graui parentum necessitati subuenire nequiret, nisi matrimonio inito adiutũ vxoris dote teneri id matrimoniũ inire. Quia necessitas eius præcepti implendi præponderat cõsilio vitæ cœlibis: sicut & religionis ingressui. Et ita docet *D. Tho. quodlibeto 10. ar. 9.* dicens rarò posse hoc accidere. Quare idem dicendum est etsi ille castitatis, aut religionis voto astrictus esset, siue ante, siue post eã necessitatẽ. Quia votũ obligare nequit cõtra hoc subueniendi præceptũ. Nec tamen extingueretur obligatio voti, sed suspenderetur. & obligaret, quatenus necessitati illi nõ præiudicat. Atque ideo ligatus eo castitatis voto esset sacrilegus fornicãdo, & solutus eo matrimonio nõ posset aliud inire: nec eo durãte petere debitũ absq; dispẽsatione. Et ligatus eo religionis voto teneretur soluto matrimonio ad religionẽ transire, nisi adhuc necessarius esset in seculo subsidio parentum, aut filiorum.

28 Vltimum est, hactenus in toto hoc capite dicta de parentum necessitate, intelligenda quoq; esse de cæterorum ascendentium indigentia. Quia omnes illi reputantur vt parentes, & ita sunt hæredes necessarij descendentium, & descendentes ipsorum, & mutuò sibi alimenta præstare tenentur, si necessitas premat.

SVMMARIVM.

An necessitas subueniendi sororibus sit iusta differendi ingressus religionis causa, etsi adsit votum? Refertur quadã sententia, nu. 29.

Explicatur sententia Authoris: & an idem sit de necessitate aliorum consanguineorum, nu. 30. 31. 32.

An ea necessitas sit iusta dispensandi causa, nu. 33.

Post n. 33. inuenies alia summaria quæ desiderantur.

29 Quæstio tertia. An necessitas subueniendi fratribus, & sororibus, iustam causam differendi ingressus religionis præbeat? Neminem disputantem inueni, præter quam *Azor lib. 12. instit. moral. c. 1. q. 8.* qui ait iustã differendi causam esse sororum necessitatem, quæ à fratre dimissæ in impudicitiæ crimen, aut magnum illius periculum inciderent. Quia charitas suadet vt earum impudicitiam frater caueat. At non explicat quid dicendum existente religionis voto; nec an non existente voto teneatur differre.

30 Sed primò existimo non teneri eum differre, etsi voto religionis astrictus non sit. Quia non tenetur succurrere sororibus, sicut & parentibus, priuando se tanto bono vt illis subueniat.

31 Secundo existimo esse iustam differendi ingressus causam, etsi voti religionis adsit, quando tempus non est præfixum voto implendo, quamuis id impudicitiæ periculum non subsit; & idem intelligerem de magna fratrum necessitate, cuius subsidio vouens necessarius esset in seculo. Ratio est, quia id votũ absque determinato exequutionis tempore emissum obligat vouentẽ quam primum cõmodam exequẽdi opportunitatem habuerit. Vt probauimus hoc lib. 4. c. 14. n. 5. At nõ est commoda opportunitas, quãdo sua præsentia in seculo necessaria est ad subueniendum ei personarũ adeo sibi coniunctarum necessitati. Ad subueniendũ autem alijs consanguineis hoc non extenderem. Quia non est tanta obligatio subsidij ipsorum.

32 Tertio existimo, etsi voto illi tempus præfixum sit, illudq; accedat, posse ingressum differri ratione magnę sororum necessitatis, quando impudicitię periculum esset ratione paupertatis. At citra id periculũ, aut ratione subueniendi fratribus, aut alijs fœminis cõsanguineis patientibus idẽ periculum, nõ audeo id asserere.

An possint aliquando licitè commisceri: vel peccent, si alteri signa petitionis ostendat, nu.19.

An voto castitatis ligatus ignorans debiti petitionem sibi interdictam, sit à confessario admonendus, nu.20.

An hic teneatur eo voto ad omnimodam castitatem extra id matrimonium seruandam: & ad abstinendum ab alio matrimonio, mortuo eo coniuge, nu.21.

Votum virginitatis an sit votum castitatis, & ad quid obliget, nu.22.

Votum ascendendi ad ordines sacros an obliget ad non consummandum matrimonium postea initum. sed ingrediendum religionem: & an obliget ad non reddendum priori bimestri ante consummationem, & ad non fornicandum, nu.23.

An obliget ad non petendum, nec reddendum, sed transeundum ad ordines, quoties id sibi ratione diuortij licet: & mortua vxore, nu.24.

Votum non nubendi an obliget nubentem ad ingrediendum religionem ante consummationem, nu.25.

An id sit castitatis votum, & obliget ad non petendum, & abstinendum à redditione voluntaria: & a fornicatione: & ad quid obliget eo matrimonio soluto, nu.26.

Ad quid obliget votum non fornicandi, vel mulieris non cognoscende, nu.27.

Quid qñ omnia hac vota post matrimoniũ emissa sunt, n.28.

1 DVplex est tractanda quæstio. Prior est de his votis ante matrimonium emissis. Posterior de illis emissis post matrimonium.

2 Quæstio prior. Ad quid obligent hac vota ante matrimoniũ emissa? aliqua diuersis in locis huius tractatus disputauimus, quæ illuc remittẽda sunt. Videlicet, an hæc vota obligent eum, cui ob freqẽtes carnis lapsus consultius esset matrimonium inire. De quo diximus hoc lib.4.c.8.n.9.& 10.& an obligent, qñ sponsalia præcesserant, vel simul cum illis deuoratio virginis: vel hæc superueniunt. De quo diximus eodem c.8. à n.11.vsque ad 13. Et an votum castitatis obliget, qũ vna cum religionis voto emissum est, & hoc deobligat, egimus hoc lib.4.c.16.n.113.& an obliget, qñ est necessarium matrimonium ad subueniendum parentibus, diximus c.præced. n.27. Et an sit noua circumstãtia speciem mutans, quoties quis fornicatur contra castitatis votũ, diximus hoc lib.4.c.5.n.7. Multa alia latè disputauimus in nostro tractatu de matrimonio, quæ summatim repetã, remittẽdo authorũ allegationes, opiniones, & rõnes ad ea loca, ne huic tractatui aliquid desit.

3 Prima conclusio sit. Neutiquam licet astricto votis castitatis, religionis, non ineundi matrimonij, aut adscendendi ad ordines sacros, inire matrimonium ad corporalem salutem tuendam, quando medici iudicãt id necessarium. Quia multis alijs medicinis potest illi cõsuli, & à præsentaneo morbo salus obtineri. Vt multis medicorum testimonijs eruditissimè probat *Medina lib.4. de sacror. hominum continentia controuersia 4.c.*13. *vbi à c.*20. hanc cõclusionem tuetur. Quæ adeo vera est, vt multi, quos retulimus lib.8. de matrimon. disput.20.n.26. existiment nec hoc præbere iustã dispensandi in his votis causam.

4 Secunda conclusio. Nec licet his votis astricto inire matrimonium, cũ firmissimo transeundi ad religionẽ ante consummationẽ animo, sed mortaliter peccabit. Hanc latè probauimus lib.1. de matr. disp.43.nu.7.& vltra ibi allegatos, eam sustinet *Azor li.11.instit.moral. c.21.q.1.* Quamuis alij, quos retulimus ea.disput.43.n.6. contrarium teneant. Quorum sententiam diximus ibi.n.8.in triplici casu esse veram. Primus est, qñ id matrimonium necessarium esset ad vitandum magnum scandalum. Secundus, qñ adesset notabilis metus, etsi non cadens in virum constantem, amittendæ vitæ, aut famæ, nõ inito matrimonio. Vltimus qñ voto astrictus non posset aliter religionem ingredi, eo quod inclusus tenetur. At (vt ibi diximus) non esset iusta causa, vt ambo coniuges matrimonio inito castitatẽ vouerent.

5 Tertia conclusio. Peccant etiam mortaliter, qui voti huius conscij contrahunt cum his matrimoniũ, quantumuis ad contrahendum paratis. Hanc late probauimus lib.7.de matrim.disp.11.n.11.

6 Quarta conclusio. Si ligatus his votis interroget an matrimonium cum eis initum valeat: & interrogatus conijciat probabiliter vt detecta ei veritate matrimonium ineat, quamuis aliqui scrupulose satis loquantur circa modum quo hic tenetur respondere, obligantes eum ad omnino tegẽdam veritatem secluso mẽdacio. Vt retulimus lib.7.de matrim.disp.11.n.12. At (vt ibidem probauimus) sic dicendum est. Talis interrogatio est prudenter eludenda, respondeo grauissimum, & atrox sacrilegium esse illud inire, atque ex eiusmodi sacrilegio matrimonio posse iure optimo infcelices exitus, ac Dei supplicia timeri: vt vel sic diuerso in alia sermone obliuiscatur directæ responsionis interrogans. Quod si ea prudens diuersio non sufficeret, vt interrogãs desisteret ab incepta interrrogatione, nulla erit culpa respondere veritatẽ. Solùm autem erit venialis culpa, quãdo valde commodè potest interrogans eludi, & interrogato modus id efficiendi occurrit. Et tandem numquã hęc culpa excedet limites venialis, nisi quando in respondente adest malitia: quippe qui tali tẽpore & forma respondet, vt alter credere possit eũ velle, vt voto postposito matrimonium ineat: ac proinde respondendi modus sit quędam tacita inductio. Quæ omnia latius ibi probauimus.

7 Quinta cõclusio. Moraliter loquendo, & in plurimũ, nunquam licet consulere ligato his votis, passimque in venerea succumbenti, vt minus malũ perpetuo ineundo matrimonium. Verùm si eis votis ligatus ita malo inhęreret, vt nec dispensationem voti petere vellet, nec à venereis desistere, sed omnino paratus eset ad illis vacandũ, sperareturque matrimonio inito illi malo consultum fore, liceret id minus malum consulere. Hanc probaui lib.7.de matrim. disput.11.n.29. contra alios, quos ibi retuli absolutè dicentes eas esse minus id malum consulere.

8 Sexta conclusio. Si voto castitatis astrictus matrimoniũ ineat, non extinguitur obligatio voti durante matrimonio, sed tenetur sub mortali non petere debitum. Hanc probaui lib.9. de matrim. disput.33.nu. & vltra Doctores ibi allegatos, tenet *Azor lib.11.instit.moral.c.21.q.3.* contra duas opiniones, quas ibi retuli nu.3. & 4. alteram dicentem votum extinguit: alteram verò huic integrum ese debitũ petere. Sed superest satisfacere argumento, quod in contrarium fortissimè vrget. Quando est notabilis rerum mutatio, nec à principio excogitata, nouaque notabilis difficultas, non obligat votum, vt probauimus hoc lib.4 cap.2 numero 21. & 22. At nouus hic status efficit notabilem mutationem, & multò difficiliorem castitatem promisam, abstinẽdo à debiti petitione, dormiẽdo simul cũ vxore, prout nouus status obligat. Nec hęc mutatio excogitata erat tẽpore voti. Cum promittens castitatem, tãtum abetur à matrimonio ineundo, vt vinculo voti se abstẽturum ab eo promiserit. Dices, mutationem hanc ex vouentis culpa consurgere: & difficultatẽ hãc ese intrinsecam, & inclusam in ipso voti obiecto: quod est abstinere ab omni actu venereo, ad quem fortior matrimonij lex nõ obligat: qualis est debiti petitio. Sed hęc euasio manifeste corruit. Primò, quia etsi culpa vouentis contingat ea mutatio notabilis, dũ ea durat, deobligat votũ. Vt ibidem diximus. Secũdò, quia est absq; culpa ineatur matrimoniũ illud post castitatis votum, non est integrum vouenti, petere debitum. Vt contingeret in eo, qui inuincibiliter oblitus voti illud iniret, vel deceptus ab aliquo impetranti falsam dispensationẽ. Tandem quia vndecumque cõsurgat noua illa difficultas, si est notabilis, excedensq; notabiliter vouentis existimationem, non obligat uotum: eo uel maximè quòd

difficultas hæc ab extrinseco nouo statu assumpto superueniat. Fateor argumentum esse fortissimũ, & difficile solutu: at non ob id recedendũ est à doctrina cõmunissimè recepta, vsuq; ecclesiæ approbata. Et ideo ad hoc argumentũ dicendum est idem quod hoc li. 4. ca. 8. n. 10. respondimus, quando superueniat notabilis mutatio vexationem carnis, ita vt illi vouenti consultius esset matrimonium inire, applicãdo suo modo ad hunc casum: & sic dicendum est hæc vota tãtæ esse dignitatis, vt potiùs spectari debeat donum cõmune ex ipsis cõsurgens, ne ob eas mutationes superuenientes, nisi q̃n essent tales vt esset moraliter impossibile votũ implere, iudicentur vota hæc deobligare: sed causam facillimæ dispensationis præbebunt.

9 Atque hæc conclusio verum habet, etsi ille qui castitatem vouit, infidelis sit. Quia cùm hæc voti obligatio sit iuris naturalis obligat æque infideles, ac fideles. Itẽ etsi voto castitatis astrictus fornicetur, nõ licebit alteri coniugi simile votum habẽti petere ab eo debitum. Vt vtrunque probaui lib. 9. de matrim. disp. 33. nu. 6. & 9.

10 Septima conclusio. Si ille voto castitatis ligatus sit maritus, potest nonnunquam insinuare se vxori, & offerre ad vsum coniugalem, petereque ab ea debitum, nõ in gratiam sui, nempe, vt suo appetitui morem gerat, sed gratia complacendi vxori, & ne reddat matrimonium illi onerosum, quæ verecundia ducta nõ audet petere. Quia hoc non est propriè petere, sed potiùs reddere. Quoties autem hoc liceat, nõ potest generali aliqua regula præscribi: sed prudẽtis arbitrio remittendum est: qui eo spectare debet, ne matrimoniũ reddatur vxori graue & onerosum. si quoties concubitũ appetit, cogatur contra naturalem verecundiam fœminis insitam debitum exigere. Quare cùm quædam fęminæ sint in venerem alijs propensiores, atque ita viri concubitũ frequentiùs appetant· ab alijs sæpiùs quam quater, ab alijs vero rarius petere licebit in mẽse: vnde ad hoc librandũ est attendenda conditio natiua vxoris, ac eius in venerem propensio. Vt hæc omnia probauimus lib. 9. de matrimon. disputat. 7. nu. 1. vbi n. 3. ex hoc intulimus fas esse viro petere quoties voluntatem concubitus in vxore non audenti præ verecundia petere coniecerit. At (vt ibi diximus n. 4.) quando vxor esset eo voto castitatis ligata, non est idem iudicium regulariter loquendo. Cùm enim nec virum dedeceat, nec pudeat debitũ petere, non erit ipsi onerosum matrimonium, si semper dum appetit cogatur petere. Et ideo regulariter non licet huic vxori ab eo petere: nisi vir talis sit, vt more fœminæ non audeat petere: tunc enim poterit hæc vxor se aliquoties ei ad eũ vsum offerre, ab eoq; debitũ petere. At siue vxor, siue vir sit, poterit debitum petere ab altero, nõ obstanti eo castitatis voto, quãdo sentit in eo continentię periculum, immò & tenebitur petere, si spes subsit fore vt ea petitione illud vitetur. Vt probaui eadem disp. 7. n. 5. & 6. Vbi n. 7. probaui id non licere ad vitandum proprium incontinentiæ periculum. Tandem potest coniux voto castitatis astrictus alteri suum impedimentum significare, ne eius petitionem expectet. Non tamen tenetur illud ei indicare, vt à petendo abstineat, quamuis norit fore vt non petat. Vt vtrunque probauimus ea. disp 7. nu. 8. & 9. Ex quibus intulimus ibi. nu. 10. nefas esse coniugi huic ligato voto castitatis, si incitet alium ut à se petat: & similiter illicitum esse alteri incitare hunc ut petat, etsi in eo periculum incontinentiæ sentiat: sed debet tunc ab eo debitum petere: & sic uitabit id periculum, nec incitabit alium ut petendo peccet.

11 Octaua conclusio. Coniugi habenti id castitatis uotum non licet delectatio partis sensitiuæ etiam de redditione debiti cõcepta sub conditione, si petatur: secus de gaudio, & delectatione uolũtatis sub ea cõditione, & similiter non licent tactus nisi ad expressam, uel tacitam alterius petitionem: sed omnia hæc sunt peccata lethalia contra uotum. Hanc contra alios probauimus lib. 9. de matrim. disp. 44. n. 25. & ibi. nu. 26. probauimus omnia hæc licere, quando solum esset uotum non petendi debiti.

12 Nona cõclusio. Qui post uotum castitatis matrimoniũ inijt, non tenetur ingredi religionẽ ante matrimonij cõsummationẽ, ut uotũ illud seruare possit: ac proinde non peccat consummãdo matrimonium, ipso nõ petente sed reddente. Hanc probauimus lib. 9. de matrim. disp. 34. n. 3. contra alios, quos ibi retuli n. 2. dicẽtes teneri hũc ingredi religionẽ, & ita peccare mortaliter prima uice qua cõsummet. Quorum etiã opinionem sequitur *Azor lib. 11. instit. moral. c. 21. q. 2. 7. & 9.*

13 Quæ conclusio uerũ habet, etsi ille iniret matrimonium, siue licitè, siue illicitè, cum firmissimo transeundi ad religionem animo, ante eius consummationem. Vt probaui lib. 1. de matrim. disp. 43. n. 9.

14 In duplici tamen casu peccat mortaliter reddẽdo debitum ligatus uoto castitatis. Prior est, priori bimestri post initũ matrimoniũ, peccat enim mortaliter prima uice, qua tunc consummat matrimoniũ etiã reddẽdo debitũ. Posterior est, quãdo ob delictũ alterius coniugis, ut ob adulterium, est iusta diuortij perpetui causa, cùm ipse sit innocens. At si remittat adulterium, siue uerbis, siue factis, aut ipse postea adulteretur, & sic cõpẽsatio fiat, nõ peccabit deinceps reddendo debitum. Quia cùm remissio, & compensatio ualeant, amisit ius denegandi debitũ. At remissio illa nisi ignorantia, aut obliuione excusetur, fuit culpa mortalis. Et similiter illud adulteriũ prædictum, est hac circumstãtia specifica necessario confitenda, nempe, redditum esse per illud, uel per illam remissionem, eum qui castitatẽ uouerat, impotentẽ ad plene seruandum suum uotum, abstinendo ẽt à debiti redditione. Vt hæc omnia probaui lib. 9. de matrim. disp. 6. n. 14. & 15.

15 Decima conclusio. Transacto eo bimestri, uel semel in illo iam consummato matrimonio, dum nõ fuerit iusta diuortij causa, tenetur uoto castitatis emisso ante matrimonium astrictus reddere debitũ. Conclusio est omniũ: & ratio est, quia fortior matrimonij lex obligans est iustitia ad reddendum debitum, & traditio proprij corporis per illud facta ad hunc usum, pręponderat uoto illi castitatis.

16 Vndecima conclusio. Etsi prædictus uoto castitatis ligatus peccet debitum petens, at alter tenetur ei reddere. Hanc probaui contra alios lib. 9. de matrimon. disput. 6. n. 7.

17 Duodecima conclusio. Quamuis coniux non teneatur reddere priori bimestri ab inito matrimonio, eoq; nondũ consummato: nec quãdo est causa perpetui diuortij ob delictũ alterius, ut ob adulteriũ: at nõ peccat reddendo tunc illi ligato uoto castitatis. Hãc probaui eadem disp. 6. n. 12. contra alios quos ibi. nu. 11. retuli.

18 Decimatertia conclusio. Si uterque coniux ante matrimoniũ uoto castitatis ligatus erat, neuter potest ab altero debitum petere: at petẽti tenetur alter reddere, casu quo teneretur, si alter uoto ligatus nõ esset. Hanc probaui contra alios lib. 9. de matrim. disp. 33. nu. 8.

19 Decimaquarta conclusio. Possunt hi coniuges, qui ante matrimoniũ uouerant castitatem, simul aliquando commisceri absque culpa: non quidem debitũ petendo; id enim aduersatur uoto emisso; sed quãdo quilibet sentiret alium indigere, ob incontinentię periculum. Immò sentiens in altero in periculum, cui copula ille potest obuiare, tenetur ab eo petere: & si uterque sentiret in altero id periculum, teneretur uterque. Possunt etiam commisceri, quãdo uterque coniux nosset alterum affectare copulam, & petiturum, si posset. At neuter potest alteri signa petitionis ostendere: id enim est petere. At alter tũc tenebitur reddere. Quare si uterque simul ea petitionis signa ostendit, peccabit uterque quatenus petit, neuter tamen quatenus reddit: sed uterque reddere tenebitur. Quę omnia probaui lib. 9. de matrim. disp. 7. n. 11. & 12.

Deci-

20 Decimaquinta conclusio. Si ligatus voto castitatis ignorat inuincibiliter sibi petitionam debiti interdictam, monendus est à confessario, qñ creditur fore vt monitio prosit, eo quod facilis est aditus ad poenitem dispensare, vel ad episcopum, vel alium qui ex priuilegio possit. Si vero is aditus non esset facilis, eo qd abesset, & medio eo tempore probabiliter creditur fore, vt coniux non abstineat à petitione, atque ita peccata lethalia admittat, monendus non est, donec confessarius dispensationé impetrarit, vel possit habés dispensandi potestatem absq; eo periculo consuli. Vt probauimus lib.6.de matr.disp.33.n.10. iuncta disp.27.n.10.

21 Decimasexta conclusio. Praeter dictos effectus, quos habet votú castitatis initio postea matrimonio, retinet quoq; alios duos. Prior est, vt quaecunq; violatio castitatis citra eá, ad quem lex illius matrimonij obligat, sit sacrilega contra votum. Posterior est, vt soluto eo matrimonio obliget ad abstinendum ab alio ineundo. Hanc probauimus lib.6. de matr.disp.33.n.11.

22 Decimaseptima conclusio. Votum virginitatis ex natura rei obligat ad perpetuam castitatem seruandam: & sic idem de illo dicendum est, quod hactenus diximus de voto castitatis. Quod quidem intelligendum est, nisi expressa vouentis intentio fuisset obligandi se ad solam à primo actu venereo abstinennam, vt virgo permaneret: & non nisi secundario, & consequenter ad abstinentia ab alijs actibus. Tunc enim amissa virginitate per primum actum venereum cassaret penitus voti obligatio. Sed vbi dubium esset de inténone, censendum est id votum obligare priori modo, nempe, ad perpetuam continentiam. Quando autem esset illa specialis in tentio, & nondum amissa est virginitas, tenetur ille non, in re matrimonium; quod si ineat, non poterit petere prima vice, perinde ac si castitatem vouisset. Quia petitio illa est volútaria, & voto opponitur. Qua ratione, nec poterit reddere prima vice priori bimestri ab initio matrimonio. Quia tunc quoq; reddito est voluntaria. At eo transacto non peccabit reddendo. Iuxta sententiam quam sequuti sumus, n.12. dicentem non teneri voto castitatis astrictum, & ineuntem matrimonium, transire ad religionam, vt votum perfecte impleat. Semel autem consummato matrimonio cum iam voti materia facta sit impossibilis, atque ideo voti obligatio cessarit, poterit petere, & reddere, & soluto eo matrimonio ad aliud transire, nec peccabit contra votum fornicando. Vt haec omnia probauimus lib.9. de matr.disp.33.n.7.

23 Decimaoctaua conclusio. Votum assumendi ordines sacros ante matrimoniú emissum obligat ad illud non ineundum. (vt diximus n.3.& 4.) at semel eo initio non obligat iuxta veriorem sententiá ad transeundum nondum eo consummato ad religioné, vt impleri valeat. Et potest hic tota conscientia cósummare matrimonium siue petendo, siue reddendo, etiá priori bimestri ab initio matrimonio: & ita nullatenus ei interdicitur petitio, vel redditio, nec etiam peccat contra id votum fornicando. Quę omnia probauimus lib. 9. de matr.disp.33. n.15. fine, & disp.34.n.6. Et eum non teneri ingredi religionem est verum, etiam si matrimonium interit cum firmissimo ingressus illius animo. Vt hoc ca.nu.13. diximus idem de habenti votum castitatis.

24 Decimanona conclusio. Hic voto ordinis sacri assumendi astrictus, & iniens postea matrimonium, si asset postea iusta diuornj causa ob adulterium vxoris, peccaret mortaliter petendo, vel reddédo, vel remittendo iniuriam illam, vel simile adulterium admittendo, aduertens per id se reddi impotentem ad votum implendum. Et denique tenetur ad ordines ascendere, quotiescunque non obstanti eo matrimonio id sibi licet, eoq; dissoluto. Quae probaui lib.9. de matr.disp.33.nu.17.& n.16.

25 Vigesima conclusio. Votum non nubendi obligat ad non ineundum matrimonium (vt diximus nu.3, & 4.) at eo inito non obligat ad religionis ingressum ante consummationem. Vt probauimus lib.9.de matr.disp. 34.n.7. Quod est verum, etiam si voues id inijsset cum firmissimo ingrediendi religionem animo. Vt de habenti votum castitatis diximus hoc c.n.13.

26 Ex quo deducitur, hunc nunquam peccare contra votum, siue petendo, siue reddendo, etiam priori bimestri ab inito matrimonio, & quanis sit iusta diuortij causa ob adulterium. Nec peccat contra votum fornicando: sed solum tenebitur eo matrimonio dissoluto, ab alio abstinere. Quae omnia probaui l.9.de matrim.disp.33. n 22.& 23. contra alios, quos ibi n.21. retuli.

27 Vltima conclusio. Votum non fornicandi non obligat ad abstinendum à concubitu licito, qualis est coniugalis. Quare huic id votum habenti integrum erit ad nuptias transire, & eis vti, siue petendo, siue reddendo. Quae à nemine negatur. Sed specialis difficultas est, qñ esset votum non cognoscendae feminae, nec vouens interrogatus discernere nouit suam mentem, an intellexerit de omni prorsus concubitu, siue licito, siue illicito, an solúm de illicito. Et quidem id inuestigandum tunc est ex vouétis motiuo: si enim id fuit, eo quòd fornicationibus deditus erat, vel quia ex fornicatione aliquod damnum incurrit, id votum de solo concubitu illicito accipiendum erit: ac proinde huic illicitum erit ad nuptias transire, & eis omnino vti. Quia id est solú votum non fornicandi cum foemina. Si verò non eo motiuo ductus est, sed ex speciali castitatis, & abstinétiae à concubitu muliebri affectu, accipiendú erit votum de vtroque concubitu. At non erit votum castitatis. Quia peccato contra naturá actu consummato, vel pollutione volútaria absque desiderio cócubitus feminei, & absq; morosa in illum delectatione, non peccaretur contra id votum. Cum tamen peccaretur contra votum castitatis, quod omnia venerea excludit; & contra votú non fornicandi proprie sumptum. Quia fornicari quid generale est ad omnia venerea extra matrimonium. Et votum de aliquo re emissum intelligitur dum de cótraria intentione non constat, instar praecepti de illa re. Vt diximus hoc lib.4.c.11.n.31. At praeceptum non fornicandi cóprehendit omnia venerea extra matrimoniú. Nec ét esset contra votum non cognoscendae foeminę, vel non fornicandi, limitando cum fęmina, cognoscere illam sodomitice. Quia id peccatum non est cú foemina, vt talis est, & ideo communiter nó appellatur cognitio feminae, vt sic sub illo voto cóprehendatur. Nec obstat tactus turpis cum fęmina esse contra id votum. Quia id ideo est, quia cú non habeant specié consummatam & sint via ad concubitú, pertinent ad eamdem speciem, & eamdé prohibitioné, concubitus. At copula sodomitica habet suam specié completam, nec dicitur congressus cum fęmina. Quamuis aút id votum nó cognoscendę feminae intellectum ét de concubitu licito, non sit ita amplú ac votum castitatis, at interdicit inire matrimonium, & eo inito interdicit debiti petitioné, ité redditioné primá priori bimestri, item reddere quoties est cá diuortij perpetui ob delictum coniugis, ité tactus cú coniuge. Sicut haec omnia interdici diximus voto castitatis à n.2. vsque ad 21. Et soluto eo matrimonio non licet transire ad aliud, & fornicando cú alia, cótrauenitetur ei voto. Quia hoc votú inito matrimonio potest absque eius praeiudicio, quo ad haec omnia obseruari: & perinde obligat ac votú castitatis ad nó cognoscendam foeminá. Qñ autem omnibus circumstantijs perpensis colligi nequiret mens promittentis nó cognituri se mulieré, de quo cócubitu intelligatur, videtur intelligi votú de omni cócubitu. Quia cognoscere mulierem est generale ad vtrunque concubitú: & fuit votum negatiuú; negatio autem quicquid post se inuenit, destruit. Sicut vouens castitatem seruare, censetur in dubio omnimodam vouisse eo quòd verba sint generalia. Vt diximus cap.13.n.14. Et quamuis in dubio id quod est minus sit intelligendum; at id tunc est verum, quan-

do nulla est pro verbis voti vtrumque ex se includentibus possessio. Vt diximus eodem cap.13.numero 16.& 17. At hic est possessio pro verbis voti, quæ vtrumque concubitum claudunt. Sed his non obstantibus, credo in dubio id votum intelligi de sola cognitione illicita, quia etsi ea verba ex se sint generalia, at cõmunis vsurpandi modus est pro cõcubitu illicito, & volentes obligare se ad abstinendum etiam à licito, non ita confusis, ac generalibus verbis exprimere solẽt. At verba voti sunt in dubio iuxta communem vsurpandi modum intelligenda. Vt diximus hoc lib.4.cap.8.num.45.& c.11. n.29.

28 Quæstio posterior est, de omnibus his votis emissis post matrimonium ratum, aut cõsummatum. Sed quia hoc rarò euenit, & est res prolixa satis, libuit hic nõ explicare, sed remittere ad nostrum de matrimonio tractatum, vbi lib.9. disp.35.& duplici sequenti latissimè de his egimus.

CAPVT XXII.

Qualiter votum pœnale obliget.

SVMMARIVM.

Quid sit votum pœnale? n.1.

An sit votum pœnale sub hac forma, Voueo religionem, si lusero, vel si filius meus luserit, n.2.

An tunc sit contra votum ludere: & quid quando sub hac forma, Voueo non ludere sub pœna religionis, n.3.

An quando materia principalis voti est inepta quia mala aut indifferens, &c. votum pœnale rei bonæ obliget, n.4.

Quid si non rei ipsius, sed pœnæ sit votum, n.5.

Quid si ille putabat se obligari, vel euentus postea subsequens declarat ipsum non esse obligatum n.6.

Quid si materia principalis erat à principio apta, & postea fit inepta, n.7.

Quid de voto, aut iuramento homini præstito ingrediendi religionem, aut alterius pœna, si quis hanc non acceperit in vxorem, n.8.

An ablato voto principali per irritationem, dispẽsationem aut commutationem, auferatur obligatio pœnæ: & illa valeante non explicato voto pœnæ: & debeat esse maior commutatio, maiorque dispensandi causa ratione pœnæ, n.9. & ibi an possit altera obligatio tolli absque altera?

An si impetretur irritatio, dispensatio, aut commutatio pœnæ, oporteat quoque narrare principalem voti materiam: & in voti commutatione, dispensationeque attendenda sit sola dignitas materiæ in se, vel etiam respectu vouentis? numero 10.

An votum pœnale castitatis, aut religionis, obliget ad expectandum euentum conditionis, & ad non ineundum antea matrimonium, n.11.

Quid si conditio non pendeat ex vouentis voluntate, n.12.

Quid si quando obligatio ad pœnam incurritur, iam est initum matrimonium, n.13.

An votum pœnale obliget ad pœnam quando, trangressio contingit absque culpa: vt ex obliuione, aut alia causa excusanti, vel transgressio fuit in re leui, aut pœnæ obliuione, à n.14. vsque ad 20.

Votum pœnale absolutè emissum, an obliget transgressorẽ sola prima vice ad pœnam, n.21.

Quid si vouens credebat sola prima vice obligare votum siue quoad principalem materiam, siue quoad pœnam, n.22.

An quando est votum faciendi aliquid intra certum tempus sub quadam pœna obliget pœna ante id tempus, quando in residuo nequit impleri? Explicatur quid in promissionibus humanis: & conciliantur duo textus n.23.

Quid quando pœna trahit secum exequutionem, vt si sit excommunicatio contra non facientem certo termino, an incurratur ante terminum quando in residuo nequit fieri, n.24.

An ante illud tempus agi possit cum effectu ad pœnam: et cuius vtilitatis sit dicere antea incurrisse, n.25.

Explicatur quid in voto dicendum sit: & an voti exequutione prorogata, censeatur quoque pœna prorogari, n.26.

An obligent votũ pœnale, & conditionale, præcisè ea die, qua impletur conditio? & quid si particula, si, significet quando, n.27.

An mora iudicanda sit in his votis à solo die implet a cõditionis, n.28.

1 PRæmittendum est, votum pœnale esse quoties vouens, vel iurans minimè est affectus ad rem illam tanquam pœnam sibi promissam, sed illa sibi tanquam pęnam proponit, vt eius incurrendæ timore arceatur à crimine, quod cauere optat. Vt si quispiam voueat, vel iuret se non lusurum sub pœna castitatis seruandæ. In quo voto animus directè fertur ad vitandum ludum, & solum in ludi pęnam castitas vouetur. In quo autem distet à conditionali explicabimus c.seq.n.1.

2 Bifariam autem potest emitti. Priori modo, quando vtrumq; sub voto, vel iure clauditur, nempe. vitatio illius rei, & solutio pœnæ. Vt cum quia sic vouet, Voueo me non lusurum sub tali pęna. Posteriori modo, quando iuramentum, & votum sunt de sola pęna, & res vitanda ponitur sub conditione, in cuius euentu promittitur pœna. Vt Voueo religionem si lusero, In quo euentu quibusdam placet non esse uotum pœnale, sed conditionale. Alij uolunt esse uotum pœnale. Vtrosq; & eorum rationes retuli lib.8.de matrim. disp.10.n.2. ubi n.3. retuli alios tenentes mediam sententiam, quam ibi amplexus sum, & nunc quoq; amplector: quæ est, si animus uouentis non sit affectus ad rem promissam, ut religionem, sed quò rem in conditione positam, nempe, ludum illum uitet proponit sibi in pęnam religionem est uerè pęnale. Si uerò ex affectu rei promissæ uoueat, casu tamen quo ponatur illa ludi conditio, non eligens tunc religionem tanquam sibi odiosam, ac in pœnam, sed tanquam sibi gratam, ut in eo statu uitam quietam transigat abstinens à ludo, est uerè conditionale. At rarissimè dixi ibi uota hęc posteriori hoc modo fieri, & ita fere semper esse pœnalia, & communiter accidentibus talia in dubio indicari, ubi non constat de contraria uouentis intentione. Atque simili distinctione utendum ibi dixi, quando pater uouet, aut iurat religionem; aut aliquid aliud, si filius luserit: atque in dubio intentionis censeri pęnale.

3 Prima conclusio sit. Quamuis uotum pęnale utroq; modo emissum obliget, ut pote quod est de re licita: at latum est discrimen quo ad obligationẽ. Quippe priori modo emissum est duplex uirtute uotum alterum absolutum illius rei promissę, ut non ludendi: alterum autem conditionale pęnale illius pęnæ, casu quo ludatur. Quare ludendo tunc peccatur contra uotum, uel iuramentũ, & remanet sub eodẽ uinculo obligatio ad pœnam. At posteriori modo, est unicũ solius pęnę subeundæ uotum, casu quo ludatur. Quare ludendo non peccatur contra uotum, uel iuramẽtum, sed manet sub eo uinculo obligatio ad pęnam. Ratio differentiæ est clara, quia priori modo promittitur res illa, & pęna; at posteriori sola pęna. Et ita docent *Medina 1.2.q.96.art.4. ad 2. Azor lib.11.instit.moral.cap 7.q.8.*

4 Secunda conclusio. Quãdo principalis uoti, uel iuramenti uere pęnalis, materia est inepta, ob quamcunq; rationem id contingat, & ideo uotum, & iuramentum de illa non obligant, uotum quoque de pęna imposita non obligat. Vt si quis promittat, uel iuret rem malam, ut uindictã, uel indifferentem, ut non ludere cum persona determinata, uel in quadam speciali domo, uel certo ludo, in casu, in quo hæc indifferẽna sunt, uel rem impossibilem simpliciter, aut sibi, ut ingressum religionis, in quam iuxta eius institutum admitti nequit, sub pœna castitatis seruandæ, sicut uotum rei principalis non obligat, ita nec uotum pęnæ. Quia pœna non per se, & principaliter promittitur, sed ut accessoria uoto principali. Cum ergo principalis obligatio non subsistat,

stat, nec accessoria eius naturam sequens subsistet. *Regula Accessoriũ, de regul. iuris in 6. regula. Cum principalis ff. eod. tit.* Et docet *Alcozer sum. c. 16. ad fi. fol. 59. vers. La primera es.*

5 Atque idem dicendum est, si esset votum solius pęnæ, casu quo verè pęnale est, iuxta dicta, nu. 2. Si enim res principalis, quam vouens intendebat exequi, aut vitare, & in cuius euentu eam pœnam sibi statuit, non est apta voti, vel iuramẽti materia, ita vt hæc de illis emissa non obligarent, nec votum, vel iuramentum de ea obligãt. Vt si quis volens vindictam sumere de aliquo, vel nolẽs ludere cum aliquo, vel in domo certa; vel certo ludo, casu quo hęc sint indifferentia, voueat, vel iuret in sensu pœnali, se ingressurum religionem, si vindictã non sumpserit, aut si ingressus fuerit ad ludẽdum illam domũ, aut si luserit cum ea persona, vel eo ludo, est prorsus irritum votum. Quia materia illa bona promissa nõ promittitur per se, & principaliter, sed in pœnam illius rei omissæ, aut commissæ. At ingressus religionis in illius pœnam non pertinet ad Dei obsequium sicut nec res illa principalis.

6 Nec quicquam refert, si ille falso putaret, quando vouit, se obligari ad pœnã, uel illud rei principalis uotum obligare, & ita ex consciẽtia erronea peccaret in transgressione; adhuc enim uotum non ligabit. Quia ignorantia uouẽtis nullam obligationem producere potest quando materia obligationi inducẽdæ inepta est. Sed maior difficultas est, quando solus euentus post uoti transgressionem subsecutus ostenderet hunc excusari à uoto exequẽdo. Vt si quis promisit religionis intra annum ingressum cui aptus erat, sub pœna castitatis seruandæ, & omisit diligentiã ingressui necessariã illorum; at transacto anno eã petit, & sufficiẽter petita denegatur sibi in perpetuũ; ac certũ est idem fore, si anno quo tenebatur, eandem diligentiam adhibuisset. Videtur eum hic ad pœnam obligatus. Quippe non tantũ quo ad suam consciẽtiam erroneam, sed re ipsa uotũ transgressus est. Quia re uera ea religio erat sibi possibilis secundum eius statuta, & tenebatur intra eum annũ apponere diligentiam debitam, ut admitteretur; eamque omisit, & solum est uerum eum excusari à trãsgressione, quãdiu non admittitur. At probabilius est hũc non teneri ad pęnã. Quod hic ex sua cõscientia erronea putet se obligatum ad uotũ rei principalis; eo quòd ignoret fore, ut non admittatur; quare si id certò sciret, ad nullã diligentiam adhibendam teneretur. Sicut ẽt promittens religionem, cui secundum eius statuta ineptus est, & ignarus statuti non adhibet diligentiã ut admittatur, reus est uoti iuxta suam conscientiam; at cum posteà sciret se fuisse ineptũ, non tenebitur ad uotum, nec ad pœnã. Atque idem dicendum est, si comperiret post eum annum diligẽtiam eo adhibitã fore frustraneam; quia certum est eo non admittendum, non enim tenebitur ad pęnam, quãuis eo anno diligentiam peccando omiserit, etsi postea nõ expellatur, sed admittatur transacto eo anno. Quia uotum nõ uere obligabat ad rem illam frustraneam, sed ex sola uouentis ignorantia.

7 Ex his deducitur, uotum pęnale utrouis modo emissum, ita dependere à materia principali, ut quamuis ea ab initio esset apta uoti materia; & sic uotũ pęnæ obligaret, at cessabit pęnæ obligatio cessante illius materiæ honestate. Vt si quis promisit non ingredi certam domum sub pęna religionis, vel religionem in pęnam ingressus, si illam ingrediatur, eo quod esset ibi mulier ad fornicandum prouocans, non teneretur ad pœnã muliere illa domicilium mutante, & sic ingrediens. Quia iam res principalis promissa, aut desiderata, nẽpe, non ingredi illam domũ, est indifferens, & inepta voti materia. Et ita procedunt rationes traditæ, n. 4. & 5. vt votum pęnale tunc non obliget.

8 Secundo deducitur, quid dicendum sit de voto cum aliqua persona matrimonij ineundi, sub pœna ingressus religionis, vel ingrediendi religionẽ, si illam vouens nõ duxerit, qñ sensus est pęnalis, sicut explicuimus, n. 2. Et quidẽ posset hoc votum personæ illi emitti, promittendo illi matrimonium, & vouendo, vel iurando religionis ingressum, si fides seruata non fuerit, ita vt tunc votum adhibeatur instar iuramenti ad confirmãdam eam promissionem. Et in hoc casu votum nõ obligare, latè probauimus lib. 7. de matr. disp. 88. n. 37. At difficultas est, qñ ea promissio soli Deo fieret. In quo casu non loquitur *c. Gemma, de spons.* interdicẽs pœnam in sponsalibus apponi. Quare tunc videndum est, an votum illius specialis matrimonij ineundi valeat, an non. De qua re satis egimus hoc lib. 4. c. 8. à nu. 51. vsq; ad 55. Et aduertendũ est stare posse, vt valeat in hoc votum matrimonij ob carnis illecebras, nõ aũt valeat votum huius matrimonij, sed res indifferens sit. Vt stat votum non ludendi valere, cum tñ non valeat votum non ludendi cum hoc. Quare considerandũ est, an votũ illius specialis matrimonij valeat, iuxta ibi tradita, & si non valeat, nec valebit quoque votum pœnæ. Vt constat ex dictis, n. 4. & 5. si vero illud valeat, valebit quoq; hoc. Ducor, quia *c. Gemma, de sponsal.* solam pęnam sponsalibus inter ipsos cõtrahentes adiectã interdicit; nec de voto soli Deo emisso quicquã agit. Nec est eadem ratio, ac de pœna per modum contractus apposita inter ipsos contrahentes. Quia hæc à solo alterò contrahenti remitti põt: & ita præbebitur ansa matrimoniis coactis: quam textus ille vitare voluit. At quando est soli Deo votum emissum, est facilis dispensatio, aut cõmutatio prælati.

9 Tertiò deducitur, quid in ea q̃one dicendum sit, an ablata principalis voti obligatione ante incursam pœnam, auferatur subinde obligatio pœnæ. Vt si quis votum non ludendi emisit sub pœna ingressus religionis; *Alcozer summa c. 16. ad fin. fol. 59. vers. La segunda doctrina, & vers. La quarta doctrina,* ait sufficere auferri per irritationem, dispensatione, aut commutationem, obligationem operis promissi, vt cõsequenter tollatur obligatio pœnæ nondum incursæ. Id aũt minimè probari. Quia obligatio ad pœnã est accessoria obligationi voti principalis. Ergo hac destructa per irritationem, dispẽsationem, vel commutationem; destruetur quoq; illa; iuxta dicta nu. 4. 5. & 7. Nil. n. referre videtur, an cesset obligatio voti principalis ratione materiæ ineptæ, vel quouis alio modo. Cum eadem militet ratio obligationis accessoriæ ad pœnã dependentis à voto principali. Et confirmatur, quia vouens ire Romã sacco indutus, eo ipso q̃ à peregrinatione dobligatur, manet liber à voto sacci illius induendi, quod fuit accessoriũ. Secundò, quia si ille prorsus voti immemor, cõtra illud faceret, nõ esset pœnæ obnoxius. (Vt à n. 14. probauimus.) Cuius non est alia ratio, nisi quia ille non est transgressor voti principalis, cui est annexũ pęnæ votũ. At ablato voto principali his modis, iã illud obligat, & sic contrauemendo non violabitur. Ergo non obligabit pęna. Sed pro contraria partè fortissimè vrget. Quia ibi sunt duo uota (ut diximus nu. 5.) ac proinde utrunque indiget dispensatione, irritatione, uel commutatione. Dices esse duo uota; at posterius esse accessoriũ, & depẽdens à priori. Et sic cessante obligatione prioris uoti, cessabit quoque posterioris. Sed contra est, quia põt una separari ab altera per irritantem, dispensantem uel cõmutantem, tollendo, aut commutãdo solam obligationem ad rem principalem, uel solã obligationẽ ad pœnam, manente altera obligatione. Ergo utraque obligatio separari potest: ac proinde, qñ sola principalis proposita est irritanti, dispensanti, uel commutanti, ea sola cessabit. Secundo, quia alias in commutatione uoti non ludendi sub pęna religionis, nulla esset habẽda ratio religionis in pœnã promissæ, sed solius ludi; si quidem cessanti nõ ludẽdi obligatione, cessaret quoque obligatione religionis. Nec esset opus eã explicare in dispẽsationis uoti illius non ludendi impetratione; immo ualeret dispensatio mentiente impetrante dicẽdo, nullã sibi imposuisse pęnam: eo quod fuerit mendacium circa rem uanam,

nanam, & dispensationis inutilem. Quæ manifestè apparet falsa: cum multò maioris obsequij diutni votum sit non ludendi cum illa pœna, quam non ludendi absolute. Quia in priori casu est votū de duplici obsequio diuino: & ita maiorē commutationē exigit, & maiorē dispensandi causam. Et cōfirmatur, quia si quis promisisset se iturū Romā sacco indutū, quāuis hęc circūstantia peregrinationi accessoria sit, & voto peregrinationis omnino cessanti cessaret obligatio illius. At necessaria esset mētio illius in irritatione, dispensatione, & cōmutatione, & maiori cōmutatione, maiori q; dispēsandi causa opus esset in voto illo, ratione illius circūstantiæ, vtpote quæ maritum, & dignitatem peregrinationis auget. Nec obstant rationes contrariæ. Quia illis respondendū est, obligationē pœnæ pendere à voti principalis obligatione, at ita pēdere, vt materiæ in illo promissæ dignitatem augeat in ordine ad obsequium diuinū, & ita speciali illius mentione indigeat tanquam parte inclusa in voto principali, vt id censeatur ablatū; quasi non integrè votum explicetur, & ideo nō sublatum sit tacita ea ad pœnā obligatione. Vt contingit in proposito peregrinationis cū sacco exēplo. At secus est quando omnino deobligatet peregrinatio, ea reddita impossibili;& similiter, qñ votum rei principalis ratione materiæ ineptæ deobligaret omnino; aut eius trāsgressio cessaret ratione obliuionis à culpa excusantis. Fateor argumēta pro vtraq; parte vrgere; at verior mihi videtur prior sententia, quam sustinet *Alcozer allegatus*. Et ita summatim explicando meam sniam, & simul respondendo ad contraria argumenta, dico post incursam iam pœnā posse separari dispensationē, commutationem, vel irritationē pęnæ, à dispēsatione, commutatione, vel irritationē voti principalis, & è contra; & tunc illā egere speciali causa & mentione in dispensatione, & speciali cōmutatione, nec sufficere si hæc fiat circa votū principale. Quòd tūc iam votum obliget ad pęnā independenter à voto principali, & sic licet materia voti principalis, tunc redderetur omnino inepta, ac proinde obligatio voti circa illā prorsus cessaret, obligatio pęnæ iam contracta non extingueretur. Ceterum antequam pœna incurratur, potest vtiq; dispensari in voto, illud ve commutari, irritari que quo ad pœnā, ne, scilicet, ea transgrediendo totum incurratur; manente obligatione voti, quoad materiam principalem. Quia obligatio hæc nō pendet à pęnæ obligatione & ita hac cassata, potest illa manere. At nequit dispensatione, cōmutatione, aut irritatione tolli obligatio voti principalis materiæ, manēte obligatione ad pęnam. Quia pęna illa omnino pendet à transgressione obligationis voti, quo ad principalem materiā; & cùm hæc cesser oblato eo voto, cessat quoque necessitatis consequentiæ obligatio ad pœnam incurrendam. Quare nulla illius pęnæ nondum incursæ; sed solius voti principalis materiæ mētione opus est, vt in eo voto integre quo ad vtramque partem dispensetur, illud ve irritetur, aut commutetur, nec opus est maiori ad dispensandum causa, maiorive commutatione; sed omnia hæc valebūt tacita immò & mendosè negata obligatione ad pœnam ex voti transgressione impositam; & nondum incursam Quia cùm non sit promissa pœna per se, & tanq pars materiæ principalis, nec eius obligatio sit contracta, sed tāquam consequens voti materiæ principalis transgressionem, concomitatur ablationem voti, quoad materiā principalem; & sic huius tantùm materiæ ratio habenda est. Et ideo qnāuis augeat adiectio illa pęnæ promissæ meritum, & dignitatem voti, vtpote quod fortiori vinculo innititur, at quia non auget tanquā pars illius materiæ principalis, nec tanquam quid necessariò cum illa implendum, sed debendum ex voti transgressione, ideo nulla est eius mentio necessaria, sed consequitur cessationem voti, quo ad materiā principalē. Nec est simile de exemplo facci. Quippe saccus ille est promissus determinatè tanquā pars eius peregrinationis, & statim est iam illius obligatio contracta.

10 Quartò deducimr, ad quid dicendum est, quando solius pœnæ, siue iam incursæ, siue solùm incurrendæ, & sine sit votum solius pœnæ, siue vtriusque, impetratur dispensatio, commutatio, vel irritatio, an sit opus mentionem facere materiæ principal's, cuius transgressioni annectitur illa pęna? Et videtur ea mentio necessaria. Quia eò dignior, & maioris meriti est obligatio ad pęnam, quo dignior est materia, cui annectitur; vtpote quæ digniorem obligationem firmat. Ergo, vt dignitas voti pęnæ explicetur, opus erit materiam principalem explicari. At verius credo satesse explicare obligationem ad pęnam. Quia satis est explicare dignitatē materiæ promissæ, quoad suam substantiā, & secluso respectu ad vouentem, & ad alias circūstantias extrinsecas. Vt impetrans dispēsationem aut commutationem voti alicuius rei, non oportet vt explicet finem, qui in voto intentus est; nec occasiones peccandi, quas rem promissam exequens vitabit, quamuis ex his maior dignitas materię promissæ consurgat: nisi finis ille, vel vitatio occasionum sit pars rei promissæ; eo quod illa quoque promissa sint per modum vnius. Vt contingit, quando materia est de se indifferens, & redditur apta, eo quod illa vitatur occasio peccandi. Vt in voto nō ingrediendi certam domum.

11 Demum quintuplex superest difficultas. Prima est, an emittenti votum pęnale castitatis, religionis, non nubendi, aut assumendi ordinis sacri, vtrouis modo ex ijs, quos n. 2. explicuimus, integrum sit antequam pęnam incurrat, ad matrimonium transire, an potius teneatur se aptum seruare, vt pęna incursa possit illam seruare? Ratio dubitandi est, quia in voto conditionali teneri eum expectare conditionis euentu, aut defectum, nec antea posse transire ad nuptias, dicemus cap seq. nu. 28. & eius ratio est, quia etsi suspēdatur perfecta exequendi obligatio vsque ad conditionis euentum: at antea oritur obligatio in spe, ex eo contractu conditionali, nec licet resilire, sed expectandus est conditionis euentus, nec interim licitum est reddere se ineptum ad explendum votum eueniente conditione obligans. At eadem in spe obligatio oritur ex voto pęnali, & eueniente conditione perinde tenetur vouens ad pęnam castitatis, vel religionis, ac ille, qui votum homm conditionale emisit. Nec licet vouenti resilire ab ea pœna sibi imposita, etiam antequam incurratur. Ergo eodem modo ac votum conditionale obligabit ad non reddendum se ineptum illi voto seruando, & ad expectandum conditionis euentum. Et cōfirmatur, quia etsi promittens in pęnam nollet euentum, vt sic teneatur ad illam & proinde videatur non teneri ad expectandum. At hoc nil ad rem facit; quia promittens religionē quando suus pater obierit, nollet mortis paternæ euentum; & in voto conditionali per modum sponsionis facto, vt si hoc euenit voueo religionem, nollet vouens euentum. Et tñ tenetur se aptum ingressui seruare, nec ante conditionis defectum potest matrimonium inire. Sed existimo posse illum ad nuptias transire antequā pęna incurratur, siue votum fuerit ad tempus, vt non luderi di intra annum sub pœna religionis, vel si lusero intra annum, promitto religionem; siue hæc vota sint in perpetuum. Ducor, quod non omne conditionale votum obliget ad conditionis euentū, aut defectum expectandum; sed tantum, qñ conditio non pendet ex libera vouentis voluntate. Si enim quis sic voueat, si religionem ingrediar, erit Carthusiana, potest statim ad nuptias transire; eo quod conditionē ex eius libertate pendentem apposuerit. Sic ergo contingit in votis pœnalibus, conditio enim, sub qua pęna promittitur, pendet ex vouentis libertate. Et ratio est, quia cū liberum sit vouenti apponere, & non apponere conditionis euentum; immo & in voto pęnali aliquando teneatur non apponere, minime tenetur eius euentum expectare.

12 Quare obligaret vtique id votum pœnale ad non incundum

eundem matrimonium, si eã cõditio non penderet ex vouentis libertate. Sicut probant rationes nu. præced. adductæ pro priori parte. Vt si pater promittat religionem, si filius luserit, in pœnam ludi filij. Nullam enim discriminis rationem inter hoc votum pœnale, & reliqua conditionalia in quibus euentus conditionis non pendeat vouenti inuento.

13 Siue tamen licite, siue illicite, voto pœnali castitatis, religionis, non nubendi, aut assumendi ordinis sacri astrictus, matrimonium ineat antequam pœnã incurrat, tenebitur ea incursa, si sic religionis, eo modo votũ seruare, quo diximus hoc 4. lib. c. 16. n. 117. teneri eum, qui post votum religionis ad nuptias transijt. Si autem sit votum castitatis, non nubendi, aut ordinis sacri, eo modo, quo diximus toto c. præcedenti hæc vota ante matrimonium emissa obligare illum, qui iã matrimonium inijt. Quia quamuis hic non deliquerit transeundo ad nuptias, at cum tunc impleta sit conditio, incipit obligare id votum pęnale ante matrimonium factum, perinde ac si ex tunc absolutum fuisset. Cum ea obligationis conditionalis sit natura, vt impleta conditione obliget eodem modo, ac si à principio obligatio esset absoluta, *l. potior 11. in fine principij, ff. qui in pignore potiores habeantur.*

14 Secunda difficultas est, an quando transgressio voti pœnalis culpa vacat, ratione obliuionis eius, aut cuiuscumque causæ, obliget pœna? Vt promisit quis se non lusurum sub pęna religionis, vel si lusero, promitto religionem, in sensu pœnali, quem num. 2. explicuimus, & postea immemor voti, aut pęnæ, aut ex causa excusati à culpa lusit, an teneatur ad religionem? Et quidem contingit votum esse ad vitãdum aliquod peccatum contra ius naturale, diuinum, positiuum, aut Ecclesiasticum, vt si conditio sit, si vouens fornicetur, si nõ audiat sacrum diebus festiuis, &c. Vel non ad vitandum peccatum, vt, si luserit, non audierit alijs diebus sacrum.

15 Et quidem, quãdo votum vtrouis modo emissum ordinatur ad vitandum aliquod peccatum, existimo pęnam non incurri, quoniamcumque ille aliqua ex causa excusatur à peccato transgressionis illius præcepti. Vt si sit fornicatio materialis, eo putante se accedere ad suã, vel non peccauit omisso sacro promisso in die festo, ex obliuione naturali, aut ex alia iusta causa. Ratio est, qa pœna voto promissa fuit in illius peccati trãsgressionis pœnam; ac tunc nullum fuit peccatũ. Item, quia accessus ille non est fornicatio formalis, sed materialis; nec omissio illa sacri est talis formaliter, sed materialiter, & secundum quid. Et ita non est verè posita cõditio. Atq; idem crederem, etsi vouens pęnã explicuerit, quamuis ex obliuione, aut ignorantia ea admiserit; dum enĩ de expressa alia vouentis intentione non constaret, sed ea dubia esset, credo intelligi de obliuione, & ignorantia vincibilibus, & sic includentibus culpa. Nam cum hæc dum inuincibilia sunt, non sit in vouentis potestate vitare, non est existimandus pęnam ijs adijcere.

16 Atque idem crederem, etsi in transgressione, obliuione, aut ignorãtia interuenerit sola venialis culpa. Quia tanta pœna soli veniali non imponitur.

17 Sed maior difficultas est, quando ille non excusatus est à mortali præcepti trãsgressione, sed fuit prorsus voti immemor. Ratio autem dubitãdi est. Quia si votum fuit de illo præcepto seruando, & de pęna, vt votũ non fornicandi, vel audiendi sacri in festis, sub pœna religionis, pęna illa nõ imponitur transgressioni voti, qualiter cẽseretur imposita, si sic voueret, si transgressus fuero hoc votum, promitto religionẽ: sed imponitur trãsgressioni præcepti, & eò solum tendit, vt eius incurrendæ timore seruetur præceptum. Cum ergo perfecta pręcepti transgressio adsit, obligabit pœna. Si verò votum sit solius pęnæ, vt si fornicatus fuero, voueo religionem, nulla potest esse transgressio voti fornicando, cum de hac fornicatione vitãda non sit votum. Nec potest esse alia, quàm non implendo pœnam; de qua solum est votum. Nec ad pœnam incurrendam oportet illam scire, illiusve meminisse. (Vt nu. 19. dicemus.) Ergo solius præcepti transgressioni imposita est, & sic incurretur. Et ideo in vtroque casu pœnam hanc incurri, est satis probabile. Atque hanc partem defendent Doctores asserentes pœnam incurri, quoties actus est alio iure interdictus, nec à culpa illa excusatur, etsi adsit ignorãtia iuris noui imponentis pœnã. Quos & eorum rationes retulimus lib. 9. de matr. disp. 32. n. 16.

18 At probabilius existimo, in neutro casu deberi pœnã. Ducor, quod ea. disput. 32. nu. 17. tanquam probabilius amplexus sum, pœnas iure nouo statutas non incurri ab ignoranti illuc inuincibiliter. Cui ignorantiæ æquiparatur naturalis obliuio, & inuincibilis. Cum æquè vtraque excusent ab eius transgressione. At votum non aliter obligat, quam lex, (vt diximus hoc lib. 4. c. 11. nu. 31.) Ergo vbi adest naturalis obliuio illius voti, non incurretur pœna illo statuta. Nec obstat, quando est votum solius pęnæ, nullam nouam culpam, aut transgressionem esse, committere peccatum illud. Quia idẽ net contingit in legibus humanis interdicentibus sub aliqua pęna aliquid alio iure, siue naturali, siue humano vetitum; raro. n. ad nouam culpam obligant. (Vt diximus lib. 9. de matr. disp. 15. n. 5.) Et tamen ignorãs non incurrit illarum pęnas. Neque. n. verum est, actũ illum nõ interdici ea lege, vel illo voto. Quippe interdicitur, non noua culpa, sed noua pęna superaddita.

19 Sed si voti mamoria adsit, non tamen pęnæ, existimo in vtroque casu eam incurri. Quod ignorantia pęnæ ab illa non excuset, præterquam in censuris. (Vt probaui lib. 9. de matr. disp. 32. nu. 20 & 21.) Quamuis vbi pęna voto promissa esset grauissima, & extraordinaria, qualis est religionis, castitatis, peregrinationis Hierosolymitanæ, &c. est probabile eã non incurri. Secus quando pœna non esse exorbitans, & extraordinaria. Quia in ignorantia similium pœnarũ legis, tenent idem aliqui, quos ibi retuli nu. 20. & dixi esse probabile, nu. 21. eadem disp. 32.

20 Tandem idem prorsus quod hucusque à nu. 15. diximus de voto rei prohibitæ, sub aliqua pœna emissa, intelligo, etsi materia illa in voto contenta nõ esset alias interdicta: si. n emittatur de ipsa, & de pęna votum; vt promitto me nõ lusurũ, vel auditurũ quotidie sacrũ, sub tali pœna, siue de sola pęna, vt si lusero, si non audiero quotidie sacru, pręmitto talem pœnam; credo pęnam non incurri, qñ transgressio est leuis, vt si modica sacri pars omittatur, vel materia ludi sit modicam (quod qñ in ludo contingat, & non semper id spectari ex quantitate ludo exposita explicuimus latè lib. præcedenti ca. 18.) & quoties ex naturali voti obliuione, aut ex alia iusta causa excusanti à culpa mortali, id contingeret. Ducor, quod si votum sit directe de ipsa materia, pęna imponitur transgressioni voti: ac proinde nõ incurretur, dum hęc leuis fuerit, vel culpa vacarit. Si vero votum sit de sola pęna, adhuc ea pœna imponitur illi actui, quatenus est per votũ interdictus, non absolutè, & sub obligatione ad culpam, sed sub obligatione ad pœnã. Ergo vbi aut non contrauenitur, aut id est leuiter, ei prohibitioni, non erit locus pęnæ. Si vero solius pęnæ sit obliuio, dicendum est omnino, quod nu. præcedenti diximus ob rationem ibi traditam.

21 Tertia difficultas est, an votũ pœnale obliget sola prima vice ad pœnam? Vt votum non ludendi, sub pœna certæ peregrinationis, aut eleemosynæ, aut votũ illius peregrinationis, eleemosynæ, si ludatur, *Emmanuel Sà sum. verbo Votũ, in principio, n. 26.* ait sola prima vice pęnã incurri, nisi constaret expressam vouẽtis intentionẽ fuisse toties, quoties. Sed huius fundamentũ nõ video, & ideo non approbo. Nam qui absolute vouet se non lusurum, non pro sola prima vice obligatur, sed semper. Ergo nec qui vouet aliquã pœnã si luserit, vel non ludere sub certa pœna, obligabitur sola prima transgressione ad pęnam. Cum pœna accessoria sit illi actui

tanquam

tanquã principali, & ideo eius naturã debeat sequi. Et cõfirmatur, quia vtrũq; votũ est æque indeterminatũ. Ergo aut vtrunque, aut neutrũ debet obligare pro sola prima vice. Hinc tamen exciperem, pęnã grauissimam, & quæ iterari non solet, in hac enim credo verã priorem sententiã, vt ea pro sola prima transgressione obliget. Vt si quis promisit non ludere sub pœna peregrinandi Hierosolymam, aut religionis, aut exorbitantis eleemosynæ, credo vbi non constaret de alia expressa vouentis intentione, eam fuisse ad solam primã vicem se obligare; piè interpretandum esse. Quare si violato voto illius rei, aut commissa re, quæ posita est in conditione, vt obligaret pœna, ille ingrederetur religionem, quę fuit pęna, & tempore nouitiatus ex iusta causa exiret, & sic iam voto pœnæ satisfecisset, & si iterũ incideret, non obligaretur amplius ad illam pœnam; & sic de pęna Hierosolymitanę peregrinationis, & alijs exorbitantibus. Secus esse, quando pęna esset mediocris, tunc enim obligaret toties quoties. Atque idẽ credo in dubio, an pœna sit exorbitans, an mediocris. Cùm enĩ id votũ obliget suapte natura, toties quoties; quando contrarium non apertè ex maxima pœnæ grauitate deducitur, possidet votum, vt eo modo obliget.

22 Sed quid, si ille credidit votum, siue rei principalis, siue pœnæ semel violatum, nõ amplius obligare. Vt passim contingit in confessionibus, qui enim iurauit, aut vouit se non lusurum, rogatus quoties luserit, solet respondere se existimasse, vbi semel iã lusit, non amplius obligari voto. Et quidem hic potest se habere tripliciter aut enim eius ignorantia fuit positiua, id est error; q̃a, scilicet, hunc conceptum erroneum aliquando formauit, votum semel violatum non amplius obligat, instar præcepti ieiunij. Aut fuit ignorantia negatiua, quia, scilicet, nullum conceptum antea de hoc formaret; at qũ semel violauit, iam deinceps violabat existimãs se non peccare; vel modo rogatus de nu. aduertit se ignorasse amplius votum obligare, quando semel violatum est. Tandem potest esse dubius, an positiuè errarit vel fuerit negatiuè ignorans, vel an vtrauis ignorantia voti emissionem præcesserit. Quando ergo ignorantia illa fuit positiua, & certus est fuisse ante votum eum errorem, non obligat votũ vltra primã vicem. Quia ille error semel conceptus, & nunq̃ depositus, manet habitu; & sic efficit, vt voluntaria voti obligatio iuxta errorem illum sit assumpta. Sed quando ignorantia fuit negatiua, videtur etiam votum non amplius, quam prima vice obligare. Quia ignorans penitus voti obligationem, non tenetur voto, nisi constet illum ea expressa intentione vouisse, vt velit id efficere, qđ vouentes efficiunt. Quia cum voti obligatio debeat ex propria vouẽtis intentione consurgere, vbi prorsus est obligationis ignorantia, nequit obligatio esse voluntaria. Ergo idem est dicendum de ignorantia partis obligationis voti. Quia eadem est proportio totius ad totum, & partis ad partem; & sicut à tota obligatione excusatur ratione ignorantiæ totius, eo quod tota sit in voluntaria, ita excusabitur à partis ignoratæ obligatione, vtpote quæ rõne illius ignorantiæ est similiter inuoluntaria. Et confirmatur, quia nequit maior ex voto obligatio oriri, quàm à vouente intẽta sit. Atqui ignorauit ampliorẽ voti obligationẽ q̃ pro prima vice, nequit maiore obligationem intẽdere. Verũ dicendũ est obligari toties, quoties, perinde ac si naturã illius voti ignorans hic cognosceret. Ducor, q̃ vouens sciens se obligari, nec in obligationis modo positiuè errans, sed illũ negatiuè ignorãs; censetur, nisi contrariã intentionem expressam habeat, velle virtute se obligare instar aliorũ vouentiũ, & iuxta voti emissi naturam. Alias fractio voti in rusticis non esset sacrilega, nec obligarentur ad circumstantias voto necessario annexas. Quia eas ignorant, & fractionem esse sacrilegam, & tantum norunt se voto obligari. Et ad rationes contrarias respondetur, eandem proportionem seruari, quando in totius, & partis obligationis ignorantia reperitur eadem ratio; quod hic non contingat. Quia ignorantia totius obligationis tollit omnino cognitionem obligationis, & consequenter efficit nullam obligationem esse volũtariam, nec formaliter, nec virtute. At ignorantia partis obligationis non tollit omnino cognitionem obligationis eius partis. Quia in cognitione obligationis talis voti includitur confusè, & virtute cognitio omnium partium eius obligationis, & voluntas virtualis omnes illas amplectendi. Tãdem, quando vouens dubius est, an obligationem voti ignorarit, vel an errarit circa obligationem illius, vbi prima vice violatum est; vel an circa hæc fuerit error, an potius sola ignorãtia negatiua, obligatur voto. Quia cùm de verbis votum inducentibus constet, & excusatio rationes ignorantiæ, aut erroris, sit dubia, stat possessio pro voto, & se ratione ignorantiæ excusanti incumbit onus demonstrandæ ignorantiæ, ac dum non demonstrauerit, sed res manet dubia, vincet possessio voti, obligabitque. Quòd si certum sit illum ignorasse, vel errasse circa hoc, & postea admonitum fuisse, dubitat tamen, an admonitio præcesserit voti emissionem, an subsecuta sit, non stat professio pro voto. Quia constat de ignorantia, vel errore, & sic de causa ex se excusanti; illam autem ante voti emissionem cessasse non cõstat, nec cùm sit quid facti præsumitur. Non ergo possidet votum, nisi constet antea cessasse. Quare in hoc dubio si fuit ignorantia illa totius obligationis voti, siue fuerit ignorantia positiua, id est, error, siue negatiua non obligabit votum. Quia vtraque ignorantia totius obligationis reddit irritum votum; si vero fuit ignorantia partis, nempe, obligationis post primam voti violationem, si fuit positiua; id est, error, non obligabit votum in hoc dubio; secus si fuit negatiua. Quia hanc etsi certum esset non esse depositam, diximus non impedire obligationem illius partis ignoratæ.

23 Quarta difficultas est, an vouens aliquid efficere sub aliqua pœna incurrat illam, quãdo terminum certum voto implendo apposuit, eo solo transacto, an potius à tempore, quando certum est in residuo votum impleri non posse? Vt si quis vouit se intra biennium integrè ædificaturum Ecclesiam, vel perventurum Hierosolymam causa peregrinationis, sub pœna religionis, vel vouet religionem, si intra biennium ea non perfecerit, in sensu pœnali, transijt tantum tẽporis vouentem non incipiente culpa sua exequi, vt in residuo certum sit non posse rem illam voto promissam impleri, an obliget statim pęna ingressus religionis, an solum biennio illo transacto? Qua in re præmittendum est, quid in similibus promissionibus humanis sit iure cautum. Sunt enim duo textus, qui sibi aduersari videntur. Prior est *l. Cum stipulatus sim mihi* 113. *ff. de verb. obligat.* vbi expresse deciditur, in promissione aliquid efficiendi ante Iulij Kalendas sub certa pęna, hanc incurri ex eo tempore, in cuius residuo certum est opus perfici non posse. Posterior est *l. Insulam* 125. *ff. eodem tit.* vbi expressè deciditur, promittente quopiam ante biennium insulam ædificare, stipulationem non committi ante biennij finem, quamuis id temporis supersit, quo ædificium extrui nequeat. Sed uterque textus sic conciliandus est, ut prior intelligatur de pęna conuentionali, id est, quæ ex partium conuentione imponitur, posterior autem de legali, id est, quæ lege ipsa debetur, qualis est interesse, quamuis de ea inter partes conuentum non sit. De qua etiam idem constat, nempe, eam non deberi ante totius termini lapsum, ex *c. Commissa, de elect. in 6.* nam *c. Licet canon, eodem tit. & li.* statuta erat pęna vacationis beneficij parocho, qui intra annum non promouetur ad omnes ordines sacros; & tamen deciditur. *eo. c. Commissa.* id beneficium minimè vocare ante totius anni lapsum. Cùm tamen si nondum initiari cœperat, constet ante anni lapsum, omnes ordines suscipi non posse. Et ratio disparitatis est, quia pęna legis debet esse mitior, & magis restringi, quam pęna hominis. Mitius

enim

mitior, & magis restringi, quàm pœna hominis. Minus .n. agitur cum lege, quàm cum homine *l. celsus, in prin. ff. de arbit.* Item, quia pœna legalis est odiosior, quam ex partium consensu descendens, qualis est conuentionalis. Et ita eos textus conciliant *Gl. ea l. cũ stipulatus, verbo Commissa, & ibi Bar. n. 4. Ang. n. 3. Paul. nu. 4. & 5. Imola n. 5. Ias. n. 3. & 7. Idem Bar. d. l. insulam, in fi. vbi Ang. nu. vnicus. Paulus fi. Aret. fi. Alex. n. 2. Ias. fin. Id. in Paul. l. in illa stipulatione 8. n. 1. ff. de verb. obl. & ibi Ias. nu. 5. Anch. d. c. commissa, nu. 4. notab 7. Bal. c. licet. de vitanda, n. 10. de elec. & c. personas, n. 5. de appel. vbi Alex. de Neuo, n. 52.* Et hoc est, quod dixit *gl. c. prædixerat Heremias, verbo postea, de pœnit. d. 1.* quam approbat *Ias. ea l. cum stipulatus, n. 2.* nempe, promittentem scribere librũ intra biennium, sub certa pœna, posse conueniri ad pœnã, quando tantum temporis lapsum est, vt in residuo scribi nequeat. Id .n. ex eo procedit, quòd ea pœna sit conuentionalis. Et quamuis communiter Doctores loquantur de pœna conuentionali, dum dicunt eam incurri statim, quãdo certum est in residuo tpe opus promissum perfici non posse. At idem est dicẽdum de pœna ab homine, vt iudice statuta non facienti aliquid intra certum terminum. Quippe id ꝓbat ea ratio, minus agitur cum lege, quàm cum homine, & ideo pœna legis est magis restringẽda. Et ita *Ang. ea l. cum stipulatus, n. 3.* ait, idem dicendum de pœna hac, & eam æquiparari pœnæ conuentionali. Et *Bar. ibi nu. 4.* generaliter dicit pœnam ab homine statutam incurri ex tẽpore, quo certum est non posse promissionem impleri, secus de pœna legali. Et tãtum ex priori membro excipit, & ipsum sequens *Paulus ibi n. 5.* quando iudex imponit pœnã lege statutã, eo mõ, quo in lege statuta est; tunc enim non pœna hominis, sed legis censenda est. Atque *Bal. eo c. personas, num. 5. & ibi Alex. n. de Neuo, nu. 52.* generaliter loquuntur de pœna hominis; ob idque defendunt termino præfinito à iudice appellationi prosequendæ, non censeri appellationem desertam, vt sententia executioni mandari debeat, donec totus terminus elapsus sit. Quia censeri eo termino transacto appellationem desertam, non est pœna hominis, sed legis. Quòd si conditio, in cuius defectum imponitur pœna, sit implenda à quodam tertio, vt si intra biennium Titius non ædificauerit Ecclesiam, soluam certam pœnam, à fortiori incurritur quãdo id temporis superest, in quo nequit opus expleri, nec curauit promittens, vt alter expleret; ad quod ex vi promissionis tenebatur. Quod constabit ex dicendis c. seq. n. 38.

24 Quidam temperant, vt pœna legalis non incurratur ante totius tẽporis lapsum, vt intelligatur de pœna non trahente secum executionem, qualis est excõicatio lata, & infamia ipso iure incursa. Cũ .n. hæ pœnæ suã secum executionem afferant, nullo hõis ministerio indigẽtes, si statuto aliquo imponantur non facienti aliquid intra certum tpsid perfici non posse. Sic *Bar. l. cum stipulatus sim. 115. nu. 6. ff. de verb. obl. & ibi Ale. nu. 9. Aret. ibi. Ias. n. 8.* dicens esse cõem sñiam. At melius *Ang. & Cuman. ibi, quos refert, & sequitur Sylu. verbo pœna, q. 15.* eam limitationem negant, vt pote quæ nullo iure probatur, & nulli solido fundamẽto innititur. Quare existimo vtendum distinctione tradita nu. præc. vt si illa excõicatio lata sit ab homine, incurratur instar pœnæ hominis, ab eo tpe, ex quo certum est in residuo non posse illi iudicis præcepto pareri. Secus si statuto, vel lege lata sit, non enim tunc incurretur, donec totus terminus elabatur.

25 . Est tamen maximè obseruandum, etsi pœna illa conuentionalis, & quæuis ab hõie pœna statuta incurratur ante totius termini lapsum, qñ in residuo opus promissum perfici nequit, nõ tñ perfectè, & cum effectu incurritur, donec totus terminus labetur. Quia ante eius lapsum nõ põt debitor compelli ad solutionem pœnæ. Atque ita docent *gl. l. non omnis, in prin. verbo obligat. ff. si cert. pet. Speculator, tit. de obligat. §. Ante omnia igitur, nu. 35. vers. Quid si promisisti. Bart. l. Cum stipulatus sim. 113. nu. 3. & 4. ff. de verb. oblig. & ibi Paulus, n. 4. Iason, nu. 2. Idem Paulus l. In illa stipulatione 8. n. 1. ff. eodem tit. vbi Iason num. 5. Albericus l. Insulam, fine ff. eodem tit. vbi Angel num. vnico. Anchar. cap. Commissa num. 4. notabili 7. de elect. in 6. vbi Francus in princip., nu. 3.* Et est appositissimum huius exemplum. Sicut pœna iure ipso imposita incurritur à tempore delicti; at executio post eius declarationem. Quod si quæras, cuius vtilitatis sit, pœnam ab homine statutam incurri ipso iure ante lapsum termini; si peti nequit, donec terminus labatur; Dico cum *Paulo ea l. Cum stipulatus, num. 1. Alberico in fine, Iason numero 4. & num. 7. fine*, esse maxime vtilitatis. Quia si terminus ille prorogetur, impedit pœnam legalem, vt pote quæ nondum incursa, sed incurrenda est. Atque in casu textus *c. Commissa, de elect. in 6.* quando id temporis transactum est, vt in residuo nequeat parochus ad omnes sacros ordines promoueri, quia pœna illa legalis vacationis beneficij non est incursa ante totum annum elapsum, si ante eius lapsum dispensetur in anno illo ad assumendos ordines præfixo, idque tempus prorogetur, non incurretur pœna, sed prorogabitur vsque ad terminum prorogatum. Vt bene tradunt *Lapus allegatione 9. nu. 7. vbi Mandosius in addit. litera L.* alios concordantes allegat *Ioannes Andreas, eo. capitul. Commissa, num. 3. Anchar. num. 4. notabili 7. Francus in principio, numero 3. Dominicus in principio, num. 1. Romanus, Aufrerius, Bellamera, quos refert, & sequitur Rebuffus praxi benef. tit. de non promotis intra annum, num. 43. & 44.* At terminus prorogatus non impedit pœnam hominis, vtpote quæ iam incursa erat, quando prorogatur eo tempore, in cuius residuo promissio impleri non poterat. Vt bene docent *Albericus, Paulus, Iason ibidem.* Et ratio est, quia in priori casu prorogato termino videtur tacitè recessum à pœna, quæ ob moram incurrenda erat, cessat enim mora termino prorogato, ac proinde pœna moræ. At secus in posteriori, quia cùm iam pœna incursa esset, non potest extingui.

26 His præmissis de simili promissione humana, & descendendo ad votum, prius inuestiganda est vouentis intentio: qui promisit aliquo termino se aliquid effecturum, sub certa pœna; vt in exemplis adhibitis, num. 23. initio: etsi illa ex aliquibus coniecturis inuestigari potest, est illi adhærendum. At vbi ea coniici nequit, sed res est anceps, standum est præsumptione iuris, eiusque interpretatione eiusmodi promissionum, quæ est, vt teneatur vouens ad pœnam ex tpe, in cuius residuo res promissa perfici nequit, quamuis totum tempus in conditione appositum nondũ lapsum sit. At voti executio non debebitur, donec totum tempus labatur; iuxta dicta num. 23. & 25. Ea enim pœna non est ex lege, sed ex ipsius vouentis promissione. Quippe in dubio standum esse in vtroque foro præsumptione iuris, & probauimus lib. 1. huius tractatus cap. 10. num. 18. Atque operabitur pœnam ante aduentum termini incursam esse, vt si quando iam termino præstituto opus perfici non posse certum est, impetretur dispẽsatio ad differendum id opus vltra terminum præfixum, vel omnino impetretur dispensatio, commutatio, vel irritatio voti, nulla pœnæ mentione facta debebitur pœna accidenti termino, ac si ea dispensatio, irritatio, vel commutatio impetrata essent post elapsum totum voti terminum. Quia in vtroque casu iam incursa erat pœna, nec prorogato termino prorogatur: iuxta dicta num. præcedenti. Quare ipsius quoque pœnæ dispensatio, commutatio, irritatio impetranda essent, vt eius obligatio cessaret.

27 Vltima difficultas est, an tam votum pœnale, quam conditionale obliget statim, ac euenerit conditio, ita vt illud sit præcisum executionis tempus, perinde ac si illud tempus specialiter destinatum esset? Vt si quis promittat religionem, si pater venerit ex Asia, vel si lusero, illa dies aduentus, vel ludi sit præcisa, in qua oobligat statim

statim absque aliqua mora ingressus religionis, vt si illa dies esset assignata in voto ad egrediendum? Neminem inueni hoc tractantem, sed tantum Doctores tradunt votum pœnale, & conditionale non obligare ante conditionis euentum, eo autem stante obligare. At dicendum est, ita præcisè hoc intelligēdum, vt illa dies euentus cōditionis, sit vltimus, & præcisus obligationis exequendæ terminus: sed id solum intendunt Doctores, vt ex tunc incipiat completè, votū illud obligare, perinde ac si esset absolutum. Cum ex conditionis euentu iā incipiat instar absoluti obligare. Quare obligabit sicut votum absolutum, cuius executioni terminus præfixus nō est. Quare si promitteretur aliquid in euentū illius conditionis exercendum quotidie, siue merè cōditionaliter siue per modum pœnæ, obligabit votū ad quotidie faciendum, ex illa die, qua euenit conditio. Sicut si tūc emitteretur votum absolutum faciendi aliquid quotidie. Si verò fuit votum aliquid faciendi nō signato termino, obligabit instar voti absolutè absque termino emissi, & hoc quando iā impleta est conditio. Et idem intelligo, etsi sensus illius particulæ, si, non sit conditionalis, sed significet, qn̄. Vt si pater meus obierit, id est, quando pater meus obierit, promitto religionem; non .n. est sensus, vt illa dies sit præcisa ingressui, sed vt id votum non liget, donec is euentus accedat. Sicut cōtingit in voto conditionali. At si esset votum quotidie aliquid faciendi, vt recitandi, aut non faciendi, vt non ludēdi, castitatē seruandi, obligaret ex illa die; atq; idē contingeret in voto conditionali, & in voto pœnali. Quia ex tunc hæc vota obligant, ac si tunc absolutè emitterentur. At tunc absolutè emissa obligarent ex illa die. Atq; idem intelligo, etsi in conditione sola apponeretur terminus. Vt Voueo religionem, si intra bienniū lusero, si intra biennium pater meus obierit, si intra bienniū me fratres admittere voluerint, si intra biennium euasero doctus in tali facultate; dum.n. de alia vouentis intentione non constat, non censendus est in dubio obligandus ad maius; nēpe, vt id tp̄s in conditione positū, censentur quoq; in re promissa repetitum, vt sit præcisus illius exequendæ terminus. Sed tm̄ censendum est adiectum ad expectandum conditionis euentū, vt eo transacto opus nō sit amplius expectare, sed extinguatur voti obligatio. Et quamuis c. seq. n. 38. dicemus in obligationibus sub cōditione negatiua implenda à promissore, tempus appositum in conditione censeri repetitum in promissione; id ad eum effectum est, ne antea cēseatur contracta obligatio, etsi certum sit in tempore residuo non posse impleri conditionem, non tamē ad eum effectū, vt ea sit præcisa obligationis dies, ac si illa præcisè destinata esset.

28 Sed superest difficultas, an ad dijudicandam notabilem moram constituentem culpam mortalem dilationis voti, spectandum sit solum hoc posterius impletæ conditionis tempus, etiam quando sensus non est conditionalis, sed, si, æquiualet particulæ, quādo, an etiam spectandum sit prius tempus, quo id votum emisū est? Et videtur prius tempus spectādum esse. Tum, quia ex tunc contracta est obligatio, etsi imperfecta, pendésq; ad suam consummationem ex futuro cōditionis euentu. Tum etiā, quia posita conditione retrotrahitur obligatio ad prius tempus, quasi illo absque conditione esset contracta. Vt constat ex *l. Potior 11. in principio, ff. qui potiores in pignore habeantur*, ibi: *Cum enim semel conditio extitit, perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est sine conditione facta esset.* At dicendū est hoc tempus moræ numerandum esse à tēpore impletæ conditionis, etsi particulæ si, æquiualeat particulæ, quādo. Ducor, quia quando obligatio fuit à principio absoluta, cœpit à principio perfectè obligare, & ex tunc constituere in mora. At quando conditionalis, quāuis particula, si, æquiualeat, quādo, solùm incipit in mora constituere à tempore impletæ conditionis. Quamuis aūt ea impleta retrotrahatur obligatio, id tantum verū est, vt ex tunc incipiat obligare absolutè, & effectus obligationis verè absolutæ producere, quos à principio produxisset, si ex tunc absoluta esset.

CAPVT XXIII.

Qualiter obliget votum conditionale.

SVMMARIVM.

Votum conditionale, quid sit, & in quo à pœnali differat, n. 1.
Quotuplex sit conditio, n. 2.
Quot quæstiones disputanda sint, n. 3.
An valeat votum, sitque conditionale, quando conditio est affirmatiua, & honesta præsentis, aut præteriti temporis, n. 4.
Et ibi an statim obliget, ita vt dies illa censeatur determinata executioni voti.
Quid si conditio sit necessaria, etiam si sit futuri temporis, n. 5.
Quid de conditione honesta, contingentique futuri? n. 6.
Et ibi an sit necesse totam conditionem impleri.
An possit apponi transacto vouendi actu, aut voto conditionali adijci posteà noua conditio, aut restrictio, n. 7.
Quid de conditione impossibili cuiuscumque temporis, n. 8.
Quid si voti executio pendeat ex Pontificis licentia; & quando nequeat absque excommunicatione adiri Hierosolyma absque Pontificis licentia, n. 9.
Quid de conditione turpi contra voti substantia, n. 10.
Quid de conditione turpi non contra voti substantiam, n. 11.
De intellectu quorundam conditionum, & an cassent votum? Remissiuè, n. 12.
Quid de conditione, si patri placuerit, de præterito, aut de futuro, vel si modò placet, n. 13. & 14.
Quid de conditione, si alter requisierit, vel eo requirente, & is antea obeat, n. 15.
Quid de conditione, si voluero, si arbitratus fuero, n. 16.
Quid de voto non ludendi, vel simili, nisi pater, vel alius velit, vel donec velit, vel det licentiam, vel donec veniat, vel tale quid faciat; & pater, vel ille alius prius obit, n. 17.
Quid si conditio sit per alium implenda, & per ipsum non stet, sed offerat? n. 18.
Quid si votum emittatur sub pluribus conditionibus, & dubia sit vouentis intentio, n. 19.
Quid si sub pluribus conditionibus copulatiuè aut disiunctiuè, n. 20.
Quid si altera ex illis sit impossibilis, aut necessaria, n. 21.
Quid si altera sit mala, vel indifferens, n. 22.
Quid si conditio impleta erat tempore voti conditionalis, nu. 23.
Quid in dubio modi, quo apposita est ea conditio, vel an vouens sciuerit, an ignorarit eam impletam, nu. 24. Et ibi quid in dubio, an in continenti sit adiecta.
An sufficiat conditionem non in propria forma, sed in æquipollenti impleri, quamuis non sit propriè conditio, sed importet idem quod quando? Proponuntur probantia id non satis esse, n. 25.
Explicatur sententia Authoris; & soluuntur contraria, n. 26.
Quid in dubio, an conditio in æquipollenti impleatur, vel an ea fuerit virtualis vouentis mens, n. 27.
An vouens sub conditione castitatem, religionem, assumere ordines sacros, non inire matrimonium, teneatur pendēte conditione non transire ad nuptias, etiam si tempus aliquod lapsum sit, & conditio adhuc pendet, n. 28.
In dubio, an conditio impleta sit, an obliget votum, n. 29.
An conditio debeat cum completo effectu impleri; vt si non ingressus fuero religionem, voueo ieiunium, vel ministrare xenodochio, an teneatur ad hæc exiens tempore nouitiatus, vel post professionem, aut vota biennij expulsus à Societate Iesu; & quid in dubio intentionis vouentis, n. 30.
Post nu. 30. inuenies alia summaria.

1 PRæmittere oportet, quid sit votum cōditionale. De qua re latè egimus lib. 8. de matrim. disp. 10. nu. 4. & 5.

& 5. vbi quandam voti conditionalis definitionem ab alijs traditam reprobauimus. Et diximus cõiter, & in plurimum votum conditionale esse, quãdo affectus vouentis non fertur directè in rẽ promissam, sed in aliud, quod optat consequi, aut vitare, quod ponitur in cõditione. Et tunc particula, si, æquiualet veræ conditioni. Dixi autem, in plurimum, & cõiter. Quia aliquãdo non est affectus ad rem sub conditione positam, sed ad rem promissam, non absolutè, sed supposita illa conditione. Et ita vt omne votum conditionale amplectamur, vt distinguitur à pœnali, potest sic definiri. Votum conditionale est, quando consensus non est statim perfectus, & absolutus, sed pendet ex futuro euẽtu posito sub conditione, & non quasi determinatione temporis, nec res promissa ponitur quasi odiosa, & supplicium alicuius rei. Per priorem partem differt votum conditionale ab eo, quod non est verè, sed apparenter conditionale, & vere est absolutum. Quod contingit, quoties particula, si æquiualet, particulæ, qñ; ita vt sensus sit, qñ hoc euenerit. Tunc enim non est verè conditio, sed determinatio temporis exequendi voti; cõsensus enim absolutus, & perfectus est statim, & sola executio differtur in id tps. Sicut qñ quis vouet se ab hinc vno anno ingressurũ religionem, vel contracturum matrimoniũ promittit feminæ, est statim consensus perfectus, & absolutus, atque ita illa sponsalia statim parerent impedimentũ publicæ honestatis; solaque executio differtur in tempus illud destinatum. At qñ est vere conditionale, cõsensus est imperfectus, & pendens à conditionis euẽtu, ac ꝓinde sponsalia conditionalia non pariunt impedimẽtum publicæ honestatis, donec conditio eueniat, *c. vnico, de sponsal. in 6.* Communiter autem tũc particula, si, æquiualeat particulæ, qñ, & sic non est votum vere cõditionale quoties quis rem promissam desiderat exequi, sed quia aliquo impedimento detinetur, vouet illã, si id impedimentum cesset, id est, exequi qñ id cesset. V.g. quis morbo pressus, aut in alio periculo cõstitutus vouet religionem, si incolumis euaserit, eo animo quasi ineũdi contractus innominati cum Deo, faciam vt facias: hoc est, ingrediar religionem, si incolumitatem ex hoc periculo concesseris est votum verè conditionale. Quia nec voluntas fertur directè in religionem promissam, sed in incolumnitatem optata obtineri media illa voti oblatione. Nec consensus est statim perfectus, & absolutus, sed à futuro euentu pendens. Si vero animus vouentis sit omnino affectus ad religionem; at defectus salutis impediat, aut mors ex naufragio, aut morbo imminẽs, voueatq; religionẽ, si incolumis euaserit, ita vt eius sensus sit, qñ euaserit, est votum absolutum, & cõsensus est statim perfectus & absolutus, solaque executio differtur in id incolumnitatis tempus. Vt contingit in hoc voto, si pater obierit, ingrediar religionem; sensus enim est, quando pater obierit. Et cõstat apertè, quia si sensus esset conditionalis, cũ conditio illa sit necessario euẽtura, obligaret statim promissio, nec ex futuro euentu pẽderet. Vt optimè aduertit *Molina to. 2. de iustit. disput. 284. col. 3. vers. Illud obserua*, dicitq; esse promissionẽ in diem mortis Quod etiam docet *Glossa, §. Si quis ita stipuletur, verbo Cum morietur, instit. de verb. obl.* dicens esse promissionẽ in diem, cum morietur, & non conditionalẽ. Quod si dicas, posse quoq; accidere, volentem eũ quasi contractum innomminatũ inire cum Deo, si hoc mihi concesseris, ingrediar religionem, esse verè affectũ ad religionem; sed quia obstat id impedimentum, petit à Deo, vt id auferat, & init eum contractum. Respondeo ex modo promittendi non importari directũ affectum ad religionem, & per accidens eum cõtingere, sed ad id beneficium consequendum; atque ita vere suspenditur consensus religionis. Non enim est sensus, qñ hoc euenerit, ingrediar. In dubio autem, vbi nõ constat de alio vouentis animo, iudicanda sunt huiusmodi vota cõditionalia à cõiter accidentibus. Quod in plurimum per modum pacti ad id beneficium à Deo impetrandum emittantur. Per posteriorem autem partẽ differt votum merè conditionale à pœnali. Quippe vtrumq; in eo cõuenit, vt consensus sit imperfectus, & cõditionalis, pendensq; ab euentu conditionis, & vsque ad eum suspenditur. Differunt autem hæc vota, quod in pœnalis res promissa apponatur tãquam ingrata, & odiosa vouenti, ac pęna, vt eius timore arceatur, nec cõmittat, qđ vitare intendit, vel ne omittat, quod exequi desiderat. At in mere conditionali non ponitur, tanquam odiosa, & pœna, sed tanq̃ obsequiũ, quod eligit vouẽs Deo offerre, quo ipsum inducat ad id beneficium cõcedendum.

2 Conditio autem apposita in voto aliquando est affirmatiua quæ, nempe, adijcitur per affirmationem, & in faciendo consistit. Vt si Deus cõcesserit salutem, ingrediar religionem. Aliquando autem est negatiua, & cõsistit in non faciendo, vt si non vindictam sumpsero, si castitatem seruauero. Rursus conditio alia est pręteriti, aut præsentis temporis, quæ vere conditio non est, cum consensum non suspendat. Vt si pater meus modo viuit, vel heri vixit. Alia est de futuro, quæ propriè conditio est. Et hęc alia est necessaria, vt si cras sol orietur; alia est impossibilis, vt si cælum digito tetigeris. Alia est cõtingens, & hæc alia honesta, & alia turpis. Atque ex turpibus, quædam sunt contra voti substantiam; aliæ non contra voti substantiam. Quæ ex sequentibus magis constabunt.

3 Triplex ergo quæstio disputãda est. Prima est, quando votum sub cõditione affirmatiua emissum obliget. Secunda, quando obliget emissum sub conditione negatiua. Tertia, an votum conditionale obliget conditione non impleta ob vouentis culpam.

4 Quæstio prima. Quando obliget votũ sub conditione affirmatiua emissum? Prima conclusio sit. Quãdo conditio affirmatiua voto adiecta est honesta, & possibilis, & in præteritum, aut in præsens tempus confertur, non suspendit voti valorem, nec id conditionale reddit, sed conditio illa præsentis tẽporis ita in re cõtingit, & præteriti ita contigit, obligat statim votum; si aũt ita nõ accidat, aut non accidit, minime obligat votum deficiẽte conditione. Hanc tenet *Azor lib. 11. instit. moral. c. 13. q. 9. vers. Tertio*, & à nemine negatur. Atque latè eã probauimus in matrimonio, & in alijs contractibus, lib. 5. de matr. disp. 6. n. 1. Dum dicunt autẽ Doctores votum statim obligare, non intelligendi sunt, quasi illa dies sit præfixa executioni voti, sed tantùm volunt votum perinde ex tunc obligare, ac si esset votum absolutum. Vt de voto conditionali probauimus c. præc. n. 27.

5 Secunda conclusio. Si conditio est per naturã necessaria, etiam si sit temporis futuri, non suspendit voti valorem, sed est statim perfectè obligans. Vt voueo religionem, si sol cras orietur. Quia cùm ea conditio sit necessariò euentura, habetur statim pro impleta. Hãc in votis tenet *Azor eadem q. 9. vers. Item si turpis.* Et in matrimonio latissimè probauimus lib. 5. de matr. disp. 2. n. 2 contra paucos, quos ibi num. 1. retulimus. De tempore autem huius obligationis obseruandum est idem quod diximus nu. præced. in fine. De aliquibus tamen huius conclusionis limitationibus posset hic disputari. Sed latissimè de illis disputauimus in matrimonio, illa disp. 2. num. 3. & sequentibus. Quippe idem prorsus est dicendum de voto; nec placet eas repetere, quia nunquam vota sub his conditionibus emittuntur. Sed vna limitatio est addenda, nempe, vt intelligatur, quando nullum tempus adijcitur promissioni, sed soli conditioni, tunc enim statim perfectè obligat. Vt promitto castitatem, si sol ab hinc duobus annis oriatur, votum statim obligat, ac si illa cõditio necessaria non esset adiecta. At si tempus aliquod promissioni adijciatur, non obligabit votum vsq; ad id tempus. Vt promitto me ab hinc vno anno castitatem seruaturum, si sol orietur, non teneor illam ratione voti seruare, donec annus labatur. Non quia conditio illa consensum suspendat; non enim suspẽdit, sed statim est votum absolutum, & per-

fectũ; sed quia dies executioni præfinita est, & ita vsq; ad illam diem non obligat; sicut nec obligaret, ea conditione necessaria non adiecta. Et ita docet *Paulus l. In illa stipulatione 8. nu. 2. ff. de verb. obl.* Insuper, quãdo particula, si, æquiualet particulæ, quando, & ita non habet vim conditionis, non statim obligat votum, sed quãdo euentus ille contigerit. Vt, voueo religionẽ, si pater morietur, id est: quando pater morietur, non obligat votũ, donec moriatur pater. Quod secus esset, si sensus esset verè conditionalis, eo quod conditio est necessaria; & sic statim obligaret. Vt n. 1. aduertimus.

6 Tertia conclusio. Conditio contingens futuri temporis, & honesta, suspendit voti obligationem, idque verè conditionale reddit, non obligans, donec ea euenerit. Constat ex *c. Super eo. de condit. appos.* Et ratio est manifesta, quia est cõditionis natura, vt actus valore suspendat vsq; ad eũ euentũ, *l. Si ita stipulatus fuerò hanc summam, ff. de verb. obl. & l. regia 1. tit. 4. par. 4.* Et nullo iure reijciuntur à voto conditiones honestæ, & possibiles. Hanc conclusionem oẽs admittũt. Nec satis est partem conditionis impleri, sed tota conditio impleri debet, vt votum obliget. Vt si promisit quis religionẽ, si frater ex Asia sanus redierit, & redeat infirmus, non tenetur voto. Quia ea parte nõ impleta, est verũ dicere conditionẽ impletã nõ esse. Et conditionẽ integrè impleri oportet, nec in minimo deficere, etsi materia sit suapte natura diuidua. *Vt relato Decio* probat *Sarmiento lib. 1. selectarũ c. 1. n. 7.* Et ita tenet *Azor lib. 11. inst. moral. c. 7. q. 9.* Qualiter aũt statim impleta cõditione votũ cõditionale obligare intelligendum sit, diximus c. præced. n. 27. & 28.

7 Hæc tamen conclusio intelligenda est, si cõditio adijciatur in ipso vouendi actu, antequam is ex vouẽtis intẽtione impletus sit. Secus si ex quãtumuis paruo interuallo adijciatur. Vt si quis decreuit absolutã castitatem vouere, & dixit, voueo castitatem, habens eam absolutam intentionẽ, non potest postea ẽt ex internallo, quãtumuis modico, & imperceptibili conditionẽ adijcere. Quippe cum votũ illud semel absolute emissum, suam integram perfectionem cõsecutum sit, nec ab eo liceat recedere, nullam admitti conditionem. Atque ita probauimus in matrimonio, in quo est eadem ratio, ac in voto lib. 5. de matr. disp. 6. n. 3. Atque in religionis professione probauimus infra c. 27. nu. 93. Immò voto sub conditione aliqua semel emisso non potest postea addi grauamen aliqđ aut restrictio, quę addi nõ possent, si id votum purè emitteretur. Quia id votũ conditionale est iam in suo ordine perfectum, nec minus oritur ex illo obligatio & debitũ in spe, q̃ ex eodem pure emisso obligatio & debitũ in re. Atque ita loquentes de promissione, & donatione homini factis; docẽt *Syl. verbo Donatio 1. q. 15. n. 19. Molina* dicens neminem refragari, *to. 2. de iustit. disp. 28; col. 4. concl. 4.* Quid autem in dubio, an ex interuallo apposita sit, dicemus, n. 24.

8 Sed de conditione impossibili est difficultas. Vt si cœlum digito tetigero, voueo castitatem. *Philiarcus de officio sacerdotis tom. 1. q. 2. lib. 2. c. 21.* ait eam censeri non adiectam; & ita valere votũ. Probat, quia *c. fi. de condit. apposit.* id decernitur fauore matrimonij. At votum est fauorabilius. Item, quia id etiã in vltimis voluntatibus decernitur iure ciuili, *l. 1. §. Si quis ita, & l. Si quis ita institutus, ff. de condit. instit. & §. impossibilis. inst. de hered. instit. l. 3. tit. 4. p. 6.* Et ratio illorum textuum procedit ẽt in voto. Quippe ea est, ne in rebus tam serijs præsumat Ecclesia aliquid iocose; & non seriò actum. At nil serius est voto, in quo cũ Deo agitur. Alij dicunt in foro externo eam conditionem pro non adiecta haberi, & ita iudicari votum validum, secus autem in foro interno. Ita docet *Azor lib. 11. instit. moral. capit. 15 q. 9. vers. Tertio.* Et quamuis Doctores hi non distinguant, an sit conditio impossibilis de præsenti, aut præterito, aut futuro, at cum indistinctè loquantur, censentur de omnibus his intelligere, eò vel maximè, quod iuxta probabiliorem sententiam oẽs illæ censeantur nõ adiectę in matrimonio. Vt probauimus lib. 5. de matr. disp. 3. n. 2. Sed neutra sententia placet. Nõ prior, quia cum id in solo matrimonio, & vltimis voluntatibus decisum iure humano sit, & eo secluso non haberetur pro non adiecta, sed omnino irritam redderet dispositionem; non habet locum ea decisio in alijs omnibus dispositionibus, in quibus id iure humano non reperitur sancitum. Vt optime docet *Molina to. 1. de iustit. disp. 206. col. 4. concl. 1. fin.* At in voto nullibi habetur conditiones impossibiles reijci. Nec fauor matrimonij, ob quem id in illo sancitũ est, militat in voto. Quippe is fauor est, quod iura statuant in dubio præsumendum in matrimonij fauorem, nec periculum sit separandi legitimè coniugatos, & transeundi ad alias nuptias. Vt probauimus lib. 5. de matr. disp. 3. n. 15. Quod periculum non est in voto; immò in dubio an id emissum sit, præsumitur in libertatis fauorem. Prætereà, quia vt habeantur pro non adiectis illæ conditiones in matrimonio, & ita præsumatur consensus absolutus, oportet contrahentes scire constitutionẽ Ecclesiasticam decernẽtem eas reijci. (Vt probauimus eodem lib. 1. disp. 4. n. 11. & 12.) Cùm ergo nulla sit cõstitutio id decernens in votis, non potest ea sciri, vt sic reputentur non adiectę. Nec ẽt posterior sententia placet. Quia cum nullus sit textus eas conditiones pro non adiectis habens, in neutro foro censendæ sunt nõ adiectæ. Insuper, quia si haberentur ac non adiectę in foro externo, idem esset dicendum in foro interno, quoties non constaret contraria vouentis intentio. (Vt in matrimonio probauimus ea. disp. 2. nu. 20. Atque ideo dicendum est, eas conditiones impossibiles non haberi pro non adiectis, sed irritum omnino reddere votũ. Et ratio est, quia promittens aliquid sub conditione, non vult obligari, nisi ea existenti. Ergo quando conditio nequit existere, non manebit obligatus. Et ita sustinent *Ricardus 4. d. 38. art. 1. q. 1. ad 2. & ibi Palud. q. 3. artic. 2. concl. 1. num. 13. Supplementum Gabrielis ibi. q. 1. artic. 3. concl. 2. fin. Palacios ibi. disp. 1. concl. 3. fol. 837. Abulensis cap. 30. Numeror. q. 92.* Et intelligendi sunt de omnibus conditionibus impossibilibus siue præsentis, siue præteriti, siue futuri temporis. Cùm non distinguant, & ratio tradita militet in omnibus. Et à fortiori hoc esset verum, si vouens reputaret eam conditionem possibilem; maiori enim ratione votum tunc esset irritum. Quia etiã in matrimonio non reputatur ac non adiecta conditio impossibilis reputata a contrahentibus possibilis, sed illud omnino irritum reddit. Vt probauimus, lib. 5. de matr. disp. 3. n. 8.

9 Hinc aliquis deducere posset votum, cuius executio pendet à Pontificis licentia, esse irritum. Vt si quis voueat peregrinari Hierosolymã. Non est .n. ei integrum exequi id votum absq; Pontificis licentia; aliàs excommunicationem Põtifici reseruatam incurrere. Vt referunt *D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 30. fine, & alij, quos refert Suarez. 5. to. in 3. p. disp. 22. sectione 6. nu. 9.* Qui bene dicit solos peregrinantes illuc causa deuotionis, ea cẽsura ligari; secus de euẽtibus causa negotiãdi, etsi posteà ex deuotione loca sancta inuiserent. Quia de prioribus sunt expressè verba illius censuræ. Possentque duci ad existimandũ id votum esse irritum, qui id sentirent, eo quod conditio à principis volũtate pendens reputatur impossibilis, & sic habebitur, ac si cõditio impossibilis adiecta esset. Cuius sententiæ authores in matrimonio inito inter consanguineos sub ea cõditione, retulimus lib. 5. de matrim. disp. 5. n. 5. Sed id fundamentum reprobauimus ibi. nu. 18. Et ideo dicendum est cũ *Suarez. ea. sectione 6. nu. 10.* votum eius peregrinationis conficiendæ non impetrata Pontificis licentia, esse irritũ, vtpote quod de re illicita est. At votũ simpliciter emissũ eius peregrinationis esse validum. Quod licitè seruari queat Pontificia licentia impetrata, ad quam petẽdam votũ obligat. Et cõfirmatur, qa tm̃ abest, vt id votum sit irritum, vt potius sit Pontifici reseruatum. Tandem, quia ex cõmuni sententia dicemus infra tractante de

votorum

votorũ irritatione, votũ religionis ab Episcopo emissum valere; cũ tñ ad implendũ indigeat Papæ licentia.

10 Rursus de cõditione turpi est eadẽ difficultas. Quia reijcitur quoque a matrimonio, & cãsetur cõtractus purus, *c. finali de condit. appos.* At dicendum est, eã quoque irritum reddere votum, qñ est cõtra eius substantiã: sicut in matrimonio decernitur *eod. c. finali.* Vt si qs voueat ea conditione, vt nullatenus voto teneatur, vel vt illud nõ reddat. Quod repugnet cum ea conditione substantiam voti consistere. Et ita docent *Syluest. verbo Religio 3. q. 3. Azor lib. 11. instit. moral. c. 13. q. 9. vers. Porro sciendum est.* Atque in religionis professione probabimus idem c. 27. n. 52. Et nil refert, cuius temporis sit conditio. Quia eadem ratio militat.

11 Quando aũt conditio turpis non est contra voti substãtiã, si ea sit de præterito, aut præsenti, vt si heri furtũ est admisũ, vel modò admittitur, manifestũ est nõ reddi irritũ votũ, sed ea subsistẽti obligare, secus si nõ subsistat. Quia nemo inde ad peccãdũ incitatur, nec intẽdi põt per illud cõparare aliquod malũ à Deo. Atq; ità bene docet *Azor ea. q. 9. vers. 3.* At quãdo conditio illa turpis est de futuro, vt si quis voueat religionẽ, si fornicatus fuerit, non in sensu pœnali, sed in sensu verè cõditionali, an valeat votum; diximus hoc lib. 4. c. 6. n. 17.

12 An vero irritet votũ conditio pendens omnino à vouẽtis voluntate, quæ põt ab aliquo bono retrahere. Vt si quam religionem ingrediar, voueo Carthusiã; diximus hoc lib. 4. c. 8. à n. 44. Et an sint cõditionalia vota, & qualiter intelligẽda, si Deus aliud nõ disposuerit, vel nõ fuerit aliquid sibi gratius, vel si possũ, vel voueo fore, vt nullus me impediat; diximus c. 16. à n. 2. vsq; ad 7.

13 Qualiter autem debeat verificari hæc cõditio, voueo religionẽ, si patri meo modò placet, vel si placuerit, siue hoc verbũ, Placuerit, sit de præterito, siue sit de futuro subiunctiui; sic distinguendum est. Si cõditio sit de præsẽti, si modo placet patri, vel sit de preterito, si patri placuerit, valet uotũ statim ea impleta; quãuis uouens eam impletã esse ignoret; & quãuis crederet patri displicere, aut displicuisse, si re uera placet, aut placuit, & sic impletur cõditio; & habet uerum uouendi animũ; si ita se habet cõditio. Sicut in sponsalibus, & in matrimonio hoc probauimus lib. 5. de matr. disp. 7. n. 2. & 3. Immò sans est uirtute patri placuisse. Quia cogitauerat de eo ingressu, & ei placuerat; vel quamuis nõ cogitauerat, si posteà interrogatus approbaret, illa approbatio est interpres volũtatis virtualis præteritæ, aut saltẽ declarat minimè displicuisse. Quia sensus est, quãdo est de præterito, si pater non fuerit dissentiens, & sciens gratum haberet; & si est de præsenti, si non displicet, & sciẽs gratum haberet. Vt in matrimonio probauimus lib. 5. de matr. disp. 7. n. 4. At si tunc non placeat, & cõditio est de presenti, quamuis posteà placeat iã defecit conditio, & votum non obligat. Sicut in matrimonio probauimus ea. disp. 7. n. 5. Si autẽ est conditio de preterito, & aliquando tẽpore præterito placuit; & displicuit, standum est posteriori voluntate; & si ea fuit cõplacentiæ, valet votũ; secus si fuit displicentiæ. Vt probauimus in matrimonio, ea. disp. 7. n. 5. Quod si pater cõscius taceat; nec explicet tunc cõsensum, nec dissensum, uel erat defunctus, dicemus nu. sequenti.

14 Quòd si illa cõditio, si patri placuerit, sit de futuro (ut in dubio, an intẽtio uouentis fuerit de præterito, an de futuro, præsumendũ esse probauimus ea. disp. 7. n. 1.) si pater certior factus, primò dissẽtiat, & posteà cõsentiat non obligat votũ. Quia statim ac dissẽsit, defecit conditio. Vt cõtra alios relatos ea disp. 7. n. 8. defendimus ibi. nu. 9. & 10. in contractu m̃rimonij. Atq; in proprijs terminis voti sustinet *Azor lib. 11. inst. moral. c. 15. q. 9. vers. Præterea conditio.* Quòd si pater conscius taceat nõ explicans cõsensum, nec dissensum, & neutrius sufficientes cõiecturę sint, sed res manet anceps, probabilius est, censeri impleta conditione, siue sit de præsenti, siue de præterito, siue de futuro, & valere votum. Quia ea conditio eò tendit à filio posita, ne pater cõtradiceret, aut ægrè ferret. At ea taciturnitas satis declarat, nec eum contradicere, nec ægre ferre. Secus autem esset, si conditio foret, si pater dicat se cõsentire. Sicut hæc defendimus in matrimonio, ea. disp. 7. n. 12. & duplici sequenti, cõtra alios, qui satis probabiliter tenent oppositum, quos retulimus ibi. nu. 11. Si autem pater primò consentiat, obligat statim votum in tanquam conditione stante, & ita non proderit dissensus eius posteà subsequens. Quod si pater tẽpore voti, siue id vouens sciret, siue ignoraret; quatuor in matrimonio retuli sententias ea. disp. 7. à n. 15. vsque in finem Sed in voto sic dicẽdũ est. Siue vouens esset tunc mortis conscius, siue ignarus, votum est irritũ; siue conditio sit de futuro, siue de præsenti. Quia est cõditio impossibilis, ac proinde irritum reddit votũ, iuxta dicta n. 8. Quia in neutro euẽtu potest cõditio subsistere. Si vero fuit cõditio de præterito, potuit euenire, vt ante mortẽ habuerit complacentiam, & cùm mortis cõscius eam petat, clarè intellexit de complacentia expressa. Quia iam nõ timebant illi displicere; & ideo si de ea præterita patris cõplacẽtia certior fieri nequit, minimè obligabitur voto. Quia nescit cõditionem existere. Quare similiter si pater obeat post votum, antequã eius cõscius possit assensum præstare, vel dissensum significare, credo nõ obligare votũ. Quia non posita est conditio. Vt bene docet *Azor proxime allegatus*; & constabit ex dicendis nu. sequenti. Sed hoc intelligo iuxta dicenda n. 16. nisi animus vouentis esset non cõtristari patrem, eo quod timeret illum ęgrè laturũ. Tunc. n. eo mortuo ante consensum, vel dissensum, teneretur voto; propter regulam ibi tradendam. Quando autem est conditio negatiua, si pater nõ contradixerit, dicemus nu. 34. Et de conditione, si quis cõsuluerit, vel voluerit, & an liceat petere, vt nolit, dicemus à n. 54. Quod si filius, qui posuit cõditionẽ de præterito, si patri placuit, ignorabat mortem patris, dicendum est idem prorsus, quod proxime diximus, quãdo pater obit post votum, illius ignarus, vt consensum, vel dissensum præstet, non. n. valebit votum; nisi intentio vouentis fuerit eõ efficere molestia patrem. Quã intẽtionẽ credo à cõmunitet accidentibus in dubio præsumendam. Id enim cõmuniter intendunt filij eã conditionẽ ponentes. Et ideo in hoc dubio obligabit votum.

15 Hinc deducitur, votum ingrediendi religionem ad alicuius requisitionem, si sensus sit conditionalis, sit ille me requisierit, & ille ante requisitionẽ obeat, nõ obligare. Quia deficit conditio. Et hoc consonat dictis nu. præced. Et tenent *Palud. 4. d. 38. q. 1. art. 1. num. 14. concl. 2. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. initio notabili 5. Syluest. verbo Votum 2. q. 5.* Quãdo autem sensus non est conditionalis, vel si votum sit, quandocumque me ille requisierit: dicunt *Palud. & D. Ant. ibid.* videri promissionem in diem, & illo mortuo obligare. Quia iã requisitio expectari nequit. At melius *Sylu.* ait ex cõiecturis deprehẽdendã esse vouentis intentionẽ. Quia forte intendebat ingredi ingrediente socio, & non aliter: vel intendebat prominere amico receptuto p̃missionem, & nõ Deo: & sic nõ tenebitur voto. Quod si de hac intentione dubium sit, vel an sensus fuerit conditionalis, iudicandum credo in libertatis fauorẽ. Cum enim voluntas nõ absolute se ligarit, sed altero requirẽte, nec posita sit requisitio, potius libertatem suã possidet, quam votum; donec constet intentionem suã fuisse uouere absolutè, & solum petitam esse requisitionem alterius ad determinãdum ingressus tempus. Tunc enim cum iam requirere nequeat, obligabit votũ religionis, ac si ea requisitio petita non esset. In quo casu bene dixerunt *Palud. & D. Antoninus.*

16 Quòd si conditio sit, voueo religionem, si voluero, votum est nullum. Quod ad nil astringat vouentẽ, sed liberam ei volendi, aut nolendi libertatẽ relinquat; & ita ad nil obligat. Secus si conditio esset de arbitrio cõformi prudentiæ, vt si arbitratus fuero, aut iudicauero mihi

ro mihi expedire; tenebitur enim id sequi, si re secum perpensa indicarit sibi expedire. Quia non aliud consilium petere vouit.

17 Si autem votum sit aliquid efficiẽdi, donec talis persona velit, vel veniat, vel aliquid faciat, & illa moriatur antea, vel in furorem incidat, qualiter obliget, diximus lib. præcedenti, c.18.n.13.& 15.

18 Sed quid, si conditio sit per aliũ implenda, an sufficiat illũ offerre? Vt si quis voueat aliquid, si Petrus det Paulo cẽtũ, & Petrus ea offert, Paulus autẽ accipere renuit. *Azor lib.11. instit. moral.c.15.q.5. versic Præterea conditio*, affirmat votum obligare; & addit sufficere illa centum deponi, si Paulus absit. At non caret hoc difficultate. Quia id speciale est in legatis iuxta cõmunio-rem opinionem, vt cõditio a duorum voluntate pendens censeatur impleta, quando per debẽtem nõ stat. Quare in contractibus non tenebit obligatio. Vt ex multis probauimus lib.1.de matrimon.disp.33.nu.11. Quare potius placet votum id non obligare, tanquam deficiente cõditione. Quia votum assimilatur promissionibus humanis, a quibus in solo promissionis obiecto, cui fit, differt, quæ contractus sunt, & ideo potius assimilatur contractibus. Idque constat ex dictis nu.8. vbi probauimus conditiones impossibiles reijci ab vltimis voluntatibus, non tamen a voto.

19 Quarta conclusio. Quando votũ emittitur sub pluribus conditionibus, si mens vouentis sit se obligare dependẽter ab omnibus illis, deficienti quacũque deficit obligatio voti: si verò mens sit obligare se depẽdenter diuisiue, ita vt euentu cuiuscumque ex illis maneat obligatus, obligabit votum vna eueniente, etsi ceteræ deficiant. Quia tota voti obligatio ex vouentis voluntate consurgit. Et ita docent *D. Antoninus 2.p.10.11.c.1.§.4. ad finem Sylvest. verbo Votum 1.q.2. fine. Tabiena verbo Votum 2.fi.e.* Quod si dubium sit, vtro horum modorum intenderit se obligare. *D. Antoninus* ait tutius esse censeri illum obligatum quacumque conditione ex illis eueniente. At *Sylvest.* dicit non tantum hoc esse tutius, sed & esse necessarium. Et probat ex *c. Verum, de condit. apposit. & ex c. Non solum 32.q.5.* Et idem videtur sentire *Tabiena*, ait enim in hoc dubio tenendum esse, quod securum est. At neuter textus quicquam probat, nec verbum ad hoc conferens dicit. Et ideo dicẽdum est, in hoc dubio votum non obligare, sed oportere omnium illarum conditionum euentum adesse. Quia cum sub pluribus cõditionibus emissum sit, possessio stat pro voluntatis libertate, dum eæ omnes non implentur; sicut quando sub vna emittitur, dum illa non impletur.

20 Hinc deducitur optime absolute dixisse *Azor lib.11. instit. moralium c.15.q.9. versic. Postremo conditio*, quando plures conditiones coniunctim apponuntur, oẽs debere impleri, vt votum consistat; vt voueo religionem, si pater, & frater ex Asia venerint; si autem disiũctim, satis esse alterutram impleri; vt si pater, vel frater ex Asia venerint. Quia vbi non constat de alia vouẽtis intentione, standum est proprio verborum intellectu, qui est, vt oratio copulatiua petat vtriusque partis veritatem: disiunctiua verò alterius. Quod si vouens non meminit verborum, sed dubitat vtro modo fuerint, credo potius præsumi, copulatiue dicta, ne obliget votum ante omnium illarũ conditionum euentum. Quia cum constet plures conditiones appositas, & natura conditionalis obligationis sit petere conditiones integre impleri; possessio est pro libertate, dum non cõstat eas disiunctiue appositas.

21 Secundò deducitur, quãdo votum sub pluribus conditionibus non emittitur disiunctiue, si quæcũque illarum sit impossibilis, corruere votum; nisi aperte constet intentionem vouẽtis fuisse, sed disiunctiue obligare, quacumque ex illis eueniẽti. Si autem verba fuerint distinctiua, obligabit votum eueniẽte conditione possibili: nisi cõstet intentionem vouentis non fuisse verbis voti cõformem: sed obligare se voluisse dependenter ab omnibus illis. Et idem est dicendum, si altera sit necessaria. Nã si copulatiue, expectandum erit, donec contingens impleatur. Si autẽ disiunctiue, obligat statim. Quia cum votũ ex alterutra sola conditione pendeat, & necessaria reputetur, ac si iam euenerit (vt diximus n.5.) statim obligabit votũ. Ratio autem est, cur quando copulatiue non obligat votum existente altera conditione impossibili, secus quando disiunctiue. Quia in priori euentu exigitur vtriusque conditionis euẽtus, & cũ impossibilis euenire nequeat, corruet votum, iuxta dicta nu.8. In posteriori autem, solius alterius euẽtus desideratur: & ideo altera possibili eueniẽte obligabit. Nec in dubio est intentio verbis dissona præsumenda. Quando autẽ dubiũ est vtro modo fuerint verba, dicendum est non obligare votum. Quia (vt probaui n. præcedenti, fine) est opus in hoc dubio omnes impleri; atque impossibilis impleri nequit.

22 Tertiò deducitur, si altera cõditio sit mala, vel indifferens, & non intendatur obtineri a Deo, sed per modum solius conditionis apponatur, valere votum, etsi vtraque cõditio copulatiue ponatur, obligare vtraque eueniente, & nõ aliter. Quia conditio mala, vel indifferens nõ irritum reddit votum in hoc casu. Vt probauimus hoc lib.4. c.6.n.17. Vbi & diximus, quid censendum in dubio, an hoc modo apponatur conditio turpis. Si vero cõditio mala, vel indifferẽs intendatur obtineri a Deo, distinguendũ est, sicut de voto impossibili distinximus nu. præcedenti. Quia hæc conditiones æque irritum reddunt votum hoc modo appositæ, ac impossibiles. Et ideo si copulatiue apponatur ea conditio mala, vel indifferens cum alia bona, corruet votum. Si verò disiunctiue, est validum; & obligabit solũ quatenus pendet a conditione bona, & illa eueniente, & non aliter. Quod si vouens non meminerit verborum, sed dubius est vtro modo fuerint, non obligabit votum. Sicut num. præcedenti in fine diximus, quando altera est impossibilis.

23 Quinta cõclusio. Si cõditio euenerat tempore voti, & hoc vouens ignorabat: vt si quis promittat Deo centum, si nauis venerit ex Asia intra tres dies, & iam venerat vouente ignaro: sic distinguendum est. Si finis fuit ad impetrandum aduentum nauis a Deo, nõ obligat votum. Quia fuit error circa causam finalem, quẽ irritare votum probauimus hoc lib.4. c.2.n.42. Si autem id non assequi intendebat, sed tantum præsupponere eam conditionem, sicut quamuis aliam, obligat votum. Quia virtute est sensus, quomodocunque verificetur, vt intra dies iam venerit nauis: & iam verificatur, quando tunc temporis venerat; & magis censendum est, factũ præuenisse voluntatem vouentis, quam defecisse conditionem. Sicut in testamentis cẽsetur ea conditio subsistere, & hic valere legatum, quãdo ignoranti est testatore ea testamentum impleta erat: nec oportet eam iterũ impleri, etsi iterari valeat. Prout ex multis textibus probãt *Ant. Gom. 1. variar. c.12.n.61. & 68. Sarmento lib.2. selectarum c.1.nu.8.9.& 10. Molina to.1. de iust. disp.206 col.6. vers. Conditiones casuales.* Si autem in hoc posteriori casu vouens norat conditionem impletam, censetur velle, vt iterum impleatur, si iterari possit. Atque ita votũ non obligabit, donec conditio iterum impleatur. Sicut in legatis probant prædicti authores. Nec enim præsumitur frustra conditio adiecta. Quod si iterari cõditionẽ sit impossibile, quãquam in legatis haberetur pro nõ adiecta, instar quarumcumq; conditionum impossibilium: at in voto nõ reijcietur, sed illud irritum reddet, iuxta dicta num.8.

24 Quod si dubium sit, vtro horum modorum apposita sit cõditio illa, id spectandum est ex vouentis motiuo. Si id fuit, eo quod aduentu nauis commodus sibi sit exequi votum, est signum aperte indicans esse posteriori modo appositam conditionem. Atque ita ad eius obligationem dijudicãdam vtendum est distinctione

tradita

tradita nu. præced. Si verò id fuit desiderium aduentus nauis, est signum conditionis appositæ priori modo & ita non obligabit votum. At si omnib pensatis res maneat anceps, sic in hoc dubio iudicarem. Si vouentis interer at eam conditionē impleri, præsumatur priori mó apposita ex communiter contingentibus. Quippe optantes aliquid euenire, quod sua interest; vel euentum expectantes, vota Deo nuncupare solent, qua eú ad felicem illius euentum inducant. Si verò vouentis nó intereat, existimarem eã posteriori modo appositã. Quia cum sua non intersit, non est, cur præsumatur votum Deo oblatum ad id comparandum. Nec eiusmodi vota communiter offerri solent. Et ita potius præsumetur cōditio posteriori modo adiecta. Si autem dubium sit, an vouens scierit, an ignorarit eius conditionis euentum, potius est præsuméda ignorantia. Quia nunquam à scientibus euentum solent eæ conditiones apponi. Et quia scientia est quid facti, & ideo nó præsumitur. Tandem, quando constat conditionem aliquam adiectam esse, & dubitatur, an in ipso actu vouendi, & sic valeat, an potius ex interuallo, & sic non potuerit adijci, nec valeat, iuxta dicta numero septimo. Crederé præsumi in ipso vouendi actu appositam & sic cōditionem, aut quamuis aliam restrictionem valere. Ducor, tum quia communiter in ipso vouendi actu solent apponi cōditiones, & restrictiones, quas cōstat appositas esse; & rarò post apponuntur. Cum enim tunc fiat actus, præsumitur factus cum omnibus circumstantijs quas cōstat adiectas esse, ne præsumatur imperfectè iuxta vouentis intentionem factus, & post restrictus. Tum etiam, quia tunc constat de voto conditionali, ac restricto, & ita in dubio, an conditio illa, & restrictio sint legitimè, & in ipso actu apposita, nó possidet voti absoluta, & sine restrictione illa obligatio, sed potius voluntas possidet libertatem, vt non aliter, nisi cum illa conditione, & obstrictione obligetur. Quòd si non cōstare conditionem, & restrictionem adiecta esse, sed id dubium esset, possideret absoluta voti obligatio absque cōdictione illa, & restrictione, & ita absolutè obligaret. Quia votum est certum, & causa excusans, & restringens est dubia.

25 Sed difficultas specialis est, an satis sit conditionem non in propria forma, sed in æquipollēti impleri, vt votum conditionale obliget. Et videtur id non satis esse. Quia conditio in specifica forma, & in significatione propria impleri debet, *l. qui heredi, in princ. et l. Mænius ff. de condit. & demonstrat.* vtpote quæ formam inducit, *l. prætor, & l. non vnquā, ff. de collat. bonorum.* Secundò, quia ad voti obligationem non satis est fore, vt si voués aduerteret, se ad id obligaret. Tertiò, quia vbi executioni voti tempus præfinitur, quamuis cesset antea impedimentum, ob quod id tempus destinatum est, non obligat votum. At quoties particula, si, æquiualet particulę, quando, importat destinationem temporis obligationis voti. Ergo quamuis antea cesset impedimentum, & æquipollenter impleatur, quod vouens intendebat per illam restrictionem, non obligabit votum.

26 Ceterùm dicendum est, quoties conditione æquipollenter adimpleta, idem prorsus effectus à vouēte intentus subsequitur, satis esse eam æquipollenter impleri, vt votum obliget; secus quando non sequitur idem effectus. Vt si quis voueat religionem, si soror, vel quando soror matrimonio collocata fuerit, ductus ne eã præsidio destitutam deserat cum corporis, & animæ periculo, censebitur ea cōditio impleta, si soror obierit, aut in religione professa fuerit; vel iam sit cum alijs fratribus diuitibus, ita vt vouentis præsidio non indigeat. Similiter quis vouet religionem, si pater obierit, vel quando obierit, ductus solum, eo quòd pater esset pauper, eiusque ope indigeret; tenetur voto, patre ad eum statum deueniēti, vt nullatenus eius præsidio indigeat. At si finis fuit, causa non afficiendi eum tristitia, non censebitur tunc impleta cōditio. Similiter vouet quis eleemosynam, si ex certa negatione lucrum habeat, vt vel sic inducat Deum ad lucrum ex illa concedendū; nó censetur impleta conditio, si aliunde id lucrum comparet. Secus si ex sola eleemosynæ intentione votum esset, & ea conditio adijceretur gratia solius commoditatis ad eam erogandam. Ratio autem est. Quia censetur conditio impleta iuxta virtualē vouentis intentionē manifestè deductam ex eius fine. Sensus enim illius conditionis iuxta vouentis intentionem est, si necessitas parentis, aut sororis non me detinuerit, aut si lucrū sufficiens ad erogandum commodè eleemosynã cōparauero. Vnde non innititur hoc voluntati, quam vouens creditur habiturus, si tempore voti cogitasset; id enim non sufficit voti obligationi; sed innititur virtuali voluntati ex fine collectæ. Quod aperte colligitur ex doctrina, q̃ multis citatis, varijsque textibus probãtes, tradunt *Sarmiento l. 2. selectarum capite 1. numero 12. & 13. Menochius de præsumptionibus, libro 4. præsumptione 185. & nu. 6. & sequentibus.* vbi docent quoties conditio iuris ordine, vel natura ipsa ordinatur ad dispositionem, & est præambulum necessarium ad ipsam posse impleri per æquipollens, atque sufficere, vt impleta censeatur quocunque modo sit dispositioni illi via expedita; secus quando conditio est omnino volũtaria, nec p̃ambula ad dispositionem. Tūc enim debet impleri in forma specifica. Et de his posterioribus conditionibus ait *Sarmiento* intelligi adducta numero præcedenti in prima ratione. Et ratio discriminis est. Quia conditiones posterioris generis seipsas respiciunt & factum ipsum, nec alijs subministrant; & ideo oportet, vt facto ipso, & in seipsis impleantur. At conditiones prioris generis non respiciunt seipsas, nec factum ipsum, sed finem, & effectum. Ergo non oportet eas in seipsis impleri, sed satis erit æquipollenter, ita vt idem effectus obtineatur. Atque est accommodatissimum exemplum ex *l. seruis. C. de legatis, & l. fideicommissa §. si cui ita, ff. de legatis 3.* vbi si fideicommissum seruo legatum sit, si ex testamēto libertatem acquisierit, & filiofamilias, si morte patris effectus fuerit sui iuris, deciditur deberi tanquam conditione impleta, quouis modo seruus liber, & filiusfamilias sui iuris fiat. Quia ea conditio eo tantùm pertinuit, vt seruus, & filius, fideicommissi capaces essent; ad quod libertas, & exemptio à patria potestate, quouis modo acquisita sufficiunt. Sed dices hãc doctrinam non esse ad rem. Quòd sit de conditione ex natura ipsa, vel iuris ordine requisita ad dispositionis valorem. Quod in exemplis voti adhibitis nó contingit. Sed dico esse valde ad rem. Quia vouens non ex mera voluntate, & tanquam nil conferens ad voti executionē, respexit conditiones illas, sed tanquam dispositiones ad facilius cōmodiusque exequendum; atque ita non spectauit cōditiones ipsas in se, sed in ordine ad effectum, per eas intentum. Quæ est ratio prædictæ doctrinæ, vt tunc sufficiat eas æquipollenter impleri. Et ita Albericū allegans concludit *Sarmiento eo. numero 13.* vbi propter determinatum effectum dispositio inducitur, nó modum, sed effectū attendi. Quare de omnibus conditionibus eam doctrinam tradunt alij, quos referūt, & sequuntur *Couar. quæst. practicis cap. 39. num. 3. versic. ex parte verò. Menochius eodem lib. 4. præsumptione 65. numero 15. & 16. & præsumptione 185. numero 26. & consil. 131. numero 15. volum. 2. Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. num* 8. vbi dicunt ex tacita testatoris, & contrahentium voluntate, satis esse conditionem, æquipollenter, & simili modo adimpleri, ita vt idē sequatur effectus. Nec obstant rationes contrariæ adductæ numero præcedenti. Quia ad primam, & secūdam constat ex dictis. Ad tertiam dic, quando præfinitur tps certum, & determinatum, id esse verum: secus quando incertum, ac pendens ex futuro euentu, apponitur q; tanquam præambulum, & dispositio ad melius exequendum votum.

27 Quod si dubium sit, an æquipollenter impleta sit conditio, ita vt idem omnino sequatur effectus à vouente

inten-

nis ff. de condition. & demonstrat. At in contractib. id nõ habet locum, sed suspenditur obligatio vsque ad mortem. Vt optimè multis alijs citatis tradunt *Acosta li. 2. select. c. 5. n. 4. & l. Cum tale, §. Si arbitratu, ampliatione 2. n. 5. ff. De condi. & demonst. Padilla l. Siue apud acta, n. 15. C. de transact. Molina li. 2. de primog. c. 12. n. 26. alter Molina to. 2. de iustit. disp. 208. col. 5. vers. Quando stipulatio.* Idque constat ex *§. Si quis ita stipuletur, instit. de verb. obl.* ibi: *Si quis ita stipuletur. si in capitolium non ascendero, dare spondes: perinde erit, ac si stipulatus esset, cũ morietur, sibi dari.* At obligationem, voti non vltimis voluntatibus, sed cõtractibus assimilari, constat ex dictis nu. 18.

33 Hac in re *Azor li. 11. inst. mora. c. 15. q. 9. vers. Praeterea conditio*, ait quamuis leges in mitiorem partem interpretẽtur ꝓmissiones inter homines cõtractas; at in votis spectandã esse vouentis intentionem, & cum res est dubia, eligendam esse partẽ tutiorẽ. At hæc regula non placet, quãtum ad eligendã partem tutiorem in dubio. Quia nõ video rationem discriminis inter promissionem hominũ, & Deo factã, quantum ad hoc. Cũ vtraque ex promittentis intentione pendeat, & vbi ea non cõstat, attendenda sint verborum proprietas, & rigor, & semper interpretanda sit in mitiorem partẽ, vt quã minimũ verba patiuntur, obliget, vt probauimus c. 11. n. 2. & 3. & 29. Atque si in votis esset necessariò sequendum tutius, ob periculum peccari in eius trãsgressione vitandũ; idem quoque dicendum esset in promissione humana, in qua idem est periculum.

34 Et ideo sic dicendum existimo. Prius omnino inuestiganda est vouentis intentio ex aliquibus cõiecturis, eiusq; fine, & occasione vouendi. Quippe sæpissime ex his deducetur pro quo tempore se voluerit obligare, & rarissime contrariũ eueniet. Verbi gratia, fama est, aut timetur Turcas obsessuros castellum; si quis occasione hac ductus vouerat aliquid sub hac cõditione, si Turcę illud nõ obsederint: manifesta intentionis coniectura esset, id votum accipiendum esse de illa proxima obsidione, quæ timebatur. Et ideo obligabit id votum cũ certum fuerit ea vice non obsidendum id castellum à Turcis. Similiter tractabatur inter duos de Hierosolymitana peregrinatione, alter vouit se illuc peregrinaturum altero non peregrinante, tenebitur voto statim ac compertũ fuerit alterum peregrinari non posse, aut nolle. Et ita docet *Azor n. præcedenti allegatus.* Similiter quis tentationibus vindictæ sumẽdæ de iniuria sibi illata oppressus, aut turpi alicuius mulieris amore captus, vouit aliquid si victor eius tẽtationes euaserit, manifesta intentio colligitur se obligandi, quando ita occasio vindictæ, aut turpis cõgressus cũ illa fęmina præterierit, vt non sentiat in se peculiarem ad id peccatum propẽsionem, & se quasi ita dominũ tentationis illius sentiat, vt id morale lapsus periculum cessarit. Deficiet autem cõditio vnico lapsu, vt iam votum non obliget, Quia non victor, sed victus ille euasit. Et eodem modo iudicandũ est tempus, quando quis, eo qđ se ad luxuriã propensum videret, promitteret aliquid, si Deus ab eo peccato illũ præseruaret. Quippe ex vouendi occasione colligitur ad id tempus se voluisse obligare, quo ita absq; lapsu præseruaretur, vt iam tentationis illius quasi dominium arbitrio prudẽtiam in se sentiat. Eodem pacto vouit quis religionem, si pater nõ cõtradixerit, nolens ipsũ molestia afficere, manifesta eius intẽtio est nõ expectare parentis mortem, vt plenę dicatur cõditio impleta, sed tenebitur significare suã ingressus religionis voluntatẽ patri nec tenebitur explicare votũ, ad id enim non se obligauit; & si ille non cõtradixerit, vel iã mortuus erat, vel ante cõtradictionem obeat, tenebitur voto, tanquã cõditione impleta, secus si contradicat. Sicut dicemus infra tractantes de votorũ irritatione, de votis religiosorum, de re ipsis permissa, quę habent tacitã in se conditionẽ, nisi superior contradixerit, nõ teneri religiosum manifestare votũ superiori contradicenti. Censebitur autẽ pater non cõtradicere, quãdo aut manifeste consẽn[...] [...]at cõscius tacet. Quia illud est nõ contradicere. Quod si prius contradicat, & postea consentiat, credo nõ obligare votum. Quia statim ac cõtradixit, cessauit con[ditio]. Si vero prius consentiat, & ante ingressum in nouitiatum contradicat, credo votum nõ obligare. Quia dictat inter conditionem affirmatiuam, si pater cõsenserit, & negatiuam, si pater non contradixerit. Quod illa cum non sit vniuersalis, primo consensu verificetur. Et ideo n. 14. dixi nil referre dissensum postea subsecutum. Hæc autem cum sit negatiua, & subinde vniuersalis, eo quod hæc est cõditio negationis, vt quidquid post se inuenit destruat, & eius oppositum ponat censetur durare, nec perfecte impleri, nisi pater non contradixerit, re manẽte in eodem statu. Quia etiam semper durat cauere eandem paternam tristitiam. At post ingressum in nouitiatum, cum res iam sit integra, nil proderit paterna contradictio, vt censeatur conditio deficere. Quia prudentia dictat eam cõtradictionem vsque ad ingressum in nouitiatum accipiendam esse.

35 At quãdo omnibus circumstantiis perpensis nequit aliqua virtualis intentio vouẽtis deduci, sed res manet omnino anceps, cum (vt n. 33 diximus) adhærendum sit tunc verborum rigori, ac iuxta illum dijudicandum sit votũ; & in rigore ea conditio non impleatur vsque ad mortem (vt n. 32. probauimus) dicendum est, perinde esse, ac si vouerit id post mortem præstandũ. Quare si fuit votum reale, obligabit suum hæredem ad id implendum. Si autem personale, erit irritum, tanquã rei per naturam impossibilis. Quia cum solam vouentis persona obligare possit, nec post mortem capax sit personalis obligationis exequendæ est rei impossibilis.

36 Posterior difficultas est, an cum in conditione negatiua explenda apponitur tempus, non tñ in voto sub illa emisso, censeatur id tempus repetitum in voto, ita vt donec accedat id tempus, non obliget; quamuis certũ antea sit conditionem non posse iam impleri? Verbi gratia, nouit quispiam religionem, si intra biennium ipse, vel alius Ecclesiam integre non ædificarit; & hoc non in pœnam, sed in sensu vere conditionali (nam in sensu pœnali, diximus cap. præcedenti, à nu. 23.) an eo voto obligetur solo eo biennio expleto, an ante illud, quando id temporis residuum est, quo ædificari templum nequeat? *Azor li. 11. inst. moralium c. 15. q. 9. vers. Si quæras quid dicendum sit* ait in his votis spectandam esse promittentis volũtatem. Quod quidẽ verissimum est, & ante omnia eã ex cõiecturis deducitur, est summa ope nitendũ. Vt in simili diximus n. 24. At non exhaurit difficultatẽ, eo quòd aliquãdo ea virtualis volũtas cõiectari nequibit, sed res manebit anceps. Et ideo explicare oportebit, quid in hoc dubio iudicandũ sit.

37 Vt autẽ id dijudicetur, oportet præmittere, qualiter in eo dubio interpretentur iura eam voluntatẽ in promissionibus humanis. De quo extat duplex textus è diametro secum pugnans. Prior est, *l. In illa stipulatione 8. ff. de verb. obligat.* vbi clare deciditur similẽ promissionem nõ obligare ante tempus in cõditione expressum, etsi antea constet eam impleri non posse. Posterior est *l. Hoc iure 10. ff. eodem tit.* quæ aperte contrarium decidit, sumpto argumento à cõtrario sensu. Quod si respõdeas cum *Glossa ea l. Hoc iure, verbo Non posse, in prima solutione, & Imola ea l. In illa, numero secundo.* argumẽtum à contrario sensu nil in hac parte probare. Quod id nõ procedat, quoues contrariũ in iure decisum est: vt ex multis probaui lib. 6. de matrim. disp. 2 n. 9. At in hoc casu contrarium est expresse decisum, *ea l. In illa.* Eam solutionem improbant *Bartolus ea. in l. In illa nu. 2. Host. & Dynus, quos refert, & sequitur ibi Iason nu. 12. Albericus nu. 4. Ang. ea. l. Hoc iure initio.* Quia interdictum ad tempus censeatur postea permissum, *l. Imperator, ff. de postul.* Et melius improbat *Iason eod. numero 13.* Quia nisi valeret argumentum à contrario sensu,

ea ver-

ea verba illius legis, hoc iure, essēt superflua, & nil prorsus operarentur. *Non autem quicquam peti potest, quam exploratum sit, antea enim diem in Italiam Titium venire non posse.* At valet argumentum à contrario sensu, etiā si inde alterius iuris correctio sequatur, qn̄ verba legis in solo directo sensu intellecta nil operarentur, sed prorsus superflua essent. Vt probat textus, *l. Nulla, in fi. iuncta authent. Dinconissa, C. de Episcop. & clericis. Et citatis. Cyno, Bal. Alex. Imola, Romano, Fulgosio* tenet idem *Iason l. Centesimis, §. fi. n. 6. ampliatione 1. ff. de verb. oblig. & l. 1. in principio n. 37. & 50. ff. de offic. eius.* Et multis citatis *Euerardus in suis topicis. loco a contrario sensu n. 10.*

38 Quare sic conciliandi sunt illi textus. Duplex esse pōt cōditio negatiua. Altera implenda ab ipsomet promittente, vt si hoc non fecero intra biennium, dabo decē. Altera ab alio implenda, vt si Titius non fecerit hoc intra biennium. Quando conditio non ab altero, sed ab ipso promittente implenda est, dies imposita in cōditione censetur repetita in promissione; atque ita ante eā diem promissio non obligat, etsi id temporis residuū sit, in quo conditio impleri nequit. Et de hac conditione loquitur textus. *d. l. In illa stipulatione.* Vt ex ipsius contextu patet. Si vero conditio sit ab alio implenda, non censetur ea dies repetita in promissione; & ita obligat ex eo tempore, à quo certum iam est conditionē impleri nō posse. Et in hac loquitur textus *ea. l. Hoc iure.* Et ratio discriminis est inter alias, quæ redduntur à Doctoribus allegandis. Quia in priori casu, tam conditionis; q̄ promissionis in eius defectum exequendæ, pendet executio à libera promittentis voluntate. Et ideo ob similitudinem inter conditionē, & promissionem, tempus in illa adiectū censetur in hac repetitum. Quippe inter similia facilior est transitus; *l. In rem §. Item quæcumque. ff. de rei vendicat.* Quæ ratio cessat in posteriori casu. Atque ita eos textus conciliāt, *Glo. ea. l. Hoc iure in 3. solutione, verb. Non posse. Bar. ea. l. In illa, n. 2. vbi Albericus n. 5. Aretinus n. 2. Ang. initio. Iason n. 1. & n. 13. Paulus n. 1. Idem Ang. ea. l. Hoc iure, initio. Idem Paulus l. Insulam, nu. 1. ff. de verb. oblig. & ibi Iason. nu. 3. Alciatus n. 6. & d. l. In illa, n. 3. vbi Imola n. 2. Alexander nu. 8. Baldus c. Cum in veteri, nu. 10. de electione.* Addunt autem *Ang. vtroque loco. & Paulus ea. l. In illa n. 1.* exigi quoque in priori membro, vt ea dies censeatur repetita in promissione, executionem rei contentæ in conditione cedere quoque in vtilitatem eius, cui promissio fit. Sed iure optimo hāc limitationem reprobant *Alexander ea. l. In illa. n. 8. & ibi Iason n. 1. Alciatus nu 3. per textum l. Veluti. §. fi. & l. Quicquid astringendæ, §. finali ff. de verborum obligation.* vbi conditio est implenda à promissore, & non est in alterius vtilitatem, & tamen dies censetur repetita. Dum autem dicemus in conditione ab alio implenda deberi rem promissam, quādo certum est iam conditionem impleri non posse, intelligendum est ita id debitum incursum esse, vt executio suspendenda sit, donec accedat terminus in conditione positus. Vt in simili stipulatione pœnali diximus, c. præcedenti nu 25. vbi explicuimus, cuius vtilitatis hoc sit. Et tenent Doctores ibi allegati. Sed attento iure huius regni videtur hæc distinctio correcta, & in vtroque casu non deberi rem promissam, donec accedat dies in conditione posita. Id enim absque distinctione aliqua decidit *l. regia 16. tit. 11. par. 5.* Et docet *ibi Gregor. Lopez, verbo El dia.*

39 Quare in voto sub conditione negatiua, quando in ea sola appositus est terminus, vt in exemplis, quæ nu. 36. adduximus, quando diligenti examine præmisso nequit specialis intentio vouentis conijci, adhærendū est præsumptioni iuris, eiusque intellectui circa illa verba. Vt probauimus cap. præcedenti n. 26. Quæ est, vt si conditio illa sit per ipsummet vouentem implenda, votum non obliget, donec totum tempus in conditione positum lapsum sit. Si autem implenda sit per aliū, obliget ex eo tempore, in cuius residuo certum est non posse conditionem impleri; at executio differatur, donec terminus impletus sit. Iuxta tradita n. preced. Et diximus in simili, in c. præced. nu. 26. vbi & explicuimus, cui vsui hoc discrimen deseruiat. At attento iure huius regni eam iuris communis distinctionem corrigentis, & in vtroque casu decidentis promissionem conditionalem non obligare, donec accedat terminus, dicendum est idem de voto conditionali. Dum autem dicimus, statim ac aduenit id tempus obligare votum, intelligendū est, vt ex tunc incipiat obligare, quasi impleta conditione; & non quasi illa dies sit præcisa executionis voti. Sicut explicuimus c. præcedenti n. 27.

SVMMARIVM.

An vouens sub conditione à libera voluntate pendenti, possit impedire conditionis euentum, ne voto teneatur, nu. 40.

Vouens Carthusiam, si quam ingrediatur, an teneatur ad Carthusiam tanquam conditione impleta, si aliam, vel ipsāmet Carthusiam ingrediatur, & in aliam ingrediens teneatur ad Carthusiam transire, nec ex hac recedere possit absque iusta causa, nu. 41.

An apponens conditionem eius naturæ, vt licitè impediri valeat possit euentum impedire, ne voto ligetur, nu. 42.

Quid si conditio sit cum peccato proprio, aut alieno ponenda, nu. 43.

Quid si impediatur conditio minoris boni, procurando maius, nu. 44.

An extra hos casus impediens conditionis euentum peccet, num. 45.

An tunc teneatur voto? Refertur quædam sententia, num. 46.

Explicatur snīa Authoris & soluuntur contraria, nu. 47.

Quid si non in fraudem voti, sed ex graui negligentia impediatur conditio, num. 48.

Quid si conditio fuit, si Deus præseruet vouentem ab aliqua peccandi occasione, & data opera lapsus est, nu. 49.

An vouens religionem, si euaserit doctus, & posteà non studens teneatur ad religionem, nu. 50.

Quid si culpa, ob quam non impleatur conditio sit extraordinaria, nu. 51.

An vouens aliquid, si Deus ipsum à peccato præseruet, teneatur voto, cadens sua culpa? Refertur duplex sententia, n. 52.

Explicatur sententia Authoris, n. 53.

An vouens sub conditione, si quispiam voluerit aut consuluerit, possit ab ipso petere, ne velit, aut ne consulat; aut præsentare difficultates? n. 54. Et ibi, quid in dubio, an ille vellet, aut consulere hoc non petenti.

Quid si falsa proponat, numero 55. Et ibi, quid si metu extorqueat.

Quid si proposita veritate alter male consuluerit, aut vbi semel consuluit, retractet consilium? nn. 56.

40 QVÆSTIO vltima. An quando per vouentem conditionaliter stat quo minus conditio impleatur, teneatur perinde voto, ac si conditio impleta esset? Hac in re oportet præmittere, quæ certiora sunt. Primo id certum est quoties conditio adijcitur voto, sub ea ratione, sub qua a libera vouentis voluntate pendet, nec peccat, nec voto tenetur, si data opera conditionē impleri impediat, quo liber a voto euadat. Vt si quis sic voueat, si religiosus fuero, ero Carthusianus. Ratio est, quia adijciens conditionem eo modo, quo à sua libera voluntate pendet, censetur eo ipso obligari nolle, nisi dependenter à libera sua voluntate, qua ad libitū conditionis euentum velit, aut respuat. Atque proinde ei integrum est velle euentum, aut nolle.

41 Credo tamen censeri impletam conditionem hanc, si ille ingrediatur religionem aliā à Carthusia, & ita an iudicetur tunc transgressor voti conditionalis religionis strictioris, & teneatur ad illam transire egrediēdo ex assumpta, iudicandum est iuxta ea, quæ diximus hoc lib. 4. c. 16. a n. 16. Ex quo etiam constabit, quid dicendum si sponte egrediatur, an teneatur ad Carthusiam.

fiam. Quippe ibi late exigimus de habenti votum religionis strictioris, quia laxiorem ingreditur, ad quid teneatur. Quia cū censeatur conditio impleta ingrediēdo quācumque aliam religionē, perinde est, ac si esset absolutum Carthusiæ votum. Atque si ipsam Carthusiam ingrediatur, censetur etiam cōditio impleta. Votum.n. fuit, si is religionē ingrediatur eligēdæ Carthusiæ, & iā religionē ingressus est. Quare nō poterit libere egredi, sed ex causa iusta instar eorū, qui ex voto religionē capessunt. Iuxta, ea quæ diximus eo.c 16. à n.90.

42 Secundo idest certum, quādo ea est conditionis natura, vt apponatur quasi licite impedienda à vouente, tunc etsi data opera conditionis euentum impediret, non tenetetur voto. Vt si quis promitteret religionem, si in ludo victus fuerit? quamuis totius viribus conetur, ne in ludo vincatur, & eo animo, ne voto teneatur, nō astringetur voto, si victus non fuerit. Quia tacitē conuenitri videtur, ne teneatur vouens euentum similium conditionē procurare, sed potius vitare. Et ita loquentes de promissione humana sub simili conditione, tradunt *Gl. l. In executione 85. §. fi. in fi. ff. de verb. oblig & ibi Bar. fi. Paulus n. 2. Alex. fi. Albericus fi. Iason nu. 3. Alciatus nu 3. Imola fin. Angelus fi. Decius regula In iure ciuili, nu. 6. ff. de regul. iuris.*

43 Hinc deducitur, vouentem sub condirione alicuius peccati à se, vel ab alio perpetrando, vel supponente peccatū propriū, vel alienum, posse conditionis euentum impedire, impediēdo peccatum illud, quamuis id efficiat causa vitādæ obligationis voti. Immo, & tenetur proprium impedire; & si potest, alienum quoque. Vt si quis per modū cōditionis voueat, si ipse, vel alius fornicatus fuerit, vel victor ex duello euaserit, vel habuerit filium ex concubina. Quia iniquum esset, cōtra Dei legem ea peccata non impedire, ob obligationem voti inde consurgentem.

44 Immo dicendum est, non esse reum voti sub conditione honesta emissi, impedientē illius euentū in fraudem voti, ne illo astringatur si ita impediat, vt nitatur maius bonum, quā in conditione positum erat. Vt vouit quispiam religionem, si amicus certam religionem ingrediatur, aut tale matrimonium obtineat; si curet illū strictiorem ingredi, vel ad meliorem matrimonio frugem se recipere, & ita non impleatur conditio, non tenebitur voto conditione non impleta, nec impediēdo peccabit cōtra illud, quamuis eo animo impediat, ne suo voto astringatur. Quia votum obligare nequit cum maioris boni proprij, vel alterius impedimento.

45 Tertio id certum est, extra prædictos casus impediens consulto conditionis euentum, ne teneatur voto, peccat mortaliter contra votum. Quippe eo ipso quod promittit aliquid sub conditione, censetur virtute duplex votum emittere: alterum conditionis non impediendæ, aut standi voto; alterum rei principaliter promissæ. Vt promittens centum Titio, si ipsi opē tulerit, promittit virtute illa centum, & permittere eius opem, aut illa ei dare, perinde ac si opem tulisset. Atque hoc omnes fatentur, & præcipuē illi, quos n. 47. referemus dicentes teneri hunc voto, perinde ac si conditio impleta esset. Quia cùm intendat non implere votum obligans sub mortali, in casu in quo tenetur implere, peccabit mortaliter.

46 Difficultas tamen eò pertinet, an tunc teneatur voto, perinde ac si conditio impleta esset *Maior in 4. dist. 38. q. 1. corollario 7. quod infert ex prima propositione*, dicit absolutè votum hoc non obligare deficiente conditione. Vt si voueat quis sub conditione, si impetret sanitatem, & ob intemperantiam non obtineat? vel si præseruetur à peccato, & labatur in illud. Et potest ꝓbari, quia ex nulla ratione colligitur vouentem sub cōditione, voluisse se obligare illa quomodocumque nō euenienti. Quippe ex eo quod virtute se obligarit ad non impediendam conditionem, sequitur eum peccare in votum, impediendo euentum, non tamen sequitur ipsum manere obligatum ad rem sub conditione promissam. Quod ad eam non se obligauit, nisi conditio euenienti, & nondum euenit. Secundo, quia votū alligatum tempori non obligat eo transacto, quamuis in voti fraudem prætermittatur eo tempore. Ergo alligatum conditioni non obligabit ea deficienti, quamuis in voti fraudem impedita.

47 Prima tamen conclusio sit. Extra prædictos casus impediens consulto conditionis euentum, ne voto teneatur, astringitur perinde voto, ac si cōditio impleta esset. Dicor *ex regula, Cum non stat per eum 66. regul. iuris, in 6. & regula, In iure ciuili 122. ff. de regul. iuris.* & melius *ex l. In executione 85. §. fi. ff. de verb. oblig* ibi: *Quicunque sub conditione obligatur curauerit, ne conditio existeret nihilominus obligatur.* Vbi aperte dicitur hæc conclusio. Et ratio fundamentalis est: quia quoties apponitur cōditio dependens ab alijs causis, siue naturalibus siue liberis, quæ licitè impediri nequit, verus eius conditionis sensus est; si per alias causas mihi inuoluntarias nō stetetit, quominus hoc fiat, voueo talem rem. Cū enim apposita sit conditio ex natura rei non pendens ex vouentis voluntate, sed contra eam potest accidere, aut impedire; verba obligationem in illius euentum imponentia, & dependentet ab aliarum causarum cōcursu, censentur naturæ cōditionis accommodari; & præsumitur virtualis vouentis intentio ea esse, dum de alia non constat, obligandi se ad id votum, nisi cōditio ob alias causas defecerit. Quando ergo per alias causas stat, impletur cōditio in vero & formali sensu intentio à vouenti, quamuis in materiali deficiat. Et confirmatur, quia quoties de alia peculiari vouentis intentione non constat, verba sunt accipienda iuxta modum, quo ea ius intelligit; & standum est in vtroque foro præsūptione iuris. Vt probauimus libro 1. huius tractatus, cap. 10. nn. 18. Atius in hoc euentu præsumit hanc intentionem in huiusmodi obligationibus, & vere reputari conditionem impletam. Vt ex iure proximè probauimus. Ergo dum non constat de alia voluntate, ita in vtroque foro sentiendum est. Secundò, quia si quis promittat Titio decem, si domum promittentis ingrediatur, nemo promittentē eximet ab obligatione standi promissis, si Titio ingredi violēti fores domus claudat, ne ingrediatur. Tandem, quia fraus, & dolus nemini patrocinari debent *ca. Aduersus, de immunit. Eccles.* Et ex his constat solutio rationum contrariæ sententiæ, quas numero præcedenti retulimus. Nam ad primum dico ex dictis iam constare vnde ea virtualis voluntas deducatur. Ad secundū fateor id votum esse alligatum conditioni, non materialiter sumptæ, sed formaliter, & proprie, vt virtute intenta est a vouēti. Et hoc modo iam eam impletam esse probauimus. At votum est alligatū diei materiali, & ideo quomodocumque illa die materiali nō impleatur cessat omnino eius obligatio. Et hanc sententiam tenent loquentes de promissionibus humanis, *Gl. l. si rem tibi 19. §. fi. verbo. Victori, ff. de præscriptis verb. Et ibi, Bar. fi. & idem Bar. d. l. in executione, §. fi. in fi. & ibi Paulus nu. 2. Imola in fi. Iason num. 3. Alciatus, num. 3. Decius ea regula in iure ciuili nu. 6.* vbi dicunt promittentem alicui si ipsum vicerit in ludo, quamuis non teneatur procurando se non vinci, eo quod conditio hæc sit eius naturę, vt licite impediri valeat, vt diximus num. 42. at teneri, si ob ludere nolit; eò quod stet per illum, quominus condirio ludi impleatur; Et ita proprijs voti terminis docēt *Ricardus 4. dist. 48. art. 9. q. 3. corpore, & ibi Supplementum Gabrielis q. 1. art. 3. conclusione 2. in fi. Ang. verbo Votum 1. nu. 10. Syl. verbo Votum 2. q. 2. dicto 2. Tabiena verbo Votum 3. q. 2. initio. Nauar. sum. c. 12. nu. 42. & lib. 3. consil. tit. de voto, in 1. editione, consil. 24 num. 2 in cons. 30. nu. 2. Palacios 4. d. 38. disput. 1. post 6. conclusionem fol. 838. col. 1. Ang. floribus 2. p q. vnica de voto, art. 2. post 17. difficultatem, dubio 8. Azor li. 11. inst. moralium c. 20. q. vltima. Ludouicus Lopez 1. part. instructorij, capitulo 44. column. versic. Qui*

vouit

uouit aliquid. Manuel 2. tomo summa capit. 98. ad finem.

48 Secunda conclusio. Similiter est dicendum teneri hunc voto, etsi non ex professo impediat conditionem in voti fraudem; sed ex graui sua negligẽtia eius euentum impedit. Quòd adhuc verum sit non impediri cõditionẽ per alias causas; nec apponitur in studiũ, quid in voto inclusum est, ne conditio deficiat. Et constabit magis ex corollarijs hinc deducendis, & ex limitationibus statim apponendis. Et huius sententiæ videntur *Ricardus, Supplementum Gabrielis, Ang. Syl. Tab. Lud. Lop. Azor, Manuel n. praced. allegati*, vbi generaliter dicunt obligari voto eum, qui culpabiliter causa fuit, ne conditio impleretur. Atque magis in proprijs terminis docent authores, quos n. 52. referemus in doctrina eorum ibi referenda.

49 Duplici tamen limitatione sunt ambæ conclusiones intelligendæ. Prior est, vt intelligantur, quando conditio pendet ex vnico actu, seu impeditur vnico actu. Si enim non ex vnico, sed ex pluribus actibus pendeat; quamuis semel in voti fraudem impediatur, non illico obligat votum; sed tunc dicendum est non cessari voti obligationem ob illum conditionis defectum, sed perinde se habere, ac si conditio non defecisset. Verbi gratia, promisit quis religionem, si Deus illum à tali peccato præseruaret, non illico ac semel, vel iterum, tẽtationis lapsus in illud victor euasit, teneretur voto, sed quando ita vicit, vt quasi dominium illius tẽtationis in se experiatur. Vt diximus n. 34. Tunc autem deficiet conditio, quando ille vel semel lapsus est. Quia tunc est verũ dicere non esse eum præseruatum. Si ergo data opera labatur (non ex primo quando ex graui negligentia, quia in hoc exemplo est tunc peculiaris difficultas tractanda, n. 52. & 53.) ille lapsus non efficiet deficere cõditionem, vt proinde cesset voti obligatio: sed reputabitur in eodem statu votum manere, pendens à conditionis euentu, ac si ille lapsus non esset. Sed tunc reputabitur quasi impleta conditio, eo quod ille in fraudem impedierit, quãdo toties in voti fraudem labitur, vt iam omnino succubuerit tentationi, ita vt illa quasi dominium eius habeat. Sicut e contra censeretur præseruatus, quando ita vicisset, vt quasi dominium illius tentationis haberet.

50 Hinc deducitur, vouentem religionem, si euaserit doctus in tali facultate, quamuis ex professu non vacaret literis, ne voti obligatione astringeretur, nõ statim manere obligatũ voto: posset n. accidere, vt aliunde nõ sit obligatus. Vt quia ea ingenij tarditate p̃ditus est, aut ea inopia salutis ve defectu laborat, vt certum sit cõditionem non implendã, quamuis ipse impleri curaret. Iuxta dicta o. 28. Et dicemus quid in dubio n. 54. Sed esto obligaretur adhuc voto, obligandus est, vt in literarũ studiũ incumbat, vt doctus euadere possit. Quod intelligo, nisi accesserit tempus obligationis illius voti, quo præcisè tenebatur ex voto religionem capessere: vt qa promisit se intra certum terminum ingressurum. Tūc enim cùm cõditio culpabiliter omissa censeatur impleta, tenebitur statim ingredi. Et idem est dicendũ, si notabili sua negligentia non sit impleta, quamuis non in fraudem. Iuxta dicta n. 48.

51 Posterior limitatio est. Vt intelligatur secunda conclusio, qñ hic non adhibuit media ordinaria, & solita adhiberi ad obtinẽdum id, quod positum est sub conditione; ad id enim censetur se virtute obligare. Secus si culpa sua extraordinaria, nec in fraudẽ impediat conditionis euentum. Verbi gratia, promisit quis religionem, si pater ex morbo ad pristinam salutem restituatur, vel si ipsemet vouens sanitatem intra certum terminum recuperet; si non vocet medicum, adhibeatq; medicinas necessarias, quales adhiberet voto nõ emisso, & sic culpa sua graui, quamuis nõ in fraudem, sanitas recuperata non sit, aut non sit intra eum terminum tenebitur voto; nisi certum sit ijs adhibitis nõ comparãdã. Quia culpa sua notabili media ordinaria omittens impediuit cõditionis euentum. At si casu, & nõ in voti fraudem, in esu, pou ve nimis excessit; etsi excessus fuerit mortalis vel in alia quauis re excessit, quod in causa fuit sanitatis non recuperandæ, aut nõ intra terminum præfixum, non tenebitur voto. Similiter si postea nõ in voti fraudem, sed ira percitus, aut iniqua successionis cupiditate victus, patrem necaret, non astringetur voto. Quod ratione voti non obligare censeatur ad hæc extraordinaria, & a vouentibus nunquam cogitata. Et ita *Ricardus 4. dist. 38. ar. 5. q. 3. ad 2. Et Angelus verbo Votum 1. n. 10. Syluester verbo Votum 2. q. 2. dicto 2. Tabiena verbo Votum 2. q. 2. initio. Nau. sum. ca. 12. nu. 42.* dicunt vbi de alia intentione non constat, censeri hunc se obligare ad ea media, quæ voto non emisso apposuisset.

52 Ex his deducitur primo, quid sentiendum sit de voto sub conditione, si Deus praseruet vouentem ab aliquo peccato *Supplementum Gabrielis 4. dist. 38. qu. 1. artic. 3. conclusione 2. fine*, ait hunc teneri voto, quasi conditione impleta, etsi ex fragilitate, ac tentatione victus succumbat. Quod ex culpa sua non impleatur conditio. Deus enim adiuuaret, si quod in se est, ille faceret. Sed hæc sententia nullatenus est tenenda. Quia iuxta eam nunquam id votum deobligare posset; ac proinde frustra euentus conditionis expectaretur, sed statim perfectè obligaret; vt in conditionibus necessarijs accidere diximus numero 5. Quia impossibile est eam conditionem deficere, nisi ex vouẽtis culpa. Alijs placet hũc tunc tantum teneri voto, quando non adhibuit eam diligentiam ad vitandum id peccatũ, quam nõ emisso voto adhibuisset, vel quam intendebat apponere tempore voti; vel quãdo data opera in id peccatum lapsus est, ne voto astringeretur. Ita docẽt *Ricardus Angelus, Syluester, Tabiena, Nau. allegati nu. pracedenti, Ludouicus Lopez 1. p. instructorij, c. 44. col. 2. vers. Qui vouit.* Quod *Syluester* limitat, nisi constaret intentionem vouentis fuisse, vt communiter ait esse, vt Deus specialem gratiã ei conferret, qua ab illa sua negligentia in eo peccato vitando præseruaretur. In dubio enim huius intentionis ait seruandam esse prædictam doctrinam. Idẽ sentit *Manuel 2. to. sum. c. 98. ad fi.* vbi ait hunc teneri voto, quando media non apposuit ad id peccatum cauendum. Atque id probari potest ex dictis o. 48. vbi probauimus impedientem ex graui negligentia conditionẽ impleri, teneri voto.

53 Verum existimo aliquid speciale esse in hac conditione, & ita quoties de alia speciali vouentis intẽtione non constat, minimè eum voto teneri, ex quacumque negligentia illius peccati tentationi succumbat; nisi solum, quãdo data opera, vt voti obligationem effugiat. Tunc enim obligabitur eo modo quem n. 49. expliciuimus. Ducor, quia (vt bene ait *Syl. nu. pracedenti allegatus*) cõmuniter in eo voto intendunt vouentes, vt Deus speciales vires ipsis addat, quibus illam negligentiam superent. Ergo vbi non constat de alia uouentis intentione, hæc in dubio à communiter accidẽtibus præsumenda est. Quare non consequenter loquutus est *Syl.* ibi dicens hanc esse cõmunem uouentium intentionẽ & eam nõ præsumi in dubio. Et ideo hanc sententiam sustinent *Palacios 4. d. 38. disp. 1. post 3. conclusionem, fol. 838. col. 1. Ang. floribus 2. par. quast. vnica de uoto, art. 2. post 17. difficultatem, dubio 8.* Et uidetur tenere *Azor lib. 11. inst. moral. c. 20. q. ultima in fi.* ubi docent tunc hunc obligari uoto, quando scienter, & sua sponte se in peccatum præcipitat, aut periculis obijcit, aut peccati occasiones quærit; secus qñ ex negligentia cadit. Quãuis non explicet desiderari quoque, ut in uoti fraudem, ne eo teneatur, id efficiat. Quod desiderari quoque existimo, ut prædixi.

54 Secundo deducitur, uouentem aliquid, si quispiã id consuluerit, uel uoluerit, non posse ab eo petere, ne id cõsulat, aut ut nolit, ne uoto teneatur. Quod si id petat tenebitur uoto, si alias certum est fore, ut ille uellet,

aut

aut consuleret. Dico si certum sit, quia in dubio, an cōditio impleatur, quæ ab alterius voluntate pendebat, posset aliquis existimare hunc nō teneri voto. Quia ad obligationem voti conditionalis est necessariū, vt cōnstet conditionem esse impletam, diximus n. 29. Sed dicendum est, etiam in hoc dubio teneri. Quia cum censeatur conditio impleta, quoties malitiose eius euentus impeditus est, & cōstet hūc malitiosè impediuisse, stat possessio pro illius cōditionali voti obligatione. Et cōstat ex Doctoribus, quos n. 47. allegauimus, dicentibus promittentem aliquid si in ludo victus fuerit, quamuis procurando se non vinci, non efficiat contra conditionem; at efficere, & teneri promissione, si non ludat, ne vincatur: cum tamē dubium sit, an ludens vinceretur, & sic poneretur cōditio. Quare vt hic à voti obligatione tunc liber euadat, opus est certo scire fore, vt eo non petenti deficeret quoque cōditio; eo quod alter id noluisset, aut non consuleret. Quamuis autem non possit petere, ne consulat, aut nolit, potest ipsi syncere repræsentare difficultates, & contradictionem, quā sentit ad votum explendum, vt alter videat, an expediat contradicere, aut non consulere illud. Quia hoc nō est impedire euentum conditionis culpabiliter. Dum autem dixi petentē, vt nolit, vel non consulat, teneri voto, intellige, cum alter nequit iterum haberi, vt eius voluntas, vel consilium iterum petatur. Nam si potest haberi, id iterum peti debet. Vt statim dicemus.

55 Quando tamen præstiturum consensum, aut consiliū ille deciperet, qui secluso eo dolo diuersum vellet, aut consuleret, non liberatur voto. Quia error ille inuoluntarij causa fuit. Sicut nec liberaretur, si metu, quamuis nō cadente in virum constantem, eum dissensum, aut consiliū extorqueret. Quia votum obligauit ad liberū consensum, & consiliū petenda. Quare declarata veritate, ac sublato omni metu tenetur id consilium vel cōsensum iterum petere. Quod si ille iam cōsuli nequeat, quia obijt, aut alias haberi nequit, tenebitur voto, vtpote qui cōditionis euentū culpa sua impediuit; nisi certū sit seclusis dolo, & metu, idē illū consulturū, aut voliturū. Nā in dubio tenebitur voto. Vt n. præced. probauimus

56 Tandem si veritate syncere narrata, ille contrarium cōsuluit, siue prudenter, siue imprudenter, & ex ignorantia, liber manet vouens à voto. Quia deficit cōditio. Et è contra; & si imprudenter rem promissam consuluerit manet astrictus voto. Quia ille non se obligauit ad prudentiæ cōforme alterius consilium sequendum, sed ad id, quod ipse cōsuluerit, qualitercumque, nec se obligauit ad aliud, nisi ad huius consilium petendū, & sequendum. Et quamuis id semel præstitum ille postea reuocet, nil proderit. Quia de primo cōsilio ea cōditio intelligitur. Sicut conditio, si alter voluerit intelligitur de prima voluntate Vt diximus n. 14.

De votorum irritatione.

CAPVT XXIV.

Quid, & quotuplex irritatio sit, qualem causam exigat: quibus, & quo iure competat; & an extendatur ad vota interna, & in posterum emittenda, & ad vota in quorum obligationem hæredes succedunt: & irritandi potestas sit delegabilis.

SVMMARIVM.

Quotupliciter obligatio voti cesset, nu. 1.

Qualiter differat irritatio à dispensatione, & commutatione, num. 2.

Quotuplex sit irritatio, & quo differat à voti suspensione, numero 3.

An irritatio impropria, seu indirecta, competat quibuscumq; superioribus, & respectu quorumcunq; subditorum, n. 4.

An vtraque irritatio sit actus iurisdictionis, & facta ab Excommunicato valeat? nu. 5.

An sit opus imponere aliquid ei, cui votum irritatur, aut possit superior solum suspendere, aut partim irritare? n. 6.

An irritatio ad sui valorem aut honestatē petat causam? Explicatur à nu. 7. vsque ad 13.

An peccet subditus irritationem voti absque causa petens? Refertur duplex sententia, nu. 14.

Explicatur sententia authoris, nu. 15.

An sat sit quæcunque causa leuis ad irritationem, nu. 16.

An Pontifici integrum sit vota laicorum irritare? Refertur quædam sententia, nu. 17.

Explicatur sententia Authoris, nu. 18.

Quid de votis clericorum, nu. 19.

Quid de votis religiosorum, & an sit supremus eorum prælatus, num. 20.

An Episcopus possit vota secularium, etiam clericorum irritare, num. 21.

Quid de votis religiosorum? n. 22.

Quid de superioribus habentibus vicariā iurisdictionē, n. 23.

Quid de patrefamilias respectu famulorum, n. 24.

An irritatio votis concedi possit subdito inuito, nu. 25.

Quid de dispensatione, n. 26.

Quid de commutatione, num. 27.

Quo iure competat potestas irritandi vota superioribus habentibus potestatem dominatiuam? Explicatur à num. 28. vsque ad 32.

An possit ius Ecclesiasticum prorogare, aut coarctare tempus ad irritanda puerorum vota, aut ipsummet irritatare, aut alijs eam potestatem concedere, nu. 33.

An infideles possint valida vota emittere, & ea possint irritari, nu. 34.

An si quispiam vota in manibus alicuius extra religionem emittat, se illius obedientia obligans, possit hic illius vota irritare, nu. 35.

An possit quis sua voluntate efficere ita vota suà alteri subijcere, vt ab eo irritari valeant, n. 36.

An possit ita se astringere, vt eam voluntatem mutare nequeat, numero 37.

Quando censeatur eam voluntatem reuocare, nu. 38.

An superioribus potentibus irritare, commutare, aut dispensare, id competat respectu votorum internorum, ac de re interna? Refertur quædam sententia, nu. 39.

Explicatur sententia Authoris, nu. 40.

An Pontifex possit vota futura proprie irritare, nu. 41.

An possit ex causa iusta reddere nullam professionem futuram, nu. 42.

An possit quoddam personarum genus, aut personam specialem inhabilitare ad professionem; & vota simplicia Societatis Iesu, nu. 43.

Quid de alijs votis simplicibus? nu. 44.

An hæc irritatio sit actus iurisdictionis, & valeat absque causa, nu. 45.

An huiusmodi irritatio liceat etiam Episcopis, nu. 46.

An de facto sit aliqua eiusmodi irritatio, nu. 47.

An superiores habentes potestatem dominatiuam, possint vota futura irritare? Refertur quædam sententia, n. 48.

Explicatur sententia Authoris, nu. 49.

An possint subdito interdicere vota emittere ipsis inconsultis? nu. 50.

An vota contra hoc interdictum emissa, sint irrita? Refertur opinio, numero 51.

Explicatur sententia Authoris, nu. 52.

An superiores irritare possint vota, quæ quidem tertius irritanda, iudicauerit, num. 53.

An possint facultatem irritandi delegare, nu. 54.

An valeat delegatio hæc facta à superioribus excommunicatis, num. 55.

An vota realia defunctis transeuntia in hæredem, subijciantur irritationi, commutationi, & dispensationi, quibus subijciuntur vota a defuncto emissa? Proponuntur probantia partem affirmantem, nu. 56.

Explicatur sententia Authoris, nu. 57.

An facultas concessa Episcopis conuertendi legata pia in alios vsus, extendatur ad hæc vota, nu. 58.
An potentes vota subditorum irritare, possint quoq; sua, aut suis confessarijs committere, vt illa irritent? Proponuntur probantia partem affirmantem, nu. 59.
Explicatur sententia Authoris, nu. 60.
An ad irritationem voti exigatur illud exprimi superiori, & qua taciturnitas veri, aut expressio falsi illam irritet; & an irritato voto principali, maneat pœna accessoria irritata? Remissiuè, nu. 61.

1 HActenus egimus de natura, & obligatione voti simplicis, iam de eius dissolutione agendum est. Hæc autem quoad præsens attinet, est triplex, nempe, irritatio, dispēsatio, & commutatio. Quippe qñ cessat obligatio mutatione materiæ, aut cessatione causæ, aut deficienti cōditione, satis hucusq; egimus. Et ideo præsentis negoitj est solum tractare, quādo authoritate superiotis possit obligatio voti cessare. Quod solo triplici modo prædicto contingit; quamuis.n. cesset ēt redemptione; at hæc est vera commutatio, soloq; nomine differt, & re in quam fit: dicitur enim redemptio, quando cōmutatio fit in eleemosynam pecuniariam; commutatio aūt, qñ in alia pia opera. Vt bñ docet *Sylu. verb. Votū 4. q. 1. fin.* Quare redemptio sub cōmutationis nomine includitur. In præsenti igitur tractatur de votorū irritatione; deinde de dispensatione: & tandem de cōmutatione agetur. Atque in hoc capite, & aliquibus sequentibus agemus de ijs, quæ communia sunt omniū votorum irritationi; deinceps sigillatim agemus de facultate irritandi cōpetenti prælatis religionum, coniugibus, parentibus, dominis.

2 Priusquam ad difficultates enodandas descendamus oportet aliqua præmittere. Primo præmittendū est, irritationē differre à dispensatione, & cōmutatione, qd dispēsatione, & irritatione extinguatur obligatio voti; at cōmutatione nō extinguitur, sed eadēm et voti obligatio trāsfertur in aliam materiam loco prioris subrogarā. Rursus irritatio differt vtraq; quod illa pertineat ad potestatem dominatiuā, nec ad sui valorem exigat causam, hæc autem exigunt causam, & pertinēt ad potestatem spiritualem. Vt suis locis dicemus.

3 Secundo præmittendū est, duplicem esse irritationē quædā est propria, & directa, quæ simpliciter irritatio dicitur; alia autem est, impropria, & indirecta, & secūdum quid. quæ proprie dicitur quædam voti suspēsio. Quæ in hoc differunt, qñ est vera irritatio, extinguitur prorsus obligatio voti, & cum obligatio semel extincta nunquam reuiuiscat, *l. Cum ex causa, C. de remis. pignor.* nec possit aliquis absque propria volūtate voto astringi, quamuis superior irritās assensum postea voto præbeat, nō tenebitur subditus ad illud, nisi denuo voueat. Quod bene tradunt *Sylu. verbo Votū 4. q. 2. dicto 3. Nauar. summa c. 12. Hispana nu. 65. Lat. n. 64. Graffis 1. p. decis. lib. 2. c. 29. n. 9. Philiarchus de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 4. §. Sed maior difficultas. Emmanuel Sà sum. verbo Votum, vbi de voti irritatione nu. 4. Suar. tom. 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 7. nu. 13. Sayro in Claui regia, lib. 6. c. 10. nu. 13.* Quando vero est sola voti suspensio, manet quidem vinculū voti, & ob solam materiæ prohibitionem eius obligatio est suspensa, quādiu prohibitio durat & ideo ea cessanti pristinas obligandi vires recuperat. Quod per se notum est, & ab omnibus recipitur.

4 Rursus differunt, quod irritatio propria, & directa, soli potestati dominatiuæ cōpetat: qualem habent prælati religionum in suos religiosos, pater in filios, vir in vxoré, dominus in seruos. Impropria autē, & indirecta, cōuenit ratione cuiuscunque subiectionis, & ideo illa in solis subditis dominatiuæ alterius potestati locū habet; hæc aūt in quibuscunq; subditis. Et ideo hæc habet locum respectu quorumcumq; fideliū, præter summū Pontificē. Quia oēs præter illū habēt superiorē in terra, qui ex causa iusta pōt q̄ sq; ad tempus prohibere materiā voto promissam, & sic obligationem suspendere, siue superior ille sit tēporalis, vt herus respectu famulorum, &c. siue spiritualis, vt pōtifex, vel Episcopus. Vt bene docet *Suarez eod. tract. de voto, l. 6. c. 1. nu. 6. & c. 6. n. 6.* Habet ēt locū respectu oīum infideliū, præter supremū principem. Quia oēs præter illū alicui subijciuntur.

5 Ex quo fit, vt irritatio directa, & propria, nō sit actus iurisdictionis, sed dominij cuiusdam, ita vt talis persona sit ita sub alterius potestate constituta, vt voluntatē suam dependentem habeat ab illius voluntate, quo ad vim se firmiter obligandi. Vt optime dicit *Suar. 5. to. in 3. p. disp. 4. sect. 2. nu. 8.* At indirecta, & impropria, qñq; est actus iurisdictionis spiritualis; aut tēporalis, vt qñ Pontifex, vel Episcopus, iurisdictione spirituali suspēdunt materiam, præcipiendo aliquid tunc cū voto incompatibile, vel potestas publica iurisdictione tēporali, qua fungitur. Quandoq; autem nō est actus iurisdictionis; sed cuiusdam dominij, aut iuris impetrandi, vt contingit, qñ herus suspendit votum famulorū, vel habens potestatem dominatiuā, inscius voti præcepit aliquid incompatibile, aut illius cōscius non vult irritare, sed solū suspendere. Quando ergo est actus iurisdictionis, facta ab excommunicato denunciato, aut notorio clerici percussore, nō valet. Quia (vt traditur in tractatu de excōmunicatione) nullus actus iurisdictionis ab his exercitus valet. Quando vero non est actus iurisdictionis, valet vtique. Sicut probaui l. 3. de matr. disp. 21. n. 4. valide assistere parochum matrimonio, qñ ita excommunicatus est eo, quod assistentia illa nō sit actus iurisdictionis. Sicut & valide reuocaret alienationem quamcumque absque suo consensu factam.

6 Secundo deducitur, superiorem, qualiscumque ille sit irritantē votum subditi, siue proprie, & directe irritet siue improprie & indistincte, nō teneri imponere subdito aliquod onus loco voti irritati. Quia nō vtitur cōmutatione, sed mera irritatione, ad q̄ ius habet. Itē quia nequit inuito commutationem imponere. Vt dicemus n. 27. Potest tamen partem ab illo promissam irritare, relicta alia, quando votum est diuiduum. Vt si est partim reale, & partim personale, ita vt obligatio realis sit per accidens coniuncta personali, nec ab illa depēdeat tanquam illi accessoria, pōt alterutrā solā irritare. Quia id nō est nouum aliquid iniūgere, sed solā obligationis partem auferre: potest insuper non vere irritare, sed suspendere. Quia cū causa libera sit, non cogitur secundū totā suam potestatē operari. Quod bene docet *Suar. eo. tractatu de voto, l. 6. c. 1. nu. 11. & 12. iuncto c. 7. n. 14. fin.*

7 His præmissis, prima difficultas est, an irritatio voti causam legitimā exigat. Et quidē qñ ea est impropria, & indirecta, nec fit ratione potestatis dominatiuæ, sed ratione solius iurisdictionis competit, manifestū est eā causa indigere, non solum vt licita sit, sed ēt vt valeat. Quia superior carēs potestate dominatiua, nequit valide legem, aut præceptū indicere impedientia voti executionem, si nulla iusta causa ducatur. Et ita docet *Suarez eo. lib. 6. c. 1. n. 9.* Et idem est dicendum, quando hæc suspensio fit ratione potestatis, cuiuscumque temporalis præter dominatiuam. Quia votū non habet conditionem aliquam imbibitam pendentem ab illa.

8 Secundo constat, quando irritatio procedit ex potestate dominatiua, nullā ad sui valorē causā exigi. Quod vniuersi Doctores n. 11. 12. & 13. allegandi fatentur. Et ratio est, quia ad rei suæ vsus valorē, suique iuris, nulla causa desideretur. Præterea, quia cōtradicente, aut nō cōsentiēte superiore, cessat obligatio huiusmodi votorū, eo quod conditio imbibita in illis, si superior cōsenserit, aut nō cōtradixerit, deficit. Ergo cessat, siue ex causa, siue absq; illa, deficiat cōditio. Tertio ēt cōstat, si nō de sola irritatione natura loquamur, vt irritatio est; sed secundū naturā oīum actuū humanorum, esse venialē actus otiosi culpā irritare absq; causa, & sine honesto. Quippe oīs actus humanus ad sui honestatē, & vt vitio otiositatis liberetur, petit aliquē honestum finem. Sicut

aliud

aliud est tractare, an dominus ex vi dominij peccet vtens ad libitum re sua; aliud autem, an ex circũstantijs adiunctis peccet, vt si prodige, aut carẽs fine honesto.

9 Tandem cõstat irritationem voti absque iusta causa factam, carere culpa cõtra voti religionem; qualis esset in voti dispensatione absq; iusta causa. Quia cum illud votum habeat cõditionem pendentem à voluntate irritantis, nulla iniuria fit Deo, irritando absque causa. Quod bene docet *Suarez eodem lib.6.c.1.nu.10.*

10 Difficultas autem eo pertinet, an irritatio facta virtute potestatis dominatiuæ petat ex sui natura causam, vt omni prorsus culpa liberetur? Triplex est sententia. Prima ait carere omni culpa. Ducitur, q̃a superior irritans vtitur iure suo, quod habet, ne inferiorũ vota sint absque eius consensu firma; nec iure aliquo cogitur ea approbare, cum nec ipse vouerit, nec votis emittendis cõsensum præstiterit. Et confirmatur, quia cùm rotũ votum in ipsius superioris arbitriũ sit collatum, ex eoque pendeat, nulla est culpa, ex sola sua voluntate, arbitriũ seu consensum denegare. Vt si quis rem alienã promittat, integrum est domino ratione solius dominij, denegare consensum. Tandem, quia hæc irritatio non est actus iurisdictionis, quæ ad licitum vsum exigit causã. Et ideo hanc tenent *Paludanus 4.d. 38.q.4.art.5. concl. 2.nu.10. & ibi Supplementum Gabrielis q.1.art.5. concl. 2. Palacios ibi disp.3.col.11. vers. Porro irritatio, fol.867. Ouandus ibi, disp. vnica, propositione 19. D. Antoninus 2. p.tit.11.cap.2.§.6.ad finem. Syln. verbo Votum 4.q.1. vers. Vnde dico: & q.2. dicto 6. Angelus verbo Votum 2.num. 10. Nauar.sum.Latina & Hispana c.12.nu.73. Margarita confessorum fol.133.p.2. Alcozer summa cap.16. vbi de effectu irritationis, concl. fol.54.pag.2. Angles floribus 2.p.q.vnica de voto, ar.7.difficultate 4. Ludouic. Lop.1.p. instructorij conscientia c.38.col.vlt.vers.sic. Peccant prælati. Azor tex.institutionum moralium, lib.11.c.17.q.5. Petrus de Ledesm.2.to.sum. tractatu 10 c.7. dubio 2. in difficul. ate quam mouet circa quartum dictum, & c.8. dubio 2. vers. Dico secundo. Suarez to.5.in 3.p.disp.4. sectione 2.num.8. Manuel q.regularibus, to.1.q.25.ar.7.fine, & in 2.to.sum.c.89.nu.9. Viualdus candelabro sacramentorum 3.p.c.14.nu.92. Lamas in methodo curationis 3.p.c.4.§. 32. Vega 2.to.sum.in c.126.casu 89* Et fauent satis *Caiet. sum. verbo Votum, c.vltimo. statim in p. inc. Gregorius Lopez l.3. fine tit.8.p.1. Viguerius de institutionib.cap.5.§ 5. vers. 16.fine. Toledo lib.4.sum.c.18.n.9. vers. Irritare. Emmanuel Sà summa, verbo Votum, vbi de votis irritatione n. 1. Philiarchus de officio sacerdotis, to.1.p.2.lib. 3.c.4.paulo post princ. & concl.4. Beia in suis responsis 1.par. casu 49. vers. T.1. quia dispensatio,* dicunt enim irritationẽ nulla causa egere, sed sola superioris voluntate fieri posse: vbi cum non distinguant, videtur loqui non de solo irritationis valore, sed etiam de eius honestate.

12 Secunda sententia ait spectandum esse, an talis potestas detur ad vota irritãda, in bonum & vtilitatem vouentis, an potius in solius irritantis, gratia sui dãti vtandi; aut in vtriusque bonũ. Primo modo ait concedi prælatis religionis, & tunc exigi causam, nẽpe, vt irritatio sit vtilis, vel vouẽti, vel religioni, vel cẽseatur maius Dei obsequium, vt licita sit, non tñ esse mortale absque causa irritare, nisi vel praua intentio, vel graue subditi nocumentum, & notabilis negligentia prælati intercedat. Quod ratò eneniturum ait, seclusa directa malina. Secũdo modo ait cõcedi dominio, in vota serui, & tũc nullam exigi causam, sed solum propriæ cõmoditatis affectum sufficere. Quia ibi vtitur dominus re omnino sua: & solùm ait debere dominum obseruare, ne cõtra charitatem seruo etiam debitã fiat. Sicut voto eleemosynæ ex re aliena facto potest dominus rei ad libitum dissentire. Vltimo modo ait datã potestatem patri, in filiorũ vota, & marito in vxoris vota, & tunc dicit idẽ ferè esse dicendũ, quamuis maiori obligatione teneantur hi consulere bono filiorum & vxoris. Hanc tenet *Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.1.nu.10.*

13 Vltima sententia (cui tãquam probabiliori adhæreo quamuis duplex præcedens sit probabilis,) ait semper esse culpam venialem, irritare absq; iusta causa. Ducor, quia si sit prælatus religionis irritans, abutitur potestate in spirituale religionis, & subditi bonum sibi concessa. Si maritus aut pater, abutuntur etiam potestate cõcessa ad prudentem filiorum, & vxoris ac familiæ gubernationem. Si autem sit dominus respectu serui, non se habet omnino sicut promittẽs eleemosynam de re aliena, quia sic promittens nullã prorsus ipsius dispositionẽ habet, nec dominus pecuniæ tenetur spirituali promittentis bono specialiter consulere, sed sola generali charitatis obligatione. At seruus aliquale suarũ operationum dominiũ habet, & aliquale eius ad spiritualia aliqua exercenda, & dominus speciali lege tenetur spirituali eius saluti prospicere, vtpote q̃ sub eius cura est, Ergo abutitur potestate, si omni prorsus causa destitutus irritat. Præterea quia nõnulla deformitas est, & vituperabile, sine causa vllã illã subditi promptitudinem ad exhibẽdum Deo cultum per votum impediri. Et ex his constat ad rationes contrarias. Hanc tenent *Sotus lib.7.de iustit.q.3.art.1.col.4. versic. De vsu autem, Medina lib.1.sum.c.14.§.7.paulo post initium. Aragon 2.2.q. 88.art.8.col.4.versic. Sed quoniam de irritatione folio 117. Sayro in Claui Regia, lib.6.c.10.nu.14. Leonardus li.2. de iust.c.40.dubio 10.nu.70. Manuel in bulla Cruciata, §.9. nu.104.& additionibus ad bullam.§.9.num. 104. Corradus in suis responsis 1.p.q.198. Valentia 2.2.disput. 6.q.6. puncto 6.col.prima, vers. Ad quam irritationem.* Immò *Abulensis c.30.Num.q.43.* dicit non esse modicum delictum, cui in hac parte non credo.

14 Ex his deducitur, quid dicendum de subdito absque vlla causa petenti votorum irritationem. Quidam eum omni culpa liberant. Quod vtatur iure suo, manifestãdo nouam obligationem à se contractam, vt superior authoritate sibi concessa eã dirimat. Præterea quia votum fuit conditionale, nec subditus se obligauit ad cauendum, ne conditio impediretur, vel ad non procurandum, vt non poneretur. Huius sententiæ videntur apertè *Sotus lib.7.de iustitia, q.3.artic.1.col.8. versic. De posteriori etiam membro. Aragon 2.2.q.88.art. 8.col.5.in 2.concl. Alcozer summa cap.16. vbi de effectu irritationis, concl.3.* Nam loquentes de religiosis, in distinctè aiunt licere eis proponere votũ prælato, & se propensos ostẽdere, vt irritet. *Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.7.n.16.* eodem tendit, licet non clare explicet suã mentem: quia expresse agit de religioso non habenti iustam ad dispensandum causam: in quo casu res est certa, cũ multo minor ad irritationẽ causa petatur: & in fine cõcludit, sicut non peccat prælatus irritãdo, ita nec subditum peccare petendo irritationem. Et ideo in vtroque dicto videtur petere aliqualẽ causam, sed minorem, quã ad dispensationem: cum ipse sentiat (vt n. 12. retulimus,) peccare prælatum religionis irritando absq; causa. At aliæ rationes quibus vtitur, probat nullã esse culpã, petere absque causã. Atque in proprijs terminis docent *Ouandus 3.d.38. disputat. propositione 21. Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art.7. difficultate 4. Manuel q.regularibus to.1.q 25.ar.7.fine, & tom.2.sum. c.89. n.9. Llamas methodo curationis 3.p.c.4.§.21. Vega 2.to.summa, c.129.casu 89.* Alij verò censent esse culpã venialem. Tum quia subditus est causa culpæ venialis, quam superior irritans absque causa cõtrahit. Tum ẽt quia est signum negligẽtiæ animi ac aliqua formitas, velle se obsequio oblato Deo per votum liberare absq; aliqua causa. Ita docent *Petrus de Ledesm.2.tom. summa, tractatu 10. c.7. dubio 2. in diffic. quam mouet circa quartum dictum. Sayro in claui regia lib 6.c.10.nu.14.*

15 Ad regulariter existimo priorem sententiam esse veram. Quia nunquam subditus id proponit superiori, nisi quia grauamen aliquod sentit, ac molestiã in voti exequutione, & non male facit, sed vtitur iure suo, proponẽs superiori eam molestiam, vt iudicet an expediat

irritare, idq; diiudicare non est subditi, sed superioris, cuius sententiam pōt sequi. At si apertè nosset nullam esse causam, nec grauamen sētiret, esset culpa venialis. Vt probant rationes posterioris sententiæ. Præterea quia petere votū emissi absque aliqua causa, est culpa venialis: ergo à fortiori absque illa petere irritationem. Cum petitio hæc pœnitentiam claudat, addatque voluntatem illius dissoluendi.

16 Cum tamen res sit adeo leuis, vt satis dubium sit, an inueniatur culpa venialis in irritatione absq; causa, & in eius petitione, vt ex dictis cōstat: existimo valde modicam causam excusare vtrumque à culpa, & mortaliter loquendo in neutro eam reperiri.

17 Secunda difficultas est. Quibus superioribus cōpetat hęc irritandi facultas? Nec agimus de prælatis religiosorum, nec de viris, nec de parentibus, nec de dominis: quia sigillatim de his omnibus est inferius agendum. Sed de summo Pōtifice. & Episcopo est difficultas, an possint proprie, & directè irritare vota, ille omnium fideliū, hic aūt fidelium suæ diœcesis. Consultò aūt dixi irritare directè, & proprie, quia vtrumq; & quēcumq; alium superiorē, posse aliquādo indirectè & improprie, diximus n. 4. Et videtur eis, cōpetere hęc potestas. Quia ea irritandi potestatis ratio ab vniuersis assignatur, q̄ vota subditorū imbibitā habeant conditionē, nisi superior, cuius potestati derogare nequeūt, cōtradixerit. At eadē conditio intelligitur in subditis, respectu Pontificis, & episcoporū, quorū potestati nequeūt subditi derogare: ac proinde eorū authoritas intelligitur semper excepta. Vt colligitur ex *c. Veniens, de iureiur.* & tradunt ibi Doctores, & ex *cap. Venientes, eod. tit. vbi Glossa verbo Ius*, ait per illum textum, semper in iuramento censeri exceptā superioris authoritatem, & *c. Quemadmodum. verbo Conditio. de iureiur.* ait plerumq; in iuramentis intelligi conditionē, si Papę placuerit. Ergo poterunt similiter irritare. Itē quia cui licet quod plus est, licet & quod minus: *regula Cui licet 53. de regulis iuris in 6.* At plus est dispensare, quàm irritare: cū illud sit iurisdictionis spiritualis; quę multò excedit dominatiuā. Tandē quia pōt irritare vota anteq̄ fiant: vt dicemus n. 44. ergo, & postea facta. Et ideo hāc sententiā loquentes de Pontifice tenent *Medina de sacrorum hominū continentia, lib. 5. c. 44. ad finē, & Lamas methodo curationis 3. p. c. 44. §. 3. fine.* & dicit esse parum probabilem *Leonardus l. 2. de iustit. c. 40. dubio 10. n. 86* quare vr̄ censere non nihil probabilitatis habere. Et eandem loquentes de omnibus prælatis, tenuere quidā Doctores antiqui, quos tacito nōe refert *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 12. corpore.*

18 At dicendum est, Pontificem ea potestate irritandi vota secularium minime potiri, ac proinde nullū illorū votum posse irritare. Quia etsi in illos gaudeat plenissima, ac suprema potestate, ad eos in finem spiritualem dirigendos, ac proinde ad hunc finē possit ex causa iusta, eorū vota dispensando rescindere: at caret potestate dominatiua, cuius est vota subditorum, pro suæ voluntatis libito irrita reddere. Nec obstant in contrarium adducta. Quia ad primū fateor in omnibus votis, & iuramentis, exceptam esse Pontificis authoritatē, non tamen quasi ea vota pendeant à mera Pontificis voluntate, vt pēdent ab habenti potestatem dominatiuam. Vt rectè expedit *D. Thom. eodem art. 12. corpore*: nec quasi habeant tacitam conditionem pendentem à voluntate ipsius dispensantis ex legitima causa. Vt latè probat *Suarez tomo secundo de religione, in tractatu de voto, libro sexto, capite nono, num. 12.* Sed semper intelligitur excepta eius authoritas, vt possit ex iusta causa dispensare, cui vouens derogare nequit. Nec obstat etiā secundum, quia ea regula intelligitur in rebus eiusdem generis, qualia non sunt hæc: cum irritare sit potestatis dominatiuæ, dispensare autem spiritualis. Nec tertium etiam obstat, tum quia facilius impeditur res ante factum, quam post rescinditur: tum etiam quia ea non est irritatio propria, & de qua loquitur. Vt diceremus numero 41. & 42. Et ideo hanc partem tenent *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 12. corpore, & ibi Caiet. col. 4. versic. Ad secunda quæstionis euidentiam. Sotus libro 7. de iustit. q. 3. art. 1. col. 3. vers. Sciscitaris. Nauar. summ. Latina, & Hispana cap. 12. nu. 76. Aragon 2. 2. q. 88. art. 8. col. 7. vers. Secundò est aduertendum. Angles floribus 2. p. q. unic. de voto, artic. 8. diffic. 9. conclus. prima. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij conscientiæ c. 49. col. 2. vers. Secundum. Suarez latius probans eod. lib. 6. cap. 2. num. 3. & 4. Azor tom. 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 17. q. 3. vers. Quæres an saltem. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. dubio 10. nu. 86. Vazquez 1. 2. q. 99. art. 4. disput. 165. c. 4. num. 30. Petrus de Ledesma 2. to. summæ, tractatu 10. c. 7. col. 2. notabili 2. & dubio 1. dicto 1. & capit. octauo, dubio 2. versic. Dize lo segundo. Manuel 2. tom. sum. c. 89. nu. 1. & q. regularibus tom. 1. q. 25. art. 5. Viualdus candelabro sacramentorum 3. p. cap. 14. fine. Emmanuel Sà summa, verbo Votum, vbi de votorum irritatione nu. 1. Philiarchus de officio sacerdot. 2. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 4. concl. 4. Sayro in Claui Regia, lib. 6. c. 10. num. 17. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 88. Corradus in suis responsis 1. p. q. 197.*

19 Atque idem dicendum est de votis quorumcumque clericorum secularium. Quippe nec in illos Pontifex potestate dominatiua fruitur. Atque ita videtur docere *Caietanus, Sotus, Nau. Petrus de Ledesma triplici loco. Vazquez, Azgler, Vega, Emmanuel Sà, Ludouicus Lopez nu. præced. relati*, quia indistinctè de votis seculariū loquuntur. Et in proprijs terminis docent *Aragon, Suarez, num. 4. Philiarcus, Azor, Sayro, Leonardus, num. proced. relati. Manuel eodem capite 89. numero 1.* Quod tamē optimè limitant *Azor Sayro, Leonardus, Philiarcus, Suarez n. 7.* nisi clericus voueret aliquid, quod ad gubernationem ecclesiarum, beneficiorum, & rerum ecclesiarum pertineat, integrum enim est Pontifici id votū irritare. Quia tacita cōditione videtur emissum, si Romano Pontifici placuerit, idque votum aliqua ex parte, eius supremę potestati circa rerum ecclesiasticarum dispositionem obest. Quod idem satis probaui libro pręcedenti capite vigesimo, numero primo, exemplum adhibent *Philiarchus, & Sayro*, vt votum sit de non augendo canonicorum numero. Et *Philiarchus*, vt si sit de rebus ecclesiæ non alienandis. Et *Sayro*, vt si sit de alienando beneficio, de renunciando illi. Atque capite sequēti agemus latius de votis, in quibus episcopi, & beneficium habentes, pendenti ex consensu Pōtificis. An vero hæc sit perfecta irritatio, ita vt vota sint in perpetuum extincta, dicemus capite vigesimo sexto, numero sexto.

20 At integrum est Pontifici religiosorum quorumcūque vota irritare, quę alij regulares eorum prælati irritare valeant. Quia (vt præter Doctores omnes statim citandos, docent *D. Thomas 2. 2. quæst. 186. artic. 5. ad 2. & ibi Caietanus super illam. Leonardus libro 2. de iustitia, cap. 14. dubio 15. numero 114. Bañes 2. 2. quæstione 11. articulo decimo, dubio 6. ad finem. Valentia 2. 2. disputatione decima, quæstione tertia, puncto octauo, statim in principio. Ribadeneira libro de instituto Societatis Iesu capite vicesimo.*) religiosi subduntur Pontifici, non sola ratione, qua cæteri fideles etiam ex vi voti obedientiæ, eo quod est supremus omnium religionum generalis, & ipsi emittitur votum obedientiæ in professione factū: & ideo habet dominatiuam in illos potestatem, sicut prælatus regularis. Et ideo hoc tradunt *Caietanus, Sotus, Nauarra Aragon, Angles, Vasquez numero 31. Manuel vtroque loco, Azor eod. quæst. 3. vers. Monachorum vero Emmanuel Sà Ludouicus Lopez, Vega, Corradus. Petrus de Ledesma eo. capit. 7. columna 2. Viualdus, Sayro allegati numero 18. Alcozer summa capit. 16. vbi de potentibus irritare vota. conclusione tertia. Valentia 2. 2. disputatione sexta quæst. sexta puncto sexto, columna secunda, versiculo Secundo diligenter, in fine. Suarez tomo secundo de religione, tractatu de voto, libro sexto, capitulo 7. num. 18.*

Atque

21 Atque à fortiori nec episcopus poterit irritare vota secularium, siue laicorũ, siue clericorum. Quod ferè oẽs citati nu. 18. & 19. tradunt. Excipiuntur tamen vota clericorum vergentium in ecclesię detrimentum. Vt si parochus voueat longam peregrinationẽ. Vt bene docent *Abulensis c. 30. Num. q. 71. Alcozer summa cap. 16. vbi de potentibus irritare, concl. 2. fol. 54. pag. 2. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 2. nu.* 8. & dicemus latius c. sequenti. An vero sit irritatio propria & directa, an sola suspensio, dicemus c. 26. n. 7.

22 Nec religiosorum quoque vota irritare valet, nisi eorum, quorum est peculiaris prælatus, cui votũ obedientiæ emittitur: vt contingit in aliquibus monialium cœnobijs. Quia iam omnes religiosi habent ex Pontificis priuilegio exemptionem, ac ipsi immediate subsunt. Ita *Leonardus lib. 2. de iust. c. 41. dubio 15. n. 114. Petrus de Ledesma 2. to. summæ, tractatu 10. c. 7. col. 2. notabili 2. Suarez eodem lib. 7. n. 18.*

23 Superiorem autem vice fungentes, atq; ita solam vicariam iurisdictionem habẽtes, possunt ea vota irritare, quæ possunt superiores, si authoritate legitima habeant eam vicariam iurisdictionem generalem ad omnes causas, & non restrictam ad aliquas determinatas. Quippe tunc sunt plenè superiores, eademq; illorũ authoritate funguntur. Sicut tutores ideo irritare vota filiorum possunt, quod authoritate legis, vice parentum funguntur. Ita docent *Azor to. 1. inst. moral. lib. 11. c. 17. q. 3. ad finem. Sayro in Claui Regia, l. 9. c. 10. n. 16.*

24 Tandem pater familias nequit suorum famulorum vota irritare. Quippe cum illi mancipia non sint, minime subduntur dominatiuæ eius potestati. Sic *Sotus li. 7. de iust. q. 3. ar. 1. col. 3. vers. Si scitaris. Vega 2. to. sum. c. 129. casu* 88. Quod de vera irritatione est intelligendũ: nam potest eorum vota suo obsequio prӕiudicantia suspendere vsque ad tempus finitę obligationis. Vt in genere de omnibus subditis diximus nu. 4. Et in speciali docet *Suarez eodem lib. 6. c. 3. n. 6.* An idem sit in voto, aut iuramento religionis diximus libro pręcedenti, tractantes an id iuramentum impleri possit, immò absq; iuramento liceat religionem ingredi, non obstanti pacto iurato alicuius ministerij.

25 Tertia difficultas est. An irritatio, dispensatio, & commutatio voti fieri possint vouenti inuito. Vt quidem irritatio potest fieri vouenti inuito. Quia cum pendeat à dominatiua superioris potestate, potest exerceri, velit, nolit inferior; neq; enim hic potest illi pręiudicare. Ita *Aragon 2. 2. q. 89. ar. 9. paulo post princ. Suarez eod. lib. 6. c. 1. ad fin. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 8. n. 6.*

26 Secus autem dicunt *Aragon, & Suarez, ibi,* de dispensatione. Probat *Aragon* quia est actus iurisdictionis spiritualis. At hęc ratio est inefficax. Quia absolutio ab excõicatione est actus iurisdictionis spiritualis, & tamen confertur inuito. Vt traditur in tractatu de excommunicatione. *Suarez* autem probat, quod dispensatio sit beneficium, quod in inuitum non confertur. Item quia cum sit in fauorem eius, cum quo dispensatur, non debet in eius omnes extorqueri: *regula Quod ob gratiã 61. de regulis iuris, 6.* Tandem quia eo ipso quod subditus non acceptat dispensationem, videtur iterum emittere votum. At existimo dispensationem quoq; cõcedi posse inuito vouenti, ita vt eum voti obligatione liberet. Quod bene docet *Besa in suis responsis p. 2. casu in ordine 9. notabili 2. qui est primus casus ex propositis in congregatione habita feria 3. die 29. May, habetur in eo to. f.* 81. Ducor quia subditus nequit sua voluntate pręiudicare spirituali superiorum potestati, quę est ad liberandum voti obligatione, dispensando in eo, id causa iusta suadenti. At in hoc versatur discrimen, quia irritatio potest ad superioris libitum concedi valde inuito vouenti. Dispensatio autem non sic potest cõcedi, nec regulariter, sed solum id exposcẽti bono communi, aut alia vrgentissima necessitate. Nec sat erit ad dispensandum in eo voto causa quę esset sufficiens ad dispensandum volenti vouente. Quia ad cogendum ipsum dispensatione vti, multo vrgentior causa desideratur: cũ vltra dispensationem concurrat ea coactio. Nec obstant rationes contrariæ. Quia etsi regulariter dispensatio sit beneficium & fauor eius cum quo dispensatur, sicut ẽt contingit in irritatione voti, & absolutione ab excõmunicatione: at quandoque id poscẽti bono communi potest non in eius beneficium cõcedi, sed in beneficium boni communis. Nec obstat ẽt vltima ratio, quippe eadem prorsus militat in irritatione, dum enim subditus eam non acceptat, videtur quasi nouum votum emittere. Et ideo dicendum est, id vt recte fiat & firmiter, tam in irritatione, quam in dispẽsatione, debere fieri prohibendo simul illam voti materiam: sic enim fiet vt postea emissum, votum de illa sit irritum, tanquam de re illicita. Sicut *ipsemet Suarez ibid.* ait idem esse necessarium vt irritatio fiat subdito inuito.

27 Idem docet *Besa ibidem* de commutatione voti. At id non credo, & ita merito eam inuito vouenti non posse fieri, tradit *Suarez eod. c. 1. n. 12.* Quia per commutationem transfertur eademmet voti obligatio in aliã materiam. At obligatio voti circa aliam materiam nequit contrahi absque vouentis voluntate.

28 Quarta difficultas est. Quo iure hæc irritãdi potestas competat superioribus? Et quidem si de irritatione impropria, & indirecta loquamur, manifestum est supposita subiectione vndecumque orta, eã iure naturæ competere superioribus. Quia illa supposita, ius naturæ petit nil in illius detrimẽtum fieri: ac proinde eodem iure est integrum superioribus nõ conniuere ei damno, suspendendo obligationem votorum sibi præiudicãtium ad tempus quo eis non præiudicent: potest .n. eo tempore superior occupare sibi subditum.

29 Tota autem difficultas procedit de propria, directaq; irritatione, qualem omnes concedunt prælatis religionum, & fere omnes patri respectu filiorum impuberũ: & communis domino respectu seruorũ, patri respectu filiorum familias puberum, viro respectu vxoris. Quidam asserunt potestatẽ hanc esse ex iure naturali. Probatur in filijs impuberibus. Nã cum vinculum voti grauissimum sit, & iudicium impuberum valde fragile, ac facile in vnam & alteram partem cõuertatur, ratio naturalis dictat vt arbitrium pueri pendeat à patris, seu tutoris vice eius fungentis, voluntate, in eius voti confirmandis aut irritãdi. De religiosis aũt probatur, quia per voluntariam obedientiæ promissionem ita subduntur suo pręlato, vt respectu suarum actionum, & dispositionis suæ voluntatis, sint tanquã pupilli sub tutore. Atq; ideo *c. Si religiosus de elect. in 6.* dicitur religiosos nõ habere velle, aut nolle, sed à sui superioris arbitrio dependere: & ita consuetudo oĩum religionum interpetrata est hanc sub ordinationẽ voluntatis religiosorũ ad suũ prælatum, vt nullam firmam obligationem contrahere possint absq; prælati consensu. Quod in votis fuit maxime necessarius: tum quia præcipue subiectio hæc est, vt dirigantur ad ea quæ saluti spirituali expedire, aut obstare possunt, inter quæ maximũ locũ habent votorum obligatio, & eorum obseruatio: tum ẽt quia nõ possent religiosi conuenienter in spiritualibus gubernari, nisi hoc modo voluntas prælato subiecta sit. De vxorib. autem põt probari. Quia *c. 30. Numer.* dicitur vota vxoris pendere à viri arbitrio: & tamen hoc non est mere positiuũ, cessasset enim sicut reliqua mere positiua cõtenta in illa lege Mosaica, sed est explicatio iuris naturalis: & sic vniuersi Doctores colligunt ex eo loco hãc subiectionem mulieris erga virum quo ad vota. Præterea quia per matrimonium subiecit se vxor iure naturali, viri potestati, vt ab ipso tanquam à capite gubernaretur. De seruis etiam potest probari, quia supposita seruitute comparat dominus ius, & dominium actionum serui. Et ideo sic tradunt loquente de his omnibus, *Sotus libro septimo, de iustitia quæstione tertia, artic. primo, col. 3. versiculo Haud ergo, & versiculo*

Sufficientis autem. Aragon 2.2.q.88.artic. 8.colum.7.verſ. Tertio eſt aduertendum. Ouãdus 4.d.38.diſputatione vnica,propoſitione 22. Sayro in Claui regia, libro 6.c.10.nu.7. initio & fin. Azor tomo 1.inſt.moral.lib 11.cap.17. Petrus de Ledeſma 2.tomo.ſum. tractatu 10 c.7. dub.2. paulo poſt princ. in dicto 3. Et loquens de filijs impuberibus tenet *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, libro 6.c.6. nu.2.& 3.* & loquens de religioſis, tenet idem *eo.lib.6. c.7.a nu.3.vſque ad 6.* Idem tenet loquens de parentum poteſtate, *Salas 1.2.q.21.tract.8.diſput.vnica,ſect.25.nu. 262.ſi.* Idem tenent loquentes de prælatis religioſorum, *Vega 2.to.ſum.c.120.caſu 88. Corradus in ſuis reſpon.1.p. q.297. Manuel 2.tomo ſum.c.89.nu.1.& q. regularibus, tomo 1.q.25.art.5.* Et videtur clare id tenere de his prælatis. *Caiet.2.2.quæſt 88.art.8. dubio 3.verſic. ad primum dicitur* Fatentur tamen *Suarez eodem cap.6. numero 2. & Petrus de Ledeſma eodem cap.7. dubio vltimo in 5. dicto,& cap.8. in dubio vltimo, in ſolutione ad confirmationem ſecundi argumenti,* concurrere quoque legem humanam præſcribentem tempus, quo durat illa ætatis, & iudicij imperfectio, ob quam poteſt pater ea vota ſic irritare. Quia ex iure naturali id deduci nequit, cũ alij pueri tardius, alij celerius rationis vſu perfecto vtãtur; nec hoc erat arbitrio parentum relinquendum Atque ideo ius humanum eum ætatis limitem præſcripſit, inſpectis ijs quæ frequentius accidunt.

30 Alij loquentes de religioſis, & de filijs, tradunt hanc irritandi poteſtatem eſſe ex iure humano. Ducuntur, quia nullo pacto ex natura rei, ſiue profeſſionis religioſæ, poteſt hæc poteſtas probari. Quippe nil horum tantam ſubiectionem, aut dependentiam volũtatis ſubditi à ſuperiori poſtulat, vt poſſit præcipere, aut interdicere actus internos. Vt dicemus libro ſexto, tractantes de voto obedientiæ. Quare totum hoc referri debet ad iuris humani diſpoſitionem, qđ in omnibus horum ſubditorum votis eam conditionẽ tacite ineſſe pręſcripſit niſi ſuperior contradixerit. Sicut enim poteſtatis ciuilis eſt formas contractuũ pręſcribere, ac decernere conditiones tacite in eis intelligendas, quamuis à cõtrahentibus excogitatæ nunquam fuerint. Ita poteſtatis eccleſiaſticæ eſt ſtatuere eam cõditionem tacite ineſſe votis ſubditorum horum. Quia iuſtiſſima ſic ſtatuendi cauſa ſubeſt, vt melius religioſi in vita ſpirituali à ſuis prælatis dirigantur: & vt immaturo impuberũ iudicio proſpiciatur. Quamuis autem id ſtatutum non expreſſe in iure inueniatur, deducitur, tamẽ ex eccleſiæ vſu. Ita docet *Leonardus lib. 2. de iuſtitia c.40. dubio 10.nu.74.* Atque idem loquens de votis religioſorum ſuſtinet *Vaſquez 1. 2.q.96 ar.4.diſp.165.c.4.n.29.* aliter tamen id explicat, ait enim nullum ius dominatiuum prælatorum in religioſos excogitari poſſe, pręter iuriſdictionem à iure poſitiuo conceſſam. Quia non alia ratione domini voluntatum ſubditorum conſtituuntur, niſi quatenus iuriſdictione ipſis à pontifice conceſſa, poſſunt eos ad regulæ obſeruantiam, & votorum profeſſionis compellere, & ipſos tranſgredientes punire.

31 Sed contra vtramque ſententiã aliqua militant. Contra priorẽ, quatenus attinet ad impuberes, vrget. Quia aliud eſt, rationem naturalem dictare aliquid eſſe conueniẽs, & aliud, id de iure naturali eſſe. Multa enim rationi conſentanea præcipiũtur quotidie iure humano; quæ nunquam de iure naturali fuerant. Ergo ex ratione conuenientiæ ſubiectionis impuberum voluntati parentis, non deducitur ea iure naturali eſſe poteſtatem irritandi vota eorum. Et confirmatur, quia ratio naturalis, & fragile impuberum iudiciũ, plus poſtulat id remedium erga promiſſiones hominibus factas, vtpote quæ alijs remedijs deſtitutæ sũt, niſi vbi minor eſſet notabiliter læſus, in quo caſu eſt opus lite ad probandam læſionem: cum tamen in votis ſit facile diſpenſationis remedium. At promiſſiones homini ab impuberib. factę nequeunt à parentibus irritari. Vt conſtat in ſponſalibus, quæ adeo firma ſunt, vt ſolis ipſis impuberibus integrum ſit reſilire & id non ſemper, ſed vbi primum ad pubertatem accedunt. Vt latè probaui lib.1. de matr.tota diſp.31. Et pupillus cum homine contrahens obligatur naturaliter iuxta communiorem, ac veriorem ſententiam: vt probaui lib.5. de matr. diſput.38.n.21. Quæ obligatio irritari à patre nequit. Et filius familias pubes independenter à patre obligatur homini, naturaliter, & ciuiliter. Vt probaui eodem lib.6. diſp.39.n.1. Cum tamen ſecus ſe habeat in votis realibus. Quæ omnia ob diſpoſitionem iuris ciuilis ita ſtatuentis ſunt Ergo conuenientia naturalis ob imperfectionem iudicij impuberum non ſatis eſt ad aſſerendam hãc poteſtatem de iure naturali. Quod autem ſubiectio naturalis erga parentes ad id non ſufficiat, probant etiam rationes prædictæ: cum ſubiectio naturalis non aliter ſit erga promiſſiones Deo quam hominibus factas, ſi ius humanum excludamus. Pręterea quia ſubiectio naturalis ſolum irritationis impropriæ, ſeu ſuſpenſionis ius tribuit, quando votorum executio ſubiectionem illam impedit, iuxta dicta nu.28 Tandem quia quiones obligationem indefinitam iuris naturalis, aut diuini poſitiui, determinat ius humanum, dicitur abſolutè, & ſimpliciter obligatio de iure humano, & ita poteſt diſpenſatio Pontificis in illam cadere, tanquam in ius humanum. Vt conſtat in præcepto confeſſionis quadrageſimalis, & ſeruãdi alicuius feſti. Ea enim determinatio eſt tanquam forma dans eſſe, & denominationem præcepto. Ergo etſi daremus poteſtatem irritandi vota eſſe ex iure naturali, cum tamen ea ſit indefinita, & determinatio ætatis ſit ex iure humano, dicetur conceſſio hęc abſolute, & ſimpliciter, ex iure humano. Quo ad religioſos aũt, vrget, quia quãuis obedientiæ voto poſſit quiſpiam ſe ita alteri aſtringere, vt nullum votũ independens ab eius voluntate valeat licite emittere, at non põt ſecluſa iuris eccleſiaſtici determinatione, ita volũtatem ſuam alteri alligare, vt quãtumuis poſtea velit, nequeat. valide & ita firmiter aliquid vouere, quod ſuperior irritare nequeat. Vt dicemus n.37. Ergo ex iure eccleſiaſtico eſt hęc infirmitas votorum, & dependentia ex ſuperioris voluntate. Præterea quia iuxta veriorem ſententiam, ſubſtantia voti ſolemnis non cõſiſtit in traditione nec votum ſolemne ex iure naturę, ſed ex ſolo eccleſiaſtico habet irritum reddere quod contra illud fit. Et iuxta omnes id conſtat in votis ſimplicibus, quæ tamen quando authoritate Pontificia approbantur tanquam conſtituẽtia verum ſtatum religioſum, vt in Soc. Ieſu, ſat ſunt ad hanc irritandi poteſtatẽ competentem ſuperioribus: vt ſuo loco ꝓbauimus. Ergo poteſtas hęc in religioſorum vota, eſt ad ius humanum referenda. Item quia ea ſubiectio ſolam arguit poteſtatem irritandi imperfecte, ſeu ſuſpendendi vota, quatenus obſtant obedientiæ à religioſo debitæ pro tempore, quo obſtãt. Ergo poteſtas irritãdi perfecte competit ex iure humano. Tandem quia religioſi per votum obedientiæ non ſubſunt quo ad omnes actiones ſuperiori, nec omnino habent velle, & nolle, ſed tantum ſubduntur quo ad actiones ſecundum regulam: & ideo ſuperior eis neq; vniuerſa præcipere, nec omnia prohibere. Ergo ex obedientia voto debita à religioſis non deducitur ea poteſtas in ſuperiori. irrita reddendi vniuerſa eorum vota. Quo ad ſeruos autem, & vxores, & filios familias puberes, conſtat ea ea ſubiectione ſolam ſuſpendendi vota, quatenus nocent illi, deduci. Demũ cõtra poſteriorem ſententiam vrget, quia ius humanum, vtpote quod non habet dominium voluntatis ſubditorum, nequit vota irritare. Et ita n.18. probauimus de Pontifice. Non ergo poterit eam facultatem alicui concedere.

32 Sed conformiter poſteriori ſententię loquẽs, nec reijciens priorem, cenſeo fundamentum, & radicem huius poteſtatis eſſe ex iure eccleſiaſtico, ſic per vſum declarari: at eo ſundamento poſito, cenſeo poteſtatem hanc eſſe ex iure diuino naturali. Quod ſic explico, fundamentum huius poteſtatis aſſignatur ab omnibus, vt infra

sta explicabimus, quod horum omnium subditorum vota, quæ irritari possunt, nempe religiosorum, filiorum impuberum, & puberum, & seruorum, & vxoris, habeât implicitam conditionem, nisi superior contradixerit, aut si ille consensum præstiterit: quæ conditiones sunt solo iure ecclesiastico inclusæ tacite in his votis, vt optime explicuit posterior sentētia relata numero trigesimo, & suppositis illis conditionibus imbibitis in huiusmodi votis, de iure naturali est libertas in superioribus ad non ponendas eas conditiones, negādo assensum, aut contradicendo. Sicut si aliquis promitteret sub conditione, si Petrus voluerit, cōditio illa est posita voluntate humana, at ea supposita competit Petro iure naturali libertas denegandi consensus. Similiter institutio beneficij, consecratio calicis, benedictio aquæ, sūt iure humano instituta; at supposito hoc iure est eorum venditio iure diuino naturali vetita. Et sicut hæc prohibitio dicitur absolute de iure diuino naturali, etsi supponat tāquam fundamentum aliquid iuris humani; ita absolute, & simpliciter, dicitur potestas hæc irritandi vota competere his superioribus, ex iure naturali diuino, etsi fundetur in quadam iuris humani cōstitutione. Et hinc cessant omnes obiectiones adductæ numero præcedenti, præter vltimam contra posteriorem sententiam, cuius solutio cōstabit ex dicendis numero sequenti. *Sed* dices, supposita subiectione imbibi iure naturæ eas conditiones, ne subiectioni præiudicetur. Sed iam dixi nu. præcedenti id verum esse quo ad suspendendi potentiam.

33 Hinc deducitur primo posse ius ecclesiasticum prorogare, aut coarctare terminum illius ætatis impuberum, vt integrum sit parentibus, personalia eorum vota irritare. Constat, quia hæc ætatis determinatio est de iure humano. Et ita docet, *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 3. cap. 3. num. 9.* immo quamuis ius ecclesiasticum nequeat irritare directe vota secularium; potest tamen ex iusta causa statuere vt votum non sit firmum, nisi dependenter à Pontificis voluntate, aut alterius: & tunc Pōtifex, aut ille alter poterit irritare. Sicut eas conditiones apposuit votis religiosorum, vxorum, filiorum at seruorum, iuxta dicta h. præcedenti, & ideo possunt illi irritare. Sicut princeps secularis potest ex iusta causa eas conditiones apponere contractibus.

34 Secundo deducitur, quid dicendum de potestate infidelium ad irritanda vota sibi subditorum, vt filiorū, vxoris, seruorum. Et præmitto quamuis vota infideliū emissa suis Dijs, sint irrita, & actus idolatriæ: vt bene tradit *Suarez eodem tractatu de voto li. 4. c. 8. nu. 2.* pósse tamen valida vota Deo vero lumine naturali cognito emittere. Vt *idemmet* tradit *eodem tractatu, li. 3. c. 2. n. 9.* Quando ergo valet votum, censeo non esse hāc facultatem irritandi apud illos: nisi legibus eorum, aut consuetudine inductū sit apud eos, vt huiusmodi vota, vel Dijs suis emissa, quæ ex conscientia eorū erronea ipsos obligant, pendeant ex superiorum cōsensu. Hoc aperte colligitur ex traditis numero trigesimo secundo, vbi iuncto numero trigesimo primo, probauimus non ex solo iure naturali hanc potestatem esse, absque iuris humani adminiculo.

35 Tertio deducitur, quantumuis quispiam non effectus religiosus emittat tria religiosorum vota in manibus alicuius prælati, non integrum huic fore vota illius irritare, sicut nec illum cogere ad vota obseruanda, & ob eorum transgressionem punire. Quia per illā subiectionem non est iure ecclesiastico inductum, vt aliqua iurisdictio in vouentem acquiratur; nec vt vota tacitam conditionem habeant pendentē ex illius præcitati consensu. Et ita docet *Vazquez 1. 2. q. 96. artic. 4. disputatione 165. c. 4. nu. 25.* vbi dicit per hæc vota non acquiri iurisdictionem, *iuncto n. 29.* vbi tradit mediante sola hāc iurisdictione posse prælatum irritare vota religiosorum.

36 Potest tamen quispiam propria voluntate se ita alteri subijcere, statuendo vt suis votis ea insit cōditio, nisi ille contradixerit. Vt si quispiam proclinis, & facilis ad temerarie vouendum, protestetur coram Deo se nolle votis à se emittendis obligari, nisi confessarius illa approbauerit, aut si ille contradixerit. Et tunc dum prior illa voluntas non fuerit mutata, poterit ille vota huius irritare. Quia cum tota voti obligatio ex propria vouentis intentione consurgat, potest vouens, absolute, aut cum aliqua se conditione obligare. Atque ita docent *Leonardus libro 2. de iustitia cap. 40. dubio 10. n. 76. Suarez tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. primo, numero* 8.

37 At nequit quouis proposito, aut protestatione, suis votis futuris eam conditionem apponere, quin possit postea valide reuocare. Quia semper posterior voluntas efficax est ad priorem reuocandam, nec pōt homo hac se potestate priuare, nisi aliunde priuetur. Et ita docet *Leonardus ibidem, & Suarez eodem tractatu de voto, lib. 4. cap. 16. nu. 5.* vbi limitat nisi priori illa voluntate rem aliquam ita alienet, vt iam non maneat eius dominus. Quod ex se patet, nam si rei illius non maneat dominus, nequit reuocare *Leonardus* etiam limitat, nisi se quo ad aliquam voti materiam; ita per obedientiæ votum subiecerit, vt in ea re non sit amplius sui iuris. At non intelligo qualiter hoc ex vi solius voti fieri possit, cum non obstanti eo maneat dominus: nec id votum extra statum religiosum sufficiat. Vt diximus numero trigesimo quinto.

38 Addit etiam *idem Leonardus ibidem* non censeri eam voluntatem mutatā, nisi vouens reuocarit expresse illam, vel nisi ita sit affectus dum vouet, vt si recordaretur illius conditionis, nollet eā in hoc voto vim habere. At hic posterior reuocationis tacitę modus displicet mihi. Quia effectus ille non inducit contrarium volūtatem, sed solam prioris voluntatis reuocationē habēdam, si illius memoria tēpore voti occurreret. Sicut legatum in testamento relictum vim habebit, si expresse reuocatum non sit, quamuis tempore codicilli testator ita affectus esset, vt illius memor reuocasset, nisi ad sint rationes, ob quas iure inductum est, illud tacite reuocari. Et ita lib. 7. de matrim. disput. 90. nu. 11. ad finem, ex multis probaui, non censeri a testatore dispositū, quod interrogatus, vel aduertens disposuisset.

39 Quinta difficultas est An facultas irritandi vota, cōmutandi ue, aut in eis dispensandi, extendatur ad uota mere interna? Quidā, quos tacito nomine refert *Vazquez 1. 2. quæstione 96. articulo quarto, disputatione 160. c. 4 nu. 17.* negant. Et ipse uidetur sentire id esse probabile, tantum enim uocat oppositum probabilius. Et loquens de dispensatione, id tenet *Ledesma 2. parte 4. quæstione 16. articulo 6. vbi de potestate ecclesiæ circa actus internos. Et Aragon 2. 2. quæstione 11. articulo tertio, folio 342. colum. 2. vers. Ad 2. argumentum,* limitans, quando uotum est internum, & de actu interno, secus autem, si sit internū, at de actu externo, aut si interius, & de actu interno, manifestatur tamen aliquo signo. Et uidetur tenere. *Bañes 2. 2. quæst. 11. articulo quarto, in secundo argumento contra secundam conclusionem,* ait enim cum Pontifex dispensat in uoto interno, iam illi apertri uotum, quasi supponens non posse, nisi illi aperiatur. Ducuntur que, quia iuxta ueriorem sententiam, ecclesia caret potestate in actus mere internos. Quod si dicas, id uerum esse de iurisdictionis potestate, secus autem de dominatiua id non satisfacit, tum quia dispensatio & commutatio, sunt actus iurisdictionis spiritualis, tū etiam quia per uotum obedientiæ non subijciuntur religiosi suo prælato, quo ad actus mere internos, & ideo illos nec præcipere, nec interdicere ualet. Vt libro sexto, tractantes de uoto obedientiæ dicemus. Præterea de commutatione urget etiam alia ratio. Quia cum obligatio uoti nequat oriri, nisi ex propria uouentis uolūtate, & in cōmutatione transeat eadem uoti oblig[atio] circa priorem materiam in aliam subrogatam, ne[c]....

supe....

ſuperior commutare, niſi ſubditus ei votum aperiat, illud commutationi ſubijciens. Et confirmatur, quia in commutationem imponitur obligatio ad materiã priori ſubrogatam, & ſic præceptum de illa. At nulla poteſtas humana id põt circa actus internos. Inſuper materia ſubrogata debet eſſe priori æquiualens. At ſuperior ignarus materiæ promiſſæ interius, nequit hanc æqualitatem iudicare.

40 At dicendum eſt, eam irritandi, diſpenſandi, ac cõmutandi poteſtatem, extendi ad vota quantumuis interna. Quamuis enim ſuperior ignoret votum, dum ſibi non manifeſtatur, quod idem in voto externo contingere poteſt, at poteſt ſub conditione dicere ſubdito, ſi emiſiſti hoc votum, illud irrito, aut in eo diſpẽſo, aut id commuto in talem rem. Et omiſſis alijs differentiç rationibus, quæ aſſignari ſolent, quæ plus placet, eſt. Quia aliud eſt, iubere, ſeu prohibere, aliud autem obligatione liberare prius enim cum ſit onus, ac de re illa legem, aut præceptum imponere, petit poſſe de re illa iudicare, & ad illam cogere, trãſgreſſionemque punire: quæ nulli humanæ poteſtati reſpectu actuũ pure internorum conceduntur. Poſterius autem, cum nullum onus imponat, ſed eo liberet, non indiget poteſtate legis, aut præcepti ferendorum circa illa, & cogendi, ac puniendi, ac proinde tanquam quid fauorabilius conceditur ſuperioribus circa actus internos. Et ex hac ratione colligitur ſolutio primæ rationis contrariæ. Ad alias autem dico probare eam cõmutationem nõ ſortituram ſuum effectum, donec vouens eam acceptet, & ſubinde obligetur ad materiam ſubrogatã at ex parte ſuperioris cõmutantis erit omnino valida, nec nouum onus imponit, ſed eamdem voti materiã in aliã transfert. Et licet ſuperiori ignoret æqualitatẽ materiæ ſubrogatæ, dũ prioris materiæ promiſſæ eſt inſcius: at poteſt ſic commutare, Commuto in materiã, quam talis perſona ducta iudicauerit eſſe æqualem. Et ideo hanc ſententiã loquentes de diſpenſatione, tenent *Adrianus quodlibeto 8. art. 1. Ioannes a Medina tractatu de oratione q. de poteſtate eccleſiæ reſpectu actuum internorum, in ſolutione ad 3. Corduba in ſuo quæſtionario, libro 4. quæſt. 13. in quarta ratione ſecunda ſententia, Vaſquez, num. præcedenti relatus. Suarez 5. tom. in 3. parte diſput. 4. ſectione 2. n. 10* & loquens de commutatione, tenet idem *Vaſquez ibidem*. Et loquentes de irritatione, tenent *Adrianus, Vaſquez, Suarez ibidem num. 8. 9. & tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. cap. 7. nu 8. Petrus de Ledeſma 2. 10. ſum. tractatu 10. c. 7. dubio vltimo, dicto 1. & in ſecunda probatione prioris partis dicti illius Bañes relatus nu. præcedenti. Corduba in ſuis reſponſis 1. par. q. 29.)* Idque eſt verum, etſi votum illud interius ſit de re mere interna. Quia rationes adductæ idem probant. Et ita loquentes de irritatione tenent *Bañes ibidem, Suarez* loquens de prælatis religionum *eodem c. 7 n. 8.* Et idem poſſunt aliæ ſuperiores qui habent poteſtatem irritãdi omnia vota vel qui ſola eorũ dominio nocentia, ſi vota de re interna nocerent. Vt ſi ſeruus voueret ſe quotidie vacaturum orationi mentali quatuor horas. Quod enim dicimus in præſenti, eſt ex ea parte, qua de re interiori, & vota ſunt interna, non obſtare poteſtati irritandi.

41 Sexta difficultas eſt. An Pontifici, epiſcopo, & ſuperioribus fungentibus poteſtate dominatiua, integrum ſit antecedenter vota irritare id eſt, vota in poſterum emittenda? Et incipiendo à Pontifice, & epiſcopo, manifeſtum eſt, eos non poſſe irritare vota in poſterum emittenda, quæ iuxta dicta numero decimo octauo, & quatuor ſequentibus, ſemel facta irritare nequeunt, ſi de irritatione proprie loquamur; quæ, nimirum ad ſui valorem nullam cauſam poſtulat. Quia hæc irritatio eſt ſimiliter actus poteſtatis dominatiuæ, ſicut irritatio votorum factorum.

42 Si autem loquamur de annullatione voti in poſterum emittendi, ſtatuendo aliquas conditiones, quibus nõ ſeruatis votum non ſit irritum, & hoc ex iuſta cauſa: de fide eſt poſſe Pontificem irritare vota ſolemnia, in profeſſione emittenda. Conſtat, quia eccleſia irritauit profeſſionem factã ante pubertatem, *c. Ad noſtrã, de regular. & cap. 1. & 2. eodem tit. in 6. & Tridentinum ſeſſione 25. de regular. c. 15.* irritauit profeſſionem factã ante decimum ſextum annum, & ante cõpletum nouitiatus annũ. Nec potuit eccleſia errare in re tam graui pertinẽte ad totius eccleſiæ mores. Cõſtat etiã quia etſi matrimoniũ ſit iure naturali conceſſum, potuit eccleſia ex iuſta cauſa impedimẽta dirimentia ſtatuere. Atque in eo eſt vrgentior dubitandi ratio, eo quod ſit ſacramentũ; at ſacramentorum materias, & formas nequit eccleſia variare: potuit tamen matrimoniũ irritare, irritãdo contractum prærequiſitum ad ſacramenti rationem. Poteſt ergo à fortiori ſtatuere impedimenta dirimentia futuram profeſſionem, quæ ſacramentum non eſt, irritando traditionem ex parte profitentis, & acceptationem ex parte religionis, petita neceſſario ad eius valorem.

43 Atque non tantum poteſt id efficere ob defectũ alicuius conditionis ad profeſſionem requiſita, ſed etiam inhabile reddẽdo aliquod perſonarum genus ad profeſſionem, immo aliquam peculiarem perſonã, quando vrgens cauſa id poſtularet. Quod probant rationes quibus id probauimus in matrimonio, lib. ſeptimo, de matrimonio, diſputatione prima, numero ſeptimo, & octauo. Cum in eo ſit multo vrgentior difficultas, propter ius naturale cõcedens id omnibus in concupiſcẽtiæ remedium, ac ſobolis procreationem. Et ita Sixtus V. in quodã motu proprio reuocato poſtea per Clem. VIII. reddidit inhabiles ad profitendũ illegitimos, & quoſdã criminoſus. Atque idem eſt dicendũ de votis ſimplicibus Societatis Ieſu, ꝑ quæ emittentes illa fiunt veri religioſi. Quia in illis quoq; eſt traditio ex parte vouentis, & acceptatio ex parte religionis. Et ita bene docet, *Suarez tomo ſecundo, de religione, tractatu de voto, libro 3. capite 3. numero ſexto.* Qui *numero ſeptimo*, bene etiam docet poſſe ſimiliter irritari vota ſimplicia, quæ profeſſi. Societatis Ieſu emittunt poſt profeſſionẽ Cũ enim emittantur vt annexa, & acceſſoria profeſſioni, irritata hac reddentur quoque illa irrita.

44 De alijs autem votis ſimplicibus maior vrget difficultas, eo quod in illius non reperiatur contractus aliquis, in quem poſſit eccleſia. At dicẽdum eſt, poſſe vtique idem circa ea, id cauſa iuſta poſtulãti: & hoc, ſiue vota ſint externa, ſiue interna. Cõſtat, quia ad valorem voti exigitur actus humanus, quo velit vouens ſe Deo aſtringere, & initur quidam cõtractus cum Deo, ſicut in promiſſione humana cũ homine. At actus humani ſubiacẽt poteſtati eccleſiæ, & poſſunt ex iuſta cauſa ab illa impediri quoad obligationem ſibi imponendã in rebus ſpiritualibus. Sicut pendent à poteſtate ciuili ad imponendam ſibi obligationem in cõtractibus ciuilibus: & ita hæc irritat aliquas ꝓmiſſiones humanas, Et confirmatur, quia iuxta probabiliorem ſententiam, quam ſupra ſuſtinuimus, ſolo eccleſiaſtico iure ſunt irrita vota facta ex metu cadenti in virum conſtantẽ: & licet altera opinio id negat, non id defectu poteſtatis negat, ſed intendens id eſſe ex iure naturali. Et quãuis vota eſſent interna, ac de rebus internis, iam numero 40. oſtẽdimus eſſe ad hoc poteſtatem in eccleſia. Atque ita docet *Suarez tomo 5. in 3. p. diſp. 4. ſectione 2. nume. 9. & tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 3. à nu. 8. vſque ad 12.*

45 Ex his deducitur non valere hanc irritationem abſque cauſa legitima factam, ſicut nec diſpenſationem. Quia natura pertinet ad poteſtatem dominatiuam, cuius eſt valide ad libitum operari, ſed eſt actus iuriſdictionis ſpiritualis, & non circa legem humanam, ſed circa diuinam naturalem. Prætereа quia hac ratione probauimus lib. ſeptimo, de matrimonio, diſputatio. 3. n. 6. non poſſe valide Pontificem ſtatuere impedimen-

ta

in matrimonium dirimentia, absque causa legitima. Et ita bene docet *Suarez co. c. 3. n. 14.*

45 Atque si solum ius diuinum naturale spectemus, posset episcopus in sua diœcesi hæc impedimenta statuere, tam circa professionem, quam circa vota simplicia. Sicut de impedimentis matrimonij probauimus libro septimo, de matrimonio, disputatione 1. numero vltimo. At sicut ibi diximus, attenta consuetudine id non posse circa matrimonium, ita de votis solemnibus est dicendum. Et sic tanquam certum admittit *Suarez co. cap. 3. n. 12.* vbi de votis simplicibus id etiam dicit esse probabilius; quanuis contrarium sit probabile. At ego nullatenus id tanquam omnino insolitum auderem episcopis concedere: quamuis fatear nullam ad id denegandum rationem vrgere.

47 Quod si petas, an de facto sit aliqua huiusmodi irritatio votorum simplicium? Respondeo esse quidem, attenta sententia quam superius amplexi sumus, dicenti vota simplicia emissa metu cadenti in virum constantem, esse irrita solo iure ecclesiastico. An vero ratione subiectionis sint irrita aliqua sub. liorum vota, emissa absque expressa licentia est tractandum c. seq. vbi partem negantem tuebimur.

48 Si vero loquamur de irritatione propria, quæ actus est potestatis dominatiuæ, *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto l. 3. c. 6. n. 25.* loquens de prælatis religionis ait se non dubitare, quin per legem, seu statutum legitima potestate facta in tali religione, possit id fieri, propter specialem subiectionis modũ, & obedientiæ, quam religiosi profitentur: non videri tamẽ esse in vsu talem constitutionis modum, nec regulariter expedire: at seclusa lege irritanti non videri posse prælatos priuata authoritate id efficere. Quia nullibi est illis concessa hæc potestas: nec ex vi religionis obedientiæ, aut professionis in ea emissæ sequitur. Non sat est vt possint talia vota semel emissa irritare.

49 *At ipse met Suarez eo. l. 3. n. 15. fi.* dixerat illũ qui potest irritare vota facta per potestatem dominatiuam, posse antecedenter id facere per eamdẽ potestatẽ. Quod mihi valde placet, nõ solum in Pontifice respectu religiosorum, sed in quocumque etiam religionis prælato, & in quibuscumque fungẽtibus potestate dominatiua ad irritanda subditorum vota. Ducor, quod ea vota esse nequeant valida, & firma, nisi dependenter à tacita conditione in eis imbibita, si superior consenserit, aut non contradixerit. Cum ergo obligatio pendeat ex superioris voluntate, ad libitum volentis, aut contradicentis: cur sicut potest postea auferre conditionem illam, seu illam non ponere, non poterit etiam valide antecedenter id facere, auferendo conditionem, sine qua votum valere nequit? Et confirmatur, quia multo difficilius dissoluitur vinculum post factum, quam antea. Si ergo vota semel facta possunt ab his superioribus reddi irrita, auferendo conditionem, poterunt & antecedenter id eodem modo facere, nẽpe, declarãdo subditis suam voluntatem esse, nolle ponere eam conditionem. Præterea, quia ideo vouens potest quascunque conditiones honestas suis votis nondum emissis apponere, quia obligatio pendet ex eius voluntate. Ergo cum obligatio voti subditi pendeat ex conditione ponenda ad superioris libitum, poterit superior antecedenter eam cõditionem auferre. Nec ad hoc oportet, alicubi esse his superioribus potestatem concessam: quia ipsa dominatiua potestas, dummodo per potestatem aliam superiorem non coerceatur, licentia affert hoc ius, sicut & ius irritãdi vota iam facta. Immo quamuis regulariter hæc irritatio antecedens non expediat, at sæpe subditi ita vrgentur scrupulis circa imaginationes votorũ à se emissorum (quos non paucos reperi) vt ad eorum conscientias parandas expediat hæc irritatio antecedens. Nec enim semper possunt præ manibus habere superiorem, vt postea irritet vota: ac molestissimi illi erunt, passim eum adeundo: nec audebunt ita molesti esse.

50 Quicquid tamen de hoc sit, id constat, posse superiores hoc efficere, nempe, interdicere subditis, ne ipsis inconsultis vota emittant. Quippe id non est opus perfectionis impedire, sed modũ prudentius vota emittendi præscribere. Et ita docet *Suarez to. 2. de religione tractatu de voto, lib. 5. c. 6. n. 25.*

51 Quod si quæras, an vota contra huiusmodi interdictum emissa sint eo ipso irrita? Id videtur affirmare *Ricard. 4. dist. 38. ar. 4. q. 2.* vbi ait eos, quibus sic vouere interdicitur, non posse ea promittere, quæ vouere prohibiti sunt. Et reddit hanc rationem, quia Deus nõ acceptat obligationem cõtractam aduersus superioris præceptum. Et potest amplius suaderi, quod interdicto voto orationis emittendo, censetur quoque oratio ex voto facienda interdici: & sic non erit apta voti materia.

52 Verum absque dubio dicendum est, quando superior solum vouendi actum interdicit, nil circa materiã voti disponens, culpam esse vouere contra id preceptum, at votum esse validum. (Quando autem materia est interdicta per regulas, aut superiorem, dicetur capite sequẽti.) Et ratio est clara, quia ad voti valorem sans est materiam esse Deo gratam, etsi modus vouendi illi displiceat. At quando prohibitio in solum hunc modum cadit, cum materiam non afficiat, nõ desinit illa esse Deo accepta. Præterea quia sponsalia, & matrimonium inita contra ecclesiæ interdictum, vbi decretum irritans non additur, sunt valida. Vt probaui lib. 7. de matrim. disp. 2. n. 9. & 10. Quia multa prohibentur fieri, quæ tamen facta valent c. *Ad Apostolicam, de regul.* Nec obstant contraria. Non primum, quia etsi tunc Deus non acceptet modum, acceptat tamẽ materiam illam, tanquam non vetitam. Nec etiam secundum, nam licet interdicens votum orãdi, interdicat subinde orationem, tanquam in radice, & remote, quod nõ aliud est, quam interdicere votum orandi, quod est illius obligationis radix: non interdicit formaliter, & in se, orationem ipsam: quod necessarium est, vt sit inepta voti materia. Et ita docet *Suarez eodem lib. 3. c. 2. n. 12. & c. 6. n. 25.*

53 Septima difficultas est. An superioribus hac potestate dominatiua fungentibus integrum sit eam alicui delegare? Et quidem certum videtur posse illos irritare vota, quæ quidem tertius ab ipsis, vel ab alio destinatus irritanda iudicarit, aut voluerit. Quia tunc nulla irritandi potestas delegatur, sed ipsimet superiores tunc irritant, sub illa conditione, & sola voluntas, & arbitrium illi tertio relinquuntur. Quare sicut potest superior absolute irritare, ita quoque sub illa conditione. Et hic est tutissimus irritandi modus, quando superior non vult per seipsum irritare, aut quando confessario religiosorum vult facultatem irritandi vota eorum concedere, ne opus illi sit superiorem adire.

54 Sed difficultas est, quando ipse superior non irritat, sed irritandi potestatem delegat. Videtur enim id fieri non posse. Quia nequit alterum efficere dominum voluntatis sui subditi, non constituendo illum absolutum superiorem, quando sic constituere posset. Secundo, quia cum vis huius potestatis non sit actus iurisdictionis, vt diximus n. quinto, videtur non posse delegari. At existimo posse delegari. Quia hoc nil aliud est, quam potestatem irritandi actus gesti absque domini consensu committere, quam quidem quilibet dominus concedere potest ad rescindendam rei suæ alienationem ipso inconsulto factam. Et non obstant contraria. Quippe hoc non est absolute constituere dominũ, sed vices suas committere ad rescindendum illum actum. Nec soli iurisdictionis actus delegari valent. Et pro hac sententia est clare *Leonardus lib. 2. de iustit. cap. 40. dubio 13. nu. 107. §. Abbatissa,* dicit enim eos posse monialium vota irritare, ex formali, vel virtuali, suorum prælatorum concessione. Et *Suarez 2. tom. de religione, tractatu de voto lib. 6. c. 6. n. 23.* vbi dicit fundari in præsumpta parentum voluntate, vt ijs mortuis, & tutore deficienti, possit quicunq; impuberem gubernãs, vota eius irritare.

irritare. Et melius facit *eod.l.6.c.7.n.17.* vbi ait vicarios superiorum non fungentes plena eorum potestate, nisi habeant delegatam ab ipsis facultatem, carere potestate irritandi vota.

55 Hæc autem facultas valide cōceditur ab his superioribus excommunicatis non toleratis. Quia cum irritare non sit actus iurisdictionis, sed cuiusdam dominij, ita ea delegatio non est actus iurisdictionis, sed sola licentia, siue mandatū potestatis dominatiuæ substituentis suas vices ad ea vota rescindenda. Sicut valeret potestas ab his concessa rescindendæ alicuius alienationis rei suę. Qua ratione defendimus lib.3.de matr.disp.11. num. septimo validam esse licentiam assistendi matrimonio, concessam à parocho excommunicato non tolerato: quod non sit actus iurisdictionis.

56 Octaua difficultas est. An vota quæ subijciebātur potestati irritandi, dispensandi, aut commutandi, in defuncto, subijciantur eidem potestati, in eius vouentis hęredibus, v.g. filius familias votū reale emiserat, quod à patre poterat irritari, aut in eo poterāt prælati dispensari, idque commutare obijt his sibi non concessis, & instituit quendam hæredem tertiæ partis aduentitiorum, vt potest in hoc regno, vel ex patris licentia, omnium illorum dubitatur ergo an hic hæres, in quē transit obligatio illius voti realis, possit his remedijs iuuari? Et videtur posse, eo quod tota hæc obligatio ex voti vinculo profecta sit. Votum autem hoc triplici modo dissolui potest.

57 At dicendum est, nil ex his fieri posse. Ducor, quod illa voti obligatio, tanquam personalis, sit prorsus extincta morte vouentis, transieritque illius implendi obligatio in hæredem, ex solius iustitię, & quasi contractus cum defuncto, vinculo. Vt supra agentes de hoc diximus, sicut transit ad hæredem obligatio soluendi alia defuncti debita. At hæc remedia nō cadunt in obligationem iustitiæ, sicut nec in obligationem aliorum debitorum.

58 Immò quamuis non desint authores asserentes posse legata pia authoritate episcopi, hæredisque consensu, conuerti in vsum magis pium esto illa opinio esset vera, (de qua re non est præsentis negotij disputare,) non haberet locum in nostro casu. Quia obligatio hæredis ad soluenda ea legata, oritur ex gratioso testatoris præcepto, quo hęres ea soluere iussus est. At in nostro casu non oritur ex gratiosa defuncti voluntate, sed quia erat reale eius ex voto debitum, & omnia debita realia trāseunt in hæredem. Et ideo cum hoc non sit legatū gratiosum, non comprehenditur in ea doctrina.

59 Vltima difficultas est. An sicut hi superiores possunt vota subditorū irritare, possint quoque sua, vel saltem suis confessarijs cōmittere vt illa irritent? Videtur pars affirmans inde suaderi. Quia superiores possunt secum dispensare in omnibus illis, in quibus possunt cum subditis. Vt libro octauo, de matr. disp. tertia, numero sexto probauimus. Cum tamen dispensare sit actus iurisdictionis, quam nemo potest exercere in seipsum. Præterea quia ibi numero tertio probauimus, posse hoc suis confessarijs committere, vt cum illis dispensent, sicut vt eos absoluant.

60 At omnino negandum est, posse hos superiores propria vota irritare, quæ à subditis emissa, irritare posset, aut confessario suo committere, vt illa irritēt. Ratio est clara, quia ratione dominij absoluti in voluntatē subditorum, aut circa materiā promissam, inest ijs votis conditio tacita, si superiores hi cōsenserint, aut nō contradixerint, & ideo irritationi superiorum subduntur. At ipsa superiorum vota nullam habent tacitam cōditionem à sua voluntate pendentem, sed à voluntate superiorum, si forte ipsi alterius potestati dominatiuæ subdūtur. Ergo non possunt sua vota irritare, aut alijs irritanda committere. Sicut dominus pōt irritare contractum de re sua initum ab alio dependenter à sua voluntate, ratione conditionis in illo imbibitæ, at proprios cōtractus rescindere nequit, nec alijs rescindendos committere. Nec est simile de potestate dispensandi, quia ea nō competit ratione alicuius conditionis in votis, aut in alijs inferiorum actibus inclusæ. Et quis dispensatio sit actus iurisdictionis, cum ea non sit contentiosa, sed voluntaria, potest in seipsum exerceri. Vt probaui ea disputatione tertia, n.6.

61 Quando autem irritatio voti non valeat ex falsi expressione superiori, aut ex veri taciturnitate, aut ratione erroris in voto proponendo: dicimus inferius tractantes de similibus defectibus in dispensationis impetratione capite quadragesimo septimo. An vero ablato voto principali per irritationem, dispensationem, aut commutationem, censeatur ablata obligatio pœnæ, & illa valeant non explicato pœnæ voto, & esse debeat maior causa ad dispensandum, maiorque commutat ratione pœnæ, & postr vnum absque altero tollis bis modis, diximus hoc libro quarto, capite vigesimo secundo, numero nono, & an impetrata dispensatione, commutatione, aut irritatione pœnę, oporteat quoque narrare principalem voti materiam, diximus ibi num. vigesimo primo.

CAPVT XXV.

De votis religiosorum, & aliorum subditorum dominatiuę alterius potestati, qualiter valent, & de votis episcoporum, & beneficium ecclesiasticum habentium, & an omnium horum vota obligent ad ea superiori manifestanda, petendamque adimplendi licentiam.

SVMMARIVM.

Qui sint subditi, quorum vota ex superioris consensu pendent, n.1.

Quotuplicia sint subditorum opera. n.2.

Quotuplex quæstio disputanda sit, n.3.

An vota subditorum dominatiuæ alterius potestati, sint irrita, si inconsultis superioribus emittantur. Refertur duplex sententia n.4.& 5.

Vota religiosorum, & aliorum subditorum de rebus non vetitis, valent statim, & habent impliciitam, nisi superior contradicat, n.6.

Quid si secundum perfectionem regula debent ea aperiri superiori, & credatur fore vt superior contradicat, n.7.

Quid si vota sint de rebus prohibitis hunc, et qualem conditionem tunc imbibant? n.8.

Quid si prohibitio regula non sit quo ad solum modum, id est, vt opus non fiat absque licentia, sed absoluta, ne fiat? Refertur opinio, n 9.

Explicatur sententia authoris, n.10.

Quid si solo superioris præcepto sit res illa absoluta interdicta? n.11.

Si transitus ad strictiorem religionem est interdictus per Pontificem, qualiter votum illius obliget? Remissiue, n.12.

Quid si vota religiosorum, & aliorum subditorum sint realia? Explicatur à n.13. vsque ad 16.

An sufficiat taciturnitas, aut ratihabitio superioris, vt vota de rebus vetitis possint à subditis impleri? n.17.

An peccent subditi emittentes vota de his prohibitis, non impetrata prius superioris licentia? n.18.

Quid si animus subditorum esset ad ea implenda inconsulto superiori se obligare, n.19.

An peccet subditus votum irritatum implens? n.20.

An hæc vota de rebus prohibitis, sint dicenda omnino nulla ante superioris consensum, vel si sint de rebus licitis ante superioris contradictionem, n.21.

Soluuntur argumenta: & explicatur cap. Monacho 23.q.4.n. 22.

Post nu.22. inuenies alia summaria.

Cum

1 CVm superiori capite egerimus in genere de superioribus habẽtibus potestatem dominatiuam ad vota irritanda: in hoc capite est in genere agendum de ipsis subditis, an ratione subiectionis sint ita impediti vouere, vt nulla eorũ vota valere possint, aut licita esse, incõsultis superioribus emissa. Dico autem ratione subiectionis: quia an impuberes defectu pleni iudicij valide voueant, diximus c. 18. subditos autem quorũ firmitas in votis dependent ex superioris voluntate, consentientis, aut non contradicentis, diximus c. præc. esse episcopos respectu Pontificis, & beneficium habentes respectu Pontificis, aut episcopi, quo ad vrgentia in ecclesiæ præiudicium, religiosos respectu suorum prælatorum, filios respectu parentum, vxores respectu virorum, seruos respectu dominorum.

2 Antequam ad quæstiones disputandas accedamus, præmittere oportet, duplicia esse subditorum opera. Priora sunt, in quibus non subijciuntur imperio superiorum. Et de his constat apud omnes posse à subditis, valide, & firmiter vouere, & esse absoluta, nullâque imbibitam habentia cõditionem, quæ à superioris voluntate pendeat. Atque de his non agimus in præsenti: præterquam in episcopis, & clericis beneficium habentibus: de alijs aũt subditis erunt in sequentib. quæstiones speciales. Posteriora sunt, in quibus ei imperio subijciuntur, ita vt non sint prorsus firma, nisi dependenter à superioris voluntate, vota de illis emissa. Et hęc posteriora sunt in duplici differentia, quædam sunt nullatenus per regulas, aut superioris præceptum interdicta: alia autem sunt interdicta. Atque huiusmodi interdictum potest esse dupliciter, prius, quando solus modus interdicitur, vt ea absque superioris licentia fieri. posterius, quando est absoluta operum illorum prohibitio. Et de his posterioribus operibus, siue quando interdicta non sunt siue quando interdicta, est in hoc capite disputandum.

3 Triplex igitur est quæstio disputanda Prima de votis religiosorum, & aliorum subditorũ, circa opera in quibus subijciuntur, siue interdicta sint illis, siue non interdicta, an sint prorsus irrita, aut qualiter valeant. Secunda, quando sunt de operibus interdictis, an obligent ad ea superioribus manifestanda: petẽdamque illa adimplendi licentiam. Vltima, de votis episcoporum, & clericorum habentium ecclesiasticum beneficium qualiter obligent.

4 Quæstio prima. An vota religiosorum, & aliorũ subditorum dominatiuæ alicuius potestati, circa opera in quibus subijciuntur, sint irrita, si absque superioris licentia fiant, siue sint de rebus illis interdictis, siue non interdictis. Qua in re quidam censent nulla religiosorum, & impuberum, vota esse valida, nec obligatoria, donec superioris consensus accedat: & ita dicunt tam in votis de opere illo interdicto per regulam, aut superiorem, quam de non interdicto, intelligi cõditionem affirmatiuam, si superior consenserit. Ducuntur quia religiosi, & impuberes non subduntur superiorib. quo ad solam materiam promissam, vt vel sic sufficiat ad votorum valorem de rebus non vetitis, ipsos, non contradicere, sed subduntur etiam quo ad voluntatem qua vouent, cuius dominium est apud superiorem. Ergo actus promittẽdi in talibus subditis, vtpote qui est vsus voluntatis alienæ, non est Deo acceptus, nec obligationem inducit, donec superior consentiat. Nec enim Deo potest accepta esse dispositio de re aliena absque domini consensu. Secundo, quia ratio, qua communiter Doctores contrarij innitontur, ad asserendum in votis de re per regulam vetita, aut per superiorem, desiderari hunc consensum, nempe, quia donec ille accedat, tale opus non est virtuosum, cum, sit contra regulam, & idcirco non est legitima voti materia: non concludit vniuersaliter de omnibus religiosis, vt oportebat. Quia in multis religionibus regula non obligat ad peccatum, nec omnia superioris præcepta in illa ad culpã ac proinde tunc non desinit ob eam prohibitionem actus esse virtuosus formaliter. Sola enim ratio culpæ pugnat cũ actu formaliter virtuoso. Ergo vt vniuersalis sit ratio, est necessario cõfugiendum ad defectum dominij voluntatis in subdito, cuius votum ideo valere nequit, donec veri domini nempe, superioris consensus accedat. Quæ ratio cum inueniatur etiam in votis de re non interdicta, dicẽdum est ad horum quoque votorum valorem exigi consensum superioris. Et ideo hanc partem sustinet *Valentia 2.2. disput. 6. q. 6. puncto 6. col. 2. quæst. 1.* loquens de votis religiosorum: & *eadem colu. 2. immediate ante q. 1. versic. Hinc sequitur*, dicit idem de votis impuberũ: secus autem de votis puberum, & vxorum. Quia impuberes subduntur parentibus, & tutoribus, non tantum quoad materiam promissam, sed etiã quo ad voluntatem, qua vouent: puberes autem, & vxores quo ad solam materiam promissam subduntur parentibus, & viris.

5 Alij peculiariter circa religiosos dicunt, eis non licere aliquod votum absque superioris licentia emittere, quod si secus faciat, vota esse irrita, Ducuntur primo ex *cap. Monacho 20. quæst. 4.* quod est ex *D. Basilio*, ibi, *Monacho non licet vouere sine consensu abbatis, si autem vouerit, frangendum erit.* Secundo, quia humana fragilitate, ac religionis onerib. bene spectatis, nulla potest addi noua obligatio absque transgressionis periculo eorum, quæ regula præscribit, ac eorũ dãno. Tertio, quia professio religionis est eius naturæ, vt omnia vota antea emissa extinguat, *capite Scriptura de voto*. Ergo impedit alia emitti. Quarto probatur idem de omnibus subditis Quia *D. Thomas secunda secunda, q. octuagesima octaua. art. octauo*, ait subditos non posse se voto astringere firmiter in ijs in quibus dominatiuę alterius potestati subsunt, absque eius consensu: eo quod sit votum de re aliena inconsulto domino. Tandem et *toto c. 30. Numer.* vbi tunc filiæ familias, & vxores reæ voti non impleti iudicantur quando pater, & maritus votum sciẽtes, non contradixerint, quasi ex tunc adsit tacitus eorum consensus. Ergo ante hunc consensum non valebat votum. Et ideo hanc sententiam loquentes de religiosis, tuentur *Hostiensis summa titulo de voto, §. quis vouere possit, numero 7. vers. Item nec votum. Ricardus 4. dist. 38. articulo 4. quæst. 1. Paludanus ibi quæst. 3. artic. 1. numero vndecimo, conclusione 7.* solumque trãsitus ad arctiorem religionem votum excipit. *Et ibi Maior quæstione quarta, dubio de ijs qui vouere possunt, versic. Tertio religiosi.* Et statim *in vers. Quarta persona*, docet idem de vxoribus. *Rosella in sum. verb. Votum 2. n. 14. Angelus verbo Votum 2. n. 3.*

6 Prima tamen cõclusio sit. Religiosi, & quiuis alij subditi dominatiuæ alterius potestati possunt licite, & meritoriæ ea omnia bona opera vouere, quæ nec regula, nec superiorum præcepto, eis interdicta sunt, nec eos à debito illorum obsequio retrahant: & talia vota statim obligant, nullo expectato superiorum consensu, donec ipsi exequutioni cõtradicant. Quare in huiusmodi votis nequaquam includitur conditio affirmatiua, si superior consenserit, sed negatiua, dum superior non cõtradixerit. Ratio est. quia cum ea materia nullo pacto sit interdicta, & sit bona, est apta voto emittẽdo, & quandiu non interdicitur, est sita in vouẽtium potestate. Ergo eiusmodi vota sũt licita, & meritoria, & statim obligant donec superior contradicat. Et confirmatur, quia *c. Monacho 20. nu. 4.* non dicitur vota à religiosis emissa esse irrita, sed frangenda, id est, irritanda. Ergo ante irritationem sunt valida. Et ideo hãc sustinent (quamuis enim fere omnes de solis religiosis loquantur, id euenit, eo quod in illis est specialis difficultas, & alijs subditis fere nemo negat: ac in illis omnibus æque militat ratio tradita,) *Innoc. capite Scripturæ, numero 1. de voto, & ibi Ioannes Andreas numero 4. Abbas numero 6. Antonius numero 3. versicul. Secundo modo, Hostiens. num. 7. Anchar. numero nono, Cardinalis num. 2. quæst.*

tertia,

tertia, Ananias numero septimo. Henricus, numero tertio, Paludanus quarta, distinct. trigesima octaua, quæstione quarta, articulo secundo, numero vigesimo quarto & ibi Supplementum Gabrielis quæstione prima: articulo quinto, post tertiam conclusionem, versiculo tertio religiosi. Diuus Antoninus, secunda quæstione, titulo Vndecimo, capite secundo, n. sexto, ad finem. Syluester verbo Votum 3. quæstione tertia. Caietanus secunda secunda, quæstione octuagesima octaua, articulo octauo, dubio primo, versic. Et propterea, & in summa, verbo Votum, capite de quatuor conditionibus ex parte vouentis, §. Imperfectio autem ætatis, vbi de conditione subiectionis. Armilla in summa, verbo Votum, numero octauo, & nono. fine. Tabiena verbo Votum 4. quæstione quarta, numero quinto. Abulensis cap. trigesimo. Numer. quæstione septuagesima secunda, Sotus libro septimo de iustitia, quæstione tertia, articulo primo, dubio tertio columna septima, versic. Hinc autem opinioni, & sequentibus. Nauarrus summa Latina, & Hispana capite duodecimo, numero 67. & sexagesimo nono. Ouandus 4. distinct. trigesima octaua, disputatione vnica, in propositione 20. Alcozer summa, capite decimosexto, vbi de effectu irritationis, conclusione 1. fol. 54. pag 2. Angles floribus 2. part. quæst. vnica de voto articul. septimo, difficultate 2. conclusione 2. Aragon secunda secunda, quæstione octuagesima octaua, articulo octauo, dubio primo, conclusione 2. Toledo libro quarto summa, capite decimo octauo, numero 9. Medina libro 1. summa capit. 14. §. 6. folio 87. Petrus de Ledesma 2. tomo summæ, tractatu 10. capite 7. dubio 1. in tribus prioribus dictis. Philiarcus de officio sacerdotis, tomo 1. parte 2. libro 3. capit. 18. versic. Vndecimo peccat. Vega 2. tomo summa cap. 129. casu 90. Corradus in suis responsis casuum 1. parte q. in quæst. 301. Azor tomo 1. institutionum moralium libro 11. capit. 15. q. 4. 5. & 6. Ludouicus Lopez 1. parte instructorij conscientia, capite 48. col. 3. versic. Vota religiosorum. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, libro 3. capite 5. à numero 3. vsque ad finem. Manuel 2. tomo summæ, cap. 89. numero 3. Leonardus libro 2. de iustitia capite 40. dub. 10. numero 71. Sayro in claui regia, libro 6. capite 15. numero 22. Et loquens de impuberibus docet optime *Diuus Thomas secunda secunda, quæstione octuagesima octaua, articulo nono, in fine corporis.* Atque *Suarez loco allegato* expresse loquitur de religiosis, & quibuscumque alijs subditis.

7 Nec satis est, vt huiusmodi vota non obligent, dum superior non contradicit, fore vt contradiceret, si voti conscius esset, & quamuis subditus imperfecte ageret contra regulam iubentem omnia vota aperiri superiori, si id non aperiat, obligat adhuc votum. Quia etsi imperfectio illa in actu vouendi inscio superiori, aut in non aperiendo illud, committatur, nulla tamē adest in voti exequutione, nec ad imperfectionem illam obligat. Nec voluntas illa superioris præsumpta ad contradicendum exequutioni voti est satis. Quia dum de facto non contradicit, non est ablatum votum, nec materia interdicta. Sic docet *Suarez eodem lib. 3. cap. 6. n. 8. iuncto nu. 5. ad finem.*

8 Secunda conclusio. Si vota licitum subditorum sint de rebus, quæ in suis constitutionibus, aut præcepto prælati interdictæ sunt, nō sunt statim valida, nec obligantia, donec superior consensum præstiterit: quare in huiusmodi votis intelligitur conditio affirmatiua, si superior consenserit, v.g. religiosus vouit peregrinationem, cum tame absque licentia claustro egredi nequeat, aut vouit aliqua abstinentiæ opera quæ fieri inconsulto superiore regula vetat. ea vota non obligant, donec superior facultatem concedat. Ratio est, quia cum materia sit interdicta, non est apta voti materia, donec accedat superioris licentia ad illam implendam: illo autem accedente est licita. Ergo vsque tunc non obligant, at ex tunc obligabunt. Et ideo hanc tuentur *Innocentius, Ioannes Andreas, Antoninus, Abbas, Hostiensis, Ancharanus, Card. Annan. Henricus, Caietanus in summa, & art. 8. dubio primo, versiculo. Ad euidentiam huius. Abulensis, Sotus eadem colum. 7. versicul. Ad sensum igitur. Syluester, Tabiena, Nauarrus numero sexagesimo septimo. Ouandus, Armilla numero septimo. Alcozer, Toledo, Angles conclusione prima. Aragon cōclusione prima. Leonardus numero 72. Azor quæstione sexta, Petrus de Ledesma dicto quarto. Ludouicus Lopez, Sayro, numero vigesimo. Manuel vbi numero sexto eos allegaui. Suarez tomo secūdo de religione, tractatu de voto, libro tertio, capite sexto, num. nono.*

9 Sed dubium est, an conclusio hæc intelligatur de solis rebus, quæ non absolute interdicuntur in regula, sed quo ad solum modum, quia nimirum, interdicit eas res absque licētia fieri. Et quidem Doctores numero præcedenti relati videntur de interdictis vtroque modo intelligendi, cum absolute loquantur de interdictis. Atq; constat eos non intelligere de interdictis, eo quod sint mala, aut de interdictis lege aliqua ecclesiastica: quia neutra possunt esse apta voti materia. Ergo intelligunt de interdictis per regulam, aut superioris præceptum. *Et Sotus libro septimo de iustitia, quæstione tertia, articulo primo, columna septima versicul. Ad sensum igitur,* loquitur generaliter de interdictis per constitutiones, & *columna octaua versicul. De vtroque autem,* opponit qualiter res prohibita possit esse materia voti, cum sit mala. Et respondet his verbis, *Quando res est interdicta, quia per se mala, votum illius iniquum est; quando vero tantum est mala, quia prohibita, potest sub dispensationis conditione esse materia voti.* Et clarius *Leonardus libro secundo de iustitia, capite quadragesimo, dubio decimo, numero 72.* vbi hæc ait; *Si vouisti aliquid regulæ contrarium, vt orare ea hora in templo, qua iuxta regulam debes esse in cubiculo, teneris petere licentiam.* Et potest probari, quia ratio tradita numero præcedenti militat etiam in hoc casu cum similiter etiam in hoc casu intelligatur tacita conditio, si superior consenserit, & ea posita est licita materia. Atque confirmatur, quia nulla apta discriminis ratio potest tradi inter materiam vtrouis modo interdictam: cum in neutro sit apta voto, absque superioris licentia, & illa accedenti, sit in vtroque apta.

10 At probabilius existimo votum de re absolute interdicta per regulam, nullatenus obligare, sed esse irritum: præterquam in casu speciali, in quo secundum prudentiam, attentis circumstantijs concurrentibus iudicaretur maius dei obsequium, vti dispensatione in regula facta per prælatum. Ratio autem est, quia latum est discrimen inter vtrumque prohibendi modum: quando enim regula non prohibet absolute opus, sed tantum interdicit illud fieri absque licentia, illa licentia nec dicitur dispensatio, nec relaxatio regulæ, sed potius exequutio eius posito modo in ea petito ad exequendum opus: & ideo seruato eo modo actus est simpliciter melior, & nullo modo à regula deuians. At quando prohibet absolute opus, est melius conformari regulæ, loquendo regulariter, quam petere illius relaxationem, seu dispensationem à prælato: & ideo dispensationes sunt valde odiosæ, & strictissimi iuris, eo quod à iure communi concedunt deuiandi facultatem: Nec obstat quod obiecit *Valentia*, (vt ex ipso retuli numero quarto,) nempe, actum contra regulam non obligantem ad culpá, nō desinere esse formaliter virtuosum, ac proinde esse aptam voti materiam, quia etsi non desinat esse virtuosus, quatenus virtuosum opponitur culpabili, ac desinit esse talis quatenus virtuosum dicit id quod melius est: quod ad voti valorem exigitur. Et ideo hanc sententiam fertur tenuisse *Victoriā*, & tenent aliqui docti neoterici, quos tacito nomine refert, & sequitur latius probans *Suarez tomo 2. de religione. tractatu de voto lib. 3. c. 6. à n. 19. vsque ad 22.*

11 Atque idem dicerem, quando prohibita absolutio est per solius superius præceptum. Quia ei contrauenitur, dum præceptū non relaxatur, & melius est subdito obtemperare

temperare

temperare iusto superioris præcepto, quàm relaxationem illius procurare: & hoc quidem intelligo, dũ iusta illius præcepti causa durat: & superior est ita prudēs & timoratus, vt præ oculis soleat in suis præceptis habere maius Dei obsequium.

12 Vtrùm autem interdicenti Pontifice transitum ad religionem strictiorem, votum illius transitus valeat, dicemus c. 43. n. 3.

13 Rursus est difficultas, an idem dicendum sit de votis realibus emissis à religiosis, & ab alijs subditis absque licētia superioris, an illa sint irrita, & sic nō sit necessarium petere licentiā: vt eleemosynam voueat. Et quidem si subditi illi habeāt ex vi muneris administrationē bonorum, vt habent prælati religionis apertum est votum illorum de eleemosyna erogāda esse validum, nec includere conditionem affirmatiuam, si superior consenserit, sed solam negatiuam, nisi superior contradixerit. Si autem eleemosyna excesserit facultatem quā habent, valebit quidem votum, dummodo superior cōsentiat. Sicut contingit in alijs votis de rebus prohibitis. Quia in hoc euenit solus modus interdicitur, nempe, vt non fiat absque licentia. Quæ bene docet *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 3. c. 7. nu. 3.*

14 Si autē sit priuatus religiosus eleemosynā vouens, & voueat de rebus in vsum sibi à superiori concessis, volens parcius illis vti, vt eleemosynam largiatur, valebit quidem votum, si superior licentiam concesserit. Sicut diximus in votis de alijs rebus interdictis. Quia talis eleemosyna non dedecet statū religiosum, nec est de re illicita, sed licita quidem, sub cōditione tacita, quæ ibi includitur, si superior cōsenserit. Quod etiā bene tradit *Suarez eodem c. 7. nu. 1.* Atque idem fere ait nu. 6. applicandum vxoribus, filijs familias. & seruis: nam votum reale horum de bonis quorum liberam administrationem habent, validum erit. Vt si vxor habeat paraphernia, (intellige in locis, vbi ob specialem legem non interdicitur illi administratio paraphernorum, vt interdicitur in hoc Castellæ regno) vel si filius habeat castrēsia; vel quasi; vel seruus aliquid propriū ex pacto inito cum domino. Quæ omnia placent; addo tamen in his casibus vxoris, serui, & filij familias, non intelligi conditionē affirmatiuā, si superior consenserit. Quia ad eā dispositionem, nulla indigēt licentia. Sec in eo uoto filij familias, & serui, intelligitur etiam conditio negatiua, nisi superior cōtradixerit, sed sunt vota omnino absoluta, (intellige, si filius familias sit pubes:) quia huiusmodi vota nequeunt a patre, aut domino irritari. Vtrin locis specialibus de votis harum dicemus inferius.

15 Tota autē difficultas est, quando votum eleemosynæ est de rebus, quarum hi administrationem nullam habent. Vt si religiosus voueat eleemosynam de rebus cōcessis *Suarez eodem c. 7 n. 5.* dicit regulariter votū esse impertinens, & ad nil obligare, secus in speciali casu, vbi grauis occurrit necessitas, quam ratio dictaret esse aperiendam superiori: at extra talem casum ait tale votum esse imprudens, & non obligare. Quia non tam est de eleemosyna facienda, quàm de superiori monēdo, vt eleemosynam faciat: quod regulariter non expedit. Et statim *nu. 6.* ait eandem ferè doctrinam ad vxores, filios, & seruos applicandam esse, quando de bonis viri, patris, aut serui eleemosynam promittunt.

16 At hoc non caret difficultate. Quia promissio facti alieni obligat attēto iure canonico, & regio & in foro conscientiæ, & intelligitur, vt obliget ad procurādum bona fide, vt alter in cuius potestate est id factū, id exequatur. Vt latè probaui lib. 1. de matrimo. disp. 24. à n. 7. vsque ad 11. At si esset stulta, & impertinens promissio, non obligaret regulariter. Ergo potius dicendū est, regulam esse, ut sit iusta, & ualida promissio, & prudētiæ consona: ac consequēter idem in uoto dicendū est. Et ideo credo ubi non constaret fuisse de intentione uouentis, elargiri eam eleemosynam incōsulto superiori, intelligendū esse uotum, prout iusiurandum interpretatur similem promissionē homini factam, & ita instat illius esse regulariter ualidum: obligareque ad procurandam licentiam illius eleemosynę faciendæ. Nec hoc est mornere superiorem, ut elargiatur, sed cum debita submissione procurare illam eleemosynam erogari, petita licentia. Nec hoc dedecet statum religiosum. At si in casu particulari, attentis circumstantijs concurrentibus quantitatis promissæ: & superioris, & ita alijs, iudicaretur imprudens, & impertinens ea petitio, non obligaret uotum.

17 Tertia conclusio. Satis est taciturnitas superioris uidētis rem illam interdictam à subdito fieri, & non cōtradicētis, ut subditus possit rē illā exequi: & ita ad exequēdū id uotū, satis est hic tacitus cōsensus. Quia ea taciturnitas est quædā tacita operis illius exequēdi licentia, dū superior ipse nō cōtradixerit. Quia tacēs in re ad se spectanti, nec sibi noxia, consentire uidetur. *Regula Qui tacet, de regul. iuris. in 6.* At concedere licentiam illius operis exequendi spectat ad superiorem: nec hoc est sibi noxium, ut explicabimus cap. 27. num. ultimo: ubi & dicemus quomodo hoc intelligatur. Ergo iure optimo potest subditus præsumere licentiā operis exequendi, dum superior non contradixerit. Et ita docent *Innoc. c. Scriptura n. 3. vers. Sed nobis, de voto & ibi Ioan. Andr. n. 4. Hostiensis n. 7. Card. n. 6. q. 12. Gregor. Lopez. l. 3. verbo De edad, tit. 8. p. 1. Turrecrem. ca. Sunt quedam 17. q. 1. n. 5. fine. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6 puncto 6. q. 1. fine. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 5. n. 20. fine.* Quod tamen intelligendum est, quando superior poterat commodè prohibere, alias non erit licentia, sed mera permissio, quæ non excusat. Sicut latius explicabimus lib. 7. huius tractatus: agentes qñ hęc taciturnitas superioris excuset religiosum de rebus aliquibus absq; expressa superioris licētia disponentē. An uero hæc taciturnitas cognito uoto censeatur quoque eius approbatio, & licētia ad illud dicemus c. 27. à n. 45. Limitat autem, *Valētia*, ut intelligatur, qñ res illa per regulam interdicta nō est maiori bono obstans: nec regula obligat ad peccatum. At limitationē nō intelligo, quia si regula obligans sub peccato non interdicat rem simpliciter fieri, sed tantum ne fiat absque licentia, sat est ad culpa euitādam hæc licentia tacita: cùm eam iudicemus legitimā ad disponendum de aliqua re, cum tamen id sine licētia fieri, esset contra paupertatis uotū. Si autē rem simpliciter interdicat, notum diximus n. 10. esse irritū. Atque sat esse ratihabitionem de futuro probabiliter præsumptam ad id uotum exequendum, tradunt *Syluest. verbo Votum 3. q. 3. ad finem, & Grego. Lopez eadem l. 3. ad finem.* Quod qñ sit intelligendū, tractemus agentes de uoto paupertatis, ubi disputabimus, quando ea sufficiat ut licitè religiosus de aliqua re disponat.

18 Ex his deducitur primo, subditū emittentem uota de rebus his sibi prohibitis nō petita prius superioris licētia, minime peccare. Quia in huiusmodi uotis intelligitur tacita cōditio, si superior dederit licētiā, ut diximus n. 8. at illa accedenti est materia illa ad uotum apta. Et sic tradunt *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 4. Turrec. c. Sunt quedam 17. q. 1. nu. 11. Gregor. Lopez. l. 3. ad finem, tit. 8. p. 1. Sotus lib. 7. de iust. q. 3. artic. 1. dubio 3. colum. 8. Vers. de vtroque autem & in solutione ad ultimum. Sylu. verbo Votum 3. q. 3. Tabiena verbo Votū 5 q. 4. n. 5. Nau. summa Latina, & Hispana c. 12 n. 67. Sayro in claui regia lib. 6. c. 5. n. 10. fi. Manuel 2. to. summæ c. 89. n. 3. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 90.* Quod tamen intelligendum est: nisi quando materia ita est interdicta absolute per regulam, aut præceptum superioris, ut sit inepta uoti materia, iuxta dicta n. 10 & 11. tunc. n. esset culpa uenialis. Quia promittitur materia contra consilium, & quæ maius bonum impedit. & sic est inepta uoto.

19 Secundò deducitur, si quis ita uoueret aliquid: regula, aut præcepto superioris sibi interdictum, ut intēderet superiore inconsulto illud exequi, uotum esse prorsus irritū. Quia eatenus ea materia est apta uoto, quatenus

tenus tacitè imbibit conditionem, si superior cõsenserit. Vt diximus num. 8. Ergo quando expressa vouentis intentione is consensus excluditur, erit voto inepta, ac proinde uotum prorsus irritum. Atque ita docent *Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 40. dubio 10. nu. 72. Azor to. 1. institut. moralium, lib. 11. cap. 16. q. 5. fine. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto lib. 3. c. 6. n. 9.*

20 Tertiò deducitur, quid sentiendum sit de subdito implenti votũ, postquam illud superior irritauit. Quidam eum peccare sentiunt: eo quòd votum impleat contra superioris uoluntatem. Ita *Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 7. difficultas 5. in 2. conclusione. Manuel 2. to. sum. c. 89. n. 7. Sayre in claui regia, lib. 6. c. 10. num. 13.* loquens etiam de uoto ex superioris licentia emisso. *Vega 2. to. summæ c. 129. casu 91. fine.* Et fauent *Palud. 4. dist. 48. q. 4. art. 2. n. 19. & D. Antoninus 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. ad finem.* ubi dicunt subditum non debere implere eiusmodi votum, contra superioris irritantis voluntatem. Addit autem tunc impleri contra voluntatem *Manuel ibidem*, quando prælatus non ad subdititiam instanti, sed propria sponte irritatur. Cæterum etsi verissimum sit peccare subditum implendo contra voluntatẽ prelati, quando præceptum obligans imponit: at sola voti irritatio authoritate propria, nec id præceptũ, nec voluntatem, vt subditus id non exequatur, arguit, nisi ex circumstantijs occurrentibus, aliud colligatur. Quia ea irritatio potest eò solum tendere, quia vult subditũ voto non grauari, quamuis materiam interdicere nolit.

21 Vltimò deducitur dum Doctores n. 8. etiam dicunt vota subditorũ de rebus interdictis non esse statim valida, & obligatoria, intelligi, nõ quòd sint omnino irrita: si enim talia essent, non obligarent accedenti superioris licentia, vt ipsi tunc obligare fatentur. Sed dicendum est omnia huiusmodi subditorum vota, siue de rebus prohibitis, siue de concessis emissa, nec esse absolutè obligatoria, nec ipso facto irrita, sed medio modo se habere: obligarent enim quando sunt de rebus prohibitis, stante conditione, si superiori placuerit: & quãdo sunt de rebus licitis, stante conditione, nisi superior cõtradixerit. Et ita docent *Caiet. in summa, verbo Votum, c. de quatuor conditionibus ex parte vouentis. §. Imperfectio autem ætatis*, vbi de imperfectione ratione subiectionis, *ibi Armilla n. 7. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto lib. 3. c. 6. n. 9.*

22 Demum ad contraria argumenta præposita n. 4. respondetur. Ad primum dic, monachum non ita suam voluntatem in prælatum transtulisse, quin in multis, nec à superiore nec à regula interdictis, sit sui arbitrij, quamuis dependenter à superioris voluntate, & sic nõ est votum de re prorsus aliena absque domini cõsensu; & eodem modo de subiectione impuberũ erga parentes, & tutores, dicendum est. At secundum constat ex dictis n. 10. fine. Ad argumẽta n. 5. proposita respondetur. Ad primum dic intelligẽdum *D. Basilium ex c. Monacho*, quatenus ait nõ licere monacho vouere, quãdo votum est de tali abstinẽtia, quæ alijs religiosis est scãdali iusti ansa. Vt explicant *Glossa finalis ibi, & Innoc. Ioan. Andreas, Abbas, Hostiensis, Antoninus, Anchar. Cardinalis, Ananias, Henricus vbi citati sunt n. 6.* Ad secundum negatur id antecedens. Ad tertiũ negatur consequentia. Quia etsi religionis perfectio extinguat vota antea emissa, siue tanquã mors quędam spiritualis, siue quia iure humano id habet: at vota postea facta nõ est cur dirimat. Ad quartũ, dic cõsultò. *D. Thomam* dixisse ea vota nõ esse firma, & nõ dixisse esse irrita. Quia sentit reuera esse valida, at nõ habere omnimodã firmitatẽ, quia habẽt tacitã cõditionem pendentẽ à superioris voluntate. Ad vltimum dic ex loco nil colligi cõtra nostrã sententiam. Qui ibi solùm dicitur cõtradicentibus superioribus fieri irritum votum: & audientibus, ac tacentibus obligare. Quid autẽ sit nec audientibus votũ, nec contradicentibus, ibi nõ explicatur. Et ita non valet argumentum deductum ab authoritate negatiue.

SVMMARIVM.

Quando superior voti ignarus denegat illius implendi licentiam, non est voti irritatio, nu. 23.

Qui vouit rem à superiore, aut regulam interdictam, tenetur petere illius implendi licentiam, n. 24. Et ibi, quid si ea non petita votum impleat.

Quid si vouens intendit non se obligare ad petendam licentiã, num. 25.

Quid si tempore voti nulla erat materia prohibitio, & postea superuenit? nu. 26. & ibi, quid si vouens ignorabat licẽtiam esse necessariam.

Quid si tempore voti materia erat à superiore vetita, & subditum id latebat, n. 27. & ibi, an in hoc casu, & in explicatis n. præcedenti, sit votum irritum.

An quando subditus tenetur petere licentiam, teneatur aperire votum? Refertur quadam sententia, n. 28.

Explicatur sententia Authoris, n. 29.

Quid si intentio vouentis fuit illud manifestare superiori, numero 30.

An satis sit petere semel licentiam; nu. 31. Et quid si votum erat alligatum empori, aut vnico actu complendum? n. 32. Quid quando superior occupat subditum, etsi votum irritare nequeat, nu. 33.

Quid in promissione humana, num. 34.

An si prælatus voti conscius interdicat materiam illius, aut implendi licentiam deneget, censeatur illud irritare? n. 35. Et ibi, an censeatur irritatio, si superior facto ipso veniat contra votum?

Post n. 35. inuenies summaria quæ desiderantur.

23 Quæstio secunda. An quando religiosi, & alij subditi dominatiuę alterius potestati, emisere votũ rei interdictæ, & ita firmitas illius pendet à superioris licentia, teneantur eã petere, ac superiori manifestare votũ. Qua in re id apud omnes, est cõpertum, nullatenus esse voti irritationem, quando prælatus voti ignarus, petitam licentiã illius exequendi denegat. Quia irritatio, sicut quilibet alius actus voluntarius, nõ fit absque voluntate, hæc autẽ nõ fertur in obiectũ omnino incognitum. Et ita docent *Caiet. 2. 2. q. 88. artic. 8. dubio 2. §. Ad obiectionem verò. & summa, verbo Votum, c. de quatuor conditionibus ex parte vouentis requisitis, §. Imperfectio autem ætatis. Armilla verbo Votũ. n. 7. Abulẽsis c. 30. Num. q. 68. Sotus l. 7. de iustit. q. 3. art. 1. col. 8. vers. At vero rursus, Nau. sum. c. 12. n. 69. Alcozer sum. c. 16. vbi de voti irritatione in genere, concl. 3. fol. 54. fine. Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, artic. 7. difficultate 3. Aragon 2. 2. q. 88. art. 8. difficultate 1. conclus. 3. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. pũcto. 6. q. 2. Manuel 2. tom. summæ. c. 89. n. 3. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij conscientiæ c. 48. §. Vota religiosorum Graffis 1. p. decisionum lib. 2. c. 29. n. 7. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 40. dubio 10. n. 7. Petrus de Ledesma 2. to. summæ, tractatu 10. cap. 7. dubio 2. vers. Mat aqui ayetra difficulo ad Sayro in claui regia, lib. 6 cap. 10. n. 9. fine. Corradus in suis responsis p. 1. q. 302. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. cap. 7. nu. 13. & 14.*

24 Secundò etiam compertum est, teneri huiusmodi subditos ex vi eiusdem voti, antequam sint in mora illius implendi ad petendam licentiam exequendæ rei promissæ, nisi voti irritationem, dispensationem, aut commutationem impetrent. Ratio est, quia cùm votũ illud impleri nequeat absque superioris licentia, vanũ esset, ac irrisorium, nisi obligaret ad eam licentiam postulandam. Deinde quia obligans se ad aliquem finẽ, subinde obligat se ad ea media, sine quibus finis ille comparari nequit, ne vana sit ea promissio. Nec obstat vouentem aliquid sub conditione, non teneri procurare eam apponi: quia etsi id sit verum regulariter, vt tractantes de voto conditionali diximus, fallit tamen quando conditio includit intrinsecè actionẽ præuiam ipsius vouentis, quã promissio ipsa postulat, ne vana, & irrisoria sit. Atque ita tenent omnes Doctores citandi num. 28. cum etiam teneri hos ad manifestandum votum superiori asserant. Et vltra illos tenent *Alcozer*

conclu-

conclus.1.vbi eum retuli n.precedenti. Suarez eodem tractatu de voto l.3.c.6.nu.11.Petrus de Ledesma eodem cap. 7.dubio 1. dicto 5. Corradus in suis responsis.1.par q.301. Manuel 2.tomo summe c.89.num.3.Vega 2 tomo summe ca.129.casu 93. Idē videtur apertè sentire *Syluest. verbo Votum 3.q.3. dicto 5.* afferēs subditū teneri facere quod est in se, vt impleat votū rei interdictæ Et consonat qđ docent *Palud.4.d 38 q.4.art.2.concl.3.nu.21.& ibi Supplementum Gabrielis q.1.art.5.post 3. conclus. vers.Primò episcopus.D. Ant.2.p.tit.11.c.2.§.6.vers.Primo ergo. Syluest.verbo Votum 3.q 1.n.1.* nempe Episcopum promittentem ingredi religionem, quod sine Pontificis licentia exequi nequit, teneri petere ab eo licentiā exequendi. Cum tamen licentia hæc exigatur ad solum votum implendum, si quis ea non petita impleret votum, non peccaret in illud: sed contra solum præceptum non faciendi id absque licentia.

25 Hoc tamen limitandum est, nisi subditi tempore voti emissi habuerint expresse intentionem non se obligandi ad petendam licentiam, sed solùm ad opus illud exequendum, qñ prohibitio cessarit. Quod ex se constat, quia votū nō obligat vltra vouentis intentionem.

26 Ex quo deducitur nō teneri subditū ad petendā hanc licentiā, quando tēpore voti materia non erat interdicta, at post interdicta est. Vt si religiosus vouit ieiuniū tūc non prohibitū, & postea prælatus inscius voti, prohibeat illi ieiuniū, aut in communi prohibeat omnibus ieiunare ipso inconsulto, nō tenetur subditus petere licentiā ieiunij illius promissi. Ratio est, quia votum nō obligat vltra vouentis intentionē tacitā, aut expressā. Aut neutra fuit obligandi se in hoc casu ad eā licentiā petēdā: vtpote quę tūc necessaria non erat. Et sic tradūt *Aragon 2.2.q.88.artic.8.difficultate 1.conclus. 3.Sayro in claui regia, lib.6.cap.5.n.21.vers.Idem dicendum est.Suarez tomo 2.de religione, tractatu de voto, lib.3.c.6.nu.13.* Et aliquantulum confuse dicunt idem *Manuel 2. tomo summæ cap.89.n.3.& Vega 2.tom.sum.c.129.casu 90.* qui duo bene limitant, nisi quādo subditus vouit, intenderet se obligare non obstanti futura prælati prohibitione; tunc enim ea sequuta tenebitur subditus petere licentiam. Quia tunc censetur virtute, & tacitè se obligare ad petēdam licentiam, sequuta prohibitione. Similiter non tenetur eam licentiam petere, quando tempore voti credebat subditus eam licentiam nō esse necessariam. Quia obligatio eius petendæ oritur ex tacita vouentis voluntate; ignorantia autem tollit voluntarium? Et ita docet *Suarez eodem n.13.* Quæ ratio apertè idem probat, siue sit ignorantia positiua, id est, error, siuo sit merè negatiua, quia scilicet illum vouentem prorsus latebat necessitas illius licentiæ. Et ita in vtroque casu est idem dicendum.

27 Secundò deducitur, à fortiori non teneri eam licentiam petere, quando tempore voti materia erat prohibita, at prohibitio vouentem latebat. Quia iam adest ignorantia licētiæ illius necessariæ. Et constat ex dictis n. præcedenti. At dubium potest esse, an in hoc casu, & in explicatis nu. præcedenti, sit prorsus votum irritum. Et primo quando tēpore voti materia non erat interdicta, & postea superuenit prohibitio, dicendum est, id votū adhuc valere. Quia ea prohibitio materiæ facta à superiore inscio voti, non censetur illius irritatio. Iuxta dicta n.32. Et ita docent dicentes solā esse voti suspensionem, dum prohibitio illa durat, atq; ea cessante obligare votum, *Aragon 2.2.q.88.art.8.dub.1.concl.3. Leonard.lib.2.de iustitia c.40.dubio 10.nu.72. Sayro in claui regia, l.6.c.5.n.21. Manuel, & Vega n. præcedenti allegati. Corradus in suis responsis 1.p.q.301.* Quod quidem intelligendū est cū limitatione, quā n.31. apponemus: & an hoc procedat etiam quando superior non pōt verè irritare: & quando non interdicit materiam, sed occupat subditū, tempore quo votū implere debebat, dicemus nu.33. Quando autem tempore voti materia erat interdicta, idque latebat vouentem, existimo votum esse prorsus irritum, ac nullam inducere obligationem. Ratio est, quia id votum est de re ingrata Deo, vt pote quæ vetita est, nisi tacitè includatur cōditio, si superior consenserit. At ratione ignorantiæ ea conditio non includitur, aliàs teneretur hic licentiam implendi petere. Ergo id votum est irritum. Et ita docent *Aragon. Manuel n.2. Sayro, Vega, Corradus n.precedēti relati.* Quod quidem limitant *Manuel, & Vega ibidem*, nisi vouens crederet fore; vt eodem voto se ligaret conscius illius prohibitionis. Cui limitationi fauent *Aragon, Sayro & Corradus ibidem*, dum eam rationē reddunt, quia si ille prohibitionem nosset, non voueret. Sed hæc limitatio non placet, ex dictis hoc lib.4.ca.2. vbi probauimus ad inducendam obligationem, vel ab ea eximendum, nō sufficienter spectari quid vouens faceret, aut non faceret si sciret; sed oportet aliquem actum saltem virtualē de præsenti esse, quo velit, aut nolit cum illa circumstātia quā postea nouit, vouere, vt ibi latius explicui Quare nisi hæc voluntas virtualis vouendi, etiā si sciret rem esse prohibitam, sit in vouenti tempore voti, id votum penitus non obligabit. Cuius ratio legitima est quam tradidimus, eo quòd ratione ignorantiæ non insit cōditio necessaria, vt ea materia sit apta voto.

28 Punctus autem difficultatis eò pertinet, an quando subditus iuxta dicta tenetur petere licentiam exequendi illius operis promissi, teneatur etiam superiori licētiam deneganti explicare se voto astrictum esse. Affirmant aliqui. Quia tenetur petere licentiam implēdi, & quātum in se est, ad id operam suā adhibere. Ergo tenetur ad hoc medium, quod est certius: quippe facilius superior voti conscius licentiam concedet, quam fortè ideo negat, quod voti ignarus sit. Et ideo hoc sustinet *Caietan. summa, verbo Votū. c. de conditionibus quatuor, ex parte vouētis §.Imperfectio autē ætatis.* Atque id dicit esse tutius, & regulariter amplectendum. *idēmet 2.2.q.88.art.8.dubio 2.fine.* Et tenent etiam *Armilla verbo Votum n.7. Sotus l.7. de iustit.q.3.art.1.col.8. vers. At vero rursus. Angles floribus 2 p q.vnica de voto, art.7.difficultate 2.Graffis 1.p.decis.lib.2.c.27.nu.2. Aragon 2.2.q.88.art.8.difficultate 1.conclus.1.Valentia 2.2.disp.6.q.6.puncto 6.quæst.2.Leonardus lib.2.de iustit. c.40. dubio 20.nu.72.Sayro in claui regia, lib.6.c.5.n.20.Manuel 2.to. summæ c.89.n.5.Azor to.1.institutionum moralium, lib.11.c.16.q.6.Corradus in suis responsis 1.p.q. 302.* Et hoc dicit esse tutius. *Tabiena verbo Votum 5.num.5.q.4. ad finem:* idem dicit esse consultius *Ludouicus Lopez 1.p. instructorij conscientiæ c.48.§.Verum quando.*

29 Cæterum quāuis prædicta sententia sit satis probabilis, existimo contrariam esse probabiliorem, nempe, quamuis vt uotum maneat uerè irritatum, eiusque obligatio omnino extinguatur, desideretur notitia uoti in superiore irritanti, at ut eius obligatio suspensa maneat, & excusetur subditus ab eius exequutione, dum sibi denegatur, satis est ut tacito uoto licentiam exequendi operis promissi petat. Probatur, quia uouēs solum obligatur ad implendam cōditionem inclusam in uoto, & qua posita manet ualidum totum uotum: id enim dumtaxat clauditur virtute in uoluntate promittendi. At hāc satis implet, petendo licētiam tacito uoto: quia cōditio subintellecta in uoto, ea est, si superior permiserit. Ergo ad nil amplius tenetur. Et confirmatur, quia uouens non tenetur efficere totum quod in se est, quò uotum impleat, sed id solum, ad quod saltem tacitè, & uirtute, se astrinxit per uotum. At uouens rem interdictam, non subinde se obligauit ad detegendum uotum superiori, sed ad solā licentiā petendā: quod uel ex eo cōstat, quòd in uoluntate promittendi nō includitur uirtute uoluntas obligādi se ad omne mediū cōferēs ut res promissa sit apta uoti materia, sed ad media cōmunia, & natura sua sufficientia ad id, quale est, petere exequendi licentiā, ēt tacito uoto Et ideo hāc sententiā tuentur *Caiet. 2.2.q 88.in art.8.dubio 2.§. Ad hoc dicitur. Nau.sum. cap.12.n.69. Palacios 4.d.38.disput.3.*

columna 20. paulò ante versiculum, Vnde colliges, f.872. Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.3.c.6.nu.15. & duplici sequenti. Petrus de Ledesma 2.tom. summæ, tractatu 10.c.7.dubio 1. in dicto 6 Canus, quem refert dicēs hoc esse probabile, *Ludouicus Lopez allegatus nu.preced.* & satis id probabile reputant *Aragon, Tabiena, & Valentia relati nu. praecedenti,* dum oppositam sententiam solum tanquam tutiorem amplectuntur.

30 Quare vt teneatur manifestare votum, est opus expressa vouentis intentione, qua ad id manifestandū se obligarit. Vt bene tradunt *Caiet. eo. dubio 2. vers. Ad hoc dicitur, in fine: & Suarez eod. n.15. initio.* Nec sufficit adesse intentionem tempore voti, illud manifestandi superiori; sed oportet adesse expressam illam se obligādi intentionē. Vt ex vtroque authore colligitur expressè, dū dicunt expressā intentionē se obligandi exigi. Quia solū propositū, quale est intentio illa, nullas vires obligandi habet. Quòd si dubius sit vouens, an habuerit quoque intentionem se obligandi ad propositum hoc manifestandi voti, iudicandum est vt non obligetur. Quod colligitur ex *Suarez eo. n.14. fine,* vbi ait in dubio huius intentionis interpretandum esse votum cum minimo onere, iuxta regulā textus *l. Stira stipulatus 109. ff. de verbor. obligat.* Itē quia tunc nihil possessio est pro obligatione voti ad hoc onus, sed tota est pro volūtatis libertate, cum sola manifestandi intentio nullam obligationem secum afferat. Ergo in hoc dubio potior est conditio voluntatis suam libertatem possidentis.

31 Non tamen satis est, subditum semel petijsse tacito voto licentiam operis promissi exequendi, sibique denegatam esse, sed tenebitur iterum petere, quādo prudentia dictauerit tempus esse opportunum. Quare si licentia non fuit in perpetuum denegata, sed pro tēpore certo, tenebitur eo transacto iterū petere. Quia cùm votum illud superiori incognitum non irritetur denegata ea licentia, sed vim obligādi retineat, & sola obligatio sit pro tunc suspensa, obligabit ad petendam iterum implendi licentiam, quando prudentia dictauerit tempus esse opportunum. Quia obligatio petendæ licentiæ extenditur ad totū tempus, ad quod se extendit obligatio voti: vnde cū hæc duret, durabit & illa. Et cōfirmatur, quia qn obligatio voti est diuturna, licentia semel petita non extenditur moraliter ad totum illud tēpus: Ergo non est onus nimium, & importunū obligare ad iterū petendā licentiā, cum non repetatur circa idem tempus. Et ita docent *Caiet. summa, ex verbo Votum, c. de quatuor conditionibus requisitis ex parte vouentis §. Imperfectio autem etatis, Armilla verbo Votum n.7. Suarez eodem tractatu de voto, lib 6.c.7.n.15.* Quòd si aliquis prælatus, omnino, & simpliciter negaret licentiam illi subdito, dicens se nolle, vt vnquā impleat id opus, dicūt aliqui neoterici non teneri subditum petere amplius licentiam ab eo, vel à superiore successore. Ducūtur, quia non videtur ille teneri nisi ad petendam semel licentiam, pro toto tempore, quo votum obligat: id enim satis est, vt illa materia promissa sit apta voto emittendo. Item quia cum tūc materia sit absolutè interdicta, non obligat amplius votum, non quidem per ipsius irritationem: hæc enim nō est nisi voto cognito: sed per materiæ subtractionem. Quippe n.11 probauimus votum de re absolutè per superiorem interdicta, esse irritū defectu materiæ aptæ voto. At quādo materia desinit esse apta, cessat quoque voti obligatio. At contrariū multis rationibus probaui lib.9. de matrim. disp.43.n.8. & præcipuè quòd prohibitio illa nō sit perpetua, sed durāti subiectione illi superiori. Et nunc, quoque idem approbo, nisi concurrant quæ dixi nu.11. vt prohibitio illa censeatur materiam voti auferre. Cum enim doctrina sit respectu omnium superiorū habentium potestatem dominatiuam, multi illorum sunt imprudentissimi, & pessimis moribus imbuti, vt meritò credi possit per eorum prohibitionem non irritantē votum, minimè auferri votū, defectu materiæ, & ita sola erit suspensio pro illius subiectionis tempore.

32 Mouerim tamen dicta n. præcedenti, circa obligationē iterum petendæ licētiæ, & dicta nu.27. circa obligationē implēdi voti, cessanti superioris prohibitione, intelligi, nisi votum sit alligatū tēpori, tunc enim trāsacto obligationis illius tempore, non est opus noua licentia petenda, nec cessationi prohibitionis obligat. Quia extincta est prorsus obligatio, non quidem per voti irritationem, sed quia eius obligatio erat tēpori illi annexa, v.g. vouit vxor ieiunare vigilia corporis Christi, & vir prohibuit illi ieiuniū inscius voti, aut antea prohibuerat, & licentiā petitā ab vxore tacito voto denegauit, non tenetur amplius eo voto, & sic nec iterū petere licentiā. Quia denegata est, & prohibitio durauit toto obligationis tēpore, & eo transacto cessat obligatio voti. Quod bene docet *Suarez eodem tractatu de voto l.6.c.7.n.15.* At si intra eandē diē, nondū violato ieiunio, aut si erat votum peregrinationis alligatū tempori, vt Romam in anno iubilei, remanenti intra eūdem annum sufficienti temporis spacio ad peregrinationem illam commodè peragendam, superior concederet licentiam, aut prohibitionem auferret, obligabit votum, vtpote quod tantum erat suspensum, nec tempus obligationis eius transierat. *Suarez* autem *eo.n.15.* apponens hanc limitationem, dicit si votum obligat pro determinato tempore, vel actu, & pro illo denegatur facultas, non oportere iterum petere, eo quòd tunc extinguatur votū. At posteriorē illius disiunctiuæ partem, nempe, aut pro determinato actu, non intelligo, Quia si ille actus sit alligatus tempori, vt ieiunium certæ diei, in illius honorem concidit cum priori: si autem non sit alligatus tempori illi, sed appositum an tantum vt non differatur votū, seu vt terminus quo obligat ad implendum, existimo per illam prohibitionem superioris inscij voti, non extingui voti obligationem, sed suspendi, & ita non peccaret subditus ea die non ieiunans, at teneretur altera ieiunare, quando cōcederetur licentia, aut prohibitio cessaret: atque adeo esset obligatio petēdæ iterū licentiæ opportuno tempore. Quia sicut superueniēti morbo illa die, aut alio iusto impedimento, nō cessaret votum, sed transferretur obligatio, tanquam diei non alligata, ad alteram diem in qua id impedimentum cesset, & hoc excusat à sola culpa non implendi ea die: ita cōtingit posita dicta prohibitione prælati, aut denegatione licentiæ: cum hæc tātum sint iustum non implendi ea die impedimentum.

33 Atque idem intelligo, quando superior non prohibet materiā voti, sed eius inscius, occupat subditū tēpore, quo necessariò erat votū impleturus: non enim tenebitur subditus ad votū ei manifestandū, sed si votū erat incōpatibile cum illa occupatione, excusabitur à transgressione subditus. & si erat illi tēpori alligatū votum, cessabit omnino votū. Sicut diximus cōtigere, quādo supperuenit prohibitio superioris. Quia occupatio illa est quædā prohibitio operis cū illa incompatibilis. Atque hoc non tantum est, verum, quādo superior occupans habet potestatem dominatiuam, qua irritare potest vota: sed qualemcumq; superioritatē habeat, qua possit suspēdere votum prætudicaos subiectioni. Quia eadē est ratio; & sic apertè sentire videntur qui hoc sustinent in potētibus potestate dominatiua irritare: tūc enim prohibitio horum non est irritatio, sed quædam suspensio, eo quod votum ignorant, ac subinde nō potest esse illius irritatio.

34 Immò idem quod de voto diximus, haber etiam locum in promissionibus humanis. Vt si religiosus promisit alicui quicquam, ad quod licētia superioris opus est, nō tenetur promissionem superiori aperire nisi ad id se expresse obligarit, sed satis est licentiā rei promissæ exequendæ petere. Quia eadē prorsus ratio militat. Et ita docent *Suarez tom.2. de religione, tractatu de voto l.4.c.6.nu.16. fine.* At sicut in voto diximus esse tūc obligationem iterum petēdę licentiæ tempore opportuno, nisi

nisi transactum sit tempus, cui alligatū erat, ita ob eandem rationem est idem in his promissionibus humanis dicendum.

35 Tandem dubitatur, an prælatus voti memor, & quicunque alius superior gaudens potestate vere irritandi, censeatur illud irritare, si materiam voti prohibeat? De hac re latius egi libro nono de matr. disp. 43. à n. 9. vsq; in finem, vbi numero 9. proposui probantia hoc non esse irritare, & numero vltimo solui. Et numero 10. sic distinguendum censui, si illa materiæ prohibitio fuit in perpetuum, vt si prælatus, aut ille aliter superior diceret, nolo vt exequaris, est irritatio: secus si non ita absolute explicet suam voluntatem, sed dicat, nolo vt pro nunc exequaris; (quod vulgo dicimus, *dexadle por agora*,) tunc enim esset sola suspensio. Quare si votum illud non sit onus temporis, tenebitur subditus eo tempore transacto votum implere, si sit de re permissa, aut licentiam implendi petere, si de re interdicta sit. Si aūt sit onus temporis, non tenebitur amplius ad id votum, nisi intra implendi tempus superior licentiam concedat. Iuxta dicta, n. 32. Quod si superior facto ipso veniat contra subditi votum, quod irritare potest, memor voti illius: aut si immemor, admonitus, & actu illo momentaneo frangi debeat à subdito, parendo præcepto superioris, censetur non irritatio voti, sed suspensio pro illa vice, si votum habeat tractum successiuum. Ve si vir fecerat copiam vxori vouendæ castitatis quo ad petitionem, & redditionem debiti, & mox voti memor debitum petat erit suspēsio pro sola illa vice, & iō vxor pro illa non peccat, siue vir peccarit reuocando absque causa legitima voluntatem, siue non peccarit. Quę omnia latius eo loco probaui.

SVMMARIVM.

An episcopi valide voueant religionem, aut renunciare episcopatui, & id votum obliget ad petēdam licentiam, semel, & iterum n. 36.

Quid de voto magnæ peregrinationis episcoporum? Refertur duplex sententia, n. 37. & 38.

Explicatur sententia Authoris, n. 39. & 40.

An teneatur episcopus ad expensas illius peregrinationis, nu. 41.

Explicatur cap. Magna de voto, n. 39. 40. & 41.

Quid de voto eundi in subsidium Hierosolymitanum, n. 42.

Quid de voto modicæ peregrinationis, aut aliorum munere non præiudicantium, n. 43.

An clerici simplices, aut beneficium habentes, possint se voto peregrinationis, aut alijs astringere? Et explicatur c. Non oportet, el 1. de consecrat. d. 5. n. 44.

Quid si votum eundi in subsidium terræ sanctæ emittant, nu. 45.

An teneātur soluere expensas magnæ peregrinationis præmissa, n. 46.

An possint vouere religionem, n. 47.

An teneantur petere episcopi licentiam, vt id votum expleant, n. 48.

An de prælatis gaudentibus iurisdictione episcopali sit idē dicendum quod de episcopis, quoad vota emittenda, n. 49.

An in his casibus sit irritatio vera, quando superior irritat? Remissiuè, n. 50.

Quid de votis abbatum, siue secularium, siue regularium, & aliorum religiosorum vxorum filiorūfamilias, seruorum? Remissiuè, n. 51. & ibi remissiuè de votis ante episcopatum, aut beneficium emissis.

36 Quæstio vltima. An episcopi, & quicunque alij clerici beneficium habentes, possint inconsulto superiore, votum religionis, aut quodcunque aliud emittere? Prima cōclusio. Nequeūt episcopi vouere renūciare episcopatui, aut religionē ingredi, incōsulto Romano Pontifice. Constat ex *c. Nisi cum pridem, in fin. de renun. & c. Licet, vers. Illā, de regul. & l. regia 3. tit. 8. par. 1.* & tradūt vniuersi. Quare cum id votum sit de re ipsis interdicta, quę cessante interdicto est materia consilij, id votum nō est omnino irritum, sed includit conditionem affirmatiuā, si Pontifex concesserit. Iuxta dicta de votis aliorum subditorum n. 8. quare tenebuntur consensum Pontificium petere, eoq; denegato liberi erūt. Quod bene docent *Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 2. nu. 21. Et ibi Supplementum Gabrielis q. 1. art. 5. post 3. concl. vers. Primo episcopus. D. Antoninus 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. vers. Primo ergo. Sylu. verbo Votum 3. q. 1. Caiet. summa, verbo Votum. cap. De quatuor conditionibus ex parte vouentis, §. Imperfectio autem ætatis, vbi de cōditione subiectionis. Tabiena verbo Votum 5. q. 1. n. 2. Azor to. 1. inst. moral. lib. 11. c. 16. q. 2. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 5. n. 24. fine. Suarez tom. 1. de religione, tractatu de voto, lib. 3. c. 4 nu* 8. Non tamen tenebuntur votū explicare, nisi ad id se obligarint, vel vt id votum à Pontifice irritetur. At tenebuntur voto non explicato, petere iterum licentiam, quādo prudentia id dictauerit. Iuxta dicta de similib. votis rei interdictæ in alijs subditis n. 23. & seq.

37 De voto autem magnæ peregrinationis quo residentiæ iure petitæ in episcopis præiudicatur, est nonnulla difficultas, an sit irritū ipso iure. *Abbas c. Magna, n. 15. de voto*, ait votum hmōi peregrinationis, qđ in eo textu commutauit Pontifex, fuisse irritum, & solius scandali vitandi gratia fuisse à Pontifice commutatum. Sed cum *Abbas* loquatur de casu illius textus, qui est de voto in subsidiū Hierosolymitanū, de quo est specialis difficultas, an valeat absolute, & independenter à licentia Pontificia: (vt videbimus nu. 42.) potest intelligi, vt loquatur de illo voto, cum intentione non petendę huius licentiæ: qua censeat id votum non esse exceptū à generali regula, & verissima, quæ est, omnia eiusmodi vota rerum præiudicantium episcopali muneri, emissa ab episcopo, cum hac intentione, sunt prorsus irrita. Quia materia est illis interdicta, & ideo valor voti petit conditionem imbibitam in illo, si Pontifex consenserit.

38 Alij vero censent votū longæ peregrinationis emissū ab episcopis, valere quidē in solum ipsorū præiudiciū, ac proinde etsi expleri nequeat absq; Pontificis licētia, teneri tñ eos expensas eundi, & redeundi soluere, & in eas id votū cōmutare. Ducūtur, quia *c. Magna de voto.* Pontifex in eas expensas cōmutauit votū peregrinationis in subsidium terræ sanctæ, qđ quidā episcopus emiserat, quasi in sui præiudiciū valuerit. Ita docent *Host. in c. Magna, q. 16. nu. 9. Supplementū Gabriel. 4. d. 38. q. 1. art. 5. post 3. concl. vers. Primo episcopus. Angelus in summa, verbo Votum 2. n. 1. Sylu. verbo Votum 3. q. 1. Tabiena verbo Votum 5. q. 2. n. 1. Azor to. 1, inst. moral. lib. 11. c. 18. q. 2. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 4. n. 34 vers. Secundo vouere. Alcozer summa c. 16. vbi de potentibus irritare concl. 1. fol. 55. p. 2.* Immò *Tabiena* expresse ait denegata sibi licentia à Pontifice, esse votum commutandum.

39 Secunda tamen conclusio sit. Votum longæ peregrinationis emissum ab episcopo, est validum. Quia (vt diximus nu. 8.) vota subditorum de rebus sibi prohibitis, sunt licita, & valida, ratione conditionis affirmatiuæ in ipsis imbibitæ si superior consenserit. Ergo idem est de episcopis dicendum, cū nulla alia subsit ratio, ob quam deberent esse irrita, nisi ratione prohibitionis materiæ. Pręterea quia nullibi *eo c. Magna de voto*, dicitur id votum fuisse irritum immo supponitur fuisse validum, & ideo est à Pontifice commutatum. Pro hac sententia sunt Doctores, nu. præcedenti allegati, quatenus aiunt valuisse id votum in ipsius episcopi pręiudicium. Et expresse docent *Tabiena verbo Votum 5. q. 2. n. 1. Suarez* late probans *to. 2. de relig. tract. de voto, lib. 3. c. 4. à nu. 4. vsque ad 7.*

40 In hoc tñ casu iudicarem esse irritum id votū, quando attentis circunstantijs iudicaretur maius Dei obsequiū, residere, nec petere eius absentiæ facultatē. Quia tunc tanquam obstans maiori bono non obligaret.

41 Quando autem id votum esset validum, non appro-

bo, quod Doctores, num. 38. allegati dixere, nempe, teneri episcopum ad expensas eundi, & redeundi. Quia ex vi voti, tantum tenetur implere cōditionem, petendo licentiam à Pontifice, quòd si ille deneget ad nil obligabit votum, dum Pontifex voluntatem non reuocarit. Si autem licentiam concedat, obligat votū ad peregrinationem, etsi illam exequi velit, nulla opus est commutatione. Si autem exequi nolit, opus est cōmutatione aut dispensatione, nec est præcise necessarium commutationem fieri in eas expensas. Vt tractātes de votorum commutatione probabimus. Quādo autem id votum esset irritum, tanquam obstans maiori bono nulla soluendi expensas remanet obligatio. Quod illæ nō sint per se promissæ, sed tāquam accessoriæ voto personali: & ideo cessanti obligatione principali cessat accessoria. *Reg. l. cum principalis, ff. de regulis iuris.* Nec voti irriti, ac proinde non obligantis, est necessaria aliqua commutatio.

42 Hinc aliqui excipiūt votum eundi in subsidium Hierosolymitanum, quasi illud emittere, & exequi inconsulto Romano Pontifice sit integrum episcopis. Ita docēt *Antonius cap. Scripturæ, n. 4. Versic. Secundo modo, de voto & ibi Abbas numero vltimo. Card. ibidem, num. 3. q. 8. Ananias, num. 9. idem Cardinalis cap. finali, numero vnico q. 2. de voto. Anch. cap. Magna num. 12. de voto.* Et ita forsan esset tradunt *Innoc. eod. cap. Scriptura, nu. 3. & ibi Hostiensis, nu. 7. Ioannes Andreas n. 4. Anch. nu. 11.* Alij vero id negant. Ita *Abbas cap. finali, num. 2. de voto. Syluest. summa, verbo Votum 3. num. 4. Rosella verbo Votum 2. numero vltimo. Tabiena verbo Votum 5. q. 1. numero 4.* At dicendum est, id olim licuisse episcopis, cum omnibus generaliter concedebatur aditus in terram sanctam: at cum hodie is aditus non pateat, indiget Pontificia licentia. Quod tradunt *Hostiensis eo. cap. Magna, n. 9. Abbas, num. 15. Azor tomo 1. Instit. moralium, lib. 11. cap. 16. q. 2.*

43 Tertia conclusio. Si votum episcoporum sit modicæ peregrinationis, vel precum vel abstinentiarum, quæ munus exequi nō impediunt, est absolutum, & obligat nulla Pontificis expectata licentia. Quia nulla alia ratione est ea necessaria, nisi ne impediatur munus, ad qđ ex iustitia tenetur episcopus: ac proinde exequutio votorum non impedientium nulla indiget licentia, nec pendet à dominatiua alicuius potestate, sed in his est sui iuris ad vouendum. Atque ita tradunt *Hostiensis summa tit. de voto, §. Quis vouere possit, nu. 7. & cap. Magnæ num. 16. de voto, vbi Ioannes Andreas, num. 9. Card. num. 5. oppositione 4. Henricus cap. Scriptura, n. 1. de voto. Ricardus 4. d. 38. ar. 4. q. 2. & ibi Paludanus q. 4. art. 1. in 6. Maior. q. 4. dubio 1. Turrecr. c. Sunt quædam 17. q. 1. nu. 2. Abulensis c. 30. Num. q. 66. Supplemētum Gab. 4. dist. 38. q. 1. art. 5. post 3. conclusionem, vers. Primo episcopus. Angelus verbo votum 2. nu. 1. Greg. Lopez lib. 3. verbo el Obispo, tit. 8. art. 1. D. Antonin. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. vers. Primo ergo. Syluest. verbo Votum 3. q. 1. Tabiena verbo Votum 5. q. 1. nu. 2. Alcozer summa c. 16. vbi de potentibus irritare, conclusione 1. fol. 55. p. q. 2. Manuel 2. tomo summa c. 88. nu. 1. Graffis 2. part. decisionum, lib. 2. cap. 12. num. 24. Azor tomo 1. instit. moralium, lib. 11. c. 16. q. 2. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 5. n. 24. versic. Secundo vouere.* Ex quo optime deducit *Suarez tom. 2. de religione tractatu de voto, lib. 3. c. 4. n. 10.* si peregrinatio non excedat tempus anni iure concessum episcopo ad absentiam, esse votum absolutum, & independens à Pontificia licentia. Quod in illa non læditur ecclesia.

44 Quarta conclusio. Clerici habentes qualiacumq; beneficia exigentia residentiam, nequeunt longę peregrinationis, aut aliorum in suæ ecclesię præiudicium vergentium, voto se astringere, absque episcopi licentia. Constat ex *cap. Magna, vers. Ipsum etiam votum, de voto, & cap. Nō oportet et l. de consecratione, dist. 5.* Alia autem vota quæ hoc præiudicium non afferunt, vt aliquarum orationum, modicæ peregrinationis, emittere valent absque alicuius licentia: & sunt omnino absoluta. Cōstat ex dictis numero præcedenti. Atque ita docent *Hostiensis summa tit. de voto, §. Quis vouere possit, numero 7. Palud. 4. d. 38. q. 3. art. 1. num. 6. & ibi. Supplementum Gabrielis q. 1. ar. 5. post 2. concl. versic. Secundo clericus. Abulensis cap. 30. Num. q. 70. D. Antoninus 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. versic. Quinto clerici. Rosella verbo votum 2. numero 16. Angelus verbo Votum 2. num. 2. Syluest. verbo Votum 3. q. 1. Tabiena verbo Votum 5. q. 2. num. 3. Gregor. Lopez l. 2. fine tit. tit. 8. part. 1. Turrecremata c. p. Sunt quadam. 17. q. 1. num. 4. Alcozer summa cap. 16. vbi de potentibus irritare voto conclus. 2. fol. 55. Manuel 2. tomo summa cap. 83. nu. 3. Alcozar tom. 1 instit. moralium lib. 11. c. 16. quæst. 3. Sayro in claui regia lib. 6. c. 5. nu. 25. Suarez allegatus nu. præcedenti,* bene declarans modicam peregrinationem esse, quæ petit solam absentiam iure concessam. Atque non posse eos vouere longam peregrinationem, docēt etiam *Inn. cap. Scripturæ, numero de voto, & ibi Hostiens. num. 7. Ioan. And. num. 4. Abbas numero vltimo Card. n. 2. q. 7. Anch. n. 10. Ananias, num. 8. Henric. num. 2. Ricardus 4. d. 38. art. 4. Graffis 2. par. decisionum lib. 2. c. 12. n. 14.* Et quamuis textus *eo. cap. Non oportet,* loquatur ēt de quibuscumque clericis, & laicis, dicens eos non debere aliquo proficisci absque commendatitijs episcopi literis: non continet præceptum, vt ex tenore verborum constat: nec illæ literæ sunt iam in vsu, sed solum sunt necessariæ in clericis, vt ad ordines, vel ad sacra ministeria admittantur, iuxta antiqua Concilia innouata per *Tridētinum sess. 23. de reform. c. 16.* Et vtrumque docet *Suarez eodem lib. 3. c. 4. n. 9.*

45 Duplex tamen votū excipitur. Prius est: eundi in subsidium Hierosolymitanum. Ita *Ricardus, et Rosella relati numero præcedenti.* At dicendum est, (sicut diximus, n. 42. de episcopis) id solum licuisse olim, quando omnibus generaliter illuc aditus patebat. Quod bene docent *Supplementum Gabrielis vers. Et accipiendo crucem. Angelus, Syluester, Tabiena, Azor num. præcedenti relati. Suarez eodem c. 4. n. 12.*

46 Dicunt tamen *Supplementum Gabrielis, Angelus, Syluest. ibidem.* teneri hos clericos soluere expensas itineris, & reditus peregrinationis illius magnæ promissæ. Sicut nu. 38. retulimus multos dicentes idem de episcopo vouenti longam peregrinationem. At sicut num. 41. id reprobauimus in episcopo, ita & in his clericis est reprobandum.

47 Posterius est votum religionis, quod possunt omnes hi emittere, & exequi, quantumuis contradicat episcopus. Quia tanquam speciale statuitur in episcopo, vt eo voto nequeat se absque Pontificis licentia astringere, *c. Licet, vers. Illa, de reg.* Atque ita docent *D. Th. 2. 2. q. 189. ar. 7.* & omnes Doctores nemine cōtradicente. Et constat ex *cap. fin. 19. q. 2.*

48 Dicunt tamen aliqui teneri hos licentiam petere ab episcopo, quamuis ea denegata possint ad religionem transire. Ducūtur ex *cap. Licet de reg.* Potest etiam probari *ex capite Admonet, de renuntiatione,* vbi iubentur beneficiarij non admittere ecclesias inconsulto episcopo. Sic Docent *Host. summa tit. De voto, §. Quis vouere possit, num. 7. vers. Clericus Abbas c. Quod Dei timorem, num. 11. de statu monach. Henricus cap. Scriptura, num. 2. de voto. Abulensis cap. 30. Num. q. 70. Angelus verbo Religio sus num. 12. Syluest. verbo Religio. 2. quæst. 8. Tabiena Verbo Religio 2. quæst. 8. Tabiena Religio. q. 1. numero 13. Azor tomo 1. institutionum moralium, lib. 11. capitulo 16. quæst. 3. Ludouicus Lopez 1. part. instructorij conscientiæ cap. 48. versic. penultimo. Sayro in claui regia lib. 6. cap. 5. numero 25. Graffis 2. p. decisionum, lib. 2. c. 11. numero 24.* Atque idem tenet loquens de habenti beneficium parochiale, *Suarez tom. 2. de religione tractatu de voto lib. 3. c. 4. n. 10.* Verum hoc nullo iure probatur, & ideo credo nullam eius licentiæ petendæ obligationē esse. Quia textus *cap. Licet, de regul.* de solis religiosis statuit eam licentiam petendā esse, quamuis non obtineatur. Alias esset

esset in episcopi potestate examinare an hi bono zelo ducantur, & denegare licentiam eo deficienti. Sicut contingit in religiosis vouentibus transitum ad arctiorem religionem. Nec etiam textus in *c. Admonet*, est in contrarium. Quia *Gl. ibi verbo Inconsulto*, dicit eos tamen clericos posse ad religionem transire: quamuis nō ita clarè loquatur, quia statim adiungit etiam regulares posse, petita tamen licentia, licet non obtenta: & sic posset quis dicere exceptionem illam Glossæ referri ad vtrumque membrum. Pro hac etiā parte est textus *cap. Final. 19 q. 2. quod est ex Vrbano II.* qui absolutè licentiam transitus ad religionem his concessit. Si tamen ecclesia grauiter læderetur, esset beneficiarius ille reuocandus: argumento ex *d. cap. Admonet. & c. Si qui vero 7. q. 1.* & ideo hanc partem tuentur *Innocent. ao. ca. Licet, nu. 3. & ibi Hostiens. nu. 7. Ant. nu. 7. Cardinalis nu. 3. q. 10. Abbas nu. 14.*

49 Quinta conclusio. De votis prælatorum habentium iurisdictionem episcopalem in sua diœcesi ipsis plenè subiecta, vt sunt quidam abbates, dicendum est prorsus idem quod de votis episcoporum diximus n. 36. & sequentibus, quare nec votum religionis, nec longæ peregrinationis, nec aliorum ecclesiæ suæ præiudicātium exequi possunt episcopo inconsulto. Quia cum in omnibus ad iurisdictionem pertinentibus sint episcopi, solaque consecratio eis desit, sunt veri ecclesiarum suarum sponsi, instar episcoporum: & sic in eis militat eadem prorsus ratio.

50 An vero vota episcoporum, & habentium beneficium, per quæ ecclesia præiudicatur, possint verè irritari à Pontifice, vel episcopo, dicemus cap. sequenti nu. 6. & 7.

51 Hic solent Doctores tractare de votis abbatū. Sed si illi sint seculares, & habent iurisdictionem episcopalem, iam diximus n. 49. si ea careant, est dicendum de illis, sicut de alijs beneficium habentibus diximus nu. 44. Quòd si regulares sint, est idem dicendum, quod de religiosis: iam enim cum omnes religiosi sint exempti, cessat quod tradebant Doctores, nimirum, eos vouere non posse redundantia in sui officij detrimentum absque episcopi licentia. Atque ita bene docet *Sayro in clauis regia, li. 6 c. 5. nu. 23. fi.* Tractant etiam hic Doctores, quid religiosi, quid coniuges, quid filij familias, quid serui vouere valeant independenter à superiorū suorum voluntate, ita vt ab ipsis irritari nequeat. Sed de his agemus tractātes in speciali de irritatione votorum, quæ a singulis his emittūtur. De votis autem ante episcopatum, & beneficium emissis, dicemus c. 31. n. 7.

CAPVT XXVI.

An vota semel legitimè irritata ab habentibus potestatem dominatiuam; reuiuiscant, vimque obligandi recuperent, vouentibus exemptis eorum potestate?

SVMMARIVM.

Quo differant irritatio impropria, seu suspensio, & propria, num. 1.

An vota irritata reuiuiscant? Refertur duplex opinio numero 2. & 3.

Traditur regula ad explicandum, quando sit vera irritatio, & explicatur an vota filiorum impuberum: & puberum, religiosorum, vxorum, & seruorum, verè irritentur, ita vt non reuiuiscant. nu. 4.

Traditur regula declarans quando sit impropria irritatio & ita vota irritata reuiuiscant, nu. 5.

An vota episcoporum, quæ Pontifex irritare potest, verè irritentur, ita vt non reuiuiscant, nu. 6.

Quid de votis beneficium habentium, quæ episcopus irritat, nu. 7.

Quid de alijs votis specialib. irritatis? remissiuè, num. 8.

Soluuntur argumenta, nu. 9.

1 MEminisse oportet discriminis, quod c. 14 n. 3. tradidimus inter propriam, ac directam irritationē ac impropriam indirectamque, quod per priorem extinguatur prorsus obligatio voti, & ita tanquam semel extincta, nunquam reuiuiscit, sed opus est noua voti emissione, vt illud obliget: per posteriorem autem suspenditur tantum, & ideo cessante prohibitione, aut subiectione illi superiori, reuiuiscit, pristinasque vires recuperat.

2 Difficultas ergo huius quæstionis eo pertinet, vt explicetur quando sit propria, ac directa voti irritatio, vt sic nunquam reuiuiscat: quando autē sit impropria indirectaque, seu sola suspensio, vt cessanti prohibitione reuiuiscat. Quidam absolutè docent vota irritata reuiuiscere cessanti subiectione ac proinde censent nō esse veram irritationem, sed suspensionem. Communiter refertur pro hac sententia *Inn. c. Scriptura n. 3. versiculo Idem credimus, de voto,* quem omnino sequuntur *ibi Host. ad fi. Io. Andr. nu. 4. Ant. n. 3. Cardin. q. 13. Anchar. n. 8.* qui omnes tantum dicunt impuberem teneri votū peregrinationis exequi, quando fuerit sui iuris: & quāuis non explicent, si votum fuerit à parentibus, vel tutoribus irritatum; at apertè videntur in eo casu loqui, nam si irritatum non esset, res erat manifesta, nec opus erat expectare tempus, quando sui iuris sunt. Et hoc etiam videtur tenere *Tabiena verbo Votum 5. q. 5. nu. 6.* At postea concilians opiniones id moderatur, & ita potius est pro contraria sententia. Vt nu. 4. videbimus. Et idem tenent *Vincentius in speculo doctrinali, to. 2. lib. 9. c. 58.* Et eiusdem sententiæ sunt apertè *Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 2. concl. 11. n. 12. & D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. vers. secundo pueri, in fin.* vbi aiunt impuberem retractum à religione per patrem, seruum per dominum, coniugem per coniugem, cum simplex religionis votum emisissent, teneri cessante ea subiectione, redire ad religionem.

3 Alij Doctores dicunt, quando potestas irritandi cōpetit superioribus ratione dominij in vouentis voluntatem, esse verā irritationem: vt contingit in impuberibus, quorū voluntas ratione imbecillis iudicij, est sub patris dominio, & tutoris gerentis vices patris: & in religiosis, qui nec velle, nec nolle habent, sed superior est dominus volūtatis eorū. Quare vota impuberū, & religiosorū, irritata à suis parentibus, & prælatis, nunquā reuiuiscunt. Quando autem potestas irritandi solum cōpetit ratione dominij, & potestatis in materiam promissam, tūc est sola suspensio, & ideo cessante illius materiæ prohibitione aut subiectione, reuiuiscunt. Qd contingit in vxoris puberū, & seruorum, quæ parētes, & domini non irritant ratione dominij in voluntatē, sed ratione solius materiæ promissæ, & ideo nō possūt irritare omnia illorū vota, sed sola emissa de materia subiecta eorum dominio, ac illi præiudicanti. Et idem contingit in votis vxorum, iuxta sententiā defendentem nō esse integrum viro irritare omnia vxoris vota, sed sola de materia sibi præiudicāti. Et ita tenet expresse *Rosella verbo Votum 2. num. 6.* & 7. 12. & 13. etsi enim non statuat regulam sub terminis dictis, ait tamen nu. 6. & 7. vota impuberum irritata non reuiuiscere, & n. 7. & 12. & 23. ait vota puberum, seruorum, & vxorum, irritata reuiuiscere. Et tenet etiam *Valen. 2. 2. disp 6. q. 6. puncto 6. q. 4.* vbi prædictam regulam statuit, & quāuis non explicet ibi in particulari de votis vxoris, & seruorum, sed in hoc posteriori membro tantū meminit votorum emissorum a puberibus? *at eo puncto 6. q. vlt.* dicit vxores viris, & seruos dominis, non subdi quo ad voluntatem, sed quo ad solam materiā promissam. Et ita vtraque vota cōprehenduntur sub sua regula. Idem latissimè probans, tenet *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, in varijs locis,* nam *lib. 6. c. 1. nu. 5. &* . dicit sola

cit sola

eit sola vota impubetum, & religiosorum, posse vere, seu directè irritari, at reliqua vt puberum seruorum, & vxorum, tantum irritari indirectè, siue suspendi, atque ita ait, si aliunde obligatio voti non cessarit, vt quia trãsactum sit tempus, cui alligatum erat; vota ea irritata reuiuiscere. *Et eodem lib. 6. cap. 3. num. 1. & 2.* tenet vota seruorum solùm indirectè irritari posse, & ita reuiuiscere & *c. 6. nu. 18.* repetit idem de votis seruorum, vxorum, & puberum: & *cap. 4. numero 1. & num. 17.* repetit idem de votis puberum. *Et capite. 5. numero 7.* dicit vota religiosorum irritari proprie, & directè, & ideo nunquam reuiuiscere, & *cap. 6. num. 17.* dicit vota impuberum irritari quoque directè, & nunquã reuiuiscere. Probat *Valentia*, quia nequit superior irritare votum subditi quo ad solã materiam, nisi quatenus potest illi subtrahere materiam oblatã, quæ sola est sub potestate superioris At nequit materiam oblatam auferre, nisi pro tempore, quo est illi subditus: quia eo solo tempore materia est sub illius potestate. Ergo nequit votum omnino irritare, sed illud suspendere, ac proinde cessanti potestate reuiuiscet. Et potest confirmari, quia quando subditus perit licentiã exequendi voti, eo facto, negatio licentiæ superioris nõ est voti irritatio: (vt diximus ex omnium mente c. præcedenti nu. 23.) sed cessat tunc obligatio, suspenditurque per materiæ subtractionem, & ita cessanti prohibitione reuiuiscit. At ita contingit in præsenti, tantũ enim subtrahitur materia subiacens dominio huius superioris. Et amplius potest cõfirmari; quia dũ conceditur his superioribus potestas irritandi vota, ratione solius materiæ, cõcessio est ad solũ ipsorum superiorum damnum vitandum Ergo eatenus tãtum irritare valent, quatenus oblatio materiæ illius promissæ, eis nocet: nõ autem nocet, nisi dum subiectio illa durat: nõ igitur irritatio extendetur amplius; & sic ea soluta reuiuiscet obligatio voti irritati. Secũdò probat *Suarez de voto lib. 6. cap. 3. num. 1. & 2.* quia seruus, & vxor, nõ subduntur domino, & viro, in spiritualibus; sed in solis ad vsum actionum, & rerum corporaliũ ptinentibus; non enim secundum animam, sed secundũ corpus subijciuntur. Quia hæc subiectio, loquẽdo per se, est corporis, nõ spiritus; nõ enim ordinatur per se, & immediatè ad finem spiritualem, sed ad humanũ, & quasi corporalem. Ergo ex parte voluntatis in ordine ad Deum, sunt liberi, vt Deo voueant, si materiam habeant accommodatam. Non ergo poterunt superiores hi irritare vota directè, sed tantũ suspendere quatenus materia eis nocet. Tandem probat idem *Suarez*, quia seruus ad se obligandũ Deo, nõ dependet intrinsecè, & per se ex consensu domini: Ergo nec dominus potest directè irritare votum eius. Antecedens patet, quia illa dependentia non est à natura, vt per se notum est, nec est ex voluntate serui, nullum enim tale pactum cum domino inijt; nec ex iure seruitutis introductę iure gẽtium vel simili: quia nec inuenitur tale ius, nec esset iustum, nec forsan possibile, intra latitudinem seruitutis ciuilis, quia est longè inferioris rationis.

4 Quamuis autem hæc sententia sit valde probabilis: at cõtraria exponenda duplici regula tradenda, ad explicandũ qñ cõmpetat potestas veræ, & directæ irritationis; qñ autem solius indirectæ, seu suspẽsionis est pbabilior. Vtráque ẽt regulã tradidi libro de matrim. disp. 39. n. 34. sed nunc easdem mẽt in substantia, clarius aũt explicatas, tradã. Prior regula sit Quãdo vota habẽt imbibitã cõditionẽ pendẽtem ex superioris volũtate, siue qa subduntur emittẽtes illa dominatiuæ alterius potestati quo ad plenũ volũtatis dominiũ, vt cõtingit in religiosis respectu suorũ superiorũ, & in impuberibus, respectu parentũ, & suorum tutorũ, & in vxoribus respectu virorum, iuxta opinionẽ dicentẽ posse omnia earum vota à viris irritari: siue quia subduntur quoad dominiũ voluntatis respectu solius materiæ promissæ, vt contingit in filijs familias puberibus, respectu patris, vel curatoris, & in seruis, respectu dominorũ, & in vxoribus, respectu virorũ, iuxta alterã opinionẽ dicẽtes sola vota præiudicãtia viro posse ab eo irritari; tũc possũt verè, & directè à superioribus irritari, atque semel irritata, manent perpetuo irritata, nec soluta subiectione reuiuiscunt. Probatur, quia fundamẽtum potestatis irritandi competentis his superioribus, est, eo quod vota quorumcumque subditorum dominatiuæ alterius potestati, sunt conditionalia, habentque conditionẽ imbibitam pendentem à superioris voluntate. Vt optimẽ explicuit *D. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 8 ad 4.* loquens generaliter de oĩbus huiusmodi subditis: & *art. 12. ad 2.* vbi loquitur de seruis, & filijs, ibi: *In votis subditorũ, puta, serui, vel filij, intelligitur conditio, si placuerit patri, vel domino, vel si non renitantur.* Qui ab omnibus recipitur, & c. præced. n. 6. & 8. explicuimus eam conditionem affirmatiuam, *si placuerit*, intelligi in votis rerum interdictarum: negatiuam autem, in votis operum licitorum. Et ideo *D. Thom. eo. art. 12. ad 2.* dicit non posse superiores sola potestate spirituali gaudẽtes, irritare vota subditorum, quia nullã imbibitam conditionem habent, sed sunt absoluta. Quare sicut deficienti conditione dicuntur, non obligare vota conditionalia, vt si quis voueat castitatem, si nauis incolumis venerit, ea pereunti nullatenus voto obligatur; ita vota huiusmodi subditorum nõ obligant superiore irritanti, quod deficiat conditio imbibita in ipsius, tũc enim superior denegat cõsensũ votoque contradicit. Quod optime explicuit *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 6. paulo post principium, vers. Pro explicatione*, vbi explicans doctrinam D. *Thomæ* & authorum dicentium in votis horum subditorum imbibi conditiones prædictas, hæc ait: *Votum emissum à subdito, ante consensum superioris est conditionale, atque adeo dependent quo ad vim obligandi, ex consensu superioris, qui si consentiat, tunc demum obligat id votum: sin minus dicitur id votum subditi irritare, hoc est perinde esse ac si non fuisset factum. Et Suarez tom. 2. de religione, tract. de voto, l. 6. c. 1. n. 9.* probat his verbis irritationem votorum in his subditis factam absque causa, validam esse: *Quia tale votum fuit implicite conditionatum, & de facto conditio non impletur, quando superior repugnat, siue ex causa, siue absque causa, suo arbitrio id faciat, & ideo id satis est, vt votum non obliget vtpote conditione non impleta.* Ergo instat aliorum votorum conditionalium quæ omnino deficienti conditione extinguuntur, nullãquo obligandi vim amplius retinent, extinguẽtur quoque in perpetuum vota huiusmodi subditorum per irritationẽ superioris, qua deficit conditio in ipsis imbibita. Et cõfirmatur, quia si vxores serui, & puberes vouerent hac expressa conditione, si vir, pater, aut dominus consenserint, his dissentientibus maneret votum irritũ in perpetuũ, quasi deficienti conditione: sicut maneret si conditionem ex cuiusque alterius arbitrio pendẽtem apponerent, & alter dissentiret. At eadem cõditio tacite inest illis votis. Ergo ea deficienti per superioris irritationẽ, corruent in perpetuũ. Quippe taciti, & expressi est idem iudicium, *l. De quibus. in fine, ff. de legibus, & l. Cum quid, ff. si certum petatur.* Et late *Euerardus in suis topicis, loco ab expresso ad tacitum, ubi nu. 1.* ait hoc facere, vt sicut conditio expressa impedit ortũ obligationis, *l. Cedere diem, ff. de uerbor. significat.* Ita & conditio tacita. Secundò probatur, quia sola suspendendi potestas nõ efficit vota, esse conditionalia, nec in illis imbibi aliquam conditionem: aliàs omnia uota præterquã summi Pontificis, haberẽt tacitam conditionẽ, & essent sic conditionalia: cum omnia illa posse à superioribus suspendi, quãdo iuri superioritatis nocẽt, probauerimus hoc lib. cap. 24 numero 4. Et ita *Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 12. ad 2.* reprehendit quosdam Doctores antiquos asserentes in omnibus uotis clandi conditionem pendentẽ ex Pontificis consensu. Cum ergo *Thom. ibidem, & ead. q. 88. art. 8. ad 4. ab omnibus receptus*, dicat in his uotis omnium subditorum potestati dominatiuæ imbibi conditionem, si superior consenserit, aut non contra-

dixe

dixerit, non satis est ad huius veritatẽ, si sola suspẽdendi vota potestas his superioribus cõcedatur, sed est concedenda potestas verè in perpetuum irritandi. Et confirmatur, quia *D.Th. & reliqui Doctores* ponunt eodem teneri, & indistinctè, has cõditiones claudi in votis sub duorũ omniũ dominatiuæ alterius potestati. Nõ ergo afferendum est ita in aliquorum ex illis claudi, vt concedant potestatem vere irritandi, in aliorum aũt, vt solam suspendendi. Tertio, quia (vt bene docet *Suarez eodem tractatu de voto, lib.6.c.1.n.3.fi.*) tunc votum pẽdet ab alterius potestate, ex parte personæ, seu voluntate ipsis vouentis, vt possint vere irritari eius vota, qñ voluntas vouentis ita est subordinata superioris voluntati, vt in sua obligatione includat conditionẽ, si alter consenserit aut non repugnarit, vt pendent impubes à patre, & religiosus à prælato. At similẽ conditionẽ includunt vota subditorũ quoad solã materiã vt seruorũ, puberũ, & vxorum (Vt ex *D.Th. & alijs* diximus.) Ergo hi quoque erunt subditi ex parte personæ, seu volũtatis in vouendo, quoad illam materiã, in qua subduntur, vt vel sic vota eorum quo ad illã materiã possint verè à suis superioribus irritari. Et confirmatur, quia sicut vbi adest perfectum voluntatis subditi dominium, potest superior omnia eius vota vere irritare, eo quod ratione illius perfecti dominij omnia vota habent imbibitas p̃dictas conditiones: ita quando adest partiale voluntatis subditis dominium, nempe, circa materiam peculiarem promissam, poterit superior vere irritare vota circa illam materiam, vtpote quæ ratione illius dominij includunt eadem conditiones. Quarto, quia quod iuris est de toto quo ad totũ, idẽ est. & esse debet de parte quo ad partem, *l. Quæ de tota, in principio, ff. de rei vendicat.* & late tradit *Euerardus in suis topicis, loco à toto ad parte, n.2.* Sicut ergo ad omnimodam, & totalem irritandi vota potestatem, desideratur, & sufficit dominium totale volũtatis subditi, seu actus liberi, quo Deo vouet, ita ad partialem irritandi potestatem, nempe, in materia determinata, sufficit, ac opus est partiale dominium, nimirum, voluntatis, seu actus liberi, quo materia illa promittitur. Tandem quia esto argumenta contraria magis vrgerent speculatiue loquendo, illis tñ non conuincentibus, vt minimè conuincunt, vt cõstabit ex eorum solutione numero vltimo adhibenda, est in praxi hæc amplectẽda, vtpote quæ communi Ecclesiæ praxi, ac communi ferè omnium consensu est recepta, atque magis pia est, & fragilitati humanæ accõmodatior. Et ideo hanc sententiam sustinent (quamuis enim verbis peculiaribus non tradant hanc regulam, tradunt tamen satis re ipsa illam, dicentes vota omnium subditorum dominatiuæ alterius potestati, irritata à superioribus, nunquam reuiuiscere, sed omnino extingui. Cum tñ constet non omnes in omnibus subdi, sed quosdam quo ad solam materiam promissam) *Abulensis c.30. Num. q.79* vbi loquitur de votis realibus puberum, & q.86. vbi loquitur de votis vxorũ, & q.91. *statim in prin pio*, vbi loquitur de votis seruorum. Et *Supplementum Gabrielis 4.d.38.q 1.art.5. lit. X. vers. Sequeratur, & Angelus verbo Votum 2.n. vltimo*, vbi postquam dixerant filios familias impuberes, & puberes, vxores, seruos, impeditos esse ad firmiter vouendum quærunt an si vota horum irritentur, teneatur ad illa cessanti subiectione, & respondent non teneri. Et *Syl. verbo Votum 4.q.1.dicto 3.& 4.* loquens de impuberibus & seruis, & vxoribus. Et egregiè *Caiet. 2.2.q.88. art.8. dubio penultimo*, vbi quærit, an vota subditorum irritata ab haberem potestatem nõ perpetuã, sint semper irrita, an potius cessanti subiectionis statu reuiuiscant? Et respondet his verbis: *Siue votum fuerit perpetuum siue temporale, ex quo est factum de eo quod non est suum, si superior in cuius potestate tunc erat illud, quod voto promittitur, tunc irritat votum, subditus amplius non tenetur. Vt hoc aperte petat ex c. Quidam & c. Placet, de conuers. coniug. vbi vir professus irritante vxore suum votum, non tenetur illa mortua ad religionẽ.* Et *Tabiena verbo Votum 5.q.5.n.6.* vbi quamuis prius dixisset vota irritata reuiuiscere, tandem concludit id esse verum, qñ subditi cogitantes de potestate irritantis, voluerunt se expresse obligare, in quantum potuere, nempe pro statu solutæ subiectionis, secus autem quando absolute emisere vota. Et *Armilla verbo Votum, nu.12.* vbi agens de voto vxoris facta ex licẽtia viri, ait vxorem post viri irritationem, non teneri amplius ad id votum redditque rationem, quod votum irritatum non redeat amplius, nisi denuo fiat. Atq; idem prorsus citans *Armillam in hoc loco*, loquensque indistinctè de subditis tenet *Sayro in claui regia, l.6.c.10.n.13.fi.* Et optimè *Sotus l.7. de iust. q.3. art.1. col.3. vers. Aliud post hæc*, vbi hæc ait: *In vniuersum votum quodcumque, siue vxores, siue serui filij, siue religiosi, semel irritatum, nullum deinceps virtutem retinet, qua vllo tempore obligare possit, nisi iterato fiat.* Idem *Nau. sum. Latina & Hispana c.12. nu.66* loquens de votis irritatis à viro, dominis, parentibus, curatorib, puberum. *Idem Azor tom.1. inst. moralium l.11.c.17.q.4.* loquens de votis filiorum familias, vxorum, & monachorum, & seruorum, & q.11. *fi.* loquẽs de votis seruorum. *Palacios 4.d.38. disput.3. col.15. vers. Obseruandum est autem, fol.869.* loquens de votis impuberũ, vxorum, & seruorum. *Aragon 2.2.q.88. art.8. fi.* loquens de votis impuberum, & puberum. *Margarita confessorum folio 135. pag. vers. Nota quod si pater, & Philiarcus de officio sacerdotum, to.1.p.2. lib.3.c.4 conclusione 3.* & loquuntur ambo de votis puberum, seruorũ, & vxorũ *Lud. Lopez 1.p. instructorij conscientiæ c.48. col.3. vers. Vota semel.* & loquitur de votis filiorũ, vxorũ, & seruorum *Graffis* loquens de votis puberũ *1.p. decisionum, lib.2.c.19.n. quinto. Angles* loquens de subditis indistinctè *floribus 2.p q. vnica de voto, art.7. difficultate 8. Llamas methodo curation 13.p.c.4.§.23.* loquens de votis puberũ, seruorum, & religiosorum. *Vega 2.to. summ c.129. casu 20. ad fin. & casu 95. & Corradus in suis respõsis 1.p.q.306.* loquuntur ambo de omnib. subditis *Manuel* loquens de prælatis *2.to. sum. c.89.n.8.* Eiusdem sentẽtiæ est apertè *Abbas c. Scripturæ, n.6. de voto* vbi etsi loquatur de solis impuberum votis, dicẽs ea à patre irritata non reuiuiscere: id tñ probat ex *c. Quidam, & c. Placet, de conuers. coniugat* vbi vir reuocatus à religione per vxorem, non tenetur mortua redire: & ita clare sentit idem in votis coniugum. Eiusdem est aperte *Toledo li.4. sum. c.18. numero 9. vers. Irritare*, vbi hæc ait: *Irritare est annullare votum, & facere vt non sit obligatorium, nec veruum votum quomodo pater filiorum vota irritare potest, vt superius diximus, & prælatus vota inferiorum, dominus seruorum, & vir vxoris & è contra.* Qui nu.7. dixerat posse patrem irritare vota personalia vsque ad pubertatem: & realia vsque ad 25. annum. Eiusdem videtur *Ouandus 4.d.38. disputat. vnica. propositione 19.* vbi hæc ait: *Vota filij in quo subijcitur patri potest pater irritare, id est, annullare: similiter vir vota vxoris: eadem est ratio de monacho, & prælato, de monialibus, & abbatissa.* eiusdem uidetur clare *Petrus de Ledes. 2.to. sum. tract. 10.c.7. dubio 2. circa primam conclusionem, dicto 4.* nam postquam explicuerat omnes superiores potentes uota irritare subditorum, addit hęc uerba. *Irritar el uoto en nuestro proposito, es cessarle, yanularle, y quitar de todo punto su obligacion.* Et hæc sententia est etiam frequentissimo neotericorum consensu recepta. Et expresse loquens de omnibus docet *Sayro in claui regia, lib.5.c.8.n.6. versic. Illud autem.* Atque expresse loquens de uotis seruorum irritatis à domino, tenet ea non reuiuiscere *idem Sayro eod. c.10.n.18.* Quid autem de uotis emissis in tempus libertatis, aut absolutè toto tempore uitæ dicemus cap.19. num.3. & 4. & 5. & 6. & 7. & expresse loquens de uotis irritatis à uiro, & patre, tenent non reuiuiscere *Pedraza in summa, præcepto 1.§.8.*

5 Posterior regula est. Quando uota non habent imbibitam conditionem pendentẽ ex superioris uoluntate, ut contingit qñ ante subiectionem fiunt, tũc subiectione sequenti nequeunt uerè irritari, ita ut nuq reuiuiscãt

sed

ſed tantum ſuſpendi. Conſtat ex dictis nu. præc. cum, n. tota ratio, & fundamentũ poteſtatis veræ, & directæ irritationis, ſit vota ſubditorum rõne conditionis in ipſis imbibitæ eſſe conditionalia, qñ vota nõ ſunt conditionalia, vtpote ante ſubiectionẽ facta, non poterunt vere irritari, ſed tantum ſuſpendi, quatenus ſubiectioni ſubſequenti præiudicant. Et cõfirmatur, quia tũc nec actus liber, quo votũ emiſſum eſt, ſubiacet ſuperiori, nec põt mõ ſubdi, nec ẽt materia illa Deo cõſecrata per votum, ſubiacet ſimpliciter huic ſuperiori ſubſequenti: ergo nullatenus põt ſuperior hic id votũ vere irritare. Antecedẽs ꝓbatur quoad actũ liberũ. Quippe eſt omnino ꝓteritus, & Deo per votũ dicatus independẽter à ſuperioris conſenſu, eo quod tunc nõ erat ſubiectio illi. Nec ẽt põt mõ ſubdi. Quia ad præteritũ nõ eſt potẽtia, nec ſubditã perſonã ſubduntur eius actus præteriti cũ iam trãſierint. Dices, vinculũ voti, & obligationẽ eẽ præſentia. Reſpondeo, cũ tale votũ ſequatur naturaliter, & intrinſece ex actu promiſſionis, nulla rõne poſſe ſuperiorem hoc nomine votũ perfecte irritare, niſi habeat, vel habuerit dominiũ in illũ actũ. Quod aũt tunc non ſimpliciter materia ſubdatur ſuperiori, ꝓbatur. Quia cũ prius eſſet obligata Deo, qui ius in illã acquiſierat, nõ põt plene & omnino ſubdi alteri. Qui Doctores hãc regulã ſequantur, & qualiter ꝓcedat in ſingulis perſonis poſtea ſubiectis poteſtati dominatiuæ, dicemus c. 31. per totũ, vbi late de ſingulis agemus, & explicabimus, an in aliquo caſu deficiat hæc regula, & an procedat, qñ vouẽs tpe voti erat ſubiectus alicui habenti poteſtatẽ dominatiuã, & volẽs irritare eſt alter ſuperior habẽs ſimilẽ, aut diuerſam poteſtatẽ dominatiuã dicemus c. 28. per totũ.

6 Ex his deducitur, quid ſentiendũ ſit de votis Epiſcoporum, quæ poſſe Pontificẽ irritare diximus c. 24. n. 19. & c. præc. n. 38. 39. *Suar. to. 2. de relig. tract. de voto. lib. 6. c. 1. n. 5. & c. 2. nu. 7.* dicit eã non eſſe irritationẽ directã, & verã, ſed solã ſuſpẽſionẽ, & ita dicit ea vota reuiuiſcere, ſi poſtea Epiſcopatui renunciẽt, aut eo deponãtur, & ſic teneri tũc ingredi religionẽ, vel longã peregrinationẽ exequi, quæ antea vouerant & Pontifex vota irritaret. Sed loquitur conſequenter ad ſuam ſniam, q̃ ex ipſo retulimus *n. 3. & Caiet.* quẽ pro ſe allegat, id nõ dicit. At fauent illi *Palud. 4. diſt. 38. q. 4. art. 2. n. 21. & ibi Supplementum Gabr. q. 1. ar. 5. poſt 3. concl. verſ. Primo Epiſcopus. D. Anton. 2. p. ti. 11. c. 2. §. 6. verſ. Primo ergo.* aiũt. n. Papa denegantem licentiã Epo implendi voti religionis, aut votũ irritanti, excuſari illũ rõne impotẽtiæ implendi, atq; ita clare vĩr ſentire nõ eſſe verã irritationẽ, ſed solũ ſuſpenſionẽ dũ ea impotentia durat. At exiſtimo eſſe verã irritationẽ, ac proinde vota ſic irritata nũquã reuiuiſcere. Probatur ex priori regula tradita, nu. 4. hæc. n. vota continent implicitã conditionem, pendentem à Pontificis voluntate. Atque ita tenet *Abulenſis c. 30. Num. q. 67.* vbi loquitur de voto magnæ peregrinationis emiſſo ab Epiſcopo, *& q. 68.* vbi loquitur de voto religionis emiſſo ab eodem, vt expreſſe *Angelus verbo Votum 2. n. vltimo*, videtur hoc tenere, nã late tractauerat, nec Epiſcopos, nec beneficium habentes, poſſe aliquid in præiudicium Eccleſiæ vouere, abſque licentia Pontificis, & Epiſcopi, nec vxores; nec filios, nec ſeruos, & poſtea *eo numero vltimo* dicit generaliter vota patientium prædicta impedimenta, ſemel irritata nunquã reuiuiſcere. Et fere expreſſe tenet *Caiet. in ſumma, verbo Votum cap. De quatuor conditionibus ex parte vouentis. §. Imperfectio autem ſtatus*, vbi tractans de conditionibus imbibitis in votis ſubditorum, ait quãdo votum eſt de re prohibita, deneganti ſuperiore licentiam, eſſe irritũ, affert exemplum his verbis: *Vt ſi epiſcopus vouerit ingredi religionem, ſubintelligitur, ſi Papæ placet, vnde tenetur requirere, ſi Papæ placet, vt impleat votum: ſi placet, tenetur implere, ſi non, irritum eſt votum.*

7 Atque ſimiliter dicẽdum eſt vota clericorum habentium beneficiũ, quæ irritari poſſe ab Epiſcopo, diximus c. 24. nu. 21. & c. præc. n. 44. vere irritari, & ita nunquam reuiuiſcere. Quia claudunt tacitã conditionem, ſi Epiſcopo placuerit. Et ita videtur clare teneri *Angel. num. præc. relatus* vbi verba eius ponderauimus. Et tenet expreſſe, *Abulenſ. c. 30. Num. q. 71.* loquens de beneficiario qui vouit longam peregrinationem. Quamuis ea reuiuiſcere teneat *Suarez. eo. l. 6. c. nu. 7.* Sed (vt dixi n. præc.) loquitur conſequenter ad ſuam ſententiam.

8 In ſpecialibus autem caſibus, qñ vota irritata reuiuiſcant, tanq̃ ſolum ſuſpenſa, aut non reuiuiſcant, tanquã vere irritata, dicemus in ſingulis capitibus huius tractatus de irritationibus, de quibus, in ſingulis tractatum fuerit, tantum enim hic intendimus regulas generales ſtatuere, ad quas confugiendum eſt.

9 Ad argumenta contraria, n. 3. propoſita reſpondetur. Ad primũ neganda eſt minor, nã cum tunc ſuperior ſit dominus illius materiæ, & voluntatis quo ad illã, nec expreſſe promittatur in tps ſolutæ ſubiectionis, habet tacitam conditionem, ſi ſuperiori placuerit, aut non contradixerit, quare ſuperiore auferenti conditionem, perit omnino votum. Ad primam confir. dic, eſſe latum diſcrimen, quia in eo caſu, cum ſuperior ſit inſcius uoti, quando denegat licentiam non utitur tota ſua poteſtate circa illud, uoluntas. n. non fertur ad incognita, at qñ eſt uoti conſcius, utitur tota ſua poteſtate. Ad aliam confirmationem dic, id damnum non eſſe adæquatam rõnem huius irritationis perfectæ, ſed conditionẽ imbibitam in his uotis, quæ auferri poteſt abſolute à ſuperiore. quamuis damnum ſit radix conditionis huius incluſiuæ, & ſic irritatio pendet à dãno in fieri, non aũt in conſeruari. Ad 2m cõcedendum eſt eos ſubditos eſſe liberos ad uouendum in materia accõmodata, & ipſis libera; at negãda eſt conſequentia inde illata. Antecedens. n. ex quo infertur, nil facit ad rem, poteſtas. n. irritandi minimẽ innititur ſubiectioni ſpirituali, ſed dominatiuæ, alias idem antecedens concluderet, nec patrem poſſe uota impuberis uere irritare. Poteſt ẽt dici ſubiici in ſpiritualib. quatenus ea exercere obeſt poteſtati dominatiuæ. Ad ultimum dic, ſeruũ in obligationibus erga Deum contrahendis, quando ex præiudicant domino pendere iure ſeruitutis à cõſenſu domini, & rationẽ illius habere imbibitam conditionẽ, quæ pendent ex domini uolũtate, & ideo põt dominis auferendo conditionẽ, ceſſare omnino uoti obligationem.

CAPVT XXVII.

Qualiter ſuperioribus fungentibus dominatiua poteſtate, ſit integrum vota emiſſa ex eorum licentia irritare.

SVMMARIVM.

An licentia vouendi poſſit reuocari ante votum emiſſum, n. 1.

Quid ſi ea licentiam conceſſerat ſuperior volentis reuocare, aut præceſſor æqualis? n. 2. Et ibi, an poſſit inferior ſuſpẽdere vſum huius licentiæ, & tunc emiſſum cenſeatur abſque licentia factum?

Quid ſi votum eſt emiſſum, & res promiſſa tradita, n. 3.

Quid ſi voto emiſſo nondum eſt res promiſſa tradita, et reuocare volens eſt inferior ſuperiore, qui illam conceſſit, n. 4.

Quid ſi ſuperior concedentis vult reuocare n. 5.

Quotuplex quæſtio diſputanda ſit n. 6.

An idem ſuperior qui licentiam conceſſit poſſit valide reuocare, irritando votum virtute illius emiſſum, quando res non eſt tradita? Refertur duplex opinio, n. 7. & 8.

Prælatus religionis poteſt valide id votũ de licentia ſua emiſſum irritare; nec peccat ſubditus id non implendo, n. 9.

Votum ſic irritatum non reuiuiſcet, n. 10.

Quid de votis ab vxore emiſſis ex viri licentia, n. 11.

Quid de votis, quæ vxor irritare poteſt, an poſſit ſi de licentia illius emiſſa ſint, n. 12.

Quid de votis caſtitatis ab vtroque coniuge, de licẽtia alterius, aut communi conſenſu emiſſis? Remiſſiue, n. 13.

Quid de votis ſerui emiſſis ex licentia domini, n. 14.

Quid de votis puberum emiſſis ex licentia patris, vel curatoris, n. 15.

An in prædictis caſibus ſit irritatio directa, ita ut vota non reuiuiſcant, n. 16.

Quid de votis impuberum emissis ex licentia patris, vel tutoris? Refertur quadam sententia, n.17.
Explicatur sententia Authoris, n.18.
An ea sit irritatio directa, ita vt votum non reuiniscat, num. 19.
An hac vera sint, quamuis vota de licentia superioris emissa sint in tempus soluta potestatis illius, n.20.
An sint vera, si superior dicat subdito se dare illi licentiam irreuocabilem, & constituere eum dominum illius materia, n.21.
An pradicta verum habeant in promissione facta homini ex superioris licentia? Refertur quadam sententia, n.22.
Explicatur sententia Authoris, n.23.
Soluuntur argumenta, n.24.
Post nu.24. inuenies alia summaria.

1 Quæstio hæc in triplici statu discuti potest. Primus est quando res est omnino integra, quia, nimitum, nondum inferior usus est licentia uouendi, & tunc manifestum est posse superiorem reuocare licentiam sicut potest quamlibet aliam aliquid faciendi. Quod tunc nulli ius acquisitum est. Ita *D. Bonau. 4. d. 32. in expositione litera, n.4. Ricar. ibi art. 2. q. 2. corpore Pal. q. 2. art. 2. n.18. Rosella verb. Votum 3. n.2. Sayrq in claui regia, lib. 6. c. 10, n.12.* Temperant *Ricard. & Palud.* quando licentia priuatim concessa est, secus si publice. At merito id reprobat *Rosella*, quia in neutro casu est ius acquisitum, sed manet res omnino integra. Existimo tamẽ fore culpam venialem, si nulla ductus causa, sed omnino ad libitum reuocaret. Quia desistere à bono incœpto & ab illa licentia oblata Deo, cooperando ad votum, est vituperabile, quando omnino absq; causa fit. Quod à contrario sensu colligitur ex *Sayro ibidem*, ait enim non peccare reuocando ex iusta causa. At modicam causam existimo satis esse ad liberandum superiorem hac culpa.

2 Hoc tamen intellige, quando idẽ superior, vel æqualis successor, eam licentiam reuocat. Quia si eam cõcessisset superior volentis reuocare, non teneret reuocatio. Cum inferior gesta à superiori retractare nequeat. At potest hic superior interdicere subdito vsum illius licẽtiæ, ex aliqua iusta causa, donec superiorẽ, qui licẽtiam dedit, certiorẽ faciat de causis eius licentiæ reuocandæ. An vero si tunc subditus nõ obstãti hac suspensione, seu pcepto votum emittat, dicatur factũ ex licẽtia superioris. Videtur sic factũ, quamuis hic peccarit contra superioris præceptũ, quia cũ ea licentia nondũ reuocata sit, videtur suam vim retinere. Ex alia parte vrget, qđ superior potuerit vsum eius licentiæ suspendere, ac proinde duranti suspensione videtur quasi non esset ea licentia. Sicut quando superior nequiens irritare, sed suspendere voti obligationem, eam suspẽdit, quamuis ea extincta non sit, at duranti suspensione perinde est, ac si non esset, & ita pro tunc vires obligandi non habet. At res hæc pertinet ad lib. 7. huius tractatus, vbi de voto paupertatis agetur ibi enim disputabitur, an sit contra votum paupertatis distribuere aliquid virtute eius licentiæ suspensæ per inferiorem.

3 Secundus status est, qñ & votum est emissum, & executioni mandatum, tradendo rem promissam, & tunc manifestum est nullã esse in superiore qualicumq; potestatem reuocandi. Quia ideo dicunt Doctores (vt videbimus n.9.) integrum esse superiori licentiam reuocare, quia ante traditionem manet adhuc dominus rei promissæ. At traditione facta, est iam translatum dominium in alterum, *l. Traditionibus 20. C. de pactis.*

4 Vltimus status est, quando votum emissum est, at res promissa nondũ est executioni mãdata. Et in hoc statu procedit quæstio præsens. Atque tũc si votũ factũ est ex prælati superioris licentia, nequit prælatus inferior licite, nec valide reuocare, seu irritare. Vt si puincialis concessit licentiam, & velit superior localis votũ id irritare. Quod inferior nequeat gesta superioris reuocare, vtpote qui in ipsum nullam potestatẽ habet. Ita docent *Ric. 4. d. 38. art. 4. q. 3. Angles florib. 2. p. q. vnica, de voto, ar. 7. difficultate 6. Manuel 2. tomo summæ c. 89. nu. 7. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 8. n. 2.* At poterit hic prælatus inferior suspendere ex iusta causa executionem illius voti. Quia quamuis careat potestate dominatiua ad illud irritandum, non tamen tollitur omnino subiectio, vt ex causa occurrenti nequeat suspendere, idque recta gubernatio postulat.

5 Si aũt id votum emissum est de prælati inferioris licentia, potest à prælato superiori irritari, perinde ac si absque licentia factũ esset. Constat, quia tã in voluntatem subditi, q̃ superioris licentiam concedẽtis potestatem habet, & vtriusque vota irritare potest: vnde etsi id votum sit legitime factum, non tamen est omnino absolutum, sed pendens à voluntate superioris prælati, & habet imbibitam conditionẽ, nisi ille cõtradixerit. Præterea, quia superior non irritat, quatenus id votum ab illius prælati inferioris voluntate pendebat, sed quatenus à sua, qua libere irritare poterat, nec voluntas inferioris prælati potest superioris potestatẽ coarctare. Ita *Ricard. Angles Suarez nu. 3. Manuel. vbi eo nu. prac. resuls. Quandus 4. d. 38. disp. vnica, propositione 19.*

6 His tanquam certis præmissis, tota difficultas est de eodem superiore, qui licentiam concessit, & de æquali successore. Atq; vt clarius pcedamus, quadruplex est q̃stio disputãda. Prima est, an superior dãs licentiã possit valide reuocare licentia illa votum emissum, nondũ tñ executioni mandatum? Secũda, an possit licite? Tertia, an successor æqualis potestatis possit valide, & licite. Vltima, qñ dicatur votum ex superioris licentia emissum?

7 Quæstio prima. An superior, qui vouendi licentiam concessit, possit votum virtute illius emissum, nondum tamen executioni mandatum, valide irritare, perinde ac posset, si absque licentia factũ esset? *Ricardus 4. d. 38. art. 4. q. 3.* loquens de prælatis religionis, eã potestatem eis denegat, immo de potestate dispensandi dubitat. Atq; à fortiori eam irritandi potestatẽ denegaret, quibuscunque alijs fungentibus potestate dominatiua, in nullis. n. ita clara est hæc irritandi potestas, ac in superioribus religionis, & rationes quib. innititur, id aperte in omnibus probant. Ducitur primo, quia ad omnimodam voti subditorum firmitatem, nil desideratur præter superioris cõsensum. Ergo illo accedenti manet firmum & irreuocabile. Et confirmatur, quia fundamentum potestatis irritandi vota, est conditio imbibita in ipsis, si superior consenserit, aut nõ cõtradixerit. Vt probaui c. præc. n. 4. At in votis emissis ex superioris licentia, nulla est conditio, sed sunt absoluta, cum posita sit iam conditio, à qua pendebant. Nulla ergo superest irritandi potestas. Secunda, quia licentia superioris concedit subdito dominium, & quasi possessionẽ actionis illius, ad quã est data licentia, cũ iam virtute illius votum emiserit. Tertio, quia promissio facta homini, & ipsi intimata ex superioris licẽtia nequit valide à superiore reuocari propter ius homini acquisitũ. Ergo nec facta Deo, quia cũ statim sit ipsi cognita, & ab eo acceptetur, acquirit idẽ ius. Tandem, quia superior irritans votum, præcipiensq; subdito, ne implet, est culpæ reus, Ergo illi non est audiedum, tanquã male præcipienti.

8 Alij soli prælato religionis hanc potestatem concedunt. Ita *Philarcus de officio sacerdotis to. 1 p. 2. li. 3. c. 4. §. Sed maior difficultas.* Id autem probat, quod nullus superior dominatiue potestate præditus excepto prælato regulari, gaudeat simul potestate spirituali. Addit autem eum, cui votum irritatur, teneri obedire. Sed fundamentum eius nil probat, ad irritandũ enim nil confert potestas spiritualis

9 Prima tamen conclusio sit. Prælatus religionis, qui licentiam vouendi cõcessit subdito, potest valide votum virtute illius emissum, nondum tamẽ executioni mandatũ, irritare ad libitũ, perinde ac si absq; licẽtia emissum esset, & subditus minime peccat id votũ postea nõ exequendo, siue superior irritando peccauerit, siue non.

Probatur

Probatur primò ex loco Num. 30. quem n. 11. pōderabimus pro votis vxoris emissis ex licētia viri, fortius.n. procedit in religiosis, cū illorū subiectio strictior sit. Præterea, quia superior concedens eam facultatem, nō abdicat à se dominium illius voluntatis subditi, & rei promissæ offerendæ per voti executionem. Ergo tanq̃ dominus retinet adhuc potestatem irritandi. Antecedens probatur, quia cùm possit postea ad subditi bonum expedire irritatio facta à superiore tanquam domino, & ne litigia inter ipsum, & subditum oriantur, censendus est superior in ea licentia, minimum quod potest, cedere iure suo, & sic solam facultatē concedere, vt subditus voluntate propria vtatur re, vouendo, & exequēdo votū. Quod absq; dominij trāslatione fieri potest. Et confirmatur, quia licentiam concedendo, nō facit subditū sui iuris, sed solū concedit illi, vt operetur. & se obliget semper tamen dependenter à superioris volūtate, & ea conditione imbibita in votis, nisi superior cōtradixerit, semper.n. vult manere superior; & ideo ius non absolutè, sed sub ea conditione acquiritur Deo. Et ideo præter Doctores, n. 11. referendo qui in votis solis vxoris de licentia viri emissis loquuntur, qui à fortiori idem sentiunt in religiosis, tenet *Angel. verbo Votum 2. num. 10. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. dubio 2. Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 1. col. 9. vers. Maiori autem. Nauar. summa Latina, & Hispana c. 12. num. 37. Palacios 4. d. 38. disput. 3. f. 872. col. 2. vers. Porrò autem Philiarcus relatus nu. præc. Leonardus lib. 2. de iust. c. 40. dubio 10. nu. 75. Manuel 2. tom. summæ c. 90. num. 5. Azor to. 1. instit. moral. lib. 11. c. 17. q. 7. q. 6. Valent. 2. 2. disput. 6. q. puncto 6. q. 3. Aragon 2. 2. q. 88. ar. 8. post 6. concl. vers. Est & aliud dubium, fol. 1019. & triplici col. ante fin. vers. Dico tertio. Petrus de Ledesma 2. to. sum. tract. 10. c. 7. dubio 2. in difficultate, quā mouet circa quartum dictum. Suarez to. 2. de religione, lib. 6. c. 8. à num. 4. vsq; ad 7. Emmanuel Sà in summa, verbo Votum, vbi de voti irritatione num. 2. Llamas in methodo curationis 3. p. c. 4. §. 43. Corradus in suis responsis 1. p. q. 303. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 91. Sayro in Claui Regia lib. 6. c. 10. n. 12.* Et id clarè supponit *Sylu. verbo Votum 4. q. 2. dicto 6.* vbi cum præmisisset potestatem irritandi competere prælatis respectu religiosorum, viro respectu vxoris patri, tutori, & curatori respectu impuberum, & puberum, ait in eo dicto 6 prædictos superiores non peccare irritando ex iusta causa vota, in quæ consenserant; ac proinde supponit irritandi potestatem.

10 An verò hæc irritatio sit directa, & propria, dicemus num. 19.

11 Secunda conclusio. Vir quoq; similiter irritare vota, quæ vxor ex sua licentia emisit, potest, dum executioni mandata nondum sunt, nec tunc vxor ea non implens peccat. Probatur ex c. 30. *Num. ibi: Si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quidquid vouerat, atque promiserat, reddet. Si autem cōtradixerit, postquam rescivit, portabit ipse iniquitatem eius.* Vbi quamuis non dicat expresè Scriptura vxorem esse culpa immunē, dū viro contradicenti non seruat votum: at tacitè id significat *teste Caiet. ibi*, dum ait culpam vxoris redundare in virum. Et ita intelligunt eum locum *D. August. lib. 4. q. 59. in Num. & refertur c. Manifestū 33. q. 5. & D. Ambrosius lib. de paradiso c. 10. & refertur, c. fi. 33. q. 5. & Gl. ordinaria in eundem locum Num. 30. ad fin. & ibi Hugo litera K. & multi alij, quos retuli lib. 9. de matr. disput. 40. n. 4.* Et constat ex rationibus traditis n. 9. quæ æquè in hoc casu procedunt, & similiter manent hæc vota pendentia à consensu viri. Et eam tenent omnes Doctores ibi relati præter Philiarcū. Et vltra illos eam docent *Innoc. c. Scriptura, ad finem, de voto. Maior in 4. d. 38. q. 4. dub. qui possint vouere. versic. Quarta persona. Rosella verbo Votum 3. n. 2. Armilla verbo Votum nu. 12. Angles floribus 2. p. q. vnica de voto ar. 6. post 9. difficultatem, dubio 1. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 10. n. 19. fine. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 4. n. 19.*

12 Tertia cōclusio. Vxor similiter potest irritare vota viri ex licentia sua facta, quæ posset, si absque eius licentia fieret. Quæ autem sint hæc, dicemus inferius in speciali capite de hac re. Constat ex rationibus traditis nu. 9. Quippe ea licentia non aufert pristinum maretię promissæ dominium, nec vota manere adhuc conditionalia. Et ita docent *Innoc. c. Scriptura ad finem, de voto. D. Antoninus 3. par. tit. 1. c. 22. §. 1.* Et videntur tenere *Sotus 4. d. 27. q. 1. art. 4. versic. Id autem; & Bartholomæus de Ledesm. de matrim. dubio 20. concl. 1.* vterq; enim indistinctè ait coniugem cōcedentem licentiam vouendi posse reuocare.

13 Vtrum verò hoc procedat in voto castitatis emisso ab altero coniuge de alterius licentia, aut ab vtroque, communi consensu emisso, dicemus c. 34. à n. 14. vsque ad 17.

14 Quarta conclusio. Idem prorsus dicendum est de votis emissis à seruo de domini licētia, potest enim dominus ea irritare non minus, quam posset si eā licentiam non concessisset. Constat ex rationibus traditis num. 9. quę ęque militant in hoc casu. Et tenent in proprijs terminis *Angelus, et Vega ibi relati.* Atq; expresè sunt eiusdem sententiæ *Caiet. Nauar. Azor, Valentia, Leonardus, Emmanuel Sà, Llamas, Corradus ibi relati.* de subditis enim dominatiuæ alterius potestati loquuntur indistinctè, & solum casum pupilli vouentis ex licentia patris excipit *Leonardus*, de qua exceptione agemus, n. 17. & 18.

15 Quinta conclusio. Idem prorsus est dicendum de votis realibus emissis à filio pubere, quæ possunt pater, & curator irritare, poterunt enim eodem modo, si de licentia eorum sint emissa. Quia militant eædem rationes. Et sic tenent authores, quos n. præc. retuli, quatenus indistinctè loquūtur de subditis. Et *Caiet. eo. ar. 8. dub. 2. versic. Et per hoc patet, Aragon, Manuel, & Vega vbi eos retuli, nu. 9.* indistinctè hoc tenent in votis filiorum, & *Syluest.* vt eum ponderaui n. 9. fine. Et *Suarez tom. 2. de relig. tractatu de voto l. 6. c. 5. n. 12.* vbi ait idem dicēdum de potestate irritandi voti realis emissi à pubere ex patris licentia, quod dixerat de votis vxoris emissis ex viri licentia; quæ posse à viro irritari dixerat eodem l. 6. c. 4. nu. 16.

16 An vero in omnibus his casibus sit directa, & propria irritatio, ac proinde ea vota numquam reuiuiscant, dicemus n. 9.

17 At de votis impuberis emissis ex licentia patris est specialis difficultas, an ea possint à patre irritari? Id negēt *Suarez l. 6. c. 8. num. 7. fine, & Leonardus l. 2. de iust. c. 40. dub. 10. n. 55.* Cui consonat doctrina, quam ex *Sayro, & Philiarco*, referemus c. 30. n. 35. Ducuntur autem, quod in impuberibus voluntas patris solum desideretur ob prudentem voti emissionem, quæ per vnicam confirmatur approbationem, & ideo amplius nō pendet votum à patre. Limitat autem *Suarez*, nisi fortasse, quādo in ipsa approbatione manifestus esset error cōmissus, quod (inquit) est per accidēs, & incertum. Et quamuis non exprimant, quando ex licentia tutoris id votū est emissum; at idem procul dubio sentiunt, quia sua ratio in hoc quoq; casu militat, & tutor patris vice fungitur.

18 At hoc non mihi persuadeo, sed existimo ea quoque vota posse irritari à patre, vel tutore. Ducor, quia etsi imprudentia in vouendo sit radix dominij, quod pater habet in voluntatē impuberis, vt eius vota irritare possit; at potestas hæc non pēdet in cōseruari ab ea imprudentia. Quippe alias non posset pater irritare, quoties sapientissimorum virorū cōsilio impubes voueret. Præterea, quia licētia patris nō omnino supplet fragile impuberis iudicium. Vt constat in hoc exēplo, minoribus conceditur restitutio, vt prospiciatur infirmo, & fragili eorū cōsilio, *l. 1. ff. de minoribus*, ibi: *Cum inter oēs constet fragile esse, & infirmū huiusmodi ætatū consiliū, & multis captionibus suppositum, multisq; insidijs expositum, auxiliū eis prætor hoc pollicitus est.* At authoritas curatoris, & interuētio iudicis nō pfectè hoc ībecille iudiciū supplet,

ne liceat beneficium restitutionis ei petere. Vt textibus, & authoribus citatis probaui lib. 6. de matrim. disput. 38. num. 11. Quod procedit, etiamsi pater ipse sit tutor pupilli. Vt expresse habetur *l. Etiamsi patre 30. ff. de minorib.* Immò etiam si pater sit curator ipsius minoris emantipati. Vt optime *Greg. Lop. l. 2. verb. Desu guardador, tit. 19. p. 6.* Tandem, quia nō video, cur in solo puero per eam licentiam abdicet pater à se dominium, & votum definat esse conditionale cum rationes n. 9. adductæ contrarium probent. Et ideo huius sententiæ sunt authores, quos num. 15. retuli quatenus indistinctè de votis subditorum. & aliqui ex illis, indistinctè de votis filiorum id asserunt. Et expresse de tutore tenet *Angelus verbo Votum 2. n. 10. & Syluest.* vt eum ponderauit in n. 9. fino.

19 Sed dubitatur, an in prædictis omnibus casibus numeratis à n. 9. vsque ad hūc, sit vera, & directa illorum votorum irritatio? *Suarez to. 2. de relig. tract. de voto l. 6. c. 8. n. 7.* fatetur irritationem votorum religiosi ex licentia superioris factorum esse directam, ac subinde nunquam ea reuiuiscere. De pupillo autem negat, vt retulimus, n. 17. & improbauimus nu præc De alijs aūt subditis dicit esse indirectam, & ita vota reuiuiscere. Quia etiam, quando sunt emissa absque licētia, negat in omnibus illis irritationem directam. Vt ex ipso retulimus cap. præced. n. 3. Cæterum inherendo regulæ, quam c. præced. num. 4. tradidimus, dicendum est, esse irritationem directam in omnibus dictis casibus, ita vt nunquam reuiuiscant. Quia ratione conditionis imbibitæ in horum votis, quando absque licentia fiunt, probauimus ibi posse ea directè irritari, ita vt numquam reuiuiscere. At eadem conditio, nisi superior contradixerit, imbibitur in illis, quando ex licentia superioris fiunt. Vt probauimus nu. 9. Ergo possunt quoq; directè irritari. Et confirmatur, quia licentia nullatenus potestati superioris derogat, quo ad potestatem validè irritandi. Vt n. 9. & seqq. probauimus Ergo ea non obstāte possunt validè irritari, perinde ac si essent emissa absq; licentia. Et ita videtur aperte sentire *Caietan. 2. 2. q. 88. art. 8. dub. penult.* nam in dubio præcedenti sustinuerat vota emissa à subditis de licentia superioris posse ab illo irritari, & statim *dubio illo penultimo* quærit, an vota subditorum irritata reuiuiscant, & respondet negatiue. Et *Sotus l. 7. de iust. q. 3. art. 2. colum. 8. vers. Maiori autē,* vbi loquens de voto vxoris emisso ex viri licentia, & postea irritato à viro, dicit illud cassatum manere. Et *Manuel 3. to. summæ c. 90. n. 5.* vbi ait non esse minorem potestatem viro ad irritanda vota quæ vxor ex licētia sua emisit, quam patri respectu filiorum, & prælato respectu religiosorum. Et in proprijs terminis loquentes de vxore, tenent *Armilla verbo Votū n. 12. Angles floreb. 2. p. q. vnica de voto art. 7. post. 9. diffic. dub. 1. Sayro in clauis regia; l. 6. c. 10. n. 13. fine.* Atque *idem Sayro ibi n. 19. fine*, ait non esse minorem potestatem in viro irritādi validè ea vota, quam emissa absque licentia.

20 Quod quidem verum est, quamuis vota de licentia superioris emissa sint in tēpus plenæ libertatis. Quando enim hæc emissa absque licentia possunt propriè, & directè irritari, de qua re agemus in speciali capite de hoc posunt similiter irritari, quamuis ex superioris licentia fiant. Quod ex dictis satis constat, cum licētia hæc nullatenus minuat potestatem validè irritandi.

21 Demum superest duplex difficultas. Prior est, an si superior dicat subdito se illi cōcedere facultatē irreuocabilē, seque illum eximere à sua potestate, quo ad rē illam promissam, possit adhuc validè irritare? Qua in re sic distinguendum censeo. Si sit prælatus respectu religiosi, poterit adhuc irritare, qualecumq; votum sit illud. Quia non potest abdicare à se dominium voluntatis religiosi. Vt bene tradit *Suarez tom. 2. de relig. tract. de voto, l. 6. c. 8. nu. 6.* Hoc enim repugnaret statui, & obedientiæ religiosæ, nec potest etiam concedere illi liberam bonorum administrationem, & independentem à voluntate superioris: id enim paupertati religiosæ repugnat. Idem dicendum est de patre respectu filij impuberis. Nam ob ætatis imbecillitatem nequit similiter à se abijcere curam, & gubernationem voluntatis illius. Idem dicēdum est de marito respectu votorum personalium vxoris. Quia (vt optime ait *Suarez to. 2. l. 6. cap. 4. n. 19. ad finem*) maritus nequit à se abdicare potestatem gubernandi vxorem. Idem, quo ad vota realia vxoris, nequit enim bonorum administrationem concedere vxori independenter à sua voluntate. At contrarium censeo, quo ad vota realia puberum, quæ sola pater irritare potest, & quo ad omnia seruorum. Quia potest liberam bonorum administrationem concedere filio, remitteudo ei vsumfructum bonorum aduentitiorum, *l. Cum oportet, C. de bonis, quæ liberis*, atq; à fortiori poterit illius partis, cuius promittendæ tam amplā licentiam conferti: idq; ea verba sonant. Similiter nec personalia, nec realia serui vota ea licentia emissa, potent irritare. Quia potest dominus omnino donare libertatē seruo, & proinde à fortiori circa illam materiā. At esto sit translatum dominum, potest superior ex causa iusta irritare, non tāquam auferendo quod suum est, sed quod est proprium subditi. Vt bene docet *Valent. 2. 2. disput. 6. q. 6. punct. 6. q. 3.* at benè addit tunc non valere absque causa.

22 Posterior difficultas est an idem qd diximus in votis, procedat in promissione humana? Verbi gratia, religiosus ex licentia prælati, filius ex patris, seruus ex domini, vxor ex viri licentia, promisere aliquid homini, an possint superiores validè reuocare ante rei promissæ traditionem? Affirmant *Aragon 2. 2. q. 88. art. 8. fol. 1020. & Leonard. l. 2. de iust. c. 40. dub. 10. nu. 75. in solutione ad 2.* proposuerat enim argumentum, quod promissio facta homini ex licentia superioris, nequeat reuocari, & respondet posse validè, etsi superior absque causa iusta irritans peccet. Probatque, quia non sola promissio, sed etiam traditio, & executio ex superioris nutu pendet. Potest insuper probari, quia ea promissio facta absque licentia imbibit conditionem, si superior consenserit, & facta cum ea licentia, manet adhuc voluntatis subditi, & rei illius promissæ apud superiorem dominium. Ergo adhuc imbibit eandem conditionem pendētem à superioris voluntate, & sic poterit irritari; hac enim ratione diximus num. 9. manere apud superiorem concedentem licentiam vouendi dominium rei psomisse, & votum esse conditionale, ac proinde posse irritari.

23 At contrarium censeo. Quia firmitas contractuum inter homines requisita pent, vt superiore legitimo cōsentiente contractui, cui consentire potest, omnes superiores in illo, & per illum consentiant irreuocabiliter. Vt optimè ait *Suarez. to. 2. de relig. tract. de voto, l. 6. c. 8. n. 3. fine.* hinc inferens, nec prælatū superiorem posse validè reuocare. Alias enim nemo auderet cum ipsis contrahere subditis, & religiosis. Quod in graue eorū damnum pullularet. Præterea, quia conditiones imbibitæ in his votis sunt ex iure Ecclesiastico, sic consuetudine explicato. Vt probaui c. 24. n. 32. at has conditiones nūquam in contractibus subditorum cum hominibus ex legitima licentia initis imbibi, consuetudo declarauit. Id tamen fateor, eximi à culpa subditum non implentem renitenti superiore. Quia licet superior peccet, non tenetur subditus eo inuito exequi.

24 Ad argumenta proposita n. 7. respondetur. Ad primū dic, vt omnino votum subditi fiat irreuocabile, desiderari vltra superioris consensum, ipsam traditionem; at vt nequeat licitè absque causa iusta renocari, satis esse eum consensum. Ad confir. constat ex dictis, nu. 9. vbi probauimus votum esse adhuc cōditionale. Ad secundum respondet bene *Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 8. dubio 3.* subditum per illam licentiam accepisse solā quasi possessionem emittendi voti, ac proinde prælatum non posse efficere, qum fuerit validum; nō autem accepisse

quasi possessionem rei promissæ, & ideo superiorē posse valide irritare. Ad tertium, constat ex dictis n. præc. Ad vltimum respondet benè *Caiet. ibidem*, quando malitia se tenet ex parte rei ipsius præceptæ quia, nimirū, præcipit iniusta superior, non esse ei obediendum; secus quando sola malitia se tenet ex parte superioris solius præcipientis; sicut contingit in hoc casu.

S V M M A R I V M.

An peccet, superior, qui non absolutè dedit licentiam vouendi, sed ad tempus, vel libitum suum, & postea reuocat, aut transacto eo tempore n. 25.

Quid si licentia fuerat pro tempore indeterminato, vt ieiunandi semel qualibet hebdomada, n. 26.

Quid quando licentia fuerit simpliciter, aut pro determinato tempore, & pro illo irritatur votum? Referuntur probationes non esse peccatum, n. 27.

Definitur esse peccatum, n. 28.

Limitatur, nisi ex causa iusta fiat, n. 29.

Explicatur, qualis censeatur causa iusta? Refertur opinio, nu. 31.

Explicatur sententia Authoris, n. 32.

An superior absque causa iusta irritans teneatur votum illud implere, aut nouam exequendi licentiam concedere, n. 33.

An peccet subditus petens absque causa iusta irritationem, nu. 34.

Post n. 34. inuenies alia summaria.

25 Quæstio secunda. An superior, qui vouendi licentiam dedit, peccet illud irritās, qñ votum emissum, nondum est executioni mandatum? Et quidem quādo superior non absolutè concessit licentiam, sed ad certum tēpus, constat eum posse licite transacto eo tpe reuocare votū, quod si licentia fuerit ad beneplacitū suum, seu quādiu voluerit, poterit quādocumque. Quia in neutro casu fuit licentia absoluta, sed pendens à tempore, aut beneplacito; ac proinde finito tempore, aut cessanti beneplacito, poterit iustè absque aliqua voti emissi iniuria, illud irritari. Et ita docet *Suarez to. 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. 4. n. 21. & c. 8. n. 9.*

26 Addit autem *Suarez eo c. 8. n. 9.* si licentia detur indefinitè, vt ad ieiunandum semel in hebdomada, posse facilius id votum irritari pro aliquibus diebus: Quia tunc non reuocatur facultas prior, vtpote quæ non negatur pro eodem tempore, sed solus terminus adhibetur licētię concessæ absque temporis limite. At hoc additū nō approbo. Nam votum ieiunandi, aut orandi semel in hebdomada, nullo præfinito tempore, est perpetuum; alias posset ipsemet vouens pręfigere postea terminum. Ergo similiter licentia absolutè ad id votum concessa, fuit perpetua. Quippe licentia ad actum aliquē faciendum accommodatur illi, & durat toto actus tempore, vt licentia ieiunandi aduētu, durat toto aduētu. Quare cum re vera irritetur tunc votum pro quo ex superioris licentia emissum est, dicendū est exigi causam iustam, iuxta statim dicenda, vt reuocatio sit licita.

27 Difficultas autem est, quando licentia fuit simpliciter concessa, vel pro determinato actu, vel tempore, & pro eodem fit irritatio voti. *Suarez eo li. 6. c. 8.* ait non deesse qui dicant hanc irritationem posse per se fieri sine vllo peccato; ac refert pro hac parte *Palacios supra*. Sed in toto eo capite non retulit ipsum, & ideo nescio vbi id dicat, & vbi tractat de hoc, ait expresse esse peccatum. Vt num. sequenti eum referam. Sed potest probari nullam esse culpam. Quia superior dans licentiam vouendi, nullam non retractandi obligationē contraxit, cum ipse non vouerit, nec eam non retractare promiserit.

28 At neminem inueni dicentem nō esse peccatū, nisi in casu quem num. seq. explicabo. Et ita dicendū est culpam esse. Probatur ex *ca. Num. 30.* vbi de viro irritante votū emissum de eius licentia ab vxore, sic dicitur, *Portabit ipse iniquitatem eius*. Id est, pęnam soluet pro voti illius transgressione. Vt explicāt *Lyra, & Varablus ibi. Et Abulensis ibi q. 43. ad finem*, sic explicat, *Nō obseruari votum est iniquitas, tamen ista non est in femina, sed in viro, qui reuocauit*. Et rō est, sicut superior dans licentiam subdito promittendi aliquid homini, cooperatur illi obligationi, & quasi offert rem illam ei homini, ita dās licentiam promittendi Deo, quantum est ex se obtulit Deo materiam illius voti, & ad illud cooperatus est. Ergo reuocans est iniurius illi voto, & peccat in illud. Et ideo hoc tenent *Glossa ordinaria, c. 30. Num. ad finē, & ibi Hugo litera P. Hostiensis summa tit. de voto. §. Quis vouere possit nu. 8. versic. Vxor etiam. Innocentius c. Scripturæ, ad finem, de voto. Ricardus 4. dist. 32. art. 2. q. 2. ad finem, in solutione ad 1. Abbas dict. c. Scriptura, num. 8. & c. Charissimus, num. 4. de conuersione coniugat. Turrecr. ca. Sunt quadam 17. q. 1. nu. 10. & cap. Manifestum 33. q. 5. nu. 3. Abulensis proximè allegatus. Maior in 4. dist. 38. q. 4. dubio 1. versicul. Quarta persona. D. Antoninus 3. p. tit. 1. cap. 22. statim in principio. Caiet. in summa, verbo Votum cap. vltimo statim in principio, & 2. 2. quæst. 88. art. 8. dubio 2. Rosella verbo Votum 3. nu. 2. Angelus verbo Votum 2. nu. 10. Syluester, verbo Votum 4. q. 2. dicto 6. lex regia 8. tit. 8. part. 1. Sotus lib. 7. de iustitia q. 3. art. 1. colum. 9. versicul. Maiori autem. Nauar. summa Latina, & Hispana c. 12. num. 73. Palacios 4. distinct. 38. disput. 3. folio 872. columna 2. versic. Porrò autem Aragon 2. 2. quæst. 88. art. 8. post 6. conclus. versicul. Est & aliud dubium Suarez eodem lib. 6. cap. 2. nu. 12. & c. 8. num. 9. Angles floribus 2. par. q. vnica de voto, artic. 6. post 9. difficultatem, dubio 1. Petrus de Ledesma 2. tomo summæ, tract. 10. cap. 7. dubio 2. in difficultate quam mouet circa 4. dictum. Manuel 2. to. summa cap. 89. nu. 3. Ludouicus Lopez 1. par. instructorij conscientiæ cap. 48. ad finem, versic. Peccans prælatus. Graffis 1. p. decisionum lib. 2. c. 29. fine, Sayro in claui regia, lib. 6. cap. 10. num. 12. Vega 2. tomo summa c. 129. casu 91. Coruarus in suis responsis 1. p. q. 103. Emmanuel Sà in summa verbo Votum, vbi de votis irritatione, n. 2. Leonardus lib. 2. de iust. cap. 40. dubio 10. num. 75. Azor to. 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 17. q. 6. Llamas in methodo curationis 3. p. c. 4. §. 43.*

29 Quod tñ intellige, nisi adsit causa iusta postea irritandi. Quia cū prudēs licentiæ concessio hūc casum exceptū postulet, videtur ea licentia habere tacitā conditionē, nisi causa iusta illius reuocādæ occurrerit. Præterea, quia alias ea reuocandi potestas, & inclusio cōditionis in voto, essent vana, cum ea potestas nunquā posset licite ad actum deduci. Atque ita tenēt *Caiet. in summa, Maior, D. Antoninus, Rosella, Syluester, Sotus, Palacios, Aragon, Suarez vtroque loco. Manuel, Leonardus, Emmanuel Sà, Llamas, Vega, Azor, Sayro nu. præc. relati.*

30 Hæc autem causa iusta debet esse grauior, quam esset in principio sufficiens ad denegandā licentiā. Quia ratione voti cōsurgit nouū in superiore vinculū, quale antea non erat. Et ita docet *Suarez eo. lib. 6. c. 8. n. 9.* At credo non tam vrgentem causam desiderari ad hanc irritationem, ac ad dispensationem. Quia irritatio illa potestati dominatiuæ innititur, quæ ex se nullā irritationis causam postulat, & cū adhuc duret dominiū, obligatio illa ex consensu superioris orta non inducit tantā obligationē non reuocandi, ac si nō actus dominij, sed merè dispēsationis esset actus ille. Insuper, quia dispensatio absq; causa est omnino irrita, & culpa lethalis, secundū omnes. At irritatio hæc absque causa valet. Vt n. 9. probauimus. Et est probabile non esse culpā mortalem, sic irritare. Vt dicemus nu. 32. Ergo res grauior est dispensatio, maioremque causam petit.

31 Difficultas autem est, qualis culpa sit superioris irritantis absque iusta causa votum ex licentia sua emisū? *Rosella verbo Votum 3. num. 2.* dicit esse culpam venialem. Et *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 4. ad finem*, dicit rarò esse lethalem, nisi vel scādalum, vel contemptus grauis intercedat. Atque fauet *Sotus l. 7. de iust. q. 3. art. 1. columna 9. versic. Maiori autē*, quia ea ratione probat culpam huius irritationis, quod pote-

stas

stas huius irritationis nō sit a deo absoluta, quin ratione, & iudicio debeat fieri; & refert se ad ea, quæ superius dixerat. At superius dixerat esse solā culpā veniale irritare absque causa, etsi tunc loquebatur de irritatione in genere; & solam imprudētiæ culpam videtur assignare, quæ rarò culpam venialem excedit. Probat aūt *Suarez*. quia irritatio illa non est contra iustitiā, cū superior vtatur iure suo, & ideo valida est. Nec est contra religionem, quia superior nō vouit, & sic nullū votum violat; nec est causa violationis eius, cum enim auferat per irritationem votum illud, non retinet vim obligandi, & sic vouens non violat illud. Quare solum est causa, vt votum non sit vel non obliget, quod non est tam graue, vt sit culpa mortalis. Nec est simile, quando vir absque causa impedit vxorem, ne audiat sacrum in die festo. Quia cum tunc maneat præceptum, & subinde obligatio iniustè impedit illud impleri, & subinde peccat mortaliter contra illud, quamuis vxor à transgressione excusetur. At in nostro casu nulla voti obligatio superest, sed per irritationem cassata est.

32 Sed quamuis hoc sit satis probabile, existimo probabilius esse, culpam mortalem reperiri in ea irritatione, quæ reducitur ad sacrilegium contra votum. Quod pbat ratio allata num. 28 & ex illa soluitur contraria. Et satis id probat locus *Nu.* 30. ibi adductus, cum expositione Doctorum ibi relata. Nec enim culpa venialis rectè appellatur iniquitas, nec subiacet pœnis trāsgressionis voti, quę mortalis est. Sed respondet *Suarez*. non sumi ibi iniquitatem formaliter, sed materialiter; quia reuera in vxore non est aliqua culpa, sed ipsa nō obseruatio voti appellatur iniquitas materialis. At sensus nō placet: tum quia satis impropriè loqueretur scriptura; si ita intelligeretur, quia non est propriè, & vere culpa, quæ talis est materialiter, nec etiam dicitur culpa materialiter, vbi nullum est præceptum, sed vbi est veri præcepti transgressio excusata à culpa formali per ignorantiam inculpabilem; tum etiam, quia culpæ materiali nulla debetur pœna transgressionis præcepti. Et ita sensus eius loci est, culpa, & pœna, quæ contractura erat vxor violans id votum, nō facta illa irritatione, imputantur viro, qui causa fuit irritando illicitè votū. Sicut qn̄ rusticus consulto viro docto, init contractum iniustum, excusatur à culpa ratione ignorātiæ inuincibilis; at ea culpa, quam ipse alias contracturus erat redūdat in male consulentem. Et ideo hanc sententiam tuentur *Caiet. 2. 2. Nauar. lex Reg a, Angles, Aragon, Ludouicus Lopez, Manuel, Sayro, Llamas, Corradus, Petrus de Ledesma vbi nu. 28. eos retuli*. Quod bene intelligit *Petrus de Ledesma*, iusta materiam voti; si n. ea sit ad venialem obligans rōne leuitatis, constat eam irritationem esse solum veniale; cū grauior culpa esse nequeat, quam foret transgressio voti non irritati.

33 Nullatenus tamen admitto, quod ait *Fonseca in annotatione ad marginem Caietani cap. 30. Num. ad finem*, vbi dicit teneri superiorē implere id votū ex sua licentia factum, ac illicitè irritatum imò, nec tenetur concedere licentiam ad illud implendum; nec ea cōcessa tenebitur subditus. Quia iuxta dicta numero 19. est omnino votum cassatum; & omnino vi obligandi destitutū, nec reuiuiscit & ideo, nisi denuo emittatur à subdito, non potest illum obligare. Vt diximus c. præcedenti numero primo. Nec etiam superiorem; quod. n. non est, operari nequit. At si superior votum illud non irritaret, sed obligationem suspenderat absq; iusta causa tenetur licentiam exequendi concedere. Quia cum adhuc obligatio voti vigeat, tenetur illicitum impedimentum auferre.

34 Ex dictis infertur, subditum petentem irritationem voti ex licentia superioris, emissi, quando certus est nullam iustam irritandi causam esse, taliter peccaturum, qualiter peccaret superior irritans. Quia superioris peccato cooperatur. Quare tenendo opinionem probabilem dicentem superiorem peccare venialiter, erit quoq; veniale in subdito; at tenēdo probabiliorem dicentem esse mortale in superiori, erit quoq. in subdito culpa mortalis. At si subditus dubius de causæ sufficientia, illā proponeret superiori capaci discernēdi, an iusta sit (quod addo propter virum, dominum parētes qui sępe, aut rustici, aut ignari sunt) immunis esset culpæ. Quia potest stare iudicio superioris. Quādo autem superior nō est capax id iudicandi, consulendus est vir doctus. Si autē petat ab alio superiore, dicemus, n. 38.

SVMMARIVM.

An prælatus æqualis succedens illi, qui licentiam vouendi dedit, possit validè, & licitè irritare absque causa votum illud? Proponuntur probantia partem negantem nu. 35.
Explicatur sententia Authoris, nu. 36.
Quid de emissis ex licentia patris, aut prioris tutoris, curatoris, domini, aut viri, aut vxoris, nu. 37.
An petens irritationem voti de licentia superioris emissi à superiore illius superioris, aut ab æquali successore, sciens nullam subesse causam, peccet, nu. 38.
An teneatur illi superiori explicare votum esse ex alterius licentia emissum, nu. 39.
Soluuntur argumenta, num. 40.
Post nu. 40. inuenies omnia summaria, quæ desiderantur.

35 Quæstio tertia. An superior æqualis succedens ei, qui licentiam dedit possit validè, & licitè irritare votum ex licentia pręcedenti emissū, & nondū excusationi mandatum, perinde ac si absque licentia emissum esset? Videtur dicendum id non posse aliter, quā concedens licentiam poterat, nempe, validè at cum illa. Quia succedit in eandem prioris superioris potestatem. Ergo non aliter, quam ille potest irritare. Secundo, quia illā obligationem permittendi subdito executionem voti, contraxit præcedens superior, non vt psona priuata, sed vt superior: Ergo illa ad eius successorem deriuatur; sicut deriuarētur omnes alię obligationes rationabiliter ab eo, quatenus superiore contractæ. Et confirmatur, quia eatenus pōt successor, quatenus à pręcedentis superioris voluntate illud votum pendebat. At ab illa voluntate non pendebat absolutè vt licitè fieret, sed interueniente causa iusta. Ergo succedens indiget etiam causa iusta, vt licitè irritet. Et hoc est probabile.

36 At verius est posse æqualem religionis prælatum irritare licitè, & validè. vota ex præcedentis æqualis superioris licentia emissa, absq; causa nō aliter, quam si absque illa licentia forent emissa. (Cōsulto dixi, perinde ac si absq; vlla licentia essent facta) nam dixi, c. 24. nu. 12. esse veniale absq. vlla causa irritare votum, etiamsi de nullius licentia emissum esset. Quod autem hic intēdo, est, nullam aliam culpam inueniri in hac irritatione ratione licentiæ, qua votū est emissū, nec ob id maiorem aliquam causam desiderari ad irritationem. Probatur, quia cum par in parem non habeat imperium, *c. Innotuit, de electione*. licentia præcedentis superioris æqualis nequiīt succedēti æquali pręiudicare, quominus posset liberè, & absque licentia factum esset. Et confirmatur, quia etsi pręcedens superior, eo quod dando vouēdi licentiam, effectus sit, particeps voti subditi, coarctarit suam potestatē, ne ita liberè sicut antea, possit id votum irritare; at nequiīt successoris, qa nulla ratione fuit voti illius particeps nec aliquam erga Deū obligationem cōtraxit, potestatem liberè irritandi coarctare. Sicut si præcedens emisisset votum non irritādi vota illius subditi non posset absq; sacrilega voti violatione vota irritare; at æqualis successor posset vtiq; vtpote qui suā potestatem non alligauit. Et ideo hanc sententiā sustinet *Petrus de Ledes. 2. 10. summa, tractatu* 10. *cap. 7. dubio vlt. dicto* 11. *Suarez tom. 2. de religione tractatu de voto, lib. 6. cap. 8. num. vltimo.*

37 Atque idem dicendum est de uotis emissis ex licentia patris, uel tutoris, aut curatoris, respectu sequentis tutoris, aut curatoris, succedẽtium in ęqualem potestatem; & de uotis emissis ex licẽtia prioris uiri, aut uxoris, aut domini, respectu sequentium, qui in eandem priorum potestatem succedunt; & hoc quo ad uota, quæ possent priores irritare liberè, si ex eorum licentia non essent emissa. Quia (vt c. seq. ostẽdemus) uota hæc nõ reputantur quasi tẽpore solutæ potestatis emissa, & sic nõ conditionalia, sed pendent ex uoluntate non solius pręsentis superioris, sed etiam successoris in eandẽ potestatẽ, ac proinde non solum à præsenti, sed à sucessore pendent. Cum ergo pręsens superior nequeat æquali successoris potestati derogare, licentia ab eo cõcessa non minuet liberam sequentis potestatem ad irritanda ea vota. Procedit etiã hoc quoad impuberes, retenta sententia, quam nu. 18. tenuimus nempe, vota ab impuberib. emissa ex licẽtia patris, aut tutoris, posse postea irritari.

38 Hinc deducitur, petentem voti irritationem licentia superioris emissi, à prælato superiori, aut æquali successure, quamuis norit nullam subesse irritãdi causam, non amplius peccare, quam si absque licẽtia id votum emisisset. Quia superior à quo petit, potest perinde irritare, ac si licentia non esset, & ideo nõ inducit illum ad nouum aliquod peccatum. Nec licẽtia à priori obtenta obligat vouentem ad non adeũdum aliũ superiorem. Dixi non amplius peccare, quam si absque licentia esset emissum, quia c. 24. num. 15. sustinui esse veniale petere absque vlla causa irritationem voti absq; licẽtia emissi.

39 Nec tenetur subditus irritationem voti petens ab alio superiore, maiore, vel æquali, exprimere ex alterius licẽtia emissum esse. Quia nullo iure id exprimere cogitur, nec ad irritationem iure impediendam cõfert, nec irritantis potestatem minuit. At si ab eodem superiore immemore prioris licentię peteret, teneretur illam exprimere, aut si dubius esset, an sit memor, aut si p se ipsum, aut per tertiam personam, petat voti irritatione, eo non explicato. Quia iure optimo licentia illa retrahet superiorem à facili irritatione, & coget maturè considerare causam, vtpote qui per licentiã à se concessam est multo minus liber ad licitam irritationem. Si tamen causa sufficiens, & vera proponeretur, valeret tacita licentia. Quia ob id solum eius expressio opus erat.

40 Ad argumenta proposita nu. 35. respon. Ad primum dic, licet posterior succedat in eandẽ prioris potestatẽ, non inde sequi, vt non aliter possit irritare vota quam prior poterat. Quia hic suam potestatem alligauit, non autem prioris. Vt ostendi num. 36. Ad secundũ neganda est consequẽtia. Si enim aliquid probaret, concluderet nec superiorem maiorem posse. Et ideo dicendum est, id verum habere in obligationibus solis contractis cum homine. Vt nu. 22. explicuimus. Ad cõfirmationẽ negandum est posse irritare, solum quatenus id votum pendebat à voluntate prioris sed quatenus ab illa, & cuiuscunque altiorem potestatem habentis, aut succedentis in æqualem.

SVMMARIVM.

Quæ requirantur, vt votum dicatur ex superioris licentia emissum, nu. 41.

An satis sit approbatio sequens, num. 42.

An sit licentia omissum, quando tacito voto petitur licentia vouendi, aut faciendi operis promissi, nu. 43.

Quid si obtenta sit licentia faciendi operis promissi, & votum fiat, num. 44.

An satis sit ad hunc consensum taciturnitas superioris, audito voto? Refertur quædam sententia, nu. 45.

Non sufficit deficienti consensu interno; nec est opus statim adesse dissensum, nu. 46.

Quid si adsit taciturnitas illa cum consensu interno, nu. 47.

Quid si audito voto ab alio, vel à subdito non petente approbationem, superior taceat, consentiendo interius; sufficiatque consensus internus, absque ulla taciturnitate, aut signo externo? Proponuntur probantia id sufficere, nu. 48.

Explicatur sententia Authoris, num. 49.

An consensus expressus sufficiat non intimatus subdito per superiorem, aut nuncium ad id destinatum, sed per alium, num. 50.

An in dubio consensus interni, is præsumatur ex superioris taciturnitate, proponente subdito ei votum, vt id approbet, vel petente licentiam vouendi? Refertur quædam sententia, num. 51.

Explicatur sententia Authoris, nu. 52.

Quid si superior putet se non posse contradicere, aut ignoret posse, num. 53.

An satis sit ea taciturnitas, vt subditus votum rei prohibitæ expleat, num. 54.

41 Quæstio vltima. Quando dicatur votum ex superioris licentia emissum vt sic nequeat illud licitè irritare absque causa. Constat eam licentiam exigere notitiam voti in superiore, & voluntatem illud approbãdi; quia cum voluntas non feratur in incognitum, nequit confirmatio in voluntate esse voti ignorati. Nec ẽt sufficit illius scientia, quia ea stanti potest voluntas negatiuè se habere, suspendendo consensum, vel dissensum potest etiam non approbare. Ergo vterque actus requiritur.

42 Constat etiam non exigi, vt licentia præcedat votum, sed satis est approbatio subsequens superioris, cognito voto. Constat ex c. 30. *Num.* ibi *Quod si audiẽs vir tacuerit, &c.* vbi approbatio voti auditi, & subinde facti, censetur sufficiens vt superior nequeat liberè irritare. Et ita supponunt omnes DD. citandi num. 45. & 46. Et ratio est, quia quoties consensus superioris non desideratur ad actus subditi valorem potest præstari in ipso actu, et ante, & post illum. Vt multis citatis probat *Matienzo lib. 5. recop. l. tit. 3. l. 5. gl. 1. num. 1. & 2.* Quid in hoc casu contingit: nam id subditi votum valeat, ac efficaciter ante superioris consensum obligabat, & ab eo cõsensu eam solam firmitatem accepit. vt deinceps absque causa reuocari licitè nequeat. Ergo satis est appobatio subsequens.

44 Hinc deducitur, si subditus tacito voto impetraret licentiam operis promissi exequendi, aut illius vouendi, nec licentia obtenta votum illud innouaret, esse prius votum absq; licentia emissum. Quia cũ superior votum prius ignorarit, non fuit licẽtia illa ad votum emissum approbandum, sed vt denuo emitteretur, nec denuo emissum est. Nec licentia operis exequẽdi potuit extendi ad approbationem voti emissi ignorati à superiore.

44 Sed quid si subditus obtenta licentia aliquid donandi, aut faciendi, voueat se id facturum, aut donaturum; Videtur de licentia superioris id votum factum. Quia eo ipso quod concedit superior licentiam donãdi, videtur concedere pmittendi; quare si ille homini promitteret se eam donaturũ, diceretur verè promissio illa facta ex superioris licentia. At dicendum est non censeri ex licẽtia superioris factum. Quia id votum est nouum onus, & opus à subdito libere factum obtenta ea licentia, fit emisso voto ex necessitate præcepti, cui oneri, & præcepto superior non consensit. Item, quia iure naturali est data licentia, immò præceptum omnibus impositum non mentiendi; & tamen nequit ob id religiosus firmum non mentiendi votũ emittere, sed id liberè potest à superiore irritari. Vt suo loco dicemus. Non ergo licentia aliquid efficiendi, est licentia vouẽdi. Pręterea, quia longè difficilius cõcederet superior subdito licentiam vouẽdi ieiunij omnib sextis ferijs, q̃ solius eius ieiunij. Dum illud sit magnum subditi grauamẽ, & superioris, priuando illum libertate omittẽdi, & hunc facultate liberę irritationis: hoc aũt neutrius est grauamẽ, sed vtrumq; in pristina libertate relinquit. Nec obstat ratio cõtraria. Quia promissio, & pactũ contrahendi præcedit vt plurimum ipsum cõtractũ alienationis, in humanis, ac est quasi dispositio; ac pinde superior indulgens aliena-

alienationem, videtur promissionem illius indulgere, *l.Oratio.ff.de sponsal.* At votum dandi, aut faciendi, non est via, & dispositio ad opus, seu ipsius initium, sed alterius ordinis; ac proinde nō includitur in licentia dandi, aut faciendi.

5 Potissima autem difficultas est, an taciturnitas, & dissimulatio superioris, cognitio inferioris voto, censeatur consensus, ac voti illius approbatio, ita vt iam non sit superiori integrum irritare absque causa? Affirmant *Innoc.c.Scriptura, n.3.versic. Sed nobis, de voto, vbi Ioan. Andr.n.4. Cardin q.12. Rainerius, & eius Glossator, vt refert eos sequens Sylu.verbo Religio 2.q.15.vers. Adde prædictis. Abulensis c.5. Matthæi q.149 Adrianus in 4.q.14. de matri. Sayre in claui regia, l.6.c.10.n.16.* Atque *Abulensis, Adrianus, Sylu. Sayre*, addunt debere statim audito voto superiore cōtradicere, ne votū maneat confirmatum. Quod explicat *Sylu.ibi*, id est, eadē die. Et probatur ex *c.30. Num.* ibi: *Quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quicquid vouerat reddet.*

46 Sed dicendum est, solam taciturnitatem superioris, consensu interno destitutam, non satis esse ad voti approbationem, vt in posterum non maneat superiori libera irritandi potestas. Quia cum irritatio sit actus domini, pōt dominus re sua vti, vt voluerit, atque ita pōt tacendo habere se merè negatiuè, nec assentiendo, nec dissentiendo: potest etiam decretum suum suspendere, donec maturius deliberet. Nō ergo ea taciturnitas absque interno consensu sufficit voto approbando. Et ita docent *D.Th.4.d.32.in fine, in expositione literæ, & ibi Palud.q.2.art.2. nu.17. Caiet.in c.30. Num.in fine Tabiena verbo matrimonium 1.q.3.nu.4. Suarez to.2 de religione, tract.de voto, lib.6.c.6.n.14. & c.4.nu.20.* Quare lex illa *c.30.Num.* quæ hac taciturnitate inducebat cōsensum, fuit quo ad hoc cæremonialis, & ideo nunc non obligat. Vt rectè notarunt *Caiet. ibi, in fine, & Suarez. vtroque loco citato.* Qui etiam bene addit *eo.c.4.nu.20.* fuisse quoque eam cæremonialem quatenus putabat superiorem statim audito voto contradicere, atque ita posse virum hodie contradicere quocumque tempore, ac votum id irritare, si nondum consenserit.

47 Verum si audito voto superior taceret, habens internum illius approbandi consensum, esset vtrique sufficiens illius approbatio. Quod expresse colligitur ex *Caietan. & Suarez. vtroque loco citatis numero præcedenti* quatenus aiunt solam taciturnitatem absque consensu interno non sufficere. Et tenent DD. allegati nu.45. Et ratio est, quia adest consensus internus aliquali signo externo manifestatus. Quod clarius cōstabit ex dicendis in n.52.

48 Sed dubitatur, an sufficiat qualiscumque voti auditio, cum hac superioris taciturnitate, an potius oporteat audire à subdito proponenti votum superiori? Videtur enim quæcūque auditio sufficiens, imò solus internus superioris consensus. Quia votum subditi erat validum, & sola conditio superioris cōsensus deficiebat ad eius firmitatem, qui ponitur superiori interius consentienti. Et cum nullus sit cōtractus cum homine, nec pendeat ex subditi voluntate, sed velit, nolit ille, potest superior consentire, non est vnde necessarium sit eum cōsensum exterius manifestari; cum solum desideretur ad maiorem voti firmitatem in ordine ad Deum, cui omnia interna manifesta. Nec obstat, si dicas magis grauari subditum eo consensu superioris, ac proinde oportere eum esse externum; manet enim firmius voto ligatus. Non (inquam) obstat, quia ea maior firmitas prouenit ex voti prius à subdito emissi natura, ex parte sua omnino firmi, pendētisque à sola superioris voluntate; quare sat est eam voluntatem esse Deo notam Si enim vir, aut alius superior interius promitteret se non irritaturum id subditi votum, maneret firmum, nec.n. posset illud licitè reuocare. Cum tamen consensus ille non sit subdito intimatus.

49 Verum dicendum est non sufficere consensum merè internum, nec quamcumque superioris audito voto taciturnitatem, sed oportere audiri ab ipso subdito proponenti illud superiori, vt facultatem exequendi concedat. Quod optimè docuit *Caiet.in ea verba c.30.Nu. Si cognouerit pater votum, & tacuerit*, vbi hæc verba ait: *iuxta Hebræum adiungitur pronomen, nam dicitur, & tacebit ei pater eius. Quæ verba non significant simplex silentium, sed silentium illi: vt per hoc intelligamus, quod non de quocumque silentio patris, sed de silentio patris requisiti à puella de facultate exequendi votū, lex loquitur. Hoc enim prætendunt verba legis, & tacebit ei pater eius. Et hunc esse literalem sensum legis huius, ex eo habetur, quod lex interpretatur silentium patris consensum: & hoc in foro conscientia. Alienum autem à ratione legis est, vt silentium patris non requisiti, quamuis scientis votum filiæ, habeatur pro consensu, præsertim in foro conscientia. Naturalis enim ratio dictat, vt expectet pater se requiri, cum filia secundum rectæ rationis ordinem teneatur ad requirendum cōsensum patris: cui subijcitur adhoc, vt adimpleat votum suum. Ipsa enim non iussa à patre fecit votum: & propterea ad ipsam spectat requirere consensum paternum.* Quod idem repetit in ea verba eiusdem c.30. *Si audierit vir*, etsi nō tam latè, sed tantum dicit, iuxta Hebræum haberi: *Etsi tacendo tacebit ei vir eius.* Atque idem docet *Suarez to.2. de religione, tract.de voto, lib.6.c.6.n.14.* Et potest esse ratio, quia cum consensus hic non solum sit in ordine ad Deū, sed sit licentia homini subdito concessa, debet esse more humano; & ita debet esse manifesta illi. Nec obstat exemplum adductum de voto non irritandi emisso à superiore. Quia in eo casu est omnino per accidēs, & extra naturā voti emissi à subdito & ideo non oportet id superioris votum illi intimari. At in nostro casu conditio consensus præstandi à superiore, est imbibita in ipso subditi voto, & ideo ita debet poni, vt ipsi subdito sit cognita. Sicut si promissio esset cum hac conditione expressa, quamdiu Petrus consenserit, oporteret hunc consensum Petri esse intimatum vouenti. Atque sicut non sufficit ad hanc licentiam audiri votum ab alio, q̃ ab ipso subdito, aut nuntio per eū ad id destinato: ita nec satis est licentia superioris concessa in absentia subdito petenti, nisi per literas superioris, aut p nuntium ad id ab eo destinatum intimetur subdito, quãuis casu alius audiens licentiam intimet subdito. Quia ad voti firmitatē debēt in vnū cōcurrere, & quasi vniri voluntas superioris, & subditi; at non vniuntur, qñ subditus audiuit casu ab alio. Item, quia ea licentia est quasi quedā gratia, & cōcessio; at vt hæc ꝑfit, debet intimari per nuntium hmōi, aut literas. Vt probaui l.3 de matr. disp.36.n.2.& n.7. Et confirmatur, quia etsi præceptum superioris alicui impositum nō pēdeat à subditi voluntate, sed velit, nolit, ipsum obligat, at opus est ad hanc obligationē, id intimari subdito per superiorē, aut eius literas, aut nuntiū ad id destinatū. Sicut aūt ea. disp. 36. n.6. dixi sufficere gratiā intimari procuratori, aut nūtio destinato à petēti ad eā impetrandā, ita sufficiet eā licētiā intimari nūtio destinato à subdito ad eā impetrādā.

50 Sed adhuc difficultas est, an in dubio, an adfuerit cōsensus internus in superiore, is præsumatur ex eius taciturnitate, proponente ei subdito votum, vt illud approbet, aut licentiam concedat. *Suarez. tom.2. de religione, tract. de voto, lib.6.c.4.n.20.* sic distinguit, si materia voti positiuè cedat in superioris præiudiciū, non censebitur approbatio per illam taciturnitatem, sed opus est expressa facultate, si autem materia pertineat ad solam debitam subordinationem, & gubernationem, vel ad bonum animæ vxoris, aut alterius subditi, de quo non constet cedere in superioris præiudicium, tunc taciturnitas sufficit, vt possit subditus exequi licitè votum, immò vt debeat, si tempus obligationis instet. Et potest probari quia in fauorabilibus tacens consentire videtur, secus autem in præiudicantibus sibi. Vt probaui libro 1. de matrim. disput. 5. num. 5. Atque fauet huic

sententiæ *Caiet. c. 30. Num. ad finem.* vbi postquã dixerat iuxta legem illam Mosaicã, non sola præsumptione, sed authoritate etiam illius legis, taciturnitatẽ habere vim consensus; addit hæc verba: *Veruntamen quantum ad hoc, lex ista ad ius positiuum spectat. Sistendo enim intra limites moralis rectitudinis, silentium requisiti non est sufficiens signum interni consensus.*

52 At si ratio adducta aliquid probaret, concluderet vtique nunquam illam taciturnitatem esse signũ consensus. Quippe hic semper cedit in superioris damnũ, vtpote qui priuatur facultate libera irritandi votum, cui consensit. Et qñ concurrunt duæ præsumptiones, validior destruit minus validam, illiq; præponderat, *l. Diuus ff. de in integr. rest. & multis citatis Menoch. de præsumpt. l. 1. q. 30. n. 1.* At coniecta, & præsumptio faciens actum valere, & consistere, reputatur reliquis firmior, & potétior. Vt ex multis probat *Menochius eo. lib. 5. q. 29. nu. 5.* & latissimè *l. 6. tota præsumpt. 4. & de arbitrar. lep. 2. casu 47x. n. 2.* Præterea, ea etiã præsumptio validior est, quæ verisimilitudini magis conuenit. Vt alios referens testatur *Menoc hius ea q. 29. n. 10. & eo casu 472. nu. 22.* Cum ergo concurrant in hoc casu duæ coniecturæ, altera vt tacens non præsumatur consentire in nocentibus sibi, qua stante tollitur firmitas voti; altera vt pro eius firmitate præsumatur in hoc dubio, atque verisimilitudini existimatę ex communiter accidentibus magis conueniat, vt taciturnitas in eo casu sit signum consensus, vt statim ex doctrina *Caietani* probabo; præsumptio hęc vt fic consensus, præualebit in hoc dubio. Quod egregiè explicuit *Caietan d. c. 30. Num. paulo ante fi.* his verbis: *Et plene intelligas hanc materiam, scito quod vir requisitus de consensu ad vota emissa ab vxore, tacens præsumitur à lege ista consentire; itaque legis præsumptione silentium habetur pro consensu. Nec ab re, quoniam communiter silentes, tam patres, quam mariti requisiti, ideo silent quia consentiunt in huiusmodi, quæ sunt in fauorem animarum. Itaque secundum cõem cursum, siuè sim maritt, vel patris in huiusmodi requisitis, signum est consensus.* Ecce quam claris verbis teneat hanc partem *Caiet.* Nec obstát verba ex ipso relata nu. preced. fine, nam statim videtur se explicate, vt intelligat eam taciturnitatem non ita esse sufficiens consensus signũ, vt ea absq; interno consensu sat sit ad voti firmitatẽ. Nam immediatè post ea verba, addit hæc: *Et propterea hodie quoad hoc, lex ista non ligat; sed maritus si in veritate non consensit, quantumcumq; requisitus siluerit, potest absq; peccato aliquo irritare vota vxoris.* Præterea, quia non tanti momenti est damnum superioris ex consensu in subditi vota, vt præponderare debeat, ne ratione illius inducatur consensus tã vehementi consensus coniecturæ, ductæ ex ijs, quæ ferè semper accidũt: cum existenti causa iusta, minori, quã ad dispensationem petita, possit votum irritare. Vt diximus n. 30. Et ita hæc sententia placet. Cui et cesentiũt Doctores relati n. 45. Et ideo concludo taciturnitatem superioris requisiti à subdito, vt votũ confirmet, vel approbet faciendum, esse sufficiens signum, vt in dubio præsumatur consensus. Quod et tradit *Valent. 2. 2. disp. 6. punct. 6. q. 1. fine.* Qua præsumptione dum contrarium nescitur, esse standum in foro conscientiæ, probaui h. t. huius tractatus c. 10 n. 18.

53 Dicta tamen intellige, nisi superior tacẽs erraret positiuè, credens sibi non esse integrum cõtradicere, aut licentiam denegare, tunc enim et licentia expressa nõ sibi noceret nedum præsumpta per illã taciturnitatem; secus autem esset, si sola ignorantia negatiua huius potestatis esset. Ratio differentiæ est, quia qñ est ignorantia positiua, seu error, proponitur obiectum voluntati, vt affectum tali cõditione, & vt sic mouet, & amplectitur à voluntate, quare dum illa conditio nõ est vera, est prorsus inuoluntariũ. At ignorãtia negatiua non proponit obiectum, vt affectum illa conditione: nec vt sic mouet, & ideo quamuis conditio illa ignoretur, est volita implicitè in obiecto proposito, à quo non fuit per errorem exclusa. Sicut licet error magnarum asperitatum, religionis tollat voluntarium petitum ad votũ illius, non tamen id tollit ignorantia purè negatiua. Vt suo loco supra diximus.

54 Quicquid tamẽ sit de hoc, an illa taciturnitas sit consensus in votum: id tamen asserendum, est sufficere vt subditus licitè exequatur votũ rei interdictæ, ad quod exequendum exigitur licẽtia superioris, & vt teneatur exequi, si tempus exequendi instat, taciturnitas superioris videntis subditum id opus implere, aut volentè implere, nec contradicentem, cum commode possit contradicere: siue superior norit votum, siue illud ignoret, dummodò subditus non proponat illi uotum, vt illud approbet. Quia cum tunc ea taciturnitas non sit voti approbatio (vt diximus n. 49.) est in re nullatenus damnosa superiori, ac fauorabili animæ subditi, & proinde est sufficiens licentiæ signum. Et sic intellectum est certum quod diximus c. 25. n. 17. hanc taciturnitatem esse signum consensus, & sat esse ad votum id exequendũ. Quando autem ea taciturnitas est, subdito proponentè votum approbandum à superiore, procedunt opiniones traditę n. 51. & 52. & adhuc verius est sufficere, (vt probaui n. 5 x.) vt sit legitimus consensus.

CAPVT XXVIII.

De facultate irritandi vota emissa tempore subiectionis alteri habenti potestatem dominatiuam, quæ competit superiori diuerso habenti quoque dominatiuam potestatem.

SVMMARIVM.

Potestas superioris subsequentis dominatiua, potest esse duplex, n. 1.

Proponuntur probantia posse superiorem succedentem in utramuis potestatem dominatiuam, irritare vota tempore prioris emissa, n. 2.

Explicatur qualiter succedens in eandem moraliter potestatem, possit irritare vota, ita vt non reuiuiscant, eo modo, quo prior poterat, n. 3.

Quid si de licentia prioris superioris, aut maioris, aut æqualis, aut minoris, sint emissa? Remissiuè, n. 4.

Explicatur, an possit verè irritare, an tantum suspendere, succedens in diuersam moraliter potestatem dominatiuã, n. 5.

Quid si fœmina impubes ex licentia patris voueat, & postea nubat, an possit vir id votum irritare? eo. n. 5.

An peccet mulier iniens matrimonium, sciens impediendam ad votum exequendum, n. 6.

1 PRæmittendum est duplicẽ posse esse potestatẽ dominatiuam subsequentem. Altera est, diuersę moraliter potestatis, vt si prior sit tutoris, aut patris in pupillũ, posterior curatoris, aut viri in vxorem, aut è contra. Altera vero est, eiusdem moraliter potestatis, vt est tutoris succedenns patri, aut alij tutori, in curã pupilli, & prælati religionis succedẽtis alij prælato, & viri succedentis alij viro, & domini alij domino, & curatoris alij curatori, aut patri in curam puberis.

2 Videtur, vtrouis modo succedat superior in potestatẽ dominatiuam subditi posse irritare vota tempore prioris emissa. Qua cum ille subditus non fuerit sui iuris tempore voti, id pependit à potestate dominatiua formaliter, & non à sola hac materiali. At potestas dominatiua formaliter est in sequenti superiore.

3 Prima concl. Superior succedens in eandẽ moraliter potestatem dominatiuã, potest verè, & directè omnia ea vota irritare, quę tempore prioris superioris emissa sunt, & ille poterat ea propriè, & directè irritare; & ita sicut irritata à priori non reuiuiscerent, ita nec irritata ab hoc posteriori. Verbi gratia religiosus emisit votum tẽpore vnius superioris, impubes dũ subijciebatur patri, aut tutori, pubes dũ subijciebatur patri, aut curatori, seruus tẽpore prioris seruitutis, vxor tempore prioris viri,

viri, potest sequens prælatus, & tutor sequens succedēs patri, aut priori tutori in curam impuberis, curator succedens patri, aut priori curatori in curam puberis, dominus sequēs, aut vir sequens, irritare illa vota, eo prorsus modo, quo priores superiores poterant. Ratio est, quia cum sit superioritas eiusdem prorsus rationis, tota prioris potestas transit in posteriorem, ac proinde idem prorsus est, ac si prioris continuaretur. Prætetea, quia de religiosis, impuberibus, & de puberibus nemo id negabit. At æqua est ratio de ceteris, cum sit in illis eadē moraliter potestas, quæ in prioribus. Quod si dicas diuersam esse rationem, quia religiosi nunquā possunt esse sui iuris, sed semper alicui superiori, saltē summo Pontifici sunt subiecti obedientia regulari; at vxores, & serui possunt esse sui iuris; & de facto est vxor, dū secundo viro nō nubit. At hoc non obstat. Quia impuberi nō est necessarium assignare tutorem, & sæpe non assignatur, et sic potest fieri sui iuris, et de facto fit, dum non assignatur. Et minori inuito non potest dari curator, *instit. de curatoribus, in prin. vers. Item inuiti*. Est tamen intelligenda cōclusio, nisi ea vota cōfirmata sint, tempore quo filij, aut vxor erant sui iuris. Quia cū tūc a nullius potestate penderet, iudicandum est de illis, sicut de emissis ante subiectionem. Quæ qualiter possint irritari a sequenti superiore, dicemus c. 31. Quando autem censeatur votum confirmatum, dicemus latè capitulo 30.

4 Vtrum autem si de licentia prioris superioris, maioris, aut minoris, aut æqualis, sint hæc vota facta, possit subsequens superior irritare, diximus c. præced. à n 35. vsque ad 37.

5 Secunda conclusio. Quando dominatiua superioris sequens potestas, est moraliter diuersa, nequit regulariter irritare directè, & propriè, vota tēpore prioris superioris emissa, sed reputabunt tanquam emissa ante subiectionem, & ideo tantum poterit ea suspendere, quatenus præsenti subiectioni præiudicant, & cessanti suspensione reuiuiscent. Sicut dicemus cap. 31. de votis ante subiectionem emissis. Vt si impubes tutori, aut patri subiectus emisit votum personale, nequit curator iam puberi datus id verè irritare. Dixi psonale, quia si esset reale, succedit curator in eandem moraliter potestatem tutoris quo ad rerum administrationem, secus quo ad personam, de quo exemplo, an verum sit dicemus latius c. 30. Similiter mulier minor nupta votum emisit, aut minor seruus, quod maritus, & dominus irritare poterant, solutis matrimonio, & seruitute, incidere in potestatē curatoris, nequit curator hic verè irritare vtpote qui est diuersæ moraliter potestatis. Dixi autē regulariter, quia specialis difficultas est in impubere nupta ob malitiam supplentem ætatē, vel Pontifice dispensante, an possit vir irritare votum antea emissum. De quo dicemus infra, tractantes de uotis uxoris, quæ uir irritare potest. Est etiā specialis difficultas de uotis ante religionis ingressum, an possint irritari à sequenti religionis prælato. De quo dicemus tractantes de uotis religiosorum, quæ irritari possunt. Ratio autem huius conclusionis sit, censetur prior omnino extincta, nec in posteriorem transit. Nec innititur alicui solido fundamento, ut ea uota pēdeant a potestate dominatiua formaliter, & non a sola materiali eam tunc habentis, & in eandem succedentis.

6 Quod si petas, an peccet coniux matrim. iniens, aduertens id fore sibi impedimento, ne uota emisa exequatur; sicut esset mortale aliud impedimentum admittere. *Ang. verbo Votum 2. num. 12.* affirmat esse lethale. Sed contrarium est dicendū, nisi essent uota castitatis, aut religionis. Quia cū alia ab his uotis non excludant matrimonium, nec illi aduersentur, durū esset obligare ad uitam cælibem, quo ea expleatur. At si antea matrimonium posset commodè uxor implere, teneretur vtiq; nisi uotum esset pro determinato tempore, quod nondum aduenit. Sicut teneretur, quando aliud impedimentū adueniret, v. g. vouit dare pauperibus cētum aureos, post matrimonium nequit eos elargiri, cū omnium bonorum administratio transeat in virū, & credit fore vt ipse nolit, tenebitur si cōmodè potest, implere antea. Quia quando voto non est tēpus præfinitum, obligat quando est commoditas implendi, & maxime si postea impleri nequit. Vt supradiximus tractantes de tempore obligationis voti.

CAPVT XXIX.

De potestate irritandi vota emissa tempore subiectionis, implenda tempore illius solutæ.

SVMMARIVM.

Refertur duplex sententia, nu. 1. & 2.
Explicatur sententia Authoris, nu. 3.
An ea vota reuiuiscant, aut suspendi possint, nu. 4.
Quid si votum serui, aut puberis, aut vxoris, referatur ad vtrumque tempus? Refertur quædam sententia, num. 5.
Explicatur sententia Authoris, num. 6.
An censeatur relatum ad vtrumque tempus, quando emittitur absolutè, aut pro toto vitæ tempore, num. 7.
An huiusmodi votum reuiuiscat, num. 8.
Quid si votum serui non sit emissum in tempus plenæ libertatis, sed ab hoc domino, an possit, aut saltem subsequens dominus id votum irritare, num. 9.
An vxor possit aliqua viri vota irritare, emissa in tempus soluti matrimonij, num. 10.
Quid si hæc vota sic emissa in tempus soluta subiectionis, sint facta ex superiorum licentia, nu. 11.
Soluuntur argumenta, nu. 12.

1 Exempla huius quæstionis sunt; vt si vxor aliquid promittat in tempus viduitatis, impubes in tempus pubertatis, aut plenæ libertatis, pubes in tempus quo liberam bonorum dispensationem habuerit, seruus dum fuerit liber, religiosus si dispensatione Pontificia, aut alio quouis modo fuerit à religionis iugo liber. Triplex est sententia. Prima eam facultatem cuicumq; superiori denegat. Ducitur, quod superior ideo ius irritandi habet, quia ratione subiectionis voluntatis subditi absolutæ, aut circa materiam promissam, vota includant conditionem pendentem ab ipsius cōsensu. Vt diximus cap. 27. num. 4. At in hoc euentu voluntas subditi neutro modo est sub potestate superioris, ꝓ tempore pro quo votum emittit, cum referatur in tempus solutæ subiectionis votum illud. Ergo nullam claudit conditionem, ob quam irritari valeat. Et ideo hāc sustinent *Ang. in sum. verbo Votum 2. in fi. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. dub. pen. immediatè ante vers. In solutione ad 3. Nauar. sum. c. 12. n. 66. Aragon 2. 2. q. 88. art. 8. fol. 1021. Angles florib. 2. p. q. vnica de voto, art. 7. diffic. 8. conclus. 2. & post difficultatem 9. dub. 1. conclus. 2. & post diffic. 12. dub. 5. conclu. vnica. Lud. Lopez. 1. p. instruct. conscientia c. 48. § Vota semel irritata. Man. 2. to. sum. c. 89. num. 8. & c. 90. num. 10.*

2 Secunda sententia eam facultatem omnibus superioribus habentibus potestatem dominatiuam concedit. Ducitur, quia tempore quo votū illud emittitur, voluntas illa subditur superiori, siue absolute, siue quo ad materiam promissam, quantumcumq; exequutio in aliud tempus differatur. Et confirmatur, quia quāuis exequutio pendeat in futurum, at talis voti grauamen, & obligatio sunt præsentia. Secundo, quia sequitur ex tali voto præiudicium superiori, nam tēpore, quo est verè superior, & alter subditus, eū non recognoscit, vouens sine eius consensu. Et ideo hanc tuentur *Sotus li. 7. de iust. q. 3. art. 1. paulo ante solut. ad argumenta, Alecser summa c. 16. vbi de votorum in genere irritatione, conclus. 9. fol.*

fol.55.pag.1.Lud.Lopez,1.p.instruct. conscientiæ cap.50. paulo post prin.Vega 2.to.sum.ca.129. casu 20. Pet.de Ledesma 2.to sum.tract.10.c.7.dub.vlt.dict.10. Et loquens de votis vxoris tenet *Stunica de voto q.3.nu.76.* Et eam tenent multi neoterici doctissimi. Et *Sotus, ac Petr. de Ledes.* explicant idem in votis seruorum emissis in tẽpus plenæ libertatis. Quamuis *Lud. Lopez* dicat se dubitare de votis seruorum, & tandẽ tener non posse. Qui etiam excipit votum castitatis emissum ab vxore in tẽpus soluti matrimonij. At *Sotus, & Stunica,* dicũt posse quoque id votum à viro irritari. Eandem sententiam sequutus sum l.9.de matrim.disp.39.n.16.excepti tamẽ n.17.vota seruorum. Et conformiter huic sententiam intuli ibi aliquot corollaria, vsque ad nu. 21.

3 Tertia sententia (cui re multis considerata tanquam probabiliori nunc adhæreo, quamuis duæ præcedẽtes sint probabiles, vtitur hac distinctione. Aliqui sũt plene subditi superiori quo ad voluntatem, cui ad plenũ eius regimen tradiri sũt. Quales sunt religiosi respectu sui prælati, cui ita per vota religionis suam voluntatẽ tradidere, vt nec velle, nec nolle habeat. Et filij impuberes respectu patris, & tutoris vices eius gerentis. Alij vero sunt tũ subditi quo ad aliqua obsequia, & aliquod volũtatis regimen. Quales sunt seruus domino, vxor viro, filij puberes patri, & curatori. Priorum ergo vota facta ad tempus solutę potestatis possũt superiores irritare, nõ autem posteriorũ. Probatur prior pars, quia paterna potestas irritãdi vota est præcipuè collata ad omnimodam voluntatis impuberis gubernandã voluntatem imperfecto orationis vsu gaudentis, quæ ideo etiare põt non minus circa obligationes implendas post pubertatẽ, quam circa implẽdas, dũm est impubes. Et religiosus omnem suæ voluntatis potestatem tradidit prælato, vt eum vice Dei quo ad tẽpus omne gubernaret. Posterior pars probatur, quia si loquamur de patre, & curatore erga pubere, & de domino respectu serui, non habẽt potestatem in vota propter subditorum fauorem, bonamq; illorum gubernationẽ, sed præcipuè ob conseruãdam suam potestatem, ac se indemnes seruandos in materia illa pmissa Ergo nequeunt irritare vota nullatenus illis præiudicantia, qualia sunt implenda tempore, quo sui iuris erũt. Si de vxore autem loquamur, diuersimodè est hæc ratio tradenda iuxta diuersitatem opinionum, nam tenendo virũ non posse omnia eius vota irritare, sed sola sibi præiudicantia, militat ratio tradita. Tenendo autem posse omnia, dicendum est nõ ita plene eius voluntatẽ subdito viro, vt voluntas pupilli patri: nam pupillus est omnino destitutus prudentia, & valde tenue iudicium habet. At mulier sufficientem habet prudentiam ad vouendum absolutè, non autem ad vouendum, dũ oueribus matrimo. grauata est, & ideo vir non habet absolutam, & plenam eius volũtatis gubernationem, sed quo ad sola spectantia durãti eo statu, ac proinde nequibit irritare vota ad eũ statum non pertinentia, sed ad tempus matrimonij soluti. Et cõfirmatur specialiter de filio pubere, quia si ille emisisset votum erogãdæ eleemosynę sub hac conditione si aliquãdo bona castrensia habuerit: manifestum est nequire patrem id votum irritare, cũ nequiret, si illa tunc haberet. Atque idem est quando eã vouet, in tempus quo sui iuris fuerit, liberamq; seruorũ bonorum dispositionẽ habuerit. Præterea, quia durum videtur posse dominum irritare serui vota in tẽpus libertatis emissa, cum nequeat etiam emissa in tps seruitutis, quæ ipsi non præiudicant, & cõstet multo minus præiudicare emissa in tempus libertatis. Atque eadẽ ratio videtur de pubere, cum pater sola vota realia eius quæ suæ administrationi præiudicãt, irritare valeat, & iõ nequit vota de peculio castrẽsi, aut quasi castrẽsi, quodid vtpote extra suam administrationẽ existẽs, illi non noceat. At bona puberis effecti omnino sui iuris, sunt etiã extra patris administrationem, & proinde illi non præiudicant. Ergo nec dominus serui, nec pater puberis, potest similia vota irritare. Et ideo hanc sententiam tenet *Syluester in summa, verbo Votum 4.q. 2.dict.1.* ac male *Sotus nu. præcedenti relatos* eum refert *verbo Religio.1.q.15.fine.* vt vniuersaliter teneat omnes superiores posse eiusmodi vota irritare. Nam tantum loquitur *ibi Syluest.* de voto impuberis implendo tempore solutæ patriæ potestatis, & ita non sibi contrarius est. Idẽ tenẽt *Emmanuel Sà in summa, verbo Votum, vbi de votis irritatione n.3.* loquẽs de religiosis, & de impuberibus, & de puberibus, ac seruis, nã vxorum nõ meminit. *Valen.2.2.d.disp.6.q.6.punct.6.q.5.* quamuis enim hos omnes subditos nominatim nõ exprimat; at dicit subditorũ ex parte materię nõ posse vota irritari, secus de votis subditorum quo ad voluntatis dominiũ, & *ipse eo punct.6.* defendit vxores viris, seruos dominis, puberes patri, subditi quo ad solã materiã: impuberes autem patri, & religiosos prælato, ad dominiũ quoque volũtatis: & sic expresse tenet hãc sententiã quo ad omnes subditos in ea declaratos. *Azor to.1. inst.tutionũ moralium, lib.11.c.17.q.8.* vbi de impuberibus, & de puberibus loquitur, *& quæst.11.* vbi agit de seruis *& quæst. 15.* vbi agit de vxoribus. *& quæst.19.* vbi agit de religiosis: *Sayro in claus regia, lib.6.c.10.n.18.* vbi agit de seruis. *& n.21.* vbi agit de vxoribus, *& n.29. & 30.* vbi agit de impuberibus, & puberibus, *& n.10.* vbi agit de religiosis. *Leonardus lib.2.de iustit.c.40.dub.10. nu.*80. vbi de impuberibus, & de religiosis agit, *& nu.81. fine.* vbi de pubertibus tractat, *& n.82.* vbi de seruis agit: at vxorum non meminit. Et *Suarez tom.2. de religione, in tractatu de voto, lib.6.c.6.nu.3.* vbi de seruis tractat: *& c.4. nu.4.* vbi tractat de vxoribus: *& c.5.n.4. & 13.* vbi tractat de puberibus: *& c.6.nu.7 & 17.* vbi tractat de impuberibus, & explicat quamuis sit votum religionis: *& nu.18.* vbi agit de vxoribus, seruis, ac puberibus. Et loquẽtes de solis seruis tenet *Abulensis c.30.Num.q.91.* *&* loquens de solo impubere tenent *Graffis 1.p. decisionum, lib.2.c.26.nu.5. & Llamas in methodo curationis 3. p.c.4.§.22.*

4 Atque hæc vota emissa in tempus solutæ libertatis, manifestum est non reuiuiscere, quando irritata sunt à potentibus illa irritare, iuxta secundam, et tertiam sententiam. Quia erga illa nequit exerceri irritatio indirecta, seu suspensio, nam ipsamet suspensa sunt vsque ad tempus libertatis; quare dicentes illa posse irritari, de vera irritatione, quæ obligationem omnino pro eo tẽpore tollit, loquuntur aperte.

5 Sed difficultas est, si votũ vxoris, puberis, & serui sit ad vtrũque tempus emissum, nempe, subiectionis, & libertatis. Affirmãt aliqui loquentes de uoto serui posse id uotum irritari omnino, & simpliciter à domino. Ducunturq; ex *c.Placet, & cap. Quidam, de conuersione coniugat.* ubi Pontifex rogatus an uir absque uxoris licentia professus teneatur ea defuncta ad religionem redire, respondet non teneri. Ita tradunt *Sylust. verbo Votum 4.q. 2.dict.4. Emmanuel Sà summa, verbo Votum, vbi de votis irritatione, num.3.* Et quamuis de solo serui uoto loquantur, idem prorsus dicerent de simili uoto uxorum, & puberum.

6 Ceterum dicendum est, nequire irritari nisi pro eo subiectionis tempore. Quia solo eo tẽpore potest domino obesse: nil autem ad dominum pertinet quid postea seruus acturus sit. Neque ratio contraria aliquid probat; ideo enim uir non tenetur ad religionem redire, quia professio fuit irrita, nec uir se in plenę libertatis tempus obligauit, tunc enim teneretur. Et ideo ita tuetur *Azor to.1.inst morat.lib.11.c.17.q.11.ad finem. Leonardus l.2.de iust.c.40.dub. 10.n.82. Suarez to.2.de religione, tract.de voto.l.6.c.6.nu.18. Atq. Sayro in claui regia, lib.6.c.10.n.18.* Et quamuis loquantur de uotis seruorum, idem dicerent, & est dicendum de uotis uxorum, & puberum in utrumque tempus telans.

7 Atque *Leonardus ibi* exemplum uoti ad utrumque tempus relati apponit, ut si seruus uoueat se toto uitæ suæ

suæ curriculo recitaturum officiũ diuinum. Sed exemplum non placet, & ideo existimo id votum posse penitus à domino, & a viro, etsi esset reale puberis, à patre, vel curatore irritari. Quia sicut votum absolute emissum recitãdi quotidie officij diuini, aut quotidie dandæ eleemosinæ posset prorsus irritari, cum tamen toto vitæ tempore obliget: ita potest, quando totum vitæ tempus exprimitur. Quia in neutro casu censetur partim relatum ad subiectionis, partim autẽ ad libertatis tempus. Quare iure optimo *Azor, & Sayro ibidem* dixere posse id votum omnino irritari, quando ad nullum tempus est expresse relatum, sed absolutè emissum. Et *Azor* expresse dicit tunc non posse nisi quo ad partem, quando expressa fuit vtriusque temporis mentio.

8 Atque votum hoc sic absolutè emissum, semel irritatum nunquam reuiuiscit. Vt optimè docent *Sayro et Azor ibidem*. Quod probat regula tradita cap. 16. num. 4. vbi id de omnibus horum votis irritatis probauimus non sunt enim absoluta, sed imbibunt conditionem pendentem à superioris consensu.

9 Quamuis autem votum serui, vxoris, & puberum, non emittatur in tempus plenæ libertatis, sed in tempus libertatis à præsenti superiore, nequit præsens superior irritare. Quia ei nullatenus nocet, & subinde nullum habet imbibitam conditionem ab ipsius consensu pendentem. Quare nec sequens dominus, vir, aut curator, poterit irritare. Quia eatenus solum posset, quatenus à prioris superioris consensu pendebat in cuius integrum potestatem, & non in ampliorem succedunt. At non pendebat a consensu prioris: & ideo respectu subsequentis reputatur tãquam votum emissum ante subiectionem quod quidem vere irritari nequit, sed tantum suspẽdi, quando præsenti subiectioni noceret. Sed dices, diuersum esse in seruo, quam in filio pubere, et vxore, quippe hi soluto matrimonio, aut patria potestate, manẽt prorsus liberi, & voluntarium est illis subijci alteri viro, & curatori. At seruus non sic, sed incidit in alterius domini potestatem: ac proinde votum id videtur, ac si diceret seruus, si dominus me alteri vendiderit, quod votũ cum referatur ad tempus seruitutis alterius domini, videtur habere conditionẽ imbibitam pendentẽ ab illius consensu. Sed dic votũ id abstrahere prorsus a seruitute sequẽti, ac per accidens ex parte voti superuenire. Quia consequẽdo plenam libertatem tenebitur seruus ad id votum: non teneretur autem quãdo votum esset, si me dominus alteri vendiderit: nisi ex ratione, & modo vouendi colligeretur intentio disiũctiua, nempe, si liber fuero ab hoc domino, vel omnino liber. Quãdo autem votum esset expressim pro tempore alterius seruitutis, aut matrimonij, aut alterius subiectionis, aut sub illius conditione, aut disiunctiuè, dicemus cap. 31.

10 Et quamuis sustineretur posse virum irritare vota vxoris emissa in tẽpus soluti matrimonij, nequaquam posset vxor vota viri, quæ alias irritare potest. id facere respectu uotorum à uiro factorũ in tempus soluti matrimonij Quia de uiro id posset dici, afferendo illi tanquam caput mulieris habere plenũ uoluntatis eius dominium: quo cum certum sit uxorẽ carere in uiri uoluntatem, solum potest irritare aliqua uiri uota, quatenus sibi præiudicant, qualia non sunt emissa in tempus soluti matrimonij.

11 Tandem hæc tertia sententia, ut possint uota religiosi & impuberis, emissa in tempus libertatis, irritari perfectè, ita ut non reuiuiscant, habet neruum, etsi emissa sint ex superiorum licentia, eo prorsus modo quo ea absolute emissa diximus posse irritari à superiore maiori, uel æquali, c. 27 nu. 4. 5. & à nu. 9. usque ad 18. & nu. 36. & 37. Quia ea licentia non tollit imbibitam conditionem in illis, ratione cuius irritari ualent. Et ibi dixi.

12 Ad argumentum primæ sententiæ propositum, n. 1. dic satis esse noluntatem subdiri esse plenè subiectam quo d eius gubernationem tẽpore quo uotum emittit. Sicut n. 3. explicuimus. Ad primum, & cõfirmationem propo sita num. 3. pro secunda sententiæ, dic non satis esse subiectionem illam secũdum quid, sicut eodem n. 3. explicuimus, nec id grauamen quo ad obligationem ex illo ortam esse presens omnino; etsi enim obligatio sit præsens, at non pro tempore subiectionis exequẽda Ad secundum dic non præiudicare, eo quod exequutio est in tempus libertatis.

CAPVT XXX.

De potestate irritandi vota post lapsum subiectionis tempus, ab eo duranti emissa, non tamen tunc irritata.

SVMMARIVM.

Explicatur qualiter hæc quæstio locum habeat in omnibus subditis, & quando procedat, nu. 1.

Quando votum est confirmatum post subiectionis tempus nequit à priore superior irritari. nu. 2.

Quotuplex quæstio sit disputanda, nu. 3.

An superior post lapsum subiectionis tempus possit irritare votum tempore illius factum, nec post confirmatum? Refertur opinio, num. 4.

Potestas superioris potest omnino extingui, aut non omnino numero 5.

An potestas tutoris, & curatoris omnino extinguatur lapsu impubertatis, & minoris ætatis, nu. 6.

Traditur duplex regula ad dijudicandum quando vota emissa tempore subiectionis, nec postea confirmata, possint post irritari, nu. 7. & 8.

Pater potest post pubertatem irritare personale impuberis votum, quod post eam non est confirmatum. n. 9. & ibi quid de voto emisso in tempus pubertatis, aut conditionali.

Quid si id votum sit reale, & post pubertatem confirmatum est, num. 10.

Quid de votis realibus post pubertatem emissis, aut ante illam, & post illam confirmatis, an possit pater irritare, quando filius est sui iuris effectus per emancipationem, nec tunc est confirmatum? Refertur quadam sententia, num. 11.

Explicatur sententia Authoris, num. 12.

Quid de votis personalibus, & realibus emissis ante pubertatem; nec post illam confirmatis, an possit pater post emancipationem ea irritare, nu. 13.

Quid de tutore, cuius tempore votum impubes emisit, nec tunc irritauit, nec est post pubertatem confirmatum, nu. 14.

Quid de curatore, sine sit idem qui prius erat tutor, siue alter, an possit irritare vota personalia ab impubere emissa, nec post confirmata, nu. 15.

Quid si id votum impuberis erat reale, nec post pubertatem est confirmatum, aut si post pubertatem emissum est, aut tunc confirmatum, an possit irritare, quando alter est sui iuris effectus, nec in hoc tempore confirmauit. nu. 16.

Quid dicendum de votis quæ poterat mater irritare, nec irritauit tempore impubertatis, aut pubertatis, nu. 17.

Quid de votis emissis tempore integri matrimonij, nec tunc irritatis, nec post diuortium confirmatis, an possint post diuortium irritari, nu. 18.

Quid si post diuortium confirmata sunt, aut eo tempore facta, nu. 19. & 20.

An prælatus possit irritare vota religiosi tempore subiectionis emissa, quando hic religiosus est iam Episcopus, aut alio modo exemptus à suu iurisdictione, nec post confirmauit, num. 21.

Quid si ad religionem redeat, quamuis sit votum tempore exemptionis emissum, uel tunc confirmatum, numero 22.

An vota emissa tempore religionis, nec post eiectionem ab ea confirmata, possit post eiectionem, uel condemnationem ad triremes, uel quando ex licentia sunt extra religionem, irritari: etiam si hi postea redeant ad religionem, à nu. 23. vsque ad 37.

Quid

Quid quando religiosi ad aliam religionem transire, an possit prælatus prioris vota tempore nouitiatus emissa in priori, nec tunc confirmata, aut tunc confirmatur, siue emissa, nu. 28. & 29.

Quid si postea ad priorem, aut ad aliam religionem legitime redeant, n. 30.

An vota seruorum possint irritari à domino post quam illius seruitute liberati sint, nec tunc confirmata, Refertur quædam sententia, n. 31.

Explicatur sententia Authoris, nu. 32.

An vota omnia prædicta irritata reuiuiscant, nu. 33.

Soluuntur argumenta, nu. 34.

Soluuntur argumenta nu. 34.

Post n. 34. inuenies alia summaria quæ desiderantur.

1 QVÆSTIONEM hanc ita vniuersaliter disputatã apud nullum inueni sed de filio solet disputari, & obiter, de seruo. Sed quia in reliquis etiã subditis domi natiuæ alterius potestati, locũ habet, ideo eã inter generalia omniũ votũ irritationi pertracto. Exempla autem sunt. Religiosus vouit quasdã preces, filius sub patre, aut tutore cõstitutus id, aut votũ reale promisit, aut pubes sub patre, aut curatore, votũ reale, secus religionē, quæ tempore subiectionis non sunt irritata, nec post subiectionē confirmata, an possint soluta eius superioris potestate, ab eo irritari. Vt si religiosus sit iã sub alio superiore, aut creatus Eps, aut electus: vel impubes iam est factus pubes, aut sub alio tutore: vel pubes est effectus sui iuris: vel seruus est liber ab ea seruitute, aut omnino liber. Et in coniugibus habet quoque locum, vt si cõiux vouit tẽpore matrimonij integri nec post diuortiũ est id votum confirmatũ, an tũc possit irritari? quãuis enim tunc duret matrimonij vinculum at dissoluitur subiectio. Nec disputatio præsens est, quando tempore voti emissi vouens erat omnino sui iuris, quia de hoc tractabitur c. sequenti. Nec etiam est, an sequens superior possit irritare vota tẽpore prioris emissa: quia satis de hoc egimus c. 28. Sed præsens quæstio est de superiore cuius tempore votum factum est, & à cuius voluntate pendebat, vt illud irritare posset, an quando tunc non irritauit, nec post subiectionem est confirmatum, an possit ea transacta irritare, sicut prius poterat.

2 Consulto autem dixi, quando vota non sunt confirmata post finitã subiectionem, nam si ea finita sint cõfirmata, constat apud omnes nequaquã posse irritari à superiore, cuius tẽpore sunt emissa. Quia perinde est ac si post subiectionem denuo fiant: & ita nullatenus imbibunt conditionem pendentem ab illius præteriti superioris consensu. Quando autem dicantur cõfirmata, & an hæc confirmatio sit respectu solius subditi, an etiam superioris, dicemus a n. trigesimoquinto.

3 Duplex ergo quæstio est disputãda. Prior de potestate irritandi hæc vota non confirmata post finitã subiectionem. Posterior, quando censeantur confirmata.

4 QVÆSTIO prior. An superior possit irritare vota post suæ subiectionis tempus lapsum, quæ sunt eius tẽpore emissa, nec cõfirmata post finitam subiectionem. Quidã eã potestatem negant. Ducũturque, quod potestas irritãdi vota sit solũ concessa duranti subiectione, verbi gratia, personalia impuberis vsque ad pubertatẽ, & c. Ergo ea finita cessat potestas. Sicut iurisdictio quæcunque ad tẽpus limitatum concessa, spirat eo transacto. Et confirmatur, quia ea subiectione trãsacta censetur pater quasi persona priuata respectu personaliũ impuberis votorũ, & quasi iudex functus omnino officio, qui nil iudicij exercere potest. Quãuis enim manet adhuc pater, at nõ habet ius irritãdi ea vota, quatenus pater est, alias quocũque tẽpore emissa posset irritare: sed quatenus habet curã personæ impuberis, quæ tñ durat vsque ad solã pubertatem, & ideo personalia ex tũc facta nequit irritare. Secundo, quia nemo admittet vota serui quæ tempore seruitutis irritari a domino poterãt, posse quoque ea cessante. At eadem est ratio in reliquis subditis, quãdo tempus subiectionis transit. Et hęc sententia est satis probabilis, eamque tenere videtur *Rosella* loquens in impubere, *in sum. verb. Votum 2 n. 14. in conclusione 3.* vbi ait votũ impuberis posse duranti impubertate irritari a patre, & tũc nõ irritatum obligare efficaciter. At si ea trãsacta posset adhuc irritari, nõ obligaret efficaciter, sed depẽdenter adhuc ex paterno cõsensu. Et eã expresse tenent alij loquentes de personalibus impuberum votis, & de votis seruorum. tunc nõ irritatis, & quamuis aliorum subditorum non meminerint, idẽ tamen de illis dicerent, militant enim omnino eædem rationes in illis. Illi sunt *Sotus li. 7. de iust. q. 3 ar. 2. dubio vltimo. Aragon 2. 2. q. 88. art. 9. fi. Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 7. post 12. difficultatem, in dubio 7. Manuel. 2. to. sum. c. 91. n. 6. concl. 4. Vega 2. to. sum. c. 129. casu. 90. & 91.* Et loquens de solo impubere tenet *Alcozer sum. c. 16.* vbi de potentibus irritare vota, *cõclusione quinta, f. 55. pagina 1.* Insuper idem dicunt *Sotus. et Aragon.* de votis realibus puberum, negant enim posse patrem ea irritare, quando iam iuris sunt effecti, etsi non sint tunc confirmata.

5 Sed vt meam sententiam explicem, oportet duo præmittere. Prius est, dupliciter potest se habere potestas prioris superioris, cuius tempore vota sunt emissa. Aut enim ea non omnino extinguitur, trãsacto tempore destinato irritationi votorum. Sicut cõtingit in patre, cuius potestas ad irritanda personalia impuberũ vota, & cura personę illorum, cessat eorum pubertate nõ tamẽ omnino, quia manet quo ad vota realia, & aliquã personæ curam. Vt n. 9. latius explicabimus. At ea potestas prorsus extinguitur. Vt contingit in prælato religionis, domino, quorum tempore est votum emissum, & iam in illo spirauit officium, & in hoc dominium.

7 Posterius est, discrimen inter tutorem, & curatorem, & quando vtriusque officium finiatur. Distant ergo in hoc, quod tutor detur principaliter personæ. Vt cõstat ex §. *Ad certum tempus. in stanstit. qui testamento tu ores* ibi: *Personæ non causæ, vel rei tutor datur.* Secũdario autem datur rebus. Vt constat ex §. *Datus, instit. de excusatione tutor.* ibi: *Datus autem tutor, ad vniuersum patrimoniũ datus esse creditur.* At contra curator datur principaliter rebus, & secũdario personę *l. In copulãdis 9. C. de nuptijs.* ibi: *Nec curatoris, qui sola rei familiaris sustinet administrationẽ.* Et docet expresse *Gl. d. §. Ad certũ tempus verb. Personæ.* Et loquẽs de curatore tradita hoc idẽ *Molina to. 1. de iust. disp. 220. col. 4. vers. Curator præcipue.* Nec obstat dici *ex l. In copulandis,* curatorem solũ rei familiaris sustinere administrõnẽ. Quippe id dicitur eo qd principaliter detur ad id. Sicut ẽt *dicto §. Ad certũ tempus,* dicitur expressius dari tutorem soli personæ, & nõ rei: cum tamen constet ex *d. §. Datus,* dari etiã rebus secũdariò. Insuper tutor datur in ætate pupillari, id est, vsque ad pubertatẽ, qua cõpleta cessat statim, *Institut. quibus modis tutela finitur, statim in principio,* ibi: *Pupilli, pupillæque cum puberes esse cœperint, a tutela liberantur.* Concordat *lex 12. regia, ad fi. & lex fi. tit. 16. p. 6.* Et ita finiri tunc ipso iure, late probat *Aldobrandin. ead. inst. in principio, n. 15.* Et constat, quia alias male diceretur tũc pupilũ liberari tutela. Idẽ probatur ex *l. Lucius 47. §. Paulus ff. de administ. & petit. tutor.* vbi decernitur fideiussorũ tutoris nõ teneri de ijs, quæ tutor spõte sua post pubertatẽ administrauit. At teneretur vtique, si officiũ tutoris nõ expirasset. Et ex *l. ita ãt 5. §. Si tutor. ff eo. ti.* vbi decernitur teneri tutorẽ admonere pupillũ factũ puberẽ, vt curatorẽ petat. Ergo iã eius officiũ cessauit. Tandẽ quia datũ ad certum tempus cessat ipso iure per eius tẽporis lapsum. Cum ergo tutor ad solã vsque pubertatem detur, ea cõparata cessabit prorsus. Aut curator datur puberibus, duratq; toto minoris ętatis tẽpore, nempe, vsque ad vigesimũ quintum annum cõpletum. Constat ex *instit. de curatoribus, in principio,* ibi. *Masculi quidẽ puberes, & feminæ viri potentes. vsque ad vigesimũ quintũ annũ completum curatores accipiunt.* Et concordat *lex 12. fi. tit. 16. p. 6.* Atque finiri tunc ipso iure

iure, constat ex ratione proxime tradita. Cũ.n. præscriptum tempus detur, cessat solo eius temporis lapsu.

7 His suppositis, duplex est regula tradenda ad dijudicandũ, qñ hæc votorum irritatio possit lapso subiectionis tempore fieri Prior est. Quando potestas superioris cuius tempore votum emissum est, non est omnino extincta, aut omnino suspẽsa, sed quo ad aliquid manet, potest irritare votum subiectionis suæ tẽpore emissũ, et si illud iam transierit, dummodo eo transacto nõ sit denuo confirmatum. Hæc regula probabitur ex dicendis n.9. vbi hinc corollarium infertur, & proponentur rationes, & authores illius.

8 Posterior regula est. Quando ea superioris potestas est omnino extincta, aut omnino suspensa, nequit irritare ea vota. Hæc etiam probabitur ex dicendis nu.14. vbi rationes, & authores similiter referentur.

9 Ex his deducitur primo, patrem irritare posse personalia impuberũ vota, nõ confirmata post pubertatem, quamuis illi iã facti sint puberes & ita non subdantur patri quo ad vota personalia deinceps emittẽda. Ratio est, quia ea vota imbibere conditionem pẽdentem ex patris cõsẽsu, ob imbecille, ac imperfectũ impuberũ iudicium: quam conditionem, & defectũ maturi consilij nõ amisere v ... ipsa impubertatis, cum nulla in eis sit facta mutatio. Nec omnino extincta est patris potestas circa personam puberi iam pubertatẽ adepti: quia etsi ex ... primario ei incumbat cura, & administratio rerum, at manent ei aliqua potestas, & cura circa personam, vt quo ad aliquã correctionem, vel directionẽ, si necessaria fuerit, & iden nequit licite matrimonium inire incõsulto patre. Et cõfirmatur, qa alias respublica in hoc defecisset, non satis prospiciens imperfectioni, ac imbecillitati iudicij in votis impuberũ, inuentis: cũ transacta pubertate durent eadem imperfectio, & imbecillitas circa actus impuberum præteritos, ex quibus obligatio præsens oritur: & pater careat potestate prospiciendi illi imprudentiæ. Ergo ne in re tam necessaria rempublicam defecisse dicamus, cõcedenda est ea facultas patri. Hanc etiã partem optimè confirmat textus *c. Finali, de senten. excom.* vbi decernitur impuberẽ posse ab Episcopo post pubertatẽ absolui a percussione clerici tempore impubertatis facta, etsi nequeat à facta post pubertatem, & subditur ratio his verbis: *Cum propter defectum ætatis, in qua fuit commissus excessus, rigor sit mansuetudine temperandus.* Qui textus clare probat in vsu potestatis concessæ circa actus impuberum, non spectandum tẽpus quo effecti sunt. Quare *Abbas ibi n.2.* ex eo textu colligit beneficium cõcessum fauore minoris ętatis, non extingui vbi semel habere locum cępit, aduentu maioris ętatis. Tandẽ quia restitutio in integrũ minoribus cõcessa nõ extinguitur lapsu maioris ætatis, circa contractus tempore minoris gestos, sed qua driennio post maiorem ętatẽ durat, *l. Finali c. de tẽporibus, in integrum restitutionis, & c. Constitutus, iuncta glos. verbo Tempus, de in integrum restitut.* Et ideo hanc partem tuentur *Caiet. 2.2 q. vltim. art. 5. paulo post princip. Nauar. sum Latina, & Hispana c.12. n.71. & Hispana c.18. addit. ad eundem n. Leonard. l.2. de iustit. c.40. dub.10. num.79. Pet. de Ledes. 2.10. sum. tract. 10. c.7 dub. vlt. d.7. Graffis 1.p. decis. l.2. c.29 nu.4. Valent. 2.2. disp.6. q.6. punct.6. q. vlt. col. pen. vers. Nihilominus probabilius est Azor tom.1. inst. mor. lib.11. c.17. q.7. Lud. Lop. 1. p. instruct. conscient. ca cap.48. col.2. vers. Votum religionis, & col.4 vers. Votum solemne, & vers. Sed oppositum. Viualdus candelabro sacram. 3. p. c.14. nu.101.* dicens ita olim tenuisse suos magistros. *Emmanuel Sà in sum. ver bo votum, vbi de votis irritatione nu.5. Philiarchus de officio sacerdotum. tom.1. p.2. l.3. c.18. vers. Quo ad vota filiorum. Beia in suis responsis 1. p. casu 49. a vers. His ita prædeclaratis, vsque in finem Llamas methodo curationis p.3. c.4. §.21. Suar. 2. to. de religione, tract. de voto, l.6. c.6. num.8. Sayro in claui regia l.6. c.10. n.26.* vbi & refert summã, quæ Corona cõfessorum dicitur. Et aperte hoc indicat à contrario sensu, *Anton. Gom. in bulla Cruciata, clausula 10 n.76.* dicens non posse patrem ea vota irritare, qñ. post pubertatem sunt cõfirmata. De limitatione autem. quam opponunt *Sayro, Philiarchus, & Suarez,* nisi hæc vota sint à patre confirmata, dicemus à n.15. Atq; n.50. & sequentibus dicemus, quid si id votum sit implendũ post pubertatem, aut conditionale.

10 Quod si loquamur de realibus impuberum votis, si sint talia, quæ post pubertatem emissa poterant à patre irritari, non est dubium posse etiam si post pubertatem cõfirmata sint. Quia ẽt tunc facta poterant irritari. Si autem facta post pubertatem non poterant irritari, vt si impubes habens peculiũ quasi castrense vouit eleemosynam, tunc confirmata post pubertatẽ nequibit pater irritare. Quia censentur tãquam tunc emissa. Si autem non sint confirmata, est eadem ratio de illis ac de votis personalibus impuberum, nõ confirmatis post pubertatẽ. Quia eadẽ iudicij imperfectio militat in vtriq;. Et ideo vtraq; eo tempore emissa posſũt à patre irritari. Vt dicemus in capite de votis filiorum irritandis. Et consequenter si post pubertatem non sint confirmata, poterunt similiter ac personalia nõ cõfirmata irritari.

11 Secundo deducitur, quid dicendum sit de votis realibus à filiofamilias pubere emissis, aut ab impubere, cõfirmatis tamẽ post pubertatem, an pater ea possit irritare postquam pubes est sui iuris per emancipationem effectus, sicut poterat tempore quo facta, aut cõfirmata sunt *Philiarcus, & Sayro c.10. n.27.* vbi vtrumque n.9. allegant, affirmant posse, dummodo non sint post emancipationem confirmata. Ducuntur, quia eadem videtur ratio de his factis post pubertatem, nec confirmatis post emãcipationem, ac de personalibus impuberum non confirmatis post pubertatẽ: cum vtraq; tẽpore quo emissa sunt, imbiberint cõditionem à patris consensu pendentẽ, nec vota naturam suam mutarint, & in vtroque casu est sola personæ vouentis mutatio.

12 Verum hoc displicet, & ita nequire irritari, tradit *Suarez to.2. de religione tractatu de voto, lib.6. c.6. nu.11. fine. c.5. n.13.* Ratio autem est, quia realia puberum vota nequit pater irritare, ratione imperfecti iudicij puberum: quia idem imperfectum iudiciũ est circa peculij castrensis administrationem, ideoq; restitutio, quã ius minoribus ob iudicii imperfectionem concedit *l.1. ff. de minorib.* concedit quoq; circa peculium castrense. Vt probant *Couar. lib.1. variarum c.5. n.8. Paz practica, to.1. p.1. tempore secundo n.22. Caldas l. Si curatorẽ, verbo implorare, à n.38. C. de in integr. restit.* Et tamen omnes fatentur vota de hoc peculio à pubere emissa nequirę patrem irritare. Sed huius cõcessionis ratio est, ob præiudicium illatũ administrationi paternæ, quam circa aduẽtitia filijfamilias bona habet. At hæc administratio cessat penitus, cum filius est sui iuris, & sic materia voti est oĩno mutata. Ergo nequit pater irritare. Præterea qa eadẽ est ratio quæ traditur à Doctorib. ne domino ius sit irritandi vota tpe seruitutis emissa, eo transacto, vt dicemus n 32. Ergo idẽ dicendũ est de his votis.

13 Diuersum tamen diceremus de votis personalibus, quibuscumque realibus, quæ ante pubertatem emissa sũt, nec post eã sunt confirmata, poterit enim ea pater irritare, quãuis filius iam sit emancipatus. Quia per nullũ temporis lapsum, nec per emancipationem filij, amisit pater potestatem in vota ea fragili ętate emissa, cũ sẽper illius iudicij imperfectionem retineant, & ratione illius imbibitam conditionẽ pendentem à patris consensu. Et ita tenet *Suarez eo. c.6. n.11.* Et faciunt omnes DD. relati n.9. qui absolutẽ tradunt integrum esse patri post pubertatem vota antea emissa irritare, nec distinxere tempus postea, sed eam solam conditionem petunt ne postea confirmata sint. Et id est verum, etiã si iam filius vxorem duxerit, & sit extra parentum domum. Vt bene *Suarez eo. c.6. fine.*

14 Tertio deducitur, quid dicendũ sit de tutore, cui impubes tempore voti emissi erat subiectus, aut successit

patri,

patri, alij ve similí tutori, an possit irritare vota impuberis, trāsacta iā impubertate, quæ postea non sunt confirmata, sicutt diximus posse patrem. *Nau. sum. Larina c.12 n.71. Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij conscientiæ c. 84. col. 2. vers. Votū religionis. Graffis, Emmanuel Sà. Llamas, Bela, Leonardus n. 9. relati,* dicunt idem de patre, & tutore. Atq; id probari potest, quia quo ad omnia impuberis vota, eiusque personæ, & rerum gubernationē, gerit in oibus vicem patris. Atque idem dicit *Valē 14*, qui (vt n. 31. referemus) asserit vota serui posse irritari à domino, post adeptam libertatem. Sed existimo hos Doctores confundere numen tutoris, & curatoris, de quo dicemus n. sequenti. Sed quicquid sit de hoc, nullatenus credo posse. Quia ea impuberis vota non pendebāt à tutoris persona, sed ab officio, alias irritādi potestas nō transiret in tutorem consequentem. Cum ergo statim adepta pubertate cesset prorsus officiū tutoris, & maneat omnino persona priuata: (vt nu. 6. diximus,) cessabit quoque conditio ab eo officio pendens. & sic quoque potestas irritādi. Et confirm. quia si intra impubertatē remoueatur tutor ille ab officio, nequibit postea priora vota irritare, sed ea potestas ad sequentē tutorem transibit. Ergo idem dicendum, vt non possit, quādo officium expirat ob pubertatem adeptam. Atq; ita docet *Suarez to. 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. 6. n. 24. & 25.*

15 Maior autem difficultas est, quid dicendum sit de curatore dato illi impuberi post pubertatem, siue sit idem qui prius erat tutor, siue alius, an possit irritare vota psonalia emissa ab impubere tēpore subiectionis patri, vel tutori, nec post pubertatē confirmata. Atque videtur pars negans. Nam curator nō succedit in potestatē tutori & patri competentem tēpore impubertatis circa personā impuberis, sed in sola potestate circa res familiares distribuendas: curator. n. non personæ, sed rebus datur, *l. In copulandis 9. C. de nuptijs*, & ideo curator ne quibit vota personalia sui minoris irritare. Et ita docet *Suarez n. praeced. relatus*. At verius existimo posse. Et ita sentiunt authores nu. praeced. relati, cum agant de tutore irritaturo vota post pubertatem, & tunc nō dicatur tutor, sed curator; & ita confudunt nomina. Ducor, quod vniuersi DD. æquent, patrem, tutorē, & curatorem, quo ad potestatē irritandi vota, & dicūt tutorem succedere in eādem patris potestatē, respectu impuberis, & curatorem in eādē respectu puberis, dum officia hęc durāt, Sed pater potest irritare ea vota post pubertatem. (Vt diximus nu. 9. Ergo & curator, dum eius officium durat: quippe ea vota manēt imperfecta vt prius erāt, ratione imperfecti iudicij, & pendētia à cōditione, nisi pater, aut succedens in illius potestatem irritarit. Præterea quia sicut potestas patris non oīno extinguitur post pubertatem quo ad personā impuberis sed quo ad solam primariam potestatē, & respectu votorū personalium deinceps emittendorū: ita dicendum est de curatore, vtpote qui in omnes patris vices succedit: atque ita n. 6. probauimus curatorem nō dari solis rebus minoris administrādis, sed id esse primario; at secundario dari ipsi personæ minoris.

16 Respectu autem votorum realium emissorum post pubertatem, & quorumcumque ante pubertatē nullā retinet irritandi potestatem, quando minor ætatem vigintiquinque annorum completam nactus est, quāuis non sint tuuc confirmata. Quia statim cessat omnino eius officium, & est persona priuata. Vt diximus n. 6. Et idem est dicendum, quocumque alio modo intra minorem ætatem id officium expiret. Quia eadem est prorsus ratio.

17 Quarto deducitur, quid dicendum de matre, an possit irritare post pubertatem vota impuberum, non cōfirmata post illam. Et quidem quo iure possit, & qñ irritare vota filij defuncto patre, tractandum est latè in speciali c. de potestate parentum ad irritanda filiorū vota, sed supposito aliquādo posse, procedit hæc difficultas. Atque tenendo sententiam dicentem, matrem nulla vota filiorum irritare posse, nisi sit tutrix, aut curatrix ipsorum, idem prorsus de ea est dicendum, quādo tutrix, aut curatrix illorū est, quod de alijs tutorib. & curatoribus diximus. Quia eodē prorsus modo expirat officiū in illa, ac in reliquis. At tenendo posse, vbi nullus est tutor, quamuis ipsa non sit tutrix, potest esse difficultas: quia cum tunc iure matris irritet, & semper maneat talis, videtur eadē potestate paterna gaudere, vt possit ea vota irritare post transactā impubertatem. At id non credo. Quia vniuersi DD. minorem illi tribuūt in hoc potestatem, quam tutori, cum absque dubio affirment potestatē tutoris ad irritanda impuberis vota, valde autem dubitent de potestate matris, nō tutricis, & tantū eam illi pauci concedant, & hoc, quando nullus est tutor, quasi tūc gerat vices tutoris, vtpote quæ impuberē gubernat. Nō ergo est illi amplius cōcedendum quam tutori, cui num. 14. denegauimus posse transacta impubertate irritare. Item quia mater trāsacta impubertate, nec personæ nec rerum filij curam habet, & ideo dicemus in speciali capite de potestate parentum ad irritanda filiorum vota, eam minime posse irritare vota realia puberis, quæ curator potest, etiamsi nullus sit curator.

18 Quinto deducitur, quid dicendum de votis coniugū emissis tempore integri matrimonij, nec post diuortium confirmatis, an possit tēpore diuortij ab altero coniuge irritari, eo modo quo poteāt illæso manenti matrimonio. Sic distinguendum est, si non reintegratur matrimonium reconciliatione, aut eius instauratione per simile subsequens innocentis delictum, nulla est irritandi potestas etiam innocenti. Quia diuortio duranti est suspensa potestas. Item probatur ex *c. 30. Num. ibi: Vidua, & repudiata quicquid vouerit reddent.* Vbi *Abulensis* ea verba explicans ait, idem esse ius quo ad vota, de viduis, & repudiatis, quamuis fateat hūc locum nō esse ad rem, aut parum facere. Quia per repudium dissoluebatur in ea lege vinculum matrimonij, idque erat tunc aut permissum tantum, secundum vnam opinionem, aut iuxta veriorē licitum. Vt probaui *l. 10. de matrim. disp. 1. nu. 7.* Sed ratione probatur quia si loquamur de coniuge adultero, id constat, quia eo delicto amisit ius in innocentem, ita vt hic possit illo inuito ad religionem transire. Vt constat ex *c. Agathosa 27. q. 2. & ex c. Veniens, de conuers. coniug. ibi: Super reuocatione ipsius nullatenus est audienda.* De innocenti etiam probatur, quia durāti diuortio cedit iure suo, libera tq; coniugem subiectione, & seruitute. Si vere reconciliari velint, coniux innocens poterit ea delinquentis vota irritare, aut suspēdere, eodem modo prorsus quo vtrūque poterat constante matrimonio. Quia cum matrimonium tunc separetur in fauorem innocentis, ac dependentet ab eius voluntate, nempe, dū ipse noluerit reum ad pristinam amicitiam restituere: nulla vota tempore matrimonij à delinquēti emissa poterūt huic iuri præiudicare, quoties ipse paces componit, sed potestas illa suspensa pristinas vires recuperabit. At si reus velit vota innocētis irritare, si fuerint eius generis quę celebrato diuortio obligabāt, vt vota castitatis, aut religionis, in tempus libertatis emissa, aut ante matrim. nequibit innocens paces componere, ne impediatur illorū obligatio tunc vires habēs: si antē sint alia vota, licebit instaurare matrim. Quod si reuera instauretur, siue licite, siue illicite, pacibus compositis, aut ob simile alterius adulterium, licebit vtrique omnia ea alterius vota irritare, aut suspēdere, eo prorsus modo, quo ante diuortium licebat. Quia cum matrimoniū redeat ad pristinum suum statum, prior potestas diuortio suspensa reuiuiscit. Et hæc omnia vera sunt, siue authoritate Ecclesiæ siue propria, sit instè in foro conscientiæ diuortium celebratum. Quia in vtroque euentu eadē militat ratio. Quæ autē sint vota quæ possunt cōuges matrimonio integro irritare, tractabitur in speciali c. de hoc. Quando

19 Quando verò post diuortiũ ea vota cõfirmata, siue, aut tunc emissa, est ita distinguendum. Si coniux reus ea emittat, aut confirmet, etiam si castitatis aut religionis sint, integrum erit innocenti paces componenti, ea irritare, ac suspendere, casu quo id efficere posset circa vota integro matrimonio emissa. Quia ea diuortium fiat in ipsius fauorē, & dependenter ab eius voluntate, nequit alter illius iuri præiudicare: ac proinde quicquid vouerit, habet eamdē tacitā conditionem, quā haberet, si illæso matrimonio emissum esset votū: ne præiudicetur innocentis volentis reconciliari iuri, quod ante diuortium habebat. Quod etiam cõstat ex iis quæ tradidi lib. 10. de matrim. tota disp. 10. Si autem innocens illa tempore diuortij fecerit, aut tunc confirmarit, censendum est de illis sicut de emissis ante matrimonium. De quorum potestate irritandorum dicemus c. seq. Et ratio est, quia tūc innocens est omnino sui iuris quo ad disponendum de sua persona, excepto trāsitu ad aliud matrimonium, ac proinde potest vouere independenter ab altero.

20 Quare si innocens eo diuortij tempore emittat votū religionis, aut castitatis, cum sit omnino sui iuris quo ad hæc implēda, tenetur ad illud, & nequit alteri remittere adulteriū, ne vota hæc infringere cogatur. Ad facta semel reconciliatione, aut instaurato matrimonio ob simile innocentis adulterium, excusabitur pro tunc à religionis voto donec soluto matrimonio, aut iterum alio iusto diuortio sequuto, liceat ingredi: & tūc etiam tenebitur ad integrā castitatem: at cõstanti priori matrimonio tenebitur solum ad non petendum debitū, ac si votum castitatis esset emissum ante matrimoniū. Et idem prorsus est dicendum, quādo hæc vota emissa essent antea, & tunc confirmata.

21 Sextò deducitur, quid dicendū de votis emissis à religioso, an possint à superiore irritari, postquā religiosus ille est creatus episcopus. & sic à superiorum regulari iurisdictione exemptus, aut priuilegio speciali Pōtificio, aut ratione Cardinalatus hāc exemptionē possideat, quando post eam non est confirmatum votum. *Emm... in Summa, verbo Votum, ubi de votorum irritat...* affirmat prælatum religionis irritare posse votum religiosi in religione emissum à prælato regulari, licet ille religiosus sit iam creatus episcopus. Quia eadem videtur ratio; ac de voto impuberis facti iā puberis, nec tunc confirmato. At cõtrarium est dicendum in omnibus his casibus. Quia cessauit eo tempore iurisdictio omnium religionis superiorum in illum, & sunt velut personæ priuatæ respectu illius, excepto summo Pontifice, cui immediatè subiectus manet, non tantum instar aliorum episcoporum, sed etiam tāquam supremo regulariū prælato, cui in religione votum obedientiæ emisit. Vt dicemus lib. . tractantes de voto obediētiæ. Atque ideo solus Pontifex poterit vota illius irritare. Atque ita affirmat *Suarez* tractās de religioso facto episcopo, *to. 2. de religione, tract. 4. de votis, l. 6. c. 7. n. 10.* Quare fortiori ratione nequibunt prælati regulares, sed solus Pontifex, irritare vota facta tempore episcopatus, aut illius exemptionis.

22 Quòd si deposita dignitate, aut eo priuilegio cessāti, aut renunciatione illius facta, ad religionem redeat, poterit idem superior religionis, aut quicunque alius successor, non sola priora vota in religione facta irritare, sed & facta in seculo tempore dignitatis, aut illius exēptionis. De prioribus constat, quia facta sunt tempore subiectionis prælatis regularibus, & quamuis potestas eorum postea cessarit, at eo redeūti ad religionem iterū recuperat pristinas vires, & deuoluitur potestas ad oēs prælatos religionis, & successores. Sicut prælatus religionis cessante officio nequit irritare vota suo tempore emissa, at si rediret ad officiū, posset illa & emissa quoque postea. De posterioribus autē vrĝ maior difficultas quia videtur emissa tempore quo religiosus ille erat sui iuris. At dicendum est posse, quia tunc nō erat sui iuris, sed subiectus Pontifici, tanquam prælato religionis, & ideo irritandi potestas competens Pontifici, tanquam prælato regulari, competit quoque aliis prælatis regularibus, quibus hic post reditum plenè subditur, vtpote qui in eandē moraliter potestatē succedunt.

23 Septimò deducitur, quid dicendum sit de votis emissis à religioso, an si postea eijciatur, possint ea vota postea nō confirmata, aut alia postea emissa, irritari à superiore. Et quidē si loquamur de religiosis, qui per eiectionem absoluuntur penitus à votis religionis, & fiūt omnino seculares, quales sunt qui post simplicia biennij vota, aut coadiutorū formatorum emissa in Societate Iesu, eijciuntur, nequibit superior irritare facta in religione nedum facta extra illam. Quia illa eiectione cessat prorsus potestas in illos, & manent omnino seculares & sui iuris.

24 Quòd si hi ad religionem redeant, poterit prælatus post vota biennij iterum emissa, irritare vota illius quę prius dū erat religiosus emiserat, nec in seculo sunt cõfirmata. Quia ea habebant conditionem imbibitā, nisi superior ille, aut succedens in eamdem moraliter potestatem irritet. Sicut tutor succedēs potest irritare vota pupilli tempore prioris tutoris emissa, non obstante omnimoda libertate, quam morte prioris tutoris, dum alius non erit creatus, cõparauit. Quòd si loquamur de his votis ratificatis postea in seculo, aut in illo postea emissis, idem prorsus de illis est dicendum, ac si facta fuissent ante omnem ingressum in Societatem. Quia tunc perinde prorsus sunt seculares, ac sui iuris, ac si nūquam in Societatem ingressi essēt. De quibus votis dicemus capite sequenti.

25 Quādo autem siue à Societate Iesu, siue à quauis alia religione, eiiciuntur post professionem, sic distinguendum est. Si eiectio fuit iniusta, ita vt prælati teneantur eos admittere, poterunt irritare emissa in religione, & extra illā. Quia talis eiectio iniusta immunitatem nullā præbere valet, vtpote quæ inualida est, & ita manēt illi vere subiecti prælato. Et idem intelligo, quando eiectio est temporalis, vt quando ob delictum damnātur hi triremibus. Quia adhuc sunt illius religionis membra, & subsunt prælatis. Sicut quādo religiosus ex prælati licētia est ad tempus extra religionem: illi enim ex prælati licentia sunt ad tempus in triremibus.

26 Sed si eiectio sit iusta, & perpetua, credo ea duranti nequire prælatos religionis irritare vota in religione emissa, etsi in seculo non sint confirmata nedum facta in seculo. Quia pro tunc est suspensa eorum iurisdictio in illos, vtpote qui sunt velut membra abscissa à corpore, & nullatenus subsunt superioribus illius, dum ad religionem non admittuntur.

27 Si tamen ad religionem postea redeunt, poterūt superiores horū vota irritare, siue tempore religionis, siue tempore eiectionis emissa, aut cõfirmata sint. quòd hi verè religiosi, professique manserint, & solū erat suspensa prælatorum potestas pro eo eiectionis tempore, & dum ad religionem non redibant, ac integrū est superioribus eos ad religionem reuocare, dum ad aliam non transierint. Vt hæc probauimus lib. 6. tractantes de voto obediētiæ. Quare superior religionis se habet respectu horum eiectorum, instar coniugis innocentis respectu adulteri, quem recõciliatione facta posse irritare vota alterius, siue tēpore matrimonij integri, siue tempore diuortij emissa, aut tunc confirmata, diximus num. 19.

28 Octauò deducitur, quid dicendum de religiosis ad aliam religionem transeuntibus, an vota in priori religione facta, nec post transitum cõfirmata, aut post cõfirmata, aut emissa, possit superior prioris religionis irritare. Et quidem quando transitus fuit illegitimus, ita vt ad priorem religionem redire teneantur, potest superior vtraque vota irritare. Quod probat ratio tradita n. 25. de eiectis iniustè.

29 Quòd si transitus fuit legitimus, videtur posse superior

rior prioris religionis irritare, siue dũ ille est in seculo expectans admitti in religionem, ad quam transire intendit, siue dum est nouitius in illa. Quia ante professionẽ in posteriori religione videtur adhuc esse sub potestate prioris superioris, & solum ius prohibēdi posteriorem habere. At dicendum est, nulla huius vota, si in religione, siue post emissa sint, aut cõfirmata, posse irritare. Quia dum ad priorem religionem non redit, est suspensa superiorum illius potestas.

30 Quod si ante professionem hi redeant ad priorem religionem, potest superior irritare vota in priori religione, & in posteriori, & in seculo emissa. Quia cum potestas priorum superiorum sit tantum suspensa vsque ad professionem in posteriori religione, hac non secuta, reuiuiscit reditu ad priorem. Quare ea vota in seculo, aut in nouitiatu emissa, habent tacitam conditionem pendentem à voluntate prioris superioris, cuius iurisdictio est tantum suspensa, nec hic poterat illa liberari aliter quàm profitendo in posteriori religione.

31 Vltimò deducitur quid dicendum de votis seruorũ, an irritari possint à domino post libertatem adeptam, quando talia erant, vt tempore seruitutis irritari possent, nec sunt post libertatem confirmata. *Valentia 2.2. disput.6.q.6.puncto 6.q.vlt.col.penult.versic. Ad illud autem exemplum*, affirmat. Quia est eadem ratio ac de votis tempore impubertatis emissis, nec post illam confirmatis, quæ irritari posse à patre post pubertatem sustinuimus, num.6.

32 At omnino dicendum est non posse, siue seruus omnimodam, siue solam ab eo domino libertatem assecutus sit. Quod sustinent *Sayro num.27. Azor, Leonardus, Suarez, num.11.fi. Petrus de Ledesma, vbi eos retuli nu.9. Ludouicus Lopez 1.par. instructorij conscientiæ cap.48. colum.4.versic. Sed oppositum. Beia in suis responsis 1.par. casu 49. fi.* Atque eam diuersitatis rationem inter hæc vota, & impuberum, omnes hi assignant. Quod dominus irritare vota serui tantum possit, quia eius obsequio obstent, non tamen eo quòd iudicium illud non sit satis maturum, quare cum libertate obtenta, non obstent domini obsequio, cessat irritandi potestas. At pater potest vota impuberum irritare, eo quòd sint tempore immaturi iudicij facta: quæ qualitas semper in eis votis manet. At quamuis hæc ratio sit bona, facilior tamen, & melior est, quòd potestas patris in filium non omnino extinguatur eo adepto pubertatem, qualiter extinguitur omnino adepto seruo libertatem, simpliciter, aut ab eo domino.

33 Tandem superest explicãdum, an vota quæ hucusq; diximus posse irritari, reuiuiscant semel irritata, an sit illa tantum suspẽsio. Et quidem quando sunt vota impuberum, aut minorum, aut religiosorum iam exemptorum à potestate superiorum, aut electorũ, aut transeuntium ad aliam religionem, in omnibus casibus, in quibus ea irritare posse diximus hucusque, est vera irritatio, ita vt vota illa non reuiuiscant. Quia omnia illa probauimus irritari posse in casibus ibi explicatis, rõne conditionis inhibitæ in illis. At quando habent, est vera votorum irritatio, ita vt non reuiuiscant. Vt probaui cap.26 nu.4. De votis autem coniugum emissis tempore diuortij, aut tunc confirmatis, aut quando priora irritantur instaurato matrimonio, dixi quædam censeri velut ante matrimoniũ emissa, & illa non poterunt verè irritari, sed tantum suspendi, & sic reuiuiscent. Vt dicemus cap. sequenti, de votis ante matrimoniũ emissis, quæ dicemus ibi tãtũ suspendi posse, quando matrimonio præiudicant. Alia autem diximus censeri velut facta integro matrimonio, & vt tunc facta posse irritari, aut suspendi, eo modo quo tunc facta possunt. Diximus autem disiunctiuè, quia nõ est præsentis quæstionis tractare, quæ vota possint coniuges irritare, & quæ suspendere: sed de hoc dicemus in speciali capite de votis coniugum irritandis.

34 Ad argumenta contraria proposita num.4. respondetur. Ad primum, & confirm. dicendum est, ad potestatem irritandi, quando sunt tempore plenæ subiectionis facta, non oportere vt maneat omnino eadem subiectio, sed satis est eam aliqualiter manere, nulla ex parte materiæ promissæ mutatione facta. Vt nu. 9. explicuimus. Ad secundum constat ex dictis num.32. vbi discriminis rationem explicuimus.

SVMMARIVM.

An si superior, vt pater, post pubertatem, aut antea, approbet tacitè, vel expressè, personale impuberis votum, censeatur confirmatum, vt id nequeat post pubertatem irritare? Refertur quædam sententia, num.35.

Explicatur sententia Authoris, & soluuntur contraria, numero 36.

Sola vouentis ratificatio an impediat eam irritandi potestatem? num.37.

An sit ratificatio, quando impubes post pubertatem credit votum valere, aut sæpe proponit exequi, sciens id irritabile, num.38.

An habeat locum in hoc euentu tacita aliqua vouentis confirmatio, num.39.

Tunc est confirmatio voti, quando repetitur voluntas se denuo obligandi, num.40.

Quid si hic ignorauit infirmitatem prioris voti, idque esse irritabile, & eius immemor, iterum id post pubertatem emittit, num.41.

Quid si tunc adfuit memoria prioris voti, & pubes vult tunc confirmare etiamsi prius non valuerit, nu.42.

Quid si cum ea ignorantia, & memoria prioris voti, non adfuerit hic actus reflexus, nu.43.

Quid si tempore confirmationis memor fuit prioris voti, at immemor prædictæ ignorantiæ, & erroris, nu.44.

Quid si dubium sit de confirmatione prioris voti, aut an fuerit post pubertatem? Remissiuè, num.45.

An si quodcumque impuberis votum commutetur post pubertatem in alia personalia opera, possint hæc irritari, & an sint ratificatio prioris voti, vt id irritari nequeat? Proponuntur vtriusque partis argumenta, nu.46.

Explicatur sententia Authoris, nu.47. & 48.

An integrum sit huic redire ad prioris voti materiam, & possit tunc à patre irritari, num.49.

Quid si impubes votum personale emisit, implendum post pubertatem, an possit post illam pater irritare, nu.50.

Quid si sit conditionale, vel pœnale, & conditio impletur aut pœna incurritur post pubertatem, an possit id votum irritari, nu.51.52.53.

An si pubes vouit non petere irritationem, dispensationem, aut commutationem voti tempore impubertatis emissi, sit confirmatio prioris voti, & nec hoc, nec illud irritari valeat, nu.54.55.56.

An sit ratificatio prioris voti, quando ante pubertatem emissum est votum vagum, vt religionis, aut disiunctiuum, vt ieiunium dies non determinata, & post pubertatem determinatur, num.57.58. & 59.

35 Quæstio posterior. Quãn votũ emissum tpe subiectionis, at impubertatis, dicatur post illam confirmatũ, vt iam à superiore, vt patre irritari nequeat, si fuit votum personale, quod trãsacta impubertate emissum irritare nequit? Et quidem aut hæc confirmatio põt esse ipsius superioris, vt patris, aut ipsius subditi vouentis. Et cõfirmatio patris põt esse expressa, aut tacita. Vtrumq; concessionis modum licentiæ, & confirmationis, explicuimus hoc lib.4.c.27. à nu. 41. vsq; in finem. Atque de hac confirmatione dubium est, an ea sufficiat, ne votũ illud impuberis irritari amplius valeat, quidam affirmant vtrumuis illius confirmationis paternæ modum sufficere. Ita tradunt *Sayro in claui regia, lib.6.c.10.nu. 28. Philiarc. de off. sacerdotis, tom.1.p.2.lib.3.c.18.versic. quo ad vota filiorum. Suarez, to.2. de relig. tractatu de voto, lib.6.c.6.nu.15. & 16.* Et explicant *Sayro, & Suarez,*

siue

siue confirmatio illa fiat à patre, ante pubertatem, siue post illam, vtrouis enim modo nequit pater resilire, & amplius irritare. Addit autem *Suarez* posse patrem id votum impuberis quod confirmarat, suspendere, siue ante, siue post pubertatem, si suæ gubernationi noceat. Ducũtur autem hi Doctores, quod hæc patris potestas fundetur in defectu maturi iudicij reperto in votis impuberum, qui deest, cum de licentia patris emittuntur, aut ab eo approbantur. Secundo, probat *Suarez*, quia vbi primum cõfirmauit id votum, vsus est sua potestate quantum potuit. Ergo nullus eius vsus amplius restat. Tertiò, probat idem, quia iam res illa trãsijt quasi in rem iudicatam. Quartò, probat, quia iam conditio imbibita in illo voto ex plene impleta: quæ secundum rectam rationẽ ita videtur intelligenda, nisi pater contradixerit, vel nisi ratũ habuerit. Quintò, probat, quia alias ea vota necessario manerent infirma, quãdiu pater superstes fuerit, quamuis millies ea cõfirmet: quod videtur absurdum. Tandem quia id patris decretum magis videtur declarans id votum esse ratũ, & perfectum, quam indulgens aliquam facultatem.

36 At probabilius est, confirmationem patris in neutra ætate sufficere, vt deinceps nequeat id impuberis votũ irritare. Ducor, quod licentia & approbatio superioris non adimant sibi facultatem irritandi vota; sed solum efficiant vt causa sit necessaria ad licitam irritationem, non autem ad validam; vt satis probaui hoc lib. 4. c. 27. à n. 9. Et quamuis allegati n. præced. limitent in impubere vouente de licentia patris, aut tutoris, dicentes eius votũ amplius irritari non posse, etiam intra impubertatem; vt retuli eo. c. 27. n. 17. At ibi n. 18. eam limitationem reprobaui, ostendens non omnino suppleri imperfectionem imbecillis iudicij, ob patris consensũ. Ergo hæc paterna confirmatio solum impediet licitam irritationem absque causa iusta, nõ autem validam ẽt absque causa, & licitam cum illa. Nec obstãt cõtraria: quia ad primũ iam responsum est. Ad secundũ, nego patrem tũc vsum esse tota sua potestate; non enim solã concedendæ licentiæ facultatem habet, sed etiã irritãdi, non obstanti licentia concessa. Sicut Doctores contrarij, & alij multi cõcedunt in votis subditorum potestati dominatiuæ. Et si id argumentum aliquid probaret, concluderet vtique cõtra ipsos, nullum superiorem posse irritare vota emissa ex eius licentia. Quia iam superior vsus est sua potestate, dando licentiã. Ad tertiũ, concedo licentiam illam trãsijsse in rem iudicatam, ad hũc sensum, vt non maneat tam libera irritationis potestas quã antea, quia deinceps exigitur causa iusta, vt ea sit licita: nõ autem vt nequeat validè absque causa, iusta, & licito cum illa irritare. Et simile argumentum probat etiam cõtra ipsos nullum superiorem posse irritare votum ex sua licentia factum. Quia iam licentia illa transijt quasi in rem iudicatam. Ad quartum, nego esse plene impletam illam cõditionem. Quia adhuc licentia concessa pendet votum à cõsensu superioris, vtpote qui iterum irritare potest, vt ipsi cõcedunt in aliorum subditorum votis. Nam eadem ratio contra ipsos concluderet nunquam posse id superiorem. Cum tota potestatis irritandi ratio sit conditio votis implicita: vt probaui c. 26. n. 4. Ad quintum, concedo manere infirma, quamdiu pater viuit, dummodo vouens nõ ratificarit pubes factus id votum. At id non est absurdum: sicut non est absurdum, quod ipsi etiam admittũt, nẽpe, vota aliorum subditorum manere semper infirma, quamdiu subiectio durat, quamuis superior millies ea cõfirmet, ac licentiam præbeat. Et ideo vel ea ratio nil probat: vel concludit etiam contra ipsos. Ad vltimum dico id decretum nõ esse declarans, sed cõcedens licẽtiam voti emittendi: siue autem sit declarans, siue concedens, non obstat potestati patris ad id votum irritãdum. Et tandem pro hac sententia sunt omnes Doctores n. 9. relati, præter tres allegatos, qui omnes absolutè docent posse patrem post pubertatem irritare vota impuberũ non confirmata post illam, & nullatenus confirmationis paternę meminere, quasi illa nõ impediat, sed solius confirmationis ipsius vouentis, & statim declararunt quando hæc fiat.

37 Quare sola confirmatio ipsius subditi post finitam subiectionem, tollit superiori potestatem deinceps irritandi. Vt si pubes confirmet votum personale à se tempore impubertatis emissum, nõ poterit iã amplius pater illud irritare. Quod cõstat ex dictis n. præced. Consultò autem dixi, post subiectionẽ, & pubes factus. Nã licet antea sæpius confirmetur votum, illud irritando, nunquam obstabit huic potestati irritandi. Vt bene ait *Suarez eod. c. 6. n. 12.* Quia quæcumque illa repetitio fit cum eadem subiectione & imperfectione.

38 Restat ergo explicare quando censeatur confirmatio voti in subdito. Et quidem nõ reputatur talis, si credat pubes valuisse votum. Quod credere ad intellectũ pertineat, ratificare autem, seu confirmare, ad voluntatẽ. Nec etiam satis est, si ille credens suum votũ valuisse, decernat millies id exequi. Quia etsi propositũ hoc sit actus voluntatis, non tamẽ respicit ipsum votum, aliquam firmitatem ei tribuens, sed ad solam ipsius exequutionem spectat. Et confirmatur, quia volũtas obligationis seruandæ non tribuit ei maiores vires, quam per se habeat. Cum ergo votum illud obliget, dum non irritatur, voluntas illius nondum irritati seruandi nullam nouam firmitatem ei præbet. Sic tradũt. *Caiet. 2. 2. q. vlt. art. 5. paulo post principium. Nau. summa Latina, & Hispana, cap. 12. n. 17. & Hispana c. 18. additione ad eundem, n. 71. & lib. 4. cons. in vtraque editione tit. de sponsal. cons. 12. nu. 4. Beia in suis responsis 1. p. casu 49. vers. Nec etiam dici potest Philiarchus de officio sacerdotis. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 18. versic. Quo ad vota. Azor to. 1. instit. moral. lib. 11. c. 17. q. 7. vers. Animaduertendum tamen. Leonardus lib. 2. de iust. c. 40. dubio 10. n. 79. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu 10. c. 7. dub. vlt. dicto 7. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 6. pũcto 6. q. vlt. col. vlt. statim in principio. Sayro in claui regia, lib 6. c. 10. n. 28. Suarez eodem c. 6. n. 12. & 13.* Et quamuis Doctores hi videantur à contrario sẽtire, esse voti confirmationem, voluntatem illius exequendi quando non procedit ex ignorantia infirmitatis prioris voti: at re vera id non sentiunt, nam etsi nulla ignorantia adsit, rationes traditæ probant eam voluntatem non esse ratificationem. Et expresse docet *Suarez eod. n. 13.*

39 Ex quo deducitur, tacitam confirmationem nõ posse habere locũ in hoc casu: sed esse semper necessariam expressam. Quia nulla voti obseruatio, seu exequutio, est sufficiens confirmationis eius signũ. Nec obstat tacitam professionis irritatæ cõfirmationẽ induci, exercitio ipso actuum solis professis competentium, *cap. Vidua, & c. Ad nostram. de regular.* Ergo similiter exercitium actuum, ad quos id votũ obligat, inducit tacitam illius confirmationem, etsi irritum fuisset, nedum cum fuerit validum. Non (inquam,) obstat quia cum professio irrita non obliget ad illos actus, immò eos interdicat, exercitium illorum satis indicat animum vere profitendi quo delicti præsumptio vitetur. Secus autem in eo impuberis voto. quod obligat ad eos actus, dum nõ irritatur: & proinde ex illis sola obligationis implendæ præsumptio capi potest. Et ita hæc docet *Suarez eodem c. 6. nu. 13.*

40 Secundo deducitur tunc hanc confirmationem contingere, quãdo votum illud post pubertatem redintegratur, ac repetitur, volẽdo denuo ad id obligari. Quod bene docent *Valentia, & Azor allegati num. 38. Suarez eod. n. 13.* Et omnes Doctores nu. 43. allegandi, qui aliquid amplius petunt. Vt ibi declarabimus.

41 Sed ad ampliorem huius confirmationis intelligẽtiam, sunt aliquę difficultates enodandæ. Prima est. An vt censeatur id votum confirmari, sufficiat illud denuo trãsacta impubertate emitti, quãdo hic ignorabat prius votum nõ fuisse omnino firmum, & irritationi subie-

ctū, ac proinde oporteat id scire? Qua in re quadruplex casus spectari potest. Primus est, quando pubes ille immemor prioris voti illud denuo emittit. Et tunc cõstat esse ratificationem, seu proprius loquendo, nouā voti emissionē à priori independentē. Quare nil prorsus refert ignorātia, aut error infirmitatis voti prioris. Quia cùm id non fuerit causa huius nouæ voti obligationis suscipiendę, cum nulla tunc prioris memoria adfuerit ea ignorantia, & error nullatenus cõcurrerūt ad posterius votum, vt vel sic abstulerint voluntatem vouendi.

42 Secundus est, quando tunc adfuit memoria prioris voti, & impubes ita acceptum & gratū illud habuit, vt expresse voluerit tunc id cõfirmare, etiam si vsq; ad illud tēpus non valuerit. Et in hoc quoq; casu erit cõfirmatio prioris voti, non obstāti infirmitatis illius ignorantia. Ratio est, quia tunc ea ignorantia, & error, nõ auferunt voluntarium, vt vel sic cõfirmationis valorē impediant. Quippe hic expresse voluit hāc confirmationem valere, etiam si prius votum vsque tunc nõ valuerit. Preterea quia si coniux ignarus nullitatis prioris matrimonij, instāti altero coniuge illius conscio, sic cõsentiret, volo te in coniugem, etiāsi prius matrimoniū fuerit irritum, valebit ex tūc altero quoque sic volēte. Vt latè probaui lib. 2. de matrim. disp. 36. n. 5. concl. 2. Ergo idem in præsenti est dicendum. Et sic vidētur tenere *Nauar. Vtroque loco summæ, Beia, Sayro, Philiarcus allegati nu. 38. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij conscientiæ cap. 48. col. 4. vers. Votum solemne, & vers. Sed oppositum in fine. & col. 5. vers. Hinc patet*, vbi indistinctè dicunt esse cõfirmationem prioris voti, quando ratificās vult expresse valere in posterum, quamuis vsque tunc non valuerit. Et in proprijs terminis docet *Leonardus eodem n. 38. relatus.*

43 Tertius casus est, quando memor prioris voti id confirmauit, ignorās illud posse irritari, aut credēs id omnino firmum, nec habuit eum refluxum actū, volo, vt ex nunc valeat, aut ex nunc sit firmū, etsi prius non valuerit, aut nõ fuerit tale: & tunc existimo non esse voti confirmationem, ac proinde nõ impediri potestatem irritandi. Ducor, quod ea ignorantia tollat voluntariā confirmationem ex ea procedentē. Præterea quia cõfirmatio professionis irritæ, aut matrimonij irriti non valeat, latenti nullitate prioris confirmantē. Vt latissimè cum multis probaui lib. 1. de matrim. disp. 16. nu. 7. & lib. 2. disp. 34. n. 2. & disp. 36. n. 3. & lib. 7. disp. 6. n. 9. & disp. 37. nu. 59. Et ideo hanc partem tuetur expresse *Nau. lib. 4. consiliorum, in vtraque editione tit. de sponsalib. consil. 12. nu. 4. ibi: Vt votum factum ante pubertatem censeatur ratificatum, vt à parentibus irritari nequeat, oportet vt sciēs illud a principio fuisset irritabile, ratificet. Et sum. Latina c. 12. nu. 71. ibi: Oportet vt sciat eius nullitatem. Et Ludou. Lopez eod. c. 48. col. 2. vers. Votum religionis, ibi: Si ratificet illud scienter denuo. Et Leonardus citatus n. 38. ibi: Vt quis censeatur votum ratificare, necesse est vt sciens esse inualidum, velit esse validum.*

44 Vltimus casus est. Quando id confirmauit, memor prioris voti, & ignorans id esse irritabile, aut credēs nõ esse, immemor tamē prorsus huius ignorantiæ, aut erroris, quia nec meminit, nec considerauit id esse firmū nec ratione prioris voti ductus est ad eius cõfirmationem; & tūc existimo esse veram confirmationem. Ducor, quòd tūc nec ignorantia, nec error, nec prius votū fuerint huius confirmationis causa: ac proinde idē est, ac si independenter ab illo votū emitteret, Et hic casus à nemine negabitur. Consultò autem ea verba addidi, nec ratione prioris voti ductus est ad eius cõfirmationem: quia si ratione illius duceretur ad idem votū repetendum, credendum esset, ignorantiam illā habitualem, errorem ve in causa fuisse, quāuis actu tūc memoria illius defuisset, si quidē emissio prioris voti impulit ad confirmandum. Et ideo non erit legitima confirmatio auferens irritandi potestatem.

45 Quoties autem est dubium, an votum sit confirmatum, aut id acciderit post pubertatem, dicemus ca. 31. vbi tractatur quando est dubia irritandi potestas.

46 Secunda difficultas. An si qualecumq; impuberis votum legitimè commutetur, propria, aut superioris authoritate, post iam pubertatē adeptā, in opera aliqua personalia, vt in ieiunia, censeatur voti cõfirmatio, ita vt nec priorē materiam, nec subrogatā loco illius possit pater irritare? Et vidētur posse opera personalia subrogata irritari. Quia subrogatū sapit naturā eius cuius loco subrogatur, *l. Vnica C. de rei vxoriæ actione.* Quod est verum, etiāsi subrogatum sit alterius naturæ ab eo cui subrogatur. Vt tradit *Euerardus in suis topicis, loco à vi subrogationis, nu. 2.* At votum circa priorem materiā poterat à patre irritari. Ergo & poterit circa posteriorē subrogatam. Secundo, quia etsi posterior materia ex se non subiaceat huic irritationi, subiacebit tamē per accidens, rõne prioris materiæ, cui subrogatur. Cum .n. vinculum prioris voti nõ extinguatur, sed idemmet in aliam materiam trāseat, perseuerat quasi in virtute in materia, quam cõmutatur. At in contrariū vrget, quia iam votum circa priorem materiam est omnino extinctum, ac valēte iā pubere facto transijt in alterius materiæ obligationem. Ergo cõmutationis acceptatio est quasi noua voti emissio circa hanc posteriorē materiā: & cū sit personalis, ac post pubertatem acceptata, nequibit à patre irritari. Secundò, quia etsi posterior materia subrogetur priori, nõ tñ sequitur omnino eius naturam. Quod inde constat: quia si votum castitatis authoritate Pontificia cõmutetur in ieiunia, votum cira priorem materiam erat reseruatum nõ autem est circa materiam subrogatam. Insuper si prius votum à seruo emissum præiudicabat domino, poterat ab ipso irritari, non tamen poterit commutatione facta in materiā non præiudicantem.

47 Sed ita distinguendū existimo. Si hic sciens prius votum irritari posse, & huius memor acceptauit cõmutationē, transacto impubertatis tpe, est prioris voti cõfirmatio, ac proinde nullatenus irritari põt. Quia cum conscius remedij facilioris noluerit eo vti, sed trāstulerit prioris materiæ obligationem ex voto posteriorem, censetur cobfirmare omnino prius votū, volens prorsus ipso ligari, etsi circa nouam materiā. Si vero ignorauit, aut prorsus immemor fuit, non est confirmatio prioris voti. Cõstat, quia iterata prioris voti emissio cū hac ignorantia, aut obliuione, non est eius confirmatio: (vt diximus n. 43. & 44.) nedum hæc commutatio.

48 Quamuis autem non sit confirmatio voti prioris in hoc posteriori casu: nequit irritari votum huius posterioris materiæ subrogatæ. Quia votum huius materiæ personalis nunquam subiectum est potestati irritandi cõpetenti patri: cum eius obligatio sit post pubertatem assumpta. Nec eius subiectio cõcluditur ratione subrogationis materię priori subiectę. Vt probat vltima ratio adducta n. 46. Quare regula illa, subrogatum sapit naturā eius, cui subrogatur, debet intelligi, perseuerantibus rebus in eodem statu. Quod hic non contingit, prior .n. materia accepta est tempore habili, nēpe, impubertatis, quando votū est emissum: posterior autem tempore inhabili, nempe, post pubertatem, quando cõmutatio acceptata est. Et hinc manet soluta duplex prior ratio adducta in contrarium n. 46.

49 At potest hic vouens redire ad prius votum, modo explicando infra, tractando de votorum cõmutatione: & tūc cum eiusdem naturæ maneat votum ac ante commutationem, vtpote quod per illam cõmutationem non est confirmatum, (vt diximus nu. 47.) poterit irritari, non aliter quam si commutatio nõ esset facta.

50 Tertia difficultas est. An si impubes votū personale emittat, implendum tempore pubertatis, aut cõditionale, siue pęnale, cuius conditio post pubertatē euenit, aut pœna tunc incurritur, censeatur emissum post pubertatem, aut saltem conditione illa voluntariè tunc apposita, aut pœna voluntariè incursa, sit ratificatio

priorís

prioris voti, ita vt deinceps pater illud irritare nequeat? In hac quæstione varij casus considerandi sunt. Primus est, quando impubes aliquid personale vouit implendum post pubertatem vt cũ fuero pubes, ingrediar religionem. Atque huiusmodi votũ, dum post pubertatem confirmatum non fuerit, poterit à patre irritari, quocunq; tempore transacto. Ratio est, quia hoc votum est verè ab impubere emissum, & habet illius ætatis imperfectionem: & ideo tãquam votum impuberis diximus cap. præced. n. 3. posse irritari à patre. Cùm ergo nulla mutatio in ipso facta sit adueniu pubertatis, poterit pater illud irritare post pubertatem, sicut de reliquis impuberum votis diximus, nu. 9.

51 Secundus casus est, cum conditio nõ ponitur per modum pœnę, nec eius impletio pendet à vouentis voluntate, vt si impubes voueat religionẽ, si Deus aliquo beneficio petito illum affecerit: & tũc etiam si impleatur conditio post pubertatem, subijcetur irritationi paternæ, post illã, perinde ac si tẽpore impubertatis impleretur, nec ea transacta confirmatum esset. Quia re vera id votum est ante pubertatem emissum, & ex tunc cœpit obligare, dependenter tamen à conditionis euẽtu. Nec euentus eius cõditionis tũc cõtingens est noua voti approbatio: cũ nulla noua volũtate posita eueniat cõditio.

52 Tertius casus est. Quã ea conditio non per modum pœnæ imposita pendet à vouentis voluntate, & tunc si ponat conditionem post pubertatem immemor voti, poterit irritari. Quia cùm nulla voti memoria habita, fit, nequit esse illius confirmatio. Si autem memor voti, non poterit irritari. Vt si impubes promittat se recitaturum calculos ũirgineos, si imaginem Virginis inuiserit, aut quãdo eam inuiserit, & memor huius voti inuisat, nequibit irritari, eo post pubertatem inuisenti. Quia cum obligatio pendeat ex conditione, quam ipse voluntarie ponit, & eam non ponens vitet obligationem, eo ipso quod memor voti ponit conditionem, acceptat voluntarie priorum precum promissarum obligationem, & cum hæc obligatio fit post pubertatem, & personalis, nequibit à patre irritari. Atq; hoc procedit, etiamsi ignoraret id votum irritari posse. Quia cũ nunquam vim obligandi habuerit, nisi dependenter à sua voluntate ponenti conditionem, nequibit dici ex ignorantia infirmitatis prioris obligationis, hæc posterior assumpta, & sic esse inuoluntaria. Quæ est ratio, cur non ita voti prioris emissio, eiusve confirmatio ex hac ignorantia procedens, censeatur inuoluntaria.

53 Hoc autem intelligendum est cum duplici limitatione. Prior est, quando conditio non habuit tractum successiuũ, vt quia fuit posita semel ea conditione, votum recitandi eas preces. Quod si habeat tractum successiuum, non poterit irritari votum quo ad illam solam vicem, qua voluntariè conditio est apposita. Vt si fuit recitandi quoties vouẽs inuiserit templum Virginis, non obstanti ea inuisione facta tempore pubertatis, poterit pater irritare votum, ne deinceps inuisens teneatur ad eas preces. Quia solũ impleta est conditio, & assumpta voluntariè post pubertatem obligatio precum pro illa vice: quare respectu aliarum nil horum additũ est voto, præter id quod tempore impubertatis habebat. Posterior est, vt intelligatur, quando volũtas amplectitur conditionem illam, vt præuiam ad complendam voti obligationem, id est, ex directo ad eam promissam affectu. Et ratio est, quia cum cõfirmatio uoti prioris nouam circa illud uoluntatẽ exigat: nec fit noua uoluntas, quando non amplectitur conditionem, ut refertur ad votum, illudq; respicit, sed per accidens se habet ad illud: tunc enim est sola indirecta voluntas, & solum permissiua antiquæ obligationis, nõ ea sufficit vt prius uotum dicatur cõfirmatum, u.g. uouit impubes se non lusurum, aut non fornicaturum, sub pœna ingrediendi religionem: si pubes factus succumbẽs passioni ludat, aut fornicetur, & sic quasi impleta cõditione teneatur ad religionem, non est confirmatio prioris uoti, & ita poterit pater irritare. Quia etsi quod attinet ad rõnem culpæ, admissio illa conditionis, nempe, ludi, aut fornicationis, fuerit uoluntaria alias uacaret culpa: at quatenus conditio necessaria ad uoti obligationẽ, fuit inuoluntaria. Nam nullatenus uoluit ille obligari pęna promissa, quin potius illã odio habuit, & tantũ indirectẽ; & quasi permissiue cẽsetur uolita obligatio ad pęnam. Atque extra votum pęnale id quoque contingere potest. Vt si quis vouit pces aliquas, quoties inuiserit templum B. Virginis, & postea non ex affectu illarum precum, aut voti implẽdi, sed curiositatis, aut recreationis aut alterius cuiuscunque rei causa illuc tendit, nõ dicetur confirmatio prioris voti, ob rationem traditam.

54 Quarta difficultas est. An si post subiectionẽ, vt post pubertatem, emittatur votum nõ petendæ irritationis, dispensationis, aut cõmutationis voti personalis emissi ante pubertatem, cẽseatur illius ratificatio, ita vt deinceps non subdatur irritationi, cui prius subiacebat. Et quidem manifestum est, hoc posterius votum irritari non posse. Quia post pubertatem fuit emissum. Quare etsi diceremus non censeri confirmari prius votũ, non liceret huic irritationem prioris petere, non impetratis prius dispensatione, aut commutatione huius posterioris voti. Quia eam petendo cõtrauenire tur huic: secus quando superior propria sponte irritaret. At in vtroq; casu esset valida irritatio, si posset cõcedi. Quippe violatio posterioris voti non impedit valorẽ irritationis, sed tantum efficit vt contra ipsum illius non petendæ delinquatur. Quod si esset votum non perendæ dispensationis, aut commutationis, non esset opus dispensationis huius voti ad petendam prioris irritationẽ. Cũ exclusis dispensatione, & commutatione, non excludatur irritatio, vtpote quod longè diuersa est.

55 Sed difficultas est, an possit deinceps irritatio prioris illius voti concedi. Et existimo si votum fuit non petẽdæ irritationis, censeri prius confirmatum, ita vt iam irritari nequeat. Quod satis innuit *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 6. n. 13. fine.* vbi tractans quando censetur votum confirmari, hæc ait: *Necessaria est expresse confirmatio per voluntatem, qua quis deliberet non amplius velle irritationem, sed absolutè obligari.* Quia cũ pubes ille sponte sua se hoc remedio per posterius votum priuarit, censetur velle suũ prius votũ esse deinceps absolutũ, & nõ subiacere irritationi. Sed obijcies vouens se nõ petiturũ alicuius voti dispensationẽ, non censetur dispensationẽ excludere, vt amplius ea cõcedi nequeat: ac ita obtenta posterioris voti dispensatione, poterit eam prioris petere. Ergo similiter vouens post pubertatem non petere irritationẽ prioris voti, poterit eam petere obtenta posterioris dispensatione. Respondetur longè dispare esse rationẽ: quia vouens nequit tractare dispensandi potestatem superioris, & ideo nõ censetur id remediũ omnino exclusum: quamuis enim id vellet, non posset. Sicut nec subiectus dominatiuæ alicuius potestati, potest in votis pro tũc emissis arctare potestatẽ domini ad irritandum. At cũ post subiectionem, vt post pubertatem, sit integrũ puberi excludere facultatẽ irritandi uoti emissi ante pubertatẽ, quando fuit personale, illud confirmando, censetur eã excludere, eo ipso quod posteriori uoto se arctauit ad non petendam irritationem. Quod necessario intelligi debet, quando uotum fuit non petendi, id est, nõ utendi irritatione. Si enim fuit solum nõ petẽdi, ut uerba sonant, non est ratificatio uoti. Quia per id uotũ non omnino excluditur irritatio: si enim superior propria spõte, aut alio petenti irritaret, nil ageretur contra uotum illud, utendo irritatione. In dubio autẽ est iudicandũ iuxta sensum verborum, ut per uotum non petendi, sola petitio excludatur, & sic non sit confirmatio uoti.

56 Quando autem uotum posterius fuit solam dispensationem, & commutationem excludens, nõ est prioris von confirmatio, & ita poterit irritari. Quia aut ille fuit conscius, & memor remedij irritationis, & cum id

nō excluſerit, eſt apertum ſignum eum noluiſſe ita votum ſuum confirmare, quin irritationis remedium ſibi maneret. Si fuit immemor, aut ignarus, nec verbis, nec intentione irritationem excluſit.

57 Vltima difficultas eſt. An ſit confirmatio prioris voti, quando ante pubertatem emiſſum eſt votum vagū, ſeu rei indeterminatæ, vt religionis, aut diſiunctiuū, vt caſtitatis, vel religionis, aut ieiunandi quadam die vnius anni, nō determinando diem, et factus pubes determinat religionem, vel partem diſiunctionis, vel diem? Et quidem ſi ea determinatio talis ſit, vt nō cadat ſub voto, ſed ſub ſolo ꝓpoſito, ita vt adhuc variare liceat: certum eſt non cenſeri prius votum confirmatum. Cum ſolum ſit propoſitum illius exequendi in ea re determinata. Quod non ſufficere diximus nu. 38.

58 Si autem determinato cadat ſub voto, ita vt amplius variare non liceat: (quod quando contingat, & quid in dubio iudicandum ſit, ſatis diximus hoc lib. 4. ca. 13.) ſi hic ignarus, aut prorſus immemor poteſtatis irritandi prioris voti, determinauit illud, non eſt confirmatio. Quia non cenſetur excluſum remedium, cuius ignorantia, aut obliuio fuit.

59 Difficultas verò procedit, quādo memor fuit. Videtur enim tunc confirmatum. Quia cū vouens ſe denuo ad eam partē obliget, & recordatus remedij irritationis, cenſetur cedere iure irritationis, & votum ſuum ita confirmare, vt irritationi non ſubſit. Ex alia parte videtur non eſſe confirmationem. Quia non eſt noua voti obligatio: virtute enim prioris tenebatur ad partem ſic electam, non quidem determinatè, ſed vage ad vnam, vel ad alteram partem, & quod poſt pubertatem eſt factum, ſolum fuit vagam illam voti obligationem determinare. Quare cum non ſit nouum votū, ſed ſola prioris determinatio, inducet eam dē prioris voti conditionem quæ eſt irritationi ſubiacere. At placet eſſe cōfirmationem. Quia eſt quaſi noua voti emiſſio. Vt dicemos c. 40. nu. 43.

CAPVT XXXI.

Qualiter vota emiſſa tempore quo vouentes erant ſui iuris, irritari valeant à poteſtate dominatiua ſuperuenienti.

SVMMARIVM.

An vota ante ſubiectionem emiſſa poſſint perfectè irritari, ita vt non reuiuiſcant? Refertur quædam ſententia, nu. 1.
Non poſſunt perfectè irritari, ſed reuiuiſcunt, nu. 2.
Quid de votis emiſſis ante ingreſſum religionis, nu. 3.
Quid de emiſſis ante ingreſſum in Societatem Ieſu, nu. 4.
Quid de votis impuberum, & ſponſæ impuberis, quando tempore voti erant ſui iuris, vel ſponſa illa ſub patris cura, num. 5.
An poſſint vota ante ſubiectionem emiſſa, irritari indirectè, ſeu ſuſpendi, nu. 6.
Quid de votis ante epiſcopatum, vel beneficium factis, numero 7.
Cur epiſcopatus non diſſoluat vota antea facta, ſicut poſſeſſio, numero 8.
Quid de votis, quæ vxor ante matrimonium emiſit, nu. 9.
Quid ſi ea vota ſint realia, num. 10.
Quid de obligatione homini facta ante matrimonium, n. 11.
Quid de votis emiſſis à viro ante matrimonium, an vxor poſſit ea ſuſpendere, num. 12.
Quid de votis realibus puberum emiſſis, quando nec patrem, nec curatorem habebant, num. 13.
Quid de votis ſeruorum factis ante ſeruitutem, num. 14.
An ſuperioribus his dantibus ſuorum licentiam, aut finita eorum poteſtate, teneantur prædicti ſubditi ad vota, numero 15.
An vota coniugum tempore diuortij, aut religioſorum tempore epiſcopatus, aut quo ſunt exempti, aut eiecti, aut in triremibus, aut nouitijs in alia religione, ad quam tranſiere, reputentur facta tempore ſubiectionis, ita vt perfectè irritari valeant? Remiſſiuè, num. 16.
An vota conditionalia emiſſa tempore ſui iuris, quando conditio impletur tempore ſubiectionis, vel emittuntur pro tunc implenda, reputentur tanquam eo tempore emiſſa, & ſic poſſint perfectè irritari, nu. 17. & 18.

1 VEga 2. to. ſum. c. 129. caſu 20. ad fi. loquens de votis vxoris emiſſis ante matrimonium, dicit ea irritata à viro non reuiuiſcere. Et probat, quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit. Sed ſupponit probandū, nempe poſſe ita irritari vt obligatio prorſus extinguatur.

2 Prima tamen concluſio ſit. Vota ante ſubiectionem emiſſa nequeunt propriè, & directè irritari, ita vt non reuiuiſcant. Conſtat ex regula tradita hoc lib. 4. c. 26. n. 5. vbi latè probaui vota non habentia cōditionem imbibitam pendentem ex ſuperioris conſenſu, non poſſe irritari. At hmōi ſunt hæc, vtpote quæ abſolutè facta ſunt; nec voluntas pendebat ab alio, cui ſubiecta eſſet. Atq; ita loquētes de votis coniugū ante matrimonium emiſſis, tenent *Arch. c. noluit 33. q. 5. nu. vaſco. & ibi Bellamera nu. 1. Roſella verbo Votum 2. num. 7. Nauar. ſum. c. 12. num. 61. Alex. in ſuo Enchiridio 1. p. vbi de poteſtate confeſſoris. cap. 5. num. 155. Philiarcus de officio ſacerdotis, to. 1. p. 2. lib. 3. c. 4. §. Sed maior difficultas. Lud. Lopez 1. p. inſtructorij conſcientiæ, cap. 46. §. mulier vxor. Graffis 2. p. deciſ. lib. 2. c. 15. n. 31.* Et quamuis nō loquantur de alijs, at eadem eſt in illis ratio. Idem tradit loquēs de uxoris *2. to. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 6. nu. vlt.*

3 Excipiūtur tñ uota ante religionis profeſſionē emiſſa, ſiue in nouitiatu, ſiue in ſæculo, quę ſi per ꝓfeſſionē irritari perfectè à ſuperioribus, non aliter ꝙ ſi poſt profeſſionē emiſſa eſſent. Vt optimè docet *Sylue. verb. Votum 4. q. 7. d. 3.* reddens optimā rōnem, quia ſi profeſſus in inſtanti profeſſionis non habuit voluntatem nō extinguendi ea per profeſſionem, extinguuntur vtiq; per illam. Si āt eam voluntatem tunc habuit, reputabuntur ac facta poſt profeſſionem, ac proinde tpe plenæ ſubiectionis. Sicut tradunt DD. peccatum prauæ diſpoſitionis commiſſum in baptiſmo, reputari tanꝗ admiſſum poſt baptiſmum, & ita ſubijci ſacramento pęnitentiæ.

4 Hinc deducitur non poſſe ſuperiores Societatis Ieſu irritare vota in ſeculo, aut in nouitiatu emiſſa, eorū qui ſola biennij vota, aut coadiutorū formatorū in ea emiſere. Quia ſunt vota emiſſa ante ſubiectionē, nec cōmutantur in ea vota, nec per ea extinguuntur. Quare iure optimo in can. 22. primæ cōgreg. Societatis Ieſu, & reg. 23. magiſtri nouitiorū, dr̄ vota hæc manere ſuſpenſa, dum hi in Societate perſeuerauerint, & ijs egreſſis reuiuiſcere. Quod intelligendū, eſt niſi poſt profeſſionem egrediantur. Quia cum per profeſſionem penitus oīa vota antea facta extinguantur, nequeunt reuiuiſcere.

5 Poſſet ēt quiſpiam excipere vota impuberū ſub nullius poteſtate tempore voti exiſtentium, vt poſſit tutor poſtea intra impubertatem datus ea irritare: eo vel maximè, quòd vt videbimus in ſpeciali capite de votis filiorum irritandis, nonnulli aſſerant quoſcunq; habentes impuberis parentibus, & tutore deſtituti, curā poſſe eorum vota irritare: & ſemper ſub alicuius cura ſit, atq; ideo eius vota ſemper habent conditionem inbibitam pendentem ex conſenſu ſuperioris. At quamuis hoc valde pium ſit, caret fundamento. Quia nullo iure, aut cōſuetudine probatur herum, cui pupillus famulatur, aut eius pædagogum habere dominiū voluntatis pueri, & de ſolis parentibus, & tutore id ſtatutum eſt, alias poſſent illi eum offerre religioni, & eū ingreſſum abſque eorum licentia reuocare, & contractibus eius legitimam authoritatem præſtare. Quæ competunt habentibus dominium eius voluntatis. Cum ergo tēpore voti voluntas illius impuberis nulli fuerit poteſtati dominatiuæ ſubiecta, erunt abſoluta, nullamque imbibent condi-

condirionem, ac proinde non poterunt perfectè irritari à tutore postea dato luxta dicta n.2. Quando autem impubes tempore voti erat sub alterius dominatiuę potestatis cura, licet pręsens sit distincta moraliter, habet maius fundamentum exceptio. Atque ita *Suarez, to. 2. de religione, tractatu de voto, li.6.c.6.nu.vltimo*, dicit vota emissa à puella impubere, dum esset sub patris potestate, si postea malitia supplenti ætatem, aut ex dispensatione Pontificia nobat, posse intra eamdem ætatem pupillatem a marito irritari: præsertim si iã pater mortuus est. Quia succedit loco tutoris maritus. Et idem ait esse viuenũ patre, si iam filia est emancipata & in domo sponsi, propter eandem rationem. Addit autem si iam excessit pueritiam, & pubes facta est, non posse virum irritare perfectè id votum, sed solum patrẽ. Quod iam vir nõ fungatur vice totoris, pubes enim est tutelæ incapax. Probat priorem partem authoritate *D. Augustini lib.4.q.56.in Num. & habetur c. Noluit 33.q.5.* ibi: *Ita si adhuc innupta cõcesserat pater vota persoluere, si antequam persoluerit nupserit, & viro eius hoc cognitum non placuerit; non persoluat, et hoc omnino sine peccato.* At hoc testimonium non probat id de sola impubere nupta, nec restringit intra impubertatem, sed vniuersaliter loquitur de votis ante matrimonium emissis, & ideo nõ loquitur de perfecta irritatione, sed de suspensione, de qua dicemus num. seq. Et ideò potiùs placet id votum nunquam posse irritari à marito. Quia nec re vera est tutor, nec in tutoris officium succedit: secus qñ mulier est pubes, minor tamen non succedit in curatoris officium. Et quamuis prius votum penderet à voluntate dominatiua patris: at dominatiua viri potestas est moraliter diuersa. Et ideo iuxta dicta c.18.n.5. nequit irritare vota pendentia ab alia potestate dominatiua.

6 Secunda conclusio. Vota ante subiectionem emissa possunt irritari imperfectè, & indirectè, id est, suspendi à potestate sequenti dominatiue, quatenus obsequio ei debito præiudicant. Constat ex dictis c.24.n.4. vbi probauimus cuiuicumque subditi vota sic posse irritari à superiore. Quia subsequens iustitiæ obligatio ratione nouæ subiectionis, non potest illa voti executione impediri. Constabit etiam ex corollarijs hinc inferendijs.

7 Hinc deducitur primo, vota ante episcopatum, aut beneficium exigens residentiam, emissa, posse à Pontifice, & ab episcopo superiore beneficiarij, irritari indirectè, seu suspendi, quãdo muneri suscepto præiudicãt. Quia præualet ius superioris, & abligatio iustitiæ contracta ex munere suscepto. Quod satis sigoificauit *Turrec.c. Non oportet, el 1 nu.vnico de consecrat. d.5.* vbi ait non teneri hos id votum exequi contradicenti superiore. Et in proprijs terminis docet *Suarez to.2. de religione tractatu de voto lib.2.c.4.n.11. & lib.6.c.2.n.9.*

8 Quod si quæras, cur episcopatus non extinguat omnia vota antea emissa, cum sit perfectior status religioso, cuius professio ea extinguit. Respondet bene *Suarez. eod.c.2.n.9.* rationem esse, quia id fieri nequit absq; iure aliquo positiuo, aut consuetudine vim iuris habenti. Neutrum autem reperitur in statu episcopali, sicut reperitur in religioso. Quippe etsi status episcopalis sit pfectior; at excedunt à religioso quoad subiectionẽ voluntatis superiori, & quo ad votorum onera, & religiosum institutum seruanda. Et ideo magis liberari debuit religiosus prioribus votis, & oneribus voluntarijs.

9 Secundo deducitur, vota ab vxore ante matrimoniũ emissa posse à viro irritari indirectè, id est, suspendi. Quod probat ratio adducta n.7. Idem etiam locus *D. Augustini relatus n.5.* Et videtur clare tenere *Hostiensis sum. tit. de voto §. Quis vouere possit, nu.7. ver. Vxor etiam Ant.c. Scriptura, num.3. de voto. vbi Abb.nu.8. Card. ibi. q.15. Anch.nu.14. Henricus nu.6. D. Ant.3.p.tit.1.c.22. initio Rosella verb. Votum 2.nu.7. Ang. verb. Votum 2.nu. 11. Lex regia* 8.*tit.*8.*p.*1. vbi dicunt vxorem non debere implere vota ante matrimonium facta, contradicente viro. Et docent expressè *Hugo c. Noluit 33.q.5. et ibi Archid. nu. vnico, Bellamera statim in principio. Turrecrem. c. Sunt quadam 17.q.1.n.9. Vincentius in speculo doctrinali, to.2.li.9.c.86. Sylu. verbo votum 4.q.2. dicto 1. Abulensis c.6. Matthæi q.146. Nau. sum. Latina c.12.num.65. fin. Hispana c.28. additione ad eundem, n.66. Monaldus sum. tractatu de voto tit. de votis coniugatorũ, vers. Sed nũquid sunt. Aragon 2.2.q.88. artic.8. fol.1020. Azor to.1. institut. moral. lib.11.c.17.q.14. & 2. Valentia 2.2. disputat.6. q.6. puncto 6.q. vltima. Graffis 2 p. decisionum, lib.2.c.12. nu.45. Manuel 2.to. summa, cap.90.nu.10. Ssunica q.3. de voto nu.75. Emmanuel Sà sum. verbo Votum, vbi de votis irritatione, n.1. Sayro in claui regia, lib.6.c.10.n.11. & 19. Suarez. dicto lib.6.c.4.nu.16. & c.6.nu.vlt. Philiarcus, & Alex. relatis num.2.* & quamuis non omnes hi Doctores explicent hanc esse indirectam irritationẽ, seu suspensionem, ita sunt intelligendi. Vt bene docet *Suarez eo. c.6.n.vlt.* & tradunt Doctores nu.2. relati. Atque cum hæc potestas nõ fundetur in dominio supra materiam tempore voti promissam, nec supra voluntate tũc promittentem, nec supra aliquam conditionem imbibitam in ijs votis, sed tota sit ratione præiudicij pręsenti subiectione, non poterit vir suspendere vota, quæ præsenti matrimonio non præiudicant. Vt bene tradunt *Abbas, Monaldus, Syl. Azor vtroque loco, Sayro, num.19. Suarez vtroque loco.* Quod verum credo, etsi dicamus virum posse irritare omnia vota post matrimonium emissa: quia in his voluntas tempore voti est subiecta. Nec poterit uir suspendere uotum castitatis ante matrimonium ab uxore emissum. Quoniã id uotum continet duo, nempe, non exercere actum uenereum, nec reddendo, nec petendo. Quod primom, nõ indiget irritatione, Nam fortiori matrimonij uinculo constringitur reddere. Quo ad secundũ autem suspendi nequit a uiro Quia materia petendi non est uiro subiecta, ita ut prohibere possit, aut præcipere debiti petitionem: sed mulier est libera, & sui iuris in hoc. Nec tempore uoti habebat uir dominium aliquod in uxoris uoluntatem. Quod maximè uerum habet, cum etiam id post matrimonium emissum, teneant multi non posse a uiro irritari. Vt uidebimus in capite speciali de uotis coniugum irritandis. Quamuis minus bene *Ioãnes de Friburgo in sum. confessorum, lib.1. tit 8.q.35.* cõcedat id uotum emissum ante matrimonium posse a uiro irritari.

10 Et quamuis uideatur non posse uirum suspẽdere uota realia ante matrimonium facta, sed iudicandum ac de alijs debitis ante matrimonium contractis ab uxore. At probabilius est posse. Quia cum administratio omnium bonorum uxoris spectet ad uirum duranti matrimonio, executio eorum uotorum præiudicat huic administrationi, & ideo ratione huius pręiudicij põt uir suspendere. Nec est simile de debitis contractis erga hominem. Vt nu. seq. dicemus. Atque ita tenent *Suarez. eo. lib.6.c.4.n.16.*

11 Secus autem est de obligatione erga hominem contracta ab uxore ante matrimonium, non enim poterit, uir aliquid circa illã, propter ius homini acquisitum. Et sic docent *Hugo, Archid. & Bellamera relatis nu.9.* Nec mirum id esse debet, nam filiusfamilias pubes obligatur sine cõsensu patris, naturaliter & ciuiliter, ita ut pater reuocare nequeat *l. Filiusfamilias ex omnibus 38.ff. de action. & obligat.* At reale eius uotum põt pater reuocare. Cuius rationẽ tradit *Gl. l. 2. verb. Non obligantur, ff. de pollicitat.* Quia minus agitur cum Deo, quam cũ hominibus, *l. Celsus, ff. de receptis arbitris.* Sed melior ratio est nullo iure cautum esse, ut contractus illius gesti cum hominibus imbibant conditionem pendentẽ a patris consensu, sicut est in uotis. Sic ergo etsi uir nequeat suspendere contractus ante matrimoniũ ab uxore initos, poterit tñ uota realia. Et potest esse ratio, quã in filijsfamilias tradidit, *Gl.* nam tradita a nobis nequit habere locum in hoc casu. Cum ea uota, & contractus uxoris, ante matrimonium facta, ita absoluta sint, ut nullam habeant a uiri consensu conditionem inclusam.

Tertiò

12 Tertio deducitur, vota a viro ante matrimonium facta, posse quoque ab vxore suspendi, si damnum sibi inferant: & proinde pro tunc non obligabũt. Quia obligatio religionis contracta ante matrimonium, nequit præiudicare obligationi iustitiæ consurgenti ex nouo matrimonio. Atque huius sententiæ videtur *Antonius c. Scriptura, n. 3. de voto, & ibi Abbas n. 8. Anchar. nu. 14. Rosella verb. Votum. 2. nu. 10.* vbi aiunt neutrum coniugem teneri vota exequi alio contradicente. Et tenet expresse *Suarez eodem lib. 6. c. 1. nu. 16.*

13 Quarto deducitur, similiter vota realia puberum emissa tempore quo sui iuris erant, posse a curatore postea dato suspendi. Quod probat ratio tradita num. 10. Quia præiudicant suę bonorum administrationi.

14 Quinto deducitur, posse similiter vota emissa à seruo, cum in nullius seruitutem deuenerat, suspendi a domino, cui postea se legitimè vendidit, quando eius seruitio præiudicant. Quia obligatio voti nõ potest impedire hanc iustitię posteriorem. Et ita docent *Azor to. 1. instit. moral. l. 11. c. 17. q. 2. & 10. Sayro in clauireg a, lib. 6. c. 10. q. 18. Suarez eod. lib. 6. c. 3. nu. vltimo.*

15 Vltimo deducitur, superioribus his omnibus, quos diximus non posse perfectè irritare vota ante subiectionem emissa, sed tantum suspendere, si illa suspendant, reuiuiscere pristinamq; obligandi vim recuperare, illis cõcedentibus postea facultatem implendi aut cessanti eorum potestate. Quia hunc esse suspensionis solũ effectum probauimus c. 24. n. 3. Quod quidẽ est intelligendum quo ad materiã, ad quam illud adhuc obligat, qñ superior concedit licentiam, aut eius potestas expirat. Nam si erat tempore annexum, & illud transit, extinguetur penitus prioris voti obligatio, non ratione irritationis, sed per accidens, ratione illius circumstantiæ. Et similiter si votum habeat tractum successiuum, obligabit ex tunc ad partem quę supererit, manẽti omnino extincta parte annexa pręcedenti suspensionis tempori. Vt si vxor ante matrimonium vouerat se toto vitæ curriculo ieiunaturã omnibus sextis ferijs, & si postea vir id votum suspendat, tanquam sibi nocẽs eo postea concedenti licentiam, aut mortuo, non tenetur ad ieiunia omissa suspensionis tempore, quæ vt illi annexa nequeunt amplius obligare, sed ad sola futura tenebitur. Quæ constat ex dictis c. 25. nu. 32.

16 An vero vota emissa a coniugibus, tempore diuortij, & a religiosis tempore episcopatus, aut exemptionis a prelatis regularibus, aut electionis a religione, aut dũ sunt in triremibus, aut nouitij in alia religione, ad quã transire, reputentur facta tempore subiectionis, ita vt perfectè irritari valeant, an tempore sui iuris, at vel sic votum suspendi possint, diximus c. præcedenti, a n. 18. vsque a d 30.

17 Tandẽ dubitatur, an vota conditionalia emissa tempore sui iuris, quando conditio impletur tempore subiectionis, vel expresse emittentur in id tẽpus, reputentur tanquam eo tempore emissa, & ita possint perfectè irritari, ita vt non reuiuiscant, quando tempore illius subiectionis facta, possent perfecte irritari? Et quidem quando conditio postea casu accidit tẽpore subiectionis, clarum apparet, votum reputari ante subiectionem emissum. Vt si mulier soluta vouisset eleemosynam, si nauis venerit ex Asia, & venit tẽpore quo nupta erat. Quia voti obligatio ante matrimonium contracta est, & conditio, a qua eius perfectio pendebat, accidit per accidans tempore matrimonij. Nec ex contingentibus per accidens & casu, est res dijudicanda.

18 Difficultas autem videtur, quando cõditio tunc per se contingit, vt si voueat eam eleemosynam, si talem duxerit autin tempus illius matrimonij. Quia cũ per facta illius voti obligatio nequeat ante matrimonium consurgere, videtur id quasi tempore matrimonij factũ. At dicendum est cẽseri antea factum. Ducor, quia sicut contractui semel inito nequit noua cõditio addi, sed totam perfectionem in suo genere cẽsequitur tempore quo initur, ita nec voto; At tempore quo votũ est factum, voluntas erat libera, ac sui iuris, & sic non habuit conditionem ex consensu alicius superioris pendentẽ, sed in genere voti conditionalis fuit perfectum, & excepta illa cõditione fuit absolutũ. Ergo subiectio superueniens nequit nouã conditionẽ adijcere, vt pendeat a consensu noui superioris: vt pote quæ naturam prioris voti non mutat. Pręterea quia etsi in legatis attẽdatur tẽpus impletæ conditionis, at secus est in contractibus conditionalibus, in quibus solum initi contractus tempus inspicitur. Vt constat ex *l. Si filius familias 68. ff. de verb. obligat.* & cum alias docet *Nauar. c. 1. n. 20. de testam.* At votũ assimilatur cõtractui promissionis, cùm sit promissio facta Deo. Cũ ergo tẽpore emissi voti nondum fuerit subiectio reputabitur tanqã emissum ante subiectionem, & sic post illam non poterit perfectè irritari, sed tantum suspendi.

CAPVT XXXII.

De potestate irritandi vota, quoties ex aliqua causa dubium insurgit, an irritari valeant.

SVMMARIVM.

Quando dubium est, an votum emissum sit ante pubertatem, aut post minorem ætatem, an possit pater illud irritare? Refertur quadam sententia, num. 1.

Explicatur sententia Authoris nu. 2. Et quid si dubitetur an ante emancipationem, nu. 2.

Quid si filius opinetur post illam ætatem votum emissum esse, num. 4.

Quid si sit dubium, an sit completus annus pubertatis, aut minoris ætatis, aut vltima hora, nu. 5.

An sit idem dicendum in his dubijs, respectu tutoris & curatoris, num. 6.

An sit idem dicendum in alijs subiectionibus, quando est dubium, an vota ante eam, an post sint emissa, aut est sola de hoc opinio, nu. 7.

Soluuntur argumenta, nu. 8.

Quid si dubium, aut opinio sit de voti confirmatione post tempus impubertatis, aut an fuerit aliqua confirmatio aut simul de hac, & de voti emissione, an fuerint ante, an post pubertatem, nu. 9.

Quid si dubitetur de valore ratificationis, ob dubium an memoria prioris voti tunc adfuerit, nu. 10.

Quid si dubium illud valoris nascatur ex eo quod ratificans dubitat, an ignorantia potestatis irritandi ductus, an independenter ab illa voueris, nu. 11.

Quid si dubium oriatur ex dubio, an ratificans ignarus, aut immemor fuerit potestatis irritandi, nu. 12.

Quid si dubium oriatur ex dubio, an votum emissum sit in tempus soluta subiectionis, nu. 13.

Quid si dubium consurgat ex dubio, an filius promiserit de peculio aduentitio, an de castrensi, nu. 14.

Quid si dubium sit de legitima superioris irritaturi potestate, num. 15.

Quid si irritatione facta in his dubijs, quando ijs permanentibus iuste fieri poterat, constet veritas, nu. 16.

1 DVbium hoc potest ex diuersis causis oriri. Prima est, eo quod duditatur, an votum sit emissum tempore subiectionis. Vt si dubitetur an filius tempore impubertatis emiserit qualecunque votum: aut reale, duranti adhuc minori ætate, quibus solius tẽporis subijcitur patri quo ad votorum irritationem. Atq; in hoc euentu quidam negant patris potestatẽ irritãdi huiusmodi vota. Ducuntur primò, quod cũ obligatio voti sit certa, potestas autem irritandi dubia, votu in hoc dubio possideat. Sicut cum obligatio præcepti certa est, excusatio vero dubia, præceptum possidet, ac obligat. Et cõfirmatur; quia obligatio certa nequit dubia irritatione,

tione, aut dispensatione extingui: sicut nec debitū certum dubia solutione. Secundò, quia subditus per hanc irritationē dubiā non est in possessione libertatis à voto implendo: cū causa liberans sit dubia. Ergo non iuuatur tanquā eius libertatis possessor: quin immo melior erit conditio obligationis voti, quæ tanquā certa possidet. Tertiò, quia dubitans an tempore contractus fuerit minor, nequit beneficio restitutionis vti. Vt cōstat ex *l. Si minorē, C. de in integrū restit.* ibi: *Si minorē te cū contraheres, ostenderis.* Vbi: *Glossa verbo Cōprobarū* ait præsumi in dubio cōtrahentē fuisse maiorē. Et quærit, cur cum aliquando fuerit minor, non sp minor præsumatur? Et respondet id ideo esse, quod solo tēporis decursu maior efficiatur. Et concordat *l. regia 2. tit. 19. part. 6.* ibi: *Prouando el daño, è que era menor de veinticinco años quando lo recibio. Ca si esto no fuesse prouado, no se desataria lo fecho.* Atque idem docent *Rebuffus in constitutionibus Galliæ, to. 2. tract. de rest. art. 1. Glossa 3. n. 3. Mascar. cū aliis de probat. conclus. 1062. n. 1.* Cuius ratio est, qd possessio sit pro eo, cum quo contractus est initus, & ex eo ius acquisiuit: quo in dubio spoliari non debet, rescindendo contractū dubio restitutionis remedio. Similiter ergo in nostro casu, cū votū sit contractus cum Deo initus, possidebit Deus in hoc dubio, cū per votum est ius acquisitum. Et confirmatur, quia sicut posse rescindi contractū minoris, est fauor illius ætatis: sic etiam est fauor ætatis posse irritari votū. Sicut ergo in priori casu nō est præsumptio in fauore minoris ætatis, sed in cōtractus fauorē, ita in posteriori casu erit præsumptio, & possessio in fauorē voti. Tandē quia cū potestas irritādi nō sit absoluta, sed limitata ad vota emissa in tali ætate, vel tali subiectione durante, quoties dubium est de ætate, vel tali subiectione, redditur quoque dubia irritātis potestas, ac proinde nulla priuatur possessione, si in hoc dubio denegetur ei potestas irritādi. Hanc partē tuetur *Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnica, sect. 25. n. 361. & 262.*

2 At probabilius iudico integrū esse in hoc dubio patri irritare vota filiorum. Quod idē sequutus sum lib. 2. de matr. disp. 41. n. 39. Idem tenet *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 4. c. 6. n. 1. & lib. 6. c. 6. nu. 4. fine.* Probatque *Suarez*, quia sicut casus reseruati tantum cēsentur qui moraliter sunt certi; quare dū homicidium reseruatur non clauditur homicidiū dubiū. Sic vota non irritabilia, quæ potestati irritāti reseruantur, sola censentur quæ constat habere tales conditiones requisitas, ne irritari valeant. Nam sicut reseruatio est odiosa, ita & exemptio ab irritandi potestate, & ideo sicut illa, ita & hæc est restringenda. Item quia est fauor debitoris, & ideo ampliādus. Itē quia pater possidet. Sed amplius probatur primò, quia licet vouens possessione suę libertatis careat, & sic votū respectu eius possideat: at pater possessionē suę potestatis dominatiuę habet ad irritanda vota, & ne independenter ab ipso ea vota emittātur. Ergo dum non cōstat de exemptione ab hoc dominio, per lapsum ætatis, qua hoc durat, non est priuādus hac possessione. Et cōfirmatur, quia dominus possidens seruum, qui transacta certa ætate liber euadit, nequit eo dominio priuari, dum dubius fuerit eius ætatis transitus: sed seruo libertatem intendenti incūbit onus probandi transitus eius ætatis. Ergo similiter, cū pater possideat dominium volūtatis filij, vsque ad certā ætatem quo ad vota irritanda, non est priuandus ea dominij possessione, dum lapsus eius ætatis dubius fuerit. Secūdò, quia minus verum est obligationem voti esse certā, immò dubia est, quia cùm dubium sit an legitima ætate, qua non pendet à patris consensu, emissum sit, est quoque dubium de firma, & irritabili eius voti obligatione. Quippe vota à superioris approbantis, aut nō cōtradicentis consensu pendentia appellātur à Doctoribus inualida, donec is cōsensus accedat, nō quasi protsus irrita sint, sed quia obligatio est infirma, vipote quæ ex eo consensu pendet: (vt diximus c. 25. num. 21.) & ideo dum nō constat extra subiectionis tempus ea vota emissa esse, dubius est firmus eorū valor: ac proinde possessio voti independenter à superioris voluntate, est dubia. Et confirmatur, quia vbi duplex possessio cōcurrit; potius est antiquioris ius, idq; præualet. Vt constat *ex regula, Qui prior est tempore potior est iure, de regul. iuris in 6.* Qua ratione ducti communiter Doctores (vt retuli lib. 7. de matr. disp. 21. n. 12. & 13.) tradunt seruum absque domini licentia matrimonium ineuntē teneri potius ad domini obsequium, quàm ad reddendū vxori petenti debitum, quando vtrique satisfacere nequit, quia (inquiunt) possessio domini in corpus serui tanquam antiquior, est præferenda possessioni vxoris in idem corpus. Et ratio est, quia obligatio superueniens nequit cum prioris detrimento induci. At possessio patris in filij voluntatem est antiquior possessione voti in eandem voluntatem. Quippe illa acquisita ab illius filij natiuitate, hæc aūt post voti emissionem. Ergo esto votum possideat voluntatem filij, præualet antiquior patris possessio. Tertiò, quia in dubio an res sit aliena, melior est conditio possidentis. At volūtas subditorum dominatiuæ alicuius potestati est aliena, duranti ea subiectione. Vt optimè explicuit *D. Th. ab omnibus receptus 2. 2. q. 88. art. 8. corpore, & ad* 1. hac ratione probans huiusmodi subditos nequire voluntatē suā voto astringere, nisi dependenter à superiori voluntate: eo qd de re aliena disponāt. Ergo in dubio an hæc aliena voluntas sit iam effecta vouentis propria, eo quod transierit subiectionis tempus, non est superior spoliandus possessione sua. Tandem quia hac ratione est in dubio superiori obtemperandum *c. Quid culpatur 23. q. 1.* ne in dubio spolietur superior possessione præcipiendi.

3 Atque idem dicendum est, si post pubertatem constet votum emissum esse, & intra minorem ætatem, sitque reale; quod intra illam irritari potest à patre, nisi filius sit emancipatus, constetq; illum emancipatū esse intra illam, dubitetur tñ an tempore quo emisit id votum, esset emancipatus, nō est pater in hoc dubio spoliādus possessione sua, & ideo poterit id votū irritare. Immò idem prorsus dicendum est, quamuis transacta ea minori, & quacunq; ætate, dubitetur an ante emancipationem emissum sit votum. Quia (vt dicemus c. 35.) potestas patris ad irritanda realia filiorū vota, nō est alligata ætati, sed quæ cōpetit quacunq; ætate donec emācipatus filius sit, ergo dū non cōstat de filij emancipatione, aut si de ea constet, non cōstat post illam esse factum votū, retinet pater possessionem suæ potestatis eò vel maximè, quod cum emācipatio sit quid facti, ea nec absolutè, nec tempore voti facti, præsumitur, sed eā alleganti incumbit onus probandi. Sicut si post eā ætatem acquisiisset bona aliqua filius, quæ aliās essent aduentitia, & sic patris esset vsusfructus, atque esset dubiū an acquisita essent post emancipationem, & sic patris non esset vsusfructus, hoc dicenti incumberet emancipationis tempore acquisitionem probare, & hoc non probato, non esset pater spoliandus iure vsusfructus in ea bona. Et hāc partē tenere videtur *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto. lib. 4. c. 6. n. 1. in fine*, vbi generaliter tradit in dubio, an votū sit irritabile, defectu alicuius cōditionis petitę vt tale non sit, posse irritare. Quod etiam probant omnes rationes traditæ nu. præcedenti.

4 Immò qñ subditus ille opinaretur se post id subiectionis tēpus vouisse, nisi ita firmus esset assensus, vt parum dubij remaneret, potest adhuc pater irritare. Quippe ob hmōi opinionē non est superior spoliandus possessione sua. Sicut nec eo quod opinetur probabilius rē esse meam, possum alterū possessiona sua priuare, sed oportet rem ita certam esse, vt parum, aut nil dubij supersit. Sicut & coniux opinans matrimoniū esse nullū, nequit coniugē possidētem priuare possessione, & ita tenetur ei semper debitū reddere, donec nūllitatis matrimonij certus sit. Vt latissimè probaui lib. 2. de matr. disp. 44. n. 3. Qd si dicas licere amplecti opinionē probabilem, etiā probabiliori omissa; id fateor, atq; ita si fit duplex pro-

probabilis, altera dictãs non teneri subditum tunc obedire irritationi superioris, & altera docens teneri, posset subditus vtriuis illarum conformari, non obstanti maiori contrariæ probabilitate. At quando est sola opinio voti emissi post tps subiectionis, nõ consequitur inde esse quoque sub opinione, posse superiorẽ spoliari possessione sua, & posse subditum ipsi non obtẽperare. Sicut ex hoc quòd quis opinetur rẽ esse suam, aut matrimoniũ esse nullũ, non consequitur esse probabile, posse possidenti rem illam auferri, aut debitum denegari.

5 Idem dicendum est, si dubitetur an completus fuerit annus pubertatis, tpe quo votum personale filius emisit. Vt bene docet *Suarez eodem tractatu de voto, li. 6. c. 6. nu. 4.* Immo quando est dubium an vltima hora illius diei, qua adest pubertas, sit completa. Atque ratio est, quia (vt ca. 35. dicemus,) ætas ad pubertatem requisita debet esse omnino completa, & numeratur de momẽto ad momentum. Quare dum non constat de totali complemento, non est pater spoliandus.

6 Similiter etiam quando votum personale emissum est tempore tutoris, aut reale tempore curatoris, dubitatur autem, aut est sola opinio, an ante completã pubertatem, qua durat potestas tutoris, aut ante finitam vltimam horam 25. anni, qua curatoris potestas manet, potest tutor id votum personale, & curator id votũ reale irritare. Quia in dubio non sunt spoliandi possessione sua, quàm ante votum habebant. Et procedunt etiam duæ rationes allatæ, n. 2. Et facit etiam doctrina generalis, quam ex *Suarez* attulimus n. 2. fine.

7 Maior autẽ difficultas est, qñ id dubium, aut opinio, sunt circa tempus præcedens subiectionem. Vt si vxor dubitet an ante matrimoniũ id votũ emiserit: aut seruus, qui aliquando fuit liber an tpe libertatis, & pupillus, qui aliquãdo caruit tutore, & minor, qui caruit aliquando curatore, an tpe sui iuris, an post subiectionem illis votum fecerint. Nam non videtur eadem ratio, ac in casibus præcedentibus. Quia in illis certa erat prior subiectio, & solũ dubiũ erat, an ea esset finita, & proinde antiquior erat possessio superioris possessione voti, & ideo illa præualebat. At in hoc casu dubitatur vtra possessio sit antiquior, & cũ possessio voti videatur certa, præualere debet possessioni dubiæ superioris. At dicendũ est, quod in casibus præcedentibus diximus, qñ dubiũ erat, an finita esset subiectio. Ducor, quia possessio præsens voluntatis eius subditi, est certa, cũ certum sit illũ esse seruũ, aut coniugem, sub tutore, aut curatore: at exẽptio ab illa quo ad ea vota est dubia ac proinde dubia est possessio votorũ quo ad suã firmitatem & independentiã à superioris cõsensu, aut sub sola opinione. Quod non satis esse ad spoliũ possessionis certæ, nisi esset quoque opinio probabilis, dictans tunc nõ teneri subditũ obedire, probauimus n. 4. Sed dices ẽt eam superioris possessionẽ quo ad ea vota, esse dubiã Quamuis. n. seruitus, & matrimonium, & officiũ tutoris, ac curatoris, sint certa; at dubia est ea potestas cõparata ad vota, cum dubium sit an ante eam subiectionem vota aut emissa. Respõdeo satis esse eam præsentem voluntatis subditi possessionem certam esse. Sicut coniux dubitans de valore matrimonij tenetur reddere ob certitudinem q̃ habet possessionis alterius, quamuis dubius sit valor matrimonij, ex quo oritur ea possessio. Quod fortius in nostro casu militat, in quo non sola voluntatis possessio, sed ius ẽt ex illa ortum, nempe, matrimonium, seruitus, &c. sunt certa. Atq; ita sicut non obstanti dubio iuris matrimonij, possessio p̃sens alterius coniugis in ordine ad matrimonij vsum est certa: ita etiam non obstanti dubio temporis, in quo vota facta sunt, præsens possessio in ordine ad illa irritanda, eo modo quo possent irritari tẽpore subiectionis emissa, est certa. Et pro hac etiam parte est doctrina generalis, quam ex *Suarez*, retulimus, n. 3. fine.

8 Ad argumenta nu. 1. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis, num. 2. in ratione 2. ex eijs quas addidimus, & ex eius confirmatione, vbi probauimus nec possessionem voti certã esse, & esto esset certa, præualere possessionẽ superioris, tanq̃ antiquiorem. Et ex ratione prima sit adducta, vbi probauimus votum non possidere respectu superioris habentis potestatẽ irritandi. Nec est simile quod adducitur de præcepto certo; tunc. n. nulla est pro libertate possessio, sed tota est pro præcepto. Ad confirmationẽ dic nec voto tum esse certum quantũ ad obligationẽ firmam, & independẽtem à superioris voluntate: nec irritationem esse dubiam. Cum. n. in dubio sit melior superioris possidentis conditio certa est in eo dubio iustitia irritationis. Sicut ius petendi debiti est certum ratione possessionis, non obstante alterius coniugis dubio de matrimonij valore. Argumentũ aũt bene militaret, qñ re vera esset irritatio dubia, eo quod dubitaretur an superior irritarit, nec ne. Ad secundũ dic, facta irritatione esse in suæ libertatis possessione, at antea, minimè. At irritatio hæc non fundatur in hac possessione, sed in possessione superioris. Vt satis declarauimus n. 2. Ad tertium, & confirmationẽ dic esse disparẽ rationem Quia ibi est possessio ex parte contractus, & eius, cui ex illo ius cõparatum est, nec est alia possessio præualens. Et posse beneficio restitutionis vti, est fauor solius minoris ætatis, nõ autem alterius, de cuius re disponitur: quale volens eo priuilegio gaudere, ac eximi à communi contractuum lege, debet probare minorẽ ætatem. At in nostro casu læditur possessio superioris, & disponitur de re aliena, qua possidẽs nequit in dubio spoliari: nec ea potestas est solius subditi fauor sed ẽt superioris: immo aliquãdo nõ est in subditi fauorẽ, sed vt vitetur superioris damnũ. Vt in potestate irritandi vota seruorum. Ad vltimum dic idem argumentum procedere in coniuge, vbi est dubiũ de matrimonij valore, & sicut possessio iuuat tũc, ne ea spolietur ille, ita in nostro casu est dicendum.

9 Secunda causa, ex qua potest reddi dubia hæc irritãdi potestas, potest oriri ex eo quod dubiũ sit, an votum sit confirmatum ab impubere, transacto subiectionis tpe, nempe, si votum sit personale, & dubitet an id pubes factus confirmarit. Et tunc aut potest esse dubium de ipsa cõfirmatione, quia de nulla constat: aut potest de solo eius tẽpore dubitari. Vt si constat confirmatum esse, at dubitatur an tempore impubertatis, & sic non obstet potestati irritãdi: an potius tempore pubertatis: & proinde illam potestatem impediat. Atque in vtroque casu dicendum est posse superiorem irritare. De priori constat ex rationibus traditis num. 2. quæ multo fortius in hoc casu militant. Quia ibi non cõstabat votum esse emissum subiectionis tempore: at in hoc casu constat tunc esse emissum: & solum dubitatur an fuerit aliqua eius confirmatio, quæ cũ sit quid facti, nõ præsumitur, & ideo tota possessio est pro iure superioris. In posteriori autem casu ea est ratio. Quia cum illa confirmatio sit quasi noua voti emissio, perinde est, ac si dubitaretur an votum esset emissum ante subiectionem, an postea, in quo casu diximus n. 7. præualere ius superioris. Atque idem dicendum est, quando & de voti, & de confirmationis tempore dubitaretur, an tempore subiectionis, an post facta fuerint. Quia adhuc possessio patris præualet. Atque idem est dicendum, etsi in his casibus esset opinio confirmationis, & voti, postea factorum. Vt constat ex dictis nu. 4. Et quamuis exempla posuerim in parte, idem est de alijs superioribus. Quia eadem ratio possessionis militat in illis, quando dubium est de tempore emissionis voti, aut confirmationis. Atque pro hac parte est doctrina generalis quã ex *Suarez*, retulimus num. 3. in fine.

10 Si autem sciatur ratificationem voti tempore subiectionis emissi, factam fuisse post illam, vt post pubertatem, at dubitetur an ea fuerit legitima: si hoc dubiũ nascatur ex eo quod dubium sit an adfuerit memoria prioris voti, qua existenti diximus cap. 30. num. 42. & 43. non censeri cõfirmationem voti legitimam, sed il-

lius

lius iterationem cum qualitate subiectionis potestati irritãdi, quam habebat. Tunc cùm verba iteratæ emissionis illius voti constent, & dubia sit memoria prioris, quæ esset huius obligationis excusatio, dicendum est possessionem esse pro voto, & ita illud irritationi non subijcere. Nec hoc est contra superioris possessionem. Quia per cõfirmationem certo factam post subiectionem tollitur ea possessio. Sicut cùm quis est certus de suo voto, aut de præcepto, dubitat verò an illa obligent, iam pristina libertatis possessio est victa per nouã voti, & præcepti possessionem.

11 Quod si certa sit ratificatio post id tempus, & certa memoria voti, & nascatur dubium firmitatis confirmationis, & eius valoris eo quod tunc aderat ignorãtia potestatis irritandi illius voti: ac dubitat vouẽs an ea ignorantia ductus confirmarit, an potius voluerit se denuo obligare, ac si antea nõ vouisset, & independenter à priori voti, tũc est possessio pro superiore, & ideo poterit irritare, ac si ea confirmatio non esset. Et rõ est, quia ea ignorãtia existenti nõ est ratificatio voti, nisi adsit prædictus voluntas actus: (vt diximus c.30.n.45.) qui cũ sit quid facti, non præsumitur; immo contrarium à cõiter accidentibus. Cum cõe sit confirmãtibus votum prius, illiusq; tunc memoribus, nullum aliud nouum sibi obligationis onus velle imponere, quam præteritum.

12 Demum qñ dubium valoris ratificationis factæ post id tps, oritur ex dubio an ratificans ignorarit id prius votum irritari posse: quo casu diximus c.30. nu.43. id non censeri valide cõfirmatum. Vr̃ possessio pro voto. Quia est ignorantia iuris, quæ non præsumitur sed potius scientia, & ideo non excusat *regula Ignorãtia 13. de regul. iuris in 6.* At verius credo esse possessionem pro superiore, & ita illum irritare posse, qñ ille ratificans esset literarum ignarus. Et rõ est quod tunc non præsumatur scientia, cum sit iuris non cõiter voti, in quo casu bene tradit *Dynus ea regula Ignorantia. nu.4.* excusare ignorantiam iuris, & eam præsumi. Cum em̃ facultas irritandi vota tali tpe emissa, multos confessarios lateat, quid mirum si lateat pueros post pubertatem, antequam res morales addiscant? Secus autẽ credere qñ aderat scientia huius potestatis, est tamen dubium, an confirmans tunc illius meminerit. Quia cum cõiter scientiæ adiungatur ea memoria in volentibus confirmare votum prius, ea præsumi debet: & sic votum tanquam confirmatum post pubertatem, irritari nequit.

13 Tertia cã est, ex qua põt oriri dubium potestatis irritandi qñ superior irritare debens, nequit irritare vota emissa in tp̃s solutæ subiectionis (de qua re diximus ca. 29.) & subditus dubitat an vouerit in illud tp̃s. In quo casu sic distinguendum existimo, si votum est tale, vt vtroque tpe impleri valeat, non est præsumendum in hoc dubio emissum, vt impleatur post tp̃s subiectionis. Vt si sit votum ieiunandi, orandi: & ita poterit irritari. Quia cùm cõiter homines soleant vitam suam pro præsenti statu componere, non præsumitur à communiter accidentibus, limitari id votum, vt pro solo libertatis tempore emissum sit, maxime cum ex eo intellectu lædatur ius superioris possidens facultatem irritandi, & magis grauetur subditus, existenti suo voto absq; hoc facili irritationis remedio. Si autem votum impleri nequeat tempore subiectionis vt si seruus, aut coniugatus voueant religionem, credo in hoc dubio censeri emissum, vt tempore libertatis impleatur. Quia in dubio est sumenda coniectura pro valore actus, & ne stultus ille sit. Vt aliqua adducens probaui c.27. nu.49. Et ita irritari non poterit.

14 Quarta causa est, ex qua potest oriri id dubium, si filiusfamilias pubes votũ reale faciat, & dubitat de quibus bonis, nempe, an de peculio aduentitio, & sic poterit pater irritare, & similiter curator: an potius de peculio castrensi, vel quasi, & sic neuter põt. Ita distinguendum existimo, subijciens tres casus. Primus est, cum filiusfamilias dubius est, aut tm̃ opinatur, se tunc tẽporis habuisse peculium castrense, vel quasi. Et tunc põt pater irritare, & similiter curator. Quia cum possideat ius irritandi vota realia, nisi sint de peculio castrensi, vel quasi; non sunt ea possessione spoliandi, dum non constiterit tunc eum habuisse id peculium: eo vel maximè quod cùm hoc sit quid facti, nempe, habuisse tunc id peculij genus, non præsumitur, sed illud asserenti in præiudicium potestatis paternæ, incumbit id probare. Secundus casus est, quãdo est certus se tunc habuisse id peculium, illiusque, & aduentitij fuisse memorem tempore voti, dubitatq; de vtro illorum habuerit animum vouendi. Et tunc credo nec patrem, nec curatorẽ posse irritare. Quia in dubio præsumitur quis de suis bonis disponere. Tertius casus est, qñ fuit immemor, aut de hoc dubitat, & tunc ẽt si dubitet de quo peculio vouerit, credo nõ posse votũ irritari. Quia cum semper præsumptio sit sumenda pro actus firmitate, & vt voluerit quis se obligare quatenus potest, & habuerit materiam aptam firmæ obligationis, ea præsumẽda est. Præterea quia vbi non constat de speciali contraria vouentis intentione, qua se voluerit limitare ad peculium aduentitium, nequit pater irritare votum reale habentis peculiũ castrense, vel quasi, sufficiens illi implẽdo. At in hoc casu non constat de limitata contraria intentione.

15 Vltima cã est, ex qua põt oriri id, dubium, qñ dubitatur an superior irritaturus, sit legitimus: & si dubium est an sit verus pater, legitimus tutor, aut curator, verus dominus legitimus religionis prælatus, vt an sit legitimè electus, aut confirmatus. Et tunc si hi sint in possessione illius superioritatis, non possunt ea spoliari, vt vota irritare nequeant, donec constet non sola opinione, sed scientia moraliter certa, defectus legitimæ superioritas. Vt probaui n.4. Si vero nullum possessionem nacti sint, non poterunt. Quippe sola possessio suffragabatur eis in eo dubio, atque ideo ea deficienti nil habent quod suffragetur. Quare in eo dubio facta sufficienti diligentia ad assequendum veritatem, possunt irritare: non autem antea. Quia est actus voluntatis.

16 Tãdem si in omnibus his dubijs, in quibus diximus posse irritationẽ voti fieri, si ea facta sit, & postea constet veritas, vt illum non fuisse legitimum superiorem, aut votum fuisse legitimè confirmatum post pubertatem, &c. existimo irritationem non tenere, & ideo obligare votum. Quia quamuis in ijs, quæ iurisdictionis sunt, error communis cum titulo satis sit ad valorem actus, iuxta *l. Barbarius, ff. de officio prætor.* At id non efficit vt actus dominij ualeant. Sicut non ualeret uenditio serui existimati talis. Nec etiam hic error efficit ut uota conditionem imbibitam habeant. Quod est fundamentum potestatis irritandi.

CAPVT XXXIII.

De potestate irritandi vota religiosorum.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 1.
An prælatis regularibus integrum sit irritare votum religiosi transeundi ad arctiorem religionem? nu. 2.
An id votum valeat, quando Pontifex eum transitum vetuit? num. 3.
Potest prælatus religionis irritare omnia vota de rebus consiliorum, nu. 4.
Quid de votis specialibus, quæ in aliquibus religionibus iuxta earum institutum emitt[illegible]? nu. 5.
Quid de voto non admittendi alicuius peccati? Refertur quædam opinio, nu. 6.
Explicatur sententia Authoris, nu. 7.
Quid de voto seruanda res sua regula præcepta? nu. 8.
Quid de voto eundi in subsidium terræ sanctæ, nu. 9.
An vota hæc irritata reuiuiscant, nu. 10.
Post nu. 10. inuenies alia summaria.

Hacte-

1 HActenus egimus de communibus irritationi cuicunque: iam ad singulos potestatem irritãdi habentes descendimus. In præsenti autem c. est sermo de facultate prælatorum religionis ad irritãda suorũ religiosorum vota. Triplex autem est disputãda quæstio. Prima, de votis religiosorum quæ à prælato irritari possunt. Secũda de prælatis religionis, quibus hæc potestas competit. Tertia, respectu quorum religiosorum.

2 Quæstio prima. Quõ religios. prælatis integrũ sit vota eorum irritare? Constat apud omnes, eos non posse irritare votum religiosi transeundi ad strictiorem religionem, an verò id possit Pontifex, dicemus nu. 13. Et ratio est, quia cum ius canonicum libertatem transitus ad arctiorem religionem, licentia petita, etsi nõ obtenta, indulserit, *c. licet de regul.* nulla in hoc religiosorum voto cõditio pendens à superiorum arbitrio imbibitur immo dum per professionem traditur volũtatis dominium superiori, intelligitur ab eo is trãsitus exceptus. Et ideo cùm huiusmodi votum sit absolutum, deficit in eo radix potestatis irritandi, quæ sunt cõditionis in subditorum votis imbibitæ, quibus ex superiorum arbitrio ea pendent; vt diximus c. 26. n. 4. Sed adhuc restat scrupulus. Quia etsi voluntas subditi, & illa materia nõ subsint potestati superioris, at noua illa obligatio sub est; nec textus *dicto capite Licet*, eam nouam obligationem exemit. Sicut materia præceptorũ, & voluntas seruandi illa, sunt exempta à superioris dominio: non tamen inde sequitur nouam voti obligationem circa illa seruanda exemptam esse, vt dicemus nu. 7 Sed respondeo eam quoque nouam obligationem exemptam esse, ita testanti vsu ecclesiæ, & omnium Doctorum approbatione. Quia textus hic voluit nullatenus præcludi posse transitum ad altiorem religionem: præcluderetur autem aliquatenus, si posset liberé id votum à superiore irritari. Et ideo hanc partem tuentur *Abulensis c. 40. Num. q. 72. Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 4. conclusione 5. ad fin. 43. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. versic. Hoc autem videtur. Caiet. 2. 2. q. 88. dubio vltimo. Armilla in sum. verb. votum nu. 9. Sotus lib. 7. de iustitia, q. 3. art. 1. dubio 2. col. 5. vers. Tertius operum ordo. Nau. lib. 3. consil. tit. de voto in priori editione, consil. 30. nu. 2. in posteriori. consil. 40. nu 2. Ang. floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 8. difficultate 9. conclus. 4. Vega 2. to. sum. c. 128. casu 95. Corradus in suis responsis 1 p. q. 299. Aragon 2. 2. q. 88. art. 8. dubio 1. conclus. 5. fol. 1018. col. 2. Azor to. 1. instit. moralium, lib. 10. c. 17. q. 18. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 10. nu. 9. Manuel 1. to. summa c. 89. nu. 4. Philiarcus de officio sacerdotis, primo tom. p. 2. lib. 3. c. 18. ver. Vndecimo peccat. Petrus de Ledesma 2. to. sum. tractatu 10. c. 7. dubio vltimo, dicto 1. Leonardus li. 2. de iust. c. 40. dub. 10. n. 40. fi. & dub. 13. n. 107. ver. Dico secundo. Suarez to. 2. de religione tractatu de voto, lib. 3. c. 6. n. 23. & lib. 6. c. 7. n. 9. & 10. n. 16.*

3 Quod si Pontifex interdixerit transitum ad strictiorem religionem sic distinguendum est. Si regulariter loquamur, id votorum transitus non valeret. Quia vix iudicari poterit perfectior religio illa, ad quam transiri Pontifex interdiceret absolute. sed supponit æqualitatem quandam, aut non esse tantam distantiam, quin omnibus pensatis melius sit in priori religione permanere. Et ideo tale votũ in eo euentu erit nullum, vtpote quod maius bonũ impedit. Quia tamẽ hæc prohibitio inniti quandoque potest congruentiæ maiori in ordine ad bonum commune, & ad religiosorum quietem etiam si in particulari constet maior alterius religionis perfectio: quando hoc constiterit, nõ est intelligẽda ea prohibitio absolute, vt sonat, sed censetur trãsitus interdictus absque licẽtia Pontificis: & ideo id votũ obligabit ad petendam ab eo licentiã & ea cõcessa obligabit. Sicut de votis rei prohibitæ diximus late c. 25. n. 8. & a n. 14. Atque hæc optimè docet *Suarez to. 2. de relig. tractatu de voto, lib. 3. c. 6. n. 24.* Atq; hoc posterius habebit à fortiori verum, qñ prohibitio Põtificis nõ esset absoluta, sed trãsitus absq; sua licẽtia. Quia tũc nõ est iudiciũ æqualitatis, aut fere talis, à Põtif. iudicare, sed eũ voluisse in ea prohibitione consulere quieti religiosorum.

4 Secũdo cõstat posse prælatum religionis irritare omnia vota de alijs cõsilijs emissa à religiosis. Quod fatẽtur omnes. Rationem autem huius tradidi c. 24. n. 32.

5 Hinc tamen excipienda sunt vota, quæ vltra tria religionis substantialia emittuntur in aliquibus religionibus, iuxta earum constitutiones à Sede Apostolica approbatas. Vt in religione Minimorum, votum vitæ quadragesimalis: in religione Mercẽariorum, votũ redẽptionis captiuorũ: in Societate Iesu à professis quatuor votorũ, solemne votum obediendi Romano Põtifici circa missiones; & ab omnibus professis quinque alia vota simplicia. Quia in his omnibus, & materia ipsa, & actus vouendi, sunt omnino extra superioris dominiũ, cum iuxta constitutiones à Põtifice approbatas ea vota sint annexa ei statui religioso. Atque in tribus prioribus votis id apertius cõstat, eo quod solẽnia sint.

6 Difficultas autem est circa duplex votũ. Prius est euitandi alicuius peccati, vt non mentiendi, non furandi. Circa quod duplex est sententia. Prior ait id votũ non posse irritari à prælato religionis. Ducitur, quia nec voti materia, nec voluntas religiosi subditus in his superiori vtpote qui, nec materiam potest reddere illicitam sua prohibitione, nec contrarium potest præcipere, nec aliquid imperare exequutionem materiæ impediens. Et ideo hanc sententiam tuentur *Caiet. & Armilla, vbi eos retuli n. 2. Palacios 4. dist. 38. disput. col. 22. vers. Verum in operibus, fol. 873. Ang. floribus 2. p. 2. q. vnica de voto, ar. 7. difficultate 2. conclusione 3.* & hanc appellat valde probabilem *Leonardus lib. 2. de iust. c. 36. dub. 10. n. 73. fi.* Et dicit esse probabilem *Petrus de Ledesma, nu. seq. referendus*. Et eam valde probabilem existimo, quamuis immerito eam falsam appellet *Sayro nu. seq. referendus.*

7 Posterior sententia (cui tanquam probabiliori accedo, ait irritari posse. Quia voluntas religiosi debet esse perfectè subdita prælato, & dependens ab ipsius volũtate in omnibus ad rectam vitæ directionem pertinentibus, ac proinde in nouis obligationibus suscipiendis. Et confirmatur, quia etsi illa voti materia nõ subdatur prælato, quatenus est præcepti, subditur tamen quo ad nouam voti obligationem. Cum id votum emittere sit opus supererogationis: sicut orare, & abstinere extra præcepti tempus. Tandem quia nullus potest negare id votum subdi dispensationi Ecclesiæ, quamuis in eius materia ecclesia dispensare nequeat. Quod non aliunde consurgit, nisi eo quod obligatio illa noua materia superaddita procedens à subditi voluntate subijciatur spirituali ecclesiæ potestati. Ergo idem est dicendum de irritatione respectu prælati habentis potestatem dominatiuam in religiosum voluntatem. Pro hac sententia sunt *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 3. & 4. d. 38. q. 1. art. 1. quæstiuncula vltima, ad 4. & ibi Durandus q. 1. n. 7. fi. Palud. q. 4. art. 2. num. 24. Abulensis cap. 30. Num. q. 65. ad 3. & q. 72. Henricus c. Scripturæ, num. 3. fi. de voto. Turrecr. c. Sunt quedam 17. q. 1. nu. 4. Syl. verbo Votum 3. q. 3. Tabiena verbo Votum 5. q. 4. nu 5. Alcozer sum c. 16. de potentibus irritare vota, conclusione 3. folio 55. col. 2. fin.* vbi dicunt nullum religiosi votum esse firmum absque prælati consensu. Et in proprijs terminis eam tenent *Sotus lib. 7. de iustit. quæst. 3. art. 1. dubio 2. colum. 5. versic. Quartum operum genus est. Nauar. summa Latina c. 12. nu 65. Hispana cap 28. additione 1. ad eundem num. 65. Medina lib. 1 sum. cap. 14. §. 6. folio 87. Aragon 2. 2. quæst. 88. art. 8. dubio 1. conclusione 4. folio 1018. colum. 2. Graffis 1. p. decisionum, lib. 2. c. 29. n. 7. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij conscientiæ c. 28. col. 2. ver. Materia voti. Man. 2. to. sum. c. 89. nu. 5. Ouandus 4. d. 38. disput. vnica propositione 19. fi. Petrus de Ledesma, & Philiarcus, vbi eos num. 2. retuli. Leonardus eodem dubio 10. nu. 74. Azor to. primo, instit. moralium, lib. 11. c. 17. quæst. 16. & 17. Sayro in claui regia lib. 6. cap. 10. num. 9. Valentia 2. 2. disputatione 6. quæst. 6. puncto 6. quæstion. 5. idem Philiarcus de officio sacerdotis,*

tom.

tomo 1.p.2.lib.3.c.4.ad fi. Corradus in suis responsis 1.p.q. 299. Vega 2.to. summa c.1 29. casu 91. Llamas methodo curationis 1.p.c.4.§.25. Suarez tomo 2.de religione, tractatu de voto, lib.6.c.7.n.7.

8 Hinc deducitur quid dicendum sit de voto religiosi, seruandæ alicuius rei sua regula præceptæ. *Caiet. & Armilla relati, num.6.* distinguunt, si præceptum regulæ sit eiusmodi, vt facultas sit prælato dispensandi in eo, poterit vtique id votū irritare: secus si dispensare nequeat. Ducuntur eisdem rōnibus, quas n.6. retulimus. At verò nostra sententia n.7. relata, dicendum est in vtroque casu posse ob easdem rationes. Et ita indistinctè tradūt *Sot. eod. d.b.2. col 4. vers. His de potestate. Aragon eodem dub.1. concl.6. Philiarcus de off. sacerdotis, to.1.p.2.lib.3. c.18. vers. vndecimo peccat.* Et expresse in vtroq; casu tenent *Azor ead. q.17. & Suarez eod.c.7.n.8. & n.9.*

9 Posterius est votum eundi in subsidium Hierosolymitanum. Quidam enim dicunt integrum esse religiosis officio prædicandi fungentibus, id votum emittere ac exequi absque abbatis licētia. & subinde abbas nequibit illud irritare. Ducuntur ex *c. Ex multa, de voto;* quis enim pugnare nequeant, satis auxilij pugnantibus afferunt suis exhortationibus. Ita docent *Hostiens. eod.c. Ex multa, nu. vlt. & ibi Io. Andr. n.6. fi. Ant. n.11. Abb. nu.8. Anch. fi. Idem Hostiens. c. fi. nu.1. eo. tit. & ibi Io. And. n.2. Anch. n.2. Anani. nu.2. Henricus c. scriptura, nu.3. eod. tit.* At melius *Abbas eo.c. fi. nu 2. Rosella in summa, verbo Votum 2. nu. vlt. Sylu. verbo Votum 3. q.4.* dicunt id non esse verum de simplicibus religiosis, sed de solis prælatis regularibus, & id non in præsenti, sed olim quando erat generalis licentia Pontificia eundi in id subsidium.

10 Tandem vota hæc cum omnia religiosorum irritantur propriè, & directè, & ideo numquam reuiuiscunt. Vt probaui c.26.n.3.& 4.

SVMMARIVM.

An Pontifici, & Episcopis integrum sit irritare vota religiosorum, n.11.

An sint aliqua religiosorum vota, quæ à Pontifice, & non à prælatis religionis irritari valeant, refertur quadam opinio, n.12.

Explicatur sententia Authoris, & an possit Pontifex irritare votum transitus ad altiorem religionem, n.13.

An potestas irritādi vota religiosorum competat legato Apostolico, n.14.

An competat vniuersis religionis prælatis, n.15.

An competat secundarijs prælatis, vt sub prioribus, aut saltem possint religiosorum vota suspendere, n.16.

An hæc potestas irritandi vota possit reseruari à superiori prælato inferiori, n.17.

An abbatissis competat hæc irritandi vota monialium potestas? Refertur quadam sententia, n.18.

Explicatur sententia Authoris, n.19.

An hæc irritatio abbatissæ sit directa, ita vt vota non reuiuiscant n.20.

An si quispiam se peculiari obedientia voto extra religionem astringat, possit ille eius vota irritare? Remissiuè, numero 21.

Post nu.21. inuenies summaria quæ desiderantur.

11 Quæstio secunda. Quibus religionis prælatis cōpetat hæc potestas irritandi vota religiosorum? Et quidē an id Pontifex, & Episcopi possint, diximus c.24.n.20. vbi id diximus posse Pōtificem, & n.22. vbi id negauimus Episcopo, nisi respectu monialium sibi subiectarum.

12 Quod si petas, an sint aliqua religiosorum vota, quæ à Pontifice irritari valeant, non autem ab alijs religionis prælatis. *Azor to.1. instit. moralium, lib.11. cap.17. q.3. vers. Monachorum vero,* ait posse Pontificē irritare multa religiosorum vota, quæ nequeunt alij prælati regulares. Sed nescio vbi multa vota hæc inuenerit: cū sola irritatio transitus ad altiorem religionem promissi, & votorum quæ peculiaria sunt aliquarum religionum, denegetur alijs prælatis, vt diximus à n.2. vsq; ad 9. Atque de his est difficultas; an à Pontifice irritari valeat? Et videtur pars affirmans. Quia ob id diximus n.2 nequire alios prælatos irritare votum religiosi transeundi ad altiorem religionem, quòd iure Pontificio eximatur hoc votum. Et n.5. ob id diximus alia vota non posse, quia constitutione Pontificia sunt ea annexa statui illarum religionum. At neutra ratio procedit in Pontifice, vtpote qui nullo iure humano astringitur, ita vt coarctata maneat eius potestas.

13 Ceterum quamuis multa sint vota, vt omnia religiosorum solemnia, & his adiuncta iuxta religionis cōstitutiones, in quibus soli Pontifici integrum est dispēsare ex iusta causa; at regulariter nullum votum irritare valet quod regulares alij prælati irritare nequeāt. Dixi regulariter, quia si alicui religioso concessisset licentiam emittendi voti alicuius, quod rarissimè, aut nunquam accidet, nullus alius prælatus regularis id irritare valet. Quia Pontifex est supremus omnium regulariū prælatus. Vt probauimus c.24.n.20. At inferior prælatus nequit votum de superioris licētia emissum irritare, vt, pbaui c.27.n.4. Ratio autem nostræ sententiæ est. Quia Pontifex non ponitur facultate irritādi vota, quatenus Pontifex est, & supremum Ecclesiæ caput, alias posse et irritare vota laicorum, quorum est etiam caput. Cuius contrarium probaui c.24.nu.18. Sed tantum id potest, quatenus est religionis prælatus, cui vna cum alijs eiusdem prælatis votum obedientiæ emittitur, vt probaui eodem c.24.n.20. At vt sic non est supra ius Pontificiū, sed solum quatenus est Pontifex. Insuper nec pōt huius religiosi votū irritare, quatenus est supremus omnium religionum prælatus, sed quatenus est suæ: non.n. religiosus se dedicat religioni in vniuersū, sed suæ, & ideo nequit Pontifex virtute illius vou obligare hūc ad aliarum religionum instituta, sed solius suæ: & ideo transiens ad strictiorem religionē liberatur voto obedientiæ Pontifici, quatenus erat prælatus prioris religionis, sicut & obedientia aliorum prioris prælatorum, & trāsit in obedientiam Pontificis, vt est posterioris religionis prælatus. Nequit ergo Pōtifex irritare votum transitus ad strictiorem religionē, & vota annexa religionis illius instituto, iuxta constitutiones Apostolicas: sicut nec alios prelatos id posse diximus n.2.& 5. In casu autem quem n.3. explicuimus, existimo posse Pontificem irritare votum transeundi ad strictiorem religionem; nempe, qñ eum transitum sine sua licentia fieri interdixisset. Quia ratio potestatis irritandi vota est conditio iure Pontificio imbibita in his subditorum votis, antequam emittantur, ob quam pendent ex superioris consensu. Cum ergo in eo casu id votum ex Pōtificis statuto habeat conditionem ex ipsius consensu pendentem, poterit ab ipso irritari, nolendo apponere conditionē. Antecedens satis probaui c.24.nu.32. Et confirmatur, quia hac ratione probauimus c.26.nu.6. posse Pontificem vere irritare, ita vt non reuiuiscant, votū Episcopi transeundi ad religionem, quòd transitus sit illi interdictus absque Pontificis licentia, & ideo imbibat conditionem ex eius consensu pendentem.

14 Legatus autem Apostolicus, licèt sit legatus à latere, nequit religiosorum vota irritare. Dicor, quia quāuis soli legati à latere, vel alij legati, qui etsi à latere, non sint, habent concessam à Pontifice potestatem legati, à latere, habeant iurisdictionem in religiosos exemptos, quale hodie sunt omnes. Vt benè tradunt *gl. cap. quod translationem, verbo reseruata, de offic. legati. & ibi Cardin. q.5. & eadem glos. cap.1. verbo vniuersas, eod. tit. vbi Abba nu.8. & Imola fine. Hostiens. summa, eod. tit. num.3. Speculator tit. de legato, §. superest videre num.13. Francus c.1. num.1. de verborum significan 6. & cap. si Abbatem, num.2. de electan 6. D. Antonius 3.p. tit.21.c.3.§.1. Rosella in summa, verbo Legatus, nu.5. & ibi Ang. num. 2. & ibi Tabiena q.2. nu.3. & q.5. num.6. Idem Angelus* verbo

verbo Exemptus, initio. Syluest. verbo Exemptio, initio, & verbo Delegatus q.13. Et posse legatum à latere exercere iurisdictionem in exemptos, nil dicens de alijs legatis, tenet etiam *Mandosius in signatura gratiæ, tit. Exemptiones ab Episcopis, versic. Præfati & omnes.* Idque probatur ex *d.c. Si Abbatem* vbi dicitur, Abbati immediatè Pontifici subiecto electo in Episcopum, neminem posse desetendi monasterij licentiã concedere, nisi Pontificẽ, aut legatum à latere: subditurque hũc posse electiones exẽptorũ confirmare, non verò alios legatos. Ex quo textu clarè constat per exemptionẽ, qua exemptum redditur Papæ immediatè subiectus, nõ excludi iurisdictionem legati à latere. Et ex *c.1. de verb. signific. n.6.* vbi dicitur Pontificem recipientem aliquos in proprios filios non videri per hoc concedere exemptionem, sed id solum, ne illi possint ab alio, quàm à se, aut à legato à latere excommunicari. Nam ibi Pontifex in priuilegijs exemptionis ab ordinarijs videtur æquare sibi legatum à latere, vt, scilicet, per exemptionem illam non excludatur huius iurisdictio, sicut nec sua. Quamuis (inquã) hoc sit verum; at non inde sequitur legatos à latere habere hanc irritandi potestatem, sed solum eos habere iurisdictionem in regulares quacumque exemptione munitos. At hæc irritandi potestas nõ est actus iurisdictionis, nec cõpetit Pontifici, quatenus habet iurisdictionẽ spiritualem, sed quatenus habet potestatem dominatiuam in religiosorum voluntates, ratione voti obedientiæ; quod ipsi tanquam supremo religionum generali emittitur. At nullo iure constat id votum emitti legato à latere. Et ideo optimè *Caietanus 2.2.q.88.ar.12. colum. antepen. paulò ante solut. 3. obiect.* ait prælatum religiosorum posse irritare vota illorum, tanquam dominũ, vel quasi dominum, & non tanquam prælatum.

15 Hæc potestas irritandi vota religiosorum competit quibuscumque prælatis regularibus, vt generalibus, prouincialibus, superioribus localibus. Quia his omnibus votũ obedientiæ emittitur, suntque verè prælati. Quod omnes fatentur. Atque idem dicendũ est de visitatoribus, vtpote qui sunt prouincialibus superiores, & toti prouinciæ præsunt. Et hoc nisi aliàs iurisdictio esset ad aliquos actus limitata. Et quãuis essent aliqui religiosi non exẽpti possent dicti prælati irritare eorũ vota, quãuis dispensare tũc nequirẽt. Vt dicemus tractantes de horũ facultate ad dispensandũ. Quia hæ potestates nõ sunt cõiunctæ: Sicut Abbatissa nequit dispensare in votis monialium, potest tamẽ ea irritare, etsi subsit Episcopo, & prælatis regularibus. Vt dicemus n.19. Atque ita docet *Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, l.6.c.10.n.15.*

16 Nec tamen hæc potestas competit secundarijs religionum prælatis, quos cõmuniter superiores vocant, & in Societate Iesu ministros. Quia re vera non sunt prælati, sed prælatorũ adiutores, ad res quasdam ab eis cõmissas, & ideo potestate dominatiua in religiosos nõ fruũtur. Atque ideo, nec possunt subditorũ confessiones audire, nec licentiam audiendi alijs concedere. Vt tradũt Doctores tractatu de pœnitentia; & optimè *Sotus 4. dist. 18. q.4. art.1.* Quando tamẽ prælatus esset absens, atque adeo tota cõuentus gubernatio ad ipsos spectaret, tanquã vices illius gerentes; possent vtique. Quia tunc plena prælatorum vice funguntur, & sic sunt verè prælati, & possunt subditorum audire confessiones, & alijs audiendas committere. Vt benè *Sotus ibidem, & Sylu. verbo Confessor, 1. q.8. dicto 3.* Atque hoc constat ex ijs. quæ diximus c.24.nu.13. Et in proprijs terminis docet *Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, l.6.c.7.n.17.* Qui benè addit hoc etiam posse ex delegata prælatorum facultate sibi cõcessa. Quia c.24.n.54. probauimus hanc facultatem posse delegari. Possunt tamen hi secundarij prælati occupare subditum tempore, quo votũ implendus erat; & sic suspendetur votum. Quippe cum habeant ius præcipiendi intra limites suæ domesticę gubernationis, nec sit ad hoc necessaria potestas dominatiua, sed satis sit œconomica, poterunt id facere. Nec enim subditus potest suis votis potestati horũ præiudicare; idque esset rectæ conuentus administrationi aduersum. Atque aliquando per accidens id votum non amplius obligabit, quia erat illi tempori annexum.

17 Quamuis verò omnibus religionis prælatis potestas hæc irritandi cõueniat; at id cum quadam subordinatione est, & ideo potest superior prælatus inferiori reseruare aliquam irritationem; sicut & potest alia circa regimen & absolutionem reseruatorum. Ita *Suarez to. lib.6.c.7.n.17.*

18 Rursus est difficultas de Abbatissis. & Priorissis, an possint vota monialium irritare. Videtur pars negans, quod satis sit eam potestatem esse apud cõuentus prælatos, ad quos gubernatio spectat. Atque ita *Azor to.1. institut. moralium, lib.11. cap.17. q.3. ad finem.* videtur eis limitatem irritandi vota potestatem concedere; ait. n. posse has irritare vota, quæ religiosæ familiæ sunt incõmoda. Et *Manuel 2. to. summæ, c.89.n.9.* ait posse has irritare vota emissa de operibus superrogationis, ac liberis: & ita videtur limitatiorem cõcedere potestatem, quàm prælatis religionum, qui possunt etiam vota de rebus præcepti irritare. Vt diximus n.7.

19 At probabilius est posse Abbatissas seu Priorissas omnia monialium vota irritare, quæ possunt prælati circa religiosos. Quia non solis prælatis, sed ipsis quoq; Abbatissis emittitur votum obedientiæ (vt dicemus lib.6. huius tractatus, agentes de voto obediẽtię) & ideo vota includunt tacitam conditionem pendentẽ ex earum consensu. Pręterea, quia non minorem potestatem habent in actus monialiũ, quàm mater tutrix in actus impuberum. Et ideo hanc sententiam tenet *Petrus de Ledesma 2. to. summæ, tract.10.c.7. ad finem.* Et clarè eã videntur tenere *Onedus in 4. d.38. disp. unica, propositione 19. Alcozer summa cap.16.* vbi de potentibus irritare vota, *concl.3.* vbi dicunt eadem ratione competere his Abbatissis potestatem irritandi; qua competit pręlatis religiosorum. Eandem clarè tenent alij absolutè hanc potestatem illis concedentes. Ita *Angles floribus 2.p.q. unica de voto, ar.7. diff.c.7. Manuel quæstionibus regularibus, to.2.q.13. art.7. Vivaldus candelabro sacramentorum 3.p. c.14.n.98. Leonardus lib.2. de iustit. c.40. dubio 13.n.107. versic. Abbatissa. Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.6. c.7. nu. vltimo. Sayro in claui regia, lib.6.c.10.n.7. vers. Hinc est, & n.14. fine.* vbi dicit id verũ esse, quamuis vouendi dederit licentiam. Sicut c.27.n.9. idem diximus de pręlatis religionis. Eandem clarè tenet *Vasq. 1.2.q. 96. art.4. disp.165.c.4.n.29.* vbi dicit non alia ratione ius esse pręlatis religionum irritãdi vota suorum religiosorum, nisi ratione iurisdictionis Pontificio iure ipsis concessę in illos, qua eos punire valent, & compellere ad votorum, & regulę obseruantiam. Et tamen *n.28.* dixerat eadem iurisdictione Abbatissas potiri erga moniales.

20 Atque hanc irritationem esse propriam, & directã, & ita ea vota non reuiuiscere, probant rationes n. pręced. allatę. Et docet *Suarez ibi relatus.*

21 An verò si quis se peculiari obedientię alicui voto astringat extra religionem, possit ille vota eius irritare: diximus c.24.n.35.

SVMMARIVM.

An superiores Societatis Iesu possint irritare vota eorum, qui biennij votis astricti sunt? Proponitur ratio probãs partem negantem, n.22.

Explicatur sententia Authoris; & remissiuè, quid de votis emissis ante ingressum in Societatem, aut tempore nouitiatus, n.23.

An superiores equitum, quos Comendadores appellant, possint eorum vota irritare, n.24.

An prælati religiosorum possint irritare vota eorum, quando sunt Episcopi, aut aliter à iurisdictione exempti, aut electi, aut in triremibus, aut sunt nuntij in

alia

alia religione, ad quam transierunt; aut emissa sunt in seculo, aut in nouitiatu? Remissiuè, n. 25.
An possint irritare vota nouitiorum? Refertur duplex sententia, n. 26. & 27.
Explicatur sententia Authoris, n. 28.
Quid si sint nouitij, qui in religione emisere ex deuotione tria substantialia religionis vota simplicia, n. 29.
An vota nouitiorum sint suspensa duranti nouitiata, Refertur duplex sententia, n. 30. & 35.
Explicatur, quæ vota personalia valeat superior suspendere, n. 32. 33. & 34.
An id quoque possit magister nouitiorum, n. 35.
Quid de votis realibus, n. 36.
An sint suspensa ipso iure vota aliqua personalia, n. 37.
An sit idem, siue in nouitiatu, siue antea emittantur vota, nu. 38.
An nouitio egresso religione reuiuiscant ea vota, num. 39. & 40.
An possint ea nouitij vota commutari in religionis opera, nu. 41.
An si commutatione facta egrediatur, reuiuiscant, n. 42.

22 Quæstio vltima. Qui sint religiosi, quorum potest superior irritare vota. In qua est prima difficultas. An superiores Societatis Iesu valeant irritare vota suorū religiosorum, qui solis biennij simplicibus ligati sunt. Et videntur non posse. Quòd ius irritandi vota sit potestatis dominatiuæ, quæ ex sola professione consurgit.

23 At dicendum est absque dubio posse. Quod per ea vota desinant esse nouitij, ac constituantur veri religiosi, seque cum suis omnibus actibus tradāt Societati, ita vt Societas in eos acquirat verum ius, sintque quo ad oēs suas operationes ipsi subditi, non aliter quā professi. Vt decicit *Greg. XIII. in sua bulla incipienti, Ascendente Domino.* At ex hac subiectione oritur potestas irritādi vota, & nō ex sola professione. Atque ita habet vsus totius Societatis. Et docet *Suarez to. 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. 7.* nu. 10. An vero possint irritare vota emissa ante ingressum in Societatem, vel tempore nouiatus, diximus c. 31. n. 4.

24 Secunda difficultas est. An superiores equitū ordinū militarium, quos vulgo *Comendadores* appellāt, possint eorū vota irritare? Videntur posse, quia iuxta veriorem sententiā sunt veri religiosi, & maximè milites D. Ioānis, qui votis solemnibus astringuntur. Cęterū non audeo id asserere. Quia obedientia, qua hi suis superiorib. astringuntur, est valde limitata, nec quoad omnes suas operationes, nec ipsorum est operationes horum dirigere. Quæ potestas est fundamentum huius iuris. Quare nisi legitima consuetudine obtantum esset id posse, illud non concederem.

25 Tertia difficultas est. An prælatis religionis ius sit irritandi vota religiosorū, qui iam sunt Episcopi, aut eiecti, aut in triremibus, aut alio modo exēpti? Sed de hoc diximus c. 30. à n. 21. vsque ad 27. Et quid si sint nouitij in alia religione, ad quā transiere. Diximus ibi, à n. 28. vsque ad 30. Et quid de emissis ante ingressum in religionem, vel tempore nouitiatus: diximus c. 31. n. 3.

26 Vltima difficultas est. An prælatis religionis integrum sit vota nouitiorum irritare? Quidam sentiunt nō posse, si in seculo emissa sint, aut si in nouitiatu, vt post exitum implerentur; secus si in nouitiatu facta sint, vt tūc impleantur. Quia nouitius dum probatur, subest prelato. Sic quidam, quos tacito nomine refert *Azor tom. 1. inst. moralium, lib. 11. c. 17. q. 20.*

27 Alijs verò placet posse irritare sub hac conditione, si sequatur professio, secus si non sequatur. Quia sicut nouitius est religiosus in fieri, & non perfectè, ita prælatis cōpetit hæc imperfecta irritādi potestas. Authores hos tacito nomine refert *Sayro referendus n. seq.*

28 Verum dicendum est, prælatos religionis nullo irritandi vota nouitiorum iure potiri. Quia cum nondum sint religiosi effecti, voluntas eorum non pendet à prælati voluntate, nec in illam dominium habet. Atque ita docent *Nauar. summa Lat. c. 12. nu. 65. Hispana c. 28. additione 1. ad eundem n. 65. Ludouicus Lopez 1. par. instructorij conscientiæ c. 48. col. 2. vers. Materia voti. Azor to. 1. instit. moralium, lib. 11. c. 17. q. 20. & vltima. Sayro in clau. regia, lib. 6. c. 10. nu. 15. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 40. nu. 77. Manuel 2. to. summa c. 89. nu. vltimo, & quæst. regularibus, tomo 2. q. 25. art. 8. Llamas methodo curationis 3. p. c. 4. §. 42. fine. Suarez to. 2. de religione, tract. de voto, l. 6. c. 7. n. 11.* Quod si nouitius apponeret in voto conditionem, si superior approbauerit votum, vel consenserit, poterit superior irritare per subtractionem conditionis appositę. Vt benè docet *Suarez ibid.* Et c. 24. n. 36. diximus id esse generale in votis cuiuscumq; apponētes similem conditionem.

29 Atque idem dicendum est, quamuis nouitij illi ex sua deuotione emisissent tria substantialia religionis vota. quia etsi illis in ordine ad Deū maneant obligati, religio tamē nullum ius acquiri in eos, nec per ea efficiuntur religiosi. At huiusmodi vota nō satis esse ad hāc potestatem irritandi tribuendam, probauimus c. 24. n. 35.

30 Sed restat difficultas, an nouitiorum vota maneāt ita suspensa tpe nouitiatus, vt pro tunc nō obligent. Affirmant aliqui tā de votis realibus, quam personalib. Ita videntur sentire *Couarr. de pactis 1. p. §. 3. n. 4. vers. Sexto apparet. Graffis 1. p. dec. lib. 2. c. 30. n. 2.* Et probant quia ea vota realia possunt commutari in melius, quale est perpetuus religionis ingressus. Dixi autem videri sentire, quia si benè inspiciantur, loquuntur quando quis commutauit propria sua authoritate omnia vota in perpetuum religionis ingressum; & tunc verissimum est nulla vota sic commutata obligare tempore nouitiatus.

31 Alij autem tradunt absolutè nouitium excusari tempore nouitiatus à votis personalibus implēdis, & ita ea pro tunc suspensa esse, secus de votis realibus. Ita docēt *Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 3. conclusione 3. n. 33. D. Antoninus 2. p. tit. 11. c. 2. §. 8. notabili 2. Sylu. verbo Votum 4. q. 7. dicto 3. Ludouicus Lopez vbi n. 28. cum retulit.*

32 At dicendū est, sola vota personalia impedientia executionē exercitiorū nouitiatus posse superiorē suspēdere; qualia sunt, quæ vel opera religionis, vel ordinē impediunt, vel nimium aggrauant religionis onus. Ratio est, quia cū nouitius subsit curæ superioris pro tunc gubernandus, vt ipse possit religionis experientiā capere, & religio ipsius, cōsentaneum est rationi eū omni iurisdictione necessaria ad hunc finē potiri. Huic aūt valde necessariū est, moderari opera impedientia exercitium operū religionis, quæ est necesse nouitiū exercere, & experiri; vel quæ possunt onerosam reddere religionē, & sic oneri succūbens nouitius illā deseret, aut saltē difficilior erit perseuerantia. Quæ rō cū non militet in votis alijs, quæ nec obstāt religionis exercitijs, nec illā aggrauāt, nō est cur superior possit hæc suspendere. Vt si votū sit seruandi præscripta in regula, aut seruandi præcepta Dei, aut Ecclesiæ. Et ita docent *Leonardus lib. 2. de iust. c. 40. dub. 10. n. 77. Suarez dicto tractatu de voto, lib. 6. c. 7. n. 12. et c. 11. n. 8.* Et amplius constabit ex dicendis n. 37. vbi probabimus priora vota suspendi ipso iure.

33 Id tamen monuerim posse aliquando accidere, vt etsi votū per se, ac suapte natura, nō obstet religionis exercitijs, nec illā aggrauet; at per accidēs id efficiat, & tūc poterit superior similiter suspendere. Verbi gratia, promisit nouitius seruare silentium regula præscriptū, aut interesse sacro, authoris canonicis, vt præscribit regula, quāuis ex se hæc vota non aggrauent religionē, nec impediāt eius exercitia; at possent inde tot scrupuli in nouitio oriri, vt ferè inepius esset religionis exercitijs, aut multo grauiora redderentur; & tunc posset suspendere superior. Quia militat ratio tradita nu. præc.

34 Alia etiam ratione poterit suspendi votum nouitij, nempe, superiore occupanti illum tempore quo votum personale impleturus erat, aut ex iusta causa interdicēti materiam promissam. Quia prælatus quouis tēpore

nouitiũ occupare potest, & vt pmaneat, oportet ipsum obedire. Quare tunc tẽporis id votũ censebitur suspensum, vtpote quod obseruari commodè nequit cũ obseruantia regulari. Nec tenebitur tunc nouitius petere licentiã implendi nec manifestare votũ. Quia ad neutrum se explicitè, aut implicitè obligauit. Sicut ob hanc rationem c.25.n.26. idẽ diximus in votis professorum. Nec credo peccare superiorem, qui cõscius voti personalis compatibilis cum obseruantijs regularibus, tunc nouitium iusta ex causa occuparet, materiamve prohiberet. Quia ea vota personalia non arctant ipsum superiorem, quominus nouitium omni tempore occupare queat, aut aliquid ipsi iustè prohibere.

35 Atq; idem quod diximus de prælato religionis respectu nouitiorũ, credo etiã verũ de magistro nouitiorũ, poterit enim similiter suspẽdere vota, quæ diximus posse prælatũ suspẽdere. Quia est verè eorũ superior, & ipsi specialiter, & immediatè incũbit regimẽ nouitiorum.

36 Ex dictis deducitur, realia nouitiorũ vota non posse suspendi. Quia nullatenus obseruantijs regularibus obstãt, aut iugũ religionis aggrauant. Sic *Palud. D. Antonin. Syluest. Ludouicus Lopez allegati nu. 31. Azor tomo 1. instit. moralium, lib. 11. cap. 17. q. vltima, & c. 19. qu. 21. Leonard. lib. 2. de iustit. c. 40. dubio 10. n. 77. Suarez eodem lib. 6. c. 7. n. 12.* Existimo tñ in peculiari aliquo casu posse ẽt suspẽdi, quãuis regulariter nequeãt. Casus aũt erit, qñ religio, aut nõ ministrat nouitijs alimenta, aut non sufficientia, & nouitius indigeret bonis, quæ habet ad se alendũ, illisq; expensis in voti executione redderetur multo onerosior religio, deficiẽn necessaria sustẽtatione. Quia tũc militat rõ tradita n. 32. de votis psonalib.

37 Immò vota impedientia impleri opera religionis sũt suspẽsa ipso iure, & quasi sopita, & sic nõ obligãt dum nouitius manet in religione. Quia cum multò melius sit pro tunc nouitijs, exequi religionis opera, vt religionem experiantur, ipsisque satisfacientes admittãtur, vota hoc impedientia nequeunt pro tũc obligare, vtpote quæ maiori bono implendo obstarent. Atq; ita docent *Palud. D. Anton. Syluest. Ludouicus Lopez relati num. 31. Azor q. vltima & Leonard. citati num. præcedenti. Alcozer summa ca. 16. vbi de votorum commutatione, conclus. 5. f. 57. colum. 2 Sayro in claui regia, lib. 6. cap. 10. nu. 15. Manuel 2 tomo summæ cap. 79. nu. vltimo.* idque significat *Suarez eodem c. 7. nu. 12.* dicens probabile esse de se tũc nõ obligare, tanquã impedientia maius bonũ. Dico autem id significare, qui statim subdit hęc verba: Si *prælatus subeat non seruari, sed sequi ordinem religionis.* Quæ cõditionalis videtur destruere quod prius significarat; si enim hoc superioris præceptũ exigitur, non sunt suspẽsa ipso iure. Si ideo id nõ exigi existimo, sed ipso iure suspensa esse, & pro tũc nõ obligare. Quia votũ nunquã põt maiori bono obstare. Atq; hoc existimo verũ, non tantum, qñ per se impediunt, & reddunt iugũ religionis multò grauius, sed etiam, qñ per accidens id efficiunt modo explicato n. 31. Quia militat eadem rõ.

38 Nec discrimen aliquod est statuendum, quo ad omnia dicta de nouitiorum votis, siue ea in nouitiatu, siue in seculo emissa sint. Quia rõnes traditę militant ęquè in vtrisque votis. Et ita docet *Suarez eodem lib. 6 c. 11. nu. 8. ad finem, & c. 7. n. 12. fine.* Atque *Leonardus eodem c. 40. dub. 11. nu. 93. & Azor eodem cap. 17. q. vltim.* loquuntur expressè etiam de emissis in seculo & cæteri Doctores indistinctè loquuntur de votis nouitiorum.

39 Cum autem prædicta vota non verè irritentur, sed tantum suspendantur, reuiuiscunt, ac obligant nouitio egresso religione tempore nouitiatus. Quod apertè tradunt omnes Doctores citati, quatenus aiunt ea suspendi pro nouitiatus tempore. Et in proprijs terminis tradunt *Ludouicus Lopez nu. 31. citatus, Suarez vtroque loco, & Leonardus relati nu. 32.*

40 Hoc tamen intelligendum est, nisi vota essent annexa tempori, vel illi statui, ex vouentis intentione, tunc enim eo tempore transacto; & statu relicto, nõ obligarent vota, nõ eo quod irritata sint, sed per lapsum temporis, quo obligabant. Quod per se est notum. Et tradit *Suarez eodem lib. 6 c. 11. nu. 9.*

41 Tandem ad vitandos scrupulos sanũ consilium erit, vt authoritate prælati, aut propria cõmutentur ea vota in opera nouitiatus exequenda: quod intelligendum est eo modo, quo in tractatu de votorum cõmutatione dicemus posse authoritate superioris vota nouitiorum, & quæcumq; propria authoritate commutari. Quod benè docent *Manuel duplici loco quem n. 28. retulimus. Alcozer relatus nu. 37. Leonardus lib. 2 de iustit. cap. 40. dubio 10. nu. 77. & dubio 11. nu. 92.* Qui in hoc posteriori loco benè ait id etiam esse verum de votis realibus. Quia cum per ea tanquam parti non intimata nullum ius acquisitum sit, possunt eodẽ modo, quo personalia commutari. Vt suo loco dicemus. Est tamen maximè aduertendũ, qñ absolutè fit commutatio in nouitiatus opera, cũ hæc sint incerta, eo quod potest nouitius egredi, nec possint extra nouitiatũ ea impleri, hæc esse cõsiderãda, vt iudicetur æqualitas cum re promissa: vt vel præscribantur opera, quæ eo egresso possint impleri, & voto æquiualeant, vel si votum habeat tractum successiuũ, vt quotidie, aut octauo quoque die recitandi, aut ieiunandi, fiat commutatio pro solo nouitiatus tẽpore.

42 Hinc deducitur, qualiter sit intelligendũ, quod tradit *Leonardus eo. dub. 11. n. 93.* vbi dicit vota sic cõmutata reuiuiscere eo egresso religione. Quia (inquit) pro solo nouitiatus tempore cõmutatio facta est. Quod intelligendum est, nisi id votum fuerit alligatum tẽpori, idque transactum sit; iusta dicta nu. 40. Præterea intelligendum est, quando cõmutatio facta est pro solo nouitiatus tempore, quod regulariter accidit, & ita existimo in dubio pręsumendũ. At si cõmotatio fuit omnino absoluta, quod ex materia subrogata loco prioris voti constabit, nempe, qñ erat talis; vt etiam in seculo impleri commodè posset, nec mentio nouitiatus facta sit, nulla supererit obligatio prioris voti, sed materiæ, in quam facta est commutatio, si nondum impleta sit.

CAPVT XXXIV.

Qualiter vtrique coniugi potestas sit irritandi vota alterius.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, num. 1.

An vir possit omnia vxoris vota, præter quàm castitatis irritare? Refertur quadam sententia, nu. 2.

Explicatur sententia Authoris, & simul soluuntur contraria, num. 3.

Quid si vir, aut vxor mancipia sint, nu. 4.

Quid de voto vxoris eundi in subsidium terræ sanctæ, n. 5.

Quid de votis emissis, matrimonio rato nõdum consummato, animo ad religionem transeund., nu. 6.

Quid si vir fornicationis reus sit, aut è contra, an priuentur hac irritandi iure, nu. 7.

Quid de votis emissis ante matrimonium, vel tempore alterius matrimonij, vel tempore diuortij, aut si facta sint tẽpore matrimonij, & est diuortium; aut tempore quo vxor impubes erat sub patris potestate? Remissiuè n. 8.

Post num. 8. inuenies alia summaria.

1 TRiplex est quæstio disputanda. Prima, de potestate viri ad irritanda omnia vxoris vota, pręter votum castitatis. Secũda, de voto castitatis. Vltima, de potestate vxoris ad reddenda irrita vota viri.

2 QVÆSTIO prima. An viro ius sit omnia vxoris vota irritandi, pręter quam castitatis? De qua quæstione egi latè & clarè. lib. 9. de matr. disp. 39. & ideo summatim referã, remittẽdo illuc rationes, & Doctores. Punctus difficultatis eo pertinet, an vxor subdatur viro quo ad solã materiã promissã, nã tũc sola vota de materia promissa præiudicãti viro, poterit ille irritare; an potius etiã subdatur quo ad voluntatẽ, sicut impubes patri,

patri, vel tutor, vel religiosus prælato, tunc enim poterit omnia vxoris vota irritare, instar horum. Duplex est sententia. Prior (quæ est valde probabilis) tenet vxorē ratione solius materiæ promissæ subdi viro, ac proinde virū sola vota præiudicantia sibi, ac domesticæ gubernationi, posse irrita reddere. Huius sentētiæ fundamēta, & authores retuli ea. disp. 30. nu. 3 Et præter Doctores ibi allegatos, eam sustinent *Leonardus lib. 2. de iustitia c. 40. dubio 10. n. 83. Azor tom. 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 16. q. vltima, & cap. 17. q. 12. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 5. n. 8. & c. 10. n. 19. Llamas methodo curationis 3. p. c. 4. §. 23. Suarez tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 3. c. 6. n. 26. & latius lib 6 c. 4. n. 2.* Qui fortificādo rationes aduersarias ibi allegatas, probat hanc sententiam. Quia subiectio vxoris ad virum ex solo matrimonij vinculo nascitur & est illi commēsurata. Sed vi talis vinculi sola sequitur subiectio necessaria, & cōueniens illi statui, nempe, vsui matrimonij, educationi prolis, gubernationi familiæ; media. n. sunt proportionata fini, & effectus cōmensuratur causæ. Ergo dependentia, & subiectio in votis, secūdum se, & ex parte voluntatis, non sequitur ex matrimonij vinculo, sed sola subiectio ratione materiæ. Et confirmatur, quia subiectio vxoris ad virum, non est absoluta in rebus omnibus; ergo continetur intra dictos limites; nullo. n. alio modo rationabiliter definiri poterit. Et confirmatur secūdò, quia nequit vir prohibere suo arbitrio vxori omnia opera supererogationis, nec potest præcipere quicquid libuerit. Ergo nec pōt tollere vota ex eo solū, quod voluntariam obligationem afferūt. Secūdò, quia Deus non amplius subdidit vxorem viro, quā naturalis ratio postulat, attento matrimonij vinculo, & naturali vtriusque coniugis conditione. At mulier non ita discretione caret, vt nequeat prudenter, & validè vouere; aliàs oīa vota fœminarum possent à patre irritari. Ergo vxor non subditur viro quo ad omnia vota à se emissa.

3 Posterior sententia (quam ea. disp. 19. n. 4. amplexus sum, & nunc quoque amplector) ait vxorē subdi viro, nō tantū quo ad materiā promissam, sed ēt quo ad voluntatē gubernandā: atque ideo integrū esse viro omnia eius vota irritare, etiāsi sint de rebus necessarijs, vt de non mentiēdo, sicut pater potest omnia impuberis, & prælatus omnia religiosi. Cuius sentētiæ sunt *D. Thomas Durandus, Glossa, Gratianus, Maiore, Sotus, Brunellus, Alcozer, Stunica, Emmanuel Sà, Aragon, Manuel Vega, quos omnes retuli eod. nume. 4.* Et solum moderatæ eleemosynæ votum excipientes, *Abbas Paludanus, Supplementum Gabrielis, Rosilla, quos ibi retuli.* Et *Angles ibi etiam relatus* solum votum de rebus necessarijs excipiens. Et præter Doctores ibi relatos, hanc clarè tenet *D. Bonauent. 4. dist. 32. in expositione litteræ nu. 4.* vbi ait virum non posse irritare votum continentiæ vxoris; eo q. in hoc sint pares; & statim subdit hæc verba: *Nec est simile de voto abstinentiæ, pro eo, quòd quantum ad omnia præest vir vxori, præterquam in lege tori.* Ecce, quàm apertis verbis omnia vxoris vota subdit viro, præter votum cōtinentiæ, de quo non est nunc sermo, sed à n. 9. dicemus de illo. Eandem tenent *Abulensis c. 30. Num. q. 65. in solutione ad 3. Petrus de Ledesma* explicans cum alijs, quos eo. n 4. retuli, etsi id votū sit de præceptis seruandis, *to. 2. summa, tractatu 10. c. 7. dubio vltimo, dicto 2.* Atque dicit probabilē *Leonardus nu. præced. relatus;* & idē dicit *Ludouicus Lopez, quem eo. n. 4. retuli,* vbi hāc sentētiam testimonio Scripturæ, & sanctorū, & rationibus probaui; & ibi. n. 9. solui rationes contrarias. Et probatur modò fortificando rationes ibi propositas, & simul respondendo contrarijs n. præcedenti propositis. Quia lex, & finis matrimonij, maximam pacem, maximumque amorem, inter coniuges postulant, atque rectam filiorum educationem, domusque gubernationem, & subinde exigunt vxorem subdi viro in necessariis ad hæc conseruanda: vt autem hæc perfectè cōseruentur, necessaria fuit plena voluntatis vxoris subiectio viro, quo ad nouas obligationes sibi imponēdas, possent. n. inde oriri discordię. Et sic *Genes. 3.* absolutè dicitur vxori, à Deo: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi.* Et *ad Ephes. 5. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino; quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ; sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.* Vbi pondero subiectionem in omnibus viro, & tanquā eius capiti. Sicut n. omnes corporis actiones capiti subdūtur, ab eoque gubernātur, ita oēs actiones vxoris viro, vt ab ipso gubernētur. Et confirmatur, quia sicut recta spiritualis gubernatio religionis postulat volūtatem subditorum subiici prælato in omnibus obligationibus additis; nec huic plenæ subiectioni obstat, nō posse subditis omnia præcipi, sed ea sola, quæ sunt secundū regulā, nec omnia opera supererogationis posse ad soliū prelati libitū interdici; ita ēt recta, & pacifica gubernatio domus, & educatio filiorū, postulāt plenā vxoris viro in omnibus subiectionē, quo ad obligationes nouas sibi imponēdas, ne votis imprudenter factis perturbētur pax, & recta gubernatio domus, & filiorum educatio. Nec huic plenæ subiectioni obstabit, virū nō posse præcipere, nec interdicere omnia. Nec obstat ēt in religione directionē esse ad finē spiritualē, ad quē pertinent uota. At directio uxoris, est ad finē temporalem. Nō (inquā) obstat, quia esse finē spiritualē, est ualde extrinsecū irritationi uotorū, quæ est actus potestatis dominatiuæ: & sic pater pōt omnia impuberum uota irritare, quamuis eius superioritas ordinatur ad gubernationē domesticā. Et confirmatur amplius, quia multò maiori prudentia indiget mulier nupta, quàm soluta; cum illa multis oneribus placendi uiro, gubernandæ familiæ, educādæ prolis, grauetur, à quibus hęc libera est. Et ideo nō ita opus fuit cōsulere imprudentię fœminarum solutarum, concedendo alicui potestatem irritandi uota earum; sicut fuit necessarium consulere imprudentiæ nuptarū. Atque de facto consultum esse cōstat ex testimonijs Scripturæ citatis, ubi in omnibus uxor subiicitur uiro. Et in *c. 30. Num.* eodē prorsus modo, & sub eadem verborum generalitate, dicitur vota vxoris nō esse firma absque licētia viri, ac vota puellæ existentis in parentis domo, sine cōsensu patris. Sed dices has easdem rationes posse habere locum in seruis respectu dominorū. Respondeo disparem valde esse rationē; quia seruitus non est vinculū perpetuum, sed potest facilè seruus domo expelli, nec est socius ad gubernationem domus, & ad prolem educandam; & ideo non oportuit illum ita subijci domino, quo ad obligationes sibi imponēdas, sicut vxorē viro, quę quo ad hęc est socia, nec pōt expelli.

4 Nec in hoc discrimen aliquod constituo inter coniuges, liberos, aut seruos, potest enim maritus, siue seruus, siue, liber, irritare omnia vxoris vota, siue liberæ, siue ancillę. Quia ex matrimonio eadē potestas cōsurgit inter seruos, ac inter liberos, præterquam inter seruos, ad impediendum debitum dominis obsequium. Quæ exceptio potestati irritādi omnia vxoris vota nō obstat; cum irritare vota non impediat obsequium domini.

5 Hinc primo à quibusdam excipitur votum vxoris eundi in subsidium terræ sanctæ, dicentes id à viro nō posse irritari, cum hac tamen limitatione, si uxor nō sit iunior, ac suspecta de incōtinentia, sitque ita locuples, vt gentem armis munitā secum ducere possit. Hos Doctores, & eorum fundamētum retuli lib. 9. de matrim. disput. 4. n. 17. Verum cum alijs Doctoribus ibi probaui contrarium. Et præter Doctores ibi citatos, tenent *Sayro in claui regia, lib. 6. c. 5. n. 10. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 4. n. 15.*

6 Secundo possent excipi vota ab uxore emissa matrimonio rato, nondū tamen consummato, eo quod nondum plenā uxoris possessionem tempore uoti maritus habuerit. At sic distinguendū est, si id uotum sit religionis absolutè emissum, aut pro tunc implendum, cōstat nec posse à uiro irritari, nec suspēdi. Quia tenetur uxor

innito viro non consummare matrimoniũ, sed votum implere ingrediendo religionem. Si autem emittatur implendum tempore soluti matrimonij, poterit à viro irritari, iuxta opinionem, quam retulimus c.27.n.2. dicentem vota vxoris facta in tempus libertatis posse à viro irritari, at retenta opinione, quam nouissimè ibi n.3. tenuimus, dicenti non posse ea irritari, dicendum est, nec hoc posse, vtpote quod in tempus soluti matrimonij est factũ. Atque nec posse irritari existimo, vtrouis modo sit factum, licèt posteà consummetur matrimonium, & sic nequeat pro tunc impleri votum, vt promissum fuit, sed manebit pro tũc suspensum, donec illud exequi liceat; sicut si votum religionis factum esset ante matrimonium. Quia cum tempore, quo emissum est, nullam habuerit imbibitam conditionẽ pendentẽ à viri consensu, nequit posteà irritari; iuxta regulam à nobis traditam c.26. nu. 1. Si autem sint alia vota tunc emissa, implenda in religione, nequeunt similiter irritari, vtpote quæ facta sunt in tempus libertatis. secus si sint tunc implenda. Quia constante matrimonio pendent à viri consensu. Atque vtrumque agẽs de voto castitatis tenet *Sayro in claui regia, lib.6.c.5.nu.12,*

7 Tertiò alij excipiũt, nisi vir notoriam fornicationem corporalem, aut spiritualem admiserit. tũc enim dicũt non posse virum irritare vota vxoris etiã sibi præiudicantia. Sic *Graffis 1.p.decisionum, lib.2.c.29.n.8.* & posset aliquis existimare esse sententiam *Nauarri summa Latina c.12.n.64. Hispana n.65.* Sed reuera id non sensit, sed satis obscurè loquens dicit tunc posse coniugem votum alterius non petendi debiti irritare quando alter illorum incidit in notoriam fornicationẽ corporalem, vel spiritualem. Et probat ex *c. Agathosa 27.q.2.* & refert *Abbatem c.finali, de conuers. coniugat.* Et ita *Nauarrũ* intelligit *Valentia 2.2.disp.6.q.6.puncto 6.q.vltim. vers. Existit autem;* nec illum improbat sed dicit id non clarè colligi ex *d.ca. Agathosa.* Eodemmodo intelligit illum *Ludouicus Lopez 1.p. instructorij conscientiæ, c.47. ad finem,* & dicit tunc posse alterum irritare, ne alter periclitetur. Sed textus in *d.c. Agathosa,* nil confert ad id probandum; & falsò *Abbas* allegatur. Nec periculum alterius coniugis confert dominium in alterius voluntatem, aut materiam promissam; quod exigitur ad irritandi potestatem. Ergo quãuis id periculũ præbeat iustam dispensandi in eo voto causam, nil tamen ad irritationem conferet, atque adeo si secluso eo periculo non poterat coniux irritare, idem erit dicendũ eo stante. Deinde, quia parum confert ad periculum, esse notoriã, aut occultã fornicationẽ nec fornicationi spirituali cõsuletur irritato nõ petendi voto. At legitimũ huius sententiæ fundamentũ põt esse, quoniam cõiux adulter perdit ius petẽdi debiti à coniuge innocẽti, ac proinde dominiũ in corpus, ac voluntatẽ e ius. Verum si hæc limitatio esset vera, idẽ dicendũ esset de fornicatione occulta, per quã pariter idem ius amittitur. Quare sic distinguendũ est, si cõiux innocens velit iure suo vtens à nocente recedere, non poterit adulter eius vota irritare vt probat ratio posita. Immo. nec innocẽs tunc poterit vota adulteri. Quia per diuortiũ suspẽditur ea potestas. At si nolit eo iure vti, sed maritaliter viuere, poterit alteruter coniux irritare alterius vota, quæ ea fornicatione non admissa posset. Quia (vt probaui li. 1. de matrim. disp. 18. nu. 4. coniux adulter non omnino perdit ius exigendi debiti, sed in fauorẽ innocentis, si hic velit eam exceptionẽ opponere, & eo iure vti.

8 Quid autem dicendum sit de votis ante matrimoniũ emissis ab vxore, diximus c.31. n.9. & duplici sequenti. Quid autem de emissis tempore alterius matrimonij, diximus c.28.n.1. & ibi n.5. quid quando vxor impubes vouit sub potestate parentum constituta, & deinde nupsit malitia supplẽte ætatem. Et quid de votis emissis tempore matrimonii integri, quando posteà sequitur diuortium, & de votis factis tẽpore diuortij, diximus c.30. à n.18. vsque ad 20.

SVMMARIVM.

9 QVÆSTIO secũda. An viro integrum sit irritare votum castitatis emissum ab vxore, tempore matrimonii? Hoc potest emitti absque viri licẽtia, aut cum illa, aut communi cõsensu ab vtroque coniuge. De quibus modis est seorsum agendum. Prima ergo difficultas est de hoc voto emisso absque viri licentia. Quidã (& satis probabiliter) negant irritari posse. Quia vir non habet dominium in vxorem in ordine ad actum coniugalẽ, sed quo ad eũ sunt pares, *cap. Gaudemus. de diuort. c. Si quis vxorem 32.q.1.* Nec vir est caput mulieris, quo ad eum actum. Vt benè docet *Durandus 4.d.38.q.1.art.1. n.7.* Aliud fundamentum, & Doctores huius sententiæ retuli lib.9. de matrim. disp.39.n.10. Et vltra authores ibi relatos, tenent *Supplementum Gabrielis 4.d.38. q.1. art.5. versi. Sextò vir & vxor. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tract atu 10.c.7. dubio vlti. dicto 2.*

10 At probabilius est, posse à viro irritari, quatenus est votũ non petendi debiti; nullatenus enim obligare põt ad non reddendũ, esset enim contra matrimonii iustitiam. Rõ est, quia q̃uis vir & vxor sint pares, quo ad libertatẽ nõ petendi, & ius exigendi, & obligationẽ reddendi, & ita materia illa nõ sit viro subiecta, at quo ad illã nouã obligationẽ, quæ accidẽtaria est, vxor subditur viro tãquã capiti, cuius est volũtatẽ ipsius dirigere, ne imprudẽter voueat. Vt n.3. probauimus. Aliud fundamentũ huius sentẽtię, & eius authores retuli eadem disp.33.nu.11. Et vltra illos idẽ tenet *Sayro claui regia, lib.6.c.5.n.13.* Atque põt etiã irritare, quatenus id votũ obligat ad abstinendum à venereis extra id matrimonium, & ab alio matrimonio ineundo. Quia illa noua obligatio, qua incõsulto viro se vxor astrinxit, subditur viro iuxta dicta n.3. cuius Doct. retuli ea. disp. 39.n.12.

11 Constituunt autem *Nauarrus summa Latina, & Hispana c.12.n.60. & Sayro eodem c.5.n.13.* discrimen inter uotũ nõ petẽdi debiti, & illius nõ exigendi, vt prius possit irritari à viro, nõ autẽ posterius. Quòd prius vergat in viro pręiudiciũ cũ priuans se vxor debiti petitione, etiã nõ cogendo alterũ reddere, imponat onus viro semper petẽdi. At posterius, cũ importet solã obligationẽ ad nõ cõpellendũ alterũ coniugẽ ad reddendũ sibi, & ideo libera manet petendi absque illa coactione facultas nullatenus est in pręiudiciũ viri, immo est fauor eius, vtpote q̃ non cõpelletur, vt reddat. Verũ hoc discrimẽ nõ placet. Quia nunq̃ vouẽtes id discrimẽ attendunt. At si attenderent, ea differentia locũ haberet, retenta sententia n.2. relata, quæ tenet virum sola vxoris vota sibi pręiudicantia posse irritare. At retenta nostra relata n. 3. dicenti uirum posse omnia uxoris uota irritare, dicendum est quoque hoc posse.

12 Se-

12 Secunda difficultas est, de castitatis voto emisso ab vxore de licentia viri. Quidam etsi admittat alia vxoris vota ex viri licētia facta, posse ab ipso irritari validè, etsi iusta causa deficiat, quāuis tunc vir irritās peccet mortaliter, & licitè, qñ adest iusta causa id tñ negant in voto castitatis, dicuntque irritationem fore in vtroq; casu irritam. Quia in alijs rebus materia voti est sub viri dominio, quo ob licentiam datam nō priuatur. At materia huius voti non est viro subiecta. Huius sententiæ rationes alias, & authores, retuli lib. 9. de matrim. disp. 40. n. 16. Et vltra Doctores ibi relatos, idem tenent *Leonardus lib. 2. de iustit. cap. 40. dubio 10. nu. 85. fine. Petr. de Ledes. 2. to. summa, tractatu 10. c. 7. dubio vlt. dicto 2.*

13 At probabilius est posse à viro irritari validè, quomodocunq; irritetur, etsi sit mortale absque iusta causa irritare cum illa autem licitum: sicut c. 27. n. 11. diximus idem de alijs votis vxoris emissis ex viri licētia. Ducor, quia etsi vir nō sit dominus materiæ illius promissę sed in illa sit ęqualis vxori, est tamen tāquam caput, dñs illius actus liberi, quo vxor ipse subiectionis se voto illo ligauit, & quāuis ex viri consensu sit Deo consecratus, id conferet, vt vir absque causa irritans peccet mortaliter, non tñ vt irritatio sit nulla; nec vt sit illicita qñ ex causa iusta fit. Quia illa licentia data non admisit dominium illius voluntatis nec censetur licentia cōcessa vt votum deinceps sit indepēdēs à superioris volūtate, sed adhuc imbibit conditionē, nisi vir reuocauerit. Sicut probauimus dicto c. 27. n. 11. Atque alias rationes, & Doctores huius sententiæ retuli lib. 9. de matr. disp. 40. nu. 17. vbi & hoc extendi, etiamsi fecisset vir copiam vxori vouendæ omnimodæ castitatis. Quia est eadem ratio.

14 Vltima difficultas est, quando vterque coniux communi consensu vouit castitatem. Quidam affirmāt adhuc posse id votum à viro irritari. Quia adhuc manet matrimonium, & potestas viri in vxorem. Vt affirmāt *D. August. epistola 199. ad Ecditiam, & refertur c. Quod Deo 33. q. 5.* Nec initum est pactum de non reuocando. quæ fundamenta, & Doctores huius sententiæ adduxi lib. 9. de matrim. disp. 40. num. 19.

15 At dicendum est, nullatenus posse. Quia cum vterq; coniux mutuo consensu vouet continentiam, cum mutuo pacto cedat quilibet iure suo quo ad quemcumq; actum matrimonialem, idq; offerat Deo vitā cęlibem eligens, videtur oīno renunciare iuri reuocandi, vt vel sic ille vitæ continentis finis obtineatur. Et quāuis contractus ille posset mutuo consensu rescindi, obstat tamē vinculum voti in eo inclusum. Alia huius fundamēta, & Doctores retuli ea disp. 40. nu. 20. Et vltra illos idem tenet *Sayro in claui regia, lib. 6. c. 5. nu. 17. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. dub. 10. nu. 85.*

16 Atq; idem dixi ea disput. 40. nu. 21. si vterque mutuo consensu religionem voueat; aut alter religionem, aut ordinis sacri susceptionem, alter verò castitatem, casu quo hæc duo posteriora vota valent, nempe, qñ posset vir ordine sacro insigniri, aut ad religionem trāsire ex licētia vxoris in seculo manētis cū voto castitatis (quem casum explicui eodem lib. 9. disp. 37. num. 7. & 8.) tunc enim neuter coniux potest id alterius votum irritare. Quia cum ea vota tendant ad omnimodam matrimonij separationem, & perpetuam continentiam mutato statu seruandā, videntur coniuges iure reuocādi cedere.

17 Quod si post id castitatis votū mutuo consensu emissum, coniuges etsi sacrilegè, dent iterum sibi mutuā corporum potestatem, poterit vir id castitatis votum vxoris irritare, & quidem validè, sed cū peccato absq; causa, licitè autem cum causa. Et idem dicendum est de voto religionis emisso cōmuni cōsensu ante hanc nouam potestatem. Quod iam matrimonium sit plenè restitutum ad priorem statum, & renunciatio illa iuris sit vali dè remissa atque votum factum fuerit tempore subiectionis. Quæ latius explicui ea disp. 40. nu. 22.

18 Tandem, quando alia vota sunt communi consensu emissa, vt ieiunandi, dandę eleemosynę, poterit vir irritare votum, quatenus ad vxoris obligationem pertinet. Sicut c. 27. n. 11. diximus posse irritare vota ex sua licentia facta. Quia adhuc manet dominus materię promissæ. Quando autem vota explicata n. 16. fuut relata in tempus soluti matrimonij, et si votum sit cōmuni consensu emissum, eo soluto matrimonio abstinēdi ab alio, aut ingrediendi religionem, aut seruandę castitatis; si dicamus cum sententia relata c. 27. nu. 2. virū posse irritare vota vxoris emissa in tempus soluti matrimonij, dicendum est posse hæc: at tenendo contrariā, quā nouissimè, ibi nu. 3. defendimus, dicendum est non posse.

SVMMARIVM.

An vxor possit aliqua viri vota irritare? Refertur duplex sententia, num. 19.
Explicatur sententia Authoris, nu. 20.
Quid de voto viri, de abstinentijs nimis, vigilijs, precibus, num. 21.
An nec possit vxor integrè irritare, an solam partem sibi præiudicantem, nu. 22.
Quid de voto peregrinationis, num. 23.
Quid si sit in subsidium terræ sanctæ, num. 24.
Quid si sit votum mutandi habitus, aut induendi habitus eremitæ, aut tertij ordinis D. Francisci, nu. 25.
Quid si sit votum in præiudicium familiæ, aut rei familiaris, num. 26.
Quid de voto non petendi, aut non exigendi, n. 27.
Quid si coniux in notoriam fornicationem incidat, n. 28.
Quid de votis à viro emissis ante matrimonium consummatum? Et remissiuè de votis ante matrimonium, aut tempore diuortij, aut diuortio sequuto, nu. 29.
Quid si vir ex vxoris licentia vouerit, num. 30.
Quid si sit votum castitatis de licentia vxoris, aut communi consensu emissum, etiamsi postea vterque nouam sui corporis potestatem tradat, nu. 31. Et ibi quid de alijs votis communi consensu factis.
Quid de alijs votis emissis ab alterutro coniuge, tempore quo quo ex communi consensu vterque coniuxerat voto castitatis legatus, etiamsi posteà mutuò sibi potestatem corporū tradant, num. 32.
Quid de votis emissis postquam coniuges communi consensu vouerunt religionem, aut alter religionem, ordinis ve sacri susceptionem, & alter castitatem, nu. 33.
An vota vxoris irritata à viro, aut viri irritata ab vxore reuiuiscant, nu. 34.

19 Quæstio vltima. An vxor possit aliqua viri vota irritare? Quidā negant; quia vxor caret dominio voluntatis viri, immò ipsi tanquā capiti subest, nec etiam materiæ promissæ est domina; quippe hoc maximè vir habet quo ad actus matrimonij, ad quos tñ neutri est dominium, sed vterq; est æqualis, *c. Gaudemus de diuortijs.* Huius authores retuli lib. 9. de matr. disp. 41. nu. 1. Et vltra authores ibi relatos, idem sustinent *Petr. de Ledes. 2. to. sum. tract. 10. c. 7. dub. dicto 3.* Et videtur tenere *Azor tom. 1. instit. moral. lib. 11. c. 16. q. vlt. & c. 17. q. 13.* Alij autem videntur tenere æqualem esse potestatem vtrique coniugi ad alterius vota irritanda. Sic indicāt *Innoc. c. Scripturæ, ad fi. de voto, & ibi Host. ad fi. Io. And. nu. 4. Ant. nu. 3. Cardin. q. 14. Anch. num. 13.* vbi dicunt vtrumque coniugem in votis emittendis esse parem, & neutrum posse in alterius præiudicium vouere.

20 Sed verius est, posse vxorem vota viri irritare, omnia, & sola, quæ sibi præiudicant, quo ad moderatā debiti redditionem, aut mutuam cohabitationē. Et probatur, quia vxor habet dominiū, & potestatem corporis viri, quo ad debitum sibi moderatè reddendū, & cohabitādum, *1. ad Corinth. 7.* Ergo vota huic dominio præiudicantia irritare poterit. Et confirmatur, quia quamuis quo ad actus matrimonij sint coniuges æquales, ea ratione, quod æquè neuter astringitur ad petendū, & vterque tenetur alteri reddere; at sibi ipsis sunt subditi quatenus

quatenus neuter habet sui corporis potestatē. & dominium, sed vtrumq; per matrimonium transtulit in alterum. Ergo ratione huius dominij, & superioritatis, poterit vxor irritare vota illi potestati nocentia. Tandem, quia vota viri in præiudicium vxoris, si absolutè, & independenter intelligātur, sunt iniqua, ac proinde per se irrita. Ergo vt valeant, debent includere, conditionem, si vxor consenserit; quod esse fundamentum potestatis irritandi probauimus, c.26.nu.4. Huius sententię authores retuli ea.disp.42.n.2. Et vltra ibi relatos eam tenent *Palud.4.dist.38.q.4.art.2.concl.5.n.13.et ibi Supplementum Gabrielis in q.1. artic.5.vers. Sexto vir & vxor Leonardus lib.2. de iust.c.40.dubio 10.num.83. fine Sayro in claui regia lib.6.c.5.nu.9. & c.10.nu.20.Suarez to.2.de religione tractatu de voto,lib.6.c.4.n.8.& sequentibus.Cerradus in suis responsis,1.p.q.304.*

21 Hinc primò deducitur, non posse virum absque vxoris licentia,eas preces abstinentias,aut vigilias promittere, quæ ita debilitent vires, vt ineptus fiat reddendo moderatè debito; posseq; id votum ab vxore irritari, si illi præiudicans irritari; secus autem si illa sint moderata. Quod latè probaui defendens contra alios id votum nō esse ipso iure irritum, lib.9. de matr.disp.2.n.7. & vltra ibi citatos, tenet *Suarez to.2.de religione, tractatu de voto, lib.6. c.4.n.6.& 13.*

22 Sed difficultas est, an qn̄ ea vota mensura excludunt, integrum sit vxori, ea vota omnino irrita reddere, an solū quatenus illi præiudicāt? Quod dubiū procedit in iis solis votis,quæ in diuisibilia sunt, qualia sunt multarum precum,multorū ieiunorum,nam qn̄ indiuisibilia sunt, vt longæ peregrinationis, manifest est posse integrè irritari. De votis autem diuisibilibus videtur quoque posse integrè. Quia neminē inueni ita distinguentē sed absolutè dicunt authores posse vxorem vota viri præiudicantia sibi irritare;at malè ita absolutè cessissent,non modicamq; errandi ansam præberēt,si ea facultas esset limitata ad illorū votorum partē. Præterea in gens scrupulorū oriretur occasio, si discernendū esset,qua ex parte præiudicant.At dicendum est,solū excessum integrum esse vxori irritare. Quia solum potest in quantum vota debito coniugali præiudicant; cum ergo solus ille excessus promissus sit huiusmodi,solus ille irritari poterit. Et confirmatur,quia si ieiunium quadragesimæ obstet debito coniugali moderatè reddendo.excusabitur vir,non in vniuersum, sed quatenus illi obligationi obstat. Insuper,quia c. *Quidam.& c Placet, de conuers.coniug.* decidit coniugē,qui inscio altero cōiuge vouit solēniter castitatē in religione,manere obligatum quo ad non petendum, & abstinendum ab alio matrimonio, quod erat in sua potestate, non aūt quo ad non reddendū,in quo præiudicat coniugi. Quod si petas, qn̄ censeatur votum indiuiduum: & promissio per modum vnius facta, explicui latè hoc lib.4.c.10.

23 Secundo deducitur, posse virum absque vxoris consensu aliquam breuem peregrinationem vouere, non tamen longam; & ideo votum de longa peregrinatione posse ab vxore irritari,non autē de breui. Quod latè probaui lib.9.de matr.disp.4. nu.15. Et vltra Doctores ibi relatos tenet *Suarez eo. c.4.n.13.& 14.* Quare minus benè *Abulensis c.27. Ludouici q.10.* ait posse maritū omnem peregrinationem præter vltramarinam vouere absque vxoris consensu.

24 Excipe tamen votum peregrinationis Hierosolymitanæ,non solius deuotionis causa factū,sed in subsidiū terræ sanctę,id enim ab vxore non posse irritari,probaui eodem lib.9.de matr.disp.4.n.15. Et vltra Doctores ibi citatos, tenent *Sayro in claui regia,lib.6.c.5.n.9. Suarez eod.c.4.num.14.* vbi benè addit cum *D.Th.quodlibeto 4. art.11.& D.Anton.no 3.p.tit.1.c.22.§.1.* virum nō posse implere personaliter tale votū, si vxor nolit eum comitari, & sit iuuenis, relinquaturq; in periculo incontinentię; nec vxorem teneri illū comitari,eo quod sit res ualde onerosa. Quia ex iure naturæ tenetur uir cauere id uxoris periculū,& iō satisfaciet tunc redimēdo uotū.

25 Tertio deducitur, nec posse uirum absq; uxoris consensu uouere mutare habitum, ut inducre habitū eremitæ,aut tertij ordinis D.Frācisci. Quia horrorē generat,ac subinde obligationi reddēdi debiti nocet. Quare id uotum tanquam sibi præiudicans potest uxor irritare Quod probaui lib 9 de matr.disp.3.n.9. Et ultra Doctores ibi citatos,tenent *Suarez eo.c.4.n.12.*

26 Quartò deducitur, uota in familiæ, ac rei familiaris præiudicium à uiro emissa,non posse ab uxore irritari; ut erogādis magnas eleemosynas. Quia administratio domus,& bonorum pertinet ad uirū,independēter ab uxore. Nam ēt ipsa reclamante tenebit factū. Idque debet intelligi nisi adeo copiosam eleemosynam uoueat, ut implere nequeat,nisi alienādo aliquid de bonis uxoris. Vt bene tradit *Suarez eo.c.4.n.8.* Et probaui lib.9.de matr.disp.12.n.6.ut *cum Soto,& alij* probaui id uotum posse in uitium iniustitiæ aut prodigalitatis tendere,& ideo nulla relaxatione indigere,ut ui obligandi careat.

27 Quintò deducitur,quid dicendum sit de uoto nō exigendi debiti. Si n.uir sumat exigere in rigore,ita ut uouerit promittere se non obligaturū uxorem lege matrimonij, ut debitum soluat, non poterit uxor irritare. Quia id uotum nullatenus sibi præiudicat,sed prodest. Vt explicui n.11. Doctores,quos ibi retuli eā facultatem denegantes uiro erga id uotum uxoris,à fortiori negabūt uxori erga id uotum uiri. At uiro concessimus eam facultatē, eo quod possit nō sola uota sibi præiudicantia,sed oīa uxoris irritare. Eā aūt negamus uxori quod sola uota uiri sibi præiudicantia irritare ualeat, & hoc nō præiudicat. Si autem exigere sumatur pro petitione (ut sumitur communiter, & rarò eueniet contrarium) aut promittat uir absolute castitatē; est duplex opinio, prior ait posse uxorē irritare. Qd cedat maximū uxoris grauamen, quæ contra naturalē mulierum uerecundiā cogetur semper petere. Huius authores retuli lib.9. de matr.disp.42.nu.7. Et est ualde probabilis. Posterior ait non posse. Quia hoc uotum non est contra fidē matrimij,quæ solū astringit ad reddendum debitū, nec uxor dominium aliquod, aut potestatem habet in uirum,ut compellat ipsum ad petendum debitum, sed quo ad id sunt pares,& ambo sui iuris; & ex altera parte uxor non est caput uiri,sed ei subdita. Nec obstat grauamen uxoris, quę cogetur semper petere. Quia uir eo uoto emisso tenetur se aliquoties offerre ad usum cōiugalem. Huius authores retuli eo.nu.9 & ultra illos tenet *Leonard.lib. 2.de iust.c.40. dub.10.n.84.* Et hanc reputani ibi probabiliorem, & nunc reputo. Quicquid tn̄ sit de hoc,id certissimum est,illud uotum castitatis non posse uxoris irritationi subdi, quatenus obligat ad abstinendum à uenereis extra matrimoniū,& ab alio matrimonio. Quia in hoc nullatenus uxori præiudicat.

28 De limitatione autem à quibusdam tradita, nisi alter coniux in notoriam fornicationē incidat,diximus n.7.

29 Sexto deducitur, uota à uiro facta ante matrimoniū consummatū aiottansēūdi ad religionē.& ibi implendi, non posse ab uxore irritari. Quia nulla ratione,sibi præiudicāt. Si aūt nō esset implēda in religione,possent ab ea irritari,si sibi præiudicēt. Quia matrimonio inito ēt ante consummationē acquirit uxor & dominiū, & ius in corpus uiri,cui maritus prædicare nequit,nisi religionis ingressu, Quid aūt dicendū de uotis ante matrimoniū emissis à uiro,diximus c.31.nu.12. Et quid de emissis tpe alterius matrimonij, diximus c.28.nu.31. Et quid de emissis tpe matrimonij, irritandis autē tpe diuortij,aut emissis tēpore diuortij, diximus c.30.à n.18.

30 Quid autem de uotis præiudicantibus uxori, quando ex eius licentia sunt facta,an possit uxor irritare: diximus c.27.n.12.posse.

31 Atque idem dicendum est,si uir ex licentia uxoris perfectam castitatē uoueat, poterit.n.uxor irritare, quoad debiti redditionem,& quidem ualidè,sed cū lethali culpa,qn̄ iusta causa abest, licitè autē qn̄ illa adest. Et idē dicen-

dicendum est, quo ad petitionẽ debiti, iuxta opinionem dicentem irritari posse id votum absque licentia emissum, secus iuxta nostrã, quã terminauimus n.27. vbi diximus, quo ad alios effectus nunquam posse. Si autem mutuo consensu vterque coniux voueat castitatem, & iterum, quamuis sacrilege sibi ius in corpus cõcedat. & renunciationem iuris remittat, quo casu diximus n.17. posse virum irritare illud votũ castitatis vxoris, nequit vxor votũ illud viri irritare Quia quo ad reddendum in quo vxor est domina, non indiget irritatione; cũ statim teneantur coniuges ad reddendum. Vt probaui li. 9. de matr. disp. 37. nu. 15. Quo ad alios autem actus, ad quos votum illud obligat, nequit vxor irritare, etiamsi absq; sua licentia sit votum emissum. Vt diximus n.27. At tenendo contrarium ibi relatum, nẽpe, posse irritare, quo ad petitionem debiti, poterit quoq; in hoc casu, & licitè cum causa, illicitè autẽ sine illa; at vero in vtroque casu validè. Quia ea licẽtię concessio nõ obstat valori, sed soli honestati, qñ causa iusta deest; & mutuus cõsensus rõne renũciationis ibi inclusæ obstans, iam est remissus concessa ea noua corporum potestate. At reliqua vota cõi consensu facta quæ alias poterat vxor irritare facta sine licentia, eo quod sibi præiudicẽt, de quibus factis ab vxore respectu potestatis viri, diximus nu. 18. diximus posse virũ irritare, pręter illa, quę sunt mutandi statũ, aut implenda tẽpore soluti matrimonij dicendũ est posse vxorem irritare; sicut poterat facta sine licentia, præterquam quod exigitur iusta causa ad euitandã culpam mortalẽ. Quia ea licẽtia hoc solũ efficit.

32 Sed quæres, quid dicendũ sit de votis factis à coniugibus tpe, quod castitatis voto emisso ex mutuo cõsensu erant ligati? Duplex tempus est distinguendũ. Prius est, qñ adhuc sic perseuerant. Posterius autẽ, qñ iterum cessere illa sui iuris renũciatione, tradentes sibi mutuam corporum potestatẽ. Etsi de priori tempore loquamur, poterit vir oĩa vxoris vota irritare, siue solũ cohabitationi, & mutuis obsequijs obstẽt, siue soli debito coniugali persoluẽdo, præter illud castitatis. Et de prioribus, ratio est. Quia coniuges per tale votum non absoluũtur à cohabitatione, & mutuis obsequijs, sed a solo debito coniugali petendo, & reddendo (vt probaui lib 6. de matr. disp. 37. nu. 14.) & ideo vir habet dominiũ materiæ & insuper ipsi incumbit voluntatis vxoris gubernatio. De posteriorib. aũt ratio est, quia etsi dominiũ eius materiæ nõ habeat, cũ per id votũ castitatis cesserit iure suo, habet tñ dominium, & gubernationem voluntatis vxoris, ratione cuius poterit illa irritare; sicut posse diximus nu. 3 vota seruandi præcepta, quãuis eius materiæ dominio careat. Vxor autẽ sola vota longæ peregrinationis, & alia hmôi aduersa cohabitationi irritare potest. Quia quo ad hanc solam ius habet, & caret gubernatione voluntatis viri. Si vero de posteriori tempore loquamur, maritus poterit pfectè irritare omnia vxoris vota eo medio tẽpore emissa. Nã & priori tempore id posse probanimus. At vxor poterit perfectè irritare vota tunc emissa obstantia cohabitationi, sicut & poterat in priori tempore. At vota tunc emissa obstantia debito coniugali, nequit perfectè irritare, sed tãtum suspendere, vt si medio illo tẽpore magnas abstinẽtias debito coniugali obstantes vir promisisset. Quia cũ vir tẽpore huius voti emissi esset sui iuris, quo ad debitum reddendum, poterat independenter illi obstanti emittere; atque ita reputabuntur tanquam facta ante matrimonium, quæ solum posse vxorẽ suspendere, quando sibi præiudicant, diximus c. 31. nu. 12.

33 De votis autem emissis à coniugibus postquã communi consensu emisere religionis votum, aut alter religionis, alter vero ordinis sacri, aut castitatis, casu quo hęc vota efficaciter obligant (quẽ explicuimus lib. 9. de matr. disp. 37.) dicendũ est viro integrum esse oĩa vxoris vota, præter illud castitatis, aut religionis irritare. Quia retinet dominiũ materiæ, & gubernationẽ volũtatis vxoris, donec implẽdo ea vota separaretur matrimoniũ. Vxor aũt poterit irritare oĩa viri vota, pręter illa cõi consensu emissa, quæ aut cohabitationi, aut debito persoluẽdo obstarẽt. Quia interim ius habet ad utrũq;.

34 Demũ id obseruandũ est, vota oĩa vxoris, quæ virum irritare posse diximus, si irritentur, nequaquam reuiuiscere soluto matrimonio. Vt cõtra alios probauimus c. 24. num. 4. Et id habere votũ, etiamsi cum licentia viri emissa sint, probaui c. 27. n. 19. Et idem dicendũ est de votis viri, quæ vxorẽ irritare posse diximus, ea. n. irritata nõ reuiuiscũt. Quia n. 20. probauimus ea irritari posse ratione conditionis imbibitæ in illis, ob quã eorum firmitas pẽdet ex vxoris cõsensu. Quod esse fundamentum potestatis perfectè irritandi, diximus c. 27. n. 4. Et de votis viri ab vxore irritatis tenent expreſsè *Nauar. sum. c. 12. Latina & Hispana nu. 65. Toledo lib. 4. sum. c. 18 nu. 9. vers. Irritare enim.* Idem clare *Angelus verbo Votum 2. nu. vlt.* vbi postquam in pręcedentibus numerat oẽs qui absq; alterius consensu non poterant firmiter vouere, inter quos numerat viros in præiudiciũ vxorum, concludit *eo. nu. vlt.* eos subditos non teneri finita superiorũ potestate ad vota per illos irritata, sed ea irritatione extingui in perpetuum. Et aperte significant *Abbas c. Scriptura nu. 7. de voto. & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. dubio penult. cap.* vbi probant vota semel irritata nunquam reuiuiscere, ex *c. Quidam de conuers. coniugat.* vbi vir reuocatus a religione per vxorem, non tenetur vxore mortua ad eam redire, in qua pfessus fuerat. Et sic clare sentiunt votũ irritatum ab vxore nõ reuiuiscere. Quamuis fatear eum textũ nil ad hoc cõferre, quia ea decisio non innititur irritationi, sed nullitati professionis.

CAPVT XXXV.

Qualiter parentibus, tutoribus, & curatoribus, integrum sit irritare vota filiorum, pupillorum, & minorum.

SVMMARIVM.

1 QVadruplex est disputãda quæstio. Prima de votis impuberum. Secunda de personalibus puberum votis. Tertia de realibus, & mixtis puberum votis. Vltima, penes quos sit hæc potestas irritandi vota.

2 Quæstio prima. Quæ impuberum vota irritari valeẽt. Præmittendũ est primò, triplex esse votum, quoddam est pure personale, id est, cuius executio ad solam personam pertinet, nullis pecunierijs sumptibus petita

Vt vo-

probabilis, altera dictãs non teneri subditum tunc obedire irritationi superioris, & altera docens teneri, posset subditus vtriuis illarum conformari, non obstanti maiori contrariæ probabilitate. At quando est sola opinio voti emissi post tps subiectionis, nõ consequitur inde esse quoque sub opinione, posse superiorẽ spoliari possessione sua, & posse subditum ipsi non obtẽperare. Sicut ex hoc quòd quis opinetur rẽ esse suam, aut matrimoniũ esse nullũ, non consequitur esse probabile, posse possidenti rem illam auferri, aut debitum denegari.

5 Idem dicendum est, si dubitetur an completus fuerit annus pubertatis, tpe quo votum personale filius emisit. Vt bene docet *Suarez eodem tractatu de voto, li.6.c.6. nu.4.* Immo quando est dubium an vltima hora illius diei, qua adest pubertas, sit completa. Atque ratio est, quia (vt ca. 35. dicemus,) ætas ad pubertatem requisita debet esse omnino completa, & numeratur de momẽto ad momentum. Quare dum non constat de totali complemento, non est pater spoliandus.

6 Similiter etiam quando votum personale emissum est tempore tutoris, aut reale tempore curatoris, dubitatur autem, aut est sola opinio, an ante completã pubertatem, qua durat potestas tutoris, aut ante finitam vltimam horam 25. anni, qua curatoris potestas manet, potest tutor id votum personale, & curator id votũ reale irritare. Quia in dubio non sunt spoliandi possessione sua, quàm ante votum habebant. Et procedunt etiam duæ rationes allatæ, n.2. Et facit etiam doctrina generalis, quam ex *Suarez* attulimus n.3. fine.

7 Maior autẽ difficultas est, qñ id dubium, aut opinio, sunt circa tempus præcedens subiectionem. Vt si vxor dubitet an ante matrimoniũ id votũ emiserit: aut seruus, qui aliquando fuit liber an tpe libertatis, & pupillus, qui aliquãdo caruit tutore, & minor, qui caruit aliquando curatore, an tpe sui iuris, an post subiectionem illis votum fecerint. Nam non videtur eadem ratio, ac in casibus præcedentibus. Quia in illis certa erat prior subiectio, & solũ dubiũ erat, an ea esset finita, & proinde antiquior erat possessio superioris possessione voti, & ideo illa præualebat. At in hoc casu dubitatur vtra possessio sit antiquior & cũ possessio voti videatur certa, præualere debet possessiooi dubiæ superioris. At dicendũ est, quod in casibus præcedentibus diximus, qñ dubiũ erat, an finita esset subiectio. Dico, quia possessio præsens voluntatis eius subditi, est certa, cũ certum sit illũ esse seruũ, aut coniugem, sub tutore, aut curatore: at exẽptio ab illa quo ad ea vota est dubia: ac proinde dubia est possessio votorũ quo ad suã firmitatem & independentiã à superioris cõsensu, aut sub sola opinione. Quod non satis esse ad spoliũ possessionis certæ, nisi esset quoque opinio probabilis, dictãs tunc nõ teneri subditũ obedire, probauimus n.4. Sed dices ẽt eam superioris possessionẽ quo ad ea esse dubiã. Quamuis, n. seruitus, & matrimonium, & officiũ tutoris, ac curatoris, sint certa; at dubia est ea potestas cõparata ad vota, cum dubium sit an ante eam subiectionem vota aut emissa. Respõdeo satis esse eam præsentem voluntatis subditi possessionem certam esse. Sicut coniux dubitans de valore matrimonij tenetur reddere ob certitudinem q̃ habet possessionis alterius, quamuis dubius sit valor matrimonij, ex quo oritur ea possessio. Quod fortius in nostro casu militat, in quo non sola voluntatis possessio, sed ius ẽt ex illa ortum, nempe, matrimonium, seruitus, &c. sunt certa. Atq; ita sicut non obstanti dubio iuris matrimonij, possessio pñs alterius coniugis in ordine ad matrimoniũ vsum est certa: ita etiam non obstanti dubio temporis, in quo vota facta sunt, præsens possessio in ordine ad illa irritanda, eo modo quo posset irritari tẽpore subiectionis emissa, est certa. Et pro hac etiam parte est doctrina generalis, quam ex *Suarez* retulimus, n.3. fine.

8 Ad argumenta nu.1. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis, num.2. in ratione 2. ex ejus quas addidimus, & ex eius confirmatione, vbi probauimus nec possessionem voti certã esse, & esto esset certa, præualere possessionẽ superioris, tanq̃ antiquiorem. Et ex ratione prima sit adducta, vbi probauimus votum non possidere respectu superioris habentis potestatẽ irritandi. Nec est simile quod adducitur de præcepto certo; tunc.n. nulla est pro libertate possessio, sed tota est pro præcepto. Ad confirmationẽ dic nec voto tum esse certum quantũ ad obligationẽ firmam, & independẽtem à superioris voluntate: nec irritationem esse dubiam. Cum .n. in dubio sit melior superioris possidentis conditio certa est in eo dubio iustitia irritationis. Sicut ius petendi debiti est certum ratione possessionis, non obstante alterius coniugis dubio de matrimonij valore. Argumentũ aũt bene militaret, qñ re vera esset irritatio dubia, eo quod dubitaretur an superior irritarit, nec ne. Ad secundũ dic, facta irritatione esse in suæ libertatis possessione, at antea, minimẽ. At irritatio hæc non fundatur in hac possessione, sed in possessione superioris. Vt satis declarauimus n.2. Ad tertium, & confirmationẽ dic esse disparẽ rationem Quia ibi est possessio ex parte contractus, & eius, cui ex illo ius cõparatum est, nec est alia possessio præualens. Et posse beneficio restitutionis vti, est fauor solius minoris ætatis, nõ autem alterius, de cuius re disponitur: qua le volens eo priuilegio gaudere, ac eximi à communi contractuum lege, debet probare minorẽ ætatem. At in nostro casu læditur possessio superioris, & disponitur de re aliena, qua possidẽs nequit in dubio spoliari: nec ea potestas est solius subditi fauor sed ẽt superioris: immo aliquãdo nõ est in subditi fauorẽ, sed vitetur superioris damnũ. Vt in potestate irritandi vota seruorum. Ad vltimum dic idem argumentum procedere in coniuge, vbi est dubiũ de matrimonij valore, & sicut possessio iuuat tũc, ne ea spolietur ille, ita in nostro casu est dicendum.

9 Secunda causa, ex qua potest reddi dubia hæc irritãdi potestas, potest oriri ex eo quod dubium sit, an votum sit confirmatum ab impubere, transacto subiectionis tpe, nempe, si votum sit personale, & dubitet an id pubes factus confirmarit. Et tunc aut potest esse dubium de ipsa cõfirmatione, quia de nulla constat: aut potest de solo eius tẽpore dubitari. Vt si constat confirmatum esse, at dubitatur an tempore impubertatis, & sic non obstet potestati irritãdi an potius tempore pubertatis: & proinde illam potestatem impediat. Atque in vtroque casu dicendum est posse superiorem irritare. De priori constat ex rationibus traditis num.2. quæ multo fortius in hoc casu militant. Quia ibi non cõstabat votum esse emissum subiectionis tempore: at in hoc casu constat tunc esse emissum: & solum dubitatur an fuerit aliqua eius confirmatio, quæ cũ sit quid facti, nõ præsumitur, & ideo tota possessio est pro iure superioris. In posteriori autem casu eadem est ratio. Quia cum illa confirmatio sit quasi noua voti emissio, perinde est, ac si dubitaretur an votum esset emissum ante subiectionem, an postea, in quo casu diximus n.7. præualere ius superioris. Atque idem dicendum est, quando & de voti, & de confirmationis tempore dubitaretur, an tempore subiectionis, an post facta fuerint. Quia adhuc possessio patris præualet. Atque idem est dicendum, etsi in his casibus esset opinio confirmationis, & voti, postea factorum. Vt constat ex dictis nu.4. Et quamuis exempla posuerim in patre, idem est de alijs superioribus. Quia eadem ratio possessionis militat in illis, quando dubium est de tempore emissionis voti, aut confirmationis. Atque pro hac parte est doctrina generalis quã ex *Suarez* retulimus num.3. in fine.

10 Si autem sciatur ratificationem voti tempore subiectionis emissi, factam fuisse post illam, vt post pubertatem, at dubitetur an ea fuerit legitima: si hoc dubiũ nascatur ex eo quod dubium sit an adfuerit memoria prioris voti, qua existenti diximus cap.30. num.42. & 43. non censeri cõfirmationem voti legitimam, sed illius

lius iterationem cum qualitate subiectionis potestati irritãdi, quam habebat. Tunc cùm verba iteratæ emissionis illius voti contineant, & dubia sit memoria prioris, quæ esset huius obligationis excusatio, dicendum est possessionem esse pro voto, & ita illud irritationi non subiacere. Nec hoc est contra superioris possessionem. Quia per cõfirmationem certo factam post subiectionem, tollitur ea possessio. Sicut cùm quis est certus de suo voto, aut de præcepto, dubitat verò an illa obligent, iam pristina libertatis possessio est victa per nouã voti, & præcepti possessionem.

11 Quod si certa sit ratificatio post id tempus, & certa memoria voti, & nascatur dubium firmitatis confirmationis, & eius valoris eo quod tunc aderat ignorãtia potestatis irritandi illius voti: ac dubitat vouẽs an ea ignorantia ductus confirmarit, an potius voluerit se denuo obligare, ac si antea nõ vouisset, & independenter à prio ri voto, tũc est possessio pro superiore, & ideo poterit irritare, ac si ea confirmatio non esset. Et rõ est, quia ea ignorãtia existenti nõ est ratificatio voti, nisi adsit prædictus voluntas actus: (vt diximus c.10.n.43.) qui cũ sit quid facti, non præsumitur; immo contrarium à cõiter accidentibus. Cum cõe sit confirmãtibus votum prius, illiusq; tunc memoribus, nullum aliud nouum sibi obligationis onus velle imponere, quam præteritum.

12 Demum qñ dubium valoris ratificationis factæ post id tps, oritur ex dubio an ratificans ignorarit id prius votum irritari posse: quo casu diximus c.10. nu.43. id non censeri valide cõfirmatum. Vñ possessio pro voto. Quia est ignorantia iuris, quæ non præsumitur sed potius scientia, & ideo non excusat *regula Ignorãtia 13. de regul. iuris in 6.* At verius credo esse possessionem pro superiore, & ita illum irritare posse, qñ ille ratificans esset literatum ignarus. Et rõ est quod tunc non præsumatur scientia, cum sit iuris canonici, & non in quo casu bene tradit *Dynus ea regula Ignorantia. nu.4.* excusare ignorantiam iuris, & eam præsumi. Cum enĩ facultas irritandi vota tali tpe emissa, multos confessarios lateat, quid mirum si lateat pueros post pubertatem, antequam res morales addiscant? Secus autẽ credere qñ aderat scientia huius potestatis, est tamen dubium an confirmans tunc illius meminerit. Quia cum cõiter scientiæ adiungatur ea memoria in volentibus confirmare votum prius, ea præsumi debet: & sic votum tanquam confirmatum post pubertatem, irritari nequit.

13 Tertia cã est, ex qua põt oriri dubium potestatis irritandi qñ superior irritare debens, nequit irritare vota emissa in tps solutæ subiectionis (de qua re diximus ca. 29.) & subditus dubitat an vouerit in illud tps. In quo casu sic distinguendum existimo, si votum est tale, vt vtroque tpe impleri valeat, non est præsumendum in hoc dubio emissum, vt impleatur post tps subiectionis. Vt si sit votum ieiunandi, orandi: & ita poterit irritari. Quia cùm cõiter homines soleant vitam suam pro præsenti statu componere, non præsumitur à communiter accidentibus, limitari id votum, vt pro solo libertatis tempore emissum sit, maxime cum ex eo intellectu lædatur ius superioris possidens facultatem irritandi, & magis grauetur subditus, existenti suo voto absq; hoc facili irritationis remedio. Si autem votum impleri nequeat tempore subiectionis vt si seruus, aut coniugatus voueant religionem, credo in hoc dubio censeri emissum, vt tempore libertatis impleatur. Quia in dubio est sumenda coniectura pro valore actus, & ne frustus ille sit. Vt aliqua adducens probaui c.27. nu.49. Et ita irritari non poterit.

14 Quarta causa est, ex qua potest oriri id dubium, si filiusfamilias pubes votũ reale faciat, & dubitat de quibus bonis, nempe, an de peculio aduentitio, & sic poterit pater irritare, & similiter curator: an potius de peculio castrensi, vel quasi, & sic neuter põt. Ita distinguendum existimo, subijciens tres casus. Primus est, cum filiusfamilias dubius est, aut tñ opinatur, se tunc tẽporis habuisse peculium castrense, vel quasi. Et tunc põt pater irritare, & similiter curator. Qui cum possideat ius irritandi vota realia, nisi sint de peculio castrensi, vel quasi, non sunt ea possessione spoliandi, dum non constiterit tunc eum habuisse id peculium: eo vel maximẽ quod cùm hoc sit quid facti, nempe, habuisse tunc id peculij genus, non præsumitur, sed illud asserenti in præiudicium potestatis paternæ, incumbit id probare. Secundus casus est, quãdo est certus se tunc habuisse id peculium, illiusque, & aduentitij fuisse memorem tempore voti, dubitatq; de vtro illorum habuerit animum vouendi. Et tunc credo nec patrem, nec curatorẽ posse irritare. Quia in dubio præsumitur quis de suis bonis disponere. Tertius casus est, qñ fuit immemor, aut dubitat. & tunc ẽt si dubitet de quo peculio vouerit, credo nõ posse votũ irritari. Quia cum semper præsumptio sit sumenda pro actus firmitate, & vt voluerit quis se obligare quatenus potest, & habuerit materiam aptam firmæ obligationis, ea præsumẽda est. Præterea quia vbi non constat de speciali contraria vouentis intentione, qua se voluerit limitare ad peculium aduentitium, nequit pater irritare votum reale habentis peculiũ castrense, vel quasi, sufficiens illi implẽdo. At in hoc casu non constat de limitata contraria intentione.

15 Vltima cã est, ex qua põt oriri id dubium, qñ dubitatur an superior irritaturus, sit legitimus: & si dubium est an sit verus pater, legitimus tutor, aut curator, verus dominus legitimus religionis prælatus, vt an sit legitimẽ electus, aut confirmatus. Et tunc si hi sint in possessione illius superioritatis, non possunt ea spoliari, vt vota irritare nequeant, donec constet non sola opinione, sed scientia moraliter certa, defectus legitimæ superioritas. Vt probaui n.4. Si vero nullum possessionem nacti sint, non poterunt. Quippe sola possessio suffragabatur eis in eo dubio, atque ideo ea deficienti nil habent quod suffragetur. Quare in eo dubio facta sufficienti diligentia ad assequendum veritatem, possunt irritare: non autem antea. Quia est actus voluntatis.

16 Tãdem si in omnibus his dubijs, in quibus diximus posse irritationẽ voti fieri, si ea facta sit, & postea constet veritas, vt illum non fuisse legitimum superiorem, aut votum fuisse legitimẽ confirmatum post pubertatem, &c. existimo irritationẽm non tenere, & ideo obligare votum. Quia quamuis in ijs, quæ iurisdictionis sunt, error communis cum titulo satis sit ad valorem actus, iuxta *l. Barbarius, ff. de officio prætor.* At id non efficit vt actus dominij valeant. Sicut non valeret venditio serui existimati talis. Nec etiam hic error efficit vt vota conditionem imbibitam habeant. Quod est fundamentum potestatis irritandi.

CAPVT XXXIII.

De potestate irritandi vota religiosorum.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 1.

An prælatis regularibus integrum sit irritare votum religiosi transeundi ad arctiorem religionem? nu. 2.

An id votum valeat, quando Pontifex eum transitum vetuit? num. 3.

Potest prælatus religionis irritare omnia vota de rebus consiliorum, nu. 4.

Quid de votis specialibus, quæ in aliquibus religionibus iuxta eorum institutum emittuntur? nu. 5.

Quid de voto non admittendi alicuius peccati? Refertur quædam opinio, nu. 6.

Explicatur sententia Authoris, nu. 7.

Quid de voto seruandæ rei sua regula præceptæ? nu. 8.

Quid de voto eundi in subsidium terræ sanctæ, nu. 9.

An vota hæc irritata reuiuiscant, nu. 10.

Post nu. 10. inuenies alia summaria.

Hacte-

1 HActenus egimus de communibus irritationi cuicunque: iam ad singulos potestatem irritãdi habentes descendimus. In præsenti autem c. est sermo de facultate prælatorum religionis ad irritanda suorũ religiosorum vota. Triplex autem est disputãda quæstio. Prima, de votis religiosorum quæ à prelato irritari possunt. Secũda de prælatis religionis, quibus hæc potestas competit. Tertia, respectu quorum religiosorum.

2 Quæstio prima. Qũo religios. prælatus integrũ sit vota eorum irritare? Constat apud omnes, eos non posse irritare votum religiosi transeundi ad strictiorem religionem, an verò id possit Pontifex, dicemus nu. 13. Et ratio est, quia cum ius canonicum libertatem transitus ad arctiorem religionem, licentia petita, etsi nõ obtenta, indulserit, *c. licet de regul.* nulla in hoc religiosorum voto cõditio pendens à superiorum arbitrio imbibitur immo dum per professionem traditur volũtatis dominium superiori, intelligitur ab eo is trãsitus exceptus. Et ideo cùm huiusmodi votum sit absolutum, deficit in eo radix potestatis irritandi, quæ sunt cõditionis in subditorum votis imbibitæ, quibus ex superiorum arbitrio ea pendent; vt diximus c. 26. n. 4. Sed adhuc restat scrupulus. Quia etsi voluntas subditi, & illa materia nõ subsint potestati superioris, at noua illa obligatio sub est; nec textus *dicto capite Licet,* eam nouam obligationem exemit. Sicur materia præceptorũ, & voluntas seruandi illa, sunt exempta à superioris dominio: non tamen inde sequitur nouam voti obligationem circa illa seruanda exemptam esse, vt dicemus nu. 7 Sed respondeo eam quoque nouam obligationem exemptam esse, ita testanti vsu ecclesiæ, & omnium Doctorum approbatione. Quia textus hic voluit nullatenus præcludi posse transitum ad altiorem religionem: præcluderetur autem aliquatenus, si posset liberè id votum à superiore irritari. Et ideo hanc partem tuentur *Abulensis c. 40. Num. q. 72. Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 4. conclusione 5. ad fi. n. 43. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. versic. Hoc autem videtur. Caiet. 2. 2. q. 88. dubio vltimo. Armilla in sum. verb. votum nu. 9. Sotus lib. 7. de iustitia, q. 3. art. 1. dubio 2. col. 5. vers. Tertius operum ordo. Nau. lib. 3. consil. tit. de voto in priori editione, consil. 30. nu. 2. in posteriori, consil. 10. nu. 2. Ang. floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 8. difficultate 9. conclus. 4. Vega 2. to. sum. c. 128. casu 95. Corradus in suis responsis 1. p. q. 299. Aragon 2. 2. q. 88. art. 8. dubio 1. conclus. 5. fol. 1018. col. 2. Azor to. 1. instit. moralium, lib. 10. c. 17. q. 18. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 10. nu. 9. Manuel 1. to. summa c. 89. nu. 4. Philiarcus de officio sacerdotis, primo tom. p. 2. lib. 3. c. 18. ver. Vndecimo peccat. Petrus de Ledesma 2. to. sum. tractatu 10. c. 7. dubio vltimo, dicto 1. Leonardus li. 2. de iust. c. 40. dub. 10. n. 40. fi. & dub. 13. n. 107. ver. Dico secundo. Suarez to. 2. de religione tractatu de voto, lib. 3. c. 6. n. 23. & lib. 6. c. 7. n. 9. & 10. n. 16.*

3 Quod si Pontifex interdixerit transitum ad strictiorem religionem sic distinguendum est. Si regulariter loquamur, id votorum transitus non valeret. Quia vix iudicari poterit perfectior religio illa, ad quam transiri Pontifex interdiceret absolutè. sed supponit æqualitatem quandam, aut non esse tantam distantiam, quin omnibus pensatis melius sit in priori religione permanere. Et ideo tale votũ in eo euentu erit nullum, vtpote quod maius bonũ impedit. Quia tamẽ hæc prohibitio inniti quandoque potest congruentiæ maiori in ordine ad bonum commune, & ad religiosorum quietem etiam si in particulari constet maior alterius religionis perfectio: quando hoc constiterit, nõ est intelligẽda ea prohibitio absolutè, vt sonat, sed censetur trãsitus interdictus absque licẽtia Pontificis: & ideo id votũ obligabit ad petendam ab eo licentiã & ea cõcessa obligabit. Sicut de votis rei prohibitæ diximus late c. 25. n. 8. & à n. 14. Atque hæc optimè docet *Suarez to. 2. de relig. tractatu de voto, lib. 3. c. 6. n. 24.* Atq; hoc posterius habebit à fortiori verum, qũ prohibitio Põtificis nõ esset absoluta, sed trãsitus absq; sua licẽtia. Quia tũc nõ est indiciũ æqualitatis, aut fere talis, à Põtif. iudicatæ, sed eũ voluisse in ea prohibitione consulere quieti religiosorum.

4 Secũdò cõstat posse prælatum religionis irritare omnia vota de alijs cõsilijs emissa à religiosis. Quod fatẽtur omnes. Rationem autem huius tradidi c. 24. n. 32.

5 Hinc tamen excipienda sunt vota, quæ vltra tria religionis substantialia emittuntur in aliquibus religionibus, iuxta earum constitutiones à Sede Apostolica approbatas. Vt in religione Minimorum, votum vitæ quadragesimalis: in religione Mercẽariorum, votũ redẽptionis captiuorũ: in Societate Iesu à professis quatuor votorũ, solemne votum obediendi Romano Põtifici circa missiones; & ab omnibus professis quinque alia vota simplicia. Quia in his omnibus, & materia ipsa, & actus vouendi, sunt omnino extra superioris dominiũ, cum iuxta constitutiones à Põtifice approbatas ea vota sint annexa ei statui religioso. Atque in tribus prioribus votis id apertius cõstat, eo quod solẽnia sint.

6 Difficultas autem est circa duplex votũ. Prius est euitandi alicuius peccati, vt non mentiendi, non furandi. Circa quod duplex est sententia. Prior ait id votũ non posse irritari à prælato religionis. Ducitur, quia nec voti materia, nec voluntas religiosi subditus in his superiori vtpote qui, nec materiam potest reddere illicitam sua prohibitione, nec contrarium potest præcipere, nec aliquid imperare executionem materiæ impediens. Et ideo hanc sententiam tuentur *Caiet. & Armilla, vbi eos retuli. n. 2. Palacios 4. dist. 38. disput. col. 22. vers. Verum in operibus, fol. 873. Ang. floribus 2. p. 1. q. vnica de voto, ar. 7. difficultate 2. conclusione 3.* & hanc appellat valde probabilem *Leonardus lib. 2. de iust. c. 46. dub. 10. n. 73. fi.* Et dicit esse probabilem *Petrus de Ledesma, nu. seq. referendus.* Et eam valde probabilem existimo, quamuis immerito eam falsam appellet *Sayro nu. seq. referendus.*

7 Posterior sententia (cui tanquam probabiliori accedo, ait irritari posse. Quia voluntas religiosi debet esse perfectè subdita prælato, & dependens ab ipsius volũtate in omnibus ad rectam vitæ directionem pertinentibus, ac proinde in nouis obligationibus suscipiendis. Et confirmatur, quia etsi illa voti materia nõ subdatur prælato, quatenus est præcepti, subditur tamen quo ad nouam voti obligationem. Cum id votum emittere sit opus supererogationis: sicut orare, & abstinere extra præcepti tempus. Tandem quia nullus potest negare id votum subdi dispensationi Ecclesiæ, quamuis in eius materia ecclesia dispensare nequeat. Quod non aliunde consurgit, nisi eo quod obligatio illa noua materia superaddita procedens à subditi voluntate subijciatur spirituali ecclesiæ potestati. Ergo idem est dicendum de irritatione respectu prælati habentis potestatem dominatiuam in religiosum voluntatem. Pro hac sententia sunt *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 3. & 4. d. 38. q. 1. art. 1. quæstiuncula vltima, ad 3. & ibi Durandus q. 1. n. 7. fi. Palud. q. 4. art. 2. num. 24. Abulensis cap. 30. Num. q. 65. ad 3. & q. 72. Henricus c. Scripturæ, num. 3. fi. de voto. Turrecr. c. Sunt quedam 17. q. 1. nu. 4. Syl. verbo Votum 3. q. 3. Tabiena verbo Votum 5. q. 4. nu 5. Alcozer sum. c. 16. vbi de potentibus irritare vota, conclusione 3. folio 55. col. 2. fin.* vbi dicunt nullum religiosi votum esse firmum absque prælati consensu. Et in proprijs terminis eam tenent *Sotus lib. 7. de iustit. quæst. 3 art. 1. dubio 2. colum. 5. versic. Quartum operum genus est. Nauar. summa Latina c. 12. nu 65. Hispana cap 28. additione 1. ad eundem num. 65. Metina lib. 1 sum. cap. 14. §. 6. folio 87. Aragon 2. 2. quæst. 88. art. 8. dubio 1. conclusione 4. folio 1018. colum. 2. Graffis 1. p. decisionum, lib. 2. c. 29. n. 7. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij conscientiæ c. 28. col. 2. ver. Materia voti. Man. 2. to. sum. c. 89. nu. 5. Ouandus 4. d. 38. disput. vnica propositione 19. fi. Petrus de Ledesma, & Philiarcus, vbi eos num. 2. retuli. Leonardus eodem dubio 10. nu. 74. Azor to. primo, instit. moralium, lib. 11. c. 17. quæst. 16. & 17. Sayro in claui regia lib. 6. cap. 10. num. 9. Valentia 2. 2. disputatione 6. quæst. 6. puncto 6. quæstion. 5. idem Philiarcus de officio sacerdotes,*

tom.

tomo 1.p.2.lib.3.c.4.ad fi. Corradus in suis responsis 1.p.q. 299. Vega 2.to. summæ c.129. casu 91. Llamas methodo curationis 2.p.c.4.§.25. Suarez. tomo 2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.7.n.7.

8 Hinc deducitur quid dicendum sit de voto religiosi, seruandæ alicuius rei sua regula præceptæ. *Caiet. & Armilla relati, num.6.* distinguunt, si præceptum regulæ sit eiusmodi, vt facultas sit prælato dispensandi in eo, poterit vtique id votũ irritare: secus si dispensare nequeat. Ducuntur eisdem rõnibus, quas n.6. retulimus. At retẽta nostra sententia n.7. relata, dicendum est in vtroque casu posse ob easdem rationes. Et ita indistinctè tradũt *Sot. eod. dub.2. col 4. vers. His de potestate. Aragon eodem dub.1. concl.6. Philiarcus de off. sacerdotis, to.1.p.2. lib.3. c.18. vers. vndecimo peccat.* Et expresse in vtroq; casu tenent *Azor ead. q.17. & Suarez eod. c.7.n.8. & n.9.*

9 Posterius est votum eundi in subsidium Hierosolymitanum. Quidam enim dicunt integrum esse religiosis officio prædicandi fungentibus, id votum emittere ac exequi absque abbatis licẽtia, & subinde abbas nequibit illud irritare. Ducuntur ex *c. Ex multa, de voto*; quis enim pugnare nequeant, satis auxilij pugnantibus afferunt suis exhortationibus. Ita docent *Hostiens. eod. c. Ex multa, nu. vlt. & ibi Io. Andr. n.6. fi. Ant. n.11. Abb. nu.8. Anch. fi. Idem Hostiens. c. fi. nu.1. eo. tit. & ibi Io. And. n.2. Anch. n.5. Ananias nu.2. Henricus c. scriptura, nu.3. eod. tit.* At melius *Abbas eo. c. fi. nu 2. Rosella in summa, verbo Votum 2. nu. vlt. Sylu. verbo Votum 3. q.4.* dicunt id non esse verum de simplicibus religiosis, sed de solis prælatis regularibus, & id non in præsenti, sed olim quando erat generalis licentia Pontificia eundi in id subsidium.

10 Tandem vota hæc cum omnia religiosorum irritantur propriè, & directè, & ideo numquam reuiuiscunt. Vt probaui c.26.n.3.& 4.

SVMMARIVM.

An Pontifici, & Episcopis integrum sit irritare vota religiosorum, n.11.

An sint aliqua religiosorum vota, quæ à Pontifice, & non à prælatis religionis irritari valeant, refertur quadam opinio, n.12.

Explicatur sententia Authoris, & an possit Pontifex irritare votum transitus ad altiorem religionem, n.13.

An potestas irritãdi vota religiosorum competat legato Apostolico, n.14.

An competat vniuersis religionis prælatis, n.15.

An competat secundarijs prælatis, vt sub prioribus, aut saltem possint religiosorum vota suspendere, n.16.

An hæc potestas irritandi vota possit reseruari à superiori prælato inferiori, n.17.

An abbatissis competat hæc irritandi vota monialium potestas? Refertur quadam sententia, n.18.

Explicatur sententia Authoris, n.19.

An hæc irritatio abbatissæ sit directa, ita vt vota non reuiuiscant n.20.

An si quispiam se peculiari obedientiæ voto extra religionem astrigat, possit ille eius vota irritare? Remissiuè, numero 21.

Post nu.21. inuenies summaria quæ desiderantur.

11 Quæstio secunda. Quibus religionis prælatis cõpetat hæc potestas irritandi vota religiosorum? Et quidẽ an id Pontifex, & Episcopi possint, diximus c.24.n.20. vbi id diximus posse Põtificem, & n.22. vbi id negauimus Episcopo, nisi respectu monialium sibi subiectarum.

12 Quod si petas, an sint aliqua religiosorum vota, quæ à Pontifice irritari valeant, non autem ab alijs religionis prælatis. *Azor to.1. instit. moralium, lib.11. cap.17. q.3. vers. Monachorum vero,* ait posse Pontificẽ irritare multa religiosorum vota, quæ nequeunt alij prælati regulares. Sed nescio vbi multa vota hæc inuenerit: cũ sola irritatio transitus ad altiorem religionem promissi, & votorum quæ peculiaria sunt aliquarum religionum, denegetur alijs prælatis, vt diximus à n.2. vsq; ad 9. Atque de his est difficultas; an à Pontifice irritari valeãt? Et videtur pars affirmans. Quia ob id diximus n.2 nequire alios prælatos irritare votum religiosi transeundi ad altiorem religionem, quòd iure Pontificio eximatur hoc votum. Et n.5. ob id diximus alia vota non posse, quia constitutione Pontificia sunt ea annexa statui illarum religionum. At neutra ratio procedit in Pontifice, vtpote qui nullo iure humano astringitur, ita vt coarctata maneat eius potestas.

13 Ceterum quamuis multa sint vota, vt omnia religiosorum solemnia. & his adiuncta iuxta religionis cõstitutiones, in quibus soli Pontifici integrum est dispẽsare ex iusta causa; at regulariter nullum votum irritare valet quod regulares alij prælati irritare nequeãt. Dixi regulariter, quia si alicui religioso concessisset licentiam emittendi voti alicuius, quod rarissimè, aut nunquam accidet, nullus alius prælatus regularis id irritare valet. Quia Pontifex est supremus omnium regulariũ prælatus. Vt probauimus c.24.n.20. At inferior prælatus nequit votum de superioris licẽtia emissum irritare, vt probaui c.27.n.4. Ratio autem nostræ sententiæ est. Quia Pontifex non potitur facultate irritãdi vota, quatenus Pontifex est, & supremum Ecclesiæ caput, alias posset ẽt irritare vota laicorum, quorum est etiam caput. Cuius contrarium probaui c.24.nu.18. Sed tantum id potest, quatenus est religionis prælatus, cui vna cum alijs eiusdem prælatis votum obedientiæ emittitur, vt probaui eodem c.24.n.20. At vt sic non est supra ius Pontificiũ, sed solum quatenus est Pontifex. Insuper nec põt huius religiosi votũ irritare, quatenus est supremus omnium religionum prælatus, sed quatenus est suæ: non.n. religiosus se dedicat religioni in vniuersũ, sed suæ, & ideo nequit Pontifex virtute illius voti obligare hũc ad aliarum religionum instituta, sed solius suæ: & ideo transiens ad strictiorem religionẽ liberatur voto obedientiæ Pontifici, quatenus erat prælatus prioris religionis, sicut & obedientia aliorum prioris prælatorum, & trãsit in obedientiam Pontificis, vt est posterioris religionis prælatus. Nequit ergo Põtifex irritare votum transitus ad strictiorem religionẽ, & vota annexa religionis illius instituto, iuxta constitutiones Apostolicas: sicut nec alios prælatos id posse diximus n.2. & 5. In casu autem quem n.3. explicuimus, existimo posse Pontificem irritare votum transeundi ad strictiorem religionem; nempe, qñ eum transitum sine sua licentia fieri interdixisset. Quia ratio potestatis irritandi vota est conditio iure Pontificio imbibita in his subditorum votis, antequam emittantur, ob quam pendent ex superioris consensu. Cum ergo in eo casu id votum ex Põtificis statuto habeat conditionem ex ipsius consensu pendentem, poterit ab ipso irritari, nolendo apponere conditionẽ. Antecedens satis probaui c.24.nu.32. Et confirmatur, quia hac ratione probauimus c.26.nu.6. posse Pontificem vere irritare, ita vt non reuiuiscant, votũ Episcopi transeundi ad religionem, quòd transitus sit illi interdictus absque Pontificis licentia, & ideo imbibat conditionem ex eius consensu pendentem.

14 Legatus autem Apostolicus, licèt sit legatus à latere, nequit religiosorum vota irritare. Ducor, quia quãuis soli legati à latere, vel alij legati, qui etsi à latere, non sint, habent concessam à Pontifice potestatem legati à latere, habeant iurisdictionem in religiosos exemptos, quale hodie sunt omnes. Vt benè tradunt *gl. cap. quod translationem, verbo reseruata, de offic. legati. & ibi Cardin. q.5. & eadem glos. cap.2. verbo vniuersas, eod. tit. vbi Abba nu.8. & Imola fine. Hostiens. summa, eod. tit. num.3. Speculator tit. de legato, §. superest videre num.13. Francus c.1. num.1. de verborum signific. in 6. & cap. si Abbatem, num.2. de elect. in 6. D. Antoninus 3.p. tit.21. c.3. §.1. Rosella in summa, verbo Legatus, nu.5. & ibi Ang. num. 2. & ibi Tabiena q.2. nu.3. & q.5. num.6. Idem Angelus*

verbo Exemptus, initio. Syluest. verbo Exemptio, initio, & verbo Delegatus q. 13. Et posse legatum à latere exercere iurisdictionem in exemptos, nil dicens de alijs legatis, tenet etiam *Mandosius in signatura gratiæ, tit. Exemptiones ab Episcopis, versic. Præfati & omnes.* Idque probatur ex *d.c. Si Abbatem*, vbi dicitur, Abbati immediatè Pontifici subiecto electo in Episcopum, neminem posse deferendi monasterij licentiã concedere, nisi Pontificẽ, aut legatum à latere: subditurque hũc posse electiones exẽptorũ confirmare, non verò alios legatos. Ex quo textu claré constat per exemptionẽ, qua exemptum redditur Papæ immediatè subiectus, nõ excludi iurisdictionem legati à latere. Et ex *c. 2. de verb. signific. in 6.* vbi dicitur Pontificem recipientem aliquos in proprios filios non videri per hoc concedere exemptionem, sed id solum, ne illi possint ab alio, quàm à se, aut à legato à latere excommunicari. Nam ibi Pontifex in priuilegijs exemtionis ab ordinarijs videtur æquare sibi legatum à latere, vt, scilicet, per exemptionem illam non excludatur huiusiurisdictio, sicut nec sua. Quamuis (inquã) hoc sit verum; at non inde sequitur legatos à latere habere hanc irritandi potestatem, sed solum eos habere iurisdictionem in regulares quacumque exemptione munitos. At hæc irritandi potestas nõ est actus iurisdictionis, nec cõpetit Pontifici, quatenus habet iurisdictionẽ spiritualem, sed quatenus habet potestatem dominatiuam in religiosorum voluntates, ratione voti obedientiæ, quod ipsi tanquam supremo religionum generali emittitur. At nullo iure constat id votum emitti legato à latere. Et ideo optimè *Caietanus 2.2.q.88.ar.12. colum. antepen. paulò ante solut. 3. obiect.* ait prælatum religiosorum posse irritare vota illorum, tanquam dominum, vel quasi dominum, & non tanquam prælatum.

15 Hæc potestas irritandi vota religiosorum competit quibuscumque prælatis regularibus, vt generalibus, prouincialibus, superioribus localibus. Quia his omnibus votũ obedientiæ emittitur, suntque vere prælati. Quod omnes fatentur. Atque idem dicendũ est de visitatoribus, vtpote qui sunt prouincialibus superiores, & toti prouinciæ præsunt. Et hoc nisi aliàs iurisdictio esset ad aliquos actus limitata. Et quis essent aliqui religiosi non exempti possent dicti prælati irritare eorũ vota, quis dispensare tũc nequirẽt. Vt dicemus tractantes de horũ facultate ad dispensandũ. Quia hæ potestates nõ sunt cõnnexæ. Sicut Abbatissa nequit dispensare in votis monialium, potest tamẽ ea irritare, etsi subsit Episcopo, & prælatis regularibus: Vt dicemus n. 19. Atque ita docet *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, l. 6. c. 10. n. 15.*

16 Nec tamen hæc potestas competit secundarijs religionum prælatis, quos cõmuniter superiores vocant, & in Societate Iesu ministros. Quia re vera non sunt prælati, sed prælatorũ adiutores, ad res quasdam ab eis cõmissas, & ideo potestate dominatiua in religiosos nõ fruũtur. Atque ideo, nec possunt subditorũ confessiones audire, nec licentiam audiendi alijs concedere. Vt tradũt Doctores tractatu de pœnitentia; & optimè *Sotus 4. dist. 18. q. 4. art. 1.* Quando tamẽ prælatus esset absens, atque adeo tota cõuentus gubernatio ad ipsos spectaret, tanquã vices illius gerentes; possent vtique. Quia tunc plena prælatorum vice funguntur, & sic sunt vere prælati, & possunt subditorum audire confessiones, & alijs audiendas committere. Vt benè *Sotus ibidem, & Sylu. verbo Confessor. 1. q. 8. dicto 3.* Atque hoc constat ex ijs, quæ diximus c. 24. nu. 13. Et in proprijs terminis docet *Suarez, to. 2. de religione, tractatu de voto, l. 6. c. 7. n. 17.* Qui benè addit hoc etiam posse ex delegata prælatorum facultate sibi cõcessa. Quia c. 24. n. 54. probauimus hanc facultatem posse delegari. Possunt tamen hi secundarij prælati occupare subditum tempore, quo votũ impleturus erat; & sic suspendetur votum. Quippe cum habeant ius præcipiendi intra limites suæ domesticę gubernationis, nec sit ad hoc necessaria potestas dominatiua, sed satis sit œconomica, poterunt id facere. Nec enim subditus potest suis votis potestati horũ præiudicare; idque esset rectæ conuentus administrationi aduersum. Atque aliquando per accidens id votum non amplius obligabit, quia erat illi tempori annexum.

17 Quamuis verò omnibus religionum prælatis potestas hæc irritandi cõueniat; at id cum quadam subordinatione est, & ideo potest superior prælatus inferiori reseruare aliquam irritationem; sicut & potest alia circa regimen & absolutionem reseruatorum. Ita *Suarez, eo. lib. 6. c. 7. n. 17.*

18 Rursus est difficultas de Abbatissis, & Priorissis, an possint vota monialium irritare. Videtur pars negans, quod satis sit eam potestatem esse apud cõuentus prælatos, ad quos gubernatio spectat. Atque ita *Azor to. 1. institut. moralium, lib. 11. cap. 17. q. 3. ad finem.* videtur eis limitatam irritandi vota potestatem concedere; ait .n. posse has irritare vota, quæ religiosæ familiæ sunt incõmoda. Et *Manuel 2. to. summæ, c. 89. n. 9.* ait posse has irritare vota emissa de operibus supererogationis, ac liberis: & ita videtur limitationem cõcedere potestatem, quàm prælatis religionum, qui possunt etiam vota de rebus præcepti irritare. Vt diximus n. 7.

19 At probabilius est posse Abbatissas seu Priorissas omnia monialium vota irritare, quæ possunt prælati circa religiosos. Quia non solis prælatis, sed ipsis quoq; Abbatissis emittitur votum obedientiæ (vt dicemus lib. 6. huius tractatus, agentes de voto obediẽtię) & ideo vota includunt tacitam conditionem pendentẽ ex earum consensu. Pretereà, quia non minorem potestatem habent in actus monialiũ, quàm mater tutrix in actus impuberum. Et ideo hanc sententiam tenet *Petrus de Ledesma 2. to. summæ, tract. 10. c. 7. ad finem.* Et claré eã videntur tenere *Onate 4. d. 38. dispensatio, propositione 19. Alcozer summa cap. 16.* vbi de potentibus irritare vota, *concl. 5.* vbi dicunt eadem ratione competere his Abbatissis potestatem irritandi; qua competit prælatis religiosorum. Eandem claré tenent alij absolute hanc potestatem illis concedentes. Ita, *Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, ar. 7. diffic. 7. Manuel quæstionibus regularibus, to. 1. q. 25. art. 7. Vivaldus candelabro sacramentorum 3. p. c. 14. n. 98. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. dubio 13. n. 107. versic. Abbatissæ. Suarez, to. 2. de religione, tractatu de voto: lib. 6. c. 7. nu. vltimo. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 10. n. 7. vers. Hinc est, & n. 14. fine.* vbi dicit id verũ esse, quamuis vouendi dederit licentiam. Sicut c. 27. n. 9. idem diximus de prælatis religionis. Eandem claré tenet *Vasq. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 165. c. 4. n. 29.* vbi dicit non alia ratione ius esse prælatis religionum irritãdi vota suorum religiosorum, nisi ratione iurisdictionis Pontificio iure ipsis concessæ in illos, qua eos punire valent, & compellere ad votorum, & regulę obseruantiam. Et tamen n. 28. dixerat eadem iurisdictione Abbatissas potiri erga moniales.

20 Atque hanc irritationem esse propriam, & directã, & ita ea vota non reuiuiscere, probant rationes n. preced. allatę. Et docet *Suarez ibi relatus.*

21 An verò si quis se peculiari obedientię alicui voto astringat extra religionem, possit ille vota eius irritare: diximus c. 24. n. 35.

SVMMARIVM.

An superiores Societatis Iesu possint irritare vota eorum, qui biennij votis astricti sunt, & Proponitur ratio probãs partem negantem, n. 22.

Explicatur sententia Authoris, & remissiuè, quid de votis emissis ante ingressum in Societatem, aut tempore nouitiatus, n. 23.

An superiores equitum, quos Comendadores appellant, possint eorum vota irritare, n. 24.

An prælati religiosorum possint irritare vota eorum, quando sunt Episcopi, aut aliter à iurisdictione exempti, aut electi, aut in triremibus, aut sunt nouitij in alia

alia religione, ad quam transferunt; aut emissa sunt in seculo, aut in nouitiatu? Remissiuè, n.25.
An possint irritare vota nouitiorum? Refertur duplex sententia, n.26. & 27.
Explicatur sententia Anthoris, n.28.
Quid si sint nouitij, qui in religione emisere ex deuotione tria substantialia religionis vota simplicia, n.29.
An vota nouitiorum sint suspensa duranti nouitiata, Refertur duplex sententia, n.30. & 31.
Explicatur, quæ vota personalia valeat superior suspendere, n.32.33. & 34.
An id quoque possit magister nouitiorum, n.35.
Quid de votis realibus, n.36.
An sint suspensa ipso iure vota aliqua personalia, n.37.
An sit idem, sine in nouitiatu, sua antea emittantur vota, nu. 38.
An nouitio egresso religione reuiuiscant ea vota, num. 39. & 40.
An possint ea nouitij vota commutari in religionis opera, nu. 41.
An si commutatione facta egrèdiatur, reuiuiscant, n.42.

22 Quæstio vltima. Qui sint religiosi, quorum potest superior irritare vota. In qua est prima difficultas. An superiores Societatis Iesu valeant irritare vota suorũ religiosorum, qui solis biennij simplicibus ligati sunt. Et videntur non posse. Quòd ius irritandi vota sit potestatis dominatiuæ, quæ ex sola professione consurgit.

23 At dicendum est absque dubio posse. Quod per ea vota desinant esse nouitij, ac constituantur veri religiosi, seque cum suis omnibus actibus tradãt Societati, ita vt Societas in eos acquirat verum ius, sintque quo ad oẽs suas operationes ipsi subditi, non aliter quã professi. Vt decicit *Greg. XIII. in sua bulla incipiente, Ascendente Domino.* At ex hac subiectione oritur potestas irritãdi vota, & nõ ex sola professione. Atque ita habet vsus totius Societatis. Et docet *Suarez to.2. de religione, tract. de voto, lib.6.c.7.nu.10.* An vero possint irritare vota emissa ante ingressum in Societatem, vel tempore nouiatus, diximus c.31.n.4.

24 Secunda difficultas est. An superiores equitũ ordinũ militarium, quos vulgo *Comendadores* appellãt, possint eorũ vota irritare? Videntur posse, quia iuxta veriorem sententiã sunt veri religiosi, & maximè milites D. Ioãnis, qui votis solemnibus astringuntur. Cęterũ non audeo id asserere. Quia obedientia, qua hi suis superiorib. astringuntur, est valde limitata, nec quoad omnes suas operationes, nec ipsorum est operationes horum dirigere. Quæ potestas est fundamentum huius iuris. Quare nisi legitima consuetudine obtentum esset id posse, illud non concederem.

25 Tertia difficultas est. An prælatis religionis ius sit irritandi vota religiosorũ, qui iam sunt Episcopi, aut eiecti, aut in triremibus, aut alio modo exẽpti? Sed de hoc diximus c.30.à n.21. vsque ad 27. Et quid si sint nouitij in alia religione, ad quã transiere. Diximus ibi, à n.28. vsque ad 30. Et quid de emissis ante ingressum in religionem, vel tempore nouitiatus: diximus c.31.n.3.

26 Vltima difficultas est. An pręlatis religionis integrum sit vota nouitiorum irritare? Quidam sentiunt nõ posse, si in seculo emissa sint, aut si in nouitiatu, vt post exitum implerentur; secus si in nouitiatu facta sint, vt tũc impleantur. Quia nouitius dum probatur, subest pręlato. Sic quidam, quos tacito nomine refert *Azor tom. 1. inst. moralium, lib.11.c.17.q.20.*

27 Alijs verò placet posse irritare sub hac conditione, si sequatur professio, secus si non sequatur. Quia sicut nouitius est religiosus in fieri, & non perfectè, ita prælatis cõpetit hæc imperfecta irritãdi potestas. Anthores hos tacito nomine refert *Sayro referendus n. seq.*

28 Verum dicendum est, prælatos religionis nullo irritandi vota nouitiorum iure potiri. Quia cum nondum sint religiosi effecti, voluntas eorum non pendet à prælati voluntate, nec in illam dominium habet. Atque ita docent *Nauar. summa Lat. c.12.nu.65. Hispana c.28. additione 1. ad eundem n.65. Ludouicus Lopez 1. par. instructorij conscientia c.48. col.2. vers. Materia voti. Azor to. 1. instit. moralium, lib.11.c.17.q.20. & vltima. Sayro in clauis regia, lib.6.c.10.nu.15. Leonardus lib.2. de iustitia c.40. nu.77. Manuel 2.to. summa c.89.nu. vltimo, & quæst. regularibus, tomo 2.q.25.art.8. Llamas methodo curationis 3.p.c.4.§.42. fine. Suarez to.2. de religione, tract. de voto, l.6.c.7.n.11.* Quod si nouitius apponeret in voto conditionem, si superior approbauerit votum, vel consenserit, poterit superior irritare per subtractionem conditionis appositę. Vt benè docet *Suarez ibid.* Et c.24.n.36. diximus id esse generale in votis cuiuscumq; apponẽtes similem conditionem.

29 Atque idem dicendum est, quamuis nouitij illi ex sua deuotione emisissent tria substantialia religionis vota, quia etsi illis in ordine ad Deũ maneant obligati, religio tamẽ nullum ius acquiri in eos, nec per ea efficiuntur religiosi. At huiusmodi vota nõ satis esse ad hãc potestatem irritandi tribuendam, probauimus c.24.n.35.

30 Sed restat difficultas, an nouitiorum vota maneãt ita suspensa tpe nouitiatus, vt pro tunc nõ obligent. Affirmant aliqui tã de votis realibus, quam personalib. Ita videntur sentire *Couarr. de pactis 2.p.§.3.n.4. vers. Sexto apparet. Graffis 1.p. dec. lib.2.c.30.n.2.* Et probant quia ea vota realia possunt commutari in melius, quale est perpetuus religionis ingressus. Dixi autem videri sentire, quia si benè inspiciantur, loquuntur quando quis commutauit propria sua authoritate omnia vota in perpetuum religionis ingressum; & tunc verissimum est nulla vota sic commutata obligare tempore nouitiatus.

31 Alij autem tradunt absolutè nouitium excusari tempore nouitiatus à votis personalibus implẽdis, & ita ea pro tunc suspensa esse, secus de votis realibus. Ita docẽt *Palud. 4.d.38.q.4.art.3. conclusione 3.n.33. D. Antoninus 2.p. tit.11.c.2.§.8. notabili 2. Sylu. verbo Votum 4.q.7. dicto 3. Ludouicus Lopez vbi n.28. cum reinli.*

32 At dicendũ est, sola vota personalia impedientia executionẽ exercitiorũ nouitiatus posse superiorẽ suspẽdere; qualia sunt, quæ vel opera religionis, vel ordinẽ impediunt, vel nimium aggrauant religionis onus. Ratio est, quia cũ nouitius subsit curæ superioris pro tunc gubernandus, vt ipse possit religionis experientiã capere, & religio ipsius, cõsentaneum est rationi eũ omni iurisdictione necessaria ad hunc finẽ potiri. Huic aũt valde necessariũ est, moderari opera impedientia exercitium operũ religionis, quæ est necesse nouitiũ exercere, & experiri; vel quæ possunt onerosam reddere religionẽ, & sic oneri succũbens nouitius illã deseret, aut saltẽ difficilior erit perseuerantia. Quæ rõ cũ non militet in votis alijs, quæ nec obstãt religionis exercitijs, nec illã aggrauãt, nõ est cur superior possit hæc suspendere. Vt si votũ sit seruandi præscripta in regula, aut seruandi præcepta Dei, aut Ecclesiæ. Et ita docent *Leonardus lib.2. de iust. c.40. dub.10.n.77. Suarez dicto tractatu de voto, lib.6.c.7. n.12. et c.11.n.8.* Et amplius constabit ex dicendis n.37. vbi probabimus priora vota suspendi ipso iure.

33 Id tamen monuerim posse aliquando accidere, vt etsi votũ per se, ac suapte natura, nõ obstet religionis exercitijs, nec illã aggrauet; at per accidẽs id efficiat, & tũc poterit superior similiter suspendere. Verbi gratia, promisit nouitius seruare silentium regula præscriptũ, aut interesse sacro, authoris canonicis, vt præscribit regula, quãuis ex se hæc vota non aggrauent religionẽ, nec impediãt eius exercitia; at possent inde tot scrupuli in nouitio oriri, vt ferè ineptus esset religionis exercitijs, aut multo grauiora redderentur; & tunc posset suspendere superior. Quia militat ratio tradita nu. præc.

34 Alia etiam ratione poterit suspendi votum nouitij, nempe, superiore occupanti illum tempore quo votum personale impleturus erat, aut ex iusta causa interdicẽti materiam promissam. Quia prælatus quouis tẽpore

nouitiū occupare potest, & vt pareat, oportet ipsum obedire. Quare tunc tēporis id votū censebitur suspensum, vtpote quod obseruari commodè nequit cū obseruantia regulari. Nec tenebitur tunc nouitius petere licentiā implendi nec manifestare votū. Quia ad neutrum se explicitè, aut implicitè obligauit. Sicut ob hanc rationem c.25.n.26. idē diximus in votis professorum. Nec credo peccare superiorem, qui cōscius voti personalis compatibilis cum obseruantijs regularibus, tunc nouitium iusta ex causa occuparet, materiamve prohiberet. Quia ea vota personalia non arctant ipsum superiorem, quominus nouitium omni tempore occupare queat, aut aliquid ipsi iuste prohibere.

35 Atq; idem quod diximus de prælato religionis respectu nouitiorū, credo etiā verū de magistro nouitiorū, poterit enim similiter suspēdere vota, quæ diximus posse prælatū suspēdere. Quia est verè eorū superior, & ipsi specialiter, & immediatè incūbit regimē nouitiorum.

36 Ex dictis deducitur, realia nouitiorū vota non posse suspendi. Quia nullatenus obseruantijs regularibus obstāt, aut iugū religionis aggrauant. Sic *Palud. D. Anton. Syluest. Ludouicus Lopez allegati nu. 31. Azor tomo 1. instit. moralium, lib. 11. cap. 17. q. vltima, & c. 19. qu. 11. Leonard. lib. 2. de iustit. c. 40 dub. 10. n. 77. Suarez eodem lib. 6. c. 7. n. 12.* Existimo tñ in peculiari aliquo casu posse ēt suspēdi, quāuis regulariter nequeāt. Casus aūt erit, qñ religio, aut nō ministrat nouitijs alimenta, aut non sufficientia, & nouitius indigeret bonis, quæ habet ad se alendū, illisq; expensis in voti executione redderetur multo onerosior religio, deficiēti necessaria sostētatione. Quia tūc militat rō tradita n. 32. de votis psonalib.

37 Immò vota impedientia impleri opera religionis sūt suspēsa ipso iure, & quasi sopita, & sic nō obligāt dum nouitius manet in religione. Quia cum multò melius sit pro tunc nouitijs, exequi religionis opera, vt religionem experiantur, ipsique satisfacientes admittātur, vota hoc impedientia nequeunt pro tūc obligare, vtpote quæ maiori bono implendo obstarent. Atq; ita docent *Palud. D. Anton. Syluest. Ludouicus Lopez relati num. 31. Azor q. vltima & Leonard. citati num. præcedenti. Alcozer summa ca. 16. vbi de votorum commutatione, conclus. 5. f. 57. colum. 2 Sayro in claui regia, lib. 6. cap. 10. nu. 15. Manuel 2 tomo summæ cap. 79. nu. vltimo.* idque significat *Suarez eodem c. 7. nu. 12.* dicens probabile esse de se tūc nō obligare, tanquā impedientia maius bonū. Dico autem id significare, qꝛ statim subdit hęc verba: *Si prælatus iubeat non seruari, sed sequi ordinem religionis.* Quæ cōditionalis videtur destruere quod prius significarat; si enim hoc superioris præceptū exigitur, non sunt suspēsa ipso iure. Si ideo id nō exigi existimo, sed ipso iure suspensa esse, & pro tūc nō obligare. Quia votū nunquā pōt maiori bono obstare. Atq; hoc existimo verū, non tantum, qñ per se impediunt, & reddunt iugū religionis multò grauius, sed etiam, qñ per accidens id efficiunt modo explicato n. 31. Quia militat eadem rō.

38 Nec discrimen aliquod est statuendum, quo ad omnia dicta de nouitiorum votis, siue ea in nouitiatu, siue in seculo emissa sint. Quia rōnes traditę militant ęquè in vtrisque votis. Et ita docet *Suarez eodem lib. 6 c. 11. nu. 8. ad finem, & c. 7. n. 12. fine.* Atque *Leonardus eodem c. 40. dub. 11. nu. 93. & Azor eodem cap. 17. q. vltim.* loquuntur expressè etiam de emissis in seculo & cæteri Doctores indistinctè loquuntur de votis nouitiorum.

39 Cum autem prædicta vota non verè irritentur, sed tantum suspendantur, reuiuiscunt, ac obligant nouitio egresso religione tempore nouitiatus. Quod apertè tradunt omnes Doctores citati, quatenus aiunt ea suspendi pro nouitiatus tempore. Et in proprijs terminis tradunt *Ludouicus Lopez nu. 31. citatus, Suarez vtroque loco, & Leonardus relati nu. 32.*

40 Hoc tamen intelligendum est, nisi vota essent annexa tempori, vel illi statui, ex vouentis intentione, tunc enim eo tempore transacto, & statu relicto, nō obligarent vota, nō eo quod irritata sint, sed per lapsum temporis, quo obligabant. Quod per se est notum. Et tradit *Suarez eodem lib. 6 c. 11. nu. 9.*

41 Tandem ad vitandos scrupulos sanū consilium erit, vt authoritate prælati, aut propria cōmutentur ea vota in opera nouitiatus exequenda: quod intelligendum est eo modo, quo in tractatu de votorum cōmutatione dicemus posse authoritate superioris vota nouitiorum, & quæcumq; propria authoritate commutari. Quod benè docent *Manuel duplici loco, quem n. 28. retulimus. Alcozer relatus nu. 37. Leonardus lib. 2 de iustit. cap. 40. dubio 10. nu. 77. & dubio 11. nu. 91.* Qui in hoc posteriori loco benè ait id etiam esse verum de votis realibus. Quia cum per ea tanquam parti non intimata nullum ius acquisitum sit, possunt eodē modo, quo personalia commutari. Vt suo loco dicemus. Est tamen maximè aduertendū, qñ absolutè fit commutatio in nouitiatus opera, cū hæc sint incerta, eo quod potest nouitius egredi, nec possint extra nouitiatū ea impleri, hæc esse cōsiderāda, vt iudicetur æqualitas cum re promissa: vt vel præscribantur opera, quæ eo egresso possint impleri, & voto æquiualeant, vel si votum habeat tractum successiuū, vt quotidie, aut octauo quoque die recitandi, aut ieiunandi, fiat commutatio pro solo nouitiatus tēpore.

42 Hinc deducitur, qualiter sit intelligendū, quod tradit *Leonardus eo. dub. 11. n. 93.* vbi dicit vota sic cōmutata reuiuiscere eo egresso religione. Quia (inquit) pro solo nouitiatus tempore cōmutatio facta est. Quod intelligendum est, nisi id votum fuerit alligatum tēpori, idque transactum sit; iusta dicta nu. 40. Præterea intelligendum est, quando cōmutatio facta est pro solo nouitiatus tempore, quod regulariter accidit, & ita existimo in dubio pręsumendū. At si cōmutatio fuit omnino absoluta, quod ex materia sobrogata loco prioris voti constabit, nempe, qñ erat talis; vt etiam in seculo impleri commodè posset, nec mentio nouitiatus facta sit, nulla supererit obligatio prioris voti, sed materiæ, in quam facta est commutatio, si nondum impleta sit.

CAPVT XXXIV.

Qualiter vtrique coniugi potestas sit irritandi vota alterius.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, num. 1.
An vir possit omnia vxoris vota, præter quàm castitatis irritare? Refertur quædam sententia, nu. 2.
Explicatur sententia Authoris, & simul soluuntur contraria, num. 3.
Quid si vir, aut vxor mancipia sint, nu. 4.
Quid de voto vxoris euntis in subsidium terræ sanctæ, n. 5.
Quid de votis emissis, matrimonio rato nōdum consummato, animo ad religionem transeundi, nu. 6.
Quid si vir fornicationis reus sit, aut è contra, an priuentur hoc irritandi iure, nu. 7.
Quid de votis emissis ante matrimonium, vel tempore alterius matrimonij, vel tempore diuortij, aut si facta sint tēpore matrimonij, & est diuortium; aut tempore quo vxor impubes erat sub patris potestate? Remissiuè. n. 8.
Post num. 8. inuenies alia summaria.

1 TRiplex est quæstio disputanda. Prima, de potestate viri ad irritanda omnia vxoris vota, pręter votum castitatis. Secūda, de voto castitatis. Vltima, de potestate vxoris ad reddenda irrita vota viri.

2 QVÆSTIO prima. An viro ius sit omnia vxoris vota irritandi, pręter quam castitatis? De qua quæstione egi latè & clare. lib. 9. de matr. disp. 39. & ideo summatim referā, remittēdo illuc rationes, & Doctores. Punctus difficultatis eo pertinet, an vxor subdatur viro, quo ad solā materiā promissā, nā tūc sola vota de materia promissa præiudicātia viro, poterit ille irritare; an potius etiā subdatur quo ad voluntatē, sicut impubes

patri,

pstri, vel tutor, vel religiosus prælato, tunc enim poterit omnia vxoris vota irritare, instar horum. Duplex est sententia. Prior (quæ est valde probabilis) tenet vxorẽ ratione solius materiæ promissæ subdi viro, ac proinde virũ sola vota præiudicantia sibi, ac domesticæ gubernationi, posse irrita reddere. Huius sententiæ fundamẽta, & authores retuli ea. disp. 30. nu. 3 Et præter Doctores ibi allegatos, eam sustinent *Leonardus lib. 2. de iustitia c. 40. dubio 10. n. 83. Azor tom. 1. institutionum moralium, lib. 1 1. c. 16. q. vltima, & cap. 17. q. 12. Sayre in claui regia, lib. 6. c. 5. n. 8. & c. 10. n. 19. Llamas methodo curationis 3. p. c. 4. §. 23. Suarez tom. 2. de religione. tractatu de voto, lib. 3. c. 6. n. 26. & latius lib 6 c. 4. n. 2.* Qui fortificãdo rationes aduersarias ibi allegatas, probat hanc sententiam. Quia subiectio vxoris ad virum ex solo matrimonij vinculo nascitur & est illi commẽsurata. Sed ex talis vinculi sola sequitur subiectio necessaria, & cõueniens illi statui, nempe, vsui matrimonij, educationi prolis, gubernationi familiæ; media. n. sunt proportionata fini, & effectus cõmensuratur causæ. Ergo dependentia, & subiectio in votis, secũdum se, & ex parte voluntatis, non sequitur ex marrimonij vinculo, sed sola subiectio ratione materiæ. Et confirmatur, quia subiectio vxoris ad virum, non est absoluta in rebus omnibus; ergo continetur intra dictos limites; nullo. n. alio modo rationabiliter definiri poterit. Et confirmatur secũdò, quia nequit vir prohibere suo arbitrio vxori omnia opera supererogationis, nec potest præcipere quicquid libuerit. Ergo nec põt tollere vota ex eo solũ, quod voluntariam obligationem afferũt. Secũdò, quia Deus non amplius subdidit vxorem viro, quã naturalis ratio postulat, attento matrimonij vinculo, & naturali vtriusque coniugis conditione. At mulier non ita discretione caret, vt nequeat prudenter, & validè vouere; aliàs oia voto fœminarum possent à patre irritari. Ergo vxor non subditur viro quo ad omnia vota à se emissa.

3 Posterior sententia (quam ea. disp. 39. n. 4. amplexus sum, & nunc quoque amplector) ait vxorẽ subdi viro, nõ tantũ quo ad materiã promissam, sed ẽt quo ad voluntatẽ gubernandã: atque ideo integrũ esse viro omnia eius vota irritare, etiãsi sint de rebus necessarijs, vt de non mentiẽdo, sicut pater potest omnia impuberis, & prælatus omnia religiosi. Cuius sententiæ sunt *D. Thomas Durandus Glossa, Gratianus, Maiore, Sotus, Brunellus, Alcezer, Stunica, Emmanuel Sa Aragon, Manuel Vega, quos omnes retuli eod. nume.* 4. Et solum moderatæ eleemosynæ votum excipientes, *Abbas Paludanus, Supplementum Gabrielis, Rosella, quos ibi retuli.* Et *Angles ibi etiam relatus* solum votum de rebus necessarijs excipiens. Et præter Doctores ibi relatos, hanc clarè tenet *D. Bonauent. 4. dist. 32. in expositione litera nu. 4.* vbi ait virum non posse irritare votum continentiæ vxoris; eo quia in hoc fini pares; & statim subdit hæc verba: *Nec est simile de voto abstinentiæ, pro eo, quòd quantum ad omnia præest vir vxori, præterquam in lege tori.* Ecce, quàm aperte verbis omnia vxoris vota subdit viro, præter votum cõtinentiæ, de quo non est nunc sermo, sed à n. 9. dice musde illo. Eandem tenent *Abulensis c. 30. Num. q. 65. in solutione ad 3. Petrus de Ledesma* explicans cum alijs, quos eo. n 4. retuli, etsi id votũ sit de præceptis seruandis, *to. 2. summa, tractatu 10. c. 7. dubio vltimo, dicto* 2. Atque dicit probabilẽ *Leonardus nu. præced. relatus;* & idẽ dicit *Ludouicus Lopez, quem eo. n. 4. retuli,* vbi hãc sententiam testimonio Scripturæ, & sanctorũ, & rationibus probaui; & ibi. n. 9. solui rationes contrarias. Et probatur modò fortificando rationes ibi propositas, & simul respondendo contrarijs n. præcedenti propositis. Quia lex, & finis matrimonij, maximam pacem, maximumque amorem, inter coniuges postulant, atque rectam filiorum educationem, domusque gubernationem, & subinde exigunt vxorem subdi viro in necessariis ad hæc conseruanda: vt autem hæc perfectè cõseruentur, necessaria fuit plena voluntatis vxoris subiectio viro, quo ad nouas obligationes sibi imponẽdas, possent. n. inde oriri discordię. Et sic *Genes. 3.* absolutè dicitur vxori à Deo: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi.* Et *ad Ephes. 5. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino; quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ; sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.* Vbi pondero subiectionem in omnibus viro, & tanquã eius capiti. Sicut n. omnes corporis actiones capiti subdũtur, ab eoque gubernãtur, ita oẽs actiones vxoris viro, vt ab ipso gubernẽtur. Et confirmatur, quia sicut recta spiritualis gubernatio religionis postulat volũtatem subditorum subiici prælato in omnibus obligationibus additis; nec huic plenæ subiectioni obstat, nõ posse subditis omnia præcipi, sed ea sola, quæ sunt secundũ regulã, nec omnia opera supererogationis posse ad solũ prȩlati libitũ interdici; ita ẽt recta, & pacifica gubernatio domus, & educatio filiorũ, postulãt plenã vxoris viro in omnibus subiectionẽ, quo ad obligationes nouas sibi imponẽdas, ne votis imprudenter factis perturbẽtur pax, & recta gubernatio domus, & filiorum educatio. Nec huic plenæ subiectioni obstabit, virũ nõ posse præcipere, nec interdicere omnia. Nec obstat ẽt in religione directionẽ esse ad finẽ spirituałẽ, ad quẽ pertinent uota. At directio uxoris, est ad finẽ temporalem. Nõ (inquã) obstat, quia esse finẽ spiritualẽ, est ualde extrinsecũ irritationi uotorũ, quæ est actus potestatis dominatiuæ: & sic pater põt omnia impuberum uota irritare, quamuis eius superioritas ordinatur ad gubernationẽ domesticã. Et confirmatur amplius, quia multò maiori prudentia indiget mulier nupta, quàm soluta; cum illa multis oneribus placendi uiro, gubernandæ familiæ, educẽde prolis, grauetur, à quibus hęc libera est. Et ideo nõ ita opus fuit cõsulere imprudentię fœminarum solutarum, concedendo alicui potestatem irritandi uota earum; sicut fuit necessarium consulere imprudentiæ nuptarũ. Atque de facto consultum esse cõstat ex testimonijs Scripturæ citatis, ubi in omnibus uxor subiicitur uiro. Et in *c. 30. Num.* eodẽ prorsus modo, & sub eadem verborum generalitate, dicitur vota vxoris nõ esse firma absque licẽtia viri, ac vota puellæ existentis in parentis domo, sine cõsensu patris. Sed dices has easdem rationes posse habere locum in seruis respectu dominorũ. Respondeo disparem valde esse rationẽ; quia seruitus non est vinculũ perpetuum, sed potest facilè seruus domo expelli, nec est socius ad gubernationem domus, & ad prolem educandam; & ideo non oportuit illum ita subijci domino, quo ad obligationes sibi imponẽdas, sicut vxorẽ viro, quę quo ad hęc est socia, nec põt expelli.

4 Nec in hoc discrimen aliquod constituo inter coniuges, liberos, aut seruos, potest enim maritus, siue seruus, siue, liber, irritare omnia vxoris vota, siue liberæ, siue ancillę. Quia ex matrimonio eadẽ potestas cõsurgit inter seruos, ac inter liberos, præterquam inter seruos, ad impediendum debitum dominis obsequium. Quæ exceptio potestati irritãdi omnia vxoris vota nõ obstat; cum irritare vota non impediat obsequium domini.

5 Hinc primo à quibusdam excipitur votum vxoris eundi in subsidium terræ sanctæ, dicentes id à viro nõ posse irritari, cum hac tamen limitatione, si uxor nõ sit iunior, ac suspecta de in cõtinentia, sitque ita locuples, vt gentem armis munitã secum ducere possit. Hos Doctores, & eorum fundamẽtum retuli lib. 9. de matrim. disput. 4. n. 17. Verum cum alijs Doctoribus ibi probaui contrarium. Et præter Doctores ibi citatos, tenent *Sayro in claui regia, lib. 6. c. 5. n. 10. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 4. n. 15.*

6 Secundo possent excipi vota ab uxore emissa matrimonio rato, nondũ tamen consummato, eo quod nondum plenã uxoris possessionem tempore uoti maritus habuerit. At sic distinguendũ est, si id uotum sit religionis absolutè emissum, aut pro tunc implendum, cõstat nec posse à uiro irritari, nec suspẽdi. Quia tenetur uxor

inuito viro non conſummare matrimoniũ,ſed votum implere ingrediendo religionem. Si autem emittatur implendum tempore ſoluti matrimonij, poterit à viro irritari,iuxta opinionem,quam retulimus c.27.n.2.dicentem vota vxoris facta in tempus libertatis poſſe à viro irritari, at retenta opinione, quam nouiſſimè ibi n.3. tenuimus,dicenti non poſſe ea irritari, dicendum eſt,nec hoc poſſe,vtpote quod in tempus ſoluti matrimonij eſt factũ.Atque nec poſſe irritari exiſtimo,vtrouis modo ſit factum,licèt poſteà conſummetur matrimonium,& ſic nequeat pro tunc impleri votum,vt promiſſum fuit, ſed manebit pro tũc ſuſpenſum, donec illud exequi liceat;ſicut ſi votum religionis factum eſſet ante matrimonium. Quia cum tempore,quo emiſſum eſt, nullam habuerit imbibitam conditionẽ pendentẽ à viri conſenſu, nequit poſteà irritari; iuxta regulam à nobis traditam c.26. nu.5. Si autem ſint alia vota tunc emiſſa, implenda in religione, nequeunt ſimiliter irritari,vtpote quæ facta ſunt in tempus libertatis. ſecus ſi ſint tunc implenda. Quia conſtante matrimonio pendent à viri conſenſu. Atque vtrumque agẽs de voto caſtitatis tenet *Sayro in claui regia,lib.6.c.5.nu.12,*

7 Tertiò alij excipiũt,niſi vir notoriam fornicationem corporalem,aut ſpiritualem admiſerit.nec enim dicũt non poſſe virum irritare vota vxoris etiã ſibi præiudicantia.Sic *Graffis 1.p.deciſionum,lib.2.c.29.n.8.* & poſſet aliquis exiſtimare eſſe ſententiam *Nauarri ſumma Latina c.12.n.64. Hiſpana n 65.* Sed re vera id non ſenſit,ſed ſatis obſcurè loquens dicit tunc poſſe coniugem votum alterius non petendi debiti irritare quando alter illorum incidit in notoriam fornicationẽ corporalem,vel ſpiritualem.Et probat ex *c.Agathoſa 27.q.2.* & refert *Abbatem c.finali, de conuerſ. coniugat.* Et ita *Nauarrũ* intelligit *Valentia 2.2.diſp.6.q.6.puncto 6.q.vltim. verſ. Extitit autem*;nec illum improbat ſed dicit id non clarè colligi ex *d.ca. Agathoſa.* Eodemmodo intelligit illum *Ludouicus Lopez 1.p. inſtructorij conſcientiæ,c.47. ad finem*, & dicit tunc poſſe alterum irritare, ne alter periclitetur. Sed textus in *d.c.Agathoſa*, nil confert ad id probandum; & falſo *Abbas* allegatur. Nec periculum alterius coniugis confert dominium in alterius voluntatem, aut materiam promiſſam; quod exigitur ad irritandi poteſtatem. Ergo quãuis id periculũ præbeat iuſtam diſpenſandi in eo voto cauſam, nil tamen ad irritationem conferet,atque adeo ſi ſecluſo eo periculo non poterat coniux irritare,idem erit dicendũ eo ſtante.Deinde,quia parum confert ad periculum, eſſe notoriã,aut occultã fornicationẽ nec fornicationi ſpirituali cõſuletur irritato nõ petendi voto. At legitimũ huius ſententiæ fundamentũ põt eſſe; quoniam cõiux adulter perdit ius petẽdi debiti à coniuge innocẽti, ac proinde dominiũ in corpus, ac voluntatẽ eius. Verum ſi hæc limitatio eſset vera,idẽ dicendũ eſset de fornicatione occulta,per quã pariter idem ius amittitur. Quare ſic diſtinguendũ eſt, ſi cõiux innocens velit iure ſuo vtens à nocente recedere,non poterit adulter eius vota irritare vt probat ratio poſita.Immo.nec innocẽs tunc poterit vota adulteri. Quia per diuortiũ ſuſpẽditur ea poteſtas. At ſi nolit eo iure vti,ſed maritaliter viuere, poterit alteruter coniux irritare alterius vota, quæ ea fornicatione non admiſsa poſset. Quia(vt probaui li. 1.de matrim.diſp.18.nu.4.) coniux adulter non omnino perdit ius exigendi debiti,ſed in fauorẽ innocentis, ſi hic velit eam exceptionẽ opponere,& eo iure vti.

8 Quid autem dicendum ſit de votis ante matrimoniũ emiſſis ab vxoe,diximus c.31.n.9. & duplici ſequenti. Quid autem de emiſſis tempore alterius matrimonij, diximus c. 28.n.4.& ibi n.5. quid quando vxor impubes vouit ſub poteſtate parentum conſtituta,& deinde nupſit malitia ſupplẽte ætatem. Et quid de votis emiſſis tempore matrimonii integri, quando poſteà ſequitur diuortium, & de votis factis tẽpore diuortij, diximus c.30.à n.18.vſque ad 20.

SVMMARIVM.

An vir poſſit irritare votum caſtitatis ab vxore abſque ſua licentia emiſſum? Refertur quadam ſententia,n.9.

Explicatur ſententia Authoris,n.10.

Quid ſi votum ſit non exigendi,n.11.

Quid de voto caſtitatis ex viri licentia facto. Refertur opinio, nu.12.

Explicatur ſententia Authoris n.13.

Quid ſi communi conſenſu id votum emittatur? Refertur opinio,num.14.

Explicatur ſententia Authoris,n.15.

Quid ſi communi cõſenſu voueat vterque coniux religionem, aut alter religionem,vel ordinis ſacri ſuſceptionem,& alter caſtitatem;aut vt ſuperſtes eo matrimonio ſoluto abſtineat ab alio,aut caſtitatem ſeruet,religionem ve ingrediatur,nu.16.

Quid ſi poſteà iterum dent ſibi facultatem in corpus,an poſſit vir ea vota communi antea conſenſu emiſſa irritare, numero 17.

Quid de alijs votis communi conſenſu emiſſis, aut quãdo prædicta ſunt implenda ſoluto matrimonio,n.18.

Poſt n.18.inuenies ſummaria quæ deſunt.

9 QVÆSTIO ſecũda. An viro integrum ſit irritare votum caſtitatis emiſsum ab vxore,tempore matrimonii? Hoc poteſt emitti abſque viri licẽtia, aut cum illa, aut communi cõſenſu ab vtroque coniuge. De quibus modis eſt ſeorſum agendum. Prima ergo difficultas eſt de hoc voto emiſso abſque viri licentia. Quidã(& ſatis probabiliter)negant irritari poſse. Quia vir non habet dominium in vxorem in ordine ad actum coniugalẽ, ſed quo ad eũ ſunt pares, *cap. Gaudemus. de diuort.c.Si quis vxorem 32.q.1.* Nec vir eſt caput mulieris, quo ad eum actum. Vt benè docet *Durandus 4.d.38.q.1.art.1. n.7.* Aliud fundamentum, & Doctores huius ſententiæ retuli lib.9.de matrim.diſp.39.n.10. Et vltra authores ibi relatos, tenent *Supplementum Gabrielis 4.d.38.q.1. art.5.verſi.Sextò vir & vxor. Petrus de Ledeſma 2. tomo ſummæ, tractatu 10.c.7.dubio vlti,dicto 2.*

10 At probabilius eſt, poſse à viro irritari, quatenus eſt votũ non petendi debiti;nullatenus enim obligare põt ad non reddendũ,eſset enim contra matrimonii iuſtitiam. Rõ eſt,quia q̃uis vir & vxor ſint pares,quo ad libertatẽ nõ petendi,& ius exigendi, & obligationẽ reddendi,& ita materia illa nõ ſit viro ſubiecta,at quo ad illã nouã obligationẽ, quæ accidẽtaria eſt, vxor ſubditur viro tãquã capiti, cuius eſt volũtatẽ ipſius dirigere, ne imprudẽter voueat. Vt n.3.probauimus. Aliud fundamentũ huius ſentẽtię,& eius authores retuli eadem diſp.33.nu.11. Et vltra illos idẽ tenet *Sayro claui regia, lib.6.c.5.n.13.* Atque põt etiã irritare, quatenus id votũ obligat ad abſtinendum à venereis extra id matrimonium, & ab alio matrimonio ineundo. Quia illa noua obligatio,qua incõſulto viro ſe vxor aſtrinxit,ſubditur viro iuxta dicta n.3.cuius Doct.retuli ea. diſp.39.n.12.

11 Conſtituunt autem *Nauarrus ſumma Latina, & Hiſpana c.12.n.60.& Sayro eodem c.5.n.13.* diſcrimen inter uotũ nõ petẽdi debiti,& illius nõ exigendi, vt prius poſſit irritari a viro,nõ autẽ poſterius. Quòd prius vergat in viro prę iudiciũ cũ priuans ſe vxor debiti petitione,etiã nõ cogendo alterũ reddere,imponat onus viro ſemper petẽdi. At poſterius,cũ importet ſolã obligationẽ ad nõ cõpellendũ alterũ coniugẽ ad reddendũ ſibi, & ideo libera manet petendi abſque illa coactione facultas nullatenus eſt in pręiudiciũ viri, immo eſt fauor eius, vtpote q non cõpelletur,vt rdddat. Verũ hoc diſcrimẽ nõ placet. Quia nunq̃ vouẽtes id diſcrimẽ attendunt. At ſi attenderent,ea differentia locũ haberet, retenta ſententia n.2.relata,quæ tenet virum ſola vxoris vota ſibi pręiudicantia poſse irritare. At retenta noſtra relata n 3.;dicenti uirum poſse omnia uxoris uota irritare,dicendum eſt quoque hoc poſse.

12 Se-

12 Secunda difficultas est, de castitatis voto emisso ab vxore de licentia viri. Quidam etsi admittãt alia vxoris vota ex viri licẽtia facta, posse ab ipso irritari validè, etsi iusta causa deficiat, quãuis tunc vir irritãs peccet mortaliter, & licitè, qñ adest iusta causa id tñ negant in voto castitatis, dicuntque irritationem fore in vtroq; casu irritam. Quia in alijs rebus materia voti est sub viri dominio, quo ob licentiam datam nõ priuatur. At materia huius voti non est viro subiecta. Huius sententiæ rationes alias, & authores, retuli lib. 9. de matrim. disp. 40. n. 16. Et vltra Doctores ibi relatos, idem tenent *Leonardus lib. 2. de iustit. cap. 40. dubio 10. nu. 85. fine. Petr. de Ledes. 2. to. summa. tractatu 10. c. 7. dubio vlt. dicto 2.*

13 At probabilius est posse à viro irritari validè, quomodocunq; irritetur, etsi sit mortale absque iusta causa irritare cum illa autem licitum: sicut c. 27. n. 11. diximus idem de alijs votis vxoris emissis ex viri licẽtia. Ducor, quia etsi vir nõ sit dominus materiæ illius promissę sed in illa sit ęqualis vxori, est tamen tãquam caput, dñs illius actus liberi, quo vxor tpe subiectionis se voto illo ligauit, & quãuis ex viri consensu sit Deo consecratus id conferet, vt vir absque causa irritans peccet mortaliter, non tñ vt irritatio sit nulla; nec vt sit illicita qñ ex causa iusta fit. Quia illa licentia data non admisit dominium illius voluntatis nec censetur licentia cõcessa vt votum deinceps sit indepẽdẽs à superioris volũtate, sed adhuc imbibit conditionẽ, nisi vir reuocauerit. Sicut probauimus dicto c. 27. n. 11. Atque alias rationes, & Doctores huius sententiæ retuli lib. 9. de matr. disp. 40. nu. 17. vbi & hoc extendi, etiamsi fecisset vir copiam vxori vouendæ omnimodæ castitatis. Quia est eadem ratio.

14 Vltima difficultas est, quando vterque coniux communi consensu vouit castitatem. Quidam affirmãt adhuc posse id votum à viro irritari. Quia adhuc manet matrimonium, & potestas viri in vxorem. Vt affirmãt *D. August. epistola 199. ad Ecdiciam, & refertur c. Quod Deo 33. q. 5.* Nec initum est pactum de non reuocando. quæ fundamenta, & Doctores huius sententiæ adduxi lib. 9. de matrim. disp. 40. num. 19.

15 At dicendum est, nullatenus posse. Quia cum vterq; coniux mutuo consensu vouet continentiam, cum mutuo pacto cedat quilibet iure suo quo ad quemcumq; actum matrimonialem, idq; offerat Deo vitã cęlibem eligens, videtur oĩno renunciare iuri reuocandi, vt vel sic ille vitæ continentis finis obtineatur. Et quãuis contractus ille posset mutuo consensu rescindi, obstat tamẽ vinculum voti in eo inclusum. Alia huius fundamẽta, & Doctores retuli ea disp. 40. nu. 20. Et vltra illos idem tenet *Sayro in claui regia, lib. 6. c. 5. nu. 17. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. dub. 10. nu. 85.*

16 Atq; idem dixi ea. disput. 40. nu. 21. si vterque mutuo consensu religionem voueat; aut alter religionem, aut ordinis sacri susceptionem, alter verò castitatem, casu quo hæc duo posteriora vota valent, nempe, qñ potest vir ordine sacro insigniri, aut ad religionem trãsire ex licẽtia vxoris in seculo manẽtis cũ voto castitatis (quem casum explicui eodem lib. 9. disp. 37. num. 7. & 8.) tunc enim neuter coniux potest id alterius votum irritare. Quia cum ea vota tendant ad omnimodam matrimonij separationem, & perpetuam continentiam mutato statu seruandã, vidẽtur coniuges iure reuocãdi cedere.

17 Quod si post id castitatis votũ mutuo consensu emissum, coniuges etsi sacrilegè, dent iterum sibi mutuã corporum potestatem, poterit vir id castitatis votum vxoris irritare, & quidem validè, sed cũ peccato absq; causa, licitè autem cum causa. Et idem dicendum est de voto religionis emisso cõmuni cõsensu ante hanc nouam potestatem. Quod iam matrimonium sit plenè restitutum ad priorem statum, & renunciatio illa iuris sit validè remissa atque votum factum fuerit tempore subiectionis. Quæ latius explicui ea. disp. 40. nu. 22.

18 Tandem, quando alia vota sunt communi consensu emissa, vt ieiunandi, dandę eleemosynę, poterit vir irritare votum, quatenus ad vxoris obligationem pertinet. Sicut c. 27. n. 11. diximus posse irritare vota ex sua licentia facta. Quia adhuc manet dominus materię promissæ. Quando autem vota explicata n. 16. sunt relata in tempus soluti matrimonij, et si votum sit cõmuni consensu emissum, eo soluto matrimonio abstinẽdi ab alio, aut ingrediendi religionem, aut seruandę castitatis; si dicamus cum sententia relata c. 27. nu. 2. virũ posse irritare vota vxoris emissa in tempus soluti matrimonij, dicendum est posse hæc; at tenendo contrariã, quã nouissimè, ibi nu. 3. defendimus, dicendum est non posse.

SVMMARIVM.

An vxor possit aliqua viri vota irritare? Refertur duplex sententia, num. 19.

Explicatur sententia Authoris, nu. 20.

Quid de vota viri, de abstinentijs nimis, vigilijs, precibus, num. 21.

An hęc possit vxor integrè irritare, an solam partem sibi præiudicantem, nu. 22.

Quid de voto peregrinationis, num. 23.

Quid si sit in subsidium terræ sanctæ, num. 24.

Quid si sit votum mutandi habitus, aut induendi habitus eremitæ, aut tertij ordinis D. Francisci, nu. 25.

Quid si sit votum in præiudicium familiæ, aut rei familiaris, num. 26.

Quid de voto non petendi, aut non exigendi, n. 27.

Quid si coniux in notoriam fornicationem incidat, n. 28.

Quid de votis à viro emissis ante matrimonium consummatum? Et remissiuè de votis ante matrimonium, aut tempore diuortij, aut diuortio sequuto, nu. 29.

Quid si vir ex vxoris licentia vouerit, num. 30.

Quid si sit votum castitatis de licentia vxoris, aut communi consensu emissum, etiamsi postea vterque nouam sui corporis potestatem tradat, nu. 31. Et ibi quid de alijs votis communi consensu factis.

Quid de alijs votis emissis ab alterutro coniuge, tempore quo quo ex communi consensu vterque coniuxerat voto castitatis legatus, etiamsi posteà mutuò sibi potestatem corporũ tradant, num. 32.

Quid de votis emissis postquam coniuges communi consensu vouerunt religionem, aut alter religionem, ordinisue sacri susceptionem, & alter castitatem, nu. 33.

An vota vxoris irritata à viro, aut viri irritata ab vxore reuiuiscant, nu. 34.

19 Quæstio vltima. An vxor possit aliqua viri vota irritare? Quidã negant; quia vxor caret dominio voluntatis viri, immò ipsi tanquã capiti subest, nec etiam materiæ promissæ est domina; quippe hoc maximè verũ haberet quo ad actus matrimonij, ad quos tñ neutri est dominium, sed vterq, est æqualis, *c. Gaudemus de diuortijs.* Huius authores retuli lib. 9. de matr. disp. 41. nu. 1. Et vltra authores ibi relatos, idem sustinent *Petr. de Ledes. 2. to. sum. tract. 10. c. 7. dub. dicto 3.* Et videtur tenere *Azor tom. 1. instit. moral. lib. 11. c. 16. q. vlt. & c. 17. q. 13.* Alij autem videntur tenere æqualem esse potestatem vtrique coniugi ad alterius vota irritanda. Sic indicãt *Innoc. c. Scriptura, ad fi. de voto, & ibi Host. ad fi. Io. And. nu. 4. Ant. nu. 3. Cardin. q. 14. Anch. num. 13.* vbi dicunt vtrumque coniugem in votis emittendis esse parem, & æquè neutrum posse in alterius præiudicium vouere.

20 Sed verius est, posse vxorem vota viri irritare, omnia, & sola, quæ sibi præiudicant, quo ad moderatã debiti redditionem, aut mutuam cohabitationẽ. Et probatur, quia vxor habet dominiũ, & potestatem corporis viri, quo ad debitum sibi moderatè reddendũ, & cohabitãdum, *1. ad Corinth. 7.* Ergo vota huic dominio præiudicantia irritare poterit. Et confirmatur, quia quamuis quo ad actus matrimonij sint coniuges æquales, ea ratione, quod æquè neuter astringitur ad petendũ, & vterque tenetur alteri reddere; at sibi ipsis sunt subditi

quatenus

quatenus neuter habet sui corporis potestatẽ, & dominium, sed vtrumq; per matrimonium transtulit in alterum. Ergo ratione huius dominij, & superioritatis, poterit vxor irritare vota illi potestati nocentia. Tandem, quia vota viri in præiudicium vxoris, si absolutè, & independenter intelligãtur, sunt iniqua, ac proinde per se irrita. Ergo vt valeant, debent includere, conditionem, si vxor consenserit; quod esse fundamentum potestatis irritandi probauimus, c.26.nu.4. Huius sententię authores retuli ea.disp.42.n.2. Et vltra ibi relatos eam tenent *Palud.4.dist.38.q.4.art.2.concl.5.n.23.et ibi Supplementum Gabrielis in q.1. artic.5.vers. Sexto vir & vxor Leonardus lib.2. de iust.c.40.dubio 10.num.83. fine Sayro in claui regia lib.6.c.5.nu.9. & c.10.nu.20.Suarez to.2.de religione tractatu de voto, lib.6.c.4.n.8.& sequentibus. Corradus in suis responsis, 1.p.q.304.*

21 Hinc primo deducitur, non posse virum absque vxoris licentia, eas preces abstinentias, aut vigilias promittere, quæ ita debilitent vires, vt ineptus fiat reddendo moderatè debito; posseq; id votum ab vxore tãquam sibi præiudicans irritari; secus autem si illa sint moderata. Quod latè probaui defendens contra alios id votum nõ esse ipso iure irritum, lib.9. de matr.disp.2.n.7. & vltra ibi citatos, tenet *Suarez to.2.de religione, tractatu de voto. lib.6. c.4.n.6.& 13.*

22 Sed difficultas est, an qñ ea vota mensura excludunt, integrum sit vxori, ea vota omnino irrita reddere. an solũ quatenus illi præiudicãt: Quod dubiũ procedit in iis solis votis, quæ indiuisibilia sunt, qualia sunt multarum precum, multorũ ieiunorum. nam qñ indiuisibilia sunt vt longæ peregrinationis, manifestũ est posse integrè irritari. De votis autem diuisibilibus videtur quoque posse integrè. Quia neminẽ inueni ita distinguentẽ sed absolutè dicunt authores posse vxorem vota viri pręiudicantia sibi irritare; at malè ita absolutè concessissent, non modicamq; errandi ansam præberẽt, si ea facultas esset limitata ad illorũ votorum partẽ. Præterea ingens scrupulorũ oriretur occasio, si discernendũ esset, qua ex parte præiudicant. At dicendum est, solũ excessum integrum esse vxori irritare. Quia solum potest in quantum vota debito coniugali præiudicant; cum ergo solus ille excessus promissus sit huiusmodi, solus ille irritari poterit. Et confirmatur, quia si ieiunium quadragesimæ obstet debito coniugali moderatè reddendo, excusabitur vir, non in vniuersum, sed quatenus illi obligationi obstat. Insuper, quia *c. Quidam. & c. Placet, de conuers. coniugat.* decidit coniugẽ, qñ inscio altero cõiuge vouit solẽniter castitatẽ in religione, manere obligatum quo ad non petendum, & abstinendum ab alio matrimonio, quod erat in sua potestate, non aũt quo ad non reddendũ, in quo præiudicat coniugi. Quod si petas, qñ censeatur votum indiuiduum: & promissio per modum vnius facta, explicui latè hoc lib.4.c.10.

23 Secundo deducitur, posse virum absque vxoris consensu aliquam breuem peregrinationem vouere, non tamen longam; & ideo votum de longa peregrinatione posse ab vxore irritari, non autẽ de breui. Quod latè probaui lib.9.de matr.disp.4. nu.15. Et vltra Doctores ibi relatos tenet *Suarez eo. c.4.n.13.& 14.* Quare minus benè *Abulensis c.27. Ludouici q.10.* ait posse maritũ omnem peregrinationem præter vltramarinam vouere absque vxoris consensu.

24 Excipe tamen votum peregrinationis Hierosolymitanæ, non solius deuotionis causa factũ, sed in subsidiũ terræ sanctę, id enĩ ab vxore non posse irritari, probaui eodem lib.9.de matr.disp.4.n.15. Et vltra Doctores ibi citatos, tenent *Sayro in claui regia, lib.6.c.5.n.9. Suarez eod.c.4.num.14.* vbi benè addit cum *D.Th.quodlibeto 4. art.11.& D.Antonino 3.p.tit.1.c.22.§.1.* virum nõ posse implere personaliter tale votũ, si vxor nolit eum comitari, & sit iuuenis, relinquaturq; in periculo incontinentię; nec uxore teneri illũ comitari, eo quod sit res ualde onerosa. Quia ex iure naturæ tenetur uir cauere id uxoris periculũ, & iõ satisfaciet tunc redimẽdo uotũ.

25 Tertio deducitur, nec posse uirum absq; uxoris consensu uouere mutare habitum, ut induere habitũ eremitæ, aut tertij ordinis D. Frãcisci. Quia horrorẽ generat, ac subinde obligationi reddẽdi debiti nocet. Quare id uotum tanquam sibi præiudicans potest uxor irritare Quod probaui lib 9 de matr.disp.3.n.9. Et ultra Doctores ibi citatos, tenent *Suarez eo.c.4.n.12.*

26 Quartò deducitur, uota in familiæ, ac rei familiaris præiudicium à uiro emissa, non posse ab uxore irritari; ut erogãdis magnas eleemosynas. Quia administratio domus, & bonorum pertinet ad uirũ, independẽter ab uxore. Nam ẽt ipsa reclamante tenebit factũ. Idque debet intelligi nisi adeo copiosam eleemosynam uoueat, ut implere nequeat, nisi alienãdo aliquid de bonis uxoris. Vt bene tradit *Suarez eo.c.4.n.8.* Et probaui lib.9.de matr.disp.12.n.6. ut *cum Soto, & alijs* probaui id uotum posse in uitium iniustitiæ aut prodigalitatis tendere, & ideo nulla relaxatione indigere, ut ui obligandi careat.

27 Quintò deducitur, quid dicendum sit de uoto nõ exigendi debiti. Si n. uir sumat exigere in rigore, ita ut uoluerit promittere se non obligaturũ uxorem lege matrimonij, ut debitum soluat, non poterit uxor irritare. Quia id uotum nullatenus sibi præiudicat, sed prodest. Vt explicui n.11. Doctores, quos ibi retuli eã facultatem denegantes uiro erga id uotum uxoris, à fortiori negabũt uxori erga id uotum uiri. At uiro concessimus eam facultatẽ, eo quod possit nõ sola uota sibi præiudicantia, sed oĩa uxoris irritare. Eã aũt negamus uxori quod sola uota uiri sibi præiudicantia irritare ualeat, & hoc nõ præiudicat. Si autem exigere sumatur pro petitione (ut sumitur communiter, & rarò eueniet contrarium) aut promittat uir absolute castitatẽ; est duplex opinio, prior ait posse uxorẽ irritare. Qd cedat maximũ uxoris grauamen, quæ contra naturalẽ mulierum uerecundiã cogetur semper petere. Huius authores retuli lib.9. de matr.disp.42.nu.7. Et est ualde probabilis. Posterior ait non posse. Quia hoc uotum non est contra fidẽ matrimonij, quæ solũ astringit ad reddendum debitũ, nec uxor dominium aliquod, aut potestatem habet in uirum, ut compellat ipsum ad petendum debitum, sed quoad id sunt pares, & ambo sui iuris; & ex altera parte uxor non est caput uiri, sed ei subdita. Nec obstat grauamen uxoris, quę cogetur semper petere. Quia uir eo uoto emisso tenetur se aliquoties offerre ad usum cõiugalem. Huius authores retuli eo.nu.9. & ultra illos tenet *Leonard.lib. 2.de iust.c.40. dub.10.n.84.* Et hanc reputaui ibi probabiliorem, & nunc reputo. Quicquid tñ sit de hoc, id certissimum est, illud uotum castitatis non posse uxoris irritationi subdi, quatenus obligat ad abstinendum à uenereis extra matrimoniũ, & ab alio matrimonio. Quia in hoc nullatenus uxori præiudicat.

28 De limitatione autem à quibusdam tradita, nisi alter coniux in notoriam fornicationẽ incidat, diximus n.7.

29 Sexto deducitur, uota à uiro facta ante matrimoniũ consummatũ aĩo transeũdi ad religionẽ, & ibi implendi, non posse ab uxore irritari. Quia nulla ratione, sibi præiudicãt. Si aũt nõ essẽt implẽda in religione, possent ab ea irritari, si sibi præiudicẽt. Quia matrimonio inito ẽt ante consummationẽ acquirit uxor & dominiũ, & ius in corpus uiri, cui maritus pꝫiudicare nequit, nisi religionis ingressu. Quid aũt dicendũ de uotis ante matrimoniũ emissis à uiro, diximus c.31.nu.12. Et quid de emissis tpe alterius matrimonij, diximus c.28.nu.31. Et quid de emissis tpe matrimonij, irritandis autẽ tpe diuortij, aut emissis tẽpore diuortij, diximus c.30.à n.18.

30 Quid autem de uotis pręiudicantibus uxori, quando ex eius licentia sunt facta, an possit uxor irritare: diximus c.27.n.12. posse.

31 Atque idem dicendum est, si uir ex licentia uxoris perfectam castitatẽ uoueat, poterit. n. uxor irritare, quoad debiti redditionem, & quidem ualidè, sed cũ lethali culpa, qñ iusta causa abest, licitè autẽ qñ illa adest Et idẽ dicen-

dicẽdum eſt, quo ad petitionẽ debiti, iuxta opinionem dicentem irritari poſſe id votum abſque licentia emiſſum, ſecus iuxta noſtrã, quã terminauimus n.27. vbi diximus, quo ad alios effectus nunquam poſſe. Si autem mutuo conſenſu vterque coniux voueat caſtitatem, & iterum, quamuis ſacrilege ſibi ius in corpus cõcedat, & renunciationem iuris remittat, quo caſu diximus n.17. poſſe virum irritare illud votũ caſtitatis vxoris, nequit vxor votũ illud viri irritare Quia quo ad reddendum in quo vxor eſt domina, non indiget irritatione; cũ ſtatim teneantur coniuges ad reddendum. Vt probaui li. 9. de matr. diſp. 37. nu. 15. Quo ad alios autem actus, ad quos votum illud obligat, nequit vxor irritare, etiamſi abſq; ſua licentia ſit votum emiſſum. Vt diximus n. 27. At tenendo contrarium ibi relatum, nẽpe, poſſe irritare, quo ad petitionem debiti, poterit quoq; in hoc caſu, & licitè cum cauſa, illicitè autẽ ſine illa; at vero in vtroque caſu validè. Quia ea licẽtię conceſſio nõ obſtat valori, ſed ſoli honeſtati, qñ cauſa iuſta deeſt; & mutuus cõſenſus rõne renũciationis ibi incluſæ obſtans, iam eſt remiſſus conceſſa ea noua corporum poteſtate. At reliqua vota cõi conſenſu facta quæ alias poterat vxor irritare facta ſine licentia, eo quod ſibi præiudicẽt, de quibus factis ab vxore reſpectu poteſtatis viri, diximus nu. 18. diximus poſſe virũ irritare, pręter illa, quę ſunt mutandi ſtatũ, aut implenda tẽpore ſoluti matrimonij dicendũ eſt poſſe vxorem irritare; ſicut poterat facta ſine licentia, præterquam quod exigitur iuſta cauſa ad euitandã culpam mortalẽ. Quia ea licẽtia hoc ſolũ efficit.

32 Sed quæres, quid dicendũ ſit de votis factis à coniugibus tpe, quod caſtitatis voto emiſſo ex mutuo cõſenſu erant ligati? Duplex tempus eſt diſtinguendũ. Prius eſt, qñ adhuc ſic perſeuerant. Poſterius autẽ, qñ iterum ceſſere illa ſui iuris renũciatione, tradentes ſibi mutuam corporum poteſtatẽ. Etſi de priori tempore loquamur, poterit vir oĩa vxoris vota irritare, ſiue ſolũ cohabitationi, & mutuis obſequijs obſtẽt, ſiue ſoli debito coniugali perſoluẽdo, præter illud caſtitatis. Et de prioribus, ratio eſt. Quia coniuges per tale votum non abſolũtur à cohabitatione, & mutuis obſequijs, ſed a ſolo debito coniugali petendo, & reddendo (vt probaui lib 6. de matr. diſp. 37. nu. 14.) & ideo vir habet dominiũ materiæ & inſuper ipſi incumbit voluntatis vxoris gubernatio. De poſteriorib. aũt ratio eſt, quia etſi dominiũ eius materiæ nõ habeat, cũ per id votũ caſtitatis ceſſerit iure ſuo, habet tñ dominium, & gubernationem voluntatis vxoris, ratione cuius poterit illa irritare; ſicut poſſe diximus nu. 3 vota ſeruandi præcepta, quãuis eius materiæ dominio careat. Vxor autẽ ſola vota longæ peregrinationis, & alia hmõi aduerſa cohabitationi irritare poteſt. Quia quo ad hanc ſolam ius habet, & caret gubernatione voluntatis viri. Si vero de poſteriori tempore loquamur, maritus poterit pfectè irritare omnia vxoris vota eo medio tẽpore emiſſa. Nã ẽt priori tempore id poſſe probauimus. At vxor poterit perfectè irritare vota tunc emiſſa obſtantia cohabitationi, ſicut & poterat in priori tempore. At vota tunc emiſſa obſtantia debito coniugali, nequit perfectè irritare, ſed tãtum ſuſpendere; vt ſi medio illo tẽpore magnas abſtinẽtias debito coniugali obſtantes vir promiſiſſet. Quia cũ vir tẽpore huius voti emiſſi eſſet ſui iuris, quo ad debitum reddendum, poterat independenter illi obſtanti emittere; atque ita reputabuntur tanquam facta ante matrimonium, quæ ſolum poſſe vxorẽ ſuſpendere, quando ſibi præiudicant, diximus c. 31. nu. 12.

33 De votis autem emiſſis à coniugibus poſtquã communi conſenſu emiſere religionis votum, aut alter religionis, alter vero ordinis ſacri, aut caſtitatis, caſu quo hęc vota efficaciter obligant (quẽ explicuimus lib. 9. de matr. diſp. 37.) dicendũ eſt viro integrum eſse oĩa vxoris vota, præter illud caſtitatis, aut religionis irritare. Quia retinet dominiũ materiæ, & gubernationẽ volũtatis vxoris, donec implẽdo ea vota ſeperaretur matrimoniũ. Vxor aũt poterit irritare oĩa viri vota, pręter illa cũ conſenſu emiſſa, quæ aut cohabitationi, aut debito perſoluẽdo obſtarẽt. Quia interim ius habet ad utrũq;.

34 Demũ id obſeruandũ eſt, vota oĩa vxoris, quæ virum irritare poſse diximus, ſi irritentur, nequaquam reuiuiſcere ſoluto matrimonio. Vt cõtra alios probauimus c. 24. num. 4. Et id habere votũ, etiamſi cum licentia viri emiſſa ſint, probaui c. 27. n. 19. Et idem dicendũ eſt de votis viri, quæ vxorẽ irritare poſse diximus, ea. n. irritata nõ reuiuiſcũt. Quia n. 20. probauimus ea irritari poſſe ratione conditionis imbibitæ in illis, ob quã eorum firmitas pẽdet ex vxoris cõſenſu. Quod eſse fundamentum poteſtatis perfectè irritandi, diximus c. 27. n. 4. Et de votis viri ab vxore irritatis tenent expreſsè *Nauar. ſum. c. 12. Lorma & Hiſpana nu. 63. Toledo lib. 4. ſum. c. 18 nu. 9. verſ. Irritare enim*. Idem clare *Angelus verbo Votum 2. nu. vlt.* vbi poſtquam in pręcedentibus numerat oẽs qui abſq; alterius conſenſu non poterant firmiter vouere, inter quos numerat viros in præiudiciũ vxorum, concludit *eo. nu. vlt.* eos ſubditos non teneri finita ſuperiorũ poteſtate ad vota per illos irritata, ſed ea irritatione extingui in perpetuum. Et aperte ſignificant *Abbas c. Scriptura nu. 7. de voto. & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. dubio penult. cap.* vbi probant vota ſemel irritata nunquam reuiuiſcere, ex *c. Quidam de conuerſ. coniugat.* vbi vir reuocatus a religione per vxorem, non tenetur vxore mortua ad eam redire, in qua pfeſsus fuerat. Et ſic clare ſentiunt votũ irritatum ab vxore nõ reuiuiſcere. Quamuis fatear eum textũ nil ad hoc cõferre; quia ea deciſio non innititur irritationi, ſed nullitati profeſſionis.

CAPVT XXXV.

Qualiter parentibus, tutoribus, & curatoribus, integrum ſit irritare vota filiorum, pupillorum, & minorum.

SVMMARIVM.

Quot quæſtiones diſputandæ ſint, nu. 1.
Quotuplex ſit votum, num. 2.
Quotuplex ſit ætatis limes, & an anni illius computentur de momento ad momentum; & quid in anno biſſextili; & quid quando neſcitur hora natiuitatis, aut dies aut annus, num. 3.
An ætas ſit computanda à die conceptionis, & quid quando ex ſecto matris vtero fœtus educitur, nu. 4.
An votum religionis, & alia emiſſa quacunque ætate poſt rationis vſum valeant, nu. 5.
An omnia vota impuberis irritari valeant? Refertur opinio, num. 6.
Explicatur ſententia Authoris, nu. 7.
An quo ad poteſtatem irritandi voti religionis emiſſi ab impubere, ſit prorogata pubertas vſque ad 16. annum, per Tridentinum, nu. 8.
An impubes ordinem ſacram aſſumens teneatur ad caſtitatem, num. 9.
An votum impuberis de peculio Caſtrenſi, vel quaſi, poſſit irritari, num. 10.
Quid ſi malitia ſuppleat ætatem, nu. 11.
Quid ſi malitia ſupplente ætatem ineat matrimonium, aut alio modo eum incipetur, num. 12.
Poſt num. 12. inuenies alia ſummaria.

1 QVadruplex eſt diſputãda quæſtio. Prima de votis impuberum. Secunda de perſonalibus puberum votis. Tertia de realibus, & mixtis puberum votis. Vltima, penes quos ſit hæc poteſtas irritandi vota.

2 Quæſtio prima. Quæ impuberum vota irritari valeẽt. Præmittendũ eſt primò, triplex eſse votum, quoddam eſt pure perſonale, id eſt, cuius executio ad ſolam perſonam pertinet, nullis pecuniarijs ſumptibus petita

Vt vo-

Vt votũ religionis, castitatis, ieiunij. Aliud est purè reale, scilicet, quod solis sumptib. pecuniarijs impletur. Vt votum eleemosynæ. Aliud mistum, quod & personæ opere, & pecunijs expletur, vt votum peregrinationis.

3 Secundò præmittendũ est, triplicē esse ętatis limitem. Primus est infantiæ, in quo nondum est rationis vsus. Qui cõiter vsq; ad septimũ cõpletum durat. Vt probaui lib.1. de matr. disp.16. n.2. Quod tamen non ita præcisè est intelligendũ, vt semper septennio vsus rationis accidat quibusdam.n. citius, alijs vero tardius aduenit. Ius tamen a cõiter accidentibus præsumit completo septẽnio vsum rationis aduenire. Et ideo in dubio, an citius, tardiusue aduenerit, standum est a iuris præsumptione, vt septennio completo præsumatur statim. Vt probaui eadem disp.16 n.10. Secundus ætatis limes est impubertas. Hæc incipit ab usu rationis, & durat in feminis vsque ad duodecimum annum cõpletum: in masculis autem vsq; ad decimumquartum cõpletum. Cur autem femina citiùs pubescat, tractant satis eruditè *Tiraque. l.6. connubiali n.38. Gutierez auth. Sacramenta puberum num.1. & 2. C. Si aduersus venditionem. Sfortias Oddo tractatu de restit. in integr. p.1. q.2. toto art.4.* Ante hanc autem ætatem vir dicitur pupillus, & femina pupilla, & ambo dicuntur impuberes. Constat ex *l. fin. C. Quando tutor, & c. Puella 20. q.2. et l. regia 1. tit.5. & l.12. tit.16. p.6.* Minor autem dicitur tam masculus, quã femina, à tempore pubertatis vsq; ad 25. annũ cõpletũ. *l.1. C. si minor se maiorem dixerit.* Hi autem anni tam pubertatis, quam minoris ætatis debent esse oino cõpleti de momento ad momentum. Sicut de ætate minor disponitur expressè, *l.3. §. Minorem ff. de minoribus, vbi Gl. verbo Momentum*, ait hoc esse fauore minoris ætatis. Et concordat *l. regia 2. tit.19. p.6. & ibi Greg. Lopez. verbo Mengue. Sfortias Oddo eadem q.2. art.9. n.54.* vbi & alios refert, rationemq; reddit, quia agitur de fauore minorum, & publico simul. Atque bene addit huius fauore, si non constaret de hora natiuitatis, expectandum totius diei exitum; et si nec de die constet, sed de solo mense, expectandum totius mensis exitum; quod si nec de mense, expectãdum totius anni exitum. Atq; si vigesimus quintus ætatis compleatur sexto kalendas Martij anni bissextilis, censendus est compleri die secũda, quæ sexto kalendas Martij similiter dicitur, nẽpe, die vigesimaquinta Februarij, in puncto horæ respondenti puncto natiuitatis. Et ratio est, quia vtraque dies censetur vna, & dies secunda est complementum quadriennij præcedentis, quæ deerat ad complementũ integri solis per Zodiacum circuli, & ideo ad illius ętatis complementum ea dies est accipienda. Et sic expressè habetur *eodem §. Minorem, in fi.* Et notant *Azor rubrica n.2. C. de in integrum restit. et Sfortias Oddo eodem art.9. n.55. Molina to.1. de iustit. disp.573. vers. Atq. vt à minori ætate*: qui bene subdit, quamuis in ætate impubertatis id nullibi decisum reperiatur, eandem tamen esse rationem, & ideo idem esse dicendũ. Quod similiter in hoc fauor ætatis pupillaris versetur, ne votis se astringat quæ irritari nequeat. Præter, q̃a tanquã quid speciale fauore testamenti decernitur, *l. Qua ætate ff. de testa.* vt in ætate pubertatis ad testandũ petita, sufficiat vltimam ætatis illius diem esse inceptam. Ergo secus est in alijs dicendum. Et ita fatentur omnes allegandi.

4 Quod si quæras, an à die conceptionis computetur ætas, *Gl. regula 17. Cancellariæ, & Sfortias Oddo eadem q.2. ar.7. n.48.* dicunt q̃n est fauorabile proli, sic numerari ita numerãdum esse, secus vbi esset odiosum; & sic in præsenti, ait *Sfortias* numerandam à die natiuitatis. Quia numerata a die cõceptionis breuius redderet restitutionis tempus, quod in minoris detrimentũ cederet. Sed meritò *Couar. 4. decret. 2. p. c.8 §.2. n.3.* ait nil falsius dici posse; cum generali vsu receptum vbique sit, ætatem à die natiuitatis computari. Idemque tradit *Mandosius de ætate minori, c.1. nu.25.* vbi optimè etiam probant filium ex secto matris vtero editum censeri ex tunc natum, & ideo ex tunc cõputandam eius ætatem.

5 His præmissis, quamuis nonnulli authores censuerint omnia impuberum vota esse prorsus irrita, nisi propè pubertatem emittantur. Alij autē id de voto religionis ante pubertatem emisso opinati sũt: quos omnes retulimus hoc 4. lib. c.18. At verissima sententia est, omnia vota quauis ætate emissa, dummodo rationis vsu sufficienti ad peccatũ mortale puer gaudeat, ipsum obligare, donec irritentur. Quod quidem satis ibi ostendi.

6 Difficultas autem est, an oia impuberum vota irritari valeant? *Viualdus candelabro sacrament. 3. p. c.14. n.99.* ait patrem posse irritare oia vota realia filij, & filię impuberum, nõ tamen oia personalia, sed sola sibi præiudicatia. Et nec Doctorem allegat, nec rationem reddit.

7 At verissimum est, quæcumq; impuberum vota, siue realia, siue psonalia, siue mista, posse à patre, vel tutore irritari. Probatur ex *c.3. c. Num. relato c. Mulier 32. q.2.* vbi id expresse habetur. Idem dicitur in *Cõcilio Toletano 10. c.6. & refertur, c.1. 20. q.2. & in Concilio Triburiensi c.24. & refertur c.2. 20. q.2.* Et ratio est, quia impuberes non præsumitur satis iudicij habere, vt maturè, & prudenter vouere queant, quare ne imprudenter se votis astringant, voluit ius oia eorũ vota subdi potestati eorũ, quib. ipsi impuberes subsunt. Atq; ita fatentur vniuersi Doctores toto hoc capite referẽdi, dẽpto Viualdo.

8 Quamuis autem *Ouandus 4. dist. 38 disp. vnica, propositione 24. fine.* afferat posse dici prorogatũ esse hoc impubertatis tempus, in masculis, & feminis, vsq; ad decimum sextum annum completum, quo ad potestatẽ irritandi vota religionis, & ita vsq; in eam ætatem id posse à patre irritari, per decretum *Tridentini sess. 25. de regularibus c.15.* Quod quidem ait ita factũ ob voti religionis dignitatem, indigentis maturiori consilio, quã oia alia vota. At hoc caret prorsus fundamẽto. Quia id decretum de sola professione agit, reddens eam irritã si ante decimũ sextum annum completum fiat. Quare in simplici religionis voto, & in omnibus alijs psonalibus, ius commune illæsum manet, vt sola ante pubertatem emissa irritari valeant. Et ita docent. *Palacios 4. dist. 38. disp.3. col.23. vers. At verò forsan, f.873. Azor to.1. instit. moral. li.11. c.17. q.7. vers. Quæres deinde. Philiarcus de officio sacerdotis, to.1. p.2. lib.3. ca.18. vers. Quo ad vota filiorum. Sayro in claui regia, lib.6. c.10. n.14. Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.6. c.6. nu.4.*

9 Immò, quamuis votum castitatis ordini sacro annexum sit solemne, *c. vnico, de voto, in 6.* si tamen impubes cuiusuis ætatis, dummodo rationis vsu gaudeat, qui ad mortale sufficit, initietur ordine sacro, tenebitur eo cõtinentiæ voto. Et quamuis de hoc sint diuersæ opiniones, quas retuli lib.7. de matr. disp.30. nu.6.7 & 8. & ibi n.9. amplexus sim non teneri voto, nisi post pubertatẽ ratificet, nunc tamen potius placet eum teneri. Quæ fuit prima sententia ibi relata. Et vltra Doctores, quos ibi retuli, eã tenent *Caiet. 2.2. q.88. art.9. paulo ante vers. Ad confirmationem. Petr. de Ledes. 2. to. sum. tract. 10. c.7. dub. vlt. dicto 8. Sayro in claui regia, lib.6. c.5. n.3.* Ratio autem est, quia est diuersa ratio de hoc voto, & de solemni professioni voto: multo.n. grauius est hoc posterius, & multo difficilioris dispensationis, & obligat ad uitam longe austeriorem. Atque ideo ex eo quod Ecclesia hoc votum ante pubertatem emissum irritarit, non bene ducitur argumentum ad probandum fuisse quoq; illud irritatum. Quare cum hęc ex iure humano pendeant, nec in illo inueniatur irritatum votũ ordini sacro ante pubertatem accepto annexum, non est dicendum censeri illud irritatum eo quod eo iure irritetur professio ante pubertatem emissa.

10 Ex his primò deducitur, posse quoque irritari à patre, vel tutore, votum reale impuberis, emissum de peculio castrensi, vel quasi; vt si post ordines minores tunc assũptos aliquid, quod aliàs esset aduentitiũ, acquirat, vel iuxta veriorem sententiam est, quasi castrense; vel habeat beneficium Ecclesiasticum (potest enim il-
lud

ĩudhabere iux multorum sententiam decimoquarto ætatis anno incepto, cum tamen tũc sit impubes) cuius fructus sunt peculium quasi castrense. Et ita sentiunt vniuersi Doctores; quamuis enim de hoc speciali casu non tractent; at nullum votum excipiunt, cum tamen agentes de realibus puberum votis, excipiant vniuersi votum de hoc peculio. Idque claré iudicant *Arag. 2. 2. quæst. 88. art. 9. in difficultate quam mouet circa quartam conclusionem. Et Corradus in suis responsis. q. 308.* aiunt enim nequire à patre irritari votum reale de peculio castrensi, vel quasi, quando post pubertatem est factũ; & ita à contrario sensu opinantur contrarium, quãdo factum est ante pubertatem. Et *Suarez to. 2. de religione tractatu de voto, lib. 6. c. 6. n. 6. & 7.* ait nullum impuberis votum excipi à potestate irritandi, etiam si sit non peccandi. Idque cõstat, quia dum est impubes, nequit vllo modo de peculio castrensi, vel quasi disponere. Vt optimé tradit *Molina to. 1. de iust. disput. 131. initio, & d sp. 230. colu. penultima. ver. Licet filius; & to. 2. disp. 261. colum. 1. vers. Filiusfamilias.* Et satis probatur ex *l. fin. C. de testament. militari*, vbi decernitur impuberum nequire de huiusmodi peculio testari. At difficilius conceditur alienatio inter viuos, vtpote quæ magis impuberibus nocet, quam testamenti confectio.

11 Secundò deducitur quantumuis malitia ætatem impuberis suppleat, vota omnia ipsius posse à patre, vel à tutore irritari. Quod nec iura, nec Doctores id distinguant, sicut distinxere in ætate ad matrimoniũ petita. Quare non est credendum *Paludano 3. dist. 39. quest. 3. questiuncula 2.* vbi contrariũ sentire videtur, modo impubes ille sit pubertati proximus, ait enim tũc ingressum religionem non posse à patre reuocari. Quem reprobaui hoc lib. 4. c. 18. n. 14. vbi retuli Doctores cõtra illum sentientes. Et in nostris terminis docet *Suarez eo. c. 6 nu. 5.*

12 Immò, etsi tunc validé matrimonium inierit malitia supplenti ętatem, aut dispensante Pontifice, ac Ecclesię benedictiones receperit, quodcumque votum etiã postea, durante tamen impubertate factum põt irritari à patre, vel tutore. Quia nec iure, nec Doctores distingunt. Quod claré sentit *Gl. c. Mulier, verb. In domo 32. q. 2. iuncto verb. Mulier*, nam cũ textus dicat vota emissa à muliere existenti in patris domo. posse ab ipso irritari, *Gl. verb. Mulier*, ait, id est, impubes; & statim *verb. In mo*, ait idẽ si est extra domũ, quia est emancipata, dummodo minor sit; quod verbũ, minor, videtur iuxta pręmissa intelligi, id est, impubes: Ad quod etiam confert, nam cum *l. regia 47. Tauri* decidatur filium familias per matrimoniũ secutis Ecclesiæ benedictionibus eximi a patria potestate; & *l. 48.* ex tũc patrẽ nõ habere vsũ fructum in bonis eius aduentitijs etiã antea quæsitis, quæ leges hodie sunt in *lib. 5. noue recopil. tit. 1. l. 8. & 9.* dicit *Azeuedo ea. l. 9. nu. 19. initio*, tunc impuberem non egredi à patria potestate, nec acquirere vsum fructum; & quamuis non explicet, quãdo malitia supplenti ętatem valeat matrimonium; at cũ absoluté loquatur, videtur etiam in hoc casu loqui. Quamuis *Baeza de decima tutorum c. 4. n. 20.* quẽ pro se allegat, loquitur clare, quando matrimonium impuberis non valet. Quippe hac ratione id probat, quod id impuberis matrimoniũ non valeat. Atque idem dicendum est, qualitercũque impubes ille sit emancipatus. Atque vtrũque satis clare colligitur, ex *Suarez quem n. retuli* vbi ait nullam prorsus exceptionem esse in votis impuberum.

S V M M A R I V M.

An pater, & curator possint personalia puberum vota irritare, prater votum religionis? Refertur duplex sententia, nu. 13. & 14.

Explicatur sententia Authoris; et soluuntur contraria, n. 15.

Quid si ea vota personalia praiudicent patria potestati, n. 16.

Explicatur quando dicantur patria potestati praiudicare, num. 17.

An possit pater plura vota personalia filiafamilias, quam filijfamilias irritare nu. 18.

An hac possit integrè irritare, an duntaxat, quatenus sibi nocent, nu. 19.

An hae sit vera irritatio, ita vt vota non reuiuiscant, numero 20.

Post nu. 20. inuenies alia summaria.

13 QVÆSTIO secunda An personalia puberum vota irritari valeant a patre? Quidam aiunt omnia irritari posse a patre, vel curatore, præter solum religionis votum. Ducuntur primo, quia iura nu 6. allegata negantia patri hanc potestatem, loquuntur de solo religionis voto; & de hoc solo loquitur *D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 9. in fin. corporis, & q. vltima, ar. 5. corpore, & 4. dist. 38. q. 1. ar. 1. quæstiuncula vltima, ad 2.* Secundò; quia prælatus religionis, & vir possũt irritare omnia personalia vota, ille religiosorum, hic vxoris, At pater, ac curator eadẽ potestate gaudent in vota puberum, dũ minores sunt, ac illi, quare cum solum religionis votum excipiatur in iure ab hac potestate, poterunt omnia alia irritare. Et ideo hanc partem videntur claré tenere *Innocentius ca. Scriptura, nu. 3. vers. Sed nobis, de voto, & ibi Hostiens. n. 7. Ioannes Andreas. n. 4. Cardinalis nu. 6. q. 12. Ancharanus nu. 8.* vbi dicunt votum abstinentiæ a pubere emissum posse irritari à patre; & opponunt. *c. 1. & 2. 20. q. 2.* vbi oppositum dicitur, & respondent eos textus loqui de voto religionis, per qd filius est patris potestate eximendus. Et tenet *Tabiena in sum. verb. Votum 5. q. 5. nu. 6. ad medium.* Et in eam quamuis dubius inclinat *Onãdus 4. dist. 38. disp. vnica in propositione 24.* Et claré censet esse probabilem *Sotus lib. 7. de iust. q. 2. ar. 2. colum. 4. versi. Circa prius autem*, quia quasi trepidus ait se libẽtius amplecti oppositum.

14 Alij vero censent vota personalia puellarum puberum posse a patre irritari, dum manẽt in domo patris; at nullum votum personale pueri puberis. Quia *ca. 30. Numeror.* indistinctè dicitur posse patrem irritare vota puellæ manẽtis in domo paterna; & nomine puellæ intelligitur etiã pubes, dummodò non sit emancipata. Vt tradũt ibi *Caietanus, Oleaster. Carthusianus, & Abulensis q. 15.* Et ideo hanc sententiam tenet *Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 7. difficultate 12. dubio. 5.* Et ex secunda eius conclusione colligitur eum sentire idẽ de voto religionis emisso ab his puellis, nam in ea docens oppositum de votis filiorum, explicat votum religionis, & alia personalia.

15 At omnino tenendum est, id non esse speciale in voto religionis, sed alia quoque vota puré personalia puberum non posse irritari a patre, nec à curatore. Ratio est, quia etsi iura hanc potestatẽ negantia patri, meminerint solius voti religionis, id gratia exempli regulam nõ arctantis fecerunt; & eo quod de illo, vtpote quod grauissimum est, & multo maturiori consilio indigẽs, posse esse maior difficultas. Quare cum ad illud firmiter emittendum iura sufficiens esse iudicium censuerint, quod puberes habent, à fortiori idem de alijs votis personalibus iudicarunt. Et ideo huius sentẽtiæ est; claré *D. Th. 4. dist. 38. q. 1. ar. 1. quæstiũcula vltima, ad 2.* vbi quamuis de solo religionis voto loquatur; at ratio quam tradit, est vniuersalis ad omnia vota personalia, ibi: *Ex quo homo venit ad annos pubertatis, non est sub potestate alterius, si sit liberæ conditionis, quantũ ad ea, quæ ad suam personam spectãt.* Et tenent expressè *D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. versi. Tertio filiusfam. Sotus nu. 12. relatus. Aragon. 2. 2 quæst. 88. art. 9. in difficultate, quam mouet circa quartam conclusionem. Angles floribus 2. p. q. vnica de voto. articulo 7. post difficultatem 12. in dubio 6. conclusione 2. Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. parte 2. lib. 3. cap. 18. versic. c. Quoad vota filiorum, paulò post principium. Beia in suis responsis 1. par casu 49. versic. Aduertendum est tandem. Toledo lib. 4. sum. c. 18. nu. 7. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 5. nu. 6. Petrus de Ledesma tom. 2. sum.*

tract.

tractatu 10. c. 7. dubio vltimo, dicto 6. Graffis 1. parte decisionum, lib. 2. c. 26. nu. 3. Valentia 2. 2. disputat. 6. quæst. 6. puncto 6. q. vltima. columna penultima, versic. Atque hoc totum. Suarez 2. to. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 5. nu. 4. & 5. Llamas in methodo curationis 3. par. c. . §. 22. Corradus in suis responsis 1. p. quæstion. n. 305. Atque idem tradunt omnes Doctores numero sequenti referendi, præterquam de voto personali præiudicanti patriæ potestati.

16 Est tamen excipiendum personale filii familias votum quod iuri patriæ potestatis præiudicaret, potest enim irritari à patre, etsi post pubertatem factum sit. Quia etsi filius possit tunc independenter à patre de actionibus suis personalibus disponere, nequit tamen quoties id in paternæ potestatis sub qua est, præiudicium redundat. Et confirmatur, quia cum id votum cedat in damnum iuris acquisiti patri illicitũ erit, nisi tacitam conditionem includat dependentem à patris consensu. Quod esse fundamentum potestatis irritandi probauimus c. 26. nu. 4. Atque ita docent *Hostiensis summa, tit. de voto. §. Quis vouere possit, num. 7. vers. Sed nunquid filiusfamilias. Antonius c. Scripturæ, nu. 4. vers. Secundo modo, de voto, & ibi Abbas n. 7. Henricus nu. 5. Turrecrem. c. Sunt quædam 17. q. 1. nu. 5. Abulensis c. 30. Numer. q. 77. Rosella in summa, verbo Votum 2. num. 15. Gregorius Lopez l. 3. verbo De edad. tit. 8. p. 1. Nauarrus summæ c. 12. Hispana n. 65. & 70. Latina n. 64. vers. Tertio supponimus, & nu. 70. Alcozer summæ c. 16. vbi de potentibus irritare vota, conclusione 4. fol. 56. pag. 1. Graffis 1. par. decisionum, lib. 2. cap. 29. num 6. Ludouicus Lopez 1. par. instructorij conscientiæ cap. 47. colum. 3. versic. Pater. & mater. & capit. 8. colum. 4 versic. Vota personalia. Viualdus candelabro sacrament. 3. par. cap. 14. n. 9. Manuel 2. tomo summæ cap. 91. nu. 2. fine, & num. 8. conclusione 7. Sayro in claui regia lib. 6. c. 10. nu. 24. Emmanuel Sà in summa, verbo Votum, vbi de irritatione voti num. 1. Leonardus lib. 2. de iustitia capit. 40. dubio 10. num. 81. Suarez eodem lib. 6. cap. 5. numero 4.* & melius *numero 9. Azor tomo 1. institutionum moralium, libro 11. cap. 17. q. 7. paulò post principium. & alij omnes Doctores nume. sequenti referendi.* Quod intelligendum est, quando graue, & alicuius momenti esset præiudicium; secus autẽ, quando modicum. Vt bene limitat *Abulensis ibidem*, & fauent Doctores num. sequenti referendi, qui dicũt oportere longam esse absentiam à filiofamilias promissam, vt pater tãquam suæ potestati noxiam possit irritare. Nec credo huic limitationi aduersari *Nauarr. num. 70. & Azor proximè citatos*, quatenus dicunt exigi, vt votum personale nihil patriæ potestati præiudicet, ne irritari valeat. Nam cum modicum pro nihilo reputetur, præiudicium modicum est, quasi nullũ. Vsque ad quotam autẽ ætatem possint irritari, dicemus hoc eodem c. n. 29.

17 Ea autem vota personalia dicuntur patriæ potestati præiudicare, quæ aduersantur libero, & expedito domus regimini, aut familiæ, aut pertinent ad gubernationem domesticam. Quia cum patris sit gubernatio domestica quicquid huic incommodum est, dicitur iure optimo patri præiudicare. Quod clare significat *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 2.* vbi hæc ait: *Puer post pubertatem non est suæ potestatis, quoad dispensationem domesticam, vnde circa hoc non potest aliquid vouere, quod sit ratum sine consensu patris.* Et in proprijs terminis docent *Supplementum Gabrielis 4. dist. 38. q. 1. art. 5. vers. Octauo filiusfamilias. Angelus in summa. verbo Votum 2. num. 5. Syluester verbo Votum 3. q. 6. Nau. nu. 70. Ludouicus Lopez c. 48. colum. 4. vers. Vota personalia, Sayro, Suarez vtroque n. Leonardus, Azor, vbi eos n. præced. retuli. Margarita confessorum, vbi de votorum irritatione, fol. 134. fine.* Huius autem exemplum apponunt *Hostiensis num. 8. Abulensis. Rosella, Turrecrem. Leon. Azor n. præcedenti allegati*. Vt si sit votũ peregrinationis. Quod bene intelligunt *Hostiens. Turrecrẽ. Abulensis. Rosella, & Suarez n. 9.* quando peregrinatio esset longa. Atque idem dicunt *Abulens. Suarez nu. 9. & Alcozer n. præced. relati*, quando filiusfamilias diuturnam a domo paterna absentiam causa alicuius operis pij voueret. Atque ego vtrumque exemplum intelligo, quãuis nulli sumptus in ea peregrinatione, & absentia faciẽdi essẽt, sed emẽdicando, aut alio ministrante sumptus, aut ijs factis ex peculio castrensi, vel quasi, peregrinatio fieret. Quippe authores citati agũt de voto personali; at male adhiberent exemplum peregrinationis expensis bonorũ quæ pater administrat, peragendæ; huiusmodi enim votũ esset mistũ ex personali, & reali; & ideo ratione huius mistionis posset irritari, vt statim dicemus num. 22. nec esset opus confugere ad gubernationis domesticæ dãnum ex ea absentia pullulans. Quid autem dicendum de voto peregrinationis in subsidium terræ sãctæ dicemus num. 26. Secundum exemplum afferunt *Abulens. Turrecrem. Rosella, Azor ibidem*. Quando filiusfamilias voueret abstinentiam; quod bene intelligit *Abulẽs.* quãdo nimia esset, ita vt periculum morbi immineret. Insuper intelligi debet eo modo quem in voto ieiunij statim explicabimus. Tertium exemplum est votum ieiuniorum. Ita *Azor, & Leonardus ibidem*. Addit autem *Leonardus*, præsertim multorum, quasi idẽ sentiat de paucis ieiunijs. Quod ita intelligendũ censeo, quãdo ieiunium etiam vnius diei astringeret patrẽ ad parandos diuersos cibos à cõmunibus domus; vel à filio elaborãdum esset, ita vt labori obstaret valde ieiuniũ. Cessantibus autem his detrimentis, aut alio simili, non esset integrum patri id votum irritare, nisi esset multorum ieiuniorum, quæ morbi periculum afferrent. Vt proximè diximus de voto abstinentiæ. Et vtrumque satis indicat *Suarez eo. c. 5. nu. 4.* dicens non posse patrem irritare votum abstinentiæ, quæ nec vires ad conuenientem laborem, pro ratione status minuat nec domesticum ordinem perturbet; & *num. 9.* dicit, quando sunt extraordinaria ieiunia. Vltimum exemplum sit, si filiusfamilias tot preces promitteret, vt impedimẽto essent obsequio paterno, aut studio, cui vacat ex patris iussu. Quia hoc patris potestati nocet, cum eius sit curare, vt filius studio aut alij operi ad vitam transigendam necessario incumbat. Et colligitur ex *Suarez eodem n. 4.* quia idem dicit de hoc voto, & de voto abstinentiæ.

18 Hinc deducitur plura filiæ familias puberis pſonalia vota posse irritari a patre quam filij familias puberis. Quia fœmina in pluribus eget cura paterna, quàm masculus, & multæ peregrinationes dedecẽt filias, quę filios decerent. Quare bene dicit *Angles floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 7. post difficult. 12. in dubio 6. conclus. 1.* votum peregrinationis filiæfamilias posse à patre irritari. Quia non decet illam peregrinari, & noxium est curæ paternæ.

19 Hæc autem vota personalia, quæ ratione solius pręiudicij patris, possũt irritari, si diuisibilia sint, nequeũt integrè irritari, sed duntaxat, quatenus patri nocent; secus si sint indiuisibilia. Vt in simili probauimus cap. præcedenti nu. 22.

20 Demum difficultas est, an hæc vota personalia irritari valeant directè, & proprie, an potius sit suspensio quędã. & ita cessanti patria potestate reuiuiscant. *Aragon 2. 2. q. 88. artic. 9. columna vltima, paulò ante versiculum, Sed dubitabit aliquis, & Manuel 2. tomo. summæ c. 91. conclusione 8. n. 9.* aiunt probabile esse posse patrem irritare, aut saltem suspendere, donec pubes sit sui iuris. Sed *Sayro claui regia lib. 6. cap. 10. nu. 24.* dicit esse valde probabile posse patrẽ vere irritare. Et ita credo retẽta nostra sententia, quam ca. 26 nu. 4. tenuimus contra alios relatos ibi. nu. 3. Quia hæc vota possunt irritari ratione conditionis in eis imbibitæ, quia pendent ex consensu patris. Vt probauimus in hoc c. nu. 16. At quando imbibunt conditionem, possunt verè irritari, ita vt nũquam reuiuiscant. Vt probaui eo. c. 26. in num. 4.

SVM-

SVMMARIVM.

An vota realia emissa à pubere minori possint à patre irritari; & an reuiuiscant cessanti patris potestate, n.21.
Quid de votis mistis, vt peregrinationis, n.22.
Quid si ille habeat peculium castrense, vel quasi, n.23.
Quid si votum reale accedat personali, vt bona ingressu religionis, n.24.
Quid si promittantur ea bona simul cum ingressu, vel sub eius conditione, n.25.
Quid si votum sit eundi in subsidium terræ sanctæ, n.26.
Quid si sit eundi Romam, gratia absolutionis casus reseruati, nu.27.
An realia filijfamilias vota possint tantum irritari à patre, quãdo ante vigesimumquintum annum emissa sunt? Refertur quædam sententia, n.28.
Explicatur sententia Authoris, & remissiuè, quid de curatore, n.29.
An idem dicendum sit de votis mistis, & personalibus patria potestati præiudicantibus, n.30.
An attento iure communi filius exeat patris potestate per matrimonium, & possit pater eius vota realia irritare, numero 31.
Quid attento Castellæ regno? Proponuntur probantia posse irritare, num.32.
Explicatur sententia Authoris & remissiuè, quid de curatore, & soluuntur contraria, nu.33.
Quid de votis realibus minoris, quouis alio modo emancipati, num.34.
Quid de minori sacris ordinibus insignito, habenti aliqua bona post ordinem acquisita, nu.35.
Quid si ea bona non habeant. & an liberetur patris potestate, ratione ordinis sacri? Refertur quædam sententia, n.36.
Explicatur sententia Authoris nu.37.
An pater carens vsufructu aduentitiorum filij, possit votum reale de illis emissum irritare? Proponuntur probantia non posse, num.38.
Declaratur, quando eorum bonorum administratio ad patrem pertineat nu.39. & 40.
Explicatur sententia Authoris circa potestatem ea vota irritandi, nu.41.
Quid si administratio aduentitiorum auferatur patri, quod illa dilapidet, & cuius sit tunc vsufructus, n.42.
Soluuntur argumenta, n.43.
An patre profitente liberetur filius eius potestate, n.44.
Quid per nouitiatum patris, aut filij, n.45.
An filius professus eximatur patris potestate, & eiectus in illam redeat? n.46.
An pater nouitius possit vota filijfamilias irritare, aut quando filius nouitius est, n.47.
An pater professus possit filiorum vota irritare, n.48.
Quid si eijciatur religione, n.49.
Quid si filius sit professus, n.50.
Quid si filius ille eijciatur religione, n.51.
Quid si pater, aut filius, sint professi in quouis ordine equitum militari, n.52.
An pater seruus, aut liber possit irritare vota filij serui, aut liberi, n.53.
Quid si vterque postea libertatem assequatur, n.54.
Post nu.54. inuenies omnia summaria quæ desunt.

21 Quæstio tertia. Quæ vota realia, aut mista, à puberibus emissa possint à patre irritari (Præmittam quæ certiora sunt, deinde difficultates aliquot discutiam.) Hac in re cõstat apud oẽs Doctores, vota realia à puberibus emissa ante 25. annũ completum, posse irritari à patre. Quod ante eam ætatem careãt bonorum administratione. Vt constat ex *toto tit. ff. de minoribus 25. annis.* Et quamuis nonnulli dicant non esse veram irritationem, & ideo cessãti patria potestate ea vota reuiuiscere; quos retulimus c.26.n.3. At contrariũ probauimus ibi n.4.

22 Atque idem dicendum est de votis mistis, vt peregrinãdi. Quod eadem ratio sit de illis, quatenus in illis admiscetur aliquid reale, nempe, expẽsæ, quibus illa peregrinatio est peragenda. Atque ita docent *Alcozer sum. c.16. vbi de potentib. irritare, concl.4. fol.56. pag.1. Angles floribus 2.p.q. vnica de voto, art.7. post difficultatem 12. in dubio 8. concl.3. Sayro in claui regia, lib.6.c.5.nu.6. Llamas in methodo curationis 3.p. cap.4. §.23.* Et censent probabile *Aragon 2.2. quæst.88. artic.9. colum. vltima, paulo ante versiculum. Sed dubitabit aliquis. Et Manuel 2. tomo summa cap.91. conclusione 8.n.9.* Ideo autem dicunt probabile quia aliquantulum trepidant, an sit vera irritatio, an sola suspensio. Vt in simili retulimus ex ipsis n.29. sed dicendum est esse veram irritationem, & ideo vota non reuiuiscere, ob rationem eo. nu.20. traditam. Et quamuis *Angles statim allegatus* aliquantulum trepidaris, dicatque consulendum huic vouenti petere dispensationem; quia fortè tenebitur vouens hic mendicando peregrinari, denegatis itineri sumptibus à patre, vel curatore. Non est tñ trepidandum, nec eñ mendicare tenetur, nisi ad id tacitè vel expresè se obligarit. Quare non approbo, quod dicunt *Valent. 2.2. disput 6. puncto 6. q. vlt. col. penult. vers. atq; hoc totũ, & Sayro in claui regia, lib.6. & 10. n.14.* vbi aiunt votũ peregrinationis non posse irritari à patre. Quod principaliter sit personale, & accessoriè reale. At accessoriũ sequitur naturam principalis, *regula Accessorium, de regul. iuris, in 6.* Et referunt pro se *Nauarrum sum. c.12. nu.7. fine.* qui tamen id non dicit, sed quod nos dicemus n.24. Et illa regula intelligitur, nisi sit diuersa vtriusq; ratio. Est tamen hęc sententia intelligenda, qñ expensę illæ essent alicuius momenti. Vt benè ait *Alcozer proximè citatus;* & conferunt dicta num.16. fine insuper, nisi ille vouerit sumptibus alienis, aut emendicando peregrinari. Quia tunc non reputatur votum mistum, vtpote quod nullis est paterni sumptibus exequendũ. Consultò autẽ dixi, si vouerit sumptibus alienis, aut emendicando. Quippe nil refert ad minuendam hanc patris potestatẽ, si velit posteà mendicans, aut alio ministrãte sumptus peregrinationem exequi. Quia hoc non vouit, & per accidens contingit, nec ob id votum mutat suam pristinam naturam, quæ à patris consensu pendebat, & subinde poterit ab illo irritari. Quando autem non posset irritari, eo quod mistum sit, consulenda sunt dicta n.17. vbi explicatum est, quando ratione patriæ potestatis irritari valeat eo quod illi præiudicet.

23 Quadruplex autem votũ excipi solet, quod ea minori ætate factum irritari nequit. Primum est, si filiusfamilias aliquid voueat de peculio suo castrensi, vel quasi castrensi; id enim pater irritare non valet. Quod filius reputetur in huiusmodi peculio paterfamilias, sitq; oĩno sui iuris. Vt constat ex *l.2. ff. ad Senat. Consultum Macedonianum, ibi: Cum filius familias in Castrensi peculio vice patrisfamilias fungatur.* Vbi *Glo. fin. ab omnibus, recepta* ait idem oĩno esse in quasi castrensi. Quia ad effectum liberæ administrationis, & potestatem dispensandi, est idẽ de quasi castrensi, *l. Filiusfamilias, in fine ff. de donat. l.3. §. Dari ff de bonorum possess. l. regia 6. & 7. tit. 17. p.4.* & latè probat *Caldas l. Si curatorem, verbo Lasis num. 111. C. de in integ. restit.* Et ideo hanc exceptionem tradunt *Palud. 4. d.38. q.3. art.1. concl.4. nu.8. & ibi Supplementum Gabrielis q.1. art.5. versic. Octauo filiusfamilias. D. Antoninus 2. par. tit.11. cap.2. §.6. vers. Tertio filiusfamilias. Angel. in sum. verbo Votum 2. num.5. Sylu. verbo Votum 3 q.6. Nauar. sum. Latina, & Hispana c.12 n.70. Abulensis c.30. Num. q.77. & 78. Greg. Lop. l.3. verbo De edad. tit.8. p.1. Alcozer sum. c.16. vbi de potentibus irritare, concl.4. fol.56. pag. 1. Angles floribus 2.p q. vnica de voto, artic.7. post difficultatem 12. in dubio 8. Margarita confessorum vbi de irritatione votorum, fol.135. pag.1. Manuel 2. tom. sum. c.91. num.3. Leonardus lib.2. de iust. c.40. dub 0 10. nu.81. Llamas methodo curationis 3.p.c.4. §.23. Cerradus in suis responsis 1.p.q.308. Suar. to.2. de relig. tract. de voto, li.6. c.5. n.4. Sayro in claui regia, libro 6.*

c.5.n.6.& c.10.n.25. Pinliarchus de offi. sacerdot. to.1.p.2. li.3.c.18.ver. Quo ad vota filiorum. Petrus de Ledes. 2.10. sum, tract. 10.c.7.dub. vltimo, d.5.fi. Graffis 1.p. decis. li. 2. c.24.n.6.& c.29.n.6. Emmanuel Sà in sum. verb. Votum. vbi de voti irritatione n.1. Aragon. 2.2.q.88.ar.9.in difficultate quam mouet circa quartam conci. Azor to.1. inst. moralium, li.11.c.17.q.7. ver. Animaduertendum tamen est. An vero huiusmodi votum possit à curatore irritari, dicemus hoc eodem c.n.64.

24 Secundũ votũ, quod pater irritare nequit est quãdo aliquid reale accedit in solam quandam consequentiã votu personali. Vt si minor pubes voueat religionem, nequit pater irritare, quamuis in consequentiam ingressus succedere debeat monasterium in bona ingredientis, iuxta *au. h. ingressi, C. de sacros. Ecclesi.* Atque ita docent *Palud. 4.d.38.q.3.ar.1.n.9.conclus.5. D. Ant. 2.p. tit.11.c.2.§.6.ver. Secundo pueri. Ang. verb. Votum 2 n.7. Syl. verb. Votum 3.q.5.& verb. Votũ 4.q.2. dicto 2. Nau. sum. Latina c.12.n.64.vers. Tertio præsupponimus, & nu. 70.fi. Hispana c.12.nu.65.& 70.fi. Margarita confessorũ vbi de irritatione votorum, fol.134.pag.1.fin. Ouandus 4. dist.38 disp. vnica, propositione 23. Sayro eod. li 6.c.5.n.6. & c.10.n.25. Graffis 1.p. decisionum, li.1.c.29.nu.6. Emmanuel Sà relatus nu. præced. Ludouic. Lopez 1.p. instructorij conscientiæ c.46.col.3.ver. Pater & mater, & c.48. col.4.ver. Vota personalia.* Huius autem legitima ratio non est, quam tradit *Sairo*, nempe, quia accessorium sequitur naturam principalis. Sed quia hic alienandi modus est permissus minori absque aliquo parentum, aut curatorum consensu. Vt li.7. tractãtes de voto paupertatis dicemus. Quod cõstat aperte, quia minor ex vi illius voti non tenetur bona religioni offerre, sed potest ad libitum de illis disponere testamento, aut inter viuos; cum solũ religionis ingressum vouerit, cui non necæssariò annectitur successio in bona ingredientis, sed quando hic de illis non disposuit ante professionem. Et ideo nullatenus potest dici votũ hoc reale, nec principaliter, nec accessorie, sed est merè personale. Insuper id constat, quia ex vi huius voti non astringitur vouẽs eligere religionem habentem ius succedendi, sed potest eo carentem ingredi, & sic non succedit in bona.

25 Ex quo deducitur, hoc votum non verè dici excipi à votis realibus, quæ pater irritare nequit, cum sit purè personale. Sed votum verè exceptum est, si ille minor pubes voueret expressè religionem, & simul sua bona per professionem illi dicanda, aut sola bona, sub conditione si in religione illa professus fuerit. Quia hic disponẽdi de bonis modus est illi permissus. Vt dixi nume. præcedenti. Item, quia etsi bona non promitteret, sequuntur personam, & per professionem succedit in ea monasterium, ipso ingresso antea non disponente de illis. At potuit voto se obligare ad non disponendum, vt vel sic religio succedat.

26 Tertium votum exceptum est, eundi in subsidium terræ sanctæ, quod non posse a patre irritari, solet probari ex *c. Ex multa, de voto*, vbi datur licentia viro exequendi huius voti inuita vxore. At maius est præiudicium vxoris, quàm patris; ergo à fortiori poterit filiusfamilias id votum inuito patre exequi. Et ita tradunt *Hostensis sum. tit. de voto, § Quis vouere possit nu.8. Abulensis c.30. Numerorum qu.77. & 79.fi. Supplementum. Gabrielis 4.dist.38.q.1. art.5.vers. Octauo filiusfamilias Henricus c. Scriptura, nu.5. de voto, Turrecremat. c. Sunt quadam 17.q.1.n.5. Rosell. verb. Votum 2.n.5. Sylu. verb. Votum. 3.q.6. Ang. verbo Votum 2.n.5. Gregorius Lopez l. 3. verb. De edad, tit.8.p.1. Nau. sum. Hispana & Latina c. 12 n.70. Margarita confessorum, vbi de irritatione votorum, fol.135.pag.1. Manuel 2.to. sum. c.91.n.9. concl.8.fi. Graffis 1.p. decisionum, lib.2.c.19.n.6.* At quamuis hæc exceptio sit communis, nullo iure probatur Quia cùm textus id viro concedens in vxoris præiudicium, sit à iure exorbitans, non est extendendus; sicut nec extenditur ad seruum, nec ad religiosum; eò vel maximè, quòd dispar sit ratio, filius enim est proprie subiectus patri, non sic autem vir vxori, immo est eius caput. Itẽ vir habet administrationem familiæ, & magis ei fidit ius in eo voto exequendo cum fructu Quare iure optimo *Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.5.n. 11.* dicit hanc exceptionem esse dubiam. Et ideo optime tria dicit. Primum est, si id votum sit peregrinationis causa solius deuotionis; potest irritari a patre. Quia nec vir id votum exequi potest absque vxoris consensu. Vt diximus c. præcedenti, num.24. Secundum est, si id votum sit in terrę sanctę subsidium, idque expẽsis parentis sit faciendum, nullatenus potest absque patris licentia impleri. Quia nullo iure cõceditur filio disponere de bonis paternis Vltimum est, si subsidium illud esset tãtum personale, tunc forsan admitteretur exceptio dicta, non tam ex iure humano, quàm ex naturali. Quia ratio boni communis pręponderaret iuri paterno.

27 Vltimum votum est, si pubes minor incidat in excommunicationem sedi Apostolicæ reseruatam, & votum illuc eundi causa absolutionis obtinendæ emittat, tunc a patre irritari nequit. Quod aperte probat textus in *cap. relatum, de sentent. excomm.* vbi deciditur seruũ incidentem in similem excommunicationem esse compellendum renitenti domino ire Romam, nisi constiterit seruum id in domini fraudem fecisse. Et redditur ratio his verbis: *Cum plus sit Deo, quam hominibus deferẽdum.* Et ita tradunt *Hostiensi. Henricus, Abulensis q. 77. Turrecr. vbi eos nu. præced. retuli.* At existimo id votũ irritari posse, quando ratione bullæ cruciatę aut alterius priuilegij, posset ab inferiori absolui. Quia cessat necessitas quæ id ius concedebat.

28 His ergo tanquam certioribus præmissis; prima difficultas est, an ætas viginti quinque annorum sit præscripta, ne vlterius vota emissa à filiofamilias, quæ realia sunt, irritari valeant a patre. De qua quæstione egi libro 6. de matrimon. disputatione 39. numero 10. & retuli multos authores eum ætatis limitem præscribentes, & vltra ibi citatos, idem docẽt *Paludanus 4. dist.48. q.3.ar.1. conclusione 5.nu.9. Toledo lib.4. sum. c.18. num. 7. Graffis 1.par. decisionum, lib.2.c.26.nu.6. Sayro in claui regia, lib.6.c.5. nume.6. Leonardus lib.2. de iustitia c. 40 dubio 10. nu.81. Beia suis responsis 1.part. in casu 49. versiculo Aduertendum tãdem. Llamas methodo curationis par.3.cap.4.§.24.*

29 Ceterũ ibi probaui (quod & tũc approbo) posse patrẽ irritari vota realia filij familias, in quacũq; ætate ea emittat, & ita sola post eius emancipationẽ emissa nõ subdi huic irritationi. Quippe (vt ibi probaui) ratione ætatis non eximitur filius a patris potestate, nec perdit pater vsum fructum, & administrationem bonorum aduentitiorũ, nec potest filius inconsulto patre ea alienare, aut de eis disponere. Quæ est ratio potestatis paternę ad huiusmodi vota irritãda. Cuius sententia sunt aperte *Innocen. c. Scriptura, nu.3. versi. Sed nobis, de voto. & ibi Ioannes Andreas nu.4. Ant. num.4. ver. Secundo modo. Hostiensis nu.7. Cardin. nu.6. quæst.12.* vbi dicunt vota puberum posse irritari a patre, dum sub eius potestate manserint. Et clare sentit *Tabiena verbo Votum 5. q.5.nu.9.* vbi hæc ait: *Vota realia puberum, quousque sunt in patria potestate, non sunt rata.* Et videtur tenere. *Petrus de Ledesma 2.to. sum. tractatu 10.c.7. dubio vltimo, dicto 5.* vbi ait posse patrem horum vota irritare ante viginti annos emissa, vel antequã patris potestate liberentur. Et tenet tanquam valde probabile, dicitque ita sentire aliquos neotericos doctos, *Viualdus in candelabro sacrament. 5.p.c.14. nume.92.* & tenet nouissime allegans *Leonardus lib.2. de iust. c.42. dub.12. nu.61. versi. De iuramentis.* Et idem tenet. *Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.5.nu.12.* An autem idem dicendum sit de curatore, dicemus hoc eodem capit. nu.65.

30 Atque idem prorsus dicendum est de votis mistis, & de uotis personalibus puberum patrię potestatis præiudican-

iudicātibus. Quippe priora posse irritari instar votorū resfium, probauimus nu.21. Posteriora autem ratione præiudicij patriæ potestati (vt probauimus n.16.) quæ cum adhuc duret, nequit ipsi præiudicari.

31 Secunda difficultas est. An patri integrum sit irritare vota realia emissa à filio pubere minori viginti quinq; annis, cōiugato tamen, receptisq; Ecclesiæ benedictionibus, aut alias emancipato? Ad intelligendā dubitandi rationem, oportet præmittere attēto iure communi filium non eximi patria potestate, ratione contractus matrimonij, nec impedire acquisitionē vsusfructus patri. Cōstat ex *l.1.& 1.C.de bonis quæ liberis.& l. Si vxor C.de condit.insertis.* Et multis allegatis probat *Caldas l. Si curatorem.verbo Lasis n.138.C.de in integr.restit.* Atque ita vbi ius commune non est cōtrario vsu, aut lege speciali regni correctū, sed viget poterit pater irritare eiusmodi filij vota realia, donec sua potestate p emancipationem exeat. Sicut de realibus aliorum filiorumfamilias votis diximus.

32 At specialis difficultas est, attēto huius Castellę regno quo cauetur filium per matrimoniū receptis Ecclesiæ benedictionibus eximi patria potestate, & in posterum eius esse vsumfructum aduentitiorum bonorū hactenus acquisitorū, & in posterum acquirendorū. Vt constat ex *l.regia 47.& 48.Tauri, quæ hodie, sunt l.8.& 9.tit.1.lib.5. noua recopilat.* Et similis est difficultas in oībus illis regnis, in quibus, vsu, aut peculiari lege est idē introductū. Et videtur adhuc esse patri integrum, ea realia vota irritare. Quòd exemptio hæc à patris potestate ratione matrimonij sit in ijs solis, quæ in ipsius filij fauorem cedunt, nō verò in ei noxijs. Vt cū alijs tradunt *Suarez lib.1.legum fori.tit.11. de los pleitos. l.9. num.26. vers.Considera vltra. Meres de maioratu in 1. editione 4.p.q.1.limit.1 nu.5.* At si pater non posset irritare huiusmodi vota, exēptio cederet in filij damnū; quippe non haberet, qui sibi in his votis prospiceret. Secūdo, qa ratio huius potestatis irritādi videtur esse propter fragile & infirmū minori iudicium, multisq; captionibus suppositum. Sicut ob eandē rationē eis nō conceditur bonorū administratio; & restitutionis beneficio gaudēt; vt inquit textus *l.1.ff.de minoribus.* At hęc fragilitas nō tollitur cōtractu matrimonij; & ideo minori cōiugato cōpetit quoq; beneficium restitutionis, secundum oēs. Ergo non cessat potestas irritandi illius vota. Tādem, quia ratio potestatis irritandi hæc vota, non est patria potestas, nec vsusfructus patri acquisitus; vtroq; n. caret curator, & tñ pōt vota realia puberis minoris irritare. Nō ergo obstat potestati patriæ ad irritādū, cessare per matrimoniū patriam potestatē, & vsumfructū.

33 At prorsus dicendum est, vota realia filij coniugati emissa antequā Ecclesiæ benedictiones recipiat, posse à patri irritari, secus de emissis posteà. Ducor, qa vota emissa à minori iā emancipato, & subinde extra patriā potestatem constituto, nequit pater irritare. Vt tradūt *Palud.4.d.38.q.3.art.1.nu.8.& 9.concl.4.& 5.D. Antoninus 2.p.tit.11.ca.2.§.6. vers. Secundo pueri. Sylu.verbo Votum 4.q.1.dicto 2.Tabiena verbo Votum 5.q.5.n.6.Sotus lib.7.de iustitia q.3. art.2. in fine corporis. Ouandus 4.d.38.disp.unica, in propositione 23.Suar.to.1.de religione, tract.de voto, lib.6.c.5.n.1.& 12.* Et quamuis *Gl.c. Mulier, verbo In domo 32.q.2.* videatur dicere oppositū, illam explicui n.11. Sed hic filius fit emancipatus, & extra patriam potestatē in hoc regno per contractū matrimonij receptis Ecclesiæ benedictionibus, nō antea. Vt n.præced. probaui. Ergo vota ante illas emissa possunt irritari, nō autē posteà facta. Secundò, quia ratio potestatis paternæ ad irritanda realia vota filij, non est imbecille minori iudiciū; nā vota eius personalia eodē quoq; vitio laborāt, & similiter vota realia de peculio castrēsi, vel quasi: & ideo rōne huius imbecillis iudicij datur beneficiū restitutionis circa huiusmodi peculiū. Vt cum aliis probat *Caldas l. Si curatorem, verbo Implorare, à n.38.C.de in integr.restitut.* Et tamen neutrius generis vota pōt pater irritare. Sed ea est huius potestatis rō q administratio bonorū filii aduentitiorum nō concedatur filio nondū emancipato, sed ipsi patri, atq; ideo nequit pater irritare votū de peculio castrēsi, vel quasi, quod huius administratio pertineat ad filiū. At quoties filius egreditur patriā potestatē, ac subinde emācipatus efficitur, cessat paterna bonorū filii administratio. Ergo cessat quoq; irritandi potestas. Tādem, quia non obstant contraria n.præced. adducta. Nā ad primū dico eam doctrinā aduersari cōi sententię, contrariam enim tenēt multi, quos referunt, & sequuntur *Gratian.regula 189.nu.2. Matienço lib.5. recop l.tit.1.l.8.gl.3.n.1. Azeuedo ea.l.8.n.50.* Sed data eius doctrinæ veritate, nil ea facit cōtra hanc sententiā, eo quod ratio huius potestatis non sit præcise patria potestas, sed administratio bonorū ratione illius ad patrem pertinens quæ prorsus cessat matrimonio, receptis Ecclesię benedictionibus. Ad secundū negatur eam esse rationē. vt probaui in secunda ratione. Ad vltimū fateor nō esse præcisam rationē patriā potestatē, nec vsumfructū, sed ratio est administratio bonorū, quæ emācipatione trāsit ad filium. Et ideo pro hac sententia sunt Doctores, quos in priori ratione huius sententię retuli. Et in propriis terminis tenet *Suarez eo.c.5.n.12.* An vero idem dicendum sit de curatore, dicemus n.66.

34 Ex quo deducitur, idem prorsus dicendū esse de votis realibus emissis à filio pubere minore, quouis alio modo emācipato. Quia similiter liberatur patria potestate, nec deinceps competit patri administratio bonorū. Constat ex authoribus citatis n. præced. in priori rōne.

35 Tertia difficultas. An patri interū sit irritare vota realia filii sacris ordinibus insigniti, eodē pacto, quo aliorū filiorū familias. Nec agimus de bonis post clericatū acquisitis, quæ alias essēt aduētitia, nā si quæ hmōi bona habeat, sūt in ipso quasi castrēsia, & sic votū de illis emissū nequibit pater irritare. Quia nullius filii puberis vota de his bonis quasi castrēsib. facta possūt irritari.

36 Sed difficultas est de aliis bonis. Quidam asserūt ratione ordinis sacri filium eximi patria ptāte, & emancipatum fieri, ac subinde ex eorum sentētia deducitur vota realia post ordinē sacrum à filio emissa, nō posse à patre irritari. Ducuntur, quod dignitas sacri ordinis lōgè excedat quascumq; dignitates seculares. At vndecim sūt seculares, per quas filius liberatur patria potestate, quæ enumerantur *l.final.C.de decurionibus, lib.10.& l.regia 7.vsq; ad 14.tit.18.p.4.* Ergo à fortiori id ordini sacro est tribuendum. Et ita sentiunt *Gl.c.Indecorum verb. Qui seipsos, de ætate, & qualitate. Et c.1.verb. Magistris 25.q.2.Syln. & Armilla verbo Patria potestas, statim in principio.*

37 Cæterum absq; dubio tenendū est per sacros ordines ēt presbyteratus, nō egredi filiū patria potestate. Quod constat ex *auth.Presbyteros, la 1.C.de Episcop s & clericis*, vbi cōceditur quibuscumq; presbyteris, & clericis, testari, & inter viuos disponere de bonis post clericatū acquisitis: & subduntur hæc verba: *Licet sub parentum potestate sint.* Item, quia tanq̄ quid speciale decernitur *c. Per venerabilem paulo post princ. qui filij sint legitimi, & authen.Sed Episcopalis dignitas C.de Episc. & cleric. & l.regia 14.tit.18.p.4.* eximi filiū patria potestate per dignitatē Episcopalē. Ergo id ordini inferiori tribuēdū non est. Tandē, quia exēptio hæc nullo iure statuitur, ac caret fundamēto eā sacerdotio tribui ex eo quod dignitatibus minoribus iure tribuatur. Quia cū hæc pēdeant ex iure positiuo pōt hoc aliquid minus digno, & digniori tribuere. Et iō hāc partē sustinent *Innoc.c. Indecorū n.2.de ætat.& qual.& ibi Host.n.4.10. And.n.13. Anton.n.8.Abb.n.vlt.Card.paulo ante fi.Anch.nu.2.Idē Abb.in rubr.de peculio clericorū n.2.Sylu.verb. Peculium 1.q.2.fi.Tabiena verb.Peculium n.2.q.1.& ibi Rosellan.10.Montaluus l.14.initio, tit.18.par.4.& ibi Greg. Lopez verbo Para Obispo, & l.4. verbo En cuyo, ad fi.tit.15.eadem par. Bernardus Diaz multos allegans in practica canonica,*

nonica, in noua editione c.132.n.6.Couar.c.Quia nos,n.5. de testa. Ant.Gomez l.48. Tauri n.7. Perez lib.1.ordinamenti,tit.3.l.1. vers. Clemens praeterea. Gutierez §. Sai, n.7.insti.de haeredum qualit.& differ. Molina to.1.de iust. disp.229.col.4. in sexto modo exēptionis à patria potestate. Quare hac verissima sententia retenta dicendum est nil discriminis esse inter filios presbyteros, & reliquos filiosfamilias, quo ad realia eorum vota irritandi potestatem patri competentem.

38 Quarta difficultas. An qñ patri non cōpetit vsusfructus peculij aduētitij filijfamilias, possit pater realia de illo vota facta irritare? Et vř pars negans. Quòd hmōi peculium aequiparetur quasi castrensi, *l.Imper.50.ff.ad Treb.In ea haereditate filio mihi comparari debuit.* Et docet *Caldas l.si curatorem,verb.Lasis n.147.C.de in integ. restit.*& cum *in l.regia 6.tit.11.p.5.* disponatur nō posse consistere promissionē inter patrem & filiumfamilias, nisi de peculio castrensi, vel quasi. *Greg.Lopez ibi verbo Castrense,* ait idem dicendum de aduentitijs, in quibus pater non habet vsumfructum. Ergo sicut pater nequit realia filij vota de peculio castrensi, vel quasi facta, ita nequibit vota de hoc aduentitio. Secundo, quia filiusfamilias absque patris cōsensu potest hmōi bona alienare inter viuos, & cōtractus inire. *Auth.vt liceat matri,& auia,in prin.vers.Res autem;* & tradūt *Bart. Paul. Cumanus, Ias. Ayn. & alij, quos referunt, & sequuntur Couar.vbi. de testam.3.p.n.9. Molina libro 2. de primog. c.9.n.16.Caldas eodem verbo Lasis n.152.Matienzo lib. 5.recopil.tit.10.l.7 gl.2.n.28. Molina Societatis Iesu to.2. de iust.p.1.disp.60.,nu.3. vers. De bonis verò aduentitijs.* Cum ergo dispositio horum bonorum non pendeat ex patris consensu, nec vota ex illo pendebunt, sed firma erunt facta de his bonis.

39 Decisio huius difficultatis pendet ex ea, cui administratio horū bonorū incumbat. In qua sic distinguendum est. Si vsusfructus eorū nō cōpetat patri ex dispositione relinquentis ea bona filio, qui sub ea cōditione reliquit; administratio non competit patri; sed si filius tunc sit minor, debet ei dari curator. Et ratio est, quia tunc suspectus habetur pater à lege, & à relinquēti sub ea conditione. Constat ex *auth.Vt liceat matri,& auiae, in prin.vers.Res autem,*ibi: *Res autem ita relictas, siue donatas positis sub potestate personis, siquidem perfectae sint aetatis, licet sub potestate sint, licentiam habeant, quo volunt modo disponere; si verò aetate minores sint, per quem perspexerit testator, aut donator gubernentur, donec illi ad perfectam aetatem veniant.* Et paulo inferius: *Si vero qui relinquit, aut donat, nullum his dispēsatorem ordinauerit, aut ab eo datus bene gubernationem subire noluerit, aut moriatur antequam illi perfectae fiant aetatis, iubemus iudicem competentem curatorem fide dignum cum legitima fideiussione, rebus talibus ordinare.* Atq; ita docēt *gl.auth. Excipitur, verbo perueniat.C.de bon.quae liber.et ibi Paul. n.3.Salic.n.vnico,& alij quos latius probans, refert,& sequitur Caldas l.si curatorem, verbo Lasis,nu.147.C.de in integ.resti.*& tenet etiam *Riminal.§.1.n.104.instit.per quas personas.*

40 Si verò vsusfructus ad filiū pertineat ex eius renunciatione à patre facta, administrōnem legitimam retinebit pater, si velit; φ si nolit, dabitur curator. Constat ex *l.fin.§.Sin autem in secunda aetate, vers.Sin autem patre recusante, C.de bonis quae lib.* ibi. *Nolente aūt patre res filij gubernare, propter causae necessitatem, habeat facultatem filius adire competentem iudicem,& ab eo petere curatorem.* Et ita docent sic concordantes hūc textum cum textu, quem n.praeced.retuli, *Salic. Caldas, & Riminald.ibidem citati.*

41 Ex his deciditur solutio p̃sentis difficultatis. Si enim administratio bonorum aduentitiorum, in quib pater nō habet vsumfructum, pertineat ad patrem, iuxta dicta n. pręced. & illā pater retineat, poterit irritare vota realia de illis emissa tpe minoris aetatis, secus de emissis ea transacta, quādo iam filius maior effectus ea vouit. Quia tpe solius minoris aetatis denegatur eorū bonorum administratio filio Vt constat ex *authen. Vt liceat matri, & auiae, in prin. vers.res autem.* Si verò administratio non cōpetat patri, aut quia lege illi aufertur, vt in casu declarato n.39. aut quia eam respuit, vt in casu declarato nu. praecedenti, tunc nequibit pater irritare vota de ijs facta, sed id incumbet curatori. Quia tūc in ea bona nil prorsus pater habet.

42 Ex quo infertur, sublata bonorum aduentitiorū administratione patri, quamuis in eis vsq; tunc vsumfructum habuerit eo φ illa dilapidat, nequire patrē irritare de illis emissa vota, sed id pertinere ad curatorem illi filio minori datum. Ducor, quia nil in posterum habebit pater ex eis bonis, praeter sola alimēta, si egenus sit, quae ex illorum fructib. deducenda sunt; sed deinceps vsusfructus erit filij, administratio autem curatoris. Vt apertè colligitur ex *l.Imper.50.ff.ad Treb. & ex l. regia 2.tit.2.p.* Et docent cum *Paulo ea.l.Imper. Greg. Lop.ea. l.2 verb.Lo que fuere; & Molina tom.1.de iust. disp.228. col.2.vers. Quidam alij casus.* Ergo non poterit pater irritare ea vota.

43 Ad argumenta cōtraria proposita n.38. respondetur. Ad primū dico vtrumq; peculium in aliquo cōuenire; at in alijs differre. Vt pōt videri in *Caldas ea.l.si curatorem,verbo Lesis,n.147.& 152.* & quo ad praesens attinet, differunt. Quia filiusfamilias reputatur quasi pater familias, quo ad peculiū, castrēse, vel quasi, & sic ea administrat; secus de aduētitijs, quorū vsufructu gaudet. Quia vel pater, vel curator habēt eorū administrationem, donec filius efficiatur maior. Vt probaui n.39.& 40. Ad 2m dic ea intelligi, qñ filiusfamilias habet eorū bonorū administrationē, quia vel est iā maior, vel sibi relicta est administratio; secus vbi haec nō reperiuntur.

44 Quinta difficultas. An pater nouitius, aut professus ēt in militari equitum ordine, possit irritare vota filii, aut cōtra, si filius sit nouitius, aut professus? Ad huius decisionē obseruare oportet, per professionē patris eximi filiū ab eius ptāte. Cuius rō est, φ pater pfitens transeat in Abbatis potestatem, nec sui iuris maneat, & ideo nequit aliū in sua potestate habere. Cōstat ex *l. sic eueniet 21.ff.ad l. Iuliam de adult.* ibi: *Sic eueniet, vt nec pater, nec auus possint occidere, nec immerito In suam. potestate non videtur habere, qui non est suae potestatis.* Nam alias dicendum quoque esset filios trāsferri quoque in Abbatis potestatem. Et ita tradunt *Spec.tit. de statu monachorum, §.vnico,nu.60.n.54. Et ibi Io. Andr. in addi. lit.C, verbo astringere Bar.Bal. Abb.Gulielm.de Cun.Ful. Salic. Alberic. Dec. Matthesil. quos contra alios per eum relatos, citat. & sequitur Costa, c.si pater a.p. verbo testatore mortuo,nu.11.de testa. in 6. Couar.c.2.nu.8. de testa. Mol.to.1.de iust.disp.229. in 7.mō egrediēdi patria ptāte.*

45 Imò *Rebellus tract.de iust.p.2.lib.1.q.8.sect.6.n.63.& 64.* ait eximi filium à potestate patris nouitij: at patre egredienti redire filium in illam; & idē diceret loquendo consequenter, quando filius solus esset nouitius. At neutrū credo; eo quod nullo iure probetur nec alicui fundamento solido innitatur. Quia tempore nouitiatus, nondum pater, aut filius, in praelati potestatē transiere, vt vel sic desinat pater nouitius filium in sua potestate habere, aut filius nouitius desinat in ea esse.

46 Secundò praemittere oportet, filium quoq; per suam professionē, eximi a patris potestate, vtpote qui in Abbatis potestatem trāsit. Quod latè probabimus lib. sequenti tractantes de priuilegiis professionis.

47 Prima conclusio sit. Pater dum est nouitius, potest irritare vota filii manentis in seculo & similiter pater id pōt, si filius sit nouitius, eodē prorsus modo, quo si pater esset in seculo & filius quoque. Quia p neutrius nouitiatū amittitur aliquid patriae potestatis, aut iuris in filius. Quae ratio idem probat existenti vtroq; nouitio.

48 Secunda conclusio. Pater professus nequit vlla filii, siue puberis, siue impuberis vota irritare. Quia nec patriam potestatem, nec aliquam filii curam retinet; sed

ea

ea tota trãsit in curatorem, & tutorem, si eos filius habeat, aut in matrem: & si his oĩbus careat, erit sui iuris.

49 Tertia cõclusio. Si pater professus eijciatur omnino religione, nequibit irritare vota emissa ab illo filio, siue ante professionem, siue post illam. Quia cũ nõ desinat esse professus, nil deperditum acquirit.

50 Quarta conclusio. Nec filij professi potest pater vlla vota irritare. Quod sit oĩno extra suam curã, & ptãtẽ.

51 Quinta conclus. Si filius professus eijciatur religione, nequit pater vlla eius vota irritare, siue in religione, siue post eiectionẽ emissa. Quia nõ redit in suã potestatem.

52 Vltima conclus. Equites professi in quocumq; ordine militari possunt irritare vota filiorũ, perinde ac si professi nõ essent; & similiter, quãdo ipsi filij in eo ordine professi sunt. Quia pater in quocunq; eo ordine pfessus, ita in seculo manet, vt retineat curã filiorum, & bonorũ administrationem, ac patriam potestatẽ & similiter, quãdo filius est professus. Vt experientia constat.

53 Postrema difficultas. An pater seruus possit irritare vota filij, siue serui, siue liberi; aut pater liber possit irritare vota filij serui? Ratio dubitandi est, quia quando pater est seruus, cũ sit ipse in domini potestate, nequit filiũ, siue seruum, siue liberum in sua potestate habere. Vt bene inquit *Glos. c. vnico, verbo Aui* 32. q. 3. Quando aũt filius est seruus, & pater liber, cum filius sit sub domini potestate, nequit esse quoque sub patria. *Sayro in claui regia, lib. 6. c. 10. n. 18. fine, & Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 6. nu. 23.* supponunt patrem irritare posse vota filij impuberis serui; quærunt .n. an quando parẽtibus orbatus est, possit dominus; nec distinguunt, an pater sit seruus, an liber. Et placet quidẽ & siue pater sit liber, siue seruus, potest irritare vota filij impuberis, siue serui, siue liberi, quando filius liber tutore caret. Quia etsi ciuilẽ potestatem nõ habeat seruus in filium liberum, aut seruum, nec liber in filium seruum habet tamen naturalem, vt imbecillitati illius teneræ ætatis consulat. At realia filij puberis vota in neutro casu poterit irritare. Quia nullam bonorũ filij serui, aut liberi, pater seruus administrationem habet, nec pater liber bonorum filii serui.

54 Quod si postea vterque libertatem consequatur, pater se habebit respectu votorum realium à filio pubere seruo tẽpore seruitutis emissorũ, aut libero carenti tũc curatore, sicut se hẽt superior ad vota emissa ante omnem subiectionem, aut quãdo emissa sunt tempore alterius moraliter potestatis. Quia si filius erat liber, & curatore carens, nulli erat subiectus, quoad ea vota; si aũt erat seruus, pendebat à potestate domini, à qua est diuersa moraliter paterna Et ideo in neutro casu poterit pater vere irritare, sed tãtũ suspẽdere, quatenus sibi nocẽt. Sicut quãdo est diuersa moraliter potestas, probauimus c. 28 n. 5. & quando ante subiectionem emissa sunt, probauimus c. 31 nu. 2. & 6. Si verò filius ille liber tempore voti emissi habebat curatorem, poterit pater vere irritare. Quia succedit in eandem moraliter potestatem. At vota realia post vtriusque libertatem emissa subiacebunt potestati paternæ.

SVMMARIVM.

Quis distent officium tutoris, & curatoris, & quando finiantur. Remissiuè, n. 55.

An minori impetranti veniam ætatis, cesset curatoris officiũ, & concedatur beneficium restitutionis, n. 56.

An attento iure communi finiatur officium curatoris, minori ineunte matrimonium. nu. 57.

Quid attento huius regni iure? Refertur quadam sententia, num. 58.

Explicantur aliquot leges regiæ, & sententia authoris; ac soluuntur contraria, nu. 59.

Tutor, an possit omnia impuberum vota irritare, sicut & pater, num. 60.

An curator possit irritare vota realia, & mista minoris; etiã quando peregrinatio est in subsidium terræ sanctæ, aut pro necessaria absolutione, aut quando bona cedunt in consequentiam voti personalis n. 61.

Quid si votum minoris sit iuramento confirmatum, n. 62.

Quid si votum minoris sit de peculio castrensi, vel quasi? Proponuntur probantia non posse, n. 63.

Explicatur sententia Authoris, n. 64.

An possit curator irritare vota minoris, qui veniam ætatis impetrauit, aut quæ emittit post 25. annum, nu. 65.

Quid de emissis post matrimonium, aut emancipationem, numero 66.

An quando administratio bonorum aufertur patri, quod ea dilapidet, aut quod non habeat vsumfructum in eis, possit curator irritare vota, nu. 67.

An curator datus maiori ratione prodigalitatis, possit eius vota irritare, n. 68.

An possit curator irritare vota personalia minoris, præiudicantia gubernationi domesticæ, n. 69.

Si plures sint tutores, aut curatores eiusdem, an possit quilibet irritare, n. 70.

An si duo irritent, & alter sit falsus, valeat irritatio, n. 71.

An vota irritata à tutore vel curatore, reuiuiscant, n. 72.

An mater tutrix, aut curatrix filiorum possit eorum vota irritare, nu. 73.

Quid si non sit tutrix? Refertur triplex sententia, num. 74. 75. & 76.

Explicatur sententia Authoris, n. 77. 78. 79. & 80.

An id possint aui & auiæ & reliqui ascendentes, nu. 81.

Quis possit irritare vota filiorum illegitimorum? nu. 82.

An possint herus, magister, confessarius, dominus serui impuberis, parentibus, & tutore carentis, & nutritius expositi vota irritare? Refertur quadam opinio, nu. 83.

Explicatur sententia Authoris, nu. 84.

An impubes, aut minor restitui possit aduersus votum? Refertur quadam sententia, n. 85.

Explicatur sententia Authoris, & quomodo restituatur aduersus opus pium, nu. 86.

55 Quæstio vltima. Quibus competat facultas, irritãdi vota impuberum, aut puberũ? Et de patre satis hucusque diximus, præterquam respectu filiorũ illegitimorum; de qua re dicemus n. 82. Superest de alijs, vt de tutore, curatore & matre, tractare. Ad cuius intelligentiã oportet præmittere discrimen inter tutorem, & curatorem, qđ tradidimus c. 30. n. 6. vbi etiam probauimus tutelam finiri ipso iure, statim ac pubertas completur, idest, quando femina complet duodecimum annũ, & vir decimumquartum; officiũ autem curatoris, statim ac vterque complet 25. annum.

56 Excipe, nisi minor veniam ætatis legitimè à principe impetret, ex tunc enim liberatur omnino curatoris potestate Quippe id perinde est, ac maiorẽ effici, ex tunc non gaudet restitutionis beneficio. Vt notatur *l. 1. & 2. C. de his qui veniam ætatis.* Et tradunt *Gl. instituta De curatore, in principio, verbo. Vicesimum. Antonius Gomez 2. to. variarum c. 14. n. 12. Parlador. de rebus quotidianis, lib. 1. c. 12. fine.* Quare tanquam maior nequit ex contractu post eam veniam impetratã inito petere restitutionem. Vt bene probat cum alijs *Anton. Gomez ibi.*

57 At satis controuersum est, an contracto matrimonio à minori, finiatur curatoris officium. Et quidem attẽto iure communi nequaquam finitur. Quod probat textus, *l. 2. statim in principio, ff. de minoribus, vbi cum in l. 1. in fine* dixisset *Iurisconsultus,* adolescentes vsque ad vigesimum quintum annum regi curatorũ auxilio; lex 2. statim sic incipit: *Nec per liberos suos rem suam maturius à curatoribus recipiant.* Vbi *Glossa verbo, Rem suam* explicat, id est, rerum suarum administrationem. At manifestum est non loqui textum de liberis illegitimis; nec enim de hoc vlla poterat esse difficultas nec eos textus liberos appellaret, sed loquitur de habitis ex legitimo matrimonio. Non ergo cessat curatoris officium matrimonio minoris. Idem probatur

ex *l. Non eò minus* 14. *C. de procurator.* ibi: *Minor viginti quinque annis causam suam marita sine curatore agendã mãdauit.* Vbi *Glossa verbo Sine curatore*, explicat, authore. Ergo minor illa coniugata non liberabatur curatore. Idemque ratione cõstat. Nam minoribus datur curator, eo quòd rebus suis sufficere nequeãt *l. 1. ff. de minoribus.* Quę ratio fortius in minori coniugato militat, vtpote qui virgẽtioribus curis implicatur. Atque ita docent *Paulus l. 2. n. 2. C. Si sæpius in integrum restitutio postuletur;* & *Parlador.* dicens carere hoc magna difficultate. *tractatu de rebus quotidianis lib. 1. c. 12. nu. 1 & 2.*

58 Controuersia autem est quid attento huius Castellæ regni iure censendũm sit. Duplex est opinio. Prior ait cessare curatoris officium minoris matrimonio, receptisq; ab illo benedictionibus Ecclesiæ. Ducũtur ex *l. 6. t. 17. p. 7.* ibi: *El huerfano despues que es casado, trae su muger à su casa, è nõ recibe embargo ninguno en demãdar cuẽta à su guardador de todos sus bienes.* At solum finito officio tenetur curator rationem reddere, *l. Rationes, C. de administration. tutor.* & *l. Nisi finita §. final. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Secundò ex *l. regia 3. tit. 15. par. 2.* ibi: *Fasta que sea casada:* vbi disponitur filiã in regnum succedentem debere esse sub curatoris potestate, donec nubat. Ergo à nuptiarum tempore eximitur. Nã dictio exclusiua, *Fastaque*, casum cõtrarium excludit. Tertio, ex *l. regia 47. Tauri, hodie l. 8. tit. 1. lib. 5. noua recopilat.* ibi; *En todas las cosas.* Vbi decernitur filiũ familias per matrimonium cũ Ecclesiæ benedictionibus haberi in omnibus tanquam emãcipatum. Ergo talis habebitur in exemptione à curatoris potestate. Et confirmatur, quia cum à patris potestate, penitus tũc eximatur, quæ fortior est, à fortiori eximetur à debiliori curatoris. Et ideo huius sententiæ videtur *Gregorius Lopez l. 9. verbo Llamas, tit. 1. part. 2.* vbi cum dicat textum *l. 3. titul. 15. eadem p. 2.* ibi, *Fasta que sea casada*, innuere à contrario sensu administrationem regni filiæ minoris pertinere ad virum; postquam illa nupserit, reddit rationem his verbis: *Cum cesset tutela vel cura.* Et in proprijs terminis docẽt *Segura l. Vnum ex familia, §. Sed si fundum. n. 24. ad medium ff. de legatis 2. Suarez l. 9. n. 5. 8. titul. de los pleitos, lib. 1. legum fori. Baeza de inope debitore c. 12. nu. 4. & de decima tutori præstanda, c. 4. n. 20. Perez* testans se vidisse ita sæpe sententia iudicum in hoc regno decisum, in *l. 3. ad finem, tit. 11. lib. 4. ordinamenti. Monterosus in sua practica, tractatu 7. tit. de tutelas, y curadorias, colum. 3. paulò ante versiculum, y por el cõsiguiente. Azeuedo lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 8. n. 48. & 49.*

59 Posterior sententia (cui tanquam probabiliori accedo) ait nequaquam eximi. Ducor primo, quia cũ iure communi sit fere expressum, nõ eximi minorem curatoris potestate per matrimonium, nec verbis expressis sit contrarium iure huius regni decisum, non est à iure communi recedẽdum; tum per principia vulgaria dictantia vitandam omnino iuris correctionem, ac iura iuribus concordanda; tum etiam, & præcipue, quia regiæ partitarum leges sũt ex iure communi desumptæ, & ideo illud corrigere nõ censentur, nisi expressis verbis id dicant. Vt late probaui lib. 3. de matrim. disp. 41. n. 8. vers. Nec obstat textus. Secundo ducor ex declaratione legum regiarum, quibus innititur contraria opinio, quę illam non probat. Nam l. 6. tit. 17. part. 7. quæ adducitur in primo argumento contrario, sic intelligitur, præmiserat integrum esse tutori filiam suam in matrimonium collocare cum suo pupillo, non autem suã pupillam cum suo filio, eamque discriminis huius rationem reddit. Quia cum vir pręsit vxori, filia tutoris nõ erit impedimento, quo minus vir suo tempore, nempe, finita cura per ętatem vigintiquinque annorũ, possit à curatore rationes exigere. At esset impedimento filius tutoris eius pupillam ducens; nollet enim ob patris reuerentiam. Et ideo textus ille id solum confirmat, quod iure cõmuni statutum erat, l. *Curatorem 5. C. de interdicto matrimon.* vbi textus ille matrimonium interdictum, *l. Si patris 6. C. eod. tit. pupillæ cum filio tutoris*, decidit permitti inter filiam tutoris & pupillũ. Vbi *Gloss. verbo Falso communiter recepta* tradit eandẽ rationem redditam à *l. regia 6.* Nec *lex alia regia 3. adducta n. 2. argumenti contrarij*, id probat. Quippe id tanquã speciale in regina statuitur; quare decisio illa nõ est ad alios curatores trahẽda. Quia in regijs curatoribus peculiaria quædam inueniri testatur *Cosetus de potestate regia 3. p. q. 18.* Nec *lex 47. Tauri adducta in 3. argumento* obstat, nõ enim est par ratio; nam filium per matrimonium emancipari, est illi fauorabile, vt bonorum vsumfructũ assequatur, quo matrimonij onera sustententur. At liberari curatore, est ipsi noxiũ. Tandẽ probatur ex *l. regia 3. tit. 17. p. 6.* quæ concordat cum *l. 2. C. qui dari tutor. possunt* ibi: *El marido non deue de ser dado por guardador de los bienes de su muger, que sea menor de edad; è por ende deue pedir el marido al juez que de à los bienes della otro guardador:* Ergo clare sentit textus ille curã minime finiri matrimonio. Et ideo huius sententiæ videtur *Greg. Lopez d. l. 3. tit. 15. p. 2. verbo, Fasta que sea*, vbi ait nõ per matrimonium, sed per pubertatẽ definere tutelã. Et in proprijs terminis tenent *Mexia in l. Toleti p. 6. fundamento 2. n. 10.* dicẽs idẽ docuisse Salmãticę suũ magistrũ Benedictũ de Castro: *Parlador de reb. quotidianis, lib. 1. c. 12. à n. 5. vsque in fi.* Atq; *Suarez relatus n. præced. pro contraria sententia* fatetur nunquã ita contrariũ huius sententiæ fuisse iudicatũ. Et *Azeued. n. 49. fine, relatus quoque n. præced.* fatetur se experientia doctum nunquam praxi contrariũ obtineri potuisse.

60 His ergo præmissis, incipiendo à tutore constat apud omnes nemine discrepãti, tutorem vtriusq; sexus posse oia prorsus impuberum vota irritare, instar patris. Quippe vices patris supplet ad cõtinendũ imbecillitati intellectus impuberũ, ne imprudenter votis se astringãt. An verò possit vota tempore impubertatis emissa irritare, quando ea ætas transacta est, dixi c. 30. nu. 14.

62 De curatore autem, quoad puberum minorũ vota, non omnino idem dicẽdum est, quod de patre; sed in aliquibus conueniunt, & in aliquibus differunt. Conueniunt circa realia puberũ vota, & mista, quod possit ea irritare instar patris, dum minor ætas durat. Et sicut pater nequit irritare votum peregrinationis gratia absolutionis obtinẽdæ, aut in subsidium terræ sanctę, aut quando bona veniũt in consequentiã voti personalis, sicut explicuimus à nu. 24. vsque ad 27. ita nec curator poterit ea vota, irritare. Quod vniuersi fatentur.

62 Aliqui limitant, quos tacito nomine refert *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 9. nu. vlt.* nisi votũ reale minoris confirmetur iuramento, tunc .n. dicunt non posse irritari id votum à curatore. Ducũtur à simili ex *l. 1. & authent. Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem*, vbi decernitur contractum minoris incõsulto curatore initum firmari iuramento. At meritò *Suarez* ibi hanc limitationem reprobat. Quia id iuramentũ, vtpote soli Deo factũ, habet instar voti, imbibitam cõditionem, nisi pater, aut curator cõtradixerit, & ita potest ab ipsis irritari. Nec obstãt illi textus, quia de solis cõtractibus gestis cum hominibus disponunt.

63 Sed de votis emissis à minore de peculio castrẽsi, vel quasi est difficultas, quis enim n. 21. negauerimus patri potestatẽ ea irritãdi; nõ inde sequitur negandã quoque curatori. Tũ quia textus ibi allegati solũ decidunt filiũ familias in eo peculio haberi ac patrẽfamilias, & sic patrẽ nil habere in eo. At respectu curatoris nil definiunt, & (vt num. 66. videbimus) est diuersum in filio coniugato respectu patris, & respectu curatoris.

64 At dicendũ est non posse id votũ irritari à curatore. Ducor quod iura relata n. 13. disponãt respectu huius peculij haberi filium omnino, ac si pater familias esset, quoad liberam illius dispositionem. Secũdò, quia *Calderi l. Si curatorem, verbo Læsis n. 88. C. de in integr. restit.* supponit tanquã rem certam, puberem minorem reputari maiorem, quoad hoc peculium. Tandem, quia

nullus

nullus est textus decidens circa id peculium esse dandũ minori curatorem; cum sint textus decidentes eũ reputandum patremfamilias; & circa bona verè aduẽntia, in quibus denegatur patri vsufructus, decidunt textus dandum minori curatorem. Vt vidimus, nu. 39. & 40. Et ideo ita tenent *Alcozer sum. cap. 36. vbi de potentibus irritare vota, concl. 4. fol. 56. pag. 1. Graffis 1. p. decisionum lib. 2. c. 29 num. 6. Angles floris. 2. p. q. vnica de voto, art. 7. post difficul. 12. in dubio 8. Emanuel Sà in summa, verbo Votum, vbi de votorum irritatione, num. 1. Sayro in claui regia lib. 6. c. 10. num. 25. Leonardus lib. 2. de iust. cap. 40. dub. 10. num. 81.* Et satis videntur significare omnes authores relati num. 22. qui eam potestatem patri denegant, cum supponant eãdem esse curatoris potestatem circa minores, nec specialem difficultatem de curatore moueant.

65 Differunt autem pater, & curator, quo ad hæc vota irritanda. Nã pater illa irritare potest, quamdiu filius est sub sua potestate, etsi 25. annum excedat. Vt diximus nu. 29. At curator nequit, vbi primum minor eam ætatem complet. Quia ex tũc cessat ipso iure eius officiũ, diximus n. 51. Atque si ante eam ætatem impetret ætatis veniam à principe, nequit deinceps curator vota illius irritare. Quod ex tunc eius quoque officium spirare diximus, n. 56.

66 Insuper differunt, quia pater nequit irritare vota realia emissa à filio minore cõiugato receptis Ecclesiæ benedictionibus, aut aliter emãcipato. Vt diximus n. 33. & 34. At si ille curatorem habeat, potest curator, iuxta veriorem sententiam, quam n. 59. sustinuimus, quæ dicit non eximi tũc curatoris potestate. Et id clare loquẽs de filio emancipato docet. *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 5. nu. 12.* dicens enim vota puberis emancipati non posse irritari à patre, limitat, nisi esset minor, & maneret sub tutela patris; quia tunc (inquit) subiectio non aufertur, sed mutatur, quod petinde est.

67 Præterea, qñ administratio bonorum aufertur patri, in casibus expressis à n. 39. vsq; ad 42. pater nequit irritare vota realia minoris. Vt ibi probauimus. At curator in illis casib. datus poterit. Quippe habet integram bonorum administrationem. Vt ibi diximus.

68 Quòd si quæras, an curator datus maiori ratione prodigalitatis, possit eius vota irritare? Videtur pars negãs. Quia Doctores potestatẽ irritandi vota cõcedunt curatori, ratione solius minoris ætatis. At existimo posse irritare vota eo tẽpore curæ emissa. Quia huic maiori est similiter interdicta penitus bonorũ administratio, & ad eam datus curator. imò magis est interdicta, quã minori. Nam minor habens curatorem, & absque eius licentia contrahens; obligatur naturaliter, iuxta veriorem sententiam, quam probaui lib. 6. de matr. disp. 38. nu. 21. At prodigus, cui datur curator, nec naturaliter obligatur. Vt tamquam certum tradunt *Caldas l. si curatorem, verbo, cum non absimilis nu. 22. C. de in integ. restit. Leonardus lib. 1. de iust. c. 17. n. 56. vers. Secundo contractus prodigi.* Et constat ex *l. is cui bonis 6. ff. de verbor. oblig.* ibi. *Is cui bonis interdictum est, tradere non potest, vel promittendo obligari; & ideo nec fideiussor interuenire potest pro eo.* At si obligaretur naturaliter, maneret vtique fideiussor obligatus, *l. naturaliter 13. ff. de condictione indebiti.* Præterea, quia cum nullatenus ille de bonis disponere valeat inconsulto curatore, vt illa vota realia valeant, debent necessariò includere conditionẽ pẽdentem à curatoris consensu. Sicut ob eandẽ rationem denegatæ administrationis, vota realia minoris claudũt conditionem pendentem ex curatoris consensu. Cum ergo hæc conditio in votis imbibita sit fundamentum potestatis irritandi, vt probauimus c. 26. n. 5. poterit hic maioris curator perinde irritare realia eius vota tẽpore suæ curæ facta, sicut potest curator minoris tempore suæ. Differt tamen curator hic maioris à curatore dato minori, quo ad præsens attinet, in duobus. Prius est, nã curator datus minori potest irritare vota pſonalia ante pubertatem emissa tẽpore potestatis patris aut tutoris, nec confirmata post pubertatem. Vt diximus ca. 30. n. 15. vtpote qui non solis rebus, sed personæ etiam datur: potest etiam quædam vota personalia post pubertatem emissa irritare vt dicemus nu. seq. At datus maiori prodigo neutrum potest. Quia solis bonis administrãdis datur. Posterius est, ille potest irritare vota realia emissa à minori etiam tempore, quo extra suam curam erat, sed patris, vel alterius curatoris. Hic autem minimè id potest, sed sola tpe suę curę, vel alterius similis curatoris dati ei maiori prodigo, cui ipse succedit. Quia nõ succedit in eandẽ moraliter potestatẽ patris aut curatoris dati minori; sed est diuersæ rationis curator.

69 Tandam circa vota personalia puberũ minorũ præiudicantia gubernationi domesticæ quæ irritare posse à patre diximus, n. 16. est idem dicendum de curatore. Quia succedit in plenas patris vices. Et ita docent *Nau. summa c. 12. Hispana nu. 61. Latina n. 64. vers. Tertiò præsupponimus. Viualdus candelabro. sacram. 3. p. c. 14. nu. 99. Emmanuel Sà in summa, verbo Votum, vbi de votorum irritatione, num. 1.* Quare caute dixit *Suarez to. 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 6. n. vlt.* curatores nõ posse loquendo per se, vota personalia puberum irritare.

70 Quod si plures sint impuberis tutores, aut plures puberis curatores, poterit quilibet vota eorum irritare. Quia nõ ast potior ratio de vno, quàm de alio. Ita *Syluest. verbo Relig. 4. q. 13. Suarez eod. lib. 6. c. 6. num. 12.* Et vterque bene ait potiorem esse conditionem prohibẽtis, seu irritantis. Quia quilibet habet sufficientem potestatem, quæ per alium impediri nequit.

71 Hinc deducitur, ambobus simul irritantibus, & alter sit verus tutor, aut sit verus curator, alter autem falsus, valere irritationem. Quod constat ex *l. 1. vers. sed Pomponius, ff. quod falso tutore*, vbi deciditur valere contractum pupilli authoritate duplicis tutoris interuẽtu, quorum alter solus erat verus. Quia sola huius authoritas sufficiebat. Ex quo textu colligũt authores, nõ obstare valori actus, quo ad ipsum non exigitur, q̃uis inutiliter fiat.

72 Nec vota, quæ huc vsq; diximus posse à curatorib. irritari, si irritentur, reuiuiscunt soluta eorum potestatẽ. Quod contra alios probauimus c. 26. n. 5.

73 Hactenus de tutore, & curatore diximus, superest de matre disputandum. De qua nulla est difficultas, qñ est tutrix, aut curatrix filiorum, poterit enim irritare vota, eodem prorsus modo, quo alij tutores, & curatores. Cũ eodem fungatur officio. At non est ipso facto tutrix, aut curatrix, etsi nullus alius tutor, aut curator sit. Sed habet ius petẽdæ tutelæ à iudice, qui eam assignare debet præstito iuramento, vel cautione quarumdam rerum legibus præscriptarum. Constat ex *authent. Matri, & auia. C. quando mulier tutele officio fungi potest; & ex regijs, l. 4. & 9. tit. 16. p. 6. & l. regia 95. tit. 18. p. 3.*

74 Difficultas ergo est quando non est assignata tutrix, aut curatrix filiorum. Quidam hanc potestatem matri negant. Ducuntur, quod ideo patri potestas irritandi concedatur, quia habet filios sub sua potestate. Vt tradit *D. Th. 2. 2. q. 189. art. 5. corpore.* At mater nõ hẽt filios sub sua potestate. Vt constat ex *§. fœmina instituta de adoptione, & ex l. regia 2. & 8. tit. 17. par. 4.* Huius sniæ videntur clare *Palud. 4. dist. 38. q. 4. art. 2. nu. 26. concluso. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 7. vers. secunda pœni. Sylue. verbo Religio 2. quæst. 13.* vbi hæc aiunt: *Cum impubes habet patrem, pater potest ipsum reuocare à religione, non autem mater volente patre. Patre autem mortuo, tunc mater, & auia, si habent tutelam eius; et quia non transierunt ad secunda vota. Quia tunc non possunt, cum perdant tutelam.* Et expresse tenet *Viualdus candelabro sacramentorum 3. par. c. 14. nu. 97.* vbi hæc ait: *Nequit mater irritare vota filiorum, nisi sit tutrix.* Idem expresse docet *Tapia auth. Ingressi, verbo Ingressi, c. 6. num. 49. C. de sacrosan. eccles. & eodem c. 6. num. 51.* Et melius *Azor tomo. 1. inst. moralium, lib. 13. cap. 17. quæstione 7. fine,* vbi hæc ait: *Nequit*

mater

mater vt mater, mortuo patri irritare vota filiorum; at si sit tutrix potest, nō quatenus mater, sed quatenus tutrix. Eiusdem sententiæ videntur clarè alij cōcedentes hanc potestatem matri, si, tutrix sit, quare videntur à contrario sensu eam denegare, quādo non est tutrix. Hi sunt *Syl. verb. Votum 4.q.2.dicto 1. Nauar. sum. Latina, & Hispana, c.12.n.64. Bota in suis respons. 1.p. casu 49. versic. Tum secundo differunt. Angles floribus 2.par.q. vnica de voto, art.7 post difficult.12. in dubio 4. Lud. Lopez. 1.p. instructorij conscientiæ.c.47.col.2.vers. Irritare eos legitimi: & col. 3.ver. Pater & mater. Graffis 1.par. decisi. libro 2.cap.29. num.3. initio.* Et eiusdem sententiæ est clare *Leonardus lib.2.de iust.cap.40. dubio 10.nu.78.* vbi cum dixisset patrem, & tutorem posse impuberum vota irritare: subdit hæc: *Mater tamen non potest, nisi mortuo patre sit loco tutoris. Quia non ipsa, sed tutor habet patrem potestatē.* Pro eadem sententia sunt Doctores dicentes matrem non posse filium impuberem offerre religioni, eo quod non habeat illū in potestate. Quod retuli hoc lib.4.c.18. nu.18.

75 Alij verò censent posse matrem adhuc patre viuenti vota hæc irritare. Ducuntur primo, quia *Innocent. & multi alij authores, quos retuli hoc lib.4.c.18.nu.19.* aiunt aliquibus textibus innixi potestatem offerendi filij impuberis religionis, ac ipsius reuocandi, competere ęquè patri ac matri: nec obstare soli patri cōpetere patriam in filios potestatem: quia (inquiunt) in his spiritualibus potius ratio naturalis spectanda est, quàm ciuilis, & patria potestas est iure ciuili inducta: iure autem naturali tenetur filius vtrique parenti obedire, & sub vtriusque cura est. Quod etiam significare videntur *D.Thom.2.2. quæst.189.articul.5.corpore.* ibi: *Et quia pueri naturaliter sunt in potestate patris quantum ad dispositionem suæ vitæ, potest pater votum eorum reuocare.* Vbi expēdo ea verba: *Naturaliter sunt in potestate patris:* non enim ad potestatem ciuilem, sed ad naturalem confugit: quæ cum matri quoque communis sit, idem, erit matri cōcedendum. Secundo, quia mater potest quouis tempore præcipere filio, ipsumque occupare. Quam rationem tradit *D.Th.2.2.quæst.88.art.8.ad 3. & 4.d.38.quæst.1.articul. 1.quæstiuncula vltima ad 3.* vt prælatus possit vota religiosi irritare, & vir vxoris. Tertio quia lib.1. de matrimon. disput.23.numer.9. cum multis defendimus posse matrem pręsenti filio tacente, inire nomine illius valida sponsalia, & matrimoniū, idque non esse solius patris. Quarto, quia *D.Th. opsc.17.c.13.ad 10. & Sotus lib. 7. de iustit. quæst.3. articul.1. columna 3. versic. Sciscitaris autem*, aiunt posse parentes irritare vota filiorum, nec distinxere an viuat pater, nec ne, sed indistinctè loquuntur. Et *lex regia 3. titul.8. par.1.* videtur clarè huius sententiæ, ibi: *El que non fuere de edad, non puede fazer tal prometimiento à menos de mandado de su padre, ò de su madre, ò de su guardador.* Vbi apertè æquiparat matrem patri, ac curatori. Idem ferè aperte sentit *Philiarcus de officio sacerdotis, tom.1.par.2.lib.3.cap 4. paulo post principium*, vbi hæc ait: *Irritare pertinet ad patrem, matrem et tutorem.* Et *Margarita confessorum, vbi de irritatione votorum fol.134.col.2.* ibi: *Potest mater omnia vota impuberis irritare.*

76 Tandem alij Doctores non ita latè potestatem hanc concedunt matri, sed cum aliquo temperamento. Sic *Cartusianus c.30. Numer. paulo post principium, vers. Denique quia vouere* vbi hæc ait: *Certum est quod pater est principalis in regimine domus, curaque sobolis, sed eo defuncto, irrecuperabiliterve subtracto, manet proles sub cura et regimine matris. Sicq; apparet, quod in ea existat authoritas reuocandi suæ sobolis iuramentum & votum.* Vbi in solo mortis, aut irrecuperabilis absentiæ paternæ casu id concedit matri. Et videtur loqui, qn̄ in neutro casu est tutor, cui impuberis cura sit cōmissa. Et *Vsualdus cādelabre sacram.3.p.c.14.n.97.* vbi hæc ait: *Si pater esset in India: mater quæ habet administrationē bonorum posset irritare vota: quia censetur sicut tutrix.* Vbi in tam diuturna patris absentia, & quādo non est tutor, cui administratio bonorū concessa sit, id admittit. Et *Emmanuel Sà in sum. verb. Votū, vbi de irritatione votorum n. primo*, vbi hæc ait: *Potest mater si tutrix sit (immo secundū quosdam, etsi non sit tutrix impuberis, nec sit curatrix puberis;) mortuo patre, impuberis omnia, & puberis realia vota irritare: non autem personale sibi nō præiudicans.* Vbi solum mortuo patre hanc potestatem cōcedit matri. Et *Manuel.2.to.sum.c.91.nu.10.concl.9.* vbi hæc ait. *El mismo poder que tiene el padre de irritar los votos de su hijo, tiene la madre despues de la muerte de su marido, principalmēte quedando por su tutora.* Vbi clarè idem vr̄ dicere, etsi nō sit tutrix, & solū post obitum patris id matri concedit. Atq; idem eisdem prorsus verbis docent *Stunica de voto q.2.n.95. Veg.2.t.sum.c.129. casu 95. fi. & Sayro in claui regia, lib.6.c.10.nu. vltimo*, hæc ait: *Non potest mater viuo, aut mortuo patre, nisi sit tutrix, irritare vota. Quod si nec tutores, nec curatores sint, succedet mater atque ea omnia poterit, quæ pater, & tutores, circa vota personalia & realia potuissent; & matre deficiente succedit auia.* Vbi petit patris obitum, & nullum esse tutorem.

77 Sed in hac difficili quæstione meam sententiam aliquibus conclusionibus explicabo. Prima conclusio sit. Mater quæ filiorum curatrix non est instituta, nullam potestatem habet circa realia puberum vota. Hæc est contra aliquos Doctores nu.75. & n. præced. allegatos, quorum sñiam in hoc ibi retuli. Et pro hac conclusione sunt Doctores, quos nu.74. retuli, negantes matri potestatem irritandi vota. Et tenet expresse *Suarez tom.2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.5.fi.* Ducor, qd nec ipsi patri competat hæc potestas, quando administrationē bonorum filij non habet. (Vt probauimus n.41. & 42.) Sed mater non curatrix nullam administrationem bonorum filij puberis habet, sed ea tota deficienti patre ad curatorem pertinet: quod si nullus curator sit, pertinet ad ipsum puberem. Nec enim est ipso facta curatrix, nisi instituatur. (Vt probauimus n.73.) Quod si mater tunc fortè administret bona illa, id quidem ex sola puberis voluntate continget, ac proinde in nulla bonorum dispositione pendebit ab illa: sicut non penderet ab œconomo, cui eam administrationem cōmitteret. Non ergo poterit ea vota irritare.

78 Secunda conclusio Mater viuo, aut non longe absente patre, nulla filij impuberis vota potest vere irritare: nec etiam defuncto patre, si impubes ille tutorem habeat. In hac conclusione conuenio cum authoribus n.74. & 76. citatis, & est contra Doctores n.75. relatos. Et loquēs, quādo viuit pater, aut eo mortuo est datur alius tutor, tenet *Suarez eod. li.6.c.6.nu.19. & tribus sequenti* (addidi aūt, quando non longè abestet pater, ob ea quę dicam nu.79.) Quia in priori casu id patri competit vtpotè qui solus est caput totius domus, & familiæ, & habet plenam rerum, & personarum gubernationem. In posteriori autem adest tutor, qui in plenas patris vices succedit. Dixi autem verè irritare. Quia in vtroque casu potest voti obligationem suspēdere, quando ei vota illa præiudicant ex parte materiæ. Quia potest illum tpe, quo impleturus erat votum, accupare, si quidē lege diuina naturali tenetur eo obedire: cui antiquiori obligatione nequit suo voto præiudicare. Et ita docet *Suarez eo.c.6.n.21.* Additque fortè etiam filio præcipere posse, ne votū exequatur, donec patrē cōueniat. Quia id non excedit limites obedientię debitę matri. Et placet mihi. Cū tñ id votū non sit irritatū, sed suspensum, obligabit cessanti illa occupatione, nisi transactum sit tempus, cui annexum erat. Vt in simili diximus c.25.n.32.

79 Tertia cōclusio. Mater potest quæcumque filij impuberis vota irritare, quando aut pater obijt, aut ita longe ab est, vt per epistolam consulius nequeat respondere, longissimo tempore expectato: vt si pater esset apud Indos, & mater in Hispania: ac in neutro casu sit aliqs illius impuberis tutor. Atque loquentes quando pater est mortuus, & nō est alius tutor, tenēt Doctores aliqui

num.

nu.76. relati, vbi eorum sententiam posui. Et *Llamas methodo curationis 3 p.c.4. §.21. Suarez eod.c.6.num.22.* Et quando tam longa est absentia, tenent aliqui relati eo. nu.76. Rationem autem reddit *Suarez*, quod mortuo patre habeat iure ordinario tutelā filij mater. Sed si velit dicere nullo alio relictō à marito tutore habere ipsā ius illius petendæ, id verum est: si autem velit eam esse ipso facto tutricem, non est verum. Sicut vtrūque probau.n.73. Ac ex eo quod habeat ius petendæ tutelæ nō sequitur eam posse, quod tutor potest, donec in illa sit constituta. Quare legitima ratio est, quia etsi in neutro casu mortis, aut tam longæ absentiæ, sit verè tutrix, est tñ eius loco, plenamq; impuberis curam gerit, nec alius est qui imbecillitati iudicij impuberis in votis emittendis consulat. Præterea quia non pauci Doctores (vt retulimus n.75. iudicant id munus competere matri, etsi nō ratione potestatis ciuilis, qua erga filios caret, ratione tñ potestatis naturalis, quam habet in illos. Præterea quia mater pōt filij operas ministerio alicuius locare. Vt testatur *Lucas de Penna, quem refert, & sequitur Gregorius Lopez, p.4. tit.17. in proœmio.*

80 Nec in hoc distinguo, an mater trāsierint ad secūdas nuptias, nec ne, sed in vtroq; casu existimo hoc posse, contra aliquos Doctores n.74. relatos. Quia cū hoc nō concedamus matri ratione tutelæ, sed quamuis tutrix non sit, nil refert transitus ad secundas nuptias, per quē perdit tutelam. Et ita alij Doctores merito non distinguunt, sed absolutē loquuntur. Quamuis *Suarez eo.nu. 22.* innuat contrarium: ait enim quādo mater priuatur tutela, solere dari tutorem; cuius est irritare vota. At fateor solere dari & si detur, iam non posse matrem. At si non detur, quia nec mater antea tutrix erat, aut si erat tutrix, non petitur à iudice succedens in tutelam, qua ea priuatur, poterit vtiq; mater, sicut posset, quamuis non esset tutrix, nullo alio existenti tutore.

81 Vltima conclusio. Deficientibus parentibus, & tutore possunt aui, & auiæ, & reliqui ascendentes propinquiores irritare oïa vota, quæ matri concessimus. Quia est eadem ratio, & hi sunt velunt parentes, ac eorum loco, & oib. his tenetur ille impubes obedire. Et ita loquētes de auia fatentur *Palud. D. Anton. Syl. relati n.73. et Sayro relatus nu.76.* Atque idem fatentur *Suarez eo.nu.22.* de auo, & quocumque ascendenti priori.

82 Demum super est triplex difficultas. Prima est. Vter parens valeat irritare vota filij illegitimi, siue naturalis, siue spurij? Sic distinguendum existimo. Si filius ille tutorem aut curatorem habeat, neuter parēs Irritare potest: sed id tutori, & curatori incumbet. Ducor, quod ea prorsus ratio sit ac de matre. Cum illegitimi in neutrius potestate sint. Vt constat ex *instit. de patria potestate, in principio, & ex l. regia 2. tit.16. p.4. à nu.77.* diximus matrem legitimam nulla filij vota posse in hoc casu irritare. Si autem filius ille sit impubes, tutoreq; careat, & pater ita certus sit, vt teneatur eum alere, poterit irritare quæcumq; eius vota: sicut nu 70. idem diximus in hoc casu de matre legitima. Quia etsi careat pater potestate ciuili, habet tamen naturalem, quam in hoc casu sufficere diximus ibi, ne impubes hic destitutus remedio maneat. Et ideo ratione huius potestatis naturalis probaui hoc lib.4.c.18 nu.20. posse hos filios, quantumuis spurios, offerri religioni, & ab ea reuocari à parentibus. Quod idem credo posse matrem, etiam præsenti patre immò maiori ratione, quàm ipse. Quia vterq; æqualis est in non habendo cum filium in potestate: mater autem excedit patrem, quod sit oïno certa, cùm pater valde incertus sit. Et iō leges ipsæ hac ratione ductæ maius ius conferunt matri, quam patri. Quandoquidē mater carens prole legitima, & huiusmodi filij dēptis pancis qui ob speciale parentum delictū in hoc puniūtur, sunt necessarij mutuō sibi heredes Quod nec patri, nec filijs respectu ipsius competit. Vt constat ex *l. regia 9. Tauri, hodie l.7. tit.8. lib.5. recopilation.* Tandem si filius ille pubes sit, q̄uis curatore careat, neuter parens pōt eius vota irritare. Sicut n.7. eandem potestatem matri negauimus. Quia neuter parens habet bonorū huius filij administrationē. Atq; idem quod de parentibus diximus dicendum est de auo & auia, ac reliquis ascendentib. suo ordine, qñ parentes deficiunt, iuxta dicta n. præc.

83 Secunda difficultas est, an dū impubes omnib. ascendentibus, & tutore est destitutus, possint alij eius vota irritare? *Leonardus lib.2. de iust.c.40. dub.10. num.78* refert quosdam tacito nomine sentire, posse magistrum, vel herum eius vota irritare. Quia loco parentū habētur. Et id ait esse rationi cōsonum. Et *Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.6.nu.23.* dicit esse consonum pietati, & rationi, quod aliqui affirmant, vt ij, sub quorum gubernatione tunc esse cōtingit impuberem, possint vere eius vota irritare, quasi in hoc habeant vicem patris, vel tutoris. Et *Sayro in claui regia lib.6.c.10. n.18. fi.* ait posse dominum vniuersa serui impuberis parentibus orbati vota irritare. Quòd rationi consonet, vt sicut dominus totam illius serui curam habet, ita & vniuersa illius vota tunc irritare possit, eodem prorsus modo quo parentes, si superstites essent, possent. Et *Suarez eod.n.23.* dicit rationi consonare, & esse magis certum, quam in casu præcedenti. Atque consequenter loquendo, omnes hi idem dicerent de nutritio infantis expositi impuberis, cuius parentes sunt ignoti.

84 At quamuis hanc sententiam valde piam existimem, & posset aliquis horum Doctorum authoritate nixus illam consulere, & sequi non audeo illam approbare. Quia solido fundamento caret, soliq; pietati innititur quæ sufficiens non est ad hanc potestatē dominatiuam astruendam. Et ideo alij melius dixere huic impubere integrum esse votis se astringere independenter ab alterius voluntate. Quia sunt omnino sui iuris. Hi sunt *Palud.4.d.38.q.3.ar.1.n.9.concl.5. D. Antonin. 2.p.tit.11. c.2.§.6. vers. Secundo pueri Sylu. verbo Votū 4.q.2. dict.2. Margarita confessorum vbi de irritatione votorum f.134. pag.2.*

85 Vltima difficultas. An si minor vouens inueniatur læsus notabiliter, aut hic impubes, possit aduersus votū, sicut aduersus alios contractus, restui? Affirmant *Paludan. D. Antoninus, Sylu. & Margarita confessorum, relati nu. præc.* Quia in omnibus alijs contractibus, quando læsi inueniuntur, possunt restitui. Vt constat ex *toto tit. ff. de minoribus.*

86 At hoc non credo. Et ita eam restitutionem aduersus votum negant *Vincentius, quem referunt, & sequuntur Io. Andr. c. Scriptura, n.5. de voto, & ibi Anton.n.4. Cardinalis, in fine, Ananias n. 4. Sfortias Oddo tractatu de in integrum restitutione 2.p.q.61. toto art.6.* Tum quia aduersus opus pietatis minor nō restituitur, etiamsi integrum patrimonium in id expedisset. Vt probat *idem Sfortias Oddo eodem tractatu p.1.q.2; art.12.n.55.* Quia cū anima cunctis rebus sit pretiosior, consumens totum patrimoninm in hoc non dicitur læsus. Tum ēt quia restitio hæc aduersus votum esset contra Deum petenda, cum quo per votum contrahitur. At si aduersus patriā, vel parentes, ratione reuerentiæ eis debitæ denegatur minoribus restitutio: multo fortiori ratione est aduersus Deum deneganda. Et facit textus *l. Velut, ff. de iustitia, & iure,* arguendo ab ordine literę. Immò (vt rectè ait *idem Sfortias Oddo eadem q.71. art.6. fi.*) etiam si executio eius voti cederet in alicuius priuati vtilitatem, vt si esset votum eleemosynæ certo pauperi erogandæ, non daretur minori restitutio. Quia eædem rationes militant.

CAPVT XXXVI.

Qualiter dominis integrum sit vota seruorum irritare.

SVMMARIVM.

An dominus possit omnia seruorum vota irritare? Refertur quædam sententia, n.1.

Explica-

Explicatur sententia Authoris? n.2.
An votum castitatis ancillæ valeat dominus irritare, n.3.
Quid de voto aliquarum precum, n.4.
Quid de voto abstinentiæ, seu ieiunij, n.5.
Quid de votis præceptum? n.6.
Quid de votis realibus? n.7. & 8. & 9. & 10.
An valeat irritare vota omnia serui impuberis. Remissiuè, nu. 11.
Quid de votis ante seruitutem emissis. Remissiuè, n.12.
An vota sibi præiudicantia possit omnino irritare, an tantum quatenus præiudicant, n.13.
An non solus vir, sed vxor etiam possit irritare vota seruorū? nu.14.
Quid si seruus sit filiusfamilias, n.15.
Quid si sit pupilli, aut minoris? n.16.
Quid si hi habeant matrem, & careant patre, ac tutore, n.17.
Quid si quis sit tunc vsufructuarius illius serui? n.18.
Vtrius coniugis sit vota irritare facto diuortio, n.19.
An vota seruorum irritata reuiuiscant? n.20.

1 QVibusdam placet integrum esse dominis vniuersa vota seruorum irritare, præter votum castitatis. Ducuntur, quia quodcunque aliud votum exigit tēpus aliquod vt impleatur. At dominus potest seruum quocunque tempore occupare. Idem probatur ex *l.2. ff. de pollicitat.* ibi: *Filius enim familias, vel seruus sine patris, dominive authoritate, voto non obligantur.* Huius sententiæ videtur *D. Th. 4. d. 38. q. 1. art. 1. quæstiuncula vltima ad 3.* vbi hæc ait: *Sicut & seruus non est exemptus aliquo tpē à seruitio domini sui, & ideò nullū tēpus est ei vacans, quo possit quodlibet facere: & quia omne votum est aliquo tpē complendū: ideo sicut nec seruus, ita nec religiosus aliquod votū emittere pōt, absq; consensu sui superioris.* Immò nullū votū videtur excipere, cū ex serui impotētia aduotendū independenter à dño, atque eius subiectione, argumentum ducat ad probandum subiectionem, & impotentiam religiosi: cuius potest prælatus omnia vota irritare, dempto transitus ad strictiorē religionem voto. Et expressè *Abulensis c.30. Num. quæst. statim in principio*, ait posse dominum irritare omnia seruorum vota, quamuis domino non præiudicent: *& q.90 fine* dicit tunc vti iure suo dominum; at peccare irritando non præiudicantia. Et tenet expressè de omnibus votis solo castitatis excepto, *Tabiena verb. Votum 5. fin. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 10. cap. 7. dubio vltimo, dicto 4.* Et videtur tenere *Aragon 2.2. q.88. art.8. col. 9. vers. De dominis est aliud dubium, f.1020.* vbi ait omnia votum indigens tempore ad sui executionem posse à domino irritari, non autem votum castitatis.

2 Sed dicēdum est, ea sola vota à dominis irritari posse, quę iuri, ac potestati ipsorum, aliqua in parte officiunt, & obstant. Vt votum peregrinationis, religionis, &c. Ratio est, quia dominus non est superior quo ad voluntatem serui simpliciter, sed eius in illum potestas est ratione seruitutis ei debitæ. Ergo sola ea vota seruitutis illi & iuri in eum obstantia irritare potest. Item quia multa alia vota præter votum castitatis, nullo indigent tempore impedienti obsequium domini. Vt votū non mentiendi, non furandi, diligendi Dei, &c. Huius sententiæ videtur *D. Thom. 1.2. quæst. 88. articul. 8. ad 2.* vbi reddens rationem cur seruus nequeat se ad religionem obligare ait eam esse, quod domini seruitio præiudicaret. Et *q.104. art.5. in fine corporis*, vbi ait seruum teneri domino obedire in solis pertinentibus ad seruilia opera exequenda. Et in proprijs terminis docent *Innocent. c. Scripturæ, nu.3. de voto, & ibi Host. nu.7. Io. And. nu.4. Abbat nu.6. Ant. n.4. vers. Secundo modo. Anc. n.7. Card. nu.5. q.10. Ananias nu.5. Henricus nu.9. Arc. c. Si quis in cognitus 17. q.2. nu.3. & ibi Bellamera num.3. Turrecr. c. Sunt quedā 17. q.1. n.8. Ricar. 4. d. 38. ar. 4. q. 2. & ibi Durandus q.1. nu.7. Palud. q.3. art.1. nu.7. concl. 3. & ibi Supplementum Gabrielis q.1. art.6. vers. Quinto seruus Abul. c. 30. Nu. q.87. Gregor. Lopez, l.3. verb. Sermo tit.8. q.1. Rosella in sum. verb. Votum 2. n.11. Ang. verb. Votum 2. nu.7. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. 5. vers. Quarto serui. Syl. verb. Votum 4. q. 2. dicto 5. & verbo Votum 3. q.7. Sotus lib.7. de iustitia q.3. ar.1. in solutione ad 2. Nauar. sum. c.12. Hispana nu.65. & 74. Latina nu.64. fi. Alcozer sum. c.16. vbi de potentibus irritare, conclus.6. fol.56. pag.2. Margarita confessorum, vbi de irritatione votorum, fol.135. pag.1. initio Ludou. Lopez 1. p. instructorij conscientiæ c.48. initio Manuel 2. to. sum. c.91. nu. penultimo, & vltimo. Sayro in clavi regia, lib.6. c.5. n.7. & c.10 nu.18. Azor to.1. inst. mor. lib.11. c.17. q.9. & c.16. q.6. Leonar. lib.2. de iust. c.40. dub. 10. nu.81. Philiar. de offic. sacerd. to.1. p.2. li.3. c.18. fi. Valentia 2.2. disp.6. q.6. puncto 6. q. vltima, col. pen. vers. Ad illud autem exemplū. Ant. Gomez in Bulla Cruciata; clausula 10. nu.74. & 75. Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.3. c.7. n.29. & lib.6. c.3. nu.2. & 3. Vega 2. to. sum. c.129. casu 100.*

3 Hinc deducitur primo, non posse dominum irritum reddere votum castitatis sui serui. Quod vniuersi Doctores vtriusque sententiæ fatentur. Nec obstat, si quis intendat hoc votum saltem ab ancilla emissum cedere in domini damnum, vtpote quæ nubes conciperet seruos domino. Quia ius non habet dominus ad ancillæ nuptias, sed libero ipsius ancillę arbitrio relinquitur, an nuptias, an potius vitam cęlibem eligat. Et ideo ius habet ad hanc Deo promittendam, velit, nolit dominus.

4 Secundò deducitur, nec posse dominū irritare votum serui aliquarum orationum. Quia preces moderatæ nō obstāt domini obsequio: nec ita illi astrictus esse debet, vt penitus aliquantulum orare instar Christiani nō sibi liceat. Atque ita docēt *Syl. verb. Votū 3 q.7. Nauar. sum. Hispana c.12. n.74. Azor to.1. inst. moralium, lib.11 c.16. q.8. Durandus, Gregorius Lopez, Philiarcus, Margarita confessorum Leonardus Ant. Gomez, vbi num. 2. eos retuli. Suarez to. l.6. c.3. n.3. Sayro in clavi regia, li.6. c.10 n.18.* & ideo *Rosella, & Ang. to. n.2. relati 2. to. sum. c.91. n. vlt.* cautè dixere non integrum esse seruo independenter à dñi voluntate vouere nimias preces domini obsequio præiudicantes, vt vel sic significēt posse moderatas vouere, ex quibus non sequatur domino præiudiciū. Poterit tamen dominus aliquando suspendere, vt si occupet seruum eo tempore quo preces illas promissas soluturus erat. Nec enim serui votum potest impedire, ne omni tempore eum occupet dominus. Vt ex *D. Th.* retulimus nu.1. Insuper potest suspendere, quando ex se præiudicium non afferunt, at per accidens sunt causa illius. Vt si seruus nimijs scrupulis vexatus immoraretur longo tempore in breui oratione, aut nimium illa defatigaretur. Dico autem tunc posse suspēdere, & non irritare. Quia ex se est permissum id votum seruo, nec est ex ijs, quæ domino præiudicant: & ideo sola suspensio permittetur domino, sicut & hæro respectu famulorum, quando vota famuli præiudicant obsequio.

5 Tertiò deducitur, idem dicēdum esse de votis ieiunij & abstinentiæ serui, nec enim omnia hæc poterit dominus irrita reddere, sed quando domini obsequium impediunt, ita seruū debilitantia, vt illi desit: secus quando ita moderata sunt, vt non pręiudicent. Sic docēt *Paludanus, Manuel n. vltimo, Philiarcus, vbi eos n.2. retuli. Suarez eo. lib.6. c.3. n.2. Sayro eod. lib.6. c.5. n.10.*

6 Quarto deducitur nec posse dominum irritare vota præceptorum à seruis emissa, vt audiendi sacri in festo, & similia. Quia in his nō subditur domino: nec ipsi præiudicant. Ita *Suarez eo. li.6. c.3. n.3.* At quia possent aliqua vota rerum præceptarum obstare aliquādo debito domini obsequio. Vt votum ieiunādi diebus præcepti, quando dominus indigeret operis serui excusantibus à ieiunio, & idem de voto audiēdæ missæ in festis, posset suspendere voti obligationem pro eo tempore: sicut ēt legitimè excusaretur à præcepto seruus, & dominus nō peccaret indigens ijs serui operis.

7 Quintò deducitur vota realia à seruo emissa posse à domino irritari. Quippe seruus nil habet proprij, sed

eius

eius operæ, ars, industria, resq; in bonis domini numerantur. *Inst. per quas personas nobis acquir. §. item vobis. & l. regia 7. tit. 21. par. 4.* Et ita docent *Palud. Supplementum Gabr. Alcozer Valentia, Azor vtroque loco, Sayro vtroque loco, vbi eos, n. 2. retuli Suarez eo. c. 3. n. 5.*

8 Sed hoc intelligẽdum est, nisi serui aliquid proprium possideāt, quod à dño auferri nequit. Quippe de eo possunt votum emittere independenter à domino, vtpote quod ei non præiudicat. Et tenet *Suarez ibid.*

9 Nec placet quod dicit *Ant. Gom. in bulla Cruciata, clausula* 10. *n.* 75. nempe, hanc limitationem intelligẽdam, qñ seruus de eo peculio proprio modicā eleemosynam voueret. Nam si magnā (inquit) posset dñs irritare. Sed non placet quia cum id peculium subsit oīno dispositioni serui, nil nocet dño, siue parua, siue magna sit eleemosyna promissa: & ideo in neutro casu potest dñs.

10 Nec refert vt possit dominus irritare votũ reale serui carentis dicto peculio si tale votum possit licitè impleri à seruo; dando quotidie minimum aliquid in eleemosynam, maxime si sit ex ijs quæ seruus sibi subtrahit ex concessis sibi à domino in proprium vsum. Vt aliqui, quos tacito nomine refert *Suarez ibid.* limitāt. Sed optimè ait hanc exceptionem non esse necessariam. Quia id ex sola præsumpta domini voluntate licet seruo: & ideo potest dominus contradicere, & irritare.

11 An vero possit dñs vniuersa vota serui impuberis orbati parentib. irritare, diximus c. præc. n. 83. & 84.

12 Similiter de votis ante seruitutem emissis, an possint irritari aut suspendi à domino: diximus c. 31. n. 14.

13 Vota aũt præiudicantia dño, si indiuisibilia sint, potest dñs in totum irritare: si verò diuisibilia, solum pōt, quatenus sibi pjudicant. Vt in simili diximus c. 34. n. 22.

14 Sed restat difficultas, an non solus vir, sed ēt vxor irritare valeat vota seruorum. Rō dubitandi est. Quia pōt ille seruus esse vxoris: vt si sit ex paraphernis eius bonis: pōt ēt esse viri, aut cōis vtriusq; coniugis, vt si sit cōstante matrimonio acquisitus, vbi sic acquisita diuiduntur inter vtrumq; . Breui respondeo non posse vxorẽ in Hispania, qualiscunq; sit seruus ille. Rō est quia in hoc regno vir habet oīum bonorũ administrationem, ēt paraphernorum. Vt constat ex *l. regia 55. hodie l. 3. li. 5. noua recop.* At votorum præindicantium irritatio spectat ad bonorum administratorem. Ni votum id esset directè contra dñium, vt si seruus promitteret ingressũ religionis: tunc. n. non solus coniux administrans sed ēt verus dñs posset. Sed vbi ius cōe viget, vt bonorũ paraphernorum non solum dñium, sed ēt administratio sit vxoris, si seruus sit ex parephernis vxoris bonis, ptinebit irritatio non ad virum, sed ad vxorem. Qñ autẽ administrō esset ob longam viri absentiam relicta vxori, posset quoq; ipsa irritare. At siue ipsa administret, siue vir, poterit coniux non administrās suspendere eā voti obligationẽ Quia vterq; pt quocũq; tpe seruũ occupare.

15 Ex quo infertur quid dicendum qñ seruus est filijfamilias. De quo est ita distinguendum. Si seruus sit illius peculium castrense, vel quasi, tunc erit ipsius filij puberis, irritatio votorum serui secus si impubes sit. Quia qñ est pubes, dñium, & administratio sunt ipsius filij: qñ āt est impubes, solum dñium administratio aũt est patris. Vt probaui c. præc. n. 10. & 23. Si autem seruus sit peculium aduentitium filij, tũc nequibit filius, sed pater, qui horum bonorum est administrator. Quod si votum esset directè contra dñium, posset vterq; pater, quia est administrator, filius, quia verus est dñs. Quod si in eo seruo aduentitio pater non habeat vsumfructum, is poterit irritare, cui administratio illius peculij competit. Cui autem competat illa dixi c. præced. n. 39. 40. & 41. Tādem si seruus sit peculium profectitium, solus pater in vtroq; casu irritare posset. Quia solius patris est dominium, & administratio eius peculij.

16 Secundò infertur, si seruus sit pupilli, aut minoris, carentium patre, tutore, & curatore, erit ipsius irritare. Si vero tutorem, vel curatorem habeat, horum tm̃ erit irritare, vtpote qui bona administrant. Quòd si esset votum directè contra dominium, posset quoq; ipse pupillus, aut minor.

17 Quòd si impubes ille tutore carens matrem habeat, matris erit irritare. Quia tunc est loco tutricis, geritq; vniuersam impuberis curam, quamuis non sit verè tutrix. Si vero pubes sit & curatore caret, nil potest mater. Iuxta dicta c. præc. n. 77. & 79.

18 Vltimò deducitur, si vsusfructus serui aliquo tpe ad quendam pertineat, ad aliũ verò proprietas, solus vsufructuarius poterit eo tẽpore vota irritare. Quia solius eius est tunc administratio: nisi esset votum contra dominium: tunc enim erit vtriusque irritare.

19 Quod si petas. vtrius coniugis sit irritare vota seruorum tpe diuortij. Constat ex dictis solutio: nam cũ vxori tunc restituatur dos, cum omnibus bonis suis, & mediate lucrorum. Vt constat ex *c. 1. et 2. de donat. inter vir. & vxor.* vbi notant Doctores, & alij, quos refert, & sequitur *Guter. de iuram. p. 1. c. 1. n. 55.* ille poterit irritare. cuius administrationi subest ille seruus.

20 Tandem vota seruorum quæ irritari posse diximus, non reuiuiscunt finita irritantis potestate, si ab illo irritentur. Vt diximus c. 26. n. 4.

De voterum dispensatione.

CAPVT XXXVII.

Qualiter in Ecclesia sit potestas vere dispensandi in votis: & qualis potestas ex parte dispensantis, qualisque subiectio ex parte eius, cum quo dispensatur, petita sit.

SVMMARIVM.

Quotuplex quæstio sit disputanda, n. 1.
Explicatur in quo distent declaratio, & dispensatio, n. 2.
In Ecclesia est potestas dispensandi, n. 3.
An sit vera dispẽsatio, an potius declaratio? Refertur quadam sententia, n. 4.
Explicatur sententia Authoris, n. 5.
Qualiter dispensari possit in iure naturali diuino, quo votum obligat? Refertur quadruplex explicandi modus, ac improbatur, à n. 6. vsque ad 13.
Explicatur sententia Authoris, n. 14.
Soluuntur obiecta contra illam, n. 15.
Post n. 15. inuenies alia summaria.

1 HActenus egimus de primo mō, quo obligatio voti auferri pōt, quæ est irritatio. Iam de secundo mō agendũ est, qui est dispensatio, quæ qualibet ab irritatione & commutatione differat, explicuimus c. 24. n. 5. In qua hũc ordinẽ seruabimus Primo loco agemus de potestate ipsa dispensandi in genere, & de requisitis ex parte dispensantis, & ex parte eius, cũ quo dispensatur. Secũdo loco, penes quos sit ordinaria. & delegata, tam respectu secularium, q̃ regularium, dispensandi in votis authoritas. Tertio loco, de votis specialibus, in quib. dispensari potest, tam per prælatos seculares q̃ regulares. Vltimo loco de circumstantijs petitis ad valorẽ dispẽsationis ex parte formę, qua dispensans vsurus est, & ex parte causæ petitæ in eo, cũ quo dispensatur, eiusq; veritatis explicatæ. Triplex ergo quæstio in hoc capite disputanda est. Prima de veritate potestatis dispẽsandi in votis. Secunda qualis potestas in dispensanti exigatur. Vltima, qualis subiectio in eo, cum quo dispensatur.

2 Quęstio prima. An in ecclesia sit potestas dispensandi in votis? Præmittenda est differentia inter declarationẽ non obligationis voti, & inter eius dispensationẽ. Declaratio. n. nullam voti obligationem aufert, sed tm̃ declarat votum ex se in euentu nō obligare. Vt si quis vouit certa die preces canonicas, atq; ea die morbo graui laboret, declaretq; prelatus aliusve vir doctus, tũc votũ

aliud

aliud non obligare; tunc enim neuter veram voti obligationem aufert, sed solum declarat eam rõne impotẽtię cessare. Quare hæc nõ est actus iurisdictionis, nec potestatem aliquam publicam exigit, nisi solum quando authenticè fit, sed potius est actus scientiæ. Dispẽsatio aũt vera est qñ existenti causa iusta dispensandi obligabat verè votum, at prælatus ex potestate spirituali sibi tradita aufert eam voti obligationem. Vt si quis periculo incontinẽtiæ sit expositus ob graues carnis stimulos, quos patitur, non deobligatur voto castitatis à se emisso, & prælatus ex ea cã in eo dispensans, aufert illius obligationem, quæ vsq. ad hanc dispensationẽ durabat. Quare est actus iurisdictionis, soliusque illam habẽtibus competit. Vt a num. 26. declarabimus.

3 Hac in re constat in ecclesia esse potestatẽ dispensandi in votis. Quod constat ex frequenti, & diuturna Ecclesiæ consuetudine, q multis retro ab hinc seculis obseruatur. Quæ quidẽ collata est à Chrõ Dño nostro suæ ecclesiæ, *Matth. 16.* ibi: *Pasce oues meas*, & ibi: *Quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in cælis.* Quæ verba cũ generalia sint, debẽt intelligi de omni vinculo contracto ab homine erga Deum, quod rectæ administrõni ecclesiæ solui aliqñ expedit. Sicut etiam in ijs generalib. verbis clauditur potestas dispensandi merita, & satisfactiones Christi, per indulgentiarum concessionẽ. Sic enim vtrumq. explicat vniuersalis ecclesiæ consuetudo. Atq. id ratio suadet. Quia Christus Dominus ecclesiæ suæ in necessarijs ad rectam, perfectamq eius administrationem non defuit, & ad consulendum spirituali fidelium saluti. At sæpe ad hoc est necessaria dispensatio in votis. Ergo hanc potestatẽ ecclesiæ cõtulit.

4 Pũctus ergo difficultatis eo pertinet, an potestas hęc sit ad declarandum voti obligationem in eo casu cessare, an potius ad eam verè in eo casu existentem relaxandam? Quidam censent hanc voti dispensationem à prælatis concessam, non esse veram voti tunc obligantis relaxationem, sed solam declarationem, qua prælatus declarat votũ in eo euentu nõ obligare. Idq. inde suaderi potest quia cum in lege superioris inferior verè dispẽsare nequeat, sed tñ declarare eã in aliquo casu nõ obligare. & lex qua votum obligat, sit diuina naturalis, prælati ecclesiastici, vtpote qui Deo inferiores sunt, nequibunt eam obligationem relaxare, sed tñ declarare eã in aliquo casu cessare. Et confirmatur quia Pontifex nequit in iure diuino naturali dispęnsare. Vt est cũcors sere oĩum sniæ Huius sniæ vr̃ *D. 2. 2. q. 88. ar. 10. corpore,* vbi ait dispensationem voti intelligendam esse instar dispensationis in lege humana quę statuitur respiciendo ad id quod vt in plurimũ est bonum: sed quia cõtingit id aliquo euentu non esse bonum, opportuit per aliquem determinari in eo casu eam non obseruãdã esse. Et hoc (inquit) est proprie dispensare in lege. Et statim id applicans voto, sic ait: *Similiter ille qui vouet, quodammodo sibi statuit legem, obligans se aliquid, quod est secundum se, & vt in pluribus bonum: potest tamen contingere, vt in aliquo casu sit, vel simpliciter malum, vel inutile, vel maioris boni impeditiuum, quod est contra rationem eius quod cadit sub voto: & ideo necesse est, quod determinetur in tali casu votum non esse seruandum. Et si quidem absolutè determinetur aliquod votum non esse seruandum, dr̃ esse dispensatio voti.* Et in solut ad 2. sic ait. *Authoritate superioris dispensantis fit, vt hoc quod continebatur sub voto, non contineatur, in quantũ determinatur in hoc casu hoc non esse congruam materiam voti.* Ecce q apertis verbis indicat dispensationem esse solam declarationẽ, qua prælatus declarat obligationem voti in eo casu cessare, eo quod materia apta voti sit reddita inepta. In quo casu nulla voti destruit' obligatio, ante declarationẽ. n. verè non obligabat. Atq. eodem mõ loquuntur *Abulens. c. 30. Num. q. 102. & 103. & Caiet. in sum. verb. Votum, c. de disp. voti, vers c. Rationabilis autẽ, & Armilla verb. Votum nu. 13.* vbi aiunt tunc locum esse dispensationi voti, qñ eius exequutio reddita esset illicita, aut inutilis, aut impediens maius bonum. Quippe in his casibus votum vere non obligabat declaratione seclusa. Et in proprijs terminis docent *Gl. c. non est, verbo Authoritate, de voto, & ibi Ant. nu. 3. Card. c. cum ad monasterium, nu. vlt. de statu monach. D. Bonau. 4. d. 38. ar. 2. q. 3. Conar. de pact. 1. q. §. 3. num. 3. vers. Tertio. Ferrar. l. 3. contra gentes cap. 124. col. pe. vers. Nec obstat huic, & col. vlt. vers. Ad 3. dicitur.* Et satis indicant *Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. conclu. 1. n. 38. fi. D. Ant. 2. p. ti. 11. c. 2. §. 9. notab. 1. Sylu. verbo Votum 4. q. 3. d. 3.* vbi aiunt potius esse interpretationem voti, quam relaxationem.

5 At omnino tenẽdum est, esse propriam, & veram dispensationem relaxantẽ voti vinculum, quod ea sublata vere obligabat. Probatur ex *ca. 4 de iureiur.* ibi. *Super quo diligens indagator potuisset facile inuenire quod non tã erat absolutio iuramenti necessaria, quam interpretatio requirenda.* Vbi apertè Pontifex distinguit inter declarationem, & dispẽsationem, seu absolutionem iuri, & supponit vtrumq; concedi posse, dicitq. inepte peti absolutionem, cum in eo casu iurm non obligaret: & ideo nõ erat opus absolutione, sed declaratione. Secundo, quia vsus ecclesię hanc partem probat; frequentissima. n. est ecclesię dispẽsatio in religionis, & castitatis voto ob incontinentiæ periculum ortum ex vouentis fragilitate: cum tñ apertum sit ea dispensatione seclusa votũ obligare. Tertio quia si dispensatio esset sola declaratio, quilibet doctus posset in voto dispensare, imò melius prælato indocto: potest. n. quilibet doctus declarare votum non obligare concurrentib. talib. circũstantijs. Quartò, quia si dispensatio esset sola declaratio, quisq. superiore dispensante ob aliquam cãm, posset ob eãdem, secum, vel cum alio dispensare, declarãdo tunc temporis id uotum non obligare. Quinto, quia Doctores vniuersi negant ecclesiæ ptãtem dispensandi in iure naturali, cuius obligatio non inducta est voluntate humana: cũ tamẽ eam concedant in voto, & iurãto, sitq; de fide. At ea differentia non esset vera, si dispẽsatio esset sola declaratio. Nam in priorib. quoq. præceptis est locus declarationi. Sicut Doct. declarant præceptũ non furandi non obligare in extrema furantis indigentia, nec præceptum nõ occidendi, qñ occisio est necessaria ad propriam uitam tuendam, contra iniquum inuadentem. Tandem quia non satis ecclesię necessitatib esset consultum, relicta sola declarãdi potestate. Quod raro ea necessitas accidat, vt seclusa vera dispensatione deobliget votum. Atque ingens stimulorum conscientiæ ansa in prælato dispẽsanti oriretur, rarissimeque dispensare auderet. Et ideo hanc partem tuentur. *D. Th. 4. d. 38. q. 1. ar. 4. quæstiunc. 1. corpore, & ibi Ricardus ar. 9. quæst. 1. corpore, & ad 1. & d. 17. ar. 2. quæst. 7. ad primum. Supplementum Gabr. 4. d. 38. quæst. 1. art. 5. vbi de dispensatione votorum, statim in prin. & corollario primo. Hostiensis in summa titu. de voto. numero 16. & c. Non est, numero 1. eodem titu. & ibi Abbas numero 5. & cap. Proposuit, numero 12. de concessione præb. D. Antonius 2. par. tit. 11. cap. 2. §. 9. duplici columna ante finem, versicu. Circa hanc materiam. Canus relectione de pœnitentia par. 5. vbi de præcepto confessionis, ad finem. Molina de pœnitentia, tractatu de confessione, quæstione de dispensatione super confessione reuelanda, in solutione ad 2. Sotus libro primo, de iustitia, quæstione 7. art. 3. col. 4. vers. Ex quo fit. & libro 7. q. 4. art. 1. colum. 4. versicu. Attamen Palacios 4. dist. 38. disp. 3. quinque columnis ante finem. folio 884. vers. Porro quamuis. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, libro 6. capi. 9. a numero 6. Toledo libro. 4. summæ cap. 18. numero penul. Angles, floribus 2. par. quæst. vnica de voto, ar. 8. difficul. 1. conclusione 1. Aragon 2. 2. quæstio. 88. articulo 10. paulò post principium, & in secunda solutione argumenti contra primam conclusionem. Sayre in claui regia, libro 6. cap. 11. numero 9. Azor to. 1. institutionum moralium, libro 6. c. 1. quæst. 4. & lib. 11. cap. 18. q. 5. Graffis 1. par. decisionũ, libro 2. c. 31. num. 18. & 20. cap. 32. num. 2. Valentia 2. 2. disp 6. quæst. 6. puncto 7. col. 2. vers. Respondeo, Leonard.*

lib.

lib.2.de iust.c.40.dub.12.num.98.Petr.de Ledes.2.to.summa,tractat.10.ca.8.in dubio 2.quod.mouet circa votorum dispensationem, Henriquez l.8 de Eucharist.c.13.n.2.in cõmento,lit.R.& lib.7.de indulgentijs c.23.num.5.in commento lit.Z.Vasquez 1.2.q.97.ar.4.disp.178.nu.10.& duplici sequenti. Et hãc partẽ clare supponit *Caiet.2.2.q.88.ar.12.col.4.vers.ad secũda quæstionis euidentiã prope finẽ.*

6 Sed nõ modica superest difficultas in explicãdo modo,quo in hac iuris naturalis diuini obligatione cõpetẽti voto dispensari valeat. Quintuplex est hoc declarãdi modus. Primus est, id accidere eo quod in omni voto intelligatur conditio inbibita nisi prælatus obligationẽ relaxarit:& ideo hoc relaxãte cessat eius obligatio,quasi conditione deficienti. Sic *Richardus 4.dist.38.art 9.q.1.ad 1.in fine.Graff.1.p.decisionum lib.2.c.31.nu.18.*

7 Sed hunc explicandi modum reprobauimus cũ *D. Thoma* hoc lib.4.cap 24. nume. 18.quod ex eo optime deducitur,integrum esse prælatis ad libitum, & absque causa,in votis subditorum dispẽsare: sicut ob eamdem conditionem in votis subditorum imbibitã possunt valide superiores habentes potestatem dominatiuam ea ad libitum irritare. Quod si dicas conditionem imbibitã esse, nisi prælatus ex causa iusta dispensarit, est petere principium. Quippe ob id ea conditio in ipsis votis includi debet, quod subditus voto suo potestati superiorum ad dispensandum in eo præiudicare nequeat. hoc autem supponit ea potestate superiores gaudere: quod præsens difficultas petit,qualiter id accidere possit,cum obligatio voti sit diuina naturalis.

8 Secũdus explicandi modus est. Quamuis obligatio voti in communi sit de iure diuino naturali, quo tenemur vota exequi non tamẽ peculiaris voti obligatio est de iure diuino naturali. Sicut obedire legibus humanis est de iure diuino naturali,non tamen peculiaris lex humana obligat eo iure. Atque ideo possunt prælati in peculiari voto dispensare. Ita *Couar.c.2.in fine,de testamẽt. Graff.eod.nu.18.in fine.*

9 At hic modus falso negat obligationẽ cuiuslibet peculiaris voti esse de iure diuino naturali. Quia cum vouens sit frequentius persona priuata, nequiret sibi legẽ aliquam humanam obligantem imponere immo nec si vouẽs sit princeps, id posset· vtpote qui nõ habet vim cogẽdi seipsum Sed obligatio voti oritur ex promissione humana,qua posita ius diuinum naturale astringit fidẽ Deo seruare. Insuper si sola esset obligatio humana,valeret dispensatio absque causa.

10 Tertius dicendi modus est. Dispensare in voto nõ est dispensare in iure diuino naturali, quo votum obligat. Quod dispensans in voto non relaxet ius naturale quo id obligabat,& quod dictat, vt quamdiu manet votũ, id obliget, seu tollit eius obligationẽ hoc modo. Quia voti obligatio pendet ex voluntate humana, atq.ea stãte est ea obligatio diuina naturalis:& ita ad hãc obligationem duplex causa concurrit. prior,& fundamentũ, est voluotas humana vouentis: posterior, ius diuinũ naturale præscribens id votum reddendum. At dispensans non aufert hanc posteriorem causam,nẽpe, vt dũ id votum perseuerat,non obliget,sed solam priorẽ id est,obligationẽ,quatenus ex humana vouentis voluntate cõsurgit,quæ est quædam lex humana. Et ideo superior nõ dicitur legem diuinã naturalem relaxare,sed humanam Sicut quando superior dispensat in lege sua nõ cẽsetur dispẽsare in iure diuino naturali. quod iustis superioribus legibus dictat obediri,dum suã obligandi vim retinet:sed dispensatione aufert vim obligãdi illi legi,qua ablata aufertur indirecte,& per quandã cõsequentiam in id ius diuinũ & ideo vere in sua sola lege humana dispensat. Atq. ita hunc modum tradunt *D. Th. 2.2.q.88.ar.10 ad 2.& q.98.ar.9.ad.1.Caiet.ead.q.88.artic.12. col.antepenultima, ver. Ad secũda quæstio. euidentiam. Abulensis c.30. Nu.q.102. Victoria de potestate Papæ,& concilij,proposit.1.insolutione ad 3.D. Antoninus 2.p to.11.c.25.9.triplici col.ante finem,vers.Circa hanc materiam. Sotus lib.10.de iustitia q.4.ar.1.ad 2. Aragon 2.2.q.88.art.10.in fine. Valentia 1.2.disput.7.quæst.4.pũcto 6.colum.3.versi.Quod si quis contra,& 2.disput.6.q.6.pũct.7.column.2.versic.Atque hãc differentiam. Sayro in claui regia,lib.6.cap.11 nu.10.& duobus sequenti. Enriquez lib.7.de indulgentijs cap.23.nu.5.in commento,litera A.*

11 At hic modus displicet. Primo, quia intelligi nequit qualiter hoc fit in ea sola lege humana ab ipso vouẽte sibi imposita dispẽsare. Tum quia nulla talis lex humana obligans reperitur in voto, nec ea reperiri potest. Vt n. 9. probauimus. Tum etiã quia cum dispensatio in lege humana possit authoritate imponẽtis cõcedi,& eius obligatio voluntate illius auferri, posset vtique vouens qui eius obligationis legislator fuit,se propria volũtate liberum ab ea reddere. Secũdo,quia si esset in sola lege humana dispensare,valeret dispensatio in voto cõcessa absque vlla causa. Sicut valet in exemplo adducto nu. præced.pro contraria sentẽtia. Tertio quia semel voto emisso eius obligatio nullatenus à vouentis voluntate pendet,sed a solo iure diuino naturali. Prælatus autem nequit auferre præteritam volũtatem:cum ad præteritum nulla sit potẽna. Ergo nil aliud auferendum superest,nisi ius diuinum naturale ortum obligans persoluere votum. Quarto quia lex humana nõ dicitur obligare ex iure diuino naturali,& ideo eius violator nõ dicitur hoc transgredi:est enim id iuris diuini præceptũ generale in omni superiorũ lege imbibitum, nullamq; specialem aliam obligationẽ imponens: alias transgressio legis humanæ contineret duplicem malitiã:& ideo valida eius dispensatio non petit causam,sicut petit dispẽsatio in iure diuino. Quæ secus se habent in voti transgressione, quæ solam violationis iuris diuini naturalis malitiam continet: atque valor dispẽsationis in eo petit causam Ergo lõge diuerso modo est iudicãdum de dispensatione in voto. Quinto, quia cũ duplex ad uoti vinculum voluntas cõcurrat nempe, humana promittens, & diuina promissionem acceptans, & ius ex illa acquirens, non potest prælatus in illa obligatione humana dispensare,etiam illam auferendo,quin simul in iure diuino dispendet. Et cõfirmatur,quia pactũ duplici voluntate initum nequit auferri, nisi aut mutua illa voluntate,aut alia,quæ superior utraq. sit. Ergo nequit prælatus sua uoluntate,quæ humana est,& inferior diuina,auferre illam uoti obligatiooem.

12 Quartus dicendi modus est Relaxatio; seu dispẽsatio in uoto fit per remissionẽ promissionis factæ a prælato nomine Dei,ex facultate remittẽdi ab ipso accepta & ideo prælatus dispensans non dicitur dispẽsare in iure diuino naturali,sed tantum nomine Dei cedere iure acquisito Deo per uotum. Quia lex diuina naturalis voti solam petit immutabilitatem in volũtate promittentis,sine cõsensu Dei,cui promissio acceptata est: nõ autem illo consentienti, seu cedente iure suo aut per seipsum,aut per vicarium suum. Sicut cedens promissione, illamque remittens iureiurando sibi factam nõ dicitur relaxare ius diuinum naturale præscribens iuramentũ seruandum,quia id præscribit solum dum is cui præstatur,non remittit ius suum. Et ideo hunc modũ amplectuntur *Vasquez 1.2.quæst.97.a.4.disput.178.nu.13.Leonard.l.2.de iustitia c.14.dubio 12.nu.99. Suarez to.2.de religione,tractatu de voto,l.6.cap.9.num.15.*

13 Verum hic dicendi modus nõ satisfacit difficultati. Primo, quia hic tollendæ obligationis modus, siue per ipsummet promissarium fiat, siue per suũ vicariũ ex ipsius potestate,non est vere dispẽsatio,sed valde improprie. Sicut remittens promissionẽ sibi factã nõ dicitur relaxare,iuramentũ,quo firmata est,aut illo in dispensare,nec si alicui hãc remissionem commisisset, dicitur hic relaxare,aut dispẽsare,sed cõdonare,aut promissione cedere. Sicut etiam confessarius absoluens vice Dei a peccatis, non dicitur dispensare in debitis Deo per-

peccata cōtractis,sed illa remittere. Quare nō saluatur potestas vere dispensandi in votis, & iuramēta relaxādi relicta Ecclesiæ,atq; dicendum est textus,& DD dispēsatione,& relaxatione vtentes,loqui improprijssime. Secundo, quia nō tollit principalem difficultatem. Quippe iuxta veriorem snīam Pontifex dispēsare potest in matrimonio rato,& iuxta omnes in residentia Epōrū. Cū tamen vtraq. obligatio sit iuris naturalis diuini. Nec potest dici id fieri per condonationem iuris acquisiti Deo quia in neutro casu promittitur aliquid Deo,nec cū ipso contrahitur, sed ius acquiritur per matrimoniū ipsis contrahentibus, & per episcopatum speciali illi Ecclesiæ. cuius ille est Episcopus. Nec potest dici tolli per superiorem voluntatem voluntate illorum contrahentiū, & Episcopi,ac Ecclesiæ illius specialis. Quia id vtrūq. procederet, si obligatio illa posset mutuo illorum consensu rescindi. At constat in neutro casu sufficere mutuū consensum Ergo necessario dicendum est,relinqui ecclesiæ facultatem dispensandi vere in aliquo iure diuino naturali,& non solum condonandi iuris Deo quæsiti.

14 Vltimus dicēdi modus est,(qui mihi placet,vt dispēsatio in voto sit vera iuris diuini naturalis relaxatio quo id votum obligabat. Quippe concessa est Ecclesiæ facultas à Christo Domino dispensandi,relaxando vere obligationē iuris diuini naturalis orti ex voluntate humana, non dispēsando in vniuersum,vt ius non obliget, sed in peculiari casu occurrenti,relaxādo eius obligationē ex causa iusta. Sicut Epō integrum est in legib. Pontificis summi se superioris dispensare, nō in vniuersum aliquā earum abrogādo,sed in peculiari aliquo necessitans casu occurrenti. Vt latissime probaui l.8.de matri. disp.a nu.5.vsq;ad 10.vbi etiā dixi nec in huiusmodi iure diuino naturali posse semper, ēt in aliquo casu speciali dispensare,vt non potest in matrimonio cōsummato ibi etiā probaui nec in solo huiusmodi iure diuino posse aliqñ dispensare. Sicut potest iuxta veriorem sententiam dispensare in iure diuino positiuo celebrandi sub vtraque specie,in remotissimis religionib. vbi nulla esset vini copia. Et ibi regula tradita explicui,& probaui, in quo iure diuino nunq. possit,& in quo possit aliquando,& solui contrarium probantia. Quoad præsens autē attinet,satis est dicere relictā esse ecclesiæ facultatem dispēsandi in casu speciali,qñ obligationis radix est voluntas humana,nec aliunde vrget,ratio,vt ea facultas relinqui nō debuerit. Vt contingit in matrimonio consummato,cuius omnimoda indissolubilitas prouenit ratione significationis significat n.indissolubile Christi cum Ecclesia vnionem per carnem assumptā. Vt probatur li.2.de matrim.disp.13.0.7. Et ideo ita huic difficultati satisfaciunt *Canus relectione de peniten.ia p.5.vbi de præcepto confessionis ad fin. Metina de penitētia tractatu de cōfessione quæst.de dispensatione super cōfessione reuelāda,in solutione ad 2. Azor to.1.inst.moral.l.6.c.1.q.4.Pet.de Ledes.2.to.sum.tractat.10.c.8.dubio 1. ex ijs quæ mouet circa votorum dispensationem,vers.porrò ista doctrina*. Et hoc idē est quod ait *Palacios 4.d.38.disp.3.quinque columnis ante finem,vers.porro quamuis fol.884.et col.vlt.* vbi ait nō posse Pontificem dispensare in iure diuino absoluto, secus quando obligat ex hypothesi quale est hoc.

15 Sed contra hunc dicendi modum obijcit *Suarez eod. c.9.nu.9.* Quod est contra legē naturalem,est per se intrinsece malū,& ideo prohibitum. Quod autē tale est, nunquam potest nō esse malum. Ergo nequit in eo dispensari. Secundo,quia obligatio voti fundatur in fidelitate Deo debita. At dispensari nequit vt fidelitas Deo non seruetur. Tandem quia in dispensatione contra legem naturalem inuoluitur repugnātia contra naturalem honestatem. Sed ad primum respōdeo,non omnia quæ sunt cōtra legem naturalem,esse ita intrinsece mala vt in nullo casu liceant, sunt enim aliqua contra ius naturę,quę licet secundum se dedeceat ea non implere at non continent perfectam, & omnimodam indecentiā,sed potest aliqua iusta causa occurrere,vt ei indecētiæ præponderet,& ita oporteat dispensare. Sicut furari, & detinere alienum,sunt intrinsece mala contra legem naturę, & tamen illud licet in extrema necessitate, hoc autem in aliquibus casibus. Dices nunc non concurrere circūstantias requisitas, vt ius naturale obliget, at cum dispensatur in voto,eas concurrere:alias ante dispensationem nō obligaret,& sic nulla esset obligationis relaxatio. Fateor id ita esse,at similitudo in hoc consistit,vt sicut illa non sunt ita intrinsece mala vt mentiri , quod in nullo casu licere potest, sed possunt concurrere circūstantiæ, quibus stantibus rigor præcepti leniatur, ita vt liceat cōtrariū facere, ita possunt tales cōcurrere in obligatione aliqua iuris naturalis,vt voti,iuramēti,matrimonij rati, residentiæ Episcoporū, vt licet non sufficiāt ad auferendam eius iuris obligationē, sufficiunt tamē, vt prælati ex potestate a Christo accepta dispenset in ea obligatione. Ad secundum constat ex dictis sicut enim possunt concurrere circūstantiæ, vt vouens non teneatur eam fidelitatem voto debitā Deo seruare Deo ipso ita volente; ita possunt tales coucurrere, vt ipse Deus velit eam nō seruari, dispensante prælato nomine eius ne seruetur. Ad tertiū negatur in quacumque dispensatione contra legem naturalem in speciali aliquo casu, eam repugnantiam inuolui,sed in aliquo iure naturali id sē per est verum: in aliquo autem non,nisi quādo vouer saliter dispensaretur in illo, tollendo eius obligationē.

SVMMARIVM.

Dispensatio an sit actus iurisdictionis spiritualis,nu. 16.
An sit apud infideles,num. 17.& ibi an sit apud principes sæculares.
An fuerit in lege naturæ,aut scripta,nu. 18.
An valeat concessa ab excommunicato, nu. 19.
An possit committi clerico solius primæ tonsuræ,nu.20.
An possit committi laico,aut præscriptione ab illo acquiri,nu. 21.vbi,& de clerico coniugato.
An exigatur ad dispensandū iurisdictio in foro externo, n.21.
Post nu.22.inuenies summaria quæ desiderantur.

16 QVæstio secunda. Qualis potestas ex parte dispensantis exigatur,vt dispensatio valida sit?Prima cōclusio. Dispensatio non est actus ordinis,sed iurisdictionis spiritualis. Quod ex se constat, quia nullus est ordinis character ad hoc deputatus: & Episcopi confirmati nondum tamen consecrati,nec sacerdotio insigniti dispensare possunt. Vt infra dicemus;Esse autem actū iurisdictionis spiritualis, constat ex eius origine , quam nu.3.explicuimus,& ex fine,qui merè spiritualis est, & ex materia,quæ diuinum cultum,& honorē concernit , & ex vsu,& traditione Ecclesię. Atque ita tradunt *Palud.4.d.38.q 4.ar.4.conclus.9. n.47. D. Anton. 2.p.tit. 11. c.2.§.9 vers.hīc pœnitentiary Leonardus lib.2.de iustitia, c.40.dubio 12.nu.1.* Immo esse actum iurisdictionis spiritualis Ecclesiasticę,ait esse de fide *Suarez to.2.de religione tractatu de voto. lib.6.c.10.nu. 1.*

17 Hinc deducitur hanc potestatem non esse apud infideles,immo nec apud principes sæculares fideles. Quia est spiritualis,& Ecclesiastica, & circa materiā spiritualem. At potestas dispensandi in suis legibus ciuilibus,& circa res ciuiles,est in principibus sæcularibus,siue fidelibus. Quia ea est actus iurisdictionis ciuilis quæ in eis reperitur. Quod à nemine negatur.

18 An vero fuerit in lege naturæ,aut scripta apud sacerdotes,aut Pōtificem,in illis legibus,non constat. Et videtur ratio adducta numero tertio, ad probandum eā esse in lege Euangelica,concludere eam quoque esse in illis. Quia etsi illæ fuerint imperfectiores lege euāgelica:at Deus nec vt author naturæ,nec vt author illius legis,defecit in necessarijs. Verum *Suarez eodem libro 6. capite nono, numero 19. & 20.* licet aliquantulum dubius, magis in eam partem inclinat , vt in neutra lege fuerit.

fuerit. Nec obstat ratio contraria. Quia media necessaria præcise in neutra lege defecerunt: inter hæc autem non computatur potestas dispensandi: sed inter media necessaria ad perfectam, & consummatam gubernationem Ecclesiæ, qualis est in lege Euangelica, & ex his multa defuere in duplici illa lege tanquam non omni ex parte consummata.

19 Secundo deducitur, dispensationem cõcessam à prælato excommunicato denunciato, aut notorio clerici percussore, esse irritam. Quia omnia pertinentia ad iurisdictionẽ per hos exercita sunt irrita. Vt probaui lib. 3. de matr. disp. 22. n. 36. Vbi n. 33. explicui quando ratione cõmunis erroris valeant gesta, nempe si ille esset alibi denunciatus, aut notorius clerici percussor, in eo aũt loco vbi iurisdictionem exercet, est occultum: aut etiãsi in eodem loco fuisset denunciatus, aut ita notorius at tantum temporis spatium pertransijt, vt iam sit communis error illius censuræ. Quia ratione tituli, & communis erroris impedimenti valent gesta per illũ. Iuxta *l. Barbarius, ff. de officio prætoris.*

20 Tertiò deducitur, posse hanc facultatem competere iure ordinario, aut delegato, clerico solius primæ tõsuræ: quamuis immerito de hoc dubitarint *Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 4. concl. 9 nu. 47. & D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. vers. Item pœnitentiarij.* Quia cum non sit actus ordinis, nullum specialem ordinẽ requirit, sed solum vt dispensans sit persona Ecclesiastica, vt vel sic capax sit iurisdictionis spiritualis: ad quod satis est prima tonsura. Id ẽt constat, quia ea sola insignitus potest esse vicarius episcopi, & habere potestatem excommunicãdi, & absoluendi in foro externo ab ea excommunicatione. Vt ex praxi constat, & ab omnibus recipitur tractatu de excommunicatione. Et potest videri *in Sayro de censuris, lib. 1. c. 5. n. 8. & Suarez to. 5. in 3. p. d sp. 2. sectione 3. n. 11.* vbi alios referunt. Ergo est etiam capax potestatis dispensandi. Et ita clare indicant *Leonard. lib. 2. de iustit. c. 40. dub. 12. n. 100. vers. Secundo,* vbi indistinctè ait non exigi ordinem sacrum. Atque non exigi sacerdotium, affirmat *Sayro in claui regia, lib. 6. c. 11. n. 94. fine.*

21 Quartò deducitur, nec laicum, nec clericum coniugatum esse huius iurisdictionis capacem. Quia laicus non est persona ecclesiastica: nec reputatur clericus cõiugatus p̃sona ecclesiastica, nisi quoad sola canonis, & fori priuilegia, & hoc seruatis quibusdam conditionib. declaratis in *c. vnico, de cleric. coniug. in 6. et in Trid. sess. 23. de reform. c. 6.* Et ideo non est capax iurisdictionis excõmunicandi: Vt bene probant *Sayro de censuris, l. 1. c. 5. n. 12. Suarez to. 5. in 3. p d sp. 2. sect. 3. n. 11.* Ergo similiter neuter erit capax potestatis dispensandi. Quare neuter potest potestatem hanc dispensandi quocumque temporis spatio præscribere. Sicut nec potest potestatẽ excommunicandi sic præscribere. Vt bene cũ alijs tradũt *Suarez ibid. n. 12. & Sayro ibid. n.* 14. loquentes de laico. Quia vtriusq; potestatis est æquè vterquè incapax. Nec tamen est vterque ita incapax, quin possit Pontifex solus eam potestatem vtrique committere. Vt de potestate excommunicandi committenda laico. tradunt *Suarez ibi. n. 12. Et Sayro n. 15. vbi & alios referunt.*

22 Secunda cõclusio. Hęc dispẽsandi potestas solis pręlatis habentibus iurisdictionẽ in foro externo competit: sicut de potestate excõmunicandi tradunt oẽs. Quia vtraque potestas pertinet ad externam ecclesiæ gubernationem. Et ita tradunt *Leonard. lib. 2. de iust. c. 40. dubio 12. n. 100. Sayro in claui regia, l. 6. c. 11. n. 85. in fi. & 86.*

S V M M A R I V M.

Exigitur subiectio spiritualis dispensantis potestati ad dispensandum, n. 23.

Non sufficit ratione itineris mora, aut alia breuis in diœcesi dispensantis, n. 24.

An exigatur domicilium in eo loco? Refertur duplex sententia, n. 25. & 26.

Explicatur sententia Authoris, n. 27. & 28.

An cum hoc quoque possit Episcopus veri domicilij habitationis dispensare, n. 29.

Quid de Episcopo domicilij originis, n. 30.

Quis Episcopus cum vagis dispensare valeat, n. 31.

An Episcopus existens intra diœcesim possit dispensare cum subdito extra illam existenti, aut eum solus Episcopus, aut cum vterque est absens ab illa, n. 32.

An hac dispensatio prosit subdito extra territoriũ dispensantis, n. 33.

An Possit Prælatus cum subditis inuitus dispensare? Remissiuè, n. 34.

An interna horum subditorum vota subijciantur dispensationi? Remissiuè, n. 35.

An cathecumenis possit prælatus indulgentias concedere, & in votis eorum dispensare? Refertur opinio, n. 36.

Explicatur sententia Authoris, n. 37.

An eum hærede possis dispensare in votis, in quibus poterat cũ defuncto, quando illa sunt realia? Remissiuè n. 38.

An secummet possint prælati dispensare, loquendo de dispensatione impropria, n. 39.

An possint vti dispensatione generali, quam subditis concedũt, nu. 40.

An possint committere suo confessario, vt cum ipsis dispenset in votis, vel alijs rebus, in quibus possunt cum subditis? Refertur opinio, n. 41.

Explicatur sententia Authoris, n. 41.

An possint in ijsdem rebus secum propriè dispensare? Refertur duplex sententia, n. 43. & 44.

Explicatur sententia Authoris, n. 45.

An possint etiam vti iurisdictione, commutando propria vota, nu. 46.

23 QVæstio vltima. Qualis subiectio ad dispensationem petatur ex parte eius, cũ quo dispensandum est? Constat non esse necessariam subiectionem potestati dominatiuæ, sed exigi subiectionem spirituali dispensantis potestati. Quia dispensatio hæc in votis est actus iurisdictionis solius spiritualis; at nulla iurisdictio potest exerceri nisi in subditos. Et ideo cum solus Pontifex hanc habeat in vniuersos fideles vbique orbis existentes, solus ille poterit cum omnibus illis dispensare: reliqui autem prælati cum solis sui territorij subditis. Quod vniuersi fatentur.

24 Hæc autem subiectio non acquiritur solo transitu per dispensantis diœcesim, aut breui mora in illa. Quia q̃uis hæc sufficiant ad sacramenta confessionis & communionis ibi percipienda, ratione consuetudinis generaliter introductæ: ea tñ quoad dispensationem minime introducta est, vtpote quæ non est tantæ necessitatis, ac illa sacramenta. Nec ea sola pręsentia localis satis est ad constituendum domicilium, aut quasi domicilium petita ad hanc subiectionem. Vt dicemus triplici nu. seq. Quod est apud omnes certum, & docet *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 11. n. 10.*

25 Difficultas autem est, an exigatur constitutio veri domicilij, quæ acquiritur habitatione cũ animo habitandi perpetuo in dispensantis diœcesi, vt ille valeat dispensare. Quidam hoc exigi affirmant, sicut ad ordines ibi percipiendos exigitur. Authores, & fundamenta huius sententiæ retuli lib. 3. de matr. disp. 25. n. 11. Et eam vltra authores ibi allegatos tenet *Suarez eod. c. 11. n. 11.*

26 Sed diuersum sentire videtur *idemmet Suarez to. 1. de religione, l. 2. de diebus festis c. 14. nu. 6.* Nam cum *Nauar. §. in Leuitico, notabili 31. §. incolæ, n. 43.* dicat incolas appellari habitantes ad tẽpus incertum, vel ad annum, vel ad adeo magnum certum tempus, vt merito debeãt arbitrio prudentis haberi pro habitatoribus eius loci. *Suarez prædicto loco* eius sententiam amplectens, ait id ipsi incertum esse, quando est ad negocium, quod solet tardius, & citius expediri; at moraliter petit notabilẽ moram, qualis est quatuor, vel quinque mensium.

27 Sed quamuis prima sententia sit valde probabilis: at probabiliorem existimo, quam amplexus sum eodẽ libro 3. de matrim. disp. 21. num. 12. & 13. ibique multis

Doctoribus citatis,& rationibus probaui, soluiq; contraria,& me allegans tenet *Leonar.l.2. de iust.c.40. dub. 13.n.103.* nempe, non exigi ad hanc dispẽsandi potestatẽ,vt fideles illi cum quibus dispensandum est, cõparatint domicilium verũ in ea diœcesi cum aīo habitandi ibi perpetuo,sed satis esse,si ibi habitẽt cum animo permanendi maiori anni parte. Atq; perinde est habere ꝓpositũ existẽdi ibi maiori anni parte, & habere propositum existendi ibi tpe necessario ad negocium, quod regulariter,aut semper requirit ad minus maiorem anni partem. Vt optimè notat *Suarez nu. prec. relatus.*

28 Quare nõ est opus expectare, vt hi maiori anni parte in ea diœcesi habitarint, sed statim ac habitare incipiũt cum animo habitandi eo tẽpore,censentur subditi eius diœcesis ad obtinendam dispensationem ab Episcopo illius Vt probaui ea disp.43.n.14.

29 Nec tamen ex hoc tollitur facultas confugiendi quoque ad Episcopum proprij domicilij, sed ad vtrumque confugere integrum erit gratia huius dispẽsationis obtinendæ. Vt probaui ea.disp.23.in fine.

30 Non tamen satis est domicilium originis mutata illius habitatione,vt integrum sit Episcopo originis cum hoc dispensare. Quia hoc domicilium ad solos ordines percipiendos ab Episcopo originis prodest. Vt late probaui lib.3.de matr.disp.23.n.7.

31 Si qui autem sint vagi,potest Episcopus vbi inueniuntur, cum illis dispensare. Quia cum nullibi domicilium habeant,sortiuntur diœcesim,in qua tunc reperiuntur. Vt probaui lib.3.de matr.disp 25.n.5.vbi in præcedentibus numeris explicui,qui dicantur vagi. Et tenet *Leonardus dicto dubio 13.n.103.*

32 Potest etiam Episcopus dispensare cum suis subditis existentibus ad tempus extra diœcesim. Quia cũ illi domicilium non mutarint,est verus illorum prælatus. Sic *Alcozer summ.c.16.vbi de votorum dispensatione,concl. 5.fol.59.pag.1. Suarez to.2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.11 n.10.* Potest et ab Episcopo dispensari,quamuis extra diœcesim sit, cum subdito existenti in diœcesi. Et ratio vtriusque partis est. quia etsi iurisdictio cõtentiosa petat vtrumque intra terminos diœcesis esse at voluntaria, qualis est dispensatio, põt extra diœcesim exerceri Vt probaui lib.3.de matr.disp.19.n.8. Et tenet *Suarez ibidem.* Quæ ratio idem prorsus dicendum probat,etsi vterque extra diœcesim sit.

33 Atque ea dispensatio prodest, etsi subditus, cum quo dispensatum est,egrediatur territorium dispẽsantis. Et virtute dispẽsationis in voto abstinẽdi à matrimonio, potest vbique subditus ille absque voti trangressione illud inire. Vt late probaui lib.8.de matr.disp.32.n.17. contra alios.quos ibi n.16.retuli.

34 An vero possit prælatus dispensare,subditis nolẽtibus; diximus c.24.n.26.

35 An subditi etiam subijciantur prælato quoad vota interna,ita vt in eis possit prælatus dispẽsare, diximus eo. c.24.n 30.& 40.

36 Sed specialis difficultas de cathecumenis,an subijciãtur spirituali prælatorum potestati, vt in eorũ votis dispensare valeant? *Henriquez lib.7.de indulgentijs ca.10. n.8.* docet forsan eorum vota posse à prælatis commutari,aut dispensatione relaxari. Ducitur,quod in fauorabilibus pertineant ad Ecclesiæ iurisdictionem. Sunt enim instar nouitiorum religionis, in quorũ votis prælati dispẽsare possunt. Secundo, quia catechumenis indulgentiæ prosunt. Vt testantur *Nauar.§.In Leuitico notab. 30.n.15.& notabili 31.n.47.& notabili 32.n.9.& ipsemet Henriquez eod.lib.7.c.18. nu.3.* & fatetur esse probabile *Suarez 4.to.in 3.p.disp.53.sectione 4.n.8.* At petunt etiam subiectionem spirituali concedentis potestati.

37 Verum hæc sententia nõ placet. Primo, quia satis dubium est indulgentias prodesse catechumenis, at posse illis concedi: & ideo iure optime tenet *Suarez eod.nu.8.* non posse. Secundo, quia ipsemet *Henriquez eod.c.18. nu.3.* fatetur nequire indulgentias concedi cathecumenis per modum absolutionis sed solum per modũ suffragij: & *Suarez eod.nu.8.* tamquam manifestum relinquit, non posse priori modo concedi, eo quod nulla sit Ecclesiæ in cathecumenos iurisdictio. Et tamen indulgentia sic cõcessa pertinet ad fauorabilem Ecclesiæ iurisdictionem. Ergo nec subduntur fauorabili Ecclesiæ iurisdictioni,vt vel sic possit in eorum votis dispensare. Et confirmatur,quia huiusmodi dispẽsatio est quędam absolutio à voti obligatione procedens à spirituali prælati iurisdictione in eum,cum quo dispẽsatur. Ergo nequit concedi catechumenis, sicut nec indulgentia per modum absolutionis. Atque idem sentio de commutatione votorũ facta à prælatis potestate spirituali, qua gaudent. Quia ea simil.ter est actus iurisdictionis spiritualis, & quædam voti absolutio circa priorem materiam. Dixi autem quando procedit à potestate spirituali. Quia sicut ipsemet cathecumenus posset votũ in melius commutare, ita volente ipso acceptare commutationem posset quicumque alius nulla commutandi iurisdictione gaudẽs. Quia huiusmodi commutatio nullius iurisdictionis actus est. Nec est simile de nouitio, quia est capax, vt iurisdictio Ecclesiastica exerceatur in illũ,& est subiectus spirituali prælati iurisdictioni,dum in religione perseuerat. Neutrum autẽ reperitur in catechumeno.

38 An vero vota realia defuncti, quatenus eorum obligatio transit in hæredes, subijciãtur dispensationi prælatorum,sicut in defuncto subijciebantur; dixi c.24 nu. 56.& 57.

39 Demum superest tractandum,an ipsemet prælatus sibimet subijciatur,quoad potestatem secum dispensandi,& commutandi, in ijs omnibus, in quibus põt cum subditis. De qua re latissime egi lib.8.de matrim.disp.3. Et ideo summatim referam quæ ibi ad longum dixi, remittendo authores,& probationes in eum locum. Et quidem dispensatio est duplex, quædam est propriè dicta, quæ est vera iuris relaxatio, actusq; iurisdictionis. Alia est impropriè, quæ potius dicitur licentia quędam seu appositio conditionis penitæ in prohibitione. Vt qñ regula non interdicit aliquid absolute, sed fieri absque superioris licentia: tunc superior licentiam concedens non relaxat regulæ præceptum,sed solam conditionem petitam in regula apponit: nec ea licentia, est propriè actus iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis. Si de impropria loquamur,certissimũ est posse prelatos ijs licentijs vti, quas suis subditis concedere possunt. Quod late probaui ea disp.31.n.1.

40 Si autem loquamur de dispensatione propria, dubitandum non est, quin quãdo in vniuersum dispensant prælati cũ subditis in aliqua lege ex iusta causa, possint quoque ipsi ea dispensatione potiri. Vt si dispenset prælatus religionis,vt totus cõuentus,vel Episcopus,vt tota ciuitas edat aliqua die cibos vetitos, poterunt quoque ijdem ea dispensatione vtentes,illis ea die vesci. Quod probaui ead disp.3.n.2.

41 Sed duplex est in hoc difficultas. Prior est, an possint prælati suo confessario committere,vt cum illis dispensetin ijs votis,& alijs rebus, in quibus ipsi cũ suis subditis possunt propriè dispensare. *Suarez to.2. de religione, tractatu de voto,lib.6.c.11.nu.4.* negat Quia textus *in c. fin. de pœnitentia, & remis.* solum concedit his prælatis potestatẽ eligendi confessoris eos à peccatis absoluturi; ad quam non sequitur potestas eligendi dispensantis in votis. Præterea,quia nemo dat quod non habet. At hi non possunt secum dispensare; ergo nec alijs committere vt secum dispensent. Quare concludit Episcopos,& alios prælatos immediate Pontifici subiectos,ipsũ adituros,vt votorum dispensationem obtineant.

42 Cęterum eadem disputat.3. numerò 3.latissime multis authoribus,& rationib. adductis ꝓbaui id posse. Et pręter Doctores ibi allegatos tenet *Palud.*(quem in alio etiam

etiam loco ibi allegaui) 4.d.38.q.4.ar.4.concl.8.n.46. *D. Anton.*(quem ibidem quoq; in alio loco retuli) 2.p.tit. 11.c.2.§.9. *vers. Idem non potest. Henriquez* (cuius alia loca ibi citaui) *lib.14.de irregul.cap.18.in fine. Aula de censuris* 7.p.disp.10. dub. vlt. Atque prædicta mea disp. 3.nu.3. retuli ex *Maiolo, & Sayro, & ipsomet Suarez*, declarasse congregatiōnē Cardinalium, Episcopos incidētes in casus ipsis concessos erga subditos *in Trid. sess. 24.de refor.c.6.* posse absolutione & dispēsatione sui ad id ab ipso electi cōfessoris vti. Atq; ibi dixi nō oportere, vt prælatus illi sacerdoti fateatur, aut illi initedat fateri, sed satis esse, vt ipsi cōcedat absolutionis sacramentalis impēdendæ ipsi Prælato licentiā, vel alias sacerdos illa iurisdictionē habeat audiendæ cōfessionis illius prælati, aut illum eligat ad hāc solam dispensationem faciendam. Quia iurisdictio illa cum prælato dispensandi, sicut & absoluendi, ab ipso prælato emanat, vel a Pontifice, qui *c.finali.de pœnit. & remiss.* cōcessit prælatis exēptis posse eligere cōfessores; quē textum ad dispensationes quoque concedendas extendi probaui eo.nu. 3. Et hinc manet soluta prior rō contraria. Ad posteriorem aūt potest responderi primo, hanc iurisdictionem accipere confessarios a Pontifice, eo ipso quod ab his plātis eliguntur. Vt proximè dixi. Secundò potest negari non posse secum dispensare. Vt nu.45. dicemus. Tertiò pōt dici, eam regulam, Nemo dat quod non habet, si intelligatur de eo, quod nullatenus habet, esse verissimā: qui enim nullatenus habet potestatem dispensandi, aut absoluendi, nequit eam concedere. At si intelligatur de nō habenti eam potestatem erga se, non est vera. Quia Pontifex nequit se sacramentaliter absoluere; at iuxta veriorem sententiam confessarius ab ipso electus recipit ab eo facultatem absoluendi ipsum.

43 Posterior difficultas est. An hi prælati possint secum dispensare verè, & propriè, in casibus in quib possunt cū subditis. Triplex est sententia. Prima id denegat etiā ipsi Pontifici. Cuius rationes, & authores retuli eadem disp.3.n.4. Et vltra Doctores ibi relatos, tenent *Sayr. in claui regia lib.6.c.11.n.107. & Suarez to.2. de relig. tractat. de voto, lib.6.ca.11.nu.4.iuncto nu.2.* Nam *num.4.* id negat prælatis Pontifice inferioribus; & *nu.2.* tm dicit non esse improbabile posse Pontificem secum dispensare; atque ita clare sentit oppositum esse verius.

44 Secunda sententia id soli Pontifici concedit. Eius authores, & rationes retuli eadem disp.3.nu.5.

45 Tertia sententia (quam tanquam probabiliorem ibi amplexus sum, & nunc amplector) ait omnes prælatos sæculares, & regulares habentes iurisdictionem ordinariam dispensandi in votis, & alijs rebus, posse quoq; secum dispensare in ijsdem; immo & habentes iurisdictionem delegatam dispensandi in vniuersum cum aliqua communitate, cuius ipsi sunt partes, secus quando haberent limitatam dispensandi potestatem cum certis personis, aut cum certo personarum numero. Quæ omnia ibi probaui a nu.6. vsque ad 11. & ibi.num.vltimo solui contrarias rationes.

46 Atque idem prorsus dicēdum est de potestate commutandi propria vota, vt ea commutatio est actus iurisdictionis spiritualis; possunt enim eam iurisdictionē in semetipsos exercere, commutādo propria vota, quæ emissa a subditis possent commutare. Quia eadē prorsus est ratio.

CAPVT XXXVIII.

Quibus prælatis competat ordinaria dispensandi in sæcularium votis potestas.

SVMMARIVM.

1 CVm duplex sit dispensandi potestas, quædam ordinaria, quædam autem delegata in præsenti tractatur de potestate ordinaria dispensandi in votis secularium; & c. sequenti tractabitur de potestate ordinaria dispensandi in votis regularium. Nec in hoc capite tractatur de votis, in quibus prælati dispensare valent, sed de personis potentibus dispensare iure suo ordinario. Primo potestas hæc suprema est penes summum Pontificem, qui & in omnibus votis saltem simplicibus dispensare potest. & quædam sibi reseruat. Dixi, simplicibus, quia libro sequenti, vbi de voti solemnibus est tractandum disputabitur an possit in illis. Atque idem est dicendum de Concilio generali. Quod ex se cōstat, & bene tradit *Sotus l.7. de iustitia q.4.art.1.ad 4.*

2 Secūdo Cardinales, qui legati Apostolici nō sunt, etsi maiores Episcopis sint, nequeunt ex vi sui muneri, & dignitatis, in votis dispensare. Quia non habēt plebem sibi subiectam. Atque ita tradunt *Abulensis c.30. Num. q.108. Suar. to.2. de relig. tract. de voto, l.6.c.10.nu.10.* Et quamuis *Ioan. And. c.vnico, n.3. de maior. & obedient. in 6.* referat *Ioan. Monach.* dixisse sibi responsum à Pontifice, Cardinales habere in suis Ecclesijs ius Episcopale, & verba hæc Ioannis Andreæ trāscribit *Mart. Laud. tract. de Cardinal. q.60. initio*; at neuter affirmat rem ita se habere; & ideo res incerta est. Quare standum est dictis nisi de contraria consuetudine constet.

3 Tertio legatus Apostolicus, seu Nuntius potest in tota prouincia sibi commissa dispensare in votis, eodēmodo, quo Episcopus in sua diœcesi. Quia eadem potestate gaudet in illa, qua hic in sua. Vt probaui lib.8. de matr. disp.9.n.25. Et docent in proprijs terminis *Enriquez li.14. de irregular. cap.18.nu.2. Anton. Gomez in bulla cruciata, clausula 10.nn.61. Suarez num. praced. relatus.* Qui bene addit hāc potestatem esse ordinariā. Quia quamuis eam potestatem ex Pontificis commissione habeat, est tamē ordinaria, vtpote quæ non personę sed officio est perpetuo annexa. Nam iurisdictio ex principis priuilegio competēs, non personæ, sed perpetuo dignita-

si vel officio,non est delegata,sed ordinaria. Vt probaui lib.2.de matr.disp 40.n.14.

4 Quarto summus Pœnitentiarius Pontificis habet ordinariã dispensandi in votis facultatẽ. Quia cum sit ex cõmissione Papæ,est perpetuo annexa officio,ita docet *Suarez nu.praced.relatus* Atque potest dispensare in voto religionis commutando vnam in aliã Vt testantur *Palud.4.d.38.q.4.art.4.conclus.9.n.47.D. Anton.2.p. tit.11.c.2.§.9.vers.item pœnitentiarij* qui deque dicunt cõstare ex literis,quas apostatæ ab eo impetrant. Quare clare loquuntur de voto in solemni professione facto.

5 Quinto de Episcopis est difficultas an hac dispensandi potestate gaudeant in sua diœcesi. Quidã hanc potestatem negant, dicuntque id discrimen esse inter Pontificem,& Episcopos,vt ille liberare omnino possit voti obligatione per dispensationẽ,hi autẽ nequeant,sed tũ cõmutare in materiã Deo gratiorem. Ducuntur ex *c.1. de voto*, vbi agendo de potestate Episcoporum est solus sermo de commutatione in melium. Secundo, quia *c. accedẽtibus,de excessibus prælatorum,& c.1.d.25.& quãuis d.68.* referuntur,quæ possunt Episcopi,& tacetur de dispensatione. Tandem,quia pastorale Episcoporũ officium,munusque prospiciendi saluti suarũ ouium, solã commutãdi vota facultatem petit. Ergo iure optimo potestas dispẽsandi soli Papæ reseruatur. Ita docet *Abbas c.propositi,n.1 2.de concess.prabend. Rosel.in summa, verb.votum 5.n.5.& verb.Papa n.1. Greg Lop.l.5.verbo Otras romerias,tit.5.p.1.* Atque idẽ dicerent de Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, cum eadem iurisdictione Episcopali gaudeant in suis diœcesibus.

6 Ceterum hæc sententia tanquã omnino falsa ab omnibus reijcitur,& ita dicendum est posse hos omnes iure ordinario,suę dignitatis, dispẽsare in suis diœcesibus: cum in illis habeãt verã iurisdictionẽ Ecclesiasticã , & spirituale in vtroque foro. Præterea, quia hæc potestas necessaria fuit in Epis , ad suaue suarum Ecclesiarũ regimen,sæpe enim fragilitati vouentium non bene sola cõmutatione prospicitur,& sæpe expedit non eo rigore vti. Tandem,quia contraria nil obstãt. Non primum, quia Põtifex de sola commutatione interrogatus fuit, & ideo de ea respondit Et nihilominus in fine ita concludit: *Et secundum hoc habet excusde dispẽnjare*, Vbi significat integrũ esse Episcopo dispensare,aut commutare, prout res postulauerit. Nec sm quia in illo duplici decreti canone est sermo de solis ordinis actibus. Et in *c. accedentibus*,non numerantur omnes actus iurisdictionis Episcopalis . sed quidam vsurpati ab Abbatibus inferioribus; & additur *et similia* in quo verbo põt claudi dispẽsatio. Ad tertium constat ex dictis. Et ideo *ipsimet Abb.c 1.n.7.* de voto recantauit palinodiam.

7 Poteruntque hi facultate hac vti, quamuis nondum consecrati sint, dummodo sint à Pontifice conformati, secus si solum electi sint. Quia à tempore confirmationis sunt veri prælati,gaudentque omnibus ad solam iurisdictionem spectantibus. Vt probaui lib.8. de matr. disp.2.n.11.& lib.2.huius tractatus c 11.n.3.Et in propriis voti terminis docet *Leonardus l.2.de iust.c.40.dub. 13.n.100.vers.a.*

8 Maior autem difficultas est, an Archiepiscopus ante receptum pallium possit hac dispensandi potestate vti. Ansam dubitandi præbet textus *c. Nisi specialis, de author.& casu pallij* ibi. *Non tamen deberet se Archiepiscopum appellare , priusquam à nobis pallium susceptisset in quo Pontificalis officij plenitudo cũ Archiepiscopalis nominis appella tione cõfertur*. Ex quo textu videtur non esse integrum Archiepiscopo iurisdictione aliqua vti ante pallij susceptionẽ; cum nullam iurisdictionem habeat in diœcesi,nisi quatenus est Archiepiscopus. Si ergo nomine Archiepiscopi interdictum est tunc temporis vti,ne dum interdictus censebitur vsus iurisdictionis. Et cõfirmatur, quia textus ille ait Põtificalis officij plenitudinẽ cum Archiepiscopalis nominis appellatione conferri. Cum ergo ante pallium non conferatur nomen , nec conferetur Pontificalis exercitij vsus.

9 At dicendum est posse ante pallij susceptionem. Quia tantum interdicuntur ante palliũ receptum cogere cõciliũ,& exercere, quæ sunt ordinis Episcopalis. Vt constat ex *c.quod sicut, §.super eo,de elect. & ideo c.suffraganei de electione*,dicitur integrũ esse Archiepiscopo nondum recepto pallio,committere alicui Episcopo consecrationem sui suffraganei, quasi ea commissa sit actus iurisdictionis; vbi *Glossa post casus positionem, notabili 2.* ait per confirmationem cõcedi Archiepiscopo ea , quæ sunt iurisdictionis. Atque *Hostiens.eod.c.suffraganei,n.3. & 9.& ibi Ioannes Andreas n.8. Anton.n.5. Abbas nu.1. Bald.nu.1.in fine, Card.nu.vnica, oppositione 1.in fine primæ solutionis. Anchar. statim in principio notab. vnico*, dicunt posse Archiepiscopum nondum recepto pallio exercere ea,quæ sunt iurisdictionis.

10 Rursus de Archiepiscopo difficultas est , an possit dispensare cum subditis Episcoporũ suffraganeorũ. Quia in re lubrica sunt *Palud.4.d.38.q.4.art.2.conclus.8.n.46. & D. Anton.2.p.tit.11.c.2.§.9. vers.item non potest*, nam prius dicunt non posse,& statim in aliam partem inclinant,vt possit,& teneat factum, quãuis dispensare non debeat. Et tenent expresse *Manuel 2 tom.summa c.100. n.3.et aliq,quot tacito nomine refert Emmanuel Sà in summa,verb.votum vbi de voti irritatione,n.12.*& ipsos videtur sequi,cum hanc opinionẽ ponat in vltimo loco. Et loquuntur absolute,quare videntur et loqui extra tempus visitationis diœcesum suffraganeorũ. Et potest probari,quia Archiepiscopus potest indulgẽnas concedere in toto suo Archiepiscopatu, *cap. nostro , de pœnit. & remiss.* Ergo & dispensare. Cum vtrũque sit actus iurisdictionis spiritualis, & spiritualem subiectionẽ exigat.

11 At dicendum est nullatenus posse. Quia Archiepiscopus non habet ordinariam curam, nisi in sua diœcesi; ac solũ est iudex in causis diœcesis suffraganeæ per appellationẽ ad eum deductis *c.1 de officio legati, c.duo de officio ordinar.* Quod idem in simili probaui l.2. huius tractatus c.1 1 n.26.idem constat ex *c.pastoralis, de officio ordinar.ibi: Cum in eum exceptis quibusdam articulis nullam habeat potestatem*. Vbi sermo est de Archiepiscopo in subditum suffraganei. Idem et probat *c. nostro* quem textum adduximus pro contraria sententia. Nam si tãquam quid speciale conceditur ibi Archiepiscopo posse concedere indulgentias in diœcesi suffraganea, signũ est in alijs non specialiter cõcessis nil eum posse. Atque ideo hanc partem tenent *Syluest. verb. votũ 4.q.3.dicto 4.Sotus l.7.de iustit.q.4.art.3.col.4.versic. Præter Angles Florib.2.p.q. vnica de voto art.8. dificul.4.concl.7. Aragon 2.2.q.88.art.12.f.1042.pag.2.concl.3. Ant. Gomez in bulla cruciata,clausula 10.n.58.Sayro in claui regia,lib.6. c.11.n.79. Suarez to.2.de relig.tract.de voto,l.6.c.10.n.8. Henriq.l.14.de irreg.c.18.n.3. Auila de censuris p.7.disp. 10.dub.6 post 1.conclus.notab.2.& 2.p.c.7.disp.1.dub.10.*

12 Quod si tamen Episcopus dispensationẽ in voto petitam deneget, quando dispẽsare tenetur, vel adest iusta dispensandi causa , potest Archiepiscopus per appellationẽ aditus,vel officio eius implorato dispẽsare. Quia in hoc casu esse legitimum iudicem probaui nu. præc. Dixi autem disiunctiue per appellationem aditus , aut eius officio implorato. Quia quando inferior tenetur dispensare,& non dispensant,põt superior per appellationem adiri,quando autem non tenetur dispensare;at adest iusta dispensandi causa,nõ potest eo modo adiri, sed officio eius misericorditer implorato , vt ex misericordia dispenset , vel faciat vt dispenset inferior. Sicut vtrumque probaui lib.3. de matr.disp.10.à n.20. vsque ad 24.vbi etiam nu.4.& sequentibus explicui, quando prælatus teneatur dispensare. Atque id posse Archiepiscopum per appellationem aditum, docent *Henriquez nu.pracedenti relatus Auila de censuris p.7.disp.10. dubio 6.notabili 2.circa 1.conclusionem.*

Alij

13 Alij etiam limitant, vt non possit Archiepiscopus dispensare cum subditis episcopi suffraganei, vt intelligatur extra tẽpus, quo diæcesim suffraganeá visitat, quãdo n. illam visitat, poterit vtiq; Quia est legitimus illius diæcesis superior. Ita tradunt *Henriq. Auila in vtroque loco, Ant. Gomez. ibi eos retuli nu. 11.*

14 Sed hoc caret legitimo fundamento, & ideo dico, id nõ posse. Quia (vt probaui nu. 11.) Archieps nil præter sibi spãliter concessa põt in ea diœcesi. At nullibi conceditur ipsi dispensatio, sed absolutio a peccatis. Vt cõstat ex *c. fi. de censib. in 6. ibi: Potest ẽt idem Archiepiscopus dũ visitat, subditorum suffraganeorum confessiones audire, ac absoluere confitentes, & ibi pœnitentias iniũgere.* Nec ptãs dispensandi est coniuncta cum ptãte absoluendi. Vt cõstat in parochis, qui solã posteriorẽ habent. Idem quia dũ visitat, nequit concedere illis subditis suffraganei literas dimissorias ad ordines. Vt bene tradit *Frãcus eo, c. fi. nu. vlt.* nec põt dispensare in denunciationib. matrimonio preuijs, cum vterq. ẽt actus sit iurisdõnis ordinariæ. Ergo, nec põt in votis. Et ideo ita sustinent *Suarez. to. 5. in 3. p. disp. 41. sect. 2. nu. 12. & to. 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 10. nu. 9. Sayro in claui reg. lib. 6. c. 11. nu.* 80. Et eum non posse tunc cum illegitimis dispensare, tenent, & si sub obscure loquantur *Ioan. Andreas c. ad extirpandas, nu. 3. de fi. iis presbit. & ibi Abbas nu. 7.*

15 An vero possit ipsosmet suffraganeos episcopos liberate votis dispensando cum eis, *Suarez lib. 6. cap. 11. nu.* 3. dicit ex iure non constare hanc potestatem, nec episcopos hos subdi Archiepiscopo in spirituali suæ personæ regimine, sed in solis aliquib. actibus ad externam Ecclesiæ gubernationem pertinentibus. Vt constat ex *c. pastoralis, de offic. ordinarij* Et ideo concludit consulẽdum esse consuetudinem.

16 Sed multi Doctores affirmãt esse hos immediate Archiepiscopo subiectos, & ideo posse Archiepm eos absoluere, & cũ ipsis dispẽsare, sicut hæc põt cum suis subditis. Ita tenent *Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. concl. 8. nu. 46. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. § 9. vers. itẽ non potest Angles Floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 8. diffic. 9. concl. 9. Sayro eo ca. 11. nu. 79. Henriq. li. 14. de irregul. c. 18. nu. 3. Auila de censuris 2. par. c. 7. disp. 1 dub. 10. conclus. 3. & par. 7. disput. 10. dubio 6. notabili 2. circa primam conclusionem,* qui etiam ait viros doctissimos ita tenere, & vtroq; loco limitat, vt id tantũ sit tpe quo visitat. At reliqui authores loquuntur indistincte, & ratio ab eis tradita id probat indistincte. Et *Syluester in summa verbo Archiepiscopus, statim in princ. citato Hostiẽsi,* ait Archiepm habere pinguius ius in epos suffraganeos, quam in eorum subditos, ac posse de eorũ crimine cognoscere, ipsosq; punire, per *c. sacro, de sent. exc.* Fateor rẽ esse satis dubiam, at cũ tot authores id affirment nec sit in cõtrariũ manifesta ratio, nec authoritas conuincens, poterit hæc pars tanquam probabilis tuto amplecti, etiam extra tempus visitationis.

17 Sexto potest capitulum sede vacante dispensare in omnibus votis in quib. potest episcopus. Quia (vt probaui libro secundo, huius tractatus cap. 11. num. quarto,) succedit in episcopi iurisdictionem. Atq. ita docẽt *Aragon 2. 2. q. 88. art. 12. folio 1042. col. 2. cõclusione 5. Antonius Gomez. in bulla cruciata, clausula 10. n. 62. Sayro in claui regia, lib. 6. cap. 11. nu. 84. Manuel 2. tomo summæ c. 200. nu. 3. Henriq. lib. 14. de irregularitate, cap. 18. nu. 2. in fi. & lib. 6. de pœnitentia c. 6 nu. 1.*

18 Septimo generales eporum vicarij nequeunt in votis dispensare, nisi spãliter sit ipsis commissum. Quia ex generali vicariatus officio non habent dispensandi ptãtẽ. Vt probaui lib. 2. de matr. disp. 40. n. 12. Quare incaute *Alcozer summa c. 16. pag. pen. vers. la tercera doctrina,* dixit petendam ab episcopo, aut ab eius vicario facultatẽ dispensandi in voto, quãdo confessario necessitas dispẽsandi occurerit. Quippe cum vicarius ea careat, nõ poterit delegare, quod si eam haberet, cũ sit delegata, nequibit eam subdelegare, nisi huius quoque ptãs sibi demãdata sit. At si esset delegatio absoluta ad omnia vota, cum sit delegatus ad vniuersitatem causarum, iuxta ea, quę dixi libro 3. de matrim. disput. 31. nu. 4. tunc poterit delegare facultatem dispensandi in vno, vel altero voto. Iuxta dicta eadem disput. 31. num. 2. & 3.

19 Octauo Abbates, & quocunque alio nomine vocentur prælati habentes diœcesim sibi subditam cũ iurisdictione quasi Episcopali, possunt eodẽ prorsus modo cũ suis subditis in votis dispẽsare, quo possunt Episcopi cũ suis. Quia (vt probaui lib. 2. huius tractatus, in c. 11. nu. 5. prælati hi potiũtur eadẽ iurisdictione, qua Epi. Atq; ita docent *Abb. c. 1. nu. 7. de voto,* idque bene colligit ex eo textu, ibi: *Ab eo qui præsidet. Angel. in sum. verb. Votũ 4. nu. 6. Rosel. verb. Votum 5. nu 2. Syl. verb. Votũ 4. q. 3. dicto 4. Armil. verb. Dispensare nu. 18. Greg. Lop. l. 5. verbo, El perlado tit. 8 p. 1. Nau. sum. Lat. & Hisp. c. 12. n. 75. Palacios 4. dist. 38. disp. 3. col. 37. vers. Sũt etiã alij. f. 880. Aragon. 2. 2. q. 88. a. 12. f. 1041. col. 2. concl. 4. Ant. Gõ. in bull. cruciata, clausula 10. n. 62. Azor to. 1. inst. moral. l. 11. ca. 19. q. 2. Val. 2. 2. disp. 6. q. 6. pũct. 7. col. 10. vers. Sed cũ cõstet. Philiarc. de offic. sacer. to. 1. p. 2. l. 3. c. 22. vers. Quando excuset. Sayro in claui reg. l. 6. c. 11. n. 83. Suar. to. 2. de relig. tractatu de voto, l. 6. c. 10. n. 13. Lud. Lop. 1. p. instruct. conscientiæ c. 49 col. 1. vers. De alijs votis. Enriq. l. 6. de pænit. c. 6. n. 1. & l. 14. de irreg. c. 18. n. 2. Sorb. in compendio Mendicantiũ. verbo Votũ, in suis obseruantib. Graffis 1 p. dec. l. 2. c. 31. n. 28 Manuel 2. to. sum. c. 100. nu. 3. Beia in suis responsis 2. p. casu 9. in ordine, qui est primus ex propositis in cõgregatione habita feria 3. die 29. Maij. habetur fol. 81. in notabili 3.*

20 Nono prælati alij Epo iferiores, vt sunt quidã Archidiaconi, & alij huiusmodi, q̃ iurisdictione Epali carẽt, nequeunt in votis dispẽsare nisi specialẽ commisionem habeant, aut legitima præscriptione hanc potestatẽ acquisierit. Quia nõ sũt ordinarij pastores, & ideo ea sola possunt quæ illis specialiter cõcessa reperiuntur. Atque ita docẽt *Innoc. c. statim in princ. de voto & ibi Host. n. 1 Ioan. And. n. 5. Ant. n. 6. Card. n. 4. q. 1 Anc. n. vlt. Hẽriq. n. 4. Ricard. 4. d. 38. a 9. q. 2. Paludã. ibi. q. 4. ar. 4. concl. 6. nu. 44. D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. § 9. vers. Hoc autẽ videtur. Abulensis. c. 30. Numeror. q. 108. Rosella in sum. verbo Votum 5. n. 2. Ang. verb. Votum 4. n. 6. Syl. verb. Votum 4. q. 3 dict. 7. Sotus l. 7. de iust. q. 4. a. 3. col. 5. paulo ante vers. Et hic fit consequens. Nau. sum. Lat. & Hisp c. 12. n. 75. Azor to. 1. instit. moral. l. 11. c. 19. q. 2. Sayro in claui regia, l. 6. c. 11. n. 82. & 86. Philiar. in prec. relatus. Suar. eod. c. 10. num. 12. Leonard. l. 2. de iust. c. 40. dub. 13. n. 109.* Atq; idem est dicendum de Pœnitentiarijs cuiuscumq; prælati. Vt bene tradunt *Paludanus eod a. 4. concl. 9. n. 47. D. Antonin. eod. § 9. vers. Item. Penitentiarij. Sayro eodem c. 11. num. 85.*

21 Duo aũt circa hãc consuetudinẽ legitime præscriptã sunt obseruãda. Prius est, ea consuetudo nõ est extendẽda vltra casum in ea præscriptũ Quare qui cõsuetudine præscripsere posse dispensare in denunciationib. matrimonio preuijs, non ob id poterunt in votis, etsi consuetudo est dispensandi in votis peregrinationũ, nequibũt in alijs votis. Quippe ea cõsuetudo tanquam iuri aduersa, est stricte accipiẽda, & ideo nõ sunt excedẽdi limites eius quod concessit. Atq; ita tradit *Palud. eo. a. 4. cõc. 4. nu. 44. Sayro eod. c. 11. n. 86. Suar. eod. c. 10. nu. 12. in fine.*

22 Posterius ẽ, quotũ tps exigat hæc præscriptio. *Palud. nu. prec. relatus.* ait exigi centenariũ si prescribatur potestas dispensandi in votis, aut aliis casibus Pontifici reseruatis. Quia id exigitur ad præscribẽdum cõtra Ecclesiam Romanam, *c. Ad audientiam, c. Cum nobis, c. Si diligenti de præscrip.* At hoc non credo. Quippe (vt recte ait *Molina to. 1. de iust. disp. 77. col. 1. ver. Cõsuetudo qua iuri*) tunc est opus centenaria præscriptione quãdo ea derogatur rebus Ecclesiæ. Romanæ aut coronæ regię, nõ autem, quando solis legibus latis à Pontifice; tunc enim quadragenaria sufficit. Vt cũ *Abb. c. fin. nu. 11. de consuetud.* & communi sententia tradit *idem Molina eadem colum. 1. vers. Aduersus legẽ.* At in hoc euentu solum præscribitur

scribitur contra legem Pontificiam, aut consuetudinē, quibus hi casus reseruantur.

24 Decimo, magister scholarum Salmātinus potest dispensare cum scholasticis matriculæ ascriptis in votis, quamdiu fruuntur eius academiæ priuilegijs ex priuilegio Pontificio. Vt testantur *Aragon 2.2.q.88.art.12.fol. 1042.col. 2.conclus.6. Manuel 2.tomo, summa c.100 nu.3.* Et dicunt ita haberi in constitutione 33. Salmātina. Et posse dispensare in quibusdam irregularitatib. haberi in illa consuetudine 33. testantur *Perez lib. 5. ordinamē. tit. 1. lib. 1. fol. 27. ad finem, & Henriquez lib. 14. de irregular. c. 18. nu. 2.* Eā non vidi, & ita nescio quid contineat. Erit tamen hæc ordinaria potestas tanquam perpetuo annexa dignitati illi iuxta dicta nu. 3.

24 Vltimo quidam sacerdoti simplici concedunt potestatem dispensandi in votis. Ita *Supplementum Gabrielis 4.d.38.q.1.art.vlt.col.vlt.in 2.conclusione.* Atq. *Manuel qō. regularibus, tomo 2.q. 49. art.9.* docet idem de parochis, quando episcopus commode adiri nequit. Huius tūc fundamentum attulimus li.8. de matrimon. disput. 9. num. 27.

25 At vtrumque ibi improbaui, & nūc improbo. Quod potestas hæc solis prælatis habentib. iurisdictionem in foro externo cōpetat. Vt diximus c. 37. nu. 22. At parochi nec sunt prælati, nec eam iurisdōnem habent. Itē, quia etsi ex consuetudine possint dispensare in festis, & in ieiunijs, vbi non est aditus ad episcopum: at hæc consuetudo non est extendenda ad vota. Vt diximus num. 21. Atq; ita docent *Abulensis c. 30. numer cor. q. 108. Sot. l. 7. de iustit. q. 4. ar. 3. col. 5. paulo ante versic. ex his fit consequēs, Syluest. verbo Votum 4. q. 4. dicto 10. Leonardus li. 2. de iustit. c. 40. dub. 13. nu. 109. Sayro claui reg. lib. 6. cap. 11. nu. 85. Ant. Gomez in bula cruciata, clausula 10. num. 62. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. cap. 10. nu. 10. 11.* Quod etiā est verum quamuis eo voto ligatus sit in mortis articulo. Quia sola absolutio a peccatis omnibus, & excommunicationibus, quantumuis reseruatis, deficienti superiore, tunc conceditur, vt pote quæ necessaria est ad spiritualem morientis salutem. Atque ita docent *Syluest. Leonardus ibidem, & Sayro nu. 86.* Atque idem loquens de simplicibus sacerdotibus, tradit *Nauar summa Latina, & Hispana c. 12. nu. 79.*

CAPVT XXXIX.

Quibus prælatis insit potestas ordinaria ad dispensandum in religiosorum votis.

SVMMARIVM.

1 NOn est in præsēti tractandū est de spālibus votis in quibus potest prælatus regularis dispensare cum suis religiosis; de hoc n. est inferius spāle caput instituendum, sed tantum, qui prælati habeant ptā tem dispēsādi in eorū votis. Et ideo duplex est tractanda qō. Prior, de prælatis regularib. Posterior, de prælatis sæcularib.

2 Quæstio prior. An prælati regulares possint in votis suorum religiosorum dispensare? Quidam negant, Ducuntur autē, quia ea potestas esset superflua? aut enim vota ante professionem emissa sunt, & extinguūtur professione, aut post, & tunc irritatione poterit prælatus ea extinguere. Ita *Paludan. 4. d. 38. q. 4. art. 4. concl. 7. nu. 45. D. Anto. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. vers. Item Abbas.*

3 Verum contrarium est tenendū. Quia hi prælati habent iurisdōnem ordinariā quasi episcopalem in vtroque foro, ratione sui muneris erga religiosos sibi subditos. Vt probaui lib. 8. de matr. disp. 3. n. 9. ex vi. n. sui muneris instituuntur, vt plenā spūalem subditorum curā habeant, cū sufficiēti iurisdictione ad hoc munus, quæ petit, vt prælati hi potiātur iurisdictione episcopali erga illos, & sint illos loco episcoporum, cū ab episcopis priuilegio Pontificio eximantur. Præterea, quia potestas irritandi his prælatis competens, non excludit potestatē dispensandi, sed vtraque simul stat, cum illa sit potestatis dominatiuæ, hæc aūt spiritualis, ac vtraque potestas in his prælatis reperiatur. Nec est superflua, quia aliqñdo iudicabit superior esse expedientius dispensare, sūtque aliqua vota, quæ irritare nequit & potest in illis dispensare. Vt dicemus in capite speciali de votis, in quib. prælati cum illis dispensare possunt. Et ideo hāc partē tuentur *Ricardus 4. dist. 38. artic. 9. quæst. 1. in corpore, & quæst. 2. & ibi Supplementum Gabrielis q. 1. ar. vlt. colum. vltima, conclusione 2. Syluester verbo votū q. 4. dict. 4. Angelus verbo votum 4. nu. 6. Sotus lib. 7. de iustit. q. 4. art. 3. colum. 5. versi. Abbates item Nauar. summa Hispana, & Latina c. 12. num. 75. Palacios 4. d. 38. disput. 3. colum. 36. & 37. fol. 880. Margarita confessorū vbi de irritatione voti, in fine, folio 137. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 7. fol. 1018. colu. 1. notabili 2. & art. 12. fol. 1042. col. 2. cōclusione 6. Valētia 2. 2. disput. 6. q. 6. puncto 7. colum. 10. versi. sed cum constet, Leonardus lib. 2. de iustis. c. 4. dubio 13. nu. 107. Graffius 1. par. decisionum, lib. 2. c. 31. nu. 18. Philiarcus de officio sacerdotis, tomo primo p. 2. lib. 3. c. 22. versicul. Quando excuset, Manuel quæstio regularibus, tomo primo, q. 25. art. 7. Ludouicus Lopez prima par. instructorij conscientiæ, c. 39. colum. 1. versic. De alijs votis Sayro in claui regia, lib. 6. cap. 11. num. 88 & 89. Toledo lib. 4. summa, cap. 18. numero penultimo, Ioannes Benedictus in sum. de peccatis, lib. 1. c. 9. in fine Suarez tomo 2. de religione, tract. de voto. lib. 6. c. 10. nu. 14 15. & 16.* Atque idem tenentur dicere alij Doctores, quos c. 42. num. 2. referemus, dicentes posse prælatū religionis dispensare cum suis religiosis in voto transitus ad strictiorem religionem.

Hæc

4 Hæc autem potestas est ordinaria, vtpote quę competit ex vi muneris, et est ei perpetuo annexa. In quo euentu diximus esse potestatem ordinariam, c. præcedēti, nu. 3. Atque ita docent *Suarez eodem cap. 11. nu. 105.* Qui bene inde infert posse hanc potestatem delegari ab his prælatis.

5 Atque ea competit non solis generalibus, & prouincialibus, sed etiā prælatis conuētualibus. Quia hos quoque esse veros prelatos gaudentes iurisdictione episcopali probauimus lib. 8. de matrimonio, disp. 3. nu. 9. & eis plena sui cōuentus cura demandata est. Et ita docēt *Sotus, & Groffius relati nu. 3. Sayro eodem c. 11. n. 89. Suarez eod. c. 10. nu. 14. Aragon 2. 2. q. 88. art. 12. fol. 1042. col. 2. concl. 6.* Competit tamē illis cum quadam subordinatione, ita vt superiores prælati possint prælatis inferioribus reseruare aliquorum votorum dispensationē. Sicut c. 33 nu. 17. diximus idem de irritandi potestate, in qua maior esse poterat difficultas. Sicut etiam quamuis prelati regulares conuentuales potiantur iurisdictione ordinaria absoluendi suos subditos, possunt prælati superiores aliqua peccata illis reseruare, & quamuis hæc potestas reseruandi peccata sit restricta per quemdam motum proprium Clem. VIII. ad aliquos casus, nulla tamen ibi restrictio fit respectu votorum.

6 Et ob eandem rōnem ea competit secundarijs prælatis, & alijs quibuscunque, qui plene vicibus prælatorū funguntur, habentes plenam conuentus curam. Vt bene docent *Sayro eod. c. 11. n. 89. Azor to. 1. instit. moral. li. 11. c. 18. q. 4. & lib. 7. c. 29. quæstio. 6.* Qui in hoc posteriori loco bene ait secus esse de his secundarijs prælatis, quando non ijs vicibus funguntur, sed sub cura prælatorum conuentualium sunt. Atque vtrumque tractantes de potestate irritandi probauimus c. 33. nu. 16.

7 Non tamen competit hæc potestas Abbatissæ respectu monialiū. Quia est incapax saltem, nisi ex specialis Pontificis commissione, quæ hactenus cōcessa nō est, iurisdictionis spiritualis, ad quam hæc dispēsandi potestas pertinet. Atque ita docent *Manuel q. regularib. to. 1. q. 25. ar. 7. Leonardus l. 2. de iusti. c. 40. dub. 13. nu. 107. Sayro eod. c. 11. nu. 94. Suarez eod. c. 10. nu. 15.*

8 At prælati omnes Societatis Iesu gaudent hac dispēsandi in votis potestate, non tantum in professos, sed etiam in eos qui solis biennij votis ligati sunt. Quia per ea, quāuis simplicia sint, efficiuntur vere religiosi suoque plene subditi curæ, & potestati suorum prælatorū, non minus quam professi, & habēt prælati iurisdictionem in vtroque foro erga illos. Vt habetur in extrauaganti, Ascendente, Greg. XIII.

9 Limitatur tamē primo hæc potestas vt intelligatur, quando religiosi illi ab episcopi iurisdictione exempti sunt, vt sunt hodie communiter omnes. Nā si quippiā non exempti essent, nequiret prælatus religionis cū illis in votis dispēsare, sed id munus episcopi esset. Quia nō est proprie prælatus, sed proximus eorum prælatus est episcopus. Sic *Nauar. & Lud. Lopez, vbi eos allegaui, n. 3. Suarez eod. c. 10. nu. 14. & 15. Leonard. eod. dub. 13. n. 107. vers. in votis nouitiorum. Sayro eodem c. 11. nu. 88.*

10 Quod si petas, quis possit cum ipsis prælatis regularibus dispensare, constat posse superiorem cum ipso inferiori, vt prouincialem cum prælato cōuentuali, & generalem cum prouinciali, potestque tota religio cū generali. Quia cum superior illo, poterit habere personā designatam ad hoc munus, vel cōmittere confessario electo a generali. Quæ bene docet *Suarez eodem libro 6. c. 11. numero 5.*

11 Negat autem *ibi Suarez* posse hos committere suo cōfessario, vt cum illis dispenset, aut posse secū ipsos dispensare. Et hoc posterius tenent etiam alij, quos retuli l. 8. de matrim. disp. 3. n. 5. vbi latissime hāc quęstionem disputaui. Ducitur autem *Suarez* eisdem rationibus, quibus vtrumque denegat prælatis secularibus. Vt ex ipso retuli, c. 37. nu. 41. & 43.

12 At contrariū in vtroque probaui eadem disp. 3. n. 3. & 9 cum alijs multis quos ibi retuli, nempe, posse hos prælatos cōmittere suo confessario, vt cum illis dispenset, & posse etiā eos secum dispēsare in votis, & in alijs casibus, in quibus possunt cū suis subditis. Sicut de prælatis secularibus diximus c. 37. nu. 42. & 45. & idē de cōmutatione propriorum votorum; vt eodem c. 37. n. 46. diximus de alijs prælatis secularibus.

13 Secundo limitatur potestas prælatorum ad dispēsandum cum suis religiosis, nisi illi religiosi sint facti Episcopi, aut aliter exēpti à prælati regularis iurisdictione, vel in perpetuum iuste eiecti. Quia hi omnes sunt extra eorum obedientiam, & potestatē; secus si sint eiecti ad tempus, vt donec corrigātur, vel vt delicti pœnas luant vt sunt damnati ad tēpus triremibus vel si sint ex prælati licentia extra conuentum. Quia hi omnes manent subditi.

14 Cum ijs tamen in perpetuum eiectis poterit Episcopus dispēsare. Quia etsi non subdantur ei iuxta veriorē sententiam tanquā prælato regulari; at subduntur sicut alij diœcesis subditi; quod etsi non ad irritationem, sufficit tamen ad dispēsationem. De religiosis autem exemptis à prælatorum regularium iurisdictione, consulendum est exemptionis priuilegiū, atque ille solus poterit cum eis dispensare cui manēt subiecti. De religiosis autem factis Episcopis, dicēdum est eos posse committere suo confessario, vt ipsos absoluat, vel cum eis dispenset, vel secum met dispēsare in omnibus casibus, in quibus possunt cū subditis. Sicut de Episcopis secularibus diximus, c. 37. à nu. 39. vsq; in finem. Et retenta opinione, quam cap. præcedenti explicuimus numero 16. dicēdum posse Archiepiscopum dispensare cum Episcopo suffraganeo, poterit quoque cum religioso Episcopo. Quia eodem modo quo alij Episcopi subijciuntur.

15 Tertio limitatur, vt nequeat prælatus religionis dispēsare cū religioso, qui legitime transijt ad aliam religionem, etiam dum in illa est nouitius. Quia eo tēpore est potestas eius in illum suspensa.

16 Demum superest difficultas. An prælati religionum possint in nouitiorū votis dispensare. Qua in re duplex est sententia. Prior tenet nō posse sed hoc pertinere ad proprium Episcopum. Ducitur primo, quia prælati nō habent in eos simpliciter iurisdictionē Episcopalē, sed tantū regimen pro tali tēpore, & pro tali in fin. 2. Quia si ordinibus initiādi essent, nequiret prælatus literas dimissorias eis concedere; cum, tamen ea cōcessio sit quoque actus iurisdictionis spiritualis. Tertio, qa ob id nō fruuntur religionis priuilegijs, quia non perfecte sunt subditi. Vt tradūt *Mādosius de priuilegiis ad instar, glos. 7. n. 34. & duplici sequenti. Manuel quæst. regul. to. 3. q. 15. ar. vlt.* Idque probatur ex *c. Religioso, de sent. excom. in 6.* vbi iure speciali indultum est nouitijs, in reuerentiam habitus quem gestāt, vt ipsorum percussores sunt excōmunicati. Ergo ex eo colligitur ius commune in contrarium. Argumento ex *l. Ius singulare & l. Quod vero, ff. de legib.* Atque ideo non posse prælatum cum his dispēsare tradūt *Angles Florib. 2. p. q. vnic. de voto, art. 8. post 10. diffic. dubio 3. Azor to. 1. inst. moral. l. 11. c. 19. q. 21. Suar.* explicans, siue vota tēpore nouitiatus siue in seculo facta sint *to. 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 11. nu. 9. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 11. num. 9a.* Et quamuis dubius in hanc inclinat *Ludouicus Lopez 1. p. instruct. conscientiæ, c. 47. colum. 2. versic. Sed vtrum vota.* Atque idē dicerent hi Doctores de potestate cōmutādi vota nouitiorum. Quia is solus potest ordinaria potestate cōmutare vota, qui potest in illis dispensare. Vt dicemus tractantes de potestate commutandi vota.

17 Posterior sententia (cui tanquam probabiliori accedo, quamuis prior sit satis probabilis) ait prælatum religionis posse in nouitiorū votis dispēsare. Ducor. quia quāuis prælatus careat potestate dominatiua in nouitios, habet tamen iurisdictionem spiritualem Ecclesiasticam

sticam in illos. Vt bene tradit *Nau. sum. Lat. c. 12. nu. 65.* & ideo est exemptus nouitius, dū in religione perseuerat, a iurisdictione Episcopi, nec potest de delicto nouitij, aut alijs eius causis cognoscere, nisi nouitius se illi subdat, sed totum hoc pertinet ad prælatum religionis. Vt ex mulsis Doctoribus probabimus li 6. huius tractatus, agentes de voto obediētiæ. Præterea, quia verius ē, nouitios gaudere priuilegijs religionis Vt bene tradūt *Molina to. 1. de iustit. disput. 139. colu. 3. versi. Præter hos. Enriquez. statim referendus. Azor to. 1. institut. moraliū, lib. 7. c. 30. insi. & lib. 12. c. 2. q. 10.* Quod etiam nō obscure docuit *Dominicus c. Religioso, §. Quāuis, nu. 3. de sent. excomm. in 6. ibi. Nota quod ingrediens professionē alicuius generis personarum, gaudet priuilegijs concessis personis illius professionis, licet non firmato proposito sit effectus illius.* Et ex his manent solutę rationes contrariæ, præter secūdam, de cuius veritate dicemus nu. 21. Et ideo hanc sententiam sustinent *Enriquez lib. 7. de indulgētijs c. 22. nu. 7. Manuel q. regularibus, to. 1. q. 25. a. 8. & in summa, to. 2. ca. 89. num. vlt.* Et hanc videtur tenere *Leonard. lib. 2. de iustit. cap. 40. dubio 13. nu. 107.* vbi etsi dicat prælatos nō posse, id limitat, nisi habeant in omnes domesticos authoritatem quasi Episcopalem, vt fere omnes prælati exempti habere solent. Pro eadem, sententia sunt *Angelus in summa, verbo Dispensatio nu. 8. & ibi Syluest. q. 14. dicto. 1.* vbi dicūt interdictū esse iure nouitio ad ordines promoueri: at posse prælatū cū eo dispensare. Et consequēter idem dicendum est de votorum cōmutatione.

18 Potest etiam Episcopus dispensare tūc in votis nouitiorum, aut ea commutare. Vt bene tradit *Enriquez nu. præcedenti relatus.* Idque tenent Doctores omnes prioris sententiæ relati nu. 16. Quod nondum plenam exemptionem, et subiectionē regulari prælato adepti sint, ac proinde possunt se Episcopo subijcere, vt cum ipsis dispenset, aut eorum vota commutet.

19 Sed non modica difficultas est, quando nouitius est in alia diœcesi in nouitiatu, an Episcopus illius, an vero prior propriæ habitationis censeatur proprius Episcopus, vt cum illo dispenset, vel illum ad ordines promoueat, si promouendus sit. *Suarez to. 2. de religione. tract. de voto lib. 6. c. 11. n. 9.* dicit nouitiū non censeri tūc mutasse prius domicilium, & ita Episcopum illius censeri proprium. Et *Enriquez l. 10. de sacram. ordinis, ca. 23. n. 3. in cōmento, lit. GG & lib. 24. de irregul. c. 9. n. 2. & in cōmento, lit. F.* ait nouitium tēpore probationis initiandū ordinibus à proprio Episcopo, nō autem declarat quis Episcopus sit proprius; & tantum videtur velle, vt prælatus religionis non ei possit literas dimissorias ad ordines conferre. Vt constat ex *eo ca. 9. nu. 2. in commento, lit. F.* quod & nos dicemus nu. 21. At huic sententiæ fauēt Doctores asserentes per nouitiatum non censeri acquisitum domicilium in eo probationis loco, ac mutatum prius. Quod nouitius nō habeat animum perpetuæ habitationis, sed experiendæ regulæ, eaque experta statuēdi, an permansurus sit, nec ne. Sicut domicilium non compararet, à proprio domicilio migrans, nondum firmiter statuēs in loco quo migrat, permanere, sed solum experiri, an sit sibi expediens. Hi sunt *Lapus, & Paulus, quos referuntur, & sequuntur Frācus. c. 2. in princ. nu. 2. de sepult in 6. & ibi Domin. n. 4. Car. c. De his q. 5. de sepult. & ibi Hēric. n. 15. Pet. de Vbald. de canonica Epis. c. 9. n. 34. Lælius Zechus de republ. Eccles. in tit. de regular. c. 3. n. 9.*

20 At quamuis hoc sit satis probabile, probabilius tamē est censeri propriū episcopū, vt nouitium ordinibus initiet, & eum ipso dispenset, episcopū diœcesis in qua est in probatione. Ducor, quod nouitius ex parte sua animum perpetuo habitādi habeat, atq; prioris domicilij deserendi, & hoc animo affecti omnes ingrediantur, quāuis in nouitiatu sit ad experiendā religionis austeritatem, etsi ferre non potuerit, liberum sit ei egredi, eum que animū habeat. Quare non potest dici dubius circa perseuerantiam; dubius enim est, qui in neutram partem inclinans, est animo pendulus. Scut non diceretur dubius, sed re vera domicilium acquireret, migrans aliò ibi quātum est ex parte sua perpetuam moram contracturus, licet animum habeat illius loci deserendi, si cæli temperies incommoda sibi sit, aut quid aliud fæliciua sibi contingat. Et confirmatur, quia cum nouitij ea animi destinatione ingressi sint monasterium, vt ibi perpetuo maneant ea destinatio tāquam actus perfectus habenda est, quāuis forte in aliquo casu, aut impedimento occurrenti, mutari valeat, *l. cum quidam 8. & l. etsi non sint, §. infecta, versic. quid ergo ff. de auro, & argē o legato.* Secundo, quia dedicatio nouitij religioni est pura, & non conditionalis, quamuis commutabilis & resoluenda in euentum cōditionis, si religio non placuerit. Sicut legatarius a die mortis testatoris acquirit absolutum speciei sibi legatæ dominium: at commutabiliter, nisi repudiare voluerit, *l. cum pater §. surdo, ff. de legatis* a Quod de nouitij dedicatione tradunt optimè *Menochius c. beneficiū, n. 3. de regular. in 6. & ibi Prob. in addit. nu. 3. Ancb. consi. 69. nu. 14. Mantua c. in præsentia, nu. 81. de probat.* Et ea dedicationem esse puram cōstat. Quia hoc distat inter dispositionem à principio purā, sed resoluendam sub conditione, & inter pure conditionalē (vt bene tradit *Ancbabid.*) quod hæc dum pendet cōditio, nullum effectum operetur *l. cedere diem, ff. de verb. sign.* & ideo ex sponsalibus conditionalibus non oritur impedimentum publicę honestatis, *c. vnico, insi. de sponsal. b. in 6.* At illa interim operatur suum effectum donec resoluatur. Et clare patet in contractu venditionis cum pacto retrouendēdi: At dedicatio nouitij operatur suū effectum, donec resoluatur: cum interim ratione illius dedicationis sit persona Ecclesiastica gaudeatque priuilegio canonis, & fori atq; rediens ad sæculum, dicitur redire ad pristinū statum, *c. super eo de regular.* quasi illa dedicatio sit vera status pristini in nouum mutatio. Ergo per hanc nouitij dedicationem acquiretur domicilium. Atque ideo nouitium ordinibus initiandum ab episcopo loci, vbi est in probatione, tradunt *Francus c. cum nullus, in fi. de temp. ord. in 6. & ibi Anch. n. 4. Henricus c. de his num. 16 de sepulturis. Antonius Cucus libro 3. instit. maiorum, tit. 1. num. 94.* Atque idem censent docētes habitatione nouitij acquiri domicilium, ac censeri prius desertum. Hi sunt *Goffredus summa, titul. de sepulturis, num. 7. Hostiensis c. de his, ad finem versic. quod si quis de sepult. & ibi Io. Andreas, in fine, Auto. in finem, Ancharano numero 3, notabili 2. in fi. Idem Ioannes Andreas c. 2. in initio de sepulturis, in 6. & ibi Ancharan. numero 4. quæstione 3. & consi. 69. numero 12. Barbatius cap. in præsentia, numero 59. de probat.*

21 Quamuis autem prælatus religionis valeat cum nouitio dispensare, non tamen poterit ei literas dimissorias ad ordines concedere, sicut potest professis, sed eas dare erit proprij episcopi, vt illius habitationis, vel originis, vel iuxta aliam sententiam relatā numero decimonono, habitationis pristinæ. Et ita tenet *Suarez. ibi relatus,* & significat *Henriquez relatus eodem numero 19.* vt ibi ponderaui. Quia plus requiritur ad potestatem concedendi literas dimissorias ad ordines, quam ad dispensandum. Item, quia expedit bonæ nouitiorū educationi, ne vagari cogantur, vt prælatus religionis possit cum eis dispensare in votis. Quod secus se habet respectu literarum dimissoriarum ad ordines, cum expediat tūc eos non initiari, imò præceptum sit iuxta communem sententiam.

22 Quicquid tamen sit de his opinionibus, duo sunt certa. Prius est. Prælatus religionis potest vi potestate delegata dispensandi in votis nouitiorum, aut ea commutandi, qua gaudet per religionis priuilegia erga sæculariū vota. De qua inferius dicemus. Quod nouitij nō peioris conditionis sint, quam sæculares. Et ita fatetur *Azor tomo 1. instit. moral. lib. 11. c. 19. q. 21. Sayro in claui reg. lib. 6. cap. 11. nu. 92.*

Poste-

23 Posterius est. In Societate Iesu possunt superiores cõmunicare nouitijs omnia religionis priuilegia. Vt constat ex *compendio priuilegiorum eius verbo communicatio, §.5.* vbi patet noster generalis Claudius Aquauiua potestatem huius communicationis virtute illius priuilegij concedit omnibus superioribus.

SVMMARIVM.

Pontifex potest in votis regularium dispensare, n. 24.
Quid de legato Apostolico, seu Nuntio, n. 25.
Quid de Episcopo, n. 26.
An possint religiosi absque superioris licentia se Episcopo subijcere, vt ipsos absoluat, vt cum eis dispenset sicut potest cum subditis, quando religiosi sunt exempti, n. 27.
Quid cum licētia superioris potentis ab illo casu absoluere, aut in illo dispensare, n. 28.
Quid cũ licentia superioris non petentis ab illo casu absoluere, aut in illo dispensare? Refertur triplex sñia, n. 29. 30. & 31.
Explicatur sententia Authoris, n. 32.
Quid de absolutione ab haresi, & alijs censuris, & dispensationibus concessis Episcopo erga suos subditos, in Trid. sess. 24. de reformatione c. 6. n. 33.
An hac possit erga moniales sibi subditas, n. 34.
Quid si superior sit impeditus ratione excõmunicationis, aut sit absens, n. 35.
Quid si iniuste denegetur licentia ipsi religioso subijciendi se Episcopo quoad hac, aut sit dubium, an iniuste, n. 36.
An possit ipse pralatus religionis se ipsum quoad hac subijcere Episcopo, n. 37.
Quid si quamuis non sit licentia in superiore immediato absoluendi ab his casibus, aut in illis dispensandi, est tamen ea potestas in superiore mediato, n. 38.
An possit pralatus subijcere religiosum in pradictis casib. cuicumque Episcopo, aut solius habitationis, n. 39.
Soluuntur argumenta, n. 40.

2 QVæstio posterior. An prælati aliqui ex sæcularibus possint dispensare in votis regularium exemptorum? Constat Pontificem posse; non solum quatenus est supremus religionum prælatus, sed etiam quatenus est vniuersalis Ecclesiæ pastor. Quia vtroque modo subijciuntur omnes religiosi spirituali eius potestati.

25 Secundo constat, legatum Apostolicum, seu Nũtium si sit à latere, vel potestate legati à latere prǫditus, posse dispensare in religiosorum exemptorum votis, secus si nec sit à latere, nec ea potestate præditus. Quia (vt diximus c. 33. nu. 14.) solus legatus à latere, vel ea potestate prǫditus, est legitimus exemptorũ superior. Quare dum *Henriquez lib. 6. de sacram. pœnitentia, c. 16. nu. 8. in commento litera T.* dicit in tota sua prouincia legatum posse absoluere religiosos, aut cum eis dispensare, intelligendus est de legato à latere.

26 Tertio constat episcopum nõ posse. Quod ab eius iurisdõne exempti sint & immediate subiecti sedi Apost.

27 Specialis autem est difficultas, an hi religiosi exempti possint cedentes exemptionis priuilegio, ex licētia suorum superiorũ se epõ subijcere, vt ab illo absoluantur, vel cũ eis dispenset in casibus, in quibus episcopus hæc põt cum suis subditis? Dixi autẽ ex superioris licentia, quia absque illa id fieri non posse est manifestũ; & nemo sanæ mentis potest id in controuersiã vocare. Quia nequeunt eligere confessorẽ absque superioris licentia, & hac seclusa, nulla est prorsus iurisdictio episcopi in illos. Quare etsi Doctores aliqui citãdi in triplici sententia referenda, nu. 29. & duplici sequenti negantes hanc potestatem, non faciunt mentionem, quãdo adest hæc licentia: at in hoc casu manifeste loquuntur, & eorum rationes in hoc casu probãt. Quia alias esset inepta quęstio, & tot opinionum varietate controuersa.

28 Manifestum etiam est, posse illos ex superioris licentia potentis in eo casu dispẽsare, aut ab eo absoluere, subijci nõ soli episcopo, sed cuicumque etiam capaci potestatis absoluendi, & dispẽsandi. Quia tunc nulla opus est concessione exemptionis, cum ille tanq̃ delegatus à superiore, & eius vices gerens absoluat, aut dispenset. Et ita tãquam notum affirmat *Mol. to. 4. de iust. d. sp. 61. n. 3.*

29 Punctus autem difficultatis eo pertinet, quando superior non poterat absoluere, aut dispensare an possit ex eius licentia cedi priuilegio exemptionis, religiosusque exemptus subijci Episcopo, vt ipsum absoluat, aut cum eo dispenset in casibus, in quibus potest Episcopus cum suis subditis. Quadruplex est sententia. Prima negat id fieri posse. Ducitur primo, ex *Clement. penultima, de sentent. excommunic.* vbi Pontifex concedens Episcopo absolutionem fratrum Minorum ab excommunicatione contracta ob violationem præcepti ibi impositi, sic ait: *Authoritate Apostolica fung. volumus in hac parte.* Ergo exclusa hac licentia nequibat Episcopus. Et ita *Glossa finalis ibi approbata ab Imola ibi. nu. 6. in fine*, ait ea verba: *Authoritate Apostolica*, addita esse ob eorum fratrum exẽptionẽ, quasi illa impediret absolutionẽ absque hac Põtificis licentia. Et *Fontanus ibi in additione marginali* dicit *Glossam* hanc singularem esse, vt exẽptus nequeat exẽptione cedere se subijciens ordinario. Et confirmatur ex *c. Religioso, in principio, de sententia excomm. in 6.* vbi tanquã quid speciale cõceditur Episcopo absolutio religiosi excõmunicati ob clerici percussionẽ, ne cogatur vagari. Ergo in alijs casibus id non conceditur. Secundo, quia in exemptione non solius exẽpti fauor est, sed ẽt superioris, idest, Pontificis eximentis, per quam exemptos sibi immediate subiecit; quare sua interest conseruare hanc immediatam subiectionem. Ergo in hoc euentu non habet locũ regula textus in *c. Ad Apostolicã, de regularibus, & l. In conscribendo, C. de Episcop. & Clericis*, vt valeat quis renũciare fauori pro se introducto; illa. n. habet locum quando pro se solo est introductus. Et confirmatur quia hoc exemptionis beneficium non est personale, sed totius religionis. Non ergo priuati prælati consensus sufficit ad cedendum illo, & subijciẽdum religiosum episcopo. Quippe hac ratione decernitur, *cap. Si diligenti, de foro compet.* non posse clericum consentire in iudicem laicum, ibi: *Cum non sit beneficium personale, cui renunciari valeat, sed potius toti collegio Ecclesiastico publice sit indultum, cui priuatorum pactio derogare non potest.* Tertiò, quia episcopus nequit absolutionis, aut dispẽsationis beneficio vti, nisi in subditos. At prælatus religionis nequit religiosum exemptum per Pontificem subijcere episcopo. Quarto, quia *capit. Cum tempore, de arbitris* approbat Põtifex quoddam cõpromissum inter Ecclesiã exemptam cum quodam episcopo, & excipit, quæ contra Ecclesię illius exẽptę libertatem in eo cõpromisso continentur, reddens hanc rationem: *Cum etsi sponte volueris, de iure tamen nequiueris sine licentia Romani Pontificis, renunciare priuilegijs, vel indulgentijs libertatis, qua monasterium illud indicant ad ius, & proprietatem Romana Ecclesia pertinere.* Quinto ex *capit. 2. ad finem, de in integrum restitut.* ibi: *Non tam ius suum, quam nostrum.* Et *cap. Cum olim el 2. de priuilegijs*, ibi: *Ius nostrum, & Ecclesia Romana tuebatur.* Atque ideo hanc sententiam clare videntur significare *Glossa et Imola*, vt in prima ratione ponderaui. Et tenent expresse *Ioãnes Andreas regula sciens, in quaestione, quam ibi de hoc monet, numero 7. versicul. soluit pro hac parte, de regulis iuris, in 6. & ibi Francus num. 4. Anton. cap. Significasti n. 12. de foro compet. & ibi Abbas num. 11.* atque vterque explicat, nec quoad forum cõtentiosum, nec quoad forum conscientiæ. Idem *Abbas in sua disputatione incipienti, Duo clericali ordine insigniti, dub. 1. & dict. Clemen. penultima in fine & cap. penultimo, n. 3. & 4. de officio ordinarij*, explicatque etiã quoad absolutione ab excommunicatione, & *c. Cum tempore numero secũdo de arbitris & cap. Monachi n. 4. de sententia excom.* vbi loquitur etiam de absolutione ab excommunicatione. *Alex. ind. de Neuo cap. 1. nu. 41. de sententia, & re iudicat.* explicatque siue in iurisdictione cõtentiosa, siue in volunta-

luntaria, vt absolutione, *Marianus Socinus senior c. Mulieres, n. 31. de sent. excom.* Idem *Francus cap. si Episcopus num. 6. de pœnit. & remiss. in 6* vbi loquitur etiam quoad absolutionem, & *c. cum nullus, ad fin. de tempor. ord. in 6. & ibi Dominicus, §. Religiosi, nu. 4.* vbi vterque loquitur de dispensatione limitantq; ambo, nisi dispēsatio impetranda sit ob delictum commissum in loco non exempto, quia tunc (inquiunt) subijcitur exemptus Episcopo ratione delicti in eo loco cōmissi. *Decius c. 1. de iud. in 2. lectura, in noua editione n 64. immediate ante vers. secunda conclusio intelligitur. Felinus d. c. significasti nu. 3. vers. contrarium notat, & d. c. Monachi in fi. & c. cum olim, n. 4. de præscript.* & in omnibus his locis tractat etiam de absolutione, & in *eo. c. significasti, n. 4.* relinquit cogitandum, an id fieri possit, quando esset difficilis, & periculosus accessus ad curiam. *Henricus d. c tempore, nu. 15.* Et loquentes expresse de absolutione, tenēt *Rosella in sum. verbo absolutio 3. n. vlt. Ang. verbo excommunicatio 5. casu t. n. 40. & verbo exemptus, nu. 6. vbi Tabiena q. 6. nu. 7. Armilla verbo exemptio n 9.* Idem *Mandosius de signatura gratiæ verbo exemptiones ab Episcopis, vers. exemptus à iurisdictione, Perez lib. 5. ordinamēti, to. 1. l. 2. gl. 1. q. vlt. Manuel q. regular. tom. 2. q. 63. art. 10. & to. 1. q. 36. art. 5. col. 2.* & loquitur in hoc posteriori loco quoad vtrumq; forum. *Suarez* loquens de dispositione *in tomo 2. de religione, tract. de voto lib. 6. c. 11. nu. 7. Petrus de Ledesma loquens de absolutione, & dispensatione, tomo 2. sum. tract. 1. c. 6. post 20. conclus. d. diffic. 3.* Et quidam viri doctissimi ex Dominicana familia, & ex Societate Iesu consulti de hac re, vt testatur *Auila nu. seq. referendus.*

30 Secunda sententia tenet cessionem huius exemptionis posse fieri in ipsius exempti præiudiciū, non autem in præiudicium Pontificis eximentis. Ita *Gl. c. cum tempore, in fi. de arbitris, Sylu. in summa, verbo exemptio, q. 10. n. 11. & ibi Armilla, n. 8.*

31 Tertia sententia ait id fieri posse, q̄n ipsemet exemptus impetrauit exemptionem: secus quando superior proprio motu eam concessit. Quia in priori casu solus exēpti fauor principaliter spectatur, in posteriori aūt ipsius superioris eximentis. Ita *Angelus verbo exemptus n. 4. & ibi Tabiena q. 5. n. 6.*

32 Vltima sententia (cui tanquam probabiliori accedo, licet prima sit valde ꝓbabilis) ait posse ex superioris licentia cedi priuilegio, ac subijci religiosum exemptum episcopo, vt ab eo absoluatur, & cum eo dispēset. Quia exemptio religiosorum est potissimum inducta in fauorem religionis, vt eius religiosi quietius Deo famulentur, & ne passim ab ordinarijs perturbentur, vnde in ijs, quæ quietem & fauorem religionis concernūt, non debent esse peioris conditionis, quam alij de eadē diœcesi non exempti. Nec rationi consonat, vt exemptionis priuilegium in hoc casu contra eius finem operetur impediens hanc subiectionem. Atq; ideo in his ita fauorabilibus censetur per epicheiam tota religio cōsentire. Et confirmatur ex *c. Luminoso 18. quæst. 2.* vbi habetur episcopum de consensu Abbatis posse exercere iurisdictionem in monasterio exempto. Tandem, quia *Corduba in priuilegiorum Mendicantium compendio, in suis additionibus, verbo absolutio ordinaria quoad fratres, §. 1.* testatur diuersa esse Pontificū priuilegia concedentia hanc subiectionem episcopo de superioris licentia faciēdam, vt ab ipso impetretur absolutio. Quare quicquid sit de iure saltem religiosi fruētes priuilegijs mendicātium, possent virtute eorum priuilegiorum se subijcere ad eum effectum obtenta superioris licentia. Et ideo hanc sententiam tanquā de iure veriorem amplectuntur *Federicus loquens de absolutione, consilio 14. à numero 5. vsque in finem. Barbatius in additionibus ad Abbatem c. penult. nu. 8. versic. teneur, de officio ordinary. Lapus quem refert, & sequitur Ancharanus cap. cum nullus, numero 3. notabili 4. de tempor. ordinand. in 6.* vterq; ait non posse cedi exemptione in iurisdictione contentiosa, secus de voluntaria, vt in absolutione, & dispēsatione. *Albericus l. si quis in conscribendo, n. 6. C. de episcop. & cler. Iason, l. si vnus, §. pactus, ne peteret, n. 9. ff. de pact. Corneus consil. 214. nu. 8. volum. 2. Ioannes de Lignano Verbecius, Directorium summa Pisana* quos refert & sequitur dicens de æquitate hanc opinionem esse veriorem, & tenēdam, etsi attento rigore prima sit verior, *Syluester in summa, verbo absolutio quinto, numero 2. versic. quantum ad exemptos.* Et colligitur ex doctrina *D. Antonini quantum numero 33. referemus.* Et tenent *Manuel in primo tomo summæ, in secunda editione, c. 13. nume. 2. vbi loquitur de absolutione.* Et *Molina* loquens de absolutionibus, & dispensationibus, *in tomo quarto, de iustitia, disput. 61. nu 4. Suarez* loquens de vtrisque, *tomo 4. in 3 p. disp. 30. sectione secunda, nu. 3.* atque ita praxi receptum, *& 5. tomo in 3. par. d sputatione 41. sectione 2. nu. 12. Henriquez* de eisdem loquens *lib. 6. de sacramento pœnitentiæ, c. 16. n. 8. lib. 7 de indulgen. cap. 25. n. 2. & lib. 10. de sacramento ordinis c. 20. nu. 2. iuncto commento, litera H. & lib. 14. de irregularitate, c. vlt. nume. vlt. Auila* de eisdem loquens, *de censuris, secunda parte, cap. 7. disputatione prima, dubio 6.*

33 Atque hoc habet verum, etiam quoad absolutiones à casibus reseruatis, & dispēsationes in irregularitatib. & alijs casibus quæ conceduntur in *Tr dentino sess. 24. de reform. c. 6* Episcopis erga suos subditos; potest enim religiosus exemptus de licentia sui prælati subijci episcopo, vt in ijs casibus eum absoluat aut cū illo dispenset. Constat ex dictis num. præcedenti, & quia non est maior ratio de his casibus, quam de alijs, cū omnes erga solos subditos competant episcopis. Et sic tradunt *Molina eodem num. 4. corollario 2. Auila, Suarez vtroque loco, vbi eos retuli num. præced. Henriquez lib. 10. de sacramen. ordinis, cap. 20. num. 2. iuncto commento litera H.* Atque ita dicendum esse tenendo sententiam nu. præced. relatam affirmat, *Nau. in priori editione lib. 1. consil. tit. de officio ordin. ... in consil. 8. nu. 2. in posteriori, autem, lib. 5. tit. de pœn. & rem ss. consil. o 31. nu. 2.* Secus autem ait tenendo primam sententiam contrariam, quamuis ipse neutram definiat. Atque idem tradūt in casu hæresis, *Manuel nu. præced. relatus, & Suarez to. 4. in 3. p. disp. 30. sect. 2. nu. 3.* Quod verum est, nisi hoc Trid. decretum esset, quoad hoc reuocatum, at reuocatum esse diximus lib. 2. c. 1 t. in fine.

34 Quicquid tamen sit de hoc, potest episcopus moniales sibi subditas absoluere a reliquis excommunicationibus & dispensare cum eis, virtute eius decreti, sicut potest cum suis subditis. Vt latius diximus lib. 2. c. 11. num. 10.

35 Atque prædicta sententia quarta extendenda est, vt idem liceat aliquando ex tacita religionis licentia, vt si prælatus sit impeditus, quia est excōmunicatus denunciatus, aut obijt, aut longe abest, nec est alius vices eius gerens. Atque ita in proprijs terminis docet *Henriquez lib. de sacrament. pœnitentiæ, cap. 16. num. 8. in commento, litera T. & D. Antoninus 3. p. tit 24. cap. vlt. §. 1. vers. Et nota quòd propter*, est expresse huius sententiæ, sic enim ait: *In casu quo regularis excommunicatus nō haberet prælatum, qui esset sacerdos, vt si esset defunctus ipse prælatus, vel excommunicatus, ad diœcesanum recurrendum est, secundum Host. Quod Guilelmus intelligit, tamen de exceptis, quam de non exemptis.* Eiusdem est clarè *Sylu. verbo apostasia q. 8. n. 11. ad fi.* vbi hęc ait: *Super exemptum nullam habet Episcopus authoritatem, nisi forte in foro conscientiæ absolutio in defectu prælati concedenda sit.*

36 Immo, & quandoque sufficit præsente prælato, nec impedito, vt quando ille iniuste denegaret licentiam petitam religioso adeundi episcopū, in casu in quo ipse nequit illum absoluere. Quoniam per epicheiam non est censendum voluntatem summi Pontificis, & religionis esse, vt episcopus in eo euentu non absoluat, & cogatur religiosus vagari, & accedere ad sedem Apo-

stolicã, gratia absolutionis impetrandæ. Ita docet *Molina to.4. de instit. disp.61. n. 5.* Qui bene addit regulariter non euenire, vt prælatus deneget facultatem, quã concedere tenetur. Bene etiam docet ibi non esse hãc licentiam tacitam, qñ superior iuste denegaret licentiam, vt si rationabiliter iudicaret expedire, vt subditus in eo casu adiret Pontificem; vel quando est dubium, an iustè licentia denegetur. Quia in dubio standũ est prælati religionis iudicio, qui est legitimus eius religiosi prælatus.

37 Quod si ipse prælatus ea Episcopi absolutione, aut dispensatione indigeat, poterit semetipsum illius iurisdictioni subijcere, sicut potest suos subditos. Quia potest vti licentijs quas subditis concedere potest. Vt diximus c.37.n.39. Atque ita docent *Henriquez lib.7. de indulgẽtys c.25.n.2. Auila de censuris 2.p.c.7.disp.1.dub.6. Suarez. 5.to.in 3.disp.41.sectione 2.n.12.*

38 Sunt tamen limitanda hucusque dicta, nisi ea facultas absoluendi, aut dispensandi, quæ nõ est in immediato religionis prælato, esset in prouinciali, aut alio superiore religionis tunc enim Episcopus absoluere nõ posset de consensu superioris immediati, nisi accederet ẽt consensus illius prouincialis, aut superioris, sed remittendus esset religiosus ad illũ, vt per se ipsum absoluat, aut alteri suas vices committat. Quia cũ in hoc casu pateat remedium intra religionem, nõ est visa velle consentire, vt extra illam remediũ quæratur. Præterea, quia aliàs reseruatio in religione tã necessaria desraudaretur, si enim priuatus religiosus, aut ipse prælatus in casũ reseruatum prouinciali incideret, facile posset reseruationem frustrare adito Episcopo, aut propria authoritate, si est prælatus aut huius authoritate, si est subditus, vt ipsum absoluat, si ab illo posset suos subditos absoluere. Atque ita docet *Molina to.4. de iustitia, disp.61.n.3. vers; ¿illud tamen obserua.* Atque ob easdem rationes est dicendum idem de dispensatione. Qui etiam bene addit in aliquo necessitatis casu sufficere consensum præsumptum illius mediati superioris, vt possit immediatus illum religiosum subijcere Episcopo. Quod consonat ijs quæ diximus n.35.

39 Secundo limita, vt possit prælatus seipsum aut religiosum sibi subditum subijcere Episcopo, vt ipsum absoluat, aut cum eo dispẽset, in casibus, in quibus neutrum potest ipse prælatus, vt intelligatur non de quocumque Episcopo, sed de Episcopo loci, in quo religiosus ille commoratur habitatione requisita, vt censeatur aliquis Episcopo illi quoad hæc subiectus. Quæ habitatio est, quoad absolutionem, esse in ea diœcesi, saltem per modum trãsitus; quoad dispensationem verò, commorari in ea, aut habere animum commorandi maiori anni parte. Hancque subiectionem requiri, & sufficere probaui ad vtrũque, vt possit episcopus aliquem absoluere, aut cum illo dispensare, in casibus sibi concessis in Tridentino sess.24. de reform. cap 6. lib.2. huius tractatus c.11.n.9. Et ratio est, quia tunc licentia prælati nil aliud efficit, quàm tollere impedimentum illud exemptionis quoad illum casum, quod potestati Episcopi obstabat; cum enim ipse superior neutrum posset exercere cum illo religioso, nequit licentiam exercendi, quia ipse caret, delegare Episcopo, sed tãtum auferre impedimentum obstãs, & ideo virtute illius licentiæ manet religiosus respectu Episcopi, quasi non esset exemptus; at non exempti indigent prædicta habitatione, quando aduenæ sunt. Qd addo, quia si habitatores essent illius diœcesis, siue exempti sint, siue non exempti, nõ impediret hanc absoluendi, aut dispensandi facultatem absentia à diœcesi, cum animo redeundi ad illam. Vt probaui c. 37.n.32.

40 Ad argumenta proposita nu.29. respondetur. Ad primum dic cum *Abbate, c. significasti n.11. de foro compet.* non ideo concedi ibi Episcopo facultatẽ absoluendi in eo casu fratres Minores, quod illi sint ab Episcopo exẽpti; sed quia summus Pontifex sibi reseruabat absolutionem ab eo casu, eaque de causa non posset Episcopus etiã suos subditos absoluere, non concedenti Pontifice licentiam. Ad confirm. respondetur eodẽ modò, nam excommunicatio ob clerici percussionem contracta est similiter Pontifici reseruata. Vt constat ex *cap. si quis suadente diabolo 17.q.4.* Ad secundum cõstat ex dictis nu.32. vbi probauimus esse principaliter inductam hanc exemptionem in fauorem quoties religiosorum, ac illo cessanti tacitam esse Pontificis, & religionis voluntatem, vt ea exemptio non sit impedimento. Et ad confirm. manet hinc responsum. Ad tertium dic posse subijcere in eo casu cedendo exemptione; vt satis probauimus n.32. Ad quartum & quintum dic eos textus loqui in casu speciali, in quo nulla erat tacita Pontificis voluntas cedendi iure suo, qualis est in nostro.

CAPVT XL.

In quibus sæcularium votis nequeant prælati Pontifice inferiores dispensare; & quæ Pontifici reseruentur.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, n.1.
Nullum est votum Episcopo reseruatum, n,2.
Quoad vota reseruata est idem dicẽdum respectu Episcoporũ, & respectu gaudentium iurisdictione episcopali, n.3.
Quæ vota sint reseruata? Refertur duplex sententia, n,4. & 5.
Explicatur sententia Authoris, n.6.
An hæc reseruatio sit iure communi inducta, an solo vsu nu.7.
An votum conuertendi debita incerta in subsidium terræ sanctæ, sit reseruatum, n.8.
Quid de voto assumendæ crucis, n.9.
Quid de voto peregrinandi in templum diuæ Virginis Lauretanæ, n.10.
Quid de votis perpetuis, n.11.
Quid de voto non peccandi, n.12. Et ibi, an hoc votum sit consulendum, & facile in eo dispensandum.
An possit augeri numerus votorum reseruatorum ex vouentis voluntate, n.13.
An adeo hæc vota sint reseruata, vt nec legatus à latere possit in eis dispensare, n.14.
An concessio absoluta omnium votorum extendatur ad vota religionis, & castitatis, n.15.
An alia reseruata censeantur tunc concessa, n.19.
An censeantur concessa vota religionis, & castitatis, concessis absolutè votis reseruatis, n.17.
An concessio votorum cum exceptione alicuius maioris reseruati extendatur ad minora reseruata? Refertur quædam sententia, n.18.
Explicatur sententia Authoris; & qualiter exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, n.16,
An è contra solis minoribus reseruatis concessis, censeantur concessa maiora, quando est concessio generalis, cũ sola minorum exceptione, n.20.
Quid si sub hac forma sit concessio, Concedimus omnia vota, etiam castitatis, tacito religionis, vel è contra, censeatur vtrumque concedi, n.21.
Quid si concedãtur omnia vota excepto voto castitatis, an intelligatur concessum religionis, vel è contra, n.22.
Qualiter excommunicationem incurrant commutantes quinque vota reseruata, aut in eis dispensantes? Et explicatur Extrauagans, Etsi dominici, la 2. de pœnit. & remis. n.23.
Post n.23. inuenies alia summaria.

1 TRiplex est quæstio disputanda. Prima est. Quæ vota Pontifici reseruentur. Secunda est. Quando Episcopo liceat in eis absolute emissis dispensare, aut ratione circumstantiæ concurrentis, aut ratione materiæ promissæ deficientis à natura materiæ reseruatæ. Vltima est, quando hæc vota sunt pœnalia, aut conditionalia.

2 Quæstio prima. Quę vota reseruentur Romano Pontifici? Id præmittendum est, nullū votum reseruari Episcopo, sed soli Pontifici aliqua reseruari. Quia cū nullus inferior Epo, valeat in votis dispensare, nullum votum potest dici reseruari Epo. Sicut ipsi dicūtur aliqua peccata & cēsuræ reseruari, quia seclusa reseruatione possent inferiores ab eis absoluere. Et ita docet *Suarez, to. 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. c. 21. n. 1.*

3 Et quæ de reseruatione, aut nō reseruatione votorum respectu Episcoporū dixerimus, sunt similiter accipiēda respectu prælatorum habentium diœcesim, & iurisdictionem quasi Episcopalem in ea. Quia c. 38. nu. 19. probauimus hos eodem prorsus modo posse in votis dispensare, quo Episcopi possunt.

4 Circa numerum ergo votorum, quæ Pontifici reseruantur, discordant Doctores. *Richar. 4. d. 38. art. 9 q. 2. Et quidam Doctor lib. 3. de conscientia, c. 23.* (prout tacito noie eū refert *Leonad. l. 2. de iust. c. 40. dub. 13. n. 104.*) docet sola tria castitatis perpetuę, religionis & peregrinationis Hierosolymitanæ vota reseruari Pōtifici. Et fauent *D. Th. 2. 2 q. 88. ar. 12. ad 3. & Host. sum. tit. de voto, §. verū et per quē in votis valeat dispensari n. 16. in fi.* vbi dicunt votū continētiæ, & Hierosolymitanum reseruari.

5 Alij aūt aiunt sola vota castitatis & religionis, semper reseruari: at vota peregrinationum Romanę, Compostellanæ, Hierosolymitanæ, non semper, sed duntaxat, qn̄ emittuntur in eorum locorum subsidium: atque ita posse epum in illis gratia solius deuotionis factis dispēsare. Quia *c. ex multa, & c. super his, de voto*, vbi peregrinatio Hierosolymitana reseruatur, est sermo qn̄ in eius loci subsidium promittitur. Quare à fortiori idē erit dicendum de duplici alia peregrinatione. Ita docēt *Abb. eo. ca. ex multa nn. 4. Viualdus candelabro sacramentorum 3. p. c. 14. n. 61.* Et idem docent loquentes de peregrinatione Hierosolymitana, *Emmanuel Sà in summa, verbo votum, vbi de votis irritatione n. 11. & verb. iuramentum, n. 33. Graff. 1. p. d ci. lib. 2 c. 31. n. 2.* & fatetur *Ang. verb. votum 4. n. 6.* valere episcopi dispēsationem in voto huius triplicis peregrinationis non in subsidium emisso, quamuis æquum sit vt ab ea abstineat. Nec obscure id significat *Glos. eo. c. ex multa, verb. incumbit*, vbi ait, cum Pontifex ibi sibi reseruet votum in subsidium Hierosolymitanum videri alia vota Episcopis indulgeri.

6 Ceterum dicendum est, vniuersali ecclesiæ consuetudine reseruatam esse summo Pontifici dispensationem quinque votorum, nempe religionis, castitatis, peregrinationis Romanæ ad limina Apostolorum D. Petri, & D. Pauli; Hierosolymitanæ, (quod vocatur vltramarinum.) & Compostellanæ ad inuiscendum D. Iacobū. Et quis iure sola inueniatur reseruata peregrinatio Hierosolymitana in eius loci subsidium: at cōsuetudo iam extendit, vt sit quoque reseruata, qn̄ solius deuotionis causa promittitur. Sic colligitur ex *extrauagā 1, Etsi Dominici, la 2. de pœnit & remiss.* vbi excōmunicantur commutantes hæc quinque vota absque Pontificia licētia, (vt n. 23. explicabimus) vbi non reseruātur hæc vota, sed supponitur ea esse reseruata. Quia ob hāc causam non vult Sixtus IV. author illius extrauagantis, hæc vota claudi in clausula generali concessionis votorū sed petit licentiā specialē Pontificiā, vt ea commutare liceat. Et ideo ita docent *Supplementum Gabriel. 4. d. 38. q. 1. ar. vlt. col. vlt. proposit. 2. Rosella in summa, verb. votum. 5. n. 2. Sylnest. verb. votum 4 q. 3. dicto 4. & 5. Armilla verb. dispensare, nn. 16. Tabiena verb. dispensatio q. 9. nu. 11. Sotus lib. 7. de inst. q. 4. ar. 3. col. 4. vers. qui sunt oū. Nauarr. sum. Latina & Hispana c. 12. nn. 75. Aragon 2. 2. q. 88. art. 12. fol. 1042. col. 1. concl. 2 & fol. 1043. col. 1. vers si quis autē quærat. Palacios 4. d. 38. disp. 3. col. 33. & 34. f. 878. & seq. Sayro in clauiregia, li. 6. c. 11. n. 35. & 36 Azor to. 1. institut. moral. lib. 11. c. 18. q. 4. & c. 19. q. 3. & 4 Leonard. li. 2. de iustit. c. 40. dub. 13. n. 104. Manuel 2. to. summa, cap. 97. n. 1. & in Bulla Cruciata, §. 9. nu. 104. Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicātium, verb. votum, in suis annotationibus notab. 3. Angles Floribus 2. p. q. vnica de voto, art. 8. difficultate 9. conclus. 2. Suarez 2. to de religione, tractatu de voto lib. 6. c. 21. n. 4. & 5.* Atque votum harum peregrinationum etsi non sit in subsidium, reseruari docet ēt *Greg. Lop. l. 5. verb. A Ierusalem, & verb. Otras romerias, tit. 5. p. 1.* Et clare idem sentiunt alij Doctores, qui inter vota reseruata referunt absolutè, & indistinctè huiusmodi peregrinationem. Hi sunt *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 2. Richard. 4. d. 38. ar. 9. q. 2. & ibi Palud. q. 4. art. 4. concl. 5. n. 43. D. Anton. 2 p. tit. 11. c. 2. §. 9. notab. 4. Couar. de pactis 1. p. §. 3. n. 12. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. colum. 10. vers. item vt notat. Philiarcus de officio sacerd. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 22. vers. quando excusat res parua. Toledo li. 4. summa, c. 18. nu. penult. Alcozer summa, c. 16. vbi de commutatione votorum concl. 1. f. 57. pag. 2. Petr. de Ledes. 1 to. summa, tractatu 1. c. 8. vbi tractat qui habeāt potestatem dispensandi, in dicto tertio.*

7 Nec placet quod dicunt *Aragon, Sayro, Petr. de Ledes. ibid.* nempe, iure quoque cōi hęc quinq; vota reseruari. Nam nullus est in iure textus hæc reseruans, pręter votum Hierosolymitanum in eius loci subsidiū. Nec in *ea extrauag. Etsi dominici, la 2.* reseruantur. Vt constabit ex dicendis n. 23. Nec etiam placet quod docent *Sotus nu. praced. relatus, & Azor to. 1. instit. moral. lib. 11. c. 19. q. 3.* vbi aiunt expressim solum haberi in iure reseruatū votum in subsidium terræ sanctæ: at quia causæ arduæ ad Pontificem deferendæ sunt, *ca. Maiores, de baptismo*, & huiusmodi sunt vota religionis, & castitatis, censeri hęc quoque tacite in iure reseruari. Non (inquā) placet. quia ille textus nullatenus agit de votorum dispensatione, vnde virtute illius non censerentur hæc reseruata. Vt bene docet *Suarez eo. c. 21. n. 1. in fine.*

8 His votis reseruatis addunt aliqui votum conuertendi debita incerta in subsidium terræ sanctæ. Probant ex *c. magnæ de voto*, qui textus videtur id significare. Ita tradunt *citato Gulielmo Rosella verbo votum 5. n. 7. & verbo votum 6. n. 1. Aug. verb. votū 4. n. 13. Pisana verbo votum 5. q. vlt. Syluest. verb. votum 4. q. 3. dicto 5. Nauar. summa Hispana, c. 12. n. 78. Sayro in clauiregia lib. 6. c. 11. nu. 39.* At iure optimo id negant quidam neoterici docti, & *Suarez eod. c. 21. n. 15.* Quod nec ius aliquod, nec cōsuetudo id probāt: & *c. magnæ*, de solo peregrinationis voto in subsidium terræ sanctæ loquitur. Et forte ob hanc causam *Nauar. in summa Latina, eod. nu. 78.* omisit hoc quod *in Hispana* dixerat. Et alij Doctores nu. 6. relati illorum solum quinque votorū reseruatorū meminere.

9 Alij etiam addunt reseruari votum assumendę crucis in qualibet expeditione, quam Pontifex fecerit. Ita *Hostiensis summa tit. de voto, §. qualiter, & cuius authoritate n. 12. vers. quamuis autem instructus Henric. c. 1 n. 2. de voto. Abulensis c. 30. Num. q. 108.* Quod tamen est simili ratione negandum, vtpote quod nullo iure, vsuve probetur. Et ita docet *Suarez eod. c. 21. n. 12.*

10 Alij addunt reseruari votum peregrinationis in templum beatæ Virginis Lauretanæ. Ita *Nauar commentario 1. nu. 21. de regular. Sorbus relatus n. 6. Henricus lib. 7. de indulgentiis c. 30. n. 6. in commēto litera A. in fine. Manuel in Bulla Cruciata, §. 9. nu. 104.* Hi omnes desumpsere ex *Nauarro*, qui tamen nullo iure, aut consuetudine id probat. At forte ducitur ratione alicuius priuilegij, quod templum id habeat. De quo nobis non constat. Vel quia (vt fertur) id votum reseruatum fuit in diplomate cruciato anno 1561. quod ēt nil probat. Tū quia iam in alijs Bullis numquam iam reseruatur. Tū quoque quia illa reseruatio non erat generalis, sed virtute solius eius bullæ, & ideo dicendum est id votum nō esse reseruatum. Quod docent *Azor tom. 1. institutionum moral. lib. 12. c. 18. q. 4. & c. 19. q. 3. in fine. Suarez eodem c. 21. n. 14.*

11 His videntur alij addere omne votum perpetuum, dicuntque Pontificis esse in votis perpetuis dispensa-

te,

re, episcopi autem in tẽporalibus. Sic *D.Th.2.2.q.184. ar.6.in corpore & q.185.ar.4.in fine corporis, et q.189.ar.7.in fi.corporis Et 4.d.38.q.1.ar.4.quæstiunc.2.in corpore*. Quem quidẽ conantur explicare vt intelligatur de votis, quæ suapte natura sunt perpetua, qualia sunt castitatis, & religionis. Quauis.n. alia possint quoque esse perpetua, id per accidens contingit. Et dũ temporalia episcopis concedit, intelligendus quoque est præter votum triplicis peregrinationis Pontifici reseruatæ. Ita illum explicant *Caiet.2.2.q.88.ar.12.dubio penult. circa solutionẽ ad 3. Sylu.verb.votum 4.q.3.dicto 6.in fi. Tabiena verb.dispensatio, q.9.n.11.in fi. Armilla verb.dispensare, n.18. Sotus lib.7.de iustit.q.4.ar.3.in solutione ad vltimum. Palacios 4.d.38.disp.3.col.73. verf. Scito tamen, f.880. Aragon 2.2.q.88.ar.12.f.1042.col.2.conclus.1. Leonardus lib.2.de iustit.c.40.dub.13.nu.104. Sayrus in claui regia lib.6.c.11.n.43.& 44. Azor to.1.institut.moral.li.11.c.18.q.4. Henriquez lib.7.de indulgentijs, c.30.nu.6.in cõmento, litera D.* Verum displicet hæc expositio. Quia votum sacerdotij assumendi, & nõ nubendi, sunt suapte natura perpetua, cum tamen in illis posse episcopũ dispensare, dicemus in hoc capite. Quare melius explicat illi *Suarez to.2.de religione tract.atu de voto, li.6.c.21. nu.10.* Vt intelligatur de reseruatione quasi intrinseca, & petita quasi ex natura grauitatis materiæ, & sic sola vota perpetua, & omnia, quæ vel constituunt statum perfectionis, vel ad illud tendunt, qualia sunt votũ tacitum emissum ab episcopo in assumptione muneris, non deferẽdæ ecclesiæ, quod appellat solemne *D.Tho.2.2.q.189.ar.7.in fi.corporis*, & vota religionis, & castitatis, reseruantur Pontifici. Et ita *in 4.* dixit: *Votum religionis, & alia huiusmodi vota perpetua*: vbi non de omnibus votis perpetuis, sed similibus illis loquitur. Et *in triplici alio eius loco citato* loquitur de voto episcopi prędicto. At reliqua perpetua, & temporalia pertinẽt suapte natura ad episcopum. Quippe reseruatio triplicis peregrinationis temporalis non tam ex intrinseca talis materiæ natura oritur, quàm ex peculiari consuetudine, aut statuto.

12 Rursus alij his votis addunt votum non peccandi, immo illud nullius dispensationi, aut cõmutationi subijci tradunt. Ita *Caiet.in suis quodlibetis to.2. tract.11. qui est de voto q.1.* Idem videntur sentire *Glo.c.1. verb. Recompensatio, de voto, & ibi Hostiensis n.1. Anton.n.7. Abbas n.5. Henricus nu.5. idem Hostiensis summa tit. de voto §.qualiter & cuius authoritate nu.12.vers. Sic pater quod authoritate ep.s.opi. Abulẽsis c.30. Num.q.103. Lex regia 4.tit.8.p.1. Supplemen.in Gabrielis 4.d.38.q.1.art.5.vbi de votis redemptione et cõmutatione, paulo ante versiculum, Circa dicta oritur dubium, littera T.in fine. Graff.1.p.decisionum, lib.2.c.30.n.1* vbi dicunt episcopum in solis votis voluntarijs dispẽsare posse, id est, in votis de rebus, quæ ante votum voluntariæ erant. Et de cõmutatione põt probari, quia debet fieri in æquale, at non est æquale Dei obsequiũ, ac abstinere à peccatis. Et de vtraque probatur, quia nulla potestate humana potest auferri obligatio non peccandi. At omnino tenẽdum est, huiusmodi vota subiacere dispensationi, & cõmutationi episcoporum. Quia per dispensationẽ, & commutationem, non aufertur obligatio non peccãdi, nec illa cõmutatur, sed sola noua voti obligatio superaddita, quę est quid supererogationis. Et confirmatur, quia huiusmodi vota põt prælatus religionis irritare in suis religiosis. Vt diximus c.33.nu.7. & sic subduntur potestati dominatiuæ ad illa irritanda. Ergo & spirituali prælatorum potestati, ad dispensandum, & cõmutandum. Siquidem neutra potest obligationẽ vitãdi peccata auferre. Atque ita docent *Sotus lib.7. de iustitia q.1.art.3.colum.9.versic. Tametsi vt verum fatear. Nauar. summa Latina, c.12.n.65. Hispana, c.28. additione ad eũdem n.& lib.3.cons.tit.de voto in priori editione, cons.16. n.2.& conf.22.n.vnico, in posteriori, conf.36.n.2. & con-*

sil.42.n.vnico. Metina de restit.q.8.§. Occurrit hic casus quidam, versic. E contra vero Azor to.1.instit.moral.lib.11.capite 14.q.4.versic. Quæres insuper. Sayro in claui regia, lib.6.c.3.nu.17. Graffis 1.p.decis.lib.2.c.31.nu.30.& 31. Leonard.lib.2.de iust.c.40.dub.13.n.105. Bria in suis responsis 2.p.casu 9.in ordine, qui habetur f.81. & est primus ex propositis in congregatione habita feria tertia, die 29. Maij, in fi. Nec credo Doctores in contrarium relatos, præter *Caietanum*, sentire oppositum, sed solũ sentire nõ posse auferri eã præcepti obligationem. Immo optime tradunt *Sotus, & Sayro ibidem*, facile esse in his votis dispensandum, & vix ea consulenda nisi quando vouens est prudens & cõstans procliuisque ad aliquod malum graue: atque prudenter speratur fore vt voto emisso abstineat ab illo. Qualiter autem pensanda sit æqualitas boni, in quod hæc vota cõmutantur, dicemus in tractatu de commutatione.

13 Tandem hic votorum reseruatorũ numerus augeri nequit ex vouentis voluntate, quantumuis.n. ille intẽdat & promittat nullum posse in suo voto dispensare præter Pontificẽ, poterit adhuc episcopus. Quia nullus inferior potest sua volũtate arctare superioris potestatem. Et docet *Suarez to.2.de religione, tract.de voto l.6.c.21.nu.15.* Et nos late egimus hoc lib.4.c.8. & videnda sunt ibi notata circa huiusmodi votum.

14 Prædicta autem quinque vota sunt adeo Põtifici reseruata, vt nec Legatus à latere absque speciali Põtificis priuilegio possit in eis dispẽsare. Quia Legatus à latere in solis votis episcopo concessis dispensare põt. Vt probaui lib.8. de matrimonio, disp.9.nu.25. Et in proprijs terminis loquentes de voto Hierosolymitano in eius loci subsidium, tradunt *Abbas capite ex multa, nu.4. de voto. Angelus in summa, verbo Votum 4.n.6.*

15 Atque tantam vim habet hæc reseruatio votorũ religionis, & castitatis, vt nunquam in generali votorum omnium indulto censeantur concessa nisi exprimãtur. Quod constabit ex dicendis nu.sequenti. Et ita tradũt *Sotus lib.7.de iustit.q.4.ar.3.in fine corporis. Manuel 2.to. summæ c.97.nu.1.concl.1. Enriquez lib.7.de indulgentijs, c.30.n.6.in commento, litera A. Suarez to.2.de religione tractatu de voto l.6.capite 25.n.3.*

16 De alijs autẽ tribus peregrinationum votis reseruatis, asserit *Sotus & Manuel ibidem*, quos nũ sequuti sumus lib.8. de matrim.disp.9.n.2. non esse idem dicendum, sed comprehendi sub ea clausula, nisi exprese excipiãtur. Quia horũ reseruatio non est adeo antiqua, & arcta, vt priorũ. At placet idem dicendum de illis, nẽpe, non claudi in ea cõcessione generali nisi exprimantur. Quod docet *Suarez to.2.25.nu.4.* Nam *c.pen. De pœnitentia, & remiss.in sexto* tradit Pontifex hãc regulam, vt sub generali cõcessione non veniãt casus reseruati, sed aliqua speciali expressione indigeãt. Nec valet si dicas textum loqui de sola concessione eligendi confessoris, in qua nulli casus virtute clauduntur, præter generales concessos omnibus cõfessoribus. Quia *Glossa ibi paulo post principium*, explicat de facultate eligẽdi confessoris alicui concessa, qui possit eum ab omnibus peccatis absoluere. Et id apparet ex ratione quam tradit textus, quæ est, quod in generali concessione non veniãt, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Cui cõsonat *regula, In generali 81. de regulis iuris in sexto*. Ex quo textu satis colligitur ratione reseruationis cõtra hi quadam grauitatem speciali nota dignam, ratione cuius est opus speciali mentione, nec sat sit generalis concessio. Cum ergo omnia quinque vota sint vere reseruata, non claudentur in ea concessione generali. Præterea quia *extrauagans, Etsi Dominici, la seguuda, de* pœnitentia & remissione omnia quinque vota in hoc æquiparat, vt indigeant speciali Pontificis licentia, vt commutentur, vel in eis dispensetur. Quæ etsi nũc non obliget, (vt dicemus numero vigesimotertio,) at (vt diximus numero sexto,) supponit pristinam eorum

votorum reseruationem, & ea supposita æquiparat illa quoad huius specialis licentiæ necessitatem.

17 Quod si vota reseruata, absque aliqua declaratione, aut restrictione, sed absolute alicui concedantur, claudentur vtique omnia quinque. Quia satis exprimũtur, explicata reseruatione; cum ratione duntaxat illius indigeant speciali expressione, nec iure, aut consuetudine indultum sit, vt specialior mentio desideretur. Sic tradit *Suarez eod. c. 25. nu. 5.*

18 Et Pontifice concedente omnia vota, præter votum castitatis, & religionis, asserunt quidam censeri cõcessa vota triplicis peregrinationis reseruatæ. Quia etsi in cõcessione nulla fiat mentio reseruationis; at exceptio duplicis voti reseruati grauioris, firmat regulã in contrariũ in alijs votis nõ exceptis, quæ absque dubio sũt minora, & multo facilioris dispensationis. Et similiter dicũt concessis votis præter Hierosolymitanum, cẽseri concessũm votũ reseruatum aliis duplicis peregrinationis; vtpote quod etiã est minus graue. Ita *Suarez eo. c. 25. nu. 7.* Et constat, quia per iubilæum, in quo solent concedi oĩa vota, præter religionis & castitatis, dicunt oẽs concedi votum triplicis peregrinationis reseruatę. Et *in Bulla Cruciatæ*, conceduntur omnia vota præter ea duo, & Hierosolymitanum, & nullus dubitat cõcedi alias duas peregrinationes reseruatas. Cum tamen in neutro indulto fiat mentio reseruationis, sed ratione illius exceptionis id colligunt Doctores.

19 Ceterum magna est difficultas in ratione tradita pro hac sententia. Nam ea regula, exceptio firmat regulã in casibus non exceptis: quæ desumitur ex *c. Dominus 32. q. 7. & ex c. 2. de coniugio leprosorũ* intelligitur de casibus non exceptis, qui ea nõ apposita clauderetur sub regula. Vt *cum multis Doctoribus per eum, & per Euerardũ in suis topicis, loco ab exceptione ad regulam n. 2. relatis* tenet late probans, & soluens cõtrarias rationes, *Couar. lib. 2. variar. c. 5. n. 7.* Idem cum alijs per eũ allegatis tenet *Mires de maioratu, in priori edit. 1. p. q. 22. nu. 2.* At sub illa clausula generali concessionis omniũ votorum, nullũ reseruatum clauderetur nõ apposita ea exceptione, vt nu. 16. diximus. Ergo ea exceptio votorum reseruatorum digniorum apposita, nõ efficit vt reseruata minus digna claudãtur, quæ aliàs minime clauderentur. Et cõfirmatur, quia est ratio huius restrictionis. Nã exceptio non apponitur ad ampliandam regulam, sed ad eam restringendã, *l. 1. ff. de reg. iur.* Ergo fieri nõ põt, vt virtute exceptionis ampliētur regula ad casus sub ea aliàs non comprehendos, *l. Legata inutil. ff. de legat. 1.* Quæ ratio æquè procedit in hoc casu. Ceterum placet opinio tradita n. præced. Et fortius eius fundamẽtum est, sic communi vsu, & consensu Doctorum, esse explicatum id indultum Bullę, & Iubilęi, vt ad ea vota reseruata ibi nõ excepta, extendatur attenta Pontificis mente, qui plene indulgere voluit in ijs priuilegijs. At probabilis est etiã ratio tradita n. præced. Quia contraria opinio est communis, vt fatetur *Couar. ibid. n. 8. & 9. referens pro ea Gozadinum, Claudiũ, Tiraquellum, Alexandrũ.* Et eandem tenent *Lapus Dominicus, Imola Iason, quos refert, & sequitur Euerardus eo. loco ab exceptione ad regulã, n. 3. & Decius l. 1. n. 2 c. 29. & l. 1. ff. de regulis iur.* Quę sententia ait exceptionẽ regulariter nõ ampliare regulam ad casus, quæ ea nõ apposita, nõ clauderentur sub illa. at hoc fallere quando exceptio illa, si omissa foret, non clauderetur sub regula, tunc enim ea apposita illã ampliat ad casus similes etsi ea non adiecta, non essent sub regula claudendi. Quod in hoc casu contingit: nam illa castitatis, & religionis votorũ reseruatorũ exceptio, si omissa foret, non clauderetur in generali omnium votorum concessione: in ea enim non censentur hæc vota concessa. Vt diximus n. 15. Et ideo ea apposita extendit cõcessionem illam ad alia vota simili reseruatione affecta, vt illa censeantur tũc concessa, quæ seclusa illa exceptione, nõ venirent in ea generali concessione. Et ratio huius est, quia si exceptio non haberet hunc effectũ in hoc casu, esset prorsus inutilis, & nil operaretur, cum ea nõ expressa, excepta maneret illa vota, nec in ea generali cõcessione venirẽt. Præterea quia nisi efficeret, vt reliqua vota reseruata clauderetur tũc in ea cõcessione, exceptio nõ esset de votis cõtenus in regula, & sic esset inepta. Veluti si sic quispiã diceret, omnis homo præter equum currit. Dixit autẽ hanc partẽ tantum probabilem; quia vtrique rationi satis bene respondet *Couar. pro priori parte relatus.*

20 Si tamen è contra à generali votorum cõcessione excipiantur vota minora reseruata, nõ censentur concessa maiora. Vt si Pontifex concedat dispensationẽ, aut excommunicationem omnium votorum, præter vota triplicis peregrinationis reseruatæ, nõ censerentur cõcessa maiora reseruata, quæ sũt castitatis, & religionis. Quia exceptio minorũ votorum argueret mentẽ Põtificis, esse denegare à fortiori maiora. Atque ita tradũt *Sotus lib. 7. de iustit. q. 4. ar. 3. in fine corporis. Suarez eo. c. 25. n. 7.* Quę ratio ab vtroque tradita probat idẽ dicendum, quãuis Pontifex concederet reseruata præter aliqua minora; tunc enim nõ censerentur cõcessa maiora sed æqualia, aut minora reseruata exceptis. Si tamẽ nullũ esset reseruatũ æquale, aut infernus exceptis censerentur tunc concessa similia maiora, nõ autem dissimilia. Vt si Pontifex concederet reseruata præter peregrinationem Romanã, & Compostellanam, censeretur concedere Hierosolymitanã quæ est exceptis, similis, quamuis maior sit; non tamen censentur vota religionis, & castitatis cõcessa, quæ multo maiora sunt, & dissimilia exceptis. Si autẽ cõcederentur reseruata pręter illam triplicem peregrinationem, tunc censerentur cõcessa vota religionis, & castitatis. Quia aliàs concessio esset mendosa, & inutilis, cum nullum reseruatum concedatur. Nec est cur dicamus alterum horum solũ concedi; quia sunt æqualia quoad reseruationem, aut fere æqualia. Vt bene ait *Suarez eo. c. 25. n. 8.* Et eodem modo semper reseruantur.

21 Quod si Pontifex concederet omnia vota etiã castitatis, tacito voto religionis, vel è contra etiã religionis, tacito voto castitatis, cõcessio esset intelligenda, vt sonat; atque ita intelligeretur solum concessum votũ, quod exprimitur ex illis duobus. Quia cũ sint æqualia aut ferè, nequit ex vnius cõcessione ad alterius concessionẽ. Et præterea, quia maius esset vtrumque, quàm alterũ concedere. Ita *Suarez eo. c. 25. n. 8.* Quæ ratio idem cõcludit, etsi adderetur in illa concessione, concedimus vota reseruata & castitatis &c. At in vtroque cõcedendi modo, siue sola vota cõcedantur, siue concedantur vota reseruata, addita ea parte, etiã religionis aut ea, & castitatis, crederẽ concedi vota minora reseruata, nẽpe, triplicis peregrinationis. Quia natura illius particulæ implicatiuæ, ẽt, est importare idẽ esse in casibus minoribus. Vt probat *Euerardus loco à natura dictionũ implicatiuarũ.* Vt si Pontifex concederet alicui absoluere posse à censuris, addendo, etiam à censura ob hæresim contracta, nullus dubitaret concedi absolutionem ab omnibus alijs excommunicationibus reseruatis.

22 Si autem concessio sit sub hac forma, concedimus omnia vota excepto voto castitatis, vel excepto religionis, censetur concessum alterutrum illorum nõ exceptum. Quia exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis. Vt explicauimus nu. 19. nec est aliqua ratio, cur cogamur restringere priuilegium, vt excepto vno censeatur alterum exceptum. Atque ita bene docet *Suarez eodem capite 25. nu. 10.* vbi latius id probat. Quare à fortiori dicendum est, censeri tunc concessa vota inferiora triplicis peregrinationis reseruatæ. Iuxta dicta nu. 18.

23 Demum est obseruatum, Sixtum IV. *in extrauaganti, Etsi dominici, la 2. de pœnitent. & remis.* tulisse excõmunicationẽ Pontifici reseruatam contra commutantes

absque

absque speciali Pontificis licẽtia quinque prędicta vota reseruata. At nõ fuit ea excommunicatio generalis, sed aduersus eos solos qui virtute facultatũ ab ipsomet Sixto IV. concessatum commutarent. Quare illam nõ incurrebant commutantes virtute alterius, aut nullius priuilegij. Cõstat ex illis verbis, *Prætextu facultatũ huiusmodi concessarũ à nobis, aut authoritate nostra.* Nec obstant ea verba, quæ statim addit: *Et quas quomodolibet cõcedi cõtinget postea.* Quippe subintelligi debet pronomen, *à nobis*, quod immediate præcesserat: sẽper enim loquitur de facultatibus à se vsque tunc cõcessis, aut in posterum concedendis. Atque ideo ita tradunt *Ang. in summa, verb. excommunicatio 5. casu 31. Sylu verb. excõmunicatio 7. excommunicatione 32. n. 77. Nauar. summa Latina, & Hispana, c. 12. n. 75. & c. 27. n. 105. Lud. Lop. 1. p. instruct. cõscientiæ c. 49. in initio. Ouandus 4. d. 38. disp. vnica, ppo sit. 26. in fi. Suarez to. 5. in 3. p. disp. 22. sect. 5. n. 28. Sayro de censuris, lib. 3. c. 30. n. 14. & in claui regia, li. 6. c. 11. nu. 38.* Quare iure optimo (vt bene dicunt *Nau. eo. n. 105. Sayro vtroque loco, Suarez ibid.*) hodie nil, aut parum cõfert ea excõmunicatio. Quia facultates nullæ, aut rarissimæ Sixti IV. extant. Si tamen (vt ait bene *Suarez ibi.*) aliquis adhuc cõseruasset aliquod illius Põtificis priuilegiũ, & virtute illius commutaret aliquod ex prædictis quinque votis reseruatis, incurreret hanc excommunicationem. Quamuis autẽ oẽs prędicti authores loquantur indifferenter de votorum eorũ commutatione, & dispensatione ad incurrendam eã censuram: bene aduertit *Sayro eo. c. 11. n. 39. & 40.* de sola cõmutatione esse sermonem in ea extrauagãti, & ideo non extendi ad dispensationem in illis votis. Quippe etsi hæc maior sit, non est extendenda pœna.

SVMMARIVM.

Dupliciter potest contingere hæc vota non esse reseruata, n. 24.
An hæc reseruatio sit odiosa, & restringenda, n. 25.
An quando est dubium, aut sunt diuersæ opiniones circa horũ votorum reseruatorum valorem, possit Episcopus in illis dispensare, n. 26.
Quid quãdo à personis potestati dominatiuæ alterius subiectis emissa sint, ita vt ab illis irritari possent, an possit Episcopus in illis dispensare? Refertur quædam sententia, n. 27.
Explicatur sententia Authoris, n. 28.
Quid quando est magna frequentia emittendi hæc vota, n. 29.
Quid quando hæc vota reseruata sunt metu emissa? Refertur quadam sententia, n. 30.
Explicatur sententia Authoris, n. 31.
An possit Episcopus in voto castitatis, ac religionis dispẽsare, quando necessitas periculi incontinẽtiæ occurrit, nec est aditus ad Pontificẽ: aut etsi sit aditus, est magnum incontinẽtiæ periculum? Refertur duplex sententia, n. 32. & 33.
Explicatur sententia Authoris, nu. 34. 35. & 36. & eo. nu. 35. explicatur c. Veniens, qui clerici vel vouentes.
An idem liceat in casu necessitatis in triplicis peregrinationis reseruatæ votis, n. 37.
Quid si in his necessitatis casibus sit recursus ad Nuntium Apostolicum, aut ad alium habentem delegatam dispensandi in eis potestatem, n. 38.
Quid si Episcopus posset supplere pauperiem eorum, cũ quibus est in his votis dispensandum in eo necessitatis casu, nu. 39.
An ea dispensatio ratione necessitatis concessa deseruiat ei soli vsui, quem necessitas postulat, n. 40.
Traditur regula ad sciendum quando dispenset Episcopus in reseruatis, defectu materiæ, n. 41.
An quando votum est disiunctiuum rerum reseruatarũ, aut rei reseruatæ, & non reseruatæ, possit Episcopus ante electionem materiæ reseruatæ dispensare in eo voto, n. 42.
Quid post electionem materiæ reseruatæ, nu. 43.
Quid quando materia reseruata obligat ratione impotentiæ implendi alteram partem non reseruatam, nu. 44.
An quando votum reseruatum est commutatum à Pontifice in materiam non reseruatam, possit Episcopus in hac dispẽsare? Refertur quædam sententia, nu. 45.
Explicatur sententia Authoris, & ea regula, Subrogatum sapit naturam eius, cuius loco subrogatur, nu. 46.
An quando vouens voluit his votis se obligare ad solam culpam veniam, aut ad solam pœnam, possit Episcopus in illis dispensare, nu. 47.
An possit Episcopus dispẽsare in voto tẽporali castitatis, n. 48.
Quid si promittatur castitas vsque ad ætatem centum annorum, nu. 49.
Quid de voto castitatis coniugalis seruandæ, n. 50. Et ibi, quid quando id votum est annexum statui religioso equitum ordinis militaris.
Quid de voto quo alter coniux absque alterius licentia, siue cũ illa promisit se non petiturum debitum, & quid quando vterque ex licentia alterius, aut absque illa id votum emisit: aut quando vterque communi consensu promisit se nec petiturum, nec redditurum n. 51.
Quid quando alter coniux absque alterius licentia castitatẽ vouit, n. 52.
An saltem possit Episcopus dispensare cum hoc ad petendum debitum, siue ante matrimonij consummationem, siue postea illud emiserit, nu. 53.
An quando cum licẽtia alterius coniugis alter solus continẽtiam vouit, possit Episcopus in hoc voto dispensare, n. 54.
Quid quando vterque coniux continentiam vouit absque alterius licentia, n. 55.
Quid quando vterque seorsum continentiam vouit, habita alterius coniugis licentia, non tamen per modum contractus, nu. 56.
Quid quando vterque communi consensu per modum cõtractus, n. 57.
An dispensatio in hoc casu sit ad solum debitum petendum, & an possit tunc dispensare, vt soluto eo matrimonio coniux superstes aliud matrimonium ineat, n. 58.
An si de facto ineat, possit Episcopus dispensare ad petendum debitum, n. 59.
Quid si id votum communi consensu fuit ad tempus, vel cum aliqua exceptione, aut conditione, nu. 60.
Quid si illi coniuges redeant ad matrimonium remittentes sibi pactum, n. 61.
An possit Episcopus dispensare ad petendum debitum cum eo qui post votum castitatis matrimoniũ iniÿs? Refertur quadam sententia, n. 62.
Explicatur sententia Authoris: & an si soluto eo transeat ad aliud matrimonium, sit opus noua dispensatione ad petendum debitum, n. 63.
An possit Episcopus dispensare ad petendum debitũ cum cõiuge habente votum religionis, vel ad reddendum, quando nondum est matrimonium consummatum, aut quando eo consummato est licitum diuortium, n. 64.
An possit dispensare in voto virginitatis seruandæ, nu. 65.
Quid de voto non ineundi matrimonij, etiamsi sit in fauorem tertij, nu. 66.
Quid de voto non fornicandi, aut abstinendi à certo actu venereo, nu. 67.
Quid si plura vota rerũ pertinentiũ ad castitatẽ emittãtur, ex quibus omnibus perfecta castitas promissa consurgat, n. 68.
Quid de voto assumendi ordinis sacri, nu. 69.
Quid de expresso promittendæ castitatis voto, num. 70.
Quid de voto religionis non approbatæ, & assumendi habitus beatarum, n. 71.
Quid de voto paupertatis, & obedientiæ emissis in ea, aut in sæculo, nu. 72.
Quid de voto religionis ordinum militarium, nu. 73.
Quid de voto ingrediendi strictiorem religionem, ad ingrediendum laxiorem, n. 74.
Quid de voto perseuerandi in religione, n. 75.
An possit dispensare in differenda exequutione voti reseruati, vt religionis, n. 76.
An possit dispensare in tribus peregrinationibus reseruatis, non in eorum locorum deuotionem emissis, nu. 77.
An possit in modo peregrinandi, vt si quis promisit pedibus, aut mendicando ire, vt eat equo, aut non mendicãdo, n. 78.
Quid de voto non petenda ab alio dispensationis, nisi à Papa, num. 79.
An in dubio an votum sit reseruatum, præsumatur tale, n. 80.
Post n. 80. inuenies summaria quæ desiderantur.

24 QVæſtio ſecunda. Quãdo liceat epiſcopo diſpenſare in votis reſeruatis abſolutè emiſſis, aut ratione circũſtantiæ cõcurrentis, aut ratione materiæ promiſſæ deficientis a natura materię reſeruatę? De qua quæſtione lateegi lib. 8. de matrim. diſp. 9. 10. & 11. & ideo breui dicã quę ibi latius tractaui, remittendo illuc probationes, & authores, & addẽdo aliqua. Dupliciter pôt cõtingere poſſe epiſcopum diſpenſare in votis reſeruatis. Priori modo, quando ſeruatur perfecta materia, & obligatio voti reſeruati, at ratione circũſtantiæ cõcurrentis eſt tũc licitũ. Vt ſi eſt votum perfectum religionis, aut perfectæ caſtitatis, at cõcurrit impotẽtia adeũdi Pontificis. Poſteriori modo, quãdo materia promiſſa deficit à natura materiæ reſeruatæ, vt ſi promittatur caſtitas ad tẽpus, vel pars caſtitatis, vt nõ fornicari. Et ideo duplex erit tractãda difficultas, prior de priori modo: poſterior de poſteriori.

25 Atque ad vtramque enodandam eſt quoddã fundamentum præmittendũ. Secluſa reſeruatione eſſe integrum epiſcopis diſpenſare in ſuis diœceſibus, in omnibus votis, ſicut Pontifici in toto orbe: at rõne reſeruationis nequeunt in quinque votis reſeruatis Papæ. Hoc probaui lib. 8. de matrim. diſp. 9. n. 3. & vltra Doctores ibi relatos, tenent *Martinus de Ledeſ. 2. p. 4. q. 24. ar. 1. ad finem. Palacios 4. d. 38. diſp. 3. col. 38. verſ. quod ſi iuſſus, f. 881. Suarez. to. 2. de religione tractatu de voto, lib. 6. c. 21. nu. 1. Graff. 1. p. deciſionum, lib. 2. c. 31. n. 21. Aragon 22. q. 88. ar. 12. fol. 1042. col. 1. concl. 1. Manuel 2. to. ſumma, c. 100. n. 3. Leonard. lib. 2. de iuſtitia, c. 4. dub. 13. n. 103. Sayre in claui regia, lib. 6. c. 11. n. 48. Petrus de Ledeſ. 2. tomo ſummæ, tractatu 10. c. 3. dub. 7. & c. 8. in 3. parte, in qua tractat qui poſſint in votis diſpenſare, in ſecũdo dicto.* Ex quo deducitur diſpenſationis huius reſeruationẽ eſſe odioſam, & reſtringendã. Quod ordinariæ epiſcoporũ poteſtati deroget. Atque ita tradunt *Sotus lib. 7. de iuſtitia q. 4. ar. 3. col. 5. verſ. Ex his fit conſequens. Leonard. eo. dub. 13. nu. 160. caſu 7. Sayro eod. n. 48. Suarez. eo. n. 1. Petr. de Ledeſma eo. c. 3. dub. 7.*

26 Hoc ſuppoſito eſt prior difficultas. Quando ſeruata pfecta voti reſeruati materia, liceat epiſcopo in illo diſpenſare ratione circumſtantiæ alicuius concurrentis. Ad hoc enodandum regulæ aliquæ ſolent dari. Prima regula eſt. Quoties de voti valore fuerit morale dubiũ, ſiue ſit dubiũ iuris, ſiue facti, & ſiue ſit negatiuũ propter coniecturas, quæ nõ ſufficiunt ad determinãdum iudicium, ſiue ſit poſitiuum ex opinionibus probabilibus contrarijs, id votũ cuiuſcumque materiæ reſeruatæ, non eſt reſeruatũ, ſed poteſt epiſcopus in eo diſpenſare: & hoc eſt verum, quamuis id dubium nõ ſufficiat ad excuſandum vouentem à voti obligatione; quãdo enim excuſat, nulla opus eſt diſpenſatione. Ratio eſt, quia cum diſpẽſationis reſeruatio ſit odioſa, eſt reſtringenda ad caſus certos: dubij enim non cõprehenduntur ſub reſeruatione. Vt probaui lib. 1. huius tractatus c. 10. n. 74. Hanc tradit *Suarez. to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 26. n. 6.*

27 Secunda regula traditur ab aliquibus. Quando vota reſeruata emittuntur à perſonis dominatiuæ alterius poteſtati ſubiectis, ita vt ab illa poteſtate irritari valeãt, ſi non irritentur, poteſt epiſcopus in illis diſpenſare. Hanc tradit *Gutierez q. canonicis, lib. 2. c. 22. n. 29.* Ducitur, quoniã ſi pater, vir, dominus, poſſunt in huiuſmodi ſubditis vota hæc irritare, à fortiori integrũ erit epiſcopo in eis diſpenſare.

28 At hanc regulam reprobaui lib. 8. de matrim. diſp. 9. n. 4. Et eam reprobat *Suarez. eod. c. 26 nu. 3.* Quia cum hæ poteſtates ſint diuerſæ, diuerſiſque principijs innitãtur, non bene ex vna ad alteram argumentum ducitur. Præterea, quia Pontifex reſeruatione ſua minime intendit derogare poteſtati dominatiuæ, cui irritatio innititur: quod ſecus eſt de poteſtate diſpenſandi.

29 Tertia regula traditur ab alijs. Quoties vota reſeruata ſolent frequentiſſime emitti, pôt in eis epiſcopus diſpenſare. Hanc vidẽtur tenere *Henriquez. li. 7. de indulgentijs c. 30. n. 6. in commẽto, litera A. & Vivaldus in cãdelabro ſacramentorum 3 p. c. 14 num. 56.* dicentes enim poſſe epiſcopũ diſpenſare in votis pœnalibus rei reſeruatæ, afferũt hanc rationem. Quia frequenter ea vota emittuntur à perſonis iunioribus: & epiſcopus pôt diſpenſare in caſibus communiter accidentibus. Vt tradunt *Caietan. 1. 2. q. 97. art. 4. Sotus lib. 1. de iuſtit. q. 7. ar. 3. & multi alij,* Sed hæc frequentia pôt intelligi de frequentia tranſgrediendi voti, & de hac dicemus à nu. 32. Aut poteſt intelligi de frequentia emittendi hæc vota. Et tunc non eſt vera hæc regula, & optime eã impugnat *Suarez. eo. c. 26. n. 7.* Quia doctrina illa cui innititur, traditur à Doctoribus illius, de ſolis legibus eccleſiaſticis latis generaliter, & abſque vlla reſeruatione: atque ea non innititur frequentiæ, ſeu multitudini legum, ſed frequenti occaſioni, & neceſſitati nõ ſeruandæ legis, & ſubinde in illa diſpenſandi, ne cogãtur homines aut illam trãſgredi, aut cum magna difficultate eã ſeruare. Quare hæc doctrina nequit votis reſeruatis applicari, quæ non ignarus frequentiæ eorũ ſibi Pontifex reſeruauit. Præterea quia etſi impedimenta iure eccleſiaſtico matrimonium dirimentia ſint frequentiſſima, nullus ait poſſe epiſcopum in legibus eccleſiaſticis illa ſtatuentibus diſpenſare.

30 Quarta regula ſolet tradi. Quoties hæc vota emiſſa ſunt metu leui per iniuriam incuſſo ad extorquendum votũ, qui ad ea irrita reddenda nõ ſufficit, poteſt epiſcopus in eis diſpenſare: nec reſeruatio intelligitur in hoc caſu. Hanc cõmuniter probant Doctores illius *ex c. Veniens. qui clerici, vel vouentes.* Eam tradunt *Angl. verbo votũ 4. n. 9. Tabiena verb. diſpenſatio, q. 9. n. 11. Nauar. ſumma Latina, & Hiſpana c. 12. n. 69. Manuel 1. to. ſumma, in 2. editione c. 243. cõcl. 14. n. 14. Henriquez. lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 8. Leonard. lib. 2. de iuſtitia, c. 40. dubio 13. num. 106.* Sed hanc regulam impugnat *Suarez. eod. cap. 26. n. 4.* Quia inuoluntarium in eo voto repertum, eſt ſecũdum quid: quod ſi ſufficeret vt ceſſaret reſeruatio, ceſſaret ẽt in votis emiſſis in periculo mortis, & naufragij, in quibus idem inuoluntariũ reperitur nec iniuria addita, per illum metũ confert aliquid, vt ceſſet reſeruatio. Et *nu. 5.* dicit *idem Suarez.* regulam eſſe veram in votis reſeruatis metu cadente in virum conſtãtem emiſſis, quãdo metus eſt incuſſus ad extorquendum votum. Duciturque ex regula prima tradita n. 26. nam etſi ipſe ſentiat vota eo metu emiſſa eſſe valida: at eſt probabile oppoſitum: & ideo iuxta illam regulam poterit epiſcopus diſpenſare, tanquam in votis, quorum valor eſt ſub opinione.

31 At verior eſt regula tradita ab alijs auctoribus: nam quando metus eſt cadens in virum conſtantem, nulla eſt opus diſpẽſatione, quia cõmuniſſima & verior opinio habet ea vota eſſe irrita Vt probaui hoc lib. 4. ca. 3. Ducor autem, non ex *c. Veniens* is enim textus eam regulam non probat. Vt dicam nu. 35. Sed quia id inuoluntarium ſecundum quid repertum in eo voto, non quomodcumque ſed per iniuriam, minuit notabiliter rationem voluntarij, & voti, ac proinde non cenſetur Pontifex velle quaſi iniuriam illam fouens, reſeruare huiuſmodi vota: quinimmo ſunt facillimæ diſpenſationis. Præterea quia c. 3. diximus eſſe probabile vota eo metu leui facta eſſe irrita: & ideo habet etiam locũ regula tradita à n. 26.

32 Vltima regula eſt. Quando magnum incontinentię periculũ imminet, nec eſt facilis aditus ad Pontificem, præ paupertate, vel alia cauſa, pôt epiſcopus diſpenſare in voto religionis, & caſtitatis. Hanc negãt *Manuel in Bulla Cruciata §. 9. dub. 1.* quod mouet circa votũ caſtitatis *n. 118. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 11. n. 53. in fine. Ludou. Lop. 2. p. inſtruct. conſcientiæ, vbi de clauibus c. 9. col. penult.* vbi excipit remotiſſimas Indorum partes.

Alij

33 Alij aũt in alio extremo aiunt posse epm dispensare in voto castitatis ex animi perturbatione emisso, qñ voueus est iuuenis, vel suspectus, & hoc ob maius incontinentiæ periculum vitandi. Ducuntur ex *c. veniens, qui cler. vel vouentes*, vbi permittitur epo dispensare in voto castitatis in hoc euentu. Atque ita tradunt multi, quos retuli lib. 8. de matrim. disput. 9. nu. 24.

34 At regula tradita nu. 32. est amplectenda. Quia iure optimo credi potest non esse Pontificis mentem, velle ĩ tali casu reseruare sibi hæc vota: nec est verisimile velle eum vt animæ laqueis irretitæ versentur in tanto periculo. Hanc etiam alijs doctrinis similib. adductis, & multis doctorib. allegatis, eadem disp. 9. nu. 22. & vltra authores ibi allegatos, tenent idem *Leonardus l. 2. de iustit. c. 40. dub. 13. nu. 106. Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tract. 10. c. 8. in 3. p. in qua tractat. de potestatibus dispensare, in 4. dicto, fol. 121 3. Suarez tomo 2. de religione tract. de voto, c. 26. nu. 9. & quatuor sequentibus*.

35 Non tñ est vniuersaliter tradita vera doctrina relata nu. 33. Nec *id c. veniens*, illam probat. Quippe in illo nõ dispensauit episcopus propria authoritate, sed ex Põtificis commissione, vel ipse Pontifex. Vt bene docent *Hostiensis ibi in fi. & ibi Io. And. n. 5. Ant. nu. 9. Auch. nu. 3. Syluest. verbo votum 4. q. 4. Gutierez quæst. canonicis, li. 2. c. 22. nu. 49.* Et ideo iure optimo illam improbat *Suarez eodem cap. 26. nume.* 8. Quod satis indicat stylus curiæ, qui habet in dispensationib. Pontificis in his votis, allegari semper periculum incontinentię vouẽris. Præterea quia necessitas dispensation is præbet iustam causam vt superior dispenset, nõ aũt tribuit superiori inferioris iurisdictionem dispẽsandi, qñ potest superior reseruans adiri. Ea tamen doctrina admittenda est, quãdo etsi Pontifex possit adiri, grauissimum tamẽ ex mora adeundi periculum incontinentiæ imminet. Tũc. n. vere dici potest nõ esse facilem, & commodum aditum ad Pontificem. Atque ita docent *Syluest. proxime citatus. Henriq. lib. 6. de pœnitentia, c. 14. n. 7. in commento, litera P. & lib. 7. de indulgentijs, c. 30. n. 6. in commento, litera B.* Nec tunc est opus votum emissum esse ex animi perturbatione. Quia hi Doctores solum vehemẽs periculum in mora considerant: id enim efficit, vt moraliter censeatur non patere aditum ad Pontificem.

36 Atque ob easdem rationes dicẽdum est posse quoq; episcopum dispensare in his votis, quamuis non immineat ex mora periculum incontinentiæ, si aliud quodcunque graue immineat: vt magni scandali, vel magni damni tertiæ personę. Vt si astrictus castitatis, aut religionis voto, velit ducere feminam à se defloratam, & expectata Pontificis dispensatione, ingens mutationis voluntatis, aut matrimonij impediendi periculũ esset: vnde puellam illam remedio destitutam manere cõsurgeret cum honoris iactura. Et fauent *Syluest. & Heriq. proxime allegati*, qui generaliter de periculo imminenti ex mora loquuntur. Et tenet *Suarez eod. c. 26. nu.* 13. vbi bene adhibet aliud exemplum, si esset periculum, vt eo voto astrictus moreretur absque prolis legitimatione, & forte cum animę periculo.

37 Atque eadem doctrina extendi dẽt ad triplicẽ peregrinationem Põtificis reseruatam. Si enim vrgeret necessitas postulans dispensationem, nec præ paupertate aut alia causa posset adiri Pontifex, posset episcopus dispensare, quod probaui lib. 8. de matr. disp. 9. nu. 23. & vltra ibi allegatos, docent *Pet. de Ledesm. relatus nu.* 34. *Suarez eod. c. 26. nu.* 10. Qui optime addit, rarò, aut nũquam euenturum hunc necessitatis dispensandi in his votis casum. Quia necessitati occurrẽti potest subueniri non dispẽsando in voto, sed eius executionẽ suspendendo: quod potest in ea necessitate efficere episcopus.

38 Tripliciter tamẽ solet limitari prædicta vltima regula. Primo, vt in ea necessitate possit episcopus dispensare, quando non est recursus ad Nuntium Apostolicũ. Huius authores retuli ea disputatione nona, num. 25. Sed eã reprobaui cum alijs Doctoribus eodem n. 25. & præter authores ibi citatos, tenẽt *Aula de censuris 2. p. c. 7. disput. 1. dubio 6. notabili 4. Suarez eodem ca. 26. nu.* 15. Quia nuntius etsi sit Legatus à latere, in ijs solis votis dispensare potest in quibus potest episcopus, nec vlla potestate circa vota reseruata potitur Vt nu. 14. diximus. At esset vera limitatio, quando Nũcius haberet specialem Pontificis commissionem ad dispensandum in his votis reseruatis, Quod ibi probaui eadem disput. 9 nu. 25. & tenet *Suarez eodem num.* 15. Quia tunc necessitas cogẽs episcopum dispensare cessat. Quare optime *Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 40. dubio 13. nu.* 106. ponens limitationẽ, nisi recursus esset ad Nũtium, addidit, habẽtem dispensandi commissionem. Et idem est, si possit adiri quicunq; alius eo priuilegio gaudens. cũ enim tunc eodem modo cesset necessitas, nequibit episcopus dispensare. Quod probaui eadem disput. 9. nu. 25. & li. 2. de matrim disput. 40. nu 8. cõtra alios, quos ibi eo n. 8. retuli dicẽtes in vtroque casu posse episcopum: quos etiam sequitur *Aula proxime relatus*. Sed quod vtroq; loco dixi reputo verissimum, & tenet etiam *Suarez eod. nu.* 15. Quia ratio adducta id satis probat.

39 Secũdo limitatur ab aliquibus, nisi episcopus certiorem possit facere Pontificem, & subleuare pauperiẽ eorum, cum quib. dispensandum, ministrãdo sumptus ad id necessarios. Ita *Vasquez 1 2. q. 47. art. 4. disp. 178. c. 2. n.* 16. Quæ quidẽ limitatio esto admitteretur, dumtaxat procederet, quãdo sola paupertas absque alio periculo in mora causam huius dispensationis afferret. Quippe huic periculo existenti nõ cõsuleretur ministratis sumptibus atque ideo hoc periculo existenti potest æque episcopus dispensare cum diuitibus, ac cum pauperibus. At hæc limitatio mihi displicet, etiam quãdo sola paupertas est causa. Quia non video qua ratione obligãdus sit episcopus ad has expensas ministrandas, nec praxis ita seruat. Nec aliquis ex multis Doctoribus, quos pro ea regula retuli, huius limitationis meminit.

40 Vltimo (& verissime) limitatur, vt dispensatio ratione huius necessitatis concessa ab episcopo, sit solũ quatenus ea necessitas postulat. Non ergo potens erit dispensare vt ille voto religionis, aut castitatis astrictus, possit eo matrimonio soluto ad aliud transire: nec similiter vt vitet sacrilegium cõtra votum castitatis, fornicando. Quia cum sola necessitas hanc dispẽsandi potestatem tribuat, eatenus potestas extẽdetur, quatenus necessitas postulat. Quod probaui eadem disput. 9. nu. 26. & tenet *Suarez eodem ca. 26. nu. 13. & 14.* At poterit dispensare, vt in eo matrimonio petat etiam debitũ. Vt bene ait *Suarez eo. numero* 14. Quia moraliter loquendo non sufficiẽter subuenitur illi necessitati alio modo. Immo episcopo dispensante tunc ad ineundum matrimonium, censetur absque alia expressione dispẽsare ad debitum quoque petẽdum. Quia dispẽsat nomine Papæ, ex interpretatiua eius voluntate: at quãdo Papa dispensat ad ineũdum matrimonium, clarum est eo ipso dispensare integre ad ea quæ secum affert matrimoniũ quæ sunt facultas petendi debiti, & obligatio reddendi. Et quo fit, vt si soluto eo matrimonio vigeat eadem alterius ineundi necessitas, qualis erat prior, sit necessaria noua dispensatio: quam ob eamdem rationem poterit iterum episcopus concedere.

41 Posterior difficultas est. Quando integrũ sit episcopo dispẽsare in votis reseruatis absolutis, eo quod materia promissa deficit à natura materiæ reseruatæ. Ĩ c qua re est regula. Quãdo nõ promittitur tota materia reseruata, sed pars eius, aut votum non obligat præcise ad materiam reseruatã, aut dispensatio non est circa materiam reseruatã directe, sed circa aliquã circumstãtiam ei adiunctam potest episcopus dispẽsare. Quod cõstabit ex corollarijs ex hac regula inferendis. Et ratio est, quia cũ hęc reseruatio sit odiosa, est opus vt habeat locum concurrere omnia ad eam necessaria, & vt dispẽ-

satio

fatio fit in ipsa voti reseruati substantia.

42 Ex hac regula colligitur primo, posse episcopum dispẽsare in voto defunctiuo, cuius sola altera pars est reseruata. Vt si quis voueat castitatem, aut ieiunium, uel religionem, vel sacris initiari: (hæc enim posterior pars nõ est reseruata, vt dicemus nu.69.) quandiu res adhuc est integra: quia, scilicet, vouens nondum elegit partẽ reseruatam, ita vt teneatur ad illã. Quod quando contingat diximus c.13. Ratio est, quia cũ in alternatiuis electio sit debitoris satisfaciatq; quãcumque disiunctiuis partem præstando. *Regula In alternatiuis, de regulis iuris, in 6.* Id votum non obligat præcise ad rem reseruatam, & subinde reseruatum non est Quod probaui li.8. de matrimon. disputat.9. nu. 14. Et tenent *Azor tomo 1. institutionum moralium lib.11. cap. 19. quæst. 10. Sayro in clauiregia lib.6. cap.11. num.62. Leonardus lib.2. de iustitia, cap.40. dubio 13. n.106. Suarez, to. 2. de religione, tractatu de voto, lib.6. cap.24. num.1 & 2.* Qui bene addit *eo. n. 2.* secus esse, si esset vtraq; pars reseruata vt promisio castitatem, vel religionem. Quod per se est notum: quia obligat præcise ad materiam reseruatam, quacunq; disiunctionis parte electa.

43 At post electionem materiæ reseruatæ obligantem iã præcise ad illam, nequit episcopus dispensare. Quia est quasi noua voti reseruati emissio. Quod etiã probaui eadem disputat.9. nu.14. & tenent *Sayro, & Azor relatis nume. præcedenti. Suarez eodem cap.24. nu.3.*

44 Quod si votum non obliget præcise ad materiã reseruatam, ex vouentis electione, sed quia pars disiunctionis nõ reseruata est reddita impossibilis, potest episcopus dispensare. Quia id votum per se, & ex natura sua nũquam obligauit ad partem reseruatam, sed præcisa obligatio ad illam consurgit per accidẽs ex solo facto, seu impossibilitate materiæ. Et ita docent *Suarez eodem c.24. num. 4. & 5.*

45 Secundo deducitur, quid dicẽdum sit de materia nõ reseruata, in quam authoritate Pontificis votum reseruatum commutatur. Vt si votum religionis commutetur in ieiunia. Quibusdã placet nequire episcopum dispensare in ea materia non reseruata. Ducuntur, quod subrogatũ sapiat naturam eius rei, cuius loco subrogatur *l. vnica ca. de rei vxoriæ actione.* Ergo sicut prior materia erat reseruata, ita hæc posterior ei subrogata. Alia fundamenta, & Doctores huius sententię retuli libr. 8. de matrimon. disputat. 9. numero 20.

46 At dicendum est posse episcopũ. Quia per commutationem illam extincta est prorsus obligatio voti circa priorem materiã reseruatam, & transijt, in nõ reseruatam, ac proinde est quasi nouum materiæ nõ reseruatæ votum. Et ideo hãc partem tenui latius probãs, & Doctores adducens, & soluens contraria lib.9. de matrim. disputat.9. num. 20. vltra illic. allegatos, tenent *Sayro in clau. regia, lib.6. cap.12. num.23. Leonardus l.2. de iustitia, cap.40. dubio. 13. num. 105. Suarez eodem lib.6 cap.2. 20. numero 15. & 16.* Qui bene *eo num.16.* explicat regulam, cui contraria sententia innititur, vltra aliã duplicem expositionem, quam tradidi ea disputat.9. eodem numero 20. Vt subrogatũ sapiat naturam eius, cuius loco subrogatur, quantum ad id quod per se, & intrinsece pertinet ad subrogationem, non vero quoad qualitates extrinsecas, quæ a lege, & voluntate extrinseca promanant. Et ideo materia subrogata debet necessario esse apta ad Dei cultum, & cadere sub religionis obligatione quæ sunt intrinseca subrogationi: nõ autem sicut prior est reseruata, ita debet esse posterior: hoc enim est subrogationi extrinsecum, promanatque à volũtate superioris reseruantis.

47 Tertio deducitur posse episcopum dispensare in votis reseruatis, quando expressus vouentis animus fuit, ijs ad solam culpam venialem se obligare, aut ad solam pœnã. Quod fieri posse supra diximus Quia tũc valde a voti perfectione deficiunt, & leuissima reputantur.

48 Quarto deducitur posse episcopum dispẽsare in castitatis temporalis voto: vt ad annum, aliudve tempus limitatum. Quia solum castitatis perpetuę votum reseruatur quod simpliciter votum castitatis dicitur. Atque hoc probaui Doctores adducens li.8. de matrim. disputatione 9. num.6. & vltra ibi allegatos, tradunt. *Sayro in claui regia, lib.6. cap.11. num.48. Azor tomo 1. Institutionum moralium, lib.1. cap. 19. quæst. 6. Petrus de Ledesma 2. tomo summæ, tractatu 10. ca. 8. in 3. par. vbi tractat quę possint dispensare in 3. dicto. Leonardus eodem dub.13. nu. 105. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, l.6. cap. 22. num. 9.*

49 Quod intellige, nisi votum esset seruandæ castitatis centum annis. Quia cum vitam hominis non amplius durare pręsumatur, (vt probaui li. secũdo de matrimonio, disputatio.46 num.1. id) votum censebitur perpetuum. Atque ita docet *Leonardus ibidẽ.* Quæ ratio probat idem esse dicendum, non solum quando quispiam promisit se centum annis sequẽtibus seruaturum castitatem: sed etiam quando promisit se vsque ad centum vitæ suæ annos eam seruaturum. Quippe vtroque casu censetur perpetuum, eo quod nõ amplius vitam durare præsumatur.

50 Quinto deducitur posse episcopum dispensare in voto castitatis coniugalis seruandæ. Nõ. n. est totius castitatis votum, sed partis: integrũ enim huic est inire matrimonium. Atque ita probaui Doctores adducens li.8. de matrim disp.9. num.7. Quod intelligo, nisi id votum sit annexum authoritate Pontificia statui religioso, vt est hodie statui equitum ordinum militariũ præter equites D. Ioannis, qui absolutã castitatem vouẽt Quia tũ quam necessario requisitum ad statũ illum religiosũ, non poterit episcopus dispensare cum illis equitibus in sua professione illud emittentibus.

51 Sexto deducitur posse episcopum dispensare in voto, quo alter coniux absque alterius licentia siue cũ illa, promisit se non petiturum debitum. Et idem, quando vterque coniux ex licentia alterius. siue absque illa, eo uoto se ligauit. Et idem, quando vterque communi cõsensu promisit se non petiturum, nec redditurum. Quæ probaui eadem disp 9 n. 8. Et ratio est quia in his casibus sola pars castitatis promittitur, eũ eo matrimonio soluto liceat vtrique ad aliud transire, & neuter adulterando peccet contra votum.

52 Si autem votum coniugum sit absolutæ castitatis potest quintupliciter fieri. Primus emittendi modus est; quando alter coniux absque alterius licẽtia castitatem vouit. Et in hoc casu quidam censent non posse episcopum dispensare. Quos cum suo fundamento retuli lib. 8. de matrimon. disput. 11. nu. 2. Et vltra Doctores ibi allegatos, tenent *Sayro in claui regia lib.6. cap. 11. num. 51.* Alij vero censent posse: quos etiam cum suo fundamento retuli eadem disput. 11. num. 3. At sic distinguẽdum est. Si id votum sit emissum post matrimoniũ cõsummatum, potest episcopus in eo dispensare. Quia id votum non est omnimodæ castitatis, cum obligare nequierit ad non reddendum. Si autẽ nõdum matrimonio consummato sit factum, est subdistinguendum. Si id fuit animo ingrediendi religionem ad votum implendum, atque vouens sciuit non aliter se posse id votum implere, quam religionem ingrediẽdo, nequit episcopus dispensare. Quia cum censeatur velle se ad religionem obligare, quatenus est id medium necessarium ad castitatem tunc seruandam, est votum omnimodæ castitatis, & potest, teneturque tunc illud implere, trãsecundo ad religionem. At si is animus non adfuit, vel nec de ingressu, nec de opposito cogitauit, vel etiam si habuerit tunc animũ ingrediendi religionem, voluerit expresse non se obligare ad illã, aut solus adfuit animus ingrediendi, ignorãdo id esse medium necessarium ad castitatem perfecte seruandam: potest episcopus dispẽsare. Quia cũ in nullo horum casuum teneatur hic ad reli-

religionem, causa seruandi voti castitatis, solus eft animus cum ea ignorantia, aut solum castitatis votū absque eo animo, ad religionē non obligat, iuxta probabiliorem sententiam: id votum non est omnimodæ castitatis, cum absque culpa possit reddere debitum. Quæ omnia latius probaui eadem disp. 11. n. 4.

53 Quod si petas, an possit tunc episcopus dispensare ad petendum debitum. Sic distinguendum est: si iam matrimonium consummauit, potest episcopus dispensare ad petendum debitum. Sicut nu. 63. dicemus posse episcopum dispensare ad petendū cum eo qui post votum castitatis matrimonium iniit. Si vero nondum matrimonium consummauit, nequit episcopus dispensare in casu, in quo iuxta dicta num. præc. tenetur ingredi religionem. Quia est votum absolutæ castitatis, & tenetur ille id integre implere ingrediendo religionem. Si vero non tenetur ingredi potest dispensare ad petendū: immo in toto voto: vt dixi nu. præc.

54 Secundus emittendi voti huius modus est, quando cū licentia alterius coniugis alter solus continentiam vouit. Et tunc quidam dicunt posse episcopum dispensare ad petendum debitum. & nil aliud explicant. Hos retuli lib. 8. de matr. disp. 11. n. 5. Et *Sayro in claui regia, lib. 6. c. 11. n. 52.* dicit posse ad solum debitum petendum. Sed distinguendum est, sicut distinxi duplici nu. præc. Aut enim id emissum est matrimonio nondū consummato, & animo ingrediendi religionem, sciendo non aliter esse in sua potestate implere perfecte votum, sed manendo in sæculo teneri reddere debitum: nequit episcopus dispensare etiam ad petendum debitum. Quod satis probaui num. 52. At si iam matrimonium consummauit, poterit dispensare ad solum debitum petēdum. Iuxta dicta num præc. Si autem votum est factum post matrimonium consummatum, & animo ingrediendi religionem, sciendo se non aliter posse perfecte implere, & volente altero coniuge efficere iure requisita, vt is ingressus liceat, nequibit episcopus etiam ad solum debitum petendum dispensare. Quia tacite voluit hic se ad religionem obligare & sic est votum perfectæ castitatis. Quod si coniux dans licentiam, volensque requisita facere, mutet propositum, nequit episcopus dispensare omnino in eo voto, vtpote quod absolutæ castitatis fuit: at poterit ad solum debitum petendum ratione periculi status. Quando vero id votum absque animo ingressus in religionem est factū, potest episcopus omnino in eo dispensare, siue sit factum ante matrimonij consummationem, siue post. Quia cū hic maneat obligatus ad reddendum debitum, id votum non est omnimodæ castitatis, sed partis. Quæ omnia probaui ead. disp. 11. n. 5.

55 Tertius modus est, quādo vterque coniux continentiam vouit absque alterius licentia. Et tunc idem prorsus est dicendum, quod diximus primo casu nu. 52. & 53. ob rationes ibi traditas. Quod probaui eadem disp. 11. n. 6.

56 Quartus modus est, quādo vterque seorsum cōtinentiam vouit, habita ab altero licentia, nō tamen per modum contractus: ac reciprocæ conuentionis, facio, vt facias, sed independenter ab alterius voto. Et tūc est omnino idem dicendum, quod diximus in 2. casu, n. 54. ob easdem rationes. Quod probaui ead. disp. 11. n. 7.

57 Vltimus modus est, quando vterque communi consensu, & per modum contractus, castitatem vouit. Et tunc aliqui absolute dicunt posse episcopum in hoc voto dispensare. Alijs vero placet tunc posse dispensare ad solum petendum debitum. Authores vtriusque sententiæ cum suis fundamentis, retuli eadem disp. 11. num 8. & 9. At neutra placet, & ideo dicendum est non posse episcopum dispēsare cum his coniugatis, vt matrimonio vtantur, siue petendo, siue reddendo, nisi quando esset incontinentiæ periculum in alterutro, nec commode Pontifex, aut habēs priuilegium ab ipso dispensandi in hoc casu, adiri posset præ paupertate, aut alia ratione. Quia est votum absolutæ & perfectæ castitatis. Quod probaui ea. disp. 11. n. 10. iuncto n. 12. & vltra Doctores ibi allegatos tene *Sayro in claui regia, l. 6. c. 11. nu. 53.* Et idem dicendum est si hoc votum esset metu emissum, quando incussus est per iniuriam ad illud extorquendum: iuxta dicta n. 51.

58 Hæc autem episcopi dispensatio ob eam vrgētem necessitatem, solum potest esse ad petendū, & reddēdum debitum in eo matrimonio. Quia ad hoc solum necessitas vrget. Quare coniux hic fornicans, aut eo matrimonio soluto ad aliud transiens, erit reus voti. At si soluto eo matrimonio adfuerit vrgens dispensandi necessitas, vt coniux superstes ad alias nuptias transeat, nec si aditus ad Pontificē, nec ad aliam dispēsandi priuilegium habentem, poterit ad id iterum episcopus dispensare. Quæ probaui eadem disp. 11. n. 11. & 12. Et vltra Doctores ibi citatos, & priorem partem tenet etiam *Sayro eo. c. 11. nu. 53.* & vtraque constat ex dictis in hoc c. 34. & 38. & 40.

59 Quod si de facto cōiux superstes soluto eo matrimonio, absque aliqua dispensatione, ad aliud transeat, tenebitur non petere debitum, instar eius qui voto castitatis ligatus matrimonium init. At tunc poterit episcopus dispensare ad petendum debitum. Quia respectu huius posterioris matrimonij se habet instar eius qui post castitatis votum ad nuptias trāsit. In quo casu posse episcopum ad hoc dispensare, dicemus n. 63.

60 Dupliciter tamen limitandum est, vt nequeat in voto castitatis mutuo cōsensu per modum contractus emisso, episcopus dispensare. Prius, vt intelligatur quādo est nulla exceptio in eo voto posita. Si enim aliquis casus exciperetur, non esset votum omnimodæ castitatis, & ita posset episcopus dispensare. Vt si coniuges per modum contractus vouissent castitatem, hac lege, vt si soboles tunc habita obiret, possent vti matrimonio. At si ab initio promitterent eam castitatem, si haberēt prolem, est sic distinguēdum, si illa dictio, Si, æquiualet dictioni, Quando, vt sensus sit, ex tempore habitæ prolis promittimus continentiam, nequit Episcopus dispēsare, nec ad petendum, nec ad reddendū ex tempore habitæ prolis, nisi in casu explicato n. 57. Quia ex eo tempore est absolutum castitatis votum. Si aūt sensus esset vere conditionalis, id est, si Deus id in nos beneficium contulerit, vt habeamus prolem, promittimus castitatem; tunc dicendum est de hoc voto, sicut dicemus de dispensatione voti cōditionalis reseruati in hoc eodem capite. Quæ probaui ea. disp... n. 13. Similiter posset episcopus dispensare in eo voto quando esset solius continentiæ ad tempus. Iuxta dicta n. 48.

61 Posterius, nisi coniuges illi qui per modum cōtractus vouerunt castitatem, remittant sibi ipsis renunciationem illam iuris petendi, & reddendi, quam vouendo fecerant, conferendo sibi iterum mutuā corporum potestatem. Quippe tūc valet prædicta remissio, etsi sit sacrilega contra votum, & tenebitur vterque debitum alteri petendi reddere. Quare poterit tunc episcopus dispensare ad petendum debitū solum, etsi facilis ad Pōtificem aditus sit Iuxta dicenda n. 63. Quæ omnia probaui ea. disp. 11. nu. vltimo.

62 Hactenus diximus quando votum castitatis sequitur matrimonium iam initum. superest explicandū, quando ante matrimonium emittitur. De qua re egi lib. 8. de matr. disp. 12. à nu. 2. vsque ad 9. Qua in re constat non posse episcopum omnino in eo voto dispensare: sicut nec ante matrimonium poterat. Sola est controuersia, an possit dispensare ad petendum debitum. Quidā negant posse, nisi quando non est aditus ad Pontificem præ paupertate, vel alia causa, aut ad eum qui ex priuilegio Pōtificio potest dispēsare, aut est periculum in mora. Quos & horum fundamētum retuli ea. disp. 12. numero 2. & 3. & vltra Doctores ibi citatos, tenet *Sayro in claui*

claui regia,lib.6.c.11.n.53. explicans, siue matrimonium sit consummatum, siue non. Leonardus idem videtur tenere luquens in vtroque casu, *Leonardus lib.2.de iustit cap.40. dubio 13.n.106.*

63 Sed multo probabilius est, posse epm dispensare ad petendum debitum, siue consummatum, siue nondum cõsummatum matrimonium sit: & etiam priori bimestri post initum, nec consummatum matrimonium; vel si cum ipse vouens sit innocens alter coniux sit adulter: & etiam quamuis ad matrimoniũ transijsset aio ingrediendi religionem: & quamuis ipse Pontifex, aut alius habens priuilegium dispẽsandi, posset facile adiri. Cuius ratio est, consuetudo legitime præscripta, quæ obtinuit posse epm in hac debiti petitione dispensare. Cum autem hæc dispensatio fit ad solum petendum debitũ, remanet obligatio voti quoad abstinendum à venereis extra id matrimonium, & ab alio ineundo post illud. Quod si aliud postea iniret, opus esset noua petẽdi debiti impetranda ab Epo dispensatione. Quia sicut prior non extendebatur ad aliud matrimonium ineundum, ita nec ad eius vsum si iniretur. Quæ omnia latè probaui, & adduxi authores ea. disp.12.à n.3. vsque ad 9.

64 Tande si voto religionis astrictus matrimoniũ ineat, nec id cõsummarit, aut illud votum emittat matrimonio inito, nondum tñ consummato, nequit episcopus dispensare, siue ad petendum, siue ad reddendũ. Quod bene docet *Sotus 4.d.38.q.2.art.1.col.7.versic. Quid autem remedij.* Ratio est aperta quia cum tunc possit implere votum ingrediendo religionem, tenetur ad id. Quod semel consummato matrimonio impeditretur. Atque ob eandem rationẽ est idem prorsus dicendũ, quoties ob alterius coniugis delictum potest id votum licite implere. Quia tunc obligat.

65 Septimo deducitur non posse episcopum dispensare in voto virginitatis seruandæ, nisi expresse noluerit vouẽs se ad castitatem obligare sed ad solam corporis integritatem seruandam, consistentem in abstinentia à primo luxuriæ actu, per quem virginitas deperditur. Quia quando hæc expressa intentio non reperitur, est votum castitatis. Vt supra diximus. Et ita tradũt *Azor tomo 1.instit.moral. lib.11.cap.19.q.14. Leonardus lib.2. de iustitia,c.40.dubio 13.n.105. Sayro in claui regia lib.6. c.11.à n.55.*

66 Octauo deducitur posse episcopum dispensare in voto non ineundi matrimonij. Quia est solius partis castitatis votum. Quod probaui lib.8. de matr.disp.9 n.11. contra alios quos ibi n.10.retuli. Et vltra Doctores eo. nu.11.relatos, idem tenent *Leonardus eodem num.105. Sayro eod.c.11.n.47.Pet.de Ledesma 2.to summa, tractatu 10.c.3.dub.7.& c.8.in 3.p.vbi tractat de potẽ tibus dispensare, in 3 dicto Azor eodem c.19.q.5.Suarez tomo 2.de religione, tractatu de voto lib.6.c.21 nu.9.* Quod tamen limitandum probaui eadem disp 9.nu.12. quando esset merum votum, aut merum iuramentum factum Deo: si.n. in fauorem tertij id petentis, cuius interest, emissum sit, non poterit episcopus dispensare. Vt si coniux à coniuge petat, vt iuramento, aut voto, se illi obliget ad abstinendum ab alio matrimonio. At si ille remittat ius sibi acquisitum, poterit episcopus. Quia illud solum obstabat.

67 Nono deducitur posse episcopum dispensare in voto non fornicãdi, aut abstinendi à certo actu venereo. Vt bene docent *Leonard.eo.n.105.Graffis 1.p.decisionum li. 2.c.53 n.30.* Et in voto non tangendæ mulieris. Vt bene docent *Nauar. lib.3. consiliorum tit.de voto, in priori editione, conf.22.nu.vnico, in posteriori, consil.42.n.vnico. Graff.eod.c.53 n.31.* Et ratio est, quia neutrum est perfectæ castitatis votum. Quia contra prius nõ delinquitur ineundo matrimoniũ. Nec cõtra posterius se polluendo, absque desiderio coitus cum femina, aut habendo copulam sodomiticam cum viro.

68 Decimo deducitur posse episcopum dispẽsare, quando diuersis votis varia ad castitatẽ pertinẽtia sunt promissa, ita vt ex omnib. illis iunctis cõsurgat obligatio ad perfectam castitatem. Vt si quispiam semel promisit se non initurũ matrimonium, & iterum se nõ fornicaturum, & iterum se nullũ peccatum venereũ admissurũ. Quia in quolibet horum potest eps dispensare, vtpote quod perfectę castitatis nõ est. Ergo pôt in oibus simul. Nã vota posteriora se habẽt per accidẽs ad prius. Hoc aũt intelligo nisi id vltimum votũ quo castitas perfecta completur, consulto ille fecerit, vt perfecta castitatis ligatus maneat. Quippe tũc censetur priora cũ hoc posteriori coniugere, & velle perfecto castitatis voto ligari.

69 Vndecimo deducitur posse episcopum dispensare in voto assumendi ordinis sacri. Quia id non est votum castitatis, sed assumendi status, in quo est castitas tacite promittẽda. Quod probaui lib.8.de matr.disp.9.n.13. & vltra Doctores ibi relatos, idem tenent *Azor tom.1. instit.moral.lib.11.c.1c.q.6.Sayro in claui regia,li.6.c.11. nu.60. Leonardus lib.2.de iustit.c.40.dubio 13.n.105. Petrus de Ledesma 2.tomo summa, tract.10.cap.8.immediatè antequam tractet de commutatione votorum, vers. Al primer argumento. Suarez tomo 2.de religione, tract.de voto, lib.6.c.21.n.7.& c.24.n.2.*

70 Immo potest dispensare in expresso promittendæ castitatis voto. Quod id non sit votum castitatis, sed illius promittẽdæ, & ideo si hic fornicaretur ante promissam castitatem, non delinqueret contra votum. Et ita tenet *Suarez eo.c.21.n.7.*

71 Duodecimo deducitur posse episcopum dispensare in voto religionis non approbatæ. Quia religio non approbata à sede Apostolica non est vere religio: & ideo id votum non est religionis. Sic tradit *Leonardus li.2.de iustit.c.40.dub.13.n.105.* Qua ratione potest dispensare in voto assumendi habitus feminarum, quas vulgo Beatas appellant. Vt probaui lib.8.de matr.disp.9.n.15. Et vltra Doctores ibi relatos tenent *Sayro eo.c.11.n.64. Suarez eo.c.21.n.8.*

72 Decimotertio deducitur posse episcopum dispensare in voto paupertatis & obedientiæ, siue in sęculo, siue in religione non approbata, emisso. Quia non sunt vota religionis, nec statui religioso annexa. Et ita de vtroque in religione non approbata emisso tenet *Leonardus ubi præced.relatus.* Et clare videtur tenere *Suarez eo.c.21.n. 8.& 9.* dicit enim posse episcopũ dispensare in his votis extra statum religiosum factis: at status religionis non approbatæ minime est religiosus. Et de voto paupertatis facto in sęculo, tenent *Nauar. commentario 1.de regularibus, n.21. Henriquez lib.7.de indulgentijs.c.30.n.6. in commento, litera F.*

76 Decimoquarto deducitur non posse episcopum dispensare in voto ingrediendi religione equitum ordinis militaris D.Ioannis, secus de alijs ordinibus eorum. Quia ille est vera religio, in qua tria vota solẽnia emittuntur. Hi autem an sint vere religiones, valde controuersum est, & licet ergo existimem esse vere religiones satis est id esse sub opinione, vt possit episcopus dispensare. Iuxta regulam n.26.traditam. Et ita defendi contra alios lib.8.de matr.disp.9.n.16.

74 Decimoquinto deducitur, posse episcopũ dispensare in qualitate adiũcta substantiæ voti religionis. Vt cum promittente ingredi in religionem strictiorem, vt laxiorem ingrediatur. Quia id non est dispensare in voto reseruato, sed in quadã eius circũstantia. Quod probaui contra alios, ea disp.9.n.17.& vltra Doctores ibi relatos, tenẽt idẽ *Manuel 2.to.summa,c.89.n.4.& q.regular. to.1.q.25.art.6. Henriq.lib.7.de indulgentijs,c.22.n.7.Pet. de Ledes.2.to.summa tract.10.c.7.dub.vlt.dicto 1.vers. La 2.p. Sayro in claui reg.lib.6.c.11.n.63. Azor to.1.inst.moral.lib.11.c.18.q.8. Leonard.eod.dub.13.n.105, vers.6.*

75 Decimosexto deducitur, si quis promittat nõ tantum religionem, sed perseuerantiam in illa, quamuis Pontifici reseruetur dispensatio circa ingressum, posse episcopum

pum dispensare circa perseuerantiã: & ita vt possit hic tempore nouitiatus exire, si expertus religionis austeritates, iusta causa ad non perseuerãdum ducatur. Quia votum perseuerãdi est virtute diuersum à voto religionis. Hoc enim obligat ad ingressum, & perseuerãdum, nisi vouens iusta causa exeat, vt quod nequeat religionis austeritates ferre. Illud vero obligat in omni euẽtu ad perseuerãtiam. Nec tunc in voto religionis dispensatur, sed in qualitate adiuncta, quæ nullibi reseruatur. Præterea, quia sub opinione est, an id votũ obliget præcisè ad perseuerantiam, an potius liceat exitus ex iusta causa tpe nouitiatus, sicut quando est votum solius religionis, vt c. 16. vidimus. Et ita succedit regula tradita nu. 26. vt possit episcopus dispensare. Et ita tenet *Host. in summa, tit. de voto, n. 16. in fi.* Nec refert, an id ingressus sit iam religionem, aut ab illa exierit. Potest enim episcopus dispensare ante ingressum, non ne ingredi teneatur, sed ne teneatur ad perseuerandũ, si iusta egressus causa sit. Et similiter post exitum, si iusta causa ductus exijt potest dispensare, ne teneatur iterũ ingredi. Quia iam ille satisfecit voto religionis, etsi eo solo ligatus esset, non teneretur iterum ingredi ad iterarum autem ingressum ex solo perseuerantiæ voto tenetur: in quo episcopus dispensare potest. Si vero absq; causa iusta exierit, nequit episcopus dispẽsare, ne iterum ingrediatur. Quod nondum is satisfecerit voto religionis, & ideo esset dispensare in illo. Nec refert ad prædictam episcopi facultatem circa id votum siue factum sit per modum plurium, vt voueo religionem, & perseuerare in illa, siue per modum vnius, vt voueo me perseueraturum in religione. Quia etiam in hoc posteriori modo clauditur virtute duplex votum.

76 Decimoseptimo deducitur quid dicendum sit de potestate episcopi circa dilationem executionis votorum reseruatorum. Vt si quis promisit ingressum religionis intra annum, & adsit iusta causa differẽdi amplius *Suarez 2. tomo de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 16. n. 11. & 12.* negat hanc facultatem episcopis, nisi ea causa superuenienti non esset aditus ad Pontificem intra præscriptum voti tempus. Id probat primo, quia ita habet consuetudo, quæ est optima legum interpres. Secũdò, quia talis circumstantia multum attingit substantiam; differt enim totam voti obseruationem pro aliquo tpe. Tertio, quia similibus dispensationibus multiplicatis, seu successiue concessis, posset totum votum frustrari. Nam si prima valuit per annum, etiam valebit secunda perseueranti causa & sic deinceps. Facile etiam post talem dilationem contingunt mutationes, quæ omnino impediunt statum religiosum. Admittit autem dispensationem episcopi, in solo prędicto necessitatis casu. Quia hæc potestas est necessaria in episcopis ad ordinariam gubernationẽ, cũ casus similis necessitatis frequenter occurrãt. Quod si interdum contingat, vel ex dilatione reddi impossibile voti executionem pro alio tempore, vel si impedimentum adeundi Pontificis sit perpetuum, tunc habebit locum (inquit) dispensatio in illo voto, prout causa postulauerit. Atque idem significant *Angles Floribus secũda parte, quæstione vnica, de voto artic. 8 difficultate 9. conclusione 4. & Sayro in claui regia, in lib. 6. c. 11. n. 66.* vbi dicunt posse episcopũ declarare differendam executionem horum votorum ob iustas causas, non solum instar priuati Doctoris, sed declaratione authentica iurisdictionem spiritualem exigẽti. At probabilius existimo posse episcopum ordinaria potestate dispensare in hac dilatione, dũmodo votum non adeo differatur, vt sit periculum in eum statum incidendi, vt vouens reddatur impotẽs ad votum implendum. Quod hoc non sit dispensare in substantia voti reseruati, sed in eius qualitate. Nec minus attingitur substantia religionis, quando promittitur religio strictior & dispensat episcopus ad laxiorem, prout posse dispensare diximus nu. 74. quam dum in solo executionis tempore dispẽsat; immo magis videtur attingere, siquidem tota religio promissa mutatur, in nostro autem casu solum tẽpus. Præterea, quia esto multum attingatur substantia voti reseruati; at re vera non dispẽsatur in illo, sed substantia suæ obligationis illæsa manet, quòd sufficit, ne habeat locũ reseruatio, quæ odiosa est, & restringenda. Nec probatur consuetudo contraria, & si ea esset, deseruiret soli maiori securitati, & ad tollendos scrupulos. Et hinc manẽt solutæ duę priores rationes contrariæ. Nec obstat vltima ratio, quia ideo limitaui dũmodo non tanta sit dilatio, vt sit periculum impotentiæ implendi voti. Vt si opus esset dilatione tẽporis val de incerti, & quod moraliter potest esse diuturnum. Quale esset pro tempore vitæ parentum, aut simile. At quando id periculum moraliter non est poterit Episcopus, & non semel tantum, sed iterum & iterum, concurrenti causa iusta dispensandi.

77 Decimooctauo deducitur posse Episcopum dispensare in triplicis peregrinationis reseruatæ voto, qñ expressus vouentis finis fuit, non ad inuisenda ea loca, sed ad alium finem. Vt si quis promittat ire Romam ad inuisendam imaginem beatissimę Virginis, vel ad osculandos Pontificis pedes, eumque recognoscendum, vel ad impetrandum alicuius peccati absolutionem ab eo. Et similiter est iudicandũ de alijs peregrinationib. reseruatis. Consulto aũt dixi, qñ finis expressus vouentis est diuersus; nam quãdo ea vota absolutè emittuntur nullo cõsiderato fine, sunt reseruata. Quia censentur emissa modo frequenti, quo emitti solent; vnde oportet, vt possit Episcopus dispensare expressum vouentis finem esse diuersum. Ducor quia Doctores omnes, & *extrauag. Etsi Dominici. la 2. de pœnitent. & remiss.* vbi hæ peregrinationes reseruatæ numerantur, dicunt sic. Ad visitanda Romæ limina Apostolorum Petri & Pauli; D. Iacobum Compostellæ, & loca sancta Hierosolymæ; & sic clarè loquuntur de votis ex deuotione prædictorum locorum emissis. Secũdò, quia huiusmodi votum est solum materialiter, & per accidens Romanæ peregrinationis, quare illi satisfieret eundo in alium locum, vbi esset Pontifex, vel ad quem mutaretur illa imago.

78 Decimonono deducitur posse Episcopum dispensare in qualitate his peregrinationibus adiuncta. Vt si quis promisit se iturũ pedibus, aut mendicando, potest Episcopus dispensare, vt equo vectus eat, & portans necessarias itineris expensas. Quia non dispensandũ est tunc in voto, sed in circumstantia per accidens adiuncta. Et constat ex dictis n. 74. & tenet *Leonard. l. 2. de iust. c. 40. dub. 13. n. 105.*

79 Vigesimò deducitur, votũ non petendæ dispensationis ab alio, quam à Romano Pontifice, nõ esse reseruatum. & sic posse Episcopum in illo dispensare. Quippe nõ est ex quinq; numeratis, quæ sola reseruari diximus n. 6. Et tenent *Azor tom. 1. institutionum moralium, li. 11. c. 19. q. 15. Sayro in claui regia lib. 6. c. 10. n. 67.* Tandem in dubio, an votum sit reseruatum, nec ne iudicandum est in partem benigniorem, vt reseruatum non censeatur. Sicut in alijs casibus reseruatis contingit in hoc dubio. Quod constat ex dictis n. 26.

SVMMARIVM.

Quid sit votum pęnale, & quotupliciter fiat, & in quo distet à conditionali, n. 81.

Vtrumque votum quoddam est verè tale, & quoddam apparenter, n. 82.

An sit conditionale, promitto religionem si frater maior habuerit filios, nu 83. Et ibi, an sit quandoque conditionale, si pater obierit.

Quid si sit conditio, nisi frater absque filijs moriatur, n. 84.

Conditio quadam est de præsenti, aut præterito; quadam de futuro; & quadam tacitè inest, quadam tacitè nõ inest, n. 85. Et ibi declaratur, quando explicatur eo modo quo inest.

Conditio

Conditio alia est necessaria; alia contingens, n.86.
Quando vota reservata fiunt absoluté, licet tanquam odiosa, & in pœnam, vel ad euitandum dedecus, an possit Episcopus dispensare, num.87.
Quid quando conditio voti pœnalis, est de præsenti, aut præterito, nu.88.
Quid quando conditio est de futuro? Refertur duplex sententia, nu.89. & 90.
Explicatur sententia Authoris, n.91.
Quid si in eo voto pœnali apponatur pœna per modum medicinæ, aut in gratiarum actionem rei comparandæ, nu.92.
Quando votum est solum apparenter conditionale, an possit Episcopus dispensare, si est res reseruata, num.93.
Quid quando conditio tacitè inest, n.94.
Quid quando necessaria, nu.95.
Quid quando est de præterito, aut de præsenti, nu.96.
Quid quando est contingens, & de futuro? Refertur duplex sententia, num.97. & 98.
Explicatur sententia authoris, n.99.
Soluuntur sententia contraria eo. n.99.

81 QVæstio vltima. An episcopus dispensare possit in votis pœnalib. & conditionalib. rei reseruatæ. Duplex petitur difficultas, prior de votis pœnalib. posterior de cõditionalib. Et ad vtramq; præmittedũ est primò, votũ pœnale esse, quoties vouens minimè est affectus ad rē sub pœna in voto promissam, & illam sub cõditione aliqua sibi in pœnā proponit, vt eius incurrendæ timore arceatur à crimine qđ cauere optat. Potestque dupliciter fieri, priori modo, qñ vtrumq; sub voto clauditur nempe, vitatio eius peccati, & solutio pœnæ eo nõ vitato. Vt si quis promittat se non lusurũ, sub pęna religionis, vel addēdo, & si lusero, ingrediar religionē. Posteriori modo, quãdo votum est de sola pęna, & res vitanda ponitur in cõditione. Vt promitto religionē, si lusero. Quod quidē est verè votum pœnale, quando animus vouētis sub hac posteriori forma, est, nõ ex affectu ad religionē promissã, sed quò ludũ in conditione positum vitet, promittit religionem in pœnā. Quãdo autem alius est sensus, dicam num. sequenti. Votum autē cõditionale est, quãdo res promissa non promittitur quasi odiosa, & pęna vindicatiua, sed vel quasi cõtrahēdo cũ Deo, petendo ab ipso aliquid, & ad incitãdũ Deum offertur illi materia promissa, vt vel sic Deus incitetur ad rem illam optatam concedēdam; vel etiã non quasi cõtrahendo sed suspendendo consensum in euentũ alicuius conditionis, non apponendo rem promissam, vt pœnã vindicatiuam & nullo modo electã, sed aut non apponendo vt pęnam, vel si vt pœnã eligitur vt quasi medicinalis, & directè electa. Itaq; conditionale est genus ad votũ merè cõditionale, & ad cõditionale penale; vtrumque. n. est verè conditionale cum in vtroq; suspēdatur cõsensus vsq; ad conditionis euētũ, & vsq; tunc non sit perfectus. At inter se differunt, qđ in voto verè pœnali volũtas nullo modo fertur directè in rem promissam, sed illã omnino vt odiosam, & pœnã vindicatiuam apponit, vt eius timore arceatur. At in voto merè cõditionali fertur voluntas directè in rem promissam, eligendo illam, vel in gratiarũ actionē, & quasi retributionem beneficij obtenti; vel si eligatur quasi pœna, eligitur directè, & quasi medicina. Quæ omnia etsi non explicando, diximus c.22.n.1. & 2. & c.23.n.1. Er ex ibi dictis, & ex dicendis n. sequenti, constabit magis hæc differentia.

82 Hinc deducitur vtrumq; votum aliqñ esse verè tale; aliqñ autem tantùm apparenter. Conditionale tũc est vere tale, qñ particula, si, retinet suam naturã, quæ est impedire consensum perfectum, illumq; suspendere in alicuius cõditionis euentum. Tunc autem est tantùm apparēter cõditionale qñ particula, si, æquiualet particulæ, qñ, ita vt sensus sit, qñ hoc euenerit. Tũc. n. nõ est verè conditio, sed determinatio tpis implendi voti. Atque ita à principio est cõsensus perfectus, & absolutus solaque executio differtur. Verbi gratia, vere votũ conditionale est, si Deus me ab hoc peccato præseruauerit, vel si pater consenserit, promitto religionem: vel si quis vouerit religionem, si talia peccata committat, non in vindictã, & quasi odiosam, & nullatenus volitam, immo fugiendam, sed tãquam medicinã vt vitetur pericula in religione, & agatur pęnitētia peccatorum. Quia in duplici priori exẽplo nil promittitur per modũ pœnæ, sed vel in gratiarum actionem, & quasi per modum contractus, vel per modum simplicis promissionis, depēdēter tamen in vtroque casu a conditionis appositæ euentu: in vltimo autem exemplo non apponitur per modũ pœnæ vindicatiuæ, & nullo modo volitæ, & ex affectu vitãdæ obligationis sed solum ex affectu vitandi peccata, & illis commissis eligitur id medium ad aptius illa cauenda, & agendam de illis pœnitentiam. Quare hoc vltimum votũ est tantũ apparenter pœnale: at vere est mere cõditionale. Vt bene ait *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto lib.6.c. 23. num. vltimo* Conditionale autem apparenter, est, vt si pater obierit, promitto religionem, sensus enim est, quando pater obierit. Atque is est communiter voti sensus, quãdo aliquis ex affectu ad rem promissam, illã vouet, & ob impedimentũ præsens differt voti executionem ad tempus, in quo illud impedimentũ cessabit. Vt in exemplo proximo explicato contingit. Quandoque autem particula, si potest vtrumque sensum habere. Verbi gratia si quis morbo pressus, aut in alio periculo cõstitutus, voueat religionē, si ex eo periculo euaserit, duplex esse põt vouentis intentio, prior est, quasi contrahendo cum Deo, si incolumitatem ex hoc periculo concesseris, voueo religionem: & tunc particula, si, retinet suam conditionis naturã, & efficit votũ verè cõditionale. Posterior est, quando vouentis animus est affectus omnino ad religionem; at defectus salutis, aut naufragiũ imminens impediunt, vouetque religionem, si incolumis euaserit, ita vt eius sensus sit, quando euasero, & tunc est solum apparenter conditionale. At hic posterior sensus non est in dubio præsumendus sed prior ex communiter accidētibus. Atque in posteriori sensu non esse vere conditionale, satis probaui hoc lib. 4.c.23.n.1. & lib.8. de matrimonio disputatione 10.n. 4. Atque quandoque potest esse sensus vere conditionalis in eo exemplo si pater obierit. Vt nu. seq. explicabimus.

83 Ex quo rursus infero, quid dicendũ sit de hoc voto, quando frater natu minor promittit religionē si frater natu maior habuerit filios. Quãuis n. regulariter hæc vota sint cõditionalia, quia regulariter animus est ineundi quasi pacti cũ Deo. At in hoc exemplo considerata materia, & frequēti ita vouentium vsu, particula, si æquiualet huic, quãdo, vel quam primum frater habuerit successorē. Non enim cõiter inteudit ille impetrare filium hæredē fratri, sed sic limitat votum ad expectandam voti exequendi opportunitatē, ne domus sine successore relinquatur. Sed dicendum est hoc votum esse regulariter cõditionale, vbi de alia intentione non constat. Quia regulariter non fit ex absoluto affectu ad statum religiosum, immo frequenter sic vouēs desiderat cõditionem non impleri, & mallet successor esse fratris, & ita vere suspendit consensum ad id tempus. Nec est simile de hac conditione, si pater obierit, quia moraliter fit id votũ ex soluto religionis affectu; & quamuis nõ optet mortem patris, vt mors patris est; at vellet se absque impedimento esse, nec illã patris vitam amat desiderio manendi in sęculo ductus. Atque ita hęc bene docet *Suarez eod. c.22. n.8.* Cui addo. quãdoque etiam votũ religionis si pater obierit, posse esse vere conditionale, vt si nõ ex religionis affectu id vouerit, sed quia vouens videt se tũc patre destitutũ, esse multis curis implicãdũ aut laboriosam, ærumnosamve vitam ducturũ: tunc enim nõ fit ea absoluto religionis affectu

affectu,& ita est affectus conditionalis. Et ita bene ait *Suarez ibi* moraliter hoc votum fieri cum absoluto religionis affectu. Ex quo colligo in dubio intētionis, sic interpretandum ex communiter contingentibus. Redeundo ergo ad prius votū si frater natu maior habuerit filios, potest esse vouentis intentio, vt re vera ex puro, & absoluto affectu ad religionem eā voueat, & solum suspendat executionem propter vitandam domus incommoditatem,& tunc bene ait *Suarez ibi*. esse probabilius,id votum esse absolutum,& oppositum etiam defendi posse. Addit etiam bene oportere certitudinē esse de hac intētione; ordinariéque fieri priori modo. Ex quo colligo, in dubio iudicandam priorem intentionem, & sic esse vere conditionale ex communiter accidentibus.

84 Hoc autē votum, promitto castitatem nisi frater sine filijs moriatur,est absolutum castitatis votum. Quia illa conditio non ponitur ad suspendenda cōsensum, & voti obligationē, quare si interim fornicetur,est voti transgressor; sed solū ponitur vt terminus obligationis voti, quo accedente eius obligatio extinguitur. At non est reseruatū. Quia non est perpetuæ castitatis votum, sed temporalis Et sola perpetuę castitatis vota reseruari, probauimus num.48. Atque vtrumque docet optime *Suarez eod.c.22.nu.9.*

85 Secundō præmittendum est,duplicem esse conditionem,quædam est de præterito,aut de præsēti. vt si hoc ita se habuit,aut ita se habet,promitto castitatē;quædā verò est de futuro,vt si hoc euenerit. Rursus hæc cōditio,quandoque tacite inest,aut ex dispositione iuris illā votis adijcientis,vt contingit in votis personarū subiectarū alterius potestati dominatiuæ,quę ab illa irritari possunt: quæ habere taciam conditionem,si superior consenserit,aut non contradixerit,diximus c.25.nu.6. & 7. aut ex natura rei, quæ petit illam ad voti executionem,vt si vixero, voueo religionem. Alia autē non tacite inest, sed est necessario explicanda; quod cōtingit quando nec ex dispositione iuris, nec ex rei natura clauditur in votis, sed ex vouentis voluntate dijcitur. Vt si nauis venerit ex Asia. Præterea quæ tacite inest, potest dupliciter explicari, priori modo, eo modo quo inest,quod cōtingit quando nec in re,nec ex vouentis intentione,aliquid nouum adijcitur cōditioni. Vt solent communiter homines,quādo aliquid in futurum promittunt,ne temere vitam adeo incertā sibi promittant,adijcere,si vixero,si Deo placuerit mihi vitā concedere. Alio modo exprimitur diuerso modo, quā inest, vt si quis mortis timore ductus ob morbū præsentem, vel ob pestem ingrassantem, vel naufragium, vel ob aliā quamuis causam,promittat religionem,si viuus euaserit;quamuis enim in hoc posteriori casu possit ex intentione vouentis non explicari aliter quam inest; sicut & in priori potest explicari aliter quām inest; at ex communiter accidentibus,quādo homo in nullo periculo cōstitutus eam conditionem explicat,censetur in dubio explicare priori modo, nēpe, eo modo quo inest; at quando est in periculo, censetur explicare aliter quam inest. Quia communiter nō absoluto affectu id promittitur, sed per modū contractus,gratia inducēdi Deum, vt incolumitatem concedat. Item etiam potest cōtingere in conditione, quæ ex iuris dispositione inest potest enim vtroque modo explicari,& vtro illorū explicetur, est dijudicandū ex coniecturis, & circumstantijs occurrentibus. Si enim sciens filius, vel vxor, vel religiosus,se votū promissum non posse exequi absque sui superioris licentia,explicet, si consenserit, aut licentiam dederit, coniectura sufficiens est, explicari conditionem illam eo modo,quo inest, indicans. Nil enim nouum intenditur, quàm ponere conditionem tacite inclusam, vt executio voti licita sit,& eius materia apta. Quando autē necessitas licentiæ ignorabatur, aut animus fuit ad complacendum patri,& superiori, aut ad nil faciendum absque eius approbationē,explicatur aliter,quàm inest:& ita in hoc casu indicandum est in dubio; id enim ea ignorantia, atque ea intentio satis persuadent.

86 Vltimo præmittendum est,conditionem de futuro, quamdam esse necessariam, vt si sol crasorietur; & quamdam contingentem,vt si nauis venerit ex Asia.

87 His ergo præmissis, prior difficultas est de votis pœnalibus, an possit in eis Episcopus dispensare, quando sunt materiæ reseruatæ. In qua quæstione constat primò, quòd quando hæc vota sunt absolutè emissa, licet non ex ipsorū affectu emittantur, sed sint valde odiosa,& ferè inuitè eligantur ad vitandū dedecus, vel cōsequendos honores, nequit Episcopus in eis dispensare. Quia licēt in causa impellenti ad hæc vota reperiatur imperfectio, at verè absoluta sunt, vtpote quæ a nullo futuro euētu pēdent, & volūtas directè tēdit in materiam promissam,etsi cum quadam repugnātia, & nolleitate, vt ita loquar. At quando vota pœnalia sunt cōditionalia,voluntas non fertur directè in materiam promissam,immo illius obligationem cauere intendit, nec est volūtas perfecta circa illam, sed pendēs ex futuro euentu. Adde imperfectionē in his votis repertā non includi in ipso intrinseco vouendi actu, ipsaque voti natura,sed esse ipsi voto extrinsecam,nā voluntas perfectè,& absolutè consensum præstat,eligens independenter ab vllo euentu rem promissam. Quod secus contingit in votis conditionalibus pœnalibus, in ipso enim vouēdi actu,ac subinde in eorū natura clauditur imperfectio consensus voluntatis, qui nō perfectè in rem promissam fertur,sed dependēter à cōditionis euentu. Quod à nemine negatur & tradidi lib.8. de matrim. disp.10 n.9. & tradit *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.23.nu.11.*

88 Secundò constat,nec posse Episcopum dispensare in votis pœnalibus conditionalib. quando conditio est de præterito, aut de præsenti, vt voueo religionem, in pœnam peccati, quod heri admisi, vel nunc propono me admissurum, si fuit, vel est lethale. Quia cōditio de præterito,aut de præsenti nō suspendit consensum,nec impedit votum esse verè absolutum, & ita vel tunc est omnino validum, si cōditio ita se habet, vel est omnino irritū, si conditio non ita se habet, ac proinde consensus non suspenditur. Atque expressè hunc non esse actū conditionalē,habetur *l. Cum ad præsens, & duplici sequenti, ff. si certum petatur.* Quare licet aliqualis imperfectio in his votis inueniatur, quia tamen nō est talis, ac tanta,qualis ac quinta, in voto verè cōditionali pœnali reperitur, nequit Episcopus in his dispensare. Cōstat etiā à simili, nam ratione imperfecti consensus, deciditur *c. vnico de sponsalibus, in 6.* ex spōsalibus conditionalibus ante conditionis euentum non oriri publicam honestatem, quæ tamen oritur, quando conditio est de præterito, aut de præsenti, & est vera. Vt probaui l.7. de matrimonio, disp.69.n.4. Atque in hoc nulla est difficultas; & ita probaui lib.8. de matrimon. disputat.10.num.14. Et tenet *Suarez eodem cap.23. numero 9.*

89 Tota autem difficultas est, quando votum cōditionale est pœnale, at conditio est de futuro, vt si lusero promitto religionem, vel promitto me non lusurum sub pena religionis. Qua in re triplex est sententia. Prima docet nequire Episcopum dispēsare, ante, aut post impletam conditionem. Huius sententiæ authores,& fundamenta retuli lib.8. de matrimonio, disp.10. numero 6.

90 Secunda sententia docet posse ante impletam cōditionem, non verò post. Huius etiam authores, & fundamenta retuli eadem disp.10.n.7. & vltra Doctores ibi relatos, eam tenent *Leonardus lib.2. de iust. c.40. dubio 13. n 106. casu 7. Azor to.1 institutionum moralium lib. 11.c.10.q.3. & c.19.quæst.13.*

91 Tertia sententia asserit posse Episcopum dispensare, ante, & post impletam cōditionem. Quam vt reliquis probabiliorem amplexus sum lib. 8. de matrim. eadem disp. 10. nu. 8. & nunc etiam amplector. & præter authores ibi citatos, eam tenent *Sayro in claui regia libro sexto, c. vndecimo, nu. 72. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu 10. c. octauo, in 3. p. vbi agit de potentibus in voto dispensare, post dictum 4. in dubio, quod ibi de hac re mouet. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto libro sexto, cap. 23. n. 1. vndecimo 6.* Et dicit ehe probabilem *Leon ardus n. præcedenti relatus.* Et fundamenta contraria solui ea disp. 10. num. 10. Ducorque, quod cum hæc reseruatio sit odiosa, ac nimis restringenda (vt probauimus num. 25.) vota hæc tunc reseruata censeri debent, quando sunt simpliciter rei reseruatæ, vt religionis. &c. At vota pœnalia conditionalia nō sunt huiusmodi; cum enim votum sit actus religionis, quo quis rem sibi gratam, & acceptam offert Deo in eius cultum, id simpliciter, & perfectè dicetur tale, quod ex vera, & directa rei promissæ voluntate oritur. At in votis pęnalibus conditionalibus, nullus est affectus, nullaque voluntas directa rei promissæ in pœnam, sed potius hanc sibi proponit voluntas tanquam odiosam, & non vult eam, immo potius propositum habet cauendæ eius obligationis.

92 Temperat autem hanc sententiam *Suarez eodem c, 23. n. vltimo*, vt intelligatur, quando apponitur, pœna tanquam vindicatiua, secus quando apponitur, vt medicinalis, vt si tale peccatū admisero, voueo religionē, non in vindictā, sed vt in ea vitem occasiones incidendi in peccata. Atque idē dicendum ait, si actio pęnalis; & onerosa, promittatur in gratiarum actionem, vt si quis voueat religionem, si a tali peccato præseruetur. Sed natura exceptio huic sententiæ quadrat. Quia in ea non agitur de votis merè conditionalibus, sed de votis cōditionalibus, quę pęnalia sunt, & ipse fatetur ibi non trū esse pęnale, sed merè conditionale, & prius est solum apparenter pęnale, vt diximus nu. 82. Quare hæc vota sunt merè conditionalia. & ideo de illis dicendū est, sicut de reliquis votis purè conditionalibus, statim dicemus.

93 Posterior difficultas est, an possit Episcopus dispensare in votis merè conditionalibus, id est, nō pęnalibus, rei reseruatæ? Et quidē constat, quando vota non sunt vere conditionalia, sed tātum apparenter, nequire Episcopum dispensare, ante, aut post conditionis euentū. Quia sunt vere absoluta, vt dixi nu. 82. vbi & exempla proposui. Quod probaui libro 8. de matrimonio, disputatione 20. numero 13. in fine. Et docent *Petrus de Ledesma 2. tomo summa tractatu 10. capite 8. in 3. p. vbi agit de potentibus in voto dispensare post dictum 4. in dubio, quod ibi de hac re mouet. Suarez eodem libro sexto, c. 12. num. 6.*

94 Secundo constat non posse Episcopum dispensare, qn conditio in ijs expressa, inest tacite, atque explicatur eo modo, quo inest, & hoc, siue ante, siue post impletā conditionem. Quia huiusmodi conditio, sic explicata non reddit votum cōditionale, sed est omnino absolutum, quale esset ea cōditione non explicata. Vt constat ex *l. Conditiones extrinsecus, & l. Aliquando ff. de condit. & demonstrat. & l. Per hæc verba testatoris, ff. de legatis 1.* Atque ideo quamuis ex sponsalibus cōditionalibus non oriatur publica honestas, donec conditio impleatur, at quando ea tacite inest, & explicatur eo modo, quo inest, oritur statim. Vt probaui lib. 7. de matrim. disp. 96. nu. 8. Dixi quando explicatur eo modo, quo inest: nam si aliter, quàm inest, explicetur, reddit votum vere conditionale. Vt probaui lib. 5. de matrim. disp. 1. n. 6. & ideo iudicandum est de illo voto, sicut de alijs votis conditionalibus statim sumus dicturi. Quādo autem alterutro modo explicetur, diximus in hoc capite, in nu. 85.

95 Tertio constat, nec posse Episcopū dispensare, ante aut post impletam conditionem, quando conditio est necessaria. Vt promitto religionem, si sol cras oriatur. Quia cum ea conditio sit necessario euctura, habetur statim ac impleta, & ideo votū est perinde absolutum, ac si conditio esset de præterito, aut de præsenti. Vt pro baui hoc 4. lib. 2. 23. nu. 5.

96 Vltimo constat, quando conditio est de præterito, aut præsenti, non posse Episcopum dispensare. Quod constat ex dictis nu. 88.

97 Punctus autem difficultatis eo tendit, quando votum est vere conditionale, non pœnale, eo quod conditio sit de futuro, & contingens, nec tacite inest. In quare est triplex sententia. Prima ait, nec ante nec post impletam conditionem posse Episcopum dispensare. Huius, authores, & fundamēta retuli lib. 8. de matrim. disp. 10. num. 11.

98 Secunda sententia docet posse dispēsare ante impletā conditionem, non tamen post. Huius Doctores, & fundamenta retuli eadē disputatione decima numero duodecimo Et præter Doctores ibi relatos, eam tenēt *Leonardus libro secundo de iustitia capite 50. dubio 1. num. 106. casu 7. Sayro in claui regia, libro sexto capite vndecimo nu. 77. Suarez, to. 2. de religione tractatu de voto. libro sexto capite 22. numero tertio, & numero vndecimo.* Qui latissimè eam probat, primo, quia etsi contractus fuerit à principio conditionalis, & imperfectus; at impleta conditione non minus absolute, ac independenter id votum obligat, quam si à principio id votum omnino absolute factū esset, *l. Potior 11. in fine principij ff. qui in pignore potiores habentur, ibi: Cum enim semel conditio extiterit perinde habetur ac si illo tēpore, quo stipulatio interposita est sine conditione facta esset.* Ergo sicut absolute emissum est reseruatum, ita emissum sub conditione, quando illa iam est impleta. Et cōfirmatur, quia in alijs contractibus non solum obligatio, sed etiam cōtractus ipse, est æquè perfectus conditione impleta, ac si absque conditione esset, vt patet in sponsalibus, & in promissione humana &c. atque impleta cōditione pariunt eosdē effectus morales, eam odiosos, & pœnales, quos absolute initi parerent. Et ideo excommunicatio lata in mandantes percuti clericum vel simoniacè vendentes beneficia, incurritur à mandantibus sub conditione, aut vendentibus sub conditione, quādo conditione impleta fit percussio, & consummatur venditio. Secundo probat, quia cum obligatio sit effectus intrinsecus consensus, & voti, repugnat obligationem impleta condicione esse perfectam, & æquè ac si absque conditione esset, & consensum non esse similiter æquè perfectum. Tertio probat, quia dispensatio non cadit in votum, vt præterijt, & iam non est, sed quatenus relinquit obligationem præsentem. Ergo postquam obligatio præsens est ita perfecta, ac si esset absoluta, erit æquè reseruata, ac hæc. Quarto probat, quia in voto conditionali nulla imperfectio est, præter consensus suspensionem, quæ tollitur conditione impleta. Ergo imperfectio ratione originis contracta, vtpote quæ non est, minime datius Episcopo dispensandi in votis his. Et confirmatur, quia ille met consensus respicit duo tempora, scilicet, præsens, dum non impletur conditio, & futurum, quo implenda est; & quamuis pro priori sit imperfectus; at pro posteriori perfectus est. At obligatio non oritur ex consensu, vt terminato ad tempus præcedens, sed vt terminato ad subsequens, in quo est impleta conditio. Quinto quia imperfectio qualiscumque illa sit, est impertinens ad reseruationem. Nam votum religionis, etiam fiat intuitu bonorum, & commoditatum temporaliū, & ex ea parte sit imperfectum ex parte motiui, est reseruatum; quia imperfectio est in solo motiuo, seu applicatione ad vouendum. At idem contingit in voto condtionali, in quo etsi motiuū vouendi sit minus

nus perfectum; at cõsensus est plenus, & pro tempore, in quo posita fuerit cõditio, est absolutus. Cuius signũ est quod posita conditione transit in absolutũ, & consummat contractum per solam obiecti mutationẽ. Et confirmatur, quia etiã motiuũ est imperfectum, quando votum fit sub conditione de præterito, aut de præsenti, & tamen non impeditur reseruatio. Vt diximus n.96. Vltimo probat, quia quando vota conditionalia fiunt sub conditione impetrandi aliquid à Deo initur quidam contractus cum Deo, facio, vt facias, & maior ratio obligationis videtur in illo, quàm in obligatione absoluta, & gratuita; vt similiter cõtingit inter homines. Ergo cum iam Deus ex parte sua impleuerit cõditionem, nequibit episcopus in eo voto dispensare, ac si esset absolutum, immo & minus, quam si esset absolutum. Et ideo dicendum est vota hæc conditionalia rei reseruatæ, esse perinde reseruata impleta conditione, ac si essent absoluta.

99 Tertia sententia ait Episcopum posse dispensare in his votis conditionalibus, non solum ante, sed & post impletam conditionem. Quam amplexus sum lib.8. de matrimon. disp. 10. n. 13. & ibi Doctores illius retuli, & scio viros doctissimos nostri temporis eam tenere, & eam quoque nunc tãquam probabiliorem amplector. Ducor, quod ad discernẽdam episcopi potestatem ad dispensandum in his votis, non sola obligatio spectanda sit, quæ impleta conditione ex his consurgit; aliás nec in voto pœnali reseruatæ, posset episcopus dispensare impleta conditione, vtpote quod tunc instar absoluti obligat. Quod tamen est cõtra *ipsummet Suarez & alios authores contrariæ sententiæ*; sed initium quoque ac radix illius obligationis sunt attendenda: atque si ea à perfecta voti reseruati natura, & perfectione deficit, poterit episcopus dispensare. Quia etsi impleta conditione obligatio iã sit absoluta, at radix illius obligationis fuit imperfecta. Hæc autem imperfectio inuenitur in voto conditionali, radix enim eius obligationis fuit imperfecta voluntas à futuro euentu pendens, quæ in ipsa obligatione quasi imbibita manet, sẽper. n. est verũ dicere ortam esse eam obligationẽ ex consẽsu quodam imperfecto. Ergo poterit episcopus in eo voto ẽt impleta conditione dispensare. Nec obstat quod dicit *Suarez*, hoc esse argumentari ex re incerta ad rem incertiorem. Nã fateor tam in votis pœnalibus, quàm etiam in cõditionalibus, esse incertã & sub opinionibus, hanc episcopi potestatẽ ad dispensandum, at sicut ex necessarijs licet argumentari ad necessaria, ita ex probabilibus ad probabilia. Et ita qua rõne hæc opinio admittitur, vt probabilior in votis pęnalibus, est quoque vt talis admittẽda in cõditionalibus. Quia (vt statim videbimus) oẽs rationes factæ cõtra vota cõditionalia, militant etiã contra pœnalia. Secundo, quia quãuis maiorem rationem potestatis dispensandi in votis pœnalibus esse videam, quàm in pure conditionalibus. At suo etiam modo in cõditionalibus militat: & ideo retenta ea opinione in pęnalibus, ob odiũ reseruationis, & necessitatem illius restringendæ, est idẽ dicendum in votis merè conditionalibus. Et confirmatur, q a si res attentẽ spectetur, nõ est præcisa ratio, vt cõcedamus posse Episcopũ dispensare in votis conditionalibus pęnalibus impleta conditione, quod ea vota non ex directo affectu ad rẽ promissam orta sint, immo cũ desiderio vitãdæ obligationis illius. Quia sublata imperfectione consensus conditionalis, quantũcumque ea imperfectio reperiatur in eis votis reseruatis, nequit Episcopus dispẽsare. Vt constat in voto, cuius conditio est de pręterito, aut præsenti, quã vouens nullo modo vellet ita esse, immo eam quasi impossibilem reputãs, vouet sub illa religionẽ, eo quod cõditio illa non suspendat consensũ, sed ille sit absolutus, denegatur Episcopo potestas dispensandi. Vt ex omnium mente diximus n.88. & 96. Et tamen tunc non fertur directa voluntas in religionem promissam, immo enixè desiderat vouens eã obligationem non contrahi. Atque eadem imperfectio reperitur sæpe in votis purè conditionalibus, nẽpe, quotiens vouens desiderat conditionẽ non impleri, vt si quis odio plusquã nouercali religionem prosequatur, & timens patri displicere, illam promittat sub conditione, si patri placuerit, vel timens pauperem, & sordidam vitã, ac ignominiosam, illam promittat sub hac conditione, si meæ facultates naufragio perierint, vel si beneficium quod cõsequi intendo, non obtinuero, & tamen in his votis, vtpote merè conditionalibus dicit opposita sententia non posse Episcopum impleta conditione dispensare, etsi enim hæc non explicet, loquitur generaliter in omnibus. Ergo si illa rõne dicit posse Episcopũ dispensare in votis pœnalibus impleta conditione, debet idem dicere in his votis. Eo vel maxime, q̃d religio promissa in his votis promissa fit minus voluntaria, quàm in merè pęnalibus in illis enim cõditionis euentus, ex quo oritur obligatio, euenit omnino contra voluntatem vouentis, & toto suo conatu illum impedire procurat, in pęnalibus autem volũtarie admittit conditionem. Tertio, quia *ipse Suarez, & multi ex Doctoribus contrariæ sententiæ* admittunt votũ impuberis posse post pubertatẽ irritari à patre, qñ post illam nulla noua voluntas confirmans accessit. Et reddunt hanc rationem, quod votum illud fuerit cum iudicij imperfectione emissum, eaque imperfectio semper durat. Nam ab illo est præsens obligatio cõtracta. At idem videtur in casu præsenti, quia obligatio voti impleta conditione non oritur ex nouo volũtatis actu, nullus enim talis est, sed ex præterito, qui non fuit ex plena deliberatione, & consensu offerendæ illius rei Deo, sed quasi mercenariẽ, & dependenter ab euentu conditionis, atque hæc imperfectio, quæ in priori voluntate extitit, manet semper in radice, sẽper enim est verũ dicere obligationem præsentem ortam esse ex illa imperfecta voluntate. Quarto, quia fere semper vota hæc conditionalia non procedũt ex religionis, aut castitatis affectu, sed ex amore rei positæ sub conditione, quam vouens obtinere cupit, & vt facilius eã comparet, offert Deo ea vota, sicut nec vota pęnalia procedũt ex affectu rei promisse. Quinto quia non videtur stare posse Episcopum dispensare in his votis conditionalibus ante impletam conditionem, & non post, vt dicit contraria sententia, sed illo concesso est hoc quoque cõcedendum. Quia cum dispensatio illa extinguat totum ius Deo quæsitum per votum, ius autem Deo ex voto conditionali acquiratur vt speretur conditionis euentus, & illo stante impleatur votum, dispensatio illa fertur in vtrũque tempus. Et ita videmus in humanis, eiusdem solius esse auferre ius quæsitum alicui ex contractu conditionali, siue ante, siue post impletam conditionẽ. Et ita Episcopus nequit æquè relaxare iuramentum conditionale factũ homini, siue ante, siue post impletã conditionem. Et similiter si excommunicationis synodalis aduersus homicidas latæ absolutionẽ sibi Põtif. reseruaret, si quis sub cõditione iuberet interfici hominẽ, & iam id vitare nequit, sicut non posset Episc. post impletã conditionem auferre illam censuram (suppono illam aduersus mandantes etiam latã esse) ita nec posset dispẽsare, ne post impletam conditionẽ, & sequuto homicidio ea reseruatio incurreretur, quãuis ea sit odiosa, vtpote quæ ius aufert Episcopo absoluendi ab excõmunicatione, à qua iure ordinario poterat. Tandem, quia omnia argumenta adducta nu. præcedenti militant contra *eiusdemmet Suarez, & aliorum Doctorum* sententiam dicẽtem posse Episcopũ dispensare in voto cõditionali pęnali, impleta cõditione, & ideo in vtraque sententia erit necessario illis satisfaciendum. Prima ratio ibi adducta idẽ probat in voto conditionali pęnali, nam cum sit verẽ cõditionale, impleta ea conditione est obligatio ita absoluta, ac si à pri-

principio absque conditione cõtracta esset. Et ideo respondetur impleta conditione, vota siue pœnalia, siue purè conditionalia esset absoluta quoad vim obligãdi, nõ tamen quoad radicem ex qua processere, est enim in illis imbibita ea radicis imperfectio. Confirmatio ẽt idẽ probat in votis pœnalibus, nam contractus alij cõditionales pęnales impleta cõditione sunt ita perfecti, ac si absque conditione essent, & pariunt eosdem effectus morales etiam odiosos. Et ideo respondeo esse ita perfectos quoad vim obligãdi, & producendi effectus intrinsecos, qui ex actus natura proficiscuntur; nõ autem quoad producendos effectus, qui non ex ipso actu sed ex voluntate aliena ortũ habent. Nec obstat excõmunicationem & alias censuras habentes ortũ ex voluntate humana aliena tunc incurri. Quia illæ solũ facti veritatem respiciunt, nẽpe, veram clerici percussionem, verã beneficij venditionem, quæ impleta conditione verè reperiuntur. At reseruatio votorũ pœnaliũ, & conditionalium, respicit perfectionem volũtatis in ijs votis dicãdis Deo, quæ in sua radice est imperfecta in virisque. Secunda etiam ratio æquè militat in votis cõditionalibus pœnalibus, nam si impleta conditione esset in illis consensus perfectus, & absolutus nequiret etiam Episcopus in illis dispensare. Et ideo respondeo negãdo eam repugnantiam. nam etsi obligatio sit effectus consensus, non est opus obligationem absolutam oriri ex consensu absoluto, & perfecto, sed ex consensu conditionali, & imperfecto oritur obligatio cõditionalis, & imperfecta in principio, & ante euentũ cõditionis, absoluta antem, & perfecta post illum. Nam priori cõsensu immutato oritur huiusmodi obligatio, immo etsi tempore impletæ conditionis, vouens ille mutarit voluntatem, aut obierit. Vel secundo respõdetur obligationem à sui initio, ac in sua radice perfectã, debere oriri ex consensu perfecto, secus de obligatione, quę in sui radice fuit imperfecta. Tertia ratio idẽ prorsus probat in voto pœnali conditionali: nam si dispẽsatio caderet in solã obligationem præsentem independenter à sui origine, sicut hæc est absoluta, ita caderet in voto absolutũ, & proinde Episcopus dispensare non posset. Dicendum est igitur dispensationem cadere in obligatione præsentem non quidem independenter à sui origine, sed dependenter, & cũ illa fuerit imperfecta non includitur sub reseruatione voti pfectè absoluti, quale debet esse, vt censeatur reseruatũ. Quarta etiam ratio, & sua cõfirmatio probat idẽ in votis pœnalibus, quia possitiua ratio potestatis dispensandi in eis, et ea non esse absolutè emissa, & cũ quauis imperfectione si absolute emittantur sunt reseruata. Vt satis probauimus. Et ideo dicendũ est, imperfectionem repertam in his votis non esse suspensionem consensus, hic enim nequaquã suspenditur, sed statim elicitur integrè ad producendam totam obligationem, iuxta temporũ varietatẽ; quare pro nullo tempore est absolutus verè, sed obligatio est, quæ suspenditur, & pro temporũ varietate consummatur, ad quã varietatem satis est ille consensus conditionalis. Quinta etiã ratio cum sua cõformatione militat similiter in votis pœnalibus. Nã si ad reseruationẽ est impertinens imperfectio in origine voti contingens, nequibit etiã in illis impleta conditione episcopus dispẽsare. Et ideo negandũ est eam esse impertinentẽ; nec est sola imperfectio in motiuo applicata ad vouendum, sed est imbibita in ipso actu vouẽdi, & cõsensu, quæ imperfecta fuere nec deliberata ad rẽ promissam dicandã Deo dependenter à futuræ conditionis euentu. Nec obstat simile de votis, quando est conditio de præterito, aut de præsenti; quia similiter in votis pœnalibus sub eisdem cõditionibus nequit Episcopus dispensare. Vt n. 88. probauimus, vbi rationem differentiæ tradidimus. Vltima etiam ratio idem probat in votis pęnalibus per modum contractus emissis. Vt si quis petat a Deo aliquod beneficium, vouens eo concesso in gratiarum actionem se non lusurũ; quod si luserit, se in pœnam ingressurum religionem, & sic dicendum esset nõ posse Episcopum in hoc voto pœnali dispensare; cũ tamen aduersarij cõcedant episcopo potestatem dispensandi in omni voto pęnali etiam impleta cõditione. Quare respondẽdum est, cum Deo non iniri cõtractum illum facio vt facias; est enim de huius contractus ratione obligatio mutua; Deus autẽ non obligatur ad id beneficium impetrandũ. Etsi loquendũ esset instar huiusmodi contractuum inter homines, nõ caderet dispensatio in id votũ conditionale, etiam ante conditionẽ impletam. Quare quicquid sit de maiori, vel minori obligatione huius voti quam absoluti est differens ratio quoad reseruationẽ. Quod in absoluto non reperiatur imperfectio, quæ in conditionali.

CAPVT XLI.

De episcopi potestate ad dispensandum cum successoribus populi, in votis prædecessorum; & in votis factis in commodum tertij, absque illius consensu.

SVMMARIVM.

Quod difficulta et enodanda sint, nu. 1.
An possit dispensare in votis populi respectu emittentium, ita vt dispensatio absque causa valeat, nu. 2.
Quid respectu aliorum eius communitatis, aut successorum? Referuntur probantia partem negantem, nu. 3.
Explicatur sententia Authoris; & soluuntur contraria, numero 4.
An possit ipse populus communi consensu ea obligatione liberari, nu. 5.
Post nu. 5. inuenies summaria quæ desiderantur.

1 DVplex difficultas petitur in præsenti. Prior est de votis populi. Posterior de votis in fauorem tertij.

2 Prior difficultas est. Qualiter Episcopo integrum sit dispensare in votis populi, & cuiuscumque communitatis. Et quidem aut loqui possumus respectu ipsorum, qui votum emisere, aut respectu reliquorum eius communitatis, successorumque. Si loquamur respectu ipsorum emittentium votum, constat Episcopum posse dispensare, nõ tamen absque iusta causa. Quia id votum non est ex quinque reseruatis; cum tamen sit vera dispensatio in voto, exigit ad sui valorem causam. Et ita docet *Suarez, to. 2. de religione, in tractatu de voto, lib. 4. c. 9. n. 11.*

3 Si verò loquamur respectu aliorum eiusdem communitatis, aut successorum, videtur Episcopum non posse dispensare, aut saltem non posse absque causa. Prius persuadetur, quod illi non ex voti vinculo teneantur, sed ex vi statuti à populo sanciti. Vt diximus hoc lib. 4. c. 15. Posterius autem, quod ea obligatio ex voti religione ortum habuerit, ac consensus populi vouentis fuerit causa principalis obligandi alios ac transferendæ eius obligationis in successores, per modum statuti; quamuis consensus episcopi concurrerit tanquam conditio requisita ad firmitatem. Sicut institutor primogenij in præiudicium legitimæ filiorum, est principalis causa eius, quamuis absque regia licentia subsistere nequeat. Ergo nequibit Episcopus valide absque causa dispensare.

4 At iure optimo *Suarez relatus nu. 2.* dicit posse Episcopũ dispensare, sicut potest in suis præceptis, & in festis à se indictis; atque ita dispensationem fore validã, quamuis absque causa fiat. Quia alij eius communitatis, & successores, non tenentur ex voti religione, sed ex statuto, ac Episcopi præcepto, absque quo nullatenus obligari possunt. Vt diximus c. 15. atque ideo p dispensationem illam nõ tollitur propria voti obligatio, statu-

ſtatutum quoddã Epiſcopi. Ergo poterit epiſcopus in eo diſpenſare, ſicut in alijs particularibus ſuæ diœceſis præceptis, in quibus valida eſt diſpenſatio abſque cauſa. Et confirmatur, quia, quãuis ad feſta indicenda exigitur vna cum epiſcopo, conſenſus populi, & clerici, c. *Conqueſtus. de ferijs*, id non obſtat quo minus epiſcopus ſolus poſſit poſtea in eis diſpenſare, tanquam in ſua lege. Quod etiam praxis probat.

5 Hinc deducitur, nec voventes, nec alios, nec ſucceſſores, poſſe communi conſenſu ſe hac obligatione liberare. Quia illi tenentur ex voto, hi autem nõ ſtatuto populi, ſed epiſcopi, etſi populus quoque concurrerit.

SVMMARIVM.

An in votum emiſſum in tertij fauorem cadat diſpenſatio, & commutatio, abſque illius tertij conſenſu? Refertur opinio, num. 6.

Explicatur ſententia Authoris, nu. 7.

An id votum poſſit commutari propria authoritate, n. 8.

An delegata diſpenſandi, vel commutandi poteſtas, extendatur ad hæc vota, n. 9.

Quid ſi promiſſio non in ſolum Deum, ſed in certam Eccleſiã, certumve pauperem dirigatur, ipſis abſentibus? Refertur quædam ſententia, n. 10.

Enodatur ſententia Authoris, nu. 11.

Quid ſi promiſſio dirigatur in ipſum ſanctum, cui Eccleſia dicatur, nu. 12.

Quid ſi promiſſio non ſoli Deo, ſed etiam certæ Eccleſiæ, præſente illius rectore, aut certo pauperi præſenti fiat, n. 13.

Quando cenſeatur promiſſio fieri vtroque modo, ita vt ius pauperi illi, vel illi Eccleſiæ acquiratur, nu. 14.

An poſſit in eo voto diſpenſari, idve commutari, relicta promiſſione humana in ſua vi, nu. 15.

An poſſint tunc Pontifex, & interdum Epiſcopus, aut præfectus illius loci, remittere illam obligationem, nu. 16.

An quãdo promiſſio fit vtrique ſimul; at principalis animus eſt in Dei honorem, ſubdatur id votum diſpenſationi, aut commutationi, abſque illius tertij cõſenſu? Refertur quadam ſententia, nu. 17.

Explicatur ſententia Authoris, nu. 18.

Quid in dubio huius intentionis, nu. 19.

6 POſterior difficultas. An poſſit Epiſcopus diſpenſare in voto emiſſo in fauorem tertij, illudve cõmutare, abſque illius tertij cõſenſu. Vt ſi quis promittat Deo ſe daturum certę eccleſię calicẽ, aut certo pauperi eleemoſynã, aut ſe miniſtraturum certo xenodochio? Quibuſdã pars negans placet. Ducuntur, quod ex eo voto ius acquiratur illi tertio; id que probant; nã vovens põt ad illius tertij inſtantiã cõpelli votũ id exequi, innocato per eum iudicis officio. Vt probaui hoc li. 4. c. 11. Quod fieri non poſſet, niſi ius ad illã rẽ promiſſam acquireret. Secũdo, quia fauore cauſæ piæ valẽt donatio, & promiſſio in abſentia facta, & abſq; acceptatione & ius acquirit cauſa illa pia. Sicut tenẽt multi, quos retuli li. 1. de matrim. diſp. 6. nu. 16. Et ideo hãc partẽ tuentur *D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 1. §. vltimo, verſ. de temporali ſubſtãtia. Roſella in ſumma, verb. votũ 5. nu. 6. Ramerius & Directoriũ, vt refert Syluest. n. ſequenti citãdus. Sarmiento lib. de reddittibus Eccleſ. p. 4. c. 3. n. 3. & 4. & in defenſorio illius 1. p. monito. 71.* vbi dicit ex voto facto Eccleſiæ acquiri ius ipſi eccleſiæ, poſſe autem Pontificem id votum cõmutare, ita vt commutatio reſpiciat illiuſmet eccleſię vtilitatem, & non aliter. At quando locus pius eſſet indeterminatus, ait poſſe Pontificem etiam contra vouentis voluntatem habere arbitrium.

7 At multo verius eſt, poſſe in huiuſmodi votis commutationem, & diſpenſationẽ fieri à prælatis eccleſiæ, abſque conſenſu illorũ, in quorum vtilitatem cedunt, inſtar aliorum votorum, quæ in ſolius Dei honorem ſunt. Ratio eſt, quia cum huiuſmodi vota fiant principaliter Deo, & in eius honorem, obligatio ipſi acquiritur, & ipſe eſt proprie creditor, & Eccleſia, pauperve tantum deſignãtur, vt materia, circa quã is cultus eſt Deo exhibẽdus. Ergo ad illa reuocabit per diſpenſationem, aut cõmutationem, ſolus Dei, & prælatorum eius vices gerentiũ conſenſus exigitur, ſicut in alijs votis in nullius fauorem cedentibus. Secũdò, quia (vt probaui hoc lib. 4. c. 11.) non competit illi loco pro ius aliquod cõpellendi per modũ actionis, ſed ſola vtilis actio implorandi officij iudicis, vt compellat vouentẽ exequi votũ. At quoties hæc ſola actio competit alicui, nõ dicitur haberi ius ad rẽ. Vt conſtat in fratribus Minoribus, qui ad legata illis relicta ſoluẽda poſsũt implorare officiũ iudicis; cum tamen nullum ius ad ea comparent. Sicut vtrumque probabo hoc tractatu, lib. 7. agẽs de paupertate fratrũ horum. Tãdem, quia initio probabilius eſt, nũ acquiri ius locis pijs ad promiſſiones, & donationes ipſis factas donec acceptẽt. Vt probaui lib. 1. de matrim. diſp. 6. n. 16. & ex his cõſtat ſolutio ad rationes contrarias. Et confirmatur, quia (vt lib. ſequẽti videbimus) omnia vota realia commutantur in religionis profeſſionem. Quod minimè fieret, ſi ius per ea eſſet tertio quæſitum; ſicut nec debita commutantur. Et ideo hanc partẽ tuentur *Caietan. relato Gulielmo, in ſuis quodlibetis, to. 2. tractat. 11. qui eſt de voto q. 3. Angelus in ſumma. verbo Votum 3. nu. 26. Piſana verbo Votum 6. n. 3. Syluest. verbo Votum 4. q. 7. dicto 4. Armilla verbo Diſpenſare n. 21. Tabiena Verbo Diſpenſatio q. 12. n. 14. ad finem. Nau. ſumma Latina, & Hiſpana c. 12. num. 78. & tractatu de reditib. Eccl. in noua editione, q. 1. monito 60. per totum in antiqua autem apologia, in librum de reditib. q. 1. toto monito 71. Palacios 4. d. 38. diſp. 3. col. 30. à verſ. At verò tota f. 877. Angles Florib. 2 p. q. vnica de voto, ar. 8. difficultate 6. poſt ſecundam propoſitionem. Graſſis 1. p. deciſionum, l. 2. c. 30. n. 11. & 12. Lud. Lop. 1. p. inſtructorij conſcientiæ cap. 49. verſ. penult. Tapia authentica Ingreſſi, verbo, ipſo ingreſſu in principio n. 14. C. de ſacroſ. Eccl. Petrus de Ledeſma 2. to. ſumma, tractatu 14. c. 8. immediatè ante tractatum de commutatione votorũ, verſ. Al primer argumento. Manuel q. regularib. to. 1. q. 63. ar. 4. Leonard. lib. 2. de iuſtitia, c. 40. dubio 11. n. 90. & c. 42. dubio 12. nu. 58. Enriquez lib. 7. de indulgentijs c. 30. nu. 5. in commento litera K. & n. 6. Viualdus candelabro ſacram. 3. p. c. 14. n. 16. Emmanuel Sà in ſumma, verbo Votum, vbi de irritatione n. 14. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 11. n. vltimo. Azor to. 1. inſtitutionum moralium. lib. 11. c. 9. q. 12. Suarez to. 3. de religione, tractatu de voto l. 6. c. 15. à n. 3. vſque ad 6.*

8 Ait tñ *Syluest. n. præced. relatus* non poſſe huiuſmodi vota cõmutari in melius propria vouẽtis authoritate. Et idem tenet *Enriquez lib. 5. de pœnit. c. 20. n. 5. in commento, litera S. & lib. 7. de indulgentijs c. 30. nu. 5.* At dicendũ eſt poſſe. Quia cùm per ea nullum ius tertio acquiratur eſt, de illis iudicãdum perinde ac de votis in Dei ſolius honorem factis. Atq; ita docent *Graſſis n. 11. Viualdus Sayro n. præced. relati Leonardus eo. c. 40. dubio 11. n. 90. Suarez eo. lib. 6. c. 18. n. 11.*

9 Hinc deducitur delegatã diſpenſandi in votis põtem eave cõmutandi, extẽdi ad hæc vota. Qđ probat rõ tradita n. præced. Et docet *Suarez eod. lib. 6. c. 15. n. 11.*

10 Prædictã ſententiam temperant aliqui, vt intelligatur, qñ promiſſio voti dirigitur in ſolũ Deũ, vt promitto Deo, me daturum calicẽ tali Eccleſię, aut tali pauperi, ſecus ſi promiſſio in talẽ Eccl. ſiã, aut in talẽ pauperẽ dirigatur. Vt, pmitto tali Eccleſię, aut tali pauperi, tũc. n. quãtũmuis in abſentia factum, non ſubijcitur diſpẽſationi, aut cõmutationi. Quia tũc ſũt illi veri creditores & ius illis acqritur. Ita tradit *Azor relatus n. 7.*

11 Verum hęc limitatio non placet. Quia (vt dixi n. 7.) ex promiſſione, aut donatione factis cauſę pię, nullum ius illis acquiritur antę acceptationem, ac proinde vota illa manent, ſicut facta ſoli Deo, dũ ea præpoſitus illi Eccleſię, aut pauper ille nõ acceptarint. Nec Deus ea vota acceptat, niſi quatenus in ſuum honorem redũdant, quę acceptatio in reliquis quoq; votis inuenitur.

Atq; vt ius irreuocabile acquiratur causæ piæ, est opus acceptatione more humano. Atque ita huius sentẽtiæ sunt clare *Tabiena, Armilla & Ludou. Lop. relati nu.7.* aiunt enim tunc acquiri ius Ecclesiæ per promissionẽ, quã Io ipsa sciens acceptat, & nõ ante, etsi instrumento publico, & corã testibus fiat, & *Ang. Syluester, & Graff. ibid. allegati* aiunt enim per id votum non acquiri ius, quia non fit eis acceptantibus, aut alijs pro eis. Et *Sayro. & Vualdus ibidem relati, & Suarez eod. c. 15. nu. 2. in fine.* vbi petunt acceptationem rectoris Ecclesiæ, vt ius irreuocabile acquiratur. Et in proprijs terminis docet *Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. dub. 11. nu. 90. & c. 42. in dubio 12. n. 58. in fine.*

12 Posset tamen apparentius prædicta sentẽtia limitari, vt intelligatur, nisi promissio dirigatur in sanctũ, cui dicatur Ecclesia. Vt promitto D. Frãcisco me daturum eius Ecclesiæ calicem. Quia cum ea promissio sit in sãcti illius honorem, ipsique sit grata, ac statim cognita, acceptatur vtique statim ab illo, tanquã a vero creditore. Sed nec hæc limitatio placet. Quia cũ votum sit promissio Deo facta, & sic intelligatur, quãuis fiat sancto, omnia in eo voto reperta intelligenda sunt iuxta ipsius voti naturam, nempe, vt soli Deo ius quæratur. Præterea, quia Deus & beati quoad hoc cõstituuntur quasi sub eodẽ foro, vt vicarij Dei possint in iure sanctis acquisito dispensare idque commutare, sicut vtrumque possunt circa ius Deo quæsitũ. Sicut etiam per indulgentias non sola Christi merita, sed etiam sanctorũ distribuunt. Præterea, quia talia vota non fiunt ad humanam sancti vtilitatem, sed ad religiosum illius cultum, & fructum spiritualem vouentium. At vtrumque est sub prælatorum regimine. Tandem, quia cũ voluntas illius sancti sit omnino diuinæ conformis, eligit quoque id quod Deo est gratius, nempe, bonũ melius, in quod commutatio fit propria authoritate, & id votũ subditur dispẽsationi, & cõmutationi prælatorum. Atque ita docent *Caiet. in sum. quodl. bens, to. 2. tract. 11 qui est de voto q. 3. vers. Nec oportet in huiusmodi votis. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 40. dubio 11. n. 90. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. c. 15. nu. 10.* explicans siue id votum fiat Deo in illius sancti honorem, siue soli Deo, siue Deo, & sancto simul.

13 Quando autem vota hæc in cõmodum tertij facta, nõ soli Deo fiunt, sed adiungitur quoq; promissio facta illi tertio, & ab eo acceptatur, manifestum est id votũ nõ subdi ordinariæ prælatorũ potestati dispẽsandi, aut cõmutandi, absque illius tertij cõsensu. Dixi antẽ, ordinariæ potestati propter limitationẽ nu.16 apponendã. Et ratio est aperta, quia tunc trãsit in contractũ, & acquiritur ius illi tertio, quod ipso inuito remitti nequit. Et in hoc nullus dubitat ex authoribus relatis n.7. pro nostra sentẽtia, & in hoc casu est vera sñia relata n.6.

14 Promissionem verò soli Deo fieri, an etiam homini, dicunt bene *Caiet. eo. tractat. 11. q. 3. & Suarez eo. c. 15. n. 2.* pendere ex vouentis intentione, quæ ex verbis colligenda est. Si enim vtatur solo verbo vouẽdi, seu promissio ad solũ Deum dirigatur, vt promitto Deo me daturũ pauperi, cẽsetur soli Deo facta promissio. Quia tunc nullus cũ homine initur contractus, sed tota promissio fit Deo, pauper autẽ ille se habet, vt solum obiectum, circa quod id obsequiũ Deo promissum versari debet. Si autem dirigatur ad pauperẽ illum vt promitto Deo meti bi daturum, tunc vtriusque fit promissio. Qđ idẽ docet *Leonard. eod. dub. 11. n. 90.* Ex quo colligo quãuis in priori casu pauper ille esset præsens, & acceptaret, eius acceptationem nõ impedit facultatem dispensandi, & commutandi. Quia nõ acquirit aliquod ius ex ea promissione, vtpote quæ ipsi facta non est.

15 Quod si quæras, an possit dispẽsari in hoc posteriori casu in illa voti obligatione, manẽte promissionis humanæ vinculo; sicut in votũ rei præceptæ cadit dispensatio, manẽte præcepti nexu. Breuiter respondeo cũ *Suarez c. 15. nu. 8.* id ex natura sua nõ repugnare, siue seorsum fiat vtraque promissio, siue coniungãtur, quia promissio voti cadit in promissionẽ humanam illam confirmando; at in priori casu dari facilius causam, quàm in posteriori in quo raro potest ea causa subesse. Quia tollendo id vinculum eneruatur promissio facta homini, ex qua ius ille comparat.

16 In duplici autem casu potest tolli obligatio voti facti in commodum tertij, non obstãte illius acceptatione, & iure sibi quæsito. Prior est, quando ea boni cõis iusta causa concurreret, vt integrũ esset Põtifici cogere priuatum ad cedendum iure suo, vel illũ bonis suis priuare. Atque ita docẽt *Ang. verb. Papa n. 6. & ibi Sylu. q. 13. Suarez eo c. 15. n. 7.* Posterior est, quãdo præfectus illius loci pij, cui promissio facta est, haberet potestatẽ remittendi, aut cõpositionem faciendi in debitis illius. Et ita docẽt *Armilla verb. dispensare n. 21. Tabiena verb. dispẽsatio, q. 12. n. 14. Ludou. Lop. 1. p. instruct. conscientiæ c. 49. vers. sequitur. Suarez eo. n. 7.* qui bene addit in hoc casu nõ esse exceptionem à regula posita, quia adest tũc remissio creditoris. Hunc autẽ prælatum dicit *Tabiena ibi.* esse Pontificẽ in toto orbe, & episcopum in sua diœcesi. At *Syluest. verb. votũ 4. q. 7. dicto 4.* expresse ait nõ posse id votũ cõmutari per superiorem, nisi vt *ipsemet* dixit *verb. Papa, vbi q. 13.* tanquã speciale id concedit Papæ, & magna causa interueniẽte. Et *D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 1. §. vlt. vers. de temporali substãtia, & Rosella verb. votũ 5. n. 6.* hoc solum cõcedunt episcopo, quãdo ecclesia, cui eleemosyna illa est promissa, fuit destructa, vel alia huiusmodi causa concurrit. Et *Suarez eo. n. 7.* tãtum dixit id interdum posse episcopum. Et ideo potestas eius nõ est restringenda ad solum eum destructionis Ecclesiæ casum, sed quantitate rei promissæ, & circũstantijs occurrẽtibus id librãdũ est. Sicut in alijs Ecclesię debitis.

17 Tandẽ dubitatur, an cũ promissio facta Deo, & homini acceptanti, non fit propter hominis illius vtilitatem, sed principaliter propter Dei cultum, & homo ille pauper electus est, vt materia, circa quã exercendus est is cultus Dei, possit cõmutari in eaque dispensari, absque illius hominibus consensu. Affirmãt aliqui Ducunturque, quod profitens nõ se soli Deo obliget, sed etiã suæ religioni, se & suas actiones tradit, illaque acceptat; & tñ põt religione inuita ad meliorem transire, *c. licet de regular.* Cuius rationẽ reddit *Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 12. paulo post princip. vers. Ad huius euidentiam.* vbi ait *in eo. c. licet*, nil noui iuris statui, sed declarari qđ ex ipsa rei natura competit, nempe, posse quempiam votum in euidenter melius cõmutare propria authoritate. Et quærit qualiter id fieri possit, cum oõ soli Deo sit votũ emissum; & respõdet hæc: *Ratio cur quis potest in tali casu præiudicare prælatis, et religioni priori, est quia nõ propter se ipsos sed propter Deũ, prælatis & religioni data est religiosi persona. Et propter hoc solius Dei ratio habetur in huiusmodi cõmutatione.* Secũdo, quia cessante fine præcipuo, & vltimato voti, cessat eius obligatio. Vt supra diximus. Ergo cũ finis pręcipuus, & vltimatus huius voti, q̃ est Dei cultus, cesset facta cõmutatione in maiorẽ Dei cultũ, aut ex iusta causa dispensanti, vel cõmutãti prælato noĩe Dei, cessabit quoque voti obligatio. Quare iuxta hãc sñiam, vt exigatur cõsensus eius, cui promissio facta fuit, necesse est promissionẽ fieri illi pauperi, vel rectori illius Ecclesię, pręcipuè ob illius priuatã, & naturalẽ vtilitatẽ. Et ideo huius sñię vr̃ aperte *Caiet. in verbis eius proxime relatis.* Eiusdem videtur aperte *Nauar. li. 2. de restit. c. 1. in noua editione, dub. 3. n. 14.* vbi hęc ait: *Cũ quis emisit votũ dandi alicui pio loco certã quantitatem etiã postquam acceptata est, posset Pontifex Romanus illã commutare in alium vsum. Quod principaliter ea donatio, seu promissio ortũ habuerit ex religione voti nõ ex lege iustitiæ. Cũ nõ sit facta in gratiã, et vtilitatẽ personarũ illius loci, sed principaliter in Dei cultũ. Quare si quis sine voto illã promitteret, vel donaret, vel alio cõtractu, Ecclesia,*

vel

vel pius locus acquisierit, nullo modo posset auferri. Et quãuis de solo Pontifice loquatur, eius ratio idẽ, ꝓsus probat de dispensatione, & commutatione factis per alios prælatos, imò & de cõmutatione facta in euidẽter melius, propria vouentis authoritate. Et si de solo Põtifice loqueretur, falsa esset posterior pars. Quia ẽt, qñ bonũ commune id postulat, posset in eo casu auferre. Et sic clare loquitur de ordinaria Pontificis, & aliorum prælatorum potestate ad dispẽsandum, vel cõmutandum.

18 Verum hoc ita vniuersaliter dictum nõ audeo dicere. Quia Doctores oẽs n.7. relati sola promissione facta homini, & simul Deo, ac ab hoĩe illo acceptata cõtenti sunt, ne liceat dispensatio, aut commutatio absq; eius consensu. Præterea, quia negari non põt tũc ẽt ius homini illi acquiri. Nec rõnes contrariæ probarent intentum. Non prior, quia non est illa legitima ratio, cur is trãsitus liceat, sed quia in ea obligatione inest tacita cõditio, nisi elegerit strictiorem religionẽ, iure ita statuerunt in *d.c. licet*. Nõ ẽt posterior, quia non cessat ille finis, nisi legitime factis dispẽsatione & commutatione: hoc aũt est, quod disputatur, an possint legtime fieri. In eo tñ casu admitterem prędictã sñiam, quando principaliter promissio fit in honorem Dei, non respiciendo etiam secundario vtilitatem eius pauperis, aut loci pij: secus quando saltem secundario ratio huius habita est, ob illius pauperis, aut loci paupertatem, vel specialem affectionem: tunc .n. non potest absque eius consensu cadere in id votum dispensatio, illudve commutari.

19 In dubio aũt an saltem secundario habita sit rõ illius pauperis, aut loci iudicandum est habitam esse. Id em̃ significat promissionem dirigi in eum pauperẽ, vel locum, si.n. nec secundario horum ratio habita esset, dirigeretur vtique in solum Deum promissio.

CAPVT XLII.

In quibus religiosorum votis possint prælati regulares dispensare.

SVMMARIVM.

Prælati regulares possunt in votis suorum religiosorum dispẽsare, sicut Episcopus in votis sæcularium sibi subditorum, nu. 1.

An possint in voto transeundi ad strictiorem religionem, n. 2.

An possint dispensare, vt professi in strictiori trãseat ad laxiorem, & vt professi ad chorum fiant laici? Remissiuè, n. 3.

An possint dispensare in votis de eorum licentia factis, n. 4.

An possint dispensare in voto emisso de licentia alterius superioris, n. 5.

An possint cum ipsis dispensare in voto non peccandi, n. 6.

1 IAm ex dictis c. 39. n 3. cõstat prælatos regulares posse dispensare cum suis religiosis exemptis, sicut possunt episcopi cum subditis suæ diœcesis.

2 Hinc deducitur primo, integrum esse his prælatis dispensare in voto religiosi transeundi ad strictiorẽ religionẽ. Sicut posse epm cum suis subditis in eo voto dispensare, diximus c. 40. nu. 74. Nec obstat prælatum regularem carere potestate irritãdi eiusmodi voti. Vt diximus c. 33. num. 2. Quippe est disparatio, nam quoad transitum hunc nõ subditur prælato, vt domino & subiectione propria religiosi, cũ hic minime includatur in ijs, quæ ad obedientiæ votũ pertinẽt. At subditur, vt suo spirituali prælato, sicut sæculares epo subsunt: ac proinde poterit cum illo dispẽsare, ac potest epus cum sæcularibus. Præterea, quia irritare est voluntaiẽ subditi ratione dominii in eam coercere, quod nequit prælatus respectu huius transitus. Dispensare autẽ est, spontaneæ subditi petentis dispensationẽ volũtati annuere ratione spiritualis in ipsum potestati. Atq. ita docẽt *D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. vers. Hoc aũt videtur Sotus li. 7. de iust. q. 3. art. 1. dub. 2. col. 5. vers. tertius operum ordo est, & q. 4. art. 3. colum. 6. vers. sequitur subinde. Nau. cõmentario 4. n. 22. de reg. & lib. 3. consiliorum, tit. de voto, in priori editione, cons. 30. n. 3. in posteriori, cons. 40. n. 3. Angles floribus 2. par. q. vnica de voto, art 8. diffic. concl 6. Enriquez lib. 7. de indulgentijs, cap. 22. nu. 7. Aragon 2. 2. q. 88. art. 8. dubio 1. concl. 5. fol. 1018. col. 2. Manuel 2. to. summa c. 89. nu. 4. Leonard. lib. 2. de iustit. cap. 40. dubio 13. nu. 107. initio. Petrus de Ledesma 2. tomo summa tract. 10. c. 7. dubio vltimo, dicto 1. Emmanuel Sà in summa, verbo Votum, vbi de voti irritatione nu. 18. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 11. nu. 90. & 91. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 11. c. 22. q. 12. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. cap. 10. nu. 16.*

3 An verò dispensare possit cum professo in strictiori vt ad laxiorem transeat, & cũ professo ad chorum, vt fiat laicus. Dicemus l. 6. tractantes de voto obedientiæ.

4 Secundò deducitur, quamuis satis controuersum sit, an hi prælati irritare valeant votũ sua licentia emissum à religiosis, de quo egimus, c. 27. à n. 7. at certũ esse posse eos in eo voto dispẽsare. Quia siue ea licentia præiudicet potestati dominatiuæ, siue non nullatenus tamen præiudicat spirituali, à qua dispẽsatio manat, cũ vtraq; potestas diuersæ valde rationis sit. Et confirmatur, quia concedendo eam licentiã, si dicamus potestate dispensandi priuari, aut ea priuatio debuit consurgere ex propria volũtate, aut ex superiori, aut ex natura rei; sed nullo horum modorum consurgit. Nã non ex propria voluntate, soli .n. libere irritandi potestati antea cõpetenti præiudicare censendus est velle cedendo aliquatenus iure dominij, potestatem aũt spiritualẽ nullatenus minuit, nec minuere potuit. Nec ex volũtate superiori cõsurgit de ea enim minimè constat, nec rationi cõsonat, vt qui concedendo eã licẽtiam, nullius culpæ reus fuit, priuetur potestate spirituali dispensandi in eo eo voto. Nec demũ ex natura rei consurgit, quia ex ea licentia tm̃ sequitur votum esse firmitate maiori munitum; at votum quantumuis firmum, subijcitur potestati spirituali dispẽsandi. Ergo poterit prælatus regularis in huiusmodi voto dispensare. Et ita tradunt *Angelus in summa, verbo Votum 4 n. 8. Syluest. verbo Votum 4. q. 3. dict. 9. Tabiena verbo Votum 5. q. 4. n. 5. fine, Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 8. col. 3. vers. Ad eius eundẽ nam, ad finem. Aragon 2. 2. q. 88. art. 8. fol. 1019. vers. Est aliud dubium. Suarez eodem c. 10. n. 17.* Quamuis immeritò dubitarit *Ricard. 4. d. 38. ar. 4. q. 1.* dicens tutius esse alium superiorem adire.

5 Tertio deducitur, quamuis prælatus inferior irritare nequeat votum licentia prælati superioris emissum (vt diximus c. 27. n. 4.) posse tamen illum in eo dispensare. Quod optimè docet *Suarez eodem c. 10. n. 18.* Ratio aũt differentiæ est. Quia enim irritatio pertineat ad potestate dominatiuam, aduersatur dominio superioris, qui eam licentiam concessit. At dispensatio cum sit diuersæ potestatis, minimè illi præiudicat.

6 Vltimò deducitur, posse quoq; prælatum dispẽsare in voto religiosi, non committendi alicuius peccati. Sicut diximus c. 40. n. 12. posse Episcopũ dispẽsare in hoc voto. Quia etsi religiosi non subdantur p̄lato quoad obligationem eius vitandi peccati, subduntur tamẽ quoad nouam voti obligationem. Ita docẽt *Aragon 2. 2. q. 88. ar. 8. dubio 1. concl. 4. fol. 1018. Manuel 2. to. summa c. 89. n. 5. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 10. nu. 8. in fin.* Atq; posse commutare id votum fatentur *Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. ad finem, in solutione ad penultimum. Angles florib. 2. p. q. vnica de voto art. 7. difficultate secũda, in 3. cõclusione*, quãuis hic minus bene neget potestatem dispensandi.

CAPVT XLIII.

De potestate delegata ad dispensandum in votis concessa religiosis.

SVMMARIVM.

Quæ qualitas requiratur in eo, cui hæc ptãs cõmittenda est, & an censeatur concessa per similis potestatis concessionẽ, n. 1.

An

An censeatur facultas ordinaria, quando conceditur etiã Episcopo circa vota reseruata, n.2.
An intelligatur commissa ad dispensandũ concurrenti cã, n.3.
Proponuntur priuilegia religiosorum ad dispensandum in votis, n.4.
An censeantur fauorabilia, & late interpretanda, n.5.
An virtute illorum possint dispensare in omnibus votis reseruatis, quando Episcopus in eis dispensare potest? Proponũtur probantia non posse, n.6.
Explicatur sententia Authoris, n.7.
An potestas hæc extendatur ad vota emissa in fauorem tertij, & ad emissa ante, & post priuilegium: & ad vota iurata: & potestas delegata ad dispensandum extendatur ad commutandum, & è contra. Remissiuè, n.8.
An hoc priuilegium extendatur ad relaxanda iuramenta castitatis & religionis, & alia rerum reseruatarum n.9.
An possint religiosi dispensare in voto castitatis ante matrimonio emisso ad petendum debitum, n.10.
Quod si nondum est consummatum matrimonium, vel si alter in adulterium incidat, n.11.
Quid si id votum est factum post matrimonium, nu.12.
Quod si sit votum religionis & non est matrimonium consummatum, n.13.
An hæc facultas dispensandi in votis intelligatur cum solis subditis diœcesis, in qua sunt religiosi? Refertur quadam opinio, n.14.
Explicatur sententia Authoris, n.15.
An in sola confessione possint religiosi vti ea potestate? Refertur quadam opinio, n.16.
Explicatur sententia Authoris, n.17.
An idem sit de facultate dispensandi in votis reseruatis commissa per pœnitentiarium: & an religiosi Societ. Iesu possint eam dispensationẽ expedire extra confessionem: & sit idem forum pœnitentiæ, & forum conscientiæ, n.18.
Quod priuilegium habeant religiosi ad dispensationẽ, & commutationẽ voti strictioris religionis, ad eligendã suã, n.19.
An sit iusta causa huius dispensationis, sic velle qui votũ fecit, aut eum credere fore vt in illa religione melius Deo inseruiat, n.20.
An virtute priuilegij possint dispensare in eo voto, n.21.

1 Consulto de sola delegata facultate religiosorum ad dispensandum in votis, mouetur qõ: quia nec in iubilæo, nec in bulla cruciata datur facultas ad dispensandum, sed tantum ad commutandum. Vt dicemus infra tractãtes de votorũ cõmutatione. Nec solent dari similes facultates, nisi ad dispensandum, & partim commutandum, circa vota reseruata, vt solet cõmittere sacra pęnitentiaria. Cuius commissionis clausulas latè explicui lib.8. de matr. tota disp.34. Si quæ aũt aliæ facultates dispensandi in votis alicui delegẽtur, explicandæ erunt iuxta earum tenore, & iuxta ea quæ de facultate delegata religiosis ad hoc dicemus, si eiusdem sint tenoris: nec peculiaris ratio aliud suadeat. Et quãuis religiosi gaudeant quoq; facultate cõmutandi vota, non est de hac in præsenti agendũ, sed de sola ptãte dispensandi. De illa aũt agemus tractantes de commutatione votorũ. Præmittẽdum est hanc ptãtem dispensandi delegari non posse, nisi clerico primæ tonsuræ saltẽ, si iure ordinario loquamur, quamuis Pontifex possit quoq; laico eam cõmittere. Vt diximus c.37.n.20. & 21. Nec censetur hæc ptãs delegari simili aliqua ptãte concessa, vt facultate absoluendi ab omni casu & cẽsura reseruatis, vel dispensandi in irregularitate sed oportet vt exprimatur concedi ptãtem dispẽsandi, in votis. Quia cũ hæ potestates diuersæ sint, nec priuilegia plus valeant quam sonent, concessio vnius nõ extenditur ad alterius concessionem. Quod per se notum est, & tradit *Suarez tomo 2. de religione, tract. de voto, lib.6.c.12.n.2.*

2 Atque cum delegatur ẽr episcopis facultas dispensandi in votis reseruatis, in quibus ipse dispensare nõ poterat non est ordinaria, sed delegata facultas. Qđ optime docet *Suarez tom. 2 de religione, tract. de voto, lib.6.c.25.n.1* contra alios tacito noĩe ibi refert, dicentes concessam episcopis esse ordinariam, cõcessam vero alijs, delegatam. Quia per eam cõcessionem episcopis factam non omnino tollitur reseruatio, vt vel sic maneant sub ordinaria episcoporum potestate, cui seclusa reseruatione subdebantur, nec est perpetua concessio annexa dignitati episcopali, in quo vtroque casu esset ordinaria: sed sola iurisdictio cõmunicatur in ea vota reseruata, nec perpetuo dignitati sed temporaliter personæ.

3 Secundo præmittendũ est, hanc delegationẽ non intelligi vt delegatus possit ad libitum dispensare in voto, sed existenti causa iusta, qualem dispensatio petit. Quia nemo põt amplius, quam ipse delegãs põtat quicunq; delegans, etiamsi sit Romanus Pontifex nequit valide in voto absque legitima causa dispẽsare. Et hoc est per se notissimum, & tradit *Suarez lib.6.c.17.n.4.*

4 His præmissis, explicandũ est priuilegiũ dispensandi in votis, concessum religiosis. Et quidem Innoc. VIII. concessit Mendicantib. posse dispẽsare in votis, in quibus possunt epi, demptis peregrinationis vltra duas dietas. Sunt aũt duæ dietæ viginti leucæ. Vt testantur *Rebuff. de priuileg. scholast. priuileg.161. Azebedo alios referens l.1. recop. regiæ tit.7. lib.20.n.1. Manuel in bulla cruciata, §.9.n.141.* Quamuis *2.to. summæ c.*100.*nu.*3. dicat esse quatuordecim leucas. Sed credo esse errorem typographi quia refert se ad *prædictum, §. bullæ*, vbi ait esse viginti leucas. Sed amplius priuilegium dispẽsandi circa vota concessum est à Martino V. quo per communicationem gaudent Mendicantes. Constat ex *compendio priuilegiorum Societ. Iesu, verbo dispensatio, §.10.* ibi: *Per facultatem Benedictionis concessam à Martino V. possunt nostri confessores deputati dispensare etiam in votis episcopo reseruatis.* Vbi pater noster generalis Claudius Aquauiua communicant hãc facultatem omnibus superioribus & alijs confessarijs, quibus ipsi eam cõmiserint.

5 Hæc aũt priuilegia censentur fauorabilia, & sunt late interpretanda. Quia non continent dispensationem, quæ stricte intelligi dẽt. Vt probaui lib.8. de matr. disp.1.nu.3. Sed concedunt dispensandi potestatem: quam censeri fauorabilẽ, & late interpretandam probaui, eo. lib 8 disp.2.n.1. Præterea quia cõceduntur toti religioni, in quo casu ea esse fauorabilia. & extendenda probaui ea. disp.1.n.13. Et quia sunt erga personas indeterminatas: in quo casu ea esse extendenda probaui eo. li. 81. disp.2.nu.6. & loquens de priuilegijs commutaudi tradit *Lessardus li.2. de iust. c 42. dub.12.n.60.* & de omnibus *Henriq. lib.7. de indulg. c.28.n.7.*

6 Prima difficultas circa hæc priuilegia est an virtute illorum possint religiosi Mendicantes, & fruẽtes eorum priuilegijs dispensare in votis reseruatis Pontifici qñ in eis põt eps dispensare. Et videtur pars negans. Quod ideo possit eps in illis dispensare in illis casib. quia seclusa reseruatione poterat iure diuino naturali attento in eis dispensare & ideo reseruatio tanquã ius eius auferens, sit odiosa, & restringenda. Vt constat ex dictis c.40. à n. 2. in omnibus.n. casib. in quib. diximus ibi posse episcopũ dispensare, huic fundamento innixi sumus. Quæ rõ nullatenus militat in his priuilegijs: nã seclusis illis religiosi nil poterant. Præterea quia eodem c 40.n.16. probauimus, concessis omnib. votis concessa non intelligi reseruata, nisi exprimantur. At in neutro priuilegio exprimuntur. Ergo nullatenus censentur concessa.

7 Verum dicendũ est posse religiosos virtute posterioris priuilegij relati n.4. dispensare in oĩbus votis Pontifici reseruatis, quoties in eis rõne alicuius circunstãtiæ occurrentis, quæ efficiat ea deficere à veri voti reseruati rõne, & materia diximus c 40. à nu.16. vsq. in fin. posse epm dispẽsare. Secus aũt qñ seruata voti reseruati vera materia, & dispensatione in illã cadente, diximus eo. c, 40. ius esse episcopo dispensandi rõne solius necessitatis quos casus explicuimus ibi, à n.34. vsq; ad 37. Rõ prioris partis est, qa generaliter cõcessit Põtifex in eo priui-

legio

legio facultatem ad dispēsandum in votis episcopo reseruatis, idest, in quib. iure ordinario possunt episcopi. At in illis casib. possunt iure ordinario episcopi, eo q̃d reseruatio non intelligatur in illis. Ergo & poterũt religiosi. Et sic cessat prior ratio cõtraria, nã si ea ratio non militet in religiosis, militat tamen alia, nempe, concessio prædicta generalis. Præterea, quia ratione solius reseruationis probauimus c.40.nu.16. hæc vota reseruata indigere speciali mentione, vt concessa censeãtur. Cum ergo in his casibus non cēseatur eorũ dispensatio reseruata, non ea indigebunt, sed claudentur in concessione generali, & indefinita. Et huius sententiæ est *Suarez to. 2. de religione, tract. de voto lib.6.c.26.n.17. in fine*, vbi ait priuilegia dispensandi in votis cuiuscunq; concessa, extendi ad hæc omnia reseruata in prædictis casibus. E iusdem etiam sententiæ sunt clare Doctores oẽs, quos referemus infra, dicẽtes posse religiosos virtute suorum priuilegiorum commutare hæc vota in prædictis casibus quia eadem ratio militat in vtroque casu, immo maior videtur vrgere, vt possint dispensare, quia in priuilegio commutandi excipiuntur vota reseruata, at in priuilegio hoc dispensandi non excipiuntur sed solum excepta intelliguntur, iuxta dicta c.40.nu.16. eo quod non exprimuntur in concessione. Ratio autem posterioris partis ea est, quia in ijs casibus sunt vere vota illa reseruata, ac dispensatio vere cadit in materiã reseruatã, & ideo casus illi non censentur episcopales, & ordinario episcoporum iuri subiecti, sed per accidens põt episcopus in illis dispensare ex quadam benigna voluntatis reseruantis interpretatione. Sicut absolutio ab hęresi non dicitur casus ordinariè commissus, nec amittit suam rigorosissimam reseruationem, eo q̃ per accidens ratione necessitatis imminẽtis, possit quilibet sacerdos eam in articulo mortis impertiri. Et ideo hoc tenui l.2. de matr. disp.40.nu.9. & lib.8. disp.15.nu.10. & tenent *Henriquez lib.6. de pænitentia, c.14.nu.7. & in commento, litera P. Manuel in Bulla cruciata, §.9.n.118. & q. regularib. tomo 1.q.41.art.9. & q.63.art.6. Suarez eo.c.26. n.18. &* 19. An vero hoc priuilegium extendatur ad dispensandum in voto castitatis ante matrimoniũ emisso ad petendum debitum, constabit non posse ex dicẽdis in simili infra c.54. n.20. vbi dicemus non posse cõmutari per similia priuilegia votorum commutandorum. At poterunt dispensare virtute alterius priuilegij, de quo dicemus n.10.

8 Vtrum autem potestas hæc extendatur ad dispensandum in votis emissis in fauorem tertij, diximus c.41.n. 9. Et in votis ante, & post priuilegiũ emissis, & ad vota iurata: & hæc potestas delegata ad dispensandum, extendatur ad commutandum, dicemus tractãtes de votorum commutatione.

9 At hæc facultas dispensandi in votis, sicut non extenditur ad vota reseruata, q̃n reseruata veræ sunt, ita non extenditur ad iuramenta eiusdem materiæ reseruatę, ẽt in casu in quo iuxta nostram opinionem non sunt reseruata, cũ tñ, si essent vota, essent vtiq; reseruata. Quia hoc dispensandi priuilegiũ sola vota cõcedit, & solum extenditur ad iuramenta soli Deo præstita ex potestate circa similia vota. Cum ergo nulla potestas in eo concedatur circa similia vota rei reseruatæ, nõ est extendẽdum ad illa iuramenta. Insuper quia frequẽtissime huiusmodi iuramenta continent etiam promissionem, in quo casu est certum ea quoque esse reseruata.

10 Insuper prouinciales Mendicantium habent priuilegium vt possint concedere suis cõfessoribus approbatis ab ordinario iuxta Tridentini normã, facultatẽ dispẽsandi ad petendum debitum cũ ijs qui ante matrimonium vouerant castitatem. Hoc enim eis cõcessit Pius V. viuæ vocis oraculo. Vt referunt multi, quos citaui, lib.8. de matrimon. disputat.16.nu.3. Hoc etiam refertur in *compendio priuilegiorum Societatis Iesu verbo Dispensatio, §.9.* vbi pater noster generalis Claudius Aquauiua id priuilegium communicat prouincialibus, & alijs confessarijs, quibus per se, vel per alios id commiserint.

11 Aliqui restringunt hoc priuilegium, vt intelligatur quando voto ligatus iam consummauit matrimoniũ, secus quãdo nondum consummauit. Ducuntur, quòd ante matrimonium consummatum teneatur ingredi religionem; quod petẽdo debitum, & altero reddente impedietur. *Sic Azor tomo 1. instit. moral. lib.11.c.19.q. 20. versic. Sed dubia quæstionis est.* At quamuis prædicta opinio sit verissima, sustinendo hunc teneri ad religionem: cùm tamen probabilius sit non teneri, dicendum est posse vtiq; tunc dispensare. Quia si manet in seculo, prout licitè potest, tenetur consummare matrimonium reddendo debitũ ac subinde in magno peccandi discrimine constituetur, si petitio debiti sit ei interdicta: atq; ideo militat ratio concessionis, quæ fuit, vt huic periculo prospiciatur. Atq; ita docent *Sayro in claui regia, lib.6.c.11.n.104. Manuel 1. tomo summa, in secunda editione c.242.n.2. Vega 2. tomo summa c.129. casu* 118. *puncto* 2. Atque idem est dicendũ priori bimestri ante matrimonij consummationẽ, etiamsi ad nuptias transierit animo ingrediendi religionem, quando is animus ad religionis ingressum non obligat. Quia militat eadem ratio; non.n. tenetur hic ingredi religionem. Et idẽ etsi dicendum quando est licitum diuortium. Quia priuilegium est absolutum, & absq; vlla restrictione, & quia concedit dispensationem in eo casu, in quo episcopus potest dispensare: & posse episcopum in omnibus his casibus, probaui c.40.n 64.

12 Quòd si id castitatis votum sit emissum post matrimonium, nequibũt religiosi virtute huius priuilegij dispẽsare ad petendum debitum. Quòd id priuilegium expresse loquatur de voto castitatis ante matrimonium emisso. Atq; ita docẽt *Manuel primo tomo summæ in 2. editione c.243.n.14. & q. regularibus, tomo 1.q.63.art.2. Vega 2. to. summa c.129. casu* 77. At poterũt virtute priuilegij quod habent in omnibus votis dispensandi, q̃n non sunt Pontifici reseruata: (vt diximus nu.7.) dispensare non tantùm ad petẽdum debitum, sed omnino in eo voto, quoties potest episcopus dispensare in eo voto, eo quòd à pfecta voti castitatis ratione deficiat. Quos casus explicuimus c.40. à n.51.

13 Sed si ante matrimonium, vel post, id tamen nõdum est consummatũ, vouerit coniux religionem, nequeũt religiosi dispensare cum illo, vt petat, aut reddat debitum. Tum quia priuilegium de solo castitatis voto loquitur. Tum ẽt quia nec episcopum posse ad id dispensare, probaui c.40.nu.64. Quia tenetur hic religionem ingredi.

14 Secunda difficultas est. An hæc facultas dispensandi in votis concessa religiosis, sit restringenda, vt tantùm eo priuilegio vti possint erga subditos illius dięcesis, in qua sunt religiosi. *Manuel additionib. ad Bullam cruciatam, §.9.n.120.* affirmat sic hoc priuilegium restringendum. Ducitur, q̃ id priuilegium concedat sola vota, in quibus possunt episcopi dispensare vt n.7. diximus. At episcopus illius diœcesis in solis suorum subditorũ votis potest dispensare. Ergo idem dicẽdum est de religiosis illius dięcesis. Cui fauent Doctores sic restringentes facultatem commutandi vota concessam religiosis: quos referemus c.54.n.59.

15 Verum dicendum est, nõ esse restringendam ad subditos illius dięcesis, in qua sunt religiosi, sed extendi ad quoscumque vndecumque venientes. Quia illa restrictio vt possint dispensare in solis votis, in quibus possũt episcopi, intelligitur sic, id est, vt nequeãt dispensare in votis Pontifici reseruatis, in quib. ratione reseruationis nequeunt episcopi dispensare. Cum enim hanc dispensandi potestatem à Summo Pontifice habeant, qui toti orbi præest, nõ est cur ea restringenda sit ad subditos illius dięcesis, in qua religiosi inueniuntur. Et confirmatur,

tur, quia cùm hæc facultas prædictis religiosis concessa sit, quò melius pœnitentium ad illos confluentium saluti spirituali consulere possint, rationi consentaneum est, vt sicut vndecumque venientium possunt confessiones audire, ita quoque possint in eorum votis dispẽsare. Tandem quia cum hæc priuilegia esse amplianda probauerimus nu. 5. nulla ratione dicendum est ea ita restringenda. Et ita sensere viri docti à me consulti.

16 Vltima difficultas est. An religiosi hac dispensandi in votis facultate possint in sola confessione vti. Quidam affirmant. Quia hoc priuilegium conceditur confessoribus regularibus; qd denotat debere esse intra confessionem. Et confirmatur, quia hæ dispensationes committuntur his, vt iudices sunt in foro interno. sicut dispensationes cõmittuntur pro foro externo officialibus diœcesanis, vt externi fori sunt iudices. At cõfessor non est iudex in foro interno, nisi audiat confessionem. Et huius sententiæ videtur *Corduba summa q. 152.* vbi dicit posse religiosos in confessione dispensare in votis, in quibus possunt episcopi. Et tenent expresse *Sayro in claui regia lib. 5. c. 8. n. 10 in fine, & lib. 6. c. 11. n. 105. Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo Votum, in suis annotationibus, notabili* 7. Et pro eadem sunt Doctores, quos c. 54. nu. 15. referemus dicentes idem de priuilegio commutandi vota per Bullam.

17 At veriùs est, posse eos ea facultate dispẽsandi vti extra sacramentum confessionis. Quia priuilegia dispensandi relata nu. 4. non petunt vt audita confessione dispensatio fiat. Et (vt optimè ait *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, libro sexto, c. 16. n. 4.*) quando priuilegiũ non restringit expresse, vt dispensatio in confessione exerceatur, aut in foro pęnitentię, non est opus cõfessione, licèt petat vt dispensans sit confessor approbatus. Quia nomẽ confessoris est magis muneris, quã actualis exercitij, & solum requiritur vt pro munere audiendi confessiones sit approbatus. Nec etiam ait sufficere vt sit necessaria confessio, si dicatur in priuilegio dispensationem concedi pro solo conscientiæ foro. Quippe hoc latiùs patet quàm forum pœnitentiæ sacramentalis, & per illa verba solùm excluditur ne dispensato valeat pro foro externo. Quæ omnia dixi lib. 8. de matr. disp. 34. nu. 29. vbi latissimè id probaui, & retuli authores, atque explicui confessore virtute alicuius indulti dispensantem extra confessionem, esse iudicem tunc in foro interno. Et pro hac sententia sunt quos referam c. 54. n. 16. dicentes posse religiosos extra confessionem commutare vota virtute sui priuilegij, in quo tamẽ est multò maior difficultas, quia dicitur ibi, audita confessione.

18 Immò & dispensationes commissas à sacra pœnitentiatia discreto confessori, pro solo cõscientię foro, probaui latissimè lib. 8. de matr. disp. 34. n. 29. posse expediri extra confessionem. Quòd apertè indicat *Suarez nu. præcedenti relatus.* Et ibi. n. 30. probaui idem esse dicendũ de religiosis Soc. Iesu, qui virtute sui priuilegijs eas dispensationis literas aperiũt, & expediunt eas dispensationes.

19 Tandem Eugenius IV. concessit prælatis congregationis sancti Benedicti, vt possent cõmutare aliquorum votum ingrediendi in arctiorem religionem, vt ingrediantur suam, dummodo si ante professionem recesserint, dispensatio sit nullius momẽti. Quod priuilegium refert *compendium priuilegiorum Mendicantium verbo dispensatio, §. 28.* Insuper Societas Iesu habet priuilegiũ, vt in eam recipi valeant quicũque aliquam religionẽ intrandi, & ibi permanendi ex quauis causa votũ emiserint. Constat ex *compendio nostrorum priuilegiorũ, verbo commutatio, §. 3.* vbi pater noster generalis Claudius Aquauiua sic ait: *Hac facultate soli, et magna cõsideratione vtentur Prouinciales, nisi ipsi eã in casu aliquo alicui cõmunicarẽt: et eũ vsi fuerint, admoneãt præpositũ generalẽ.*

20 Cum autem hæc sit dispensatio, & partim commutatio, eo quod sit in minus strictam religionẽ, exigit causam. Hanc autem dicit *Manuel q. regularibus, to. 1. q. 25. art 6.* esse, si vouens putet se melius in ea religione inseruiturum Deo, quam in arctiori, aut sic se velle. Sed neutram causam approbo. Quippe cum cõmutatio hęc admistam dispensationẽ habeat, exigit causam voti exequutioni obstãtem. Iuxta ea quæ dicemus c. 45. At neutra illarum est huiusmodi. At minorem causam desiderari quam ad puram dispensationem, per se constat.

21 Id tamen admonuerim, quamuis Mendicantes non possint in eo voto virtute huius priuilegijs dispensare, nisi cum limitatione prædictam, quam retulimus n. 19. in eo contineri posse tamẽ virtute priuilegij, cuius n. 4. meminimus, virtute cuius diximus n. 7. posse dispensare in omnibus votis reseruatis, in omnibus casibus, in quibus potest episcopus defectu alicuius circumstãtiæ, posse (inquam) virtute illius dispensare absolute in hoc voto, vt ingrediantur suam, vel aliam religionem, sine eo onere. vt egressi ex legitima causa ante professionẽ, teneantur ad prius votum. Quia episcop. posse dispensare in hoc, eo quod sit dispensare in sola voti reseruati circumstantia, diximus c. 40. nu 74. Et quando episcopus dispensaret, & ille vouens bona fide ad probãdum ingrederetur laxiorem religionem ex iustaque causa egrederetur, nõ teneretur, iterum religionem ingredi. Quia (vt constat ex dictis c. 16.) sic exiens satisfacit religionis voto. Nec vsui priuilegij amplioris obstat concessio alterius restrictioris. Quia dum Pontifex facultatem aliquam cõcedit cum aliqua exceptione, seu limitatione, solam illam facultatem limitat, vt ab ipso proficiscitur: quare si aliunde facultas illa sine illa restrictione competebat, non videtur sublata, vel restricta, sed adhuc licebit ea vti. Vt optime ait *Cord. allegato insignis Doctores Ortiz super compendio Mendicãtium, verbo Dispensatio n.* 24 Qua ratione *Nauar. summa Latina c. 25. n. 138.* affirmat non obstanti Decreto *Tridentini sess. 25. c. quarto. de reform.* decernenti vt episcopus possit cum Synodo minuere numerum missarum capellaniæ, quã exiguum stipendium id postulat, id posse episcopum extra Synodũ. Quia id poterat iure antiquo cui id decretum non derogat.

CAPVT XLIV.

An cum dubia est dispensatio, siue defectu potestatis in dispensante, siue ex alia causa, tutus, sit ille cum quo dispensantur.

SVMMARIVM.

An cum dubitatur de dispensantis potestate, sit integrum ei dispensare in voto, & is cum quo dispensatur, sit tutus? Refertur quædam sententia, n. 1.

Explicatur quid dicendum, quando dubitatur an superior dispensans sit legitimus, n. 2. Et ibi quid si dubitetur de domicilio subditi.

Quid quando potestas est ordinaria, & est dubium an possit in eo voto dispensare, vel dubitat vouens an votũ reseruatę, vel potius non reseruata, emiserit, n. 3. & ibi, quid si sit certitudo de voto, & dubitetur an sit reseruatum.

Quid si potestas sit delegata, & dubitatur an ea extẽdatur ad illum casum? aut dubitetur an sit reseruatus, n. 4.

Quid si in hoc euentu non sit dubium, quale votum subditus emiserit, n. 5.

An si dubitetur an legitima causa ad dispensationem concurrerit, an dispensanti superiore suadens sit tutus, n. 6.

An peccet tunc superior dispensans? Remissiuè, n. 7.

An si dubitatur num dispensatio extendatur ad illum casum, præsumatur extendi, n. 8.

Quid si dubitatur de valore dispensationis, eo quod dubitetur an impetrans tacuerit verum, aut falsum expresserit: aut

an

an veritas tacitas, vel falsitas expressa sit finalis, ac proinde vitiet dispensationem, n.9.
Quid si in omnibus his casibus constet postea veritas, n.10.

1 DVbinm hoc diuersis ex causis oriri potest. Prima est, quod dubium sit an superior ille dispensaturus sit legitimus. Et tunc *Metina tractatu de pœnitentia, quæstione de dispensatione super confessione reuelanda ad finem*, generaliter tradit in dubio de dispensationis potestate, peccare dispensantem, & eum cum quo dispēsatur, si dispensatione ea vtatur. Quod vterq; peccandi periculo se exponat.

2 Sed hæc sententia ita generaliter dicta displicet. Sed sic distinguendū est. Si superior ille sit in possessione superioritatis, dubitetur autem an sit legitimus nō potest ea spoliari, donec constet non sola opinione, sed scientia moraliter certa defectus legitimæ superioritatis. Vt latè probaui c.32.n.4. Et ideo tutus erit is cū qđ dispensatur. Atque ipse dispēsans tutè quoque potest suo munere fungi, quando sufficienti apposita diligentia non potest id dubium vinci: immo dum ea apponitur, pōt potentib. subditis eo munere fungi. Sicut cōiux dubius de matrimonij valore licite reddit immo tenetur, dum apponitur diligentia ad assequendā veritatem: atq; ea apposita si nequit vinci dubium, licite omnino vtitur matrimonio. Vt probaui lib.2. de matr. disp.41.n.47. Si vero nullam nactus sit possessionem, non poterit. Quia sola suffragatur in hoc dubio. Dixi autē petentib. subditis posse, dum apponitur diligētia. Quia tūc est quasi reddere: actus enim volūtarios superioritatis nequiret exercere: id enim est quasi petere. Quare si dubitetur an is cum quo est dispensandum sit subditos, ratione domicilij, aut quasi domicilij acquisiti in ea diœcesi, necessarij ad subiectionem requisitam ad potestatem dispēsandi cum eo, nequibit prælatus cum illo dispensare. Quia non habet possessionem superioritatis in illū, sed eam habet prælatus veri domicilij.

3 Secunda causa est, eo q̄ dubitetur an potestas dispensantis extendatur ad illud votum. Et tūc quando potestas est ordinaria, potest esse dubium, iuris, aut facti, aut vtriusq;. Dubium iuris erit, quādo cōstat de voto emisso; at dubium est propter opinionum diuersitatem, an id sit reseruatum. Et in hoc casu potest dispensare. Quia tutius non censetur votum reseruatum. Vt probaui c.40. n.26. Aut est dubium facti, quia vouens sciens se peregrinationem vouisse, dubitat an ea fuerit Cōpostellana, & sic reseruata. Similiter certus est se aliquid ad castitatem pertinens vouisse, dubitat tñ an absolutā castitatem vouerit, cuius votum est reseruatum, an solā partialem, cuius votum non est reseruatum. Et in hoc dubio sic distinguēdum apparet prima facie. Si sit aliqua possessio pro voto reseruato, non poterit inferior Pontifice dispensare: secus si nulla sit possessio pro voto. Exemplum prioris partis sit, si ille certus sit se vouisse castitatē; aut verba voti quæ certus est se protulisse, sūt castitatis, dubitat tñ an intenderit oīmodam castitatem tunc.n. possessio est pro voto plenæ castitatis. Exēplum posterioris partis, qñ ille non meminit verborum tunc .n. possessio est pro voluntate, vt in hoc dubio intelligatur ad id quod minus est, ligata; & ideo præsumitur nō emissum votum reseruatum. At re bene inspecta dicendum est, in neutro casu votū esse reseruatū: & à fortiori, qñ est dubium iuris, & facti. Quia c.40.n.26. eam regulam tradidimus, vt in dubio quamuis non sufficienti ad vitandam voti obligationem, nunquam censeatur votum reseruatum. Et ideo quādo stat possessio pro illo voto castitatis, iuxta tenorem verborum, licet ea possessio sufficiat ad iudicandā plenā castitatis obligationē, non sufficit tamen, vt votum iudicetur reseruatum.

4 Si autem potesta sit delegata, pōt esse dupliciter dubiū iuris priori modo, ex parte eius potestatis, quia est limitata, & dubitatur an id votum extendatur: & tunc præsumitur extendi, & sic poterit dispensari. Quia cum potestas dispensandi sit fauorabilis, & latè interpretanda: (vt latissimè probaui lib.8. de matr. disp.2.num.1.) quoties dubium est an hæc potestas extendatur, vt virtute illius possit in aliquo casu dispensari, censenda est extendi ad illum. Vt optimè tradunt *Decius cap. At si clerici, §. de adulterijs, in noua editione, limitatione 2.n.96. de iudicijs, & ibi Hippolytus n.9. Stunica de voto, q.6.nu. 57.*

5 Posteriori modo potest esse dubiū iuris aut facti, aut vtriusque simul, eo modo quo nu.3. diximus posse hæc dubia accidere respectu potestatis ordinariæ Et tūc est idem dicendum, quod diximus eo.nu.3. de potestate ordinaria. Quia militat eadem ratio, nempe, votum reseruatum non esse certum: ac proinde non reputari reseruatum. Atque idem dicerem, etsi simul cōcurreret dubium iuris explicatum nu. præc. propter rationem ibi traditam.

6 Tertia causa huius dubij potest oriri, eo q̄ dubitatur an sit legitima dispensandi causa. Et tūc si prælatus ꝓposita ei verè causa à subdito dispenset, tutus erit subditus vtendo dispensatione. (An verò prælatus in dubio legitimæ causæ possit tuto dispensare, dicemus c. seq.) Quia in hoc dubio standum est superioris iudicio. Vt optimè tradunt *D. Thomas 2.2.q.88. artic. 12. ad 2. D. Antoninus 2. part. tit.11. c.2. §.9. notabili 3. Syluest. verbo Votum 4.q.6. Tabiena verbo Dispensatio, q.10.n.12. Aragon 2.2.q.88. articul. 12. ad 2. Suarez tomo 1. de religione, lib.2. de diebus festis c.33. numero 3. & tomo 2. tractatu de voto lib.6.c.17.n.6. & 20. & tomo 5. in 3.p. disp 41. sectione 3. fine. Sayro in claui regia lib.6.c.12.n.25. versic. Quæ omnia, in fine. Emmanuel Sà in summa verbo Votum, vbi de voti irritatione numero* 20. idque non obscurè significat *Sotus 4.d.21.q.2. artic.2. columna antepenultima*, vbi dicens dispensationem voti à Pontifice concessam absque causa, esse irritā, subiungit, si manifestus error non interueniat, præsumi causam iustam. Et *lib.7. de iustitia q.4. art.3. ad 2. fine*, vbi ait dispensationem in voto esse irritam, quando manifestè constat nullam esse causam. Quare dum quidam Doctores, quos retuli lib.8. de matrimonio, disputatione 17. num.14. dicunt non præsumi causam in principe dispensanti in iure diuino naturali, cuius obligatio est voti, intelligendi sunt in foro externo. Et dum alij citati eadem disp.n.15. docēt non credi prælato dicenti se ex iusta causa dispensare, dum in lege superioris dispensat, intelliguntur etiam in foro externo. Atque hanc doctrinā credo veram, non solum quando dispensat ipse prælatus sed etiam quando alius ex ipsius commissione, aut priuilegio. Quia in eo actu fungitur superioris vice.

7 Sed an prælatus ipse peccet, dum dispensat in dubio an causa sit sufficiens. Dicemus capit. sequenti numero 10.

8 Quarta causa est, quando dubium oritur ex parte ipsius dispensationis. Et tunc potest oriri dubium, aut q̄a dubitatur an illa extendatur ad hunc casum, v.g. dispēsatum est à legitimo superiore in voto castitatis at ex dispensationis tenore dubiū est, an sit absoluta, & omnimodam dispensatio, illa vt vouens liberetur omnino voto: an solum sit ad effectum illius matrimonij ineūdi: & in hoc dubio cēsendum est eam dispensationem non esse totalem. Quia licèt potestas dispensandi sit fauorabilis, & extendenda ad casum dubium: vt diximus n.4. At quia dispensatio est odiosa, & restringenda: (vt probaui lib.8. de matr. disputatione 1. à nu.3.) non extenditur ad casum dubiū. Atq; ita docent *Decius, Hippolytus, & Stunica relati n.4.*

9 Aut potest dubium id consurgere ex eo quòd dubitat impetrans dispensationem, an tacuerit, verum, aut falsum expresserit. Et tunc cum delictum nō præsumatur, *l. Meritò. ff pro socio*, præsumptio erit vt non deliquerit, & sic pro dispensationis valore. Aut est certus se verum

rum tacuisse, aut falsum expressisse, dubium tamen est attentis omnibus circumstantijs, an ea causa tacita, vel falsò expressa, fit finalis, ita vt veritate nō tacita, & causa vera expressa, non concederetur dispensatio, ac proinde dispensatio fit irrita: an potius tantum sit impulsiua, nēpe, quia aliàs concederetur dispensatio, & sic illa non vitietur. Atque in hoc dubio res est valde controuersa. Multi affirmant præsumi finalē, & sic corruere dispensationem. Quos retuli lib. 8. de matr. disp. 21. n. 20. At ibidem cum multis alijs, sustinui, præsumi causam impulsiuam & sic valere dispensationem. Atque idem probaui ea. disp. 21. n. 25.

30 Tandem si quæras, an dispensatio in omnibus prædictis dubijs concessa corruat detecta postea veritate in contrarium: sic distinguendum est. Si dubium erat de sola superioris potestate, an ille esset legitimus, necne, si re vera habuit ille titulum, etsi inualidum ratione alicuius vitij occulti, & ideò communiter existimabatur legitimus superior, valebit vtique dispensatio concessa, quāuis postea detegatur eum nō esse legitimum superiorem. Si verò detegatur eum caruisse titulo collato à legitimo superiore, nō valebit dispēsatio. Ratio est, quia in priori casu valent gesta, siue ille sit ordinarius, siue delegatus, siue gesta pertineant ad forum externum, siue ad internum per *l. Barbarius ff. de offic. prætoris.* Secus autem in posteriori casu. Sicut vtrúque latissime probaui lib. 3. de matr. tota disp. 22. Si autem ex alijs causis ortum sit dubium, vt quia dubitatur, an potestas illius delegati extendatur ad hūc casum, aut an id votum sit reseruatum, aut an causa fuerit sufficiens, existimo dispensationem tunc bona fide concessam non corruere, detecta postea veritate in contrarium. Quia cum in ijs dubijs potestas dispensandi sit legitimè concessa, superior legitimè ea vsus est. Ergo valor actus non pendet ex futuro euentu. Itē quia cum in hoc dubio casus non sit reseruatus, potuit superior ille dispēsare, nec dispensatio conditionalis tunc censetur concessa, sed absoluta. Ergò à nullo futuro euentu pendet. Tandem, quia recta ecclesiæ administratio hoc petit: nec. n. aliter vitarentur innumeri scrupuli, qui alias suboriri possent. Ergo hoc modo censetur concessa potestas prælatis, & ipsorum delegatis. Demum si dubium fuit ratione veritatis tacitæ aut falsæ causæ expressæ, an illa fuerit finalis, iuxta dicta n. 9. corruet dispensatio, detecta veritate in contrarium. Quia hoc nō pertinet ad superioris potestatē, quæ in bonum ecclesiæ est late interpretāda: sed ad solam eius veritatem voluntatis reducitur quæ est tantum dispensare iuxta propositam sibi veritatem.

CAPVT XLV.

De necessitate causæ ad dispensationem petitæ; & quales debeant esse causæ.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, n. 1.
An ad valorem dispensationis in voto exigatur causa? Refertur quædam sententia, n. 2.
Explicatur sententia Authoris, n. 3.
An si tunc admisceatur dispensatio commutationi, & desit causa dispensandi corruat etiam commutatio: et si adsit aliqua dispensandi causa, sed non sufficiēs, corruat tota dispensatio? Remissiuè, n. 4.
An si prælatus temerè dispenset in voto aut in alia superioris lege absque præuia causæ cognitione; at re vera est causa legitima, valeat dispensatio? Refertur opinio, n. 5.
Explicatur sententia Authoris, n. 6.
Quid si ille sit delegatus ad dispensandum in voto, n. 7.
Quid in dispensationibus, quas Pontifex cōmittit ordinarijs, aut sacra pœnitentiaria confessoribus n. 8.
Quid si notoria esset causa: aut certo constaret dispensanti? & idem de precum veritate, an tunc valeret dispensatio absque causa, aut precum examine, nec peccaret dispēsans, numero 9.
An vt superior licitè dispenset, exigatur causam esse manifestè iustam: an potius satis sit eam esse dubiam n. 10.
An subditus dubitans de iustitia causæ, sit tutus superiore dispensante? Remissiuè, n. 11.
Satisfit argumentis, n. 12.
Post n. 12. inuenies alia summaria, quæ deficiunt.

1 DVplex petitur quæstio disputanda. Prior de necessitate causæ ad dispēsationis valorem. Posterior de ipsis causis, quales sint.

2 Quæstio prior. An dispensationis valor iustam causam exigat. Quidam quos tacito nomine refert *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 2.* in ea fuere sententia, vt integrum sit prælatis ad libitum dispensare in votis subditorū, sicut est irritare habentibus potestatē dominatiuam. Ducuntur, quod in omni voto intelligatur tacite conditio, si prælato placuerit, aut nisi ipse contradixerit. Secundo, quia sicut potestas dispensandi non datur plātis ad destructionem sed ad ædificationem, ita similiter prælatis regularib. concessa est potestas dominatiua ad irritāda regularium sibi subditorum vota. Ergo sicut valet irritatio absque causa, ita & dispensatio. Tandē quia factū subditi nequit superioris authoritati derogare. Ergo quodcumque votum fit salua superioris authoritate: & ita poterit ad libitum in eo dispensare.

3 At certissimum est, dispensationem in voto, & iuramēto, & quocumque alio præcepto obligāti ex iure diuino, concessam absque legitima causa, esse irritā. Quia tunc dispensatur in alienis bonis, & in aliena voluntate superiori, atque adeo prælatus dispensans, non id instar domini efficit, sed instar ministri, & œconomi. Ergo indiget iusta causa vt valide dispenset. Secundo, quia ex cedit fines suæ commissionis dispēsans ad libitum, neque enim credendum est, Deum qui eius obligationis creditor est consentire iniquæ illi remissioni per dispensationem factæ, ac suas vices ad illam commisisse prælatis. Et confirmatur, quia dispēsatio absque causa, non est dispensatio, sed dissipatio. Vt testatur *D. Bernardus lib. 3. de consideratione ad Eugenium c. 23.* Atq; ita fatentur *vniuersi Theologi in 4. d. 38. cum D. Th. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 2. & omnes Doctores iuris Pontificij cum Glos. c. non est, verbo adimplere. de voto.* Atque similiter partialis dispensatio admixta commutationi in minus exigit quoque causam. Vt n. 16. 22. & 23.

4 An vero si tunc ea partialis dispensatio careat causa, corruat etiam partialis commutatio: vel si adsit aliqua causa dispensandi, sed non omnino sufficiens, corruat tota dispensatio? dicemus c. 51 à n. 7. vsque ad 19.

5 Quod si prælatus dispenset in voto, nulla causę cognitione pmissa, at re vera erat legitima dispensandi causa, quibusdam placet loqueotib. generaliter de dispensatione inferioris in lege superioris dispensationē esse irritam. Huius sentētiæ authores, & fundamenta retuli lib. 8. de matr. disp. 17. n. 10. & tenet *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. c. 27. n. 7.*

6 Sed vt probabilius ibi tenui quamuis prælatus teneatur iustæ causę cognitionē præmittere, & peccet mortaliter, si iustæ causæ ignarus dispenset, tanquā in re grauissima abutens potestate, exponensque se periculo irritandi actus, valeret tamen dispensatio, si re vera aderat iusta causa, & hoc in foro conscientiæ, donec in externo reuocetur. Quia nulla est lex eum actum irritās. Vt late probaui allegatis Doctoribus, & soluens cōtraria, ead. disp. 17. nu. 11. indistinctè enim loquuntur de prælato dispensante absque cognita causa in lege superioris, & loquēs de eadem lege tenet sub aliquali dubio dicens forte ita esse *Suarez tom. 1. de religione, tractat. de diebus festis l. 2. c. 33. nu. 13.* Et in proprijs vero terminis docet *Supplementū Gabrielis 4. d. 38. q. 1. art. 5. vbi de dispensatione in votis quadruplici columna ante finem.*

Atque

7 Atque idem censeo, quando Pontifex, vel episcopus, vel alius potens dispensare in votis, vel iuramentis cõmittit alicui dispẽsare in votis, quamuis enim nequeat licite dispẽsare nisi certior factus de causa iusta, at valebit dispensatio, licet causa sibi non cognita dispenset, si re vera illa aderat: nisi in delegatione habeatur specialis forma petens præmitti causæ cognitionem. Quia eadem prorsus est ratio.

8 Ex quo sequitur irritam esse dispensationem concessam à confessore virtute literarum sacræ pęnitentiariæ, vel à diœcesano virtute commissionis Pontificiæ, nisi causæ cognitionem pręmittant, que in illis commissionibus petitur. Quia in eis commissionibus additur, si per diligentem examinationem inueneris ita esse, vel preces veritate niti: quæ verba inducunt formã, & conditionem necessario seruanda vt exequutio illius commissionis valeat. Quod cum multis contra alios explicansque quando verba delegationis inducant formã, probaui lib. 8. de matrimon. disput. 34. n. 16. disput. 35. numero 16.

9 In omnibus autem casibus explicatis triplici nume. præcedenti non tantum valide, sed etiam licite expeditur dispensatio, nulla causæ cognitione præmissa, quãdo eius veritas est notoria, aut dispensanti certo cõstat. Quia id examen petitur ne temere dispẽset, quæ temeritas cessat existẽti causa notoria aut sibi omnino certa. Quod latius probaui lib 8. de matrimonio, disp. 17. nu. 12. & disp 34 nu. 24. & disp. 35. nu. 16. Et loquens absolute de dispensatione tradit *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto. lib. 6. c. 27. nu. 7. in fine.*

10 Quod si quæras, an exigatur cãm esse manifeste iustam vt superior valeat dispensare: an potius sufficiat causa dubia. Potest dubium hoc referri ad sufficientiã causæ quoad effectum excusãdi a præcepti aut voti obligatione, absque omni dispensatione. Et tunc constat sufficere causam dubiam. Vt dicemus nu. 36. & 39. Aut potest referri ad sufficientiam causæ ad dispensandum in præcepto aut voto, quorum obligatio est certa secludendo dispensationem. *Ioannes a Medina tractatu, de pœnitentia, quæstione de dispensatione super confessione reuelanda, ad finem,* asserit peccare dispensantem non tamen explicat an dispensatio sit valida, necne. At verius credo eum non peccare. Quia in benigniorem partem est in eo dubio inclinãdum, & credendum est facultatem superiorum esse in hoc dubio: id enim petit bonum, & suaue ecclesiæ regimen: esset enim multis scrupulorũ occasionibus exposita potestas, si ad causas solas certas extenderetur, & vix auderent superiores dispensare. Et ita aperte docent *Syluest. verbo Dispensatio, quæstione 4. num. vigesimo, in fine,* vbi agens de prælatis regularibus, quibus præmittitur dispensare in regulis, sic ait: *Dispensare possunt quando eis constat de causa legitima, & etiam si dubitent. Quia ad clementiorem partem declinandum est.* Et *Palacios 4. d. 38. disputatione 3. columna sexta, versiculo, Est igitur dispensatio, fol. 86.* vbi dicens dispẽsationem exigere causam iustam, addit hæc: *Et per causam huiusmodi, subaudi, non euidenter iustam, sed probabilem, vel dubiam.* Quod si tamen non versaretur dubium circa causæ sufficientiã sed an causa aliqua dispensandi existeret, neutiquam posset dispẽsare. Quia potestas dispensandi exigit necessario causam, atque adeo extendi non debet ad dubium an sit aliqua causa: nec recta ecclesiæ gubernatio petit eam potestatem, sicut petit quando constat de causa, & de sola eius sufficientia dubitatur.

11 Quidquid autem sit de hoc, certum est subditum esse tutũ, qui dubius de causa, rem totam exponit superiori, si ille dispenset. Quod probaui disputatione præced. numero 6.

12 Tandem ad argumenta contraria proposita numero secundo respondetur. Ad primum dicendum est, eam conditionem nequaquam imbibi in votis, sed solũ respectu superiorum gaudentium potestate dominatiua. Ad secundum dic, licet vtraque potestas detur in ędificationem, & nõ in destructionem, versari in hoc disparitatem. Quod vtraque detur iuxta suam naturam: & ideo cum natura dominij sit, vt dominus possit ad libitum valide re sua vti, etsi peccare possit in illius abusu, ita gaudens potestate dominatiua irritat valide absque causa, quãuis forte tunc peccet abusu potestatis. Potestas autẽ spiritualis dispensandi de voluntate aliena petit ad valorem actus, vt prudenter ac iuxta præsumptã domini voluntatem dispẽsatio fiat ac proinde si temere, & absque causa fiat, est irrita. Ad vltimum dic, id tãtum concludere non posse subditum sua voluntate impedire potestatem superioris ad dispensandum ex iusta causa in suo voto.

S V M M A R I V M.

An iusta voti dispensatio exigat semper dispensationem pertinere directè ad bonum commune nu. 13.

An eadem causa exigatur ad dispensandum in voto, & ad relaxandũ iuramẽtum in solum Dei honorem emissum, n. 14.

An dispensandum in voto exigitur causa illius exequutioni obstans, nu. 15.

Quid quando votum commutatur in minus, nu. 16.

An sit iusta dispensandi in voto causa conferre magnam pecuniæ summam, ad opera pia & publica, nu. 17.

An causa iusta sit prudentis arbitrio liberanda, & quæ prudens attendere debeat, nu. 18.

An maior causa desideretur ad dispensandum in voto, quam in lege, nu. 19.

An quò dignius est votum, eò maior causa exigatur, nu. 20.

An maior exigatur causa ad dispensandum in voto absoluto, quàm in pœnali, aut conditionali eiusdem rei: & maior ad dispensandum in conditionali, quàm in pœnali: sitque habenda ratio pœnæ in voto pœnali, ad exigendam maiorem causam, nu. 21.

An eo minor causa exigatur, quo minor est relaxatio materiæ promissæ, commutando partem in aliam, nu. 22.

An quando partim dispensatur in voto, relicta partiali eius materia, exigatur maior causa, quàm dum mutatur omnino materia in alterius minoris partem, nu. 23.

An exigatur minor causa ad dispensandum in tempore executionis voti, quàm in ipso voto, nu. 24.

An exigatur maior causa, quando est simul votum & iuramentum, n. 25. & ibi quid quando idem vinculũ repetitur.

Ex quotuplici capite oriatur iusta dispensandi causa, nu. 26.

An sit iusta, quando votum ex minus prudenti deliberatione est factum, nu. 27.

An exigatur tunc concurrere magnam implendi difficultatem, nu. 28.

Quid si votum ita temerè factum inueniatur postea esse vtile, num. 29.

Quid de votis puerorũ emissis ante, aut post pubertatem, nu. 30.

Quid de voto facto, metu mortis a nemine incusso, aut non ad extorquendum votum, nu. 31.

Quid de incusso ad illud extorquendum, nu. 32.

Quid de votis dolo emissis nu. 33.

Quid quando cessauit, aut est error circa solam causam impulsiuam, nu. 34.

Quid quando est votum non petenda dispensationis in omnibus his casibus, nu. 35.

Quid quando est dubium, an materia sit facta mala, an inutilis, aut impediens maius bonum, num. 36.

Qualiter illa maior boni impediti dignitas spectãda sit. n. 37.

An sufficiat sperari ex voti dispensatione maiorem spiritualẽ voventis vtilitatem, etiam cum aliquo dubio, nu. 38.

An idem sit dicendum, quoties est dubia voti obligatio ad quãuis causam, nu. 39.

Quid quando votum potest esse occasio ruinæ, vel attenta communi hominum conditione, vel solo voventis statu, nu. 40.

Quid quando est magna difficultas implendi voti, n. 41.

An sit sufficiens causa vexari magnis scrupulis ratione voti, num. 42.

Quid de morbo continuo, aut debilitate virium ad sustinenda religionis onera, nu. 43.

Quid quando magnum est transgressionis periculum, n. 44.

Quid eo consurgente ex prauo vouentis habitu, nu. 45.

Quid si oriatur ex frequenti voti obliuione, nu. 46.

Quid de vehementi desiderio, nu. 47.

An sola priuata vouentis vtilitas possit esse iusta dispensandi in voto religionis causa, n. 48.

An sit iusta causa, necessitas, aut magna boni communis vtilitas, vt impediri voto officium cõcionandi, aut docẽdi, n. 49.

Quid de magno domus, aut familiæ damno, nu. 50.

An sit sufficiens causa ad dispensandum in voto religionis, aut castitatis, necessitas progeniei conseruandæ, nu. 51.

Quid de morbo continuo, cui vsu venereorũ subuenietur, n. 52.

An semper singulæ ex dictis causis sat sint, n. 53. & ibi an rarò detur causa ad absolutam dispensationem absque commutatione mixta.

An prædictæ omnes causæ sint ad dispensandum in voto religionis, & castitatis, n. 54.

13 QVæstio posterior. Quæ causæ iustæ sint ad dispensandum in voto? Præmittendum est primo nõ sẽper desiderari ad iustã voti dispensationem, vt causa dispensandi spectet directe ad bonum cõmune, sed satis esse vt indirecte, quatenus bonũ partis redundat in totius bonũ. Quod late probaui loquens de impedimentis matrimonium dirimentibus, lib. 8. de matrimonio, disp. 19. n. 1. Et in terminis voti constat ex dicendis nu. 38. 39. & 40. vbi probabitur sufficientem causam esse priuatam vouentis vtilitatem.

14 Secũdo supponendum est, eandem met causam exigi, & sufficere ad dispensandum in voto, & iuramento, quando non homini est præstitum, sed in solius Dei honorem. Quod huiusmodi iuramẽtum sit instar voti quoad eius dispensationem. Et ita hoc probaui li. 8. de matrim. disp. 20. n. 2. vbi Doctores retuli.

15 His præmissis, prima conclusio sit Ad dispensandum in voto requiritur causa illius exequutioni obstãs. Quia vt dispensatio hæc legitima sit, debet redũdare in Christi honorẽ, aut ecclesiæ vtilitatem. Vt docet *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 12. in fine corporis*. At deficienti causa obstanti voto exequendo, non cedit in honorem Christi, aut ecclesiæ vtilitatem, sed potius expediret id votũ impleri. Hanc latius probaui, & eius authores retuli eadem disput. 20. nume. 3. est tamen limitanda, vt dicemus numero 88.

16 Atqoe idem dicendum est, quando votum commutatur in minus, adiuncta partiali dispensatione. Quia cum tunc vera dispensatio admisceatur, militat ex hac parte ratio tradita n. præcedenti. Doctores huius retuli ea. disp. 20. nu. 4.

17 Hinc deducitur, non esse iustam dispensandi in voto causam, cõferre magnam pecuniæ summam ad opera pia, aut publica. Quia etsi hoc ad commutationẽ sufficiat, secus autem est de dispẽsatione. Quod illa causam obstantem exequutioni voti minime exigat. Vt infra dicemus: hæc autem illam petat. Et docet *Aragon. 2. 2. q. 88. art. 12. col. 5.*

18 Secunda conlcusio. Non potest certa regula de causæ huius sufficientia præscribi, sed ea prudentis arbitrio libranda est. Quia ilia spectare debet, iuxta *c. Magnæ de voto*, nempe, quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundũ vtilitatem. Hæc ab omnibus traditur.

19 Tertia conclusin. Regulariter loquẽdo multo maior causa exigitur ad dispensandum in voto, quã ad dispẽsãdum in lege humana. Quia strictior est obligatio iuris diuini naturalis quo votũ obligat. Et ita docet *Nauar. sum. c. 12. Hispan. n. 58. Lat. n. 57.* Dixi autem regulariter, quia aliqua lex humana potest adeo bono communi conducere, vt grauiorem dispensandi causam petat, quã priuatum votum. Vt optime docet *Sotus lib. 7. de iustit. q. 4. ar. 3. col. 8. vers. hic autem.*

20 Quarta cõclusio. Quo dignius est votum, eo maiori causa ad dispensationem indiget. Hæc ex se constat sicut in legibus idem contingit. Et docet *Suarez. tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 17. nu. 14.* Et dixi etiam lib. 8. de matrim. disp. 20. n. 2.

21 Hinc deducitur, minorẽ causam satis esse ad dispensandũ in votis pœnalibus, quàm in absolutis. Quod illa minus voluntaria sint. Ita *Sotus lib. 7. de iustitia, q. 4. ar. 3. colum. 6. paulo ante versiculũ De causis subinde.* Atque idem dicendum est de voto conditionali: desideratur enim maior causa in illo, quàm in pœnali, at minor quàm in absoluto. Quod sit magis voluntarium quàm pœnale, at minus quam absolutum. Atque vtrumque credo; siue ante siue post impletam conditionẽ. Atque ita *Sotus* indistincte loquutus est de voto pœnali. Et ratio est quia vtrumque habet imbibitam imperfectionẽ suæ originis. Vt probaui capite 40. num. 99. Atque ante impletam conditionem minor causa requiritur. Quia tunc minus obligat, & pendet perfecta eius obligatio à futuro contingenti euentu. Atque in voto pœnali est habenda ratio pœnæ, vt maior causa exigatur ratione illius, & quo illa fuerit dignior. Vt de commutatione loquentes probauimus contra aliquos Neotericos cap. 36. num. 35.

22 Quinta conclusio. Quo minor est materiæ promissæ relaxatio per dispensationẽ, eo quod maior, vel minor commutatio adiũgatur, eo minor causa exigitur. Quæ ex se cõstat, quia est minor dispẽsatio, seu in re minori. Et ita docent *Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 12. dubio 2. vers. Ad euidentiam causæ, in fine. Nauar. summa Latina & Hispana, c. 12. n. 63. Suarez eod. lib. 6. c. 17. nu. 15.*

23 Hinc infertur, maiorem causam desiderari ad partialem dispensationem, quando partialis cõmutatio fit in aliquod opus aliud à promisso: (vt quando dispensatur in voto ieiunij commutãdo partim in eleemosynam,) quàm dum illa dispensatio fit relicta obligatione partis materiæ promissæ. Vt quando dispensatur in precibus quotidianis, relictis iis precibus quarto quoquo die Quia in priori euẽtu fit partialis dispẽsatio duplici titulo, nẽpe, quia pars materiæ absolute tollitur, & permittitur solutio in diuersa materia. At in posteriori sola est dispensatio remissionis partis materiæ promissæ. Atque ita optime docet *Suarez eo. n. 15.*

24 Secundo deducitur, multo minorẽ causam desiderari ad dispensandum in tempore obligationis exequẽdi voti quam in ipso voto. Quod ex se constat, cũ in priori casu sola obligatio differatur, at in posteriori tota auferatur. Et quo maior est dilationis mora, eo maiori causa opus est. Quia est maior dispensatio.

25 Sexta conclusio. Quando idem vinculum reperitur circa eãdem materiam, vt idem votum, aut idem iuramentum, dispensatio illius nullam maiorem causam exigit, quàm si semel tantum emissum esset. Nam eadem omnium est vis, & obligatio & ideo nec in cõfessione voti illius violati, nec in impetratione dispensationis illius, oportet repetitionis mentionem facere. Et ideo bene dixit *Suarez to. secundo de religione, tractatu de voto lib. 6. capite 14. nu vigesimo sexto* ea vincula multiplicata tanquam idem reputari. Similiter quamuis in iuramento Deo facto includatur communiter promissio, ac proinde votum, nulla maior causa desideratur ad dispensationem illius iuramenti, quàm si esset merè votum. Quia quoad dispensationem quasi idem reputantur. Idque constat ex dictis numero 14. Quando autem adsunt simul vinculum voti, & iuramenti, expressa vtraque, possunt dupliciter concurrere, priori modo quando iuramentum est accessorium voto, ac in illius confirmationem emissum, vt si quis promittat Deo castitatem, & postea iuret se id votum seruaturum. Posteriori modo, quando tantum se habet concomitanter, vt si quis voueat castitatem, & postea iuret se castitatẽ seruaturum: in quo euentu in votum non cadit iuramentum.

mentum.

mentum, quasi illud confirmans, sed se habet cōcomitanter, quia vtrumque vinculum cadit supra eandem materiā. Et vtroque modo emittatur, satis probabile, maiorem causam desiderari ad dispensationem, quā si alterum solum vinculum esset. Quod per dispensationem extinguatur vtrumque vinculum, & cum duplex sit, est fortius vno, & ideo maiorē causam requirit, vt materiam cōpenset duplici religionis vinculo debitā. At probabile etiā est, siue priori, siue posteriori modo iuramentum accedat voto, eādem causam sufficere ad dispensationem vtriusque concurrentis, quæ ad alterius solius sufficeret. Quod defendit *Suarez eodē capite 14.nu.15.& 21.& nume.vltimo.* Quia (inquit,) est satis probabile vtroque modo accedens iuramentū voto, tolli quasi indirectè per solius voti dispensationem iuramentum, & nullam maiorem grauitatem intensiuā addi per iuramentum, sed solam extensiuam: & rem moraliter, & practicè spectādo, parum referre ad vim obligationis in ordine ad Deum, vtroius modo iuramentum fiat, nec esse minorem obligationem in iuramento, & voto, siue priori, siue posteriori modo iuramentum accedat voto.

26 Vltima conclusio. Ex triplici capite potest cōsurgere causa obstās exequutioni voti ac proinde iusta ad dispensandum in illo. Primum est, ex parte ipsius vouentis. Secundum, ex parte materiæ promissę. Vltimum ex causa extrinseca pertinente ad bonum commune aut priuatum vouentis. Atque causæ ex his consurgentes sunt seorsum explicandæ.

27 Prima causa ex parte vouentis est. Quando votū non processit ex perfecta, ac prudenti deliberatione, vt quā ex subito iracundiæ calore, aut alia subita passione nō tollenti deliberationē necessariam ad voti valorē petitam, profectum est. Et ratio est, quia cū obligatio voti vim habeat ex libera vouens voluntate, qua se ad id astrinxit, diminutio huius volūtatis de se diminuit obligationem, & ideo præstat iustam dispēsandi causam. Præterea id probat textus *c.2.de voto.lib.* *Nos autē ipsū a voto, quod in genere ata e, facultate potius, quàm ex arbitrio discretionis promisit, absoluimus.* Hocque latius probaui multos Doctores referens, lib 8. de matrim. disp. 20 n.12. & vltra Doctores ibi allegatos, tenent *Sayro in clauiregia, lib.6.c.12.nu.30. Suarez 2.to. de religione, tractatu de voto.lib.6.c.17.nu.8.*

28 Hoc autē limitat *Valentia 2.2.disp.6.q.6.puncto 7.ad finē* quando talem leuitatem preteritā sequeretur postea maxima implendi difficultas ob infirmitatē vouētis, ac lapsuum frequentiā ita vt iam id votum reddatur inutile personæ, tunc enim ea leuitas reducitur ad causam exequutioni voti obsistētem. Ducitur, quod cōmunis sententia (vt n.15.diximus) petat ad voti dispēsationem, vt adsit causa eius exequutioni obstans. At hæc limitatio displicet. Quia eam causam sufficere ad dispensandum in votis prudenter emissis, dicemus nu. 41.& 44. Quare nil peculiare tribueretur facilitati, & imprudentiæ in vouendo. Cuius contrariū & textus & Doctores nu præced. allegati aperte volunt. Atque *Palud.4.d.38.q.1.articulo primo, n.19.* ait huiusmodi vota non omnimoda obligādi vi gaudere: quod nulla alia ratione inniti potest, nisi quia secum dispensandi causam afferant. Et ratio adducta nume. præced. satis hoc probat. Quare dum Doctores nu. 15. relati petunt ad voti dispensationem, adesse causam executioni illius obstantem, intelligunt de votis prudēti deliberatione emissis, in quibus ratio inuoluntarij admista non præbet iustam dispēsandi causam. Placet tamen, vt ex sola hac leuitate nō omnino fit in voto dispensandum, sed admista aliqua commutatione. Vt bene docet *Petrus de Ledesma 2.to.summe, tract.10.c.8.n 4.p.vbi tract. de causis dispēsandi, in 1.dicto, & in fine capitis.* Et ideo cauté dixit *Leonardus lib.2.de iustitia, c.40.dubio 12.n.101.* hanc leuitatem esse causam facilioris dispensationis Et *Suarez n.praeced. relatus* ait esse causam remittendi voti, vel ex toto vel ex parte.

29 Alij limitant, vt intelligatur hæc causa, nisi votum nō noceat, sed reperiatur postea vtile tūc enim nō erit hęc causa sufficiens tollendi voti. *Ita Suarez eodem capite 17.nu.14.* Qui si intelligat hanc causam non esse sufficientem ad omnino dispensandum, atque tunc maiorem cōmutationem adiungendam quā si sola ea facilitas adesset, id admitto. Si verò velit nullā tūc ex ea indeliberatione oriri cām dispēsandi partialiter, nō placet. Quia non tollitur defectus plenę deliberationis ex accidentario euentu, qui hāc dispensandi cām præbet.

30 Hinc infertur primo esse iustā dispensandi causam, hanc facultatem, & imprudentiam in votis impuberū, immo & puberum, quando discretio non multū supplet ætatem. Atque ita docet *Suarez eod.c.17.nu.8.* Immo quando ante pubertatem est emissum votum, probaui 8.de matrim. disp. 20.n.13. sufficere eam causam ad totalem dispensationem: etsi consilium sit tunc aliquam commutationem admiscere. Iuxta dicenda capite sequenti num.4.

31 Secundo deducitur metum mortis procedentem ex naufragio, aut ex alia causa non incussa ad extorquendū votum, præbere iustā dispensandi causam, quando prudentem deliberationem exclusit, secus quando illā habuit. Atque idē credo quando is metus esset leuis si prudens deliberatio desit. Quia cū defectus naturę deliberationis præbeat hanc cām, nil refert qualitas metus ad votū inducentis. Posterior pars inde probatur, quia cum nulla iniuria in eo voto emittendo cōcurrerit, nec matura deliberatio defuerit, non est cur id votū afferat secū dispensandi causam. Atque ita probaui eadem disp. 20.n.14. Et videtur tenere *Suarez eod.c.17.n.8.* vbi inter causas dispensandi ex plenæ deliberationis defectu, numerat metum. Et sic intelligendus est *Sayro in claui regia, lib.6.c.12.n.30.* vbi inter dispensandi causas numerat metum.

32 Quando autem metus esset incussus per iniuriam ad extorquendum votum, nec esset talis qui illud irritaret, existimo iustā dispensandi causam pręberi ex illo, quāuis non minueret plenam deliberationem. Quod in eo euentu cedat dispensatio in maiorem Dei honorem, ne sibi accepta videatur iniustitia extorquentis votū. Item quia id votum nequaquam ex animo processit, sed ad redimendam vexationem. Tandem quia supra c.3. diximus esse probabile id votum non obligare: & nu.39. probauimus dubium de voti nullitate præbere iustam dispensandi causam, nedum eius nullitatis probabilitas eam præbebit.

33 Tertio deducitur, dolum quoq; quo votum emissum est, præbere iustam dispensandi causam. Vt bene docet *Sayro n.31.fine relalatus* qui est necessario intelligendus de dolo non irritanti votum, quādo enim illud irritat, nulla dispēsatione opus est. Et ratio est, quia valde minuit voluntariū: ac proinde militat eadem ratio quæ in votis ex imperfecta deliberatione emissis. Et constabit magis ex dicendis nu. sequenti.

34 Vltimò deducitur esse etiam iustam causam dispensādi, errorem circa causam impulsiuam voti, aut illam iam cessasse Quia minuit etiam voluntarium. Quod ex quodam textu, & Doctoribus probaui libr 8. de matr. dis.20.n.16. qui dicunt faciliùs dispēsandum in his votis, ac proinde censent esse iustam dispensandi causam, cum aliqua commutatione admista.

35 Monuerim tamen non semper iustam dispensandi in votis his causam esse quoq; iustā dispēsandi in voto nō petendæ illorum dispensationis, sed quando eadē ratio reperitur in vtroq; voto. Vt si quis metu leui aut absque debita deliberatione promisit aliquid Deo, at post liberè, seu maturo cōsilio vouit se non petiturū prioris voti dispensationē, imprudētia, vel metus in priori voto inuenta, quæ dispensandi in illo iustam præbebant causā, non

non præbebunt ad dispēsandum in posteriori, in quo illa non sunt inuenta: secus autem si in posteriori quoque inuenirentur. Quia tunc eadem esse ratio.

36 Secunda causa dispensandi sumitur ex parte materiæ voti quæ sic assignatur à Doctoribus, quando materia voti est facta inutilis, aut mala aut impediēs maius bonum. Huius authores lib. 8. de matrim. disp. 20. n. 8. & vltra illos ita dicit *Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 12. nu. 27.* Quos quidem non esse intelligendos, quando id constat, probaui ibi: tunc enim votum desinit obligare, ac proinde dispēsatione nō eget. Sed intelliguntur quando res est dubia an talis sit facta materia. Atque ibi dixi eosdē Doctores in alijs locis se ita explicare. Et ita ēt explicant *Azor to. 1. instit. moral. lib. 11. c. 19. q. 17. &* *Suarez* loquens de solo casu, in quo maius bonum impediri est dubium, *in tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 17. n. 10.* Et ratio est, quia votum debet de re licita esse, & vtili, ac meliori quare deuiat a fine, & ratione voti, non solum, quando contrarium est certum, sed etiā in casu dubio. Nam etiam id dubium derogat feruentati voti.

37 Est tamen maior illius boni impediti bonitas spectāda, atteta von materia non solū in se considerata, sed etiā quatenus obligat ex voto, v.g. dubitatur an ieiunium promissum obstet maiori bono, bonitas illius operis impediri comparanda est ad ieiunium, nō tantū vt est actus abstinentiæ, qualis est in se consideratum, sed etiā vt est actus religionis ratione voti. Quia aliquin bonū impeditum non esset omnibus consideratis maius. Item quia cum per dispēsationem tollantur vinculum voti, & eius materia, bonum causam dispensandi præstans debet vtrumque compēsare Atque huius authores retuli ea. disp. 20. n. 9. & vltra illos tenet *Manuel in additione ad Bullam Cruciatæ, §. .. n. 105.*

38 Immo est iusta dispensandi causa, quod ex dispēsatione voti speretur maior vtilitas, maiorque spiritualis ipsius vouentis fructus. Quia per votum principaliter intenditur spiritualis vouentis vtilitas Atque ita docēt *Richard. 4. d. 38. ar. 9. q. 1. Suarez eodem c. 17. nu. 10.* Qui optime addit id verum esse, quamuis ea spes sit cū aliquo dubio.

39 Ex quo deducitur iustam causam esse dispensandi in omnibus alijs casibus, quoties ob aliquam circumstātiam redditur dubia voti obligatio, quamuis id dubiū non sufficiat ad liberandū obligatione voti, seclusa dispensatione. Quod relatis authoribus probaui eadē disputat. 20. n. 11. & vltra illos tenet *Suarez eo. c. 17. n. 10. Maior. in 4. d. 38. q. 3. in fin. Couarr. de pactis 1. p. §. 3. n. 4. vers. Ego vero Petrus de Ledesma 2. tom. summæ, tractatu 10. c. 8. in fine, & quatuor columnis ante finem eius capitis, versic. Digo lo primero.* Quia alias esset inutilis authoritas prælatorū ad dispensandum: cum dispensatio nulla exigatur in casibus certis excusantibus à voti obligatione.

40 Tertia causa sumitur ex parte materiæ voti, quādo moraliter potest esse occasio ruinæ, siuæ per se spectata includat tale periculum respectu hominum communiter, vt est votum nunquam peccandi moraliter, & votū castitatis in cōiugato, siue in particulari respectu huius vouētis. Quia res morales magis sūt in indiuiduo cōsiderandæ a uētis particularibus circumstantijs, quā in vniuersali. Et sic possunt etiam intelligi Doctores nu. 36. allegati, dū dicunt esse iustam dispensandi causam, quādo materia voti redditur mala id est quādo præbet mali occasionem, non ex se, sed ex hominis fragilitate. Et ratio est, quia id periculū derogat multum fini voti, atque adeo rationi cōsonat, vt ecclesia illud caueat dispēsando in voto. Ne quod pro charitatis perfectione introductū est, vergat in eius dispendium. Nec obstat ligatū voto castitatis incuntem matrimonium, incidisse sua culpa in id periculum. Quia non obstāti ea culpa est ei subueniendum. Hanc causam vt iacet, tradit *Suarez eo. c. 18. n. 9.* Et quando periculum ex statu consurgit satis probaui lib. 8. de matrim. disp. 20. n. 17. vbi aduerti quādo periculum ex voto castitatis statu consurgit, at in coniugatis [illegible] voto castitatis, illud nō præbere causam dispēsandi in reliquis ad quæ castitas obligat, præter debiti petitionem, vt ne sit cōiux ille sacrilegus fornicando, vel vt eo matrimonio soluto aliud ineat. Quia periculo illi consurgenti ex statu, satis consulitur concessa debiti petitione per dispensationem.

41 Quarta causa similiter sumitur ex parte materiæ, quā magna voti implendi difficultas superuenit, insufficiens tamen ad auferendam voti obligationem. Quia hoc est valde cōsentaneum benignitati Dei, & necessarium ad consulendum fragilitati humanę. Præterea, quia sæpe magna ea difficultas periculum trāsgressionis affert. Et ita tenent *Abbas c. non est, n. 6. de voto, Suarez eod. c. 7. n. 11.* & dixi eadem disp. 20. nu. 22. vbi duplex exemplum adhibui. Prius, quādo votum religionis vsque ad senectutem est dilatum, quando iam est dubium an ille possit sustinere religionis austeritates. Posterius, si ille vouit religionē, in qua à carnibus abstinetur, & factus est ita debilis stomachi, vt dubiū sit an eam abstinentiam ferre valeat. Quod optime intelligit *Suarez eod. c. 17. nu. 11.* quando hæc difficultas est denuo suborta, vel re vera, vel iuxta vouētis cognitionem. Quia si a principio inerat, & fuit cognita (ad do vel præuisa,) non est (inquit) iusta dispensandi, nisi aliquid noui accidat, vel periculum sit subortum, aut experientia cognitum. Quia tota illa difficultas fuit voluntarie Deo oblata. Alia limitatio apponitur à quibusdam, de qua dicemus nu. 45.

42 Hinc deducitur iustam dispensandi causam esse, cum vouens ratione voti nimijs conscientiæ scrupulis vexatur, ita vt valde queat conscientiæ implere votum noceat. Vt vouit quispiam se quotidie calculos virgineos recitaturum, angitur magnis scrupulis, num attente, ac integre recitarit, passim repetēs, nec adhibitis medijs cōsuli eius conscientiæ potest. Quod id votum sit valde onerosum, & potius noceat. Atque idem dicendū censeo, quamuis ille difficultatem hanc præuiderit. Quia fuit valde imprudens votum, & eius exequutio potius nocebit.

43 Secūdo deducitur esse iustam dispensandi in voto religionis causam, morbum continuū, cuius salus desperatur quādo talis est, vt obseruantias regulares impediret. Atque idē bene docet *Petrus de Ledesma 2. to. summæ, tract. 10. c. 8. in 4. parte. vbi tractat de causis dispensandi, in primo dicto.* Atque agentes de voto indistinctè tradunt hanc causam esse iustam, *Nau. sum. Latina, & Hispana c. 12. nu. 77. Graff. 1. p. decisionum lib. 2. c. 31. nu. 35. Seyro in claui regia lib. 6. c. 12. nu. 28.* Quod est intelligendum cum limitatione, quam numero quadragesimoprimo, diximus nisi difficultas ea esset præuisa. Atque etiam in hoc casu crederem esse iustam, si votū illud valde imprudens iudicaretur, & potius eius exequutionem nociturам.

44 Tertio deducitur esse quoque causā dispensandi iustam, vehemens transgressionis periculum, non semel, vel iterum, sed frequentis trāsgressionis. Quod constat ex dictis numero quadragesimo, & latissime probaui Doctores adducens libro octauo, de matrimonio, disputatione vigesima, numero decimo octauo. Quod vltra Doctores ibi citatos docet optime *Nauar. lib. 3. consiliorum tit. de voto in priori editione, consilio 16. n. vltimo in solutione ad 3. in posteriori, cōsilio 36. in eadem solutione*, dicens tunc esse iustam dispensandi causam; quando perinde votum violatur, ac si emissum non esset. Vbi etiam toto eo consilio optime probat hanc causam esse iustam dispensandi in voto nō fornicandi, vel alterius peccati vitandi. Quia quamuis sublato voto maneat ratio culpæ, vitatur tamen nouum illud fractionis voti sacrilegium. Et *Suarez eodem capite 17. num. 9.*

n.9. sic explicans hoc periculum, quando vouens longa experientia nouit se fragilem, & vix posse côtinere. Et *Leonardus lib.2. de iust. c.40.dub.12.n.101.& Sayro in claui regia lib.6 c.12.n.30.* vbi ambo hoc periculum explicant,quando sæpe violatur votum, vel est periculum sæpe violandi.

45 Temperant tamen aliqui hanc causam,quãdo transgressionis periculum consurgit ex infirmitate, vel passione, quibus attentis votum est seruatu difficile, ac viribus impar, secus si periculũ consurgat ex malitia, ac prauo vouentis habitu. Ducuntur, quod cum votũ de seruiat medicinæ eorũ prauorum affectuum & habituũ, dissonat rationi hoc allegare vt causam voti relaxãdi. Præterea quia ex delicto suo nullus reportare cômodũ debet,vt voto liberetur. Huius sententiæ authores retuli lib.8.de matrimonio,disp.20.n.19.& vltra illos tenet *Petrus de Ledesma relatus nu.43.* At hanc limitationẽ ibi cum alijs Doctoribus reprobaui, & reprobat quoque *Suarez eod.c. 17. n.12.* Atque idẽ probaui, vndecumque id periculum oriatur, si ratione voti spes emendæ non subsit, esse iustam causam. Quod præter Doctores ibi relatos tenet *Sayro in claui regia, lib.6.c. 12.nu.31.* Quia eo habitu supposito, & magna fragilitate inde acquisita, res illa promissa est reddita viribus impar, ac votum illi est factum inutile, vtpote quod nô medicinæ,sed laqueo,nec vitandis peccatis,sed augendis deseruit. Nec hoc est ex malitia commodum reportare, sed ex materia voti, qua supposita illa malitia est reddita inutilis.

46 Atque idem dicendum est, quãdo id transgressionis periculũ oritur ex frequentissima voti obliuione. Quia tunc etiam est votum illi inutile. Et ita tradunt *Angles Floribus 2.p.q.vnica de voto,art.8. in fi. Lud.Lop.1.p. instructorij conscientiæ,c.50.col.3. vers. Etiam secundum. Sayro eod.c.12.n.30.* licet duo priores de commutatione loquantur. Et ita etiẽ ea admiscenda.

47 Ex quibus infertur nô esse iustam dispensandi causam, v.g. in voto non ludendi, vehemens ludendi desiderium, ac tentationes pati. Vt bene docet *Nauar. sum. Hispana,c.18.additione ad nu.1.c.12. Latina c.12.nu.11.* Sed tunc tantum, quando ex tentationes ea vouêtem trahunt, vt frequentis transgressionis voti eum periculo exponant. Quare bene *Alcozer lib. de ludo,c.13.conclus.*3. ait iustam quoque esse dispẽsãdi causam in iuramento nô ludendi, si quis constitutus sit in illius violandi occasione, en qd iuuenis sit, & in eo loco versetur, in quo ludum prętermittere nequit, nisi rusticus & agrestis habeatur. Secus autẽ quando ea sola allegatur causa, quod iurãs valde ægrè ferat se a ludo abstinere, cum tamen ratione iuramentu se abstineat.

48 Secundo deducitvr côtra *Sotum* quem retuli eadem disp.20.nu.21.posse solam priuatam vouentis vtilitatẽ esse iustam dispensandi in voto religionis causam. Vt si ita in venerea stimulis carnis vexatus labatur, vt expediat eum ad ea vitanda vxorem ducere. Quod probaui ea disp.20.n.21. Quod intelligo, dummodo aliqua commutatio misceatur: vt solet Pontifex miscere. Et cum hac limitatione docet idem *Sayro in claui regia lib.6.c.12.nu.29.in fine.*

49 Quinta dispẽsãdi causa sumitur ex necessitate boni communis,aut magna eius vtilitate. Vt si quis religionem. aut castitatẽ vouisset, & expediret ad commune reipublicæ vtilitatẽ eius matrimonium. Hæc causa sumitur ex *c.Magna,& c.Ex multa, de voto.* Et ratio est, quod bonum commune sit priuato præferendũ. Hanc probaui Doctores afferens libro 8. de matrimonio disputatione 20. nume.24. & vltra Doctores ibi relatos tenẽt *Suarez. eodem c.17.n.13. Sayro in claui regia, eodem cap.12. num. 29.* vbi bene affert etiam huius rei exemplum, vt si ieiunium promissum impediat officium concionandi, aut docendi, cedens in bonum commune. Atque eod. numero 24. probaui cum *Caietano*, nil referre, etiamsi illa boni cõmunis causa sit excitata ex hominum malitia, vt si bellum sedari non posset, nisi puella voto castitatis astricta nuberet, esset iusta dispẽsandi causa.

50 Vltima dispẽsãdi causa sumitur ex necessitate boni priuati. Quæ est grauis necessitas domus, vel familiæ Vt si quis numerosã familiã habens sensurã graue dãnum ex eius absentia peregrinationẽ voueret, esset iusta dispẽsãdi causa. Quia his subuenire est opus pietatis, quod interdũ præfertur operi religionis. Et ita docent *Nau. summa Hispana & Latina, c.12. nu.77. Lud. Lop.1.p. instructorij conscientiæ, c.49 col.2. vers. Leuitas. Graff.1.p.decisionum, lib.2.c.31.nu.35. Sayro eo.c.12.nu. 30. Suarez co.17.nu.13.* Et quamuis contrarium sentire videatur *Turrecr. cum Hugone, c. Requiritis §. nisi rigor 1.q.7.ar.4.* atque adducit, nil probant.

51 Non tamen est iusta dispensandi causa in voto castitatis, aut religionis, necessitas conseruãdę progeniei alicuius nobilissimi ducatus, aut marchionatus, nisi admixti aliqua cômutatione, & ita solet ob hanc causam dispensari. Quod sit causa merè temporalis, & sic non sufficiat ad dispensationem merã: est tamen aliqualis causa, vt admixta commutatione partim dispensetur. Vt bene tradunt *Nau.lib.3.consiliorum, in priori editione,tit.de voto, consil.32.n.3. Henriquez lib.12. de matrim. c.3.n.9. in commento, litera D.*

52 Est etiã iusta dispensandi in vtroque voto causa, miscendo aliquam commutationem, morbus continuus, cui periti medici iudicãt venereis actibus subueniendũ esse. Quia negari nequit materiã voti esse notabiliter mutatã, & grauem difficultatem superuenisse à vouẽti non excogitatã. Et ita latius probans contra alios sustinui lib.8. de matrim. disp.20.n.26.

53 Demum duo obseruanda sunt. Prius est, non semper singulas causas ex dictis sufficere ad totalẽ voti dispẽsationem, cui nulla cômutatio adiũcta est, sed sępe debere plures côcurrere, aut aliquam cômutationem esse miscendam. Et ita bene docet *Suarez, eodem capite 17.n.4.* Immo bene etiam addit *n.19.* raro concurrere causam ad meram dispensationem. Quod idem tradit *Alcozer summa, c.16. vbi de voti dispensatione, conclus. 2.f.58.pag.2.*

54 Posterius est, Doctores allegati in prædictis causis, præter vnam, aut alteram causam, quas notauimus, in quibus est specialis difficultas, an sufficiant ad dispensandũ in voto castitatis, & religionis, non agunt de his votis, sed indistinctè tradũt causas prædictas esse iustas ad dispensandum in voto. At similiter habebunt locũ in his votis, si reperiantur proportionem debitam illis habere, attendendo quo maior est horum votorũ dignitas, eo maiorem in illis causam exigi, & maiorem commutationem dispensationi mistam.

CAPVT XLVI.

De licito dispensandi vsus nullam commutationem miscendo, & de obligatione aliquando dispensandi, aut petendæ dispensationis, vel commutationis.

SVMMARIVM.

An prælatus peccet dispensando in voto, non miscendo aliquã commutationem, & similiter petens? Refertur opinio, numero 1.

Explicatur sententia Authoris, nu.2.

Quando prudenter nulla imponitur commutatio, nu.3.

An sit consilium admiscere aliquam commutationem, numero 4.

An teneatur aliquando nullam miscere commutationem, numero 5.

An superior teneatur aliquando dispensare, nu.6.

An id contingat quoties est iusta dispensandi causa? Refertur quædam sententia, nu. 7.
Explicatur sententia Authoris, nu. 8.
Declaratur, quando teneatur, nu. 9.
An si nolit tunc dispensare, possit appellare, n. 10.
An teneatur al. quando vouent petere dispensationem voti, aut commutationem, nu. 11.

1 TRiplex petitur difficultas. Prima est, an prælatus, aut quicumque alius habens facultatē dispensandi in voto, eiusque commutandi, peccet sola dispensatione vtens? Affirmant quidam. Quod infidelis sit dispensator, qui cū minori domini iactura potest aliquid efficere, ius rationem non habens, eū maiori facit. Hi sūt *Sotus l. b. 7. de iustit. q. 4. ar. 3. col. 5. vers. hinc ergo fidelis. Manuel 2. to. summæ, c. 100. nu. 4. ad finem, & in Bulla Cruciata, §. 9. n. 107. in fine. Orlandus 4. d. 38. disp. vnica, proposit. 29.* Atque idem dicunt de petente absolutā dispensationem. Et dicit probabile *Suarez. to. 1. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. 17. n. 18. in initio.*

2 At lib. 8 de matrim. disp. 9. n. vltimo tenui, & nunc teneo, nullam esse culpam dispensare nulli commutationem admiscendo, quādo esset sufficiens totalis dispensationis causa; quamuis licite posset superior commutationē aliquam miscere. Ducor, quod manifestū sit prælatos gaudere potestate, non solum cōmutandi vota, & partim dispensandi adiūcta cōmutatione, sed etiā dispensandi omnino absque commutatione adiūcta. Quod vniuersi Doctores supponunt tanquam rem certissimā. Ergo quoties adest iusta causa totalis dispēsationis, nulla est culpa, ea vti. Prudens. n. illius facultatis vsus solam iustam vsus causam petit, sicut in quacūque alia administrandi commissione contingit. Et cōfirmatur, quia si vsus potestatis omnino dispensandi nō posset esse absque peccato, vana, immo mala esset ea potestas. Ergo, quando causa est talis vt sufficiat ad integrum illius potestatis vsum, ille erit licitus. Præterea, quia id probat vsus, quando enim Episcopi dispensant in voto castitatis eū coniugatum ad petendū, nunquā solent commutationē aliquā imponere, eo quod in canone vehementissimi periculi sit aperta integræ dispensationis causa. Tandē, quia suauis gubernatio Ecclesiæ petit, vt vsus harū facultatū sit in prælato ad vtēdum vtraque facultate, quādo causa sufficiens fuerit, nimirū, aut cōmutando partim, aut benignius agendo, dispēsando omnino. At quādo vtraque potestas sic cōmittitur œconomo, nō est infidelis, si vtrauis vtatur. Et sic cessat fundamentum contrariū. Atq; ita pro hac sententia est expresse *Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 12. dub. 2. vers. ad euidētem causa, in fine,* vbi hæc ait: *Possunt prælati ex causa dispensando in minus cōmutare. Sicut etiam possūt ex causa dispensare absolute.* Et *Nau. sum. Lat. & Hisp. c. 12. n. 63.* vbi hæc ait: *Qui habet authoritatem dispensandi, poterit omnino relaxare, absque eo quod loco voti aliquid iniungat: & tunc tam vouens, quàm qui dispensat, manēt in conscientia securi.* Et tenet *Suarez eo. c. 17. n. 18. & 21. ad finem.* Ex quo etiam consequitur carere quoque rūe culpa petentem eam dispensationem.

3 Casus autē, in quibus prudenter vtetur superior totali dispensatione, optime enumerat *Suarez eo c. 17. n. 18.* & sunt hi. Primus est, si vouens tot emiserit vota, vt expediat eum aliquibus omnino exonerare. Secūdus, si ita pauper sit, vt nullā eleemosynam elargiri valeat, atq; ita labore, ac aliis occupationibus sit implicitus, vt expediat nullū aliud onus illi iniungere. Tertius, quādo adest lapsus periculū, quacūque materia relicta sub voti obligatione. Et pōt addi quartus, si tot scrupulis vexatus sit, vt expediat ad prospiciendū quieti suæ cōscientiæ, eum omnino voti obligatione liberare. Et alij etiā possunt occurrere. Regula tamen vniuersalis tradita nu. præcedenti est retinenda, vt totalis dispensatio sit omnino licita, quoties sufficienti causa innititur.

4 Quia tamen causæ ad omnino dispensandū sunt raræ, est regulariter sanum cōsilium admiscere dispensationi aliquam commutationem. Nam vt optime aiūt *Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 12. dub. 2. vers. ad euidentiā causa, ad finem. Nau. summa, c. 12. n. 63. Alcozer summa, c. 16. vbi de voti dispensatione, concl. 2. f. 58. pag. 1.* contingit sæpe non adesse causam sufficientem ad dispensandū omnino, bene tamen ad dispensandum aliqua cōmutatione admissa; & quo causa dispensandi maior fuerit, eo minor commutatio exigitur. Ergo ad vitādos sufficientiæ causæ scrupulos, est sanum consiliū, regulariter loquendo, miscere aliquam commutationem. Quod etiam probat vsus Pontificum miscentem semper aliquam commutationē. Et ita docent *Alcozer ibid. Suarez. eo. c. 17. in fine. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 40. dubia to. nu. 101.*

5 Quando verò causa est adeo vrgens, vt petat totalem dispensationem, non licebit prælato cogere subditum ad aliquam partialem voti commutationem admittendam. Quia tunc tenetur prælatus ex vi sui muneris ad illam concedendam. Sic tradit *Suarez eo. c. 17. n. 21.* Sed credo rarissimum fore casum.

6 Secunda difficultas est, an teneatur prælatus aliquādo in voto dispēsare, siue admissa commutatione siue absque illa. Qua in re certum est eū aliquando teneri. Quod constabit ex dicendis n. 9. vbi casus huius obligationis explicabitur. Et id supponit *Suarez. nu. præcedenti relatus.*

7 At eo tendit difficultas, an semper, quando adest iusta dispensandi causa, teneatur prælatus dispensare. Quidam affirmant. Cuius sententiæ authores, & rationes retuli lib. 3. de matrim. disp. 10. n. 2. & nu. 7. eius rationes solui.

8 At verius est nō semper, quando adest iusta dispensandi causa, teneri prælatū dispensare, sed quandoque esse tunc debitam, quandoque autem gratiam. Probatur, quia sicut potest prælatus existenti causa cōmutationis voti petitæ a subdito, eā quandoque concedere, & eam quandoque negare, vel propter maiorē disciplinæ rigorem, vel in pœnam, vel ob alias causas, ita id potest in dispensatione contingere. Hanc etiā partem multis textibus & rationibus, ac authoribus probaui ea. disp. 10. n. 3. & vltra Doctores ibi relatos, tenet *Suarez eo. c. 17. nu. 21.*

9 Quod si petas, quādo sit gratia & quando debita, explicui etiam late ea. disp. 10. nu. 4. & 5. duas sententias retuli. Et n. 6. explicui casus in quibus tenetur prælatus dispensare. Qui omnes non possunt huic rei adaptari, eo quod ibi tractabam de dispensatione in denunciationibus matrimonio præuijs. At casus in voto is erit; tunc tenetur dispensatione vti, quando notabile bonū publicū, aut priuatum vouentis spirituale dispensationem exigit, nec mera cōmutatione potest cōmode id damnū ex non concedenda dispensatione imminens caueri, aut illi bono spirituali prospici. Quia cū potestas prælatorū ad dispensandum, sit in subditorū bonū, ac ex officio teneantur consulere spirituali eorum saluti; tenebuntur vtique dispensare, quoties dispēsatio ad eū finem est necessaria. Quod amplius probaui, ac Doctores attuli ea. disp. 10. n. 6.

10 Quod si superior nolit dispensare, grauis controuersia est inter Doctores, an possit ab illo appellari. Atque eadem disputatione tota à nume. 14. vsque ad 19. retuli sex dicendi modos. Et à nume. 20. vsque ad 24. hac distinctione vsus sum, illā authoribus, & rationibus probans. Quādo ius ex aliqua causa præcipit dispensationē, appellatio ab eius denegatione gaudet effectu suspensiuo, & deuolutiuo. Quia ille, cum quo est dispensandum habet actionem ex præcepto legis. Quando non est expressum aliquod legis præceptum, & talis causa adest, vt teneatur prælatus dispensare, appellatio ab illius denegatione habet solum effectum deuolutiuum.

num. Quia cum nullo iure expresso præcipiatur tũc dispensatio, caret subditus actione. At quia potest implorare officinm superioris, vt sibi medeatur, deuoluetur ea causa ad superiorem. Qui similiter tenebitur dispensare, aut cogere prælatum inferiorem vt dispenset. Demum, quando dispensatio non est debita, sed gratuita, appellari non potest; at potest officium superioris implorari, vt ex misericordia dispenset. Quæ omnia latius ibi probaui. Hæc autem ad voti dispensationem applicando, cnm nullus textus sit eam in aliquo iubens, dicendum est primum appellandi modum ab eius denegarione non habere locum sed solos duos vltimos.

11 Vltima difficultas est, an voto ligatus teneatur aliquãdo eius dispensationem, commutationem, aut irritationem petere? Breui respondetur teneri in duplici casu. Prior est, quando vouenti imminet graue, ac proximum transgressionis periculum, tunc enim nõ propria voti obligatione, sed lege charitatis tenetur sub mortali cõsulere suæ saluti spirituali, si aliud eius periculi euadendi medium non occurrat. Posterior est, quando dubitat, an in hoc, vel in illo casu, sit culpa exequi rem voto promissam an potius sit culpa nõ exequi, nec id dubium aliter vincere potest, tunc enim, vt ea perplexitate liberetur, tenetur his medijs vti. Dixi autem in priori casu id non esse ex propria voti obligatione, idest, ex peculiari, quam ex se votum affert. Nam affert etiam ex aliquo modo voti quatenus omnia pręcepta obligãt ad vitandum transgressionis eorum periculum.

CAPVT XLVII.

Qualiter defectu voluntatis, ob fictum concensium, metum, aut dolum, tacendo verum, aut narrando falsum; corruant dispensatio, commutatio, & irritatio; & qua verborum forma hæc indigeant; an sat sit nutibus, aut facto explicari.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, n.1.
Ex quot causis possit hic defectus voluntatis oriri, n.2.
An quando concedentis dispensationem, irritationẽ, aut commutationem est fictus consensus, illa valeant, n.3.
An hæc fictio, sit præsumenda; & eã asserenti credendum n.4.
Quid si hæc fictio sit in consensu subditi in accep'ãdis dispensatione & irritatione, n.5.
Quid si in acceptanda commutatione, n.6.
An vt hæc conualescant, satis sit nouus consensus internus in ficte consentiente, n.7.
Quid si hæc metu extorqueantur? aut consensus subditi, n.8.
Quid si facultas hæc exercendi sic extorqueatur, n.9.
Quotuplicia sint tacita in dispẽsatione, aut falso narrata, n.10.
Causa finalis, & impulsiua quid sint in dispensationib. n.11.
An quando ex stylo curiæ, aut ex iure, aut ex consuetudine, est aliquid in dispensatione narrãdum, corruat hoc tacitò, aut falso expresso, n.12.
Quando in alijs casibus reddatur dispẽsatio subreptitia ex tacita veritate, n.13.
Quando id contingat ex falsa narratione, n.14.
Quod si hæc contingat ex ignorantia impetrantis, aut ex alterius, curialisue culpa, n.15.
Quid si malitiosè hæc contingant circa solam causam impulsiuam, n.16.
Quid si vnica causa allegatur, & est tantum impulsiua, n.17.
Vnde dignoscetur voluntas superioris denegandæ dispensationis, irritationis, aut commutationis, explicata veritate tacita, aut non narrata falsitate, n.18
Quid si res sit dubia & an causa sit finalis, an impulsiua? Remissiuè, n.19.
Quid quando multiplex narratur causa, & vna est falsa; et si petens dispensationem voti peregrinationis alleget falsam paupertatem cum alia causa, n.20.
An aliqua taciturnitatis causa reddat nullã irritationẽ voti: & quid si taceatur licentia ad vouendum, n.21.
Quid si in ea narretur falsa causa, n.22.
An taciturnitas veri reddat commutationem irritam, n.23.
Quid si in ea allegetur falsa causa, n.24.
An occultato voto superiori, valeant dispẽsatio, commutatio, & irritatio illius n.25.
Quid si occultatio sit, eo quòd credatur fore, vt superior sciens nolit n.26.
Quid quãdo data opera occultatur persona, aut eius qualitas, aut contraria qualitas falso exprimatur, n.27.
Quid si falso exprimatur substantia voti; vt si proponatur votum non ducendæ vxoris, cùm sit castitatis, aut ordinis sacri, n.28.
Quid si proponatur votum grauius, cùm sit minus; vt si nõ nubendi sit, & castitatis, aut ordinis sacri proponatur aut sit religionis, & proponatur perseuerantiæ; aut si peregrinationis Compostellanæ, & proponatur Hierosolymitanæ, n.29.
Quid si falso narratum æquiualeat vero, vt si narretur votũ, cùm sit iuramentum, vel è contra, n.30.
Quid quando vtrumque vinculum est, & alterũ solum narratur, etiam altero negato, n.31.
Quid quando votum, vel iuramentum reperitur, n.32.
Quid quando post dispensationem denuo emittitur idẽ votum, & an tũc sit necesse exprimere priorẽ dispensationem, n.33.
Quid quando non omnino exprimitur substãtia voti, aut iuramenti, vt si proponantur vt dubia, cum sint certa, n.34.
Quid si proponatur votum religionis, cùm sit perseuerantia, n.35.
Quid si sit votum non nubendi in fauorem tertij, & hæc circũstantia taceatur, n.37.
Quid si taceatur violatio voti & iuramenti, n.17.
Quid quãdo nulla dispensationis allegatur causa; at verè erat, nu.38.
An in omnibus his casibus reddantur dispensatio, irritatio, & cõmutatio oĩno irrita, an partim valeant? Remissiuè, n.39.
An ablato voto principali per irritationem, dispensationem, aut commutationem, censeatur ablata pęna, & hæc nõ explicata valeant illa, aut explicata pœna, tacendo principalem voti materiam; Remissiuè, n.40.
An in votorũ dispensatione irritatione, & cõmutatione, sit habenda aliqua ratio iuris positiui specialis, aut styli curiæ, aut consuetudinis alicuius generalis, ad diiudicandum, an hæc sint irrita, ex veritate tacita, aut falsitate declarata, n.41.
Post n.41. inuenies summaria quæ desiderantur.

1 CVm omnis actus humanus ad sui valorem exigat potestatem, & voluntatem in exercente, & ex horum numero sint dispensatio, irritatio, & commutatio, & hactenus egerimus de potestate exercendi illa superest vt de voluntate agamus. Et quia eisdem principijs decidenda est quæstio in tribus his auferendi voti modis, ideo de illis simul tractamus. Duplex autẽ est quæstio tranctanda. Prior defectu voluntatis. Posterior de forma quam requirunt.

2 Quæstio prior. Quando defectu voluntatis, ob cõsensus fictionem, aut metum, aut dolum, corruant dispensatio commutatio, & irritatio? Defectus voluntatis põt ex triplici causa oriri. Prima est, ex fictione cõsensus in superiore dissoluente votum, aut in subdito dissolutionem acceptanti. Secunda est, ratione metus incussi ad consensum superioris, aut subditi extorquendũ. Tertia, ratione doli tacendo verum, aut explicãdo falsum. De quibus est agitanda triplex difficultas.

3 Prima est. Quando rõne ficti consensus corruant, dispensatio, irritatio, & commutatio voti. Et quidem qñ fictus est superioris hæc concedentis consensus, res est per se manifesta hæc non valere. Quia actus non operantur vltra agentium intẽtionem, *l. Non omnis, initio, ff. si certum petatur.*

4 Non tamen est dubitandũ de vero superioris consensu,

su quando verba concessionis sunt clara. Non enim est præsumendum voluisse illum in re tam graui decipere. Quòd si suum fictum consensum ipsemet testetur, prudentis arbitrio iudicandum est, attentis personæ, & negotij circumstantijs, an ei sit fides habēda. Et ita docet *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. vlt. nu. 2.*

5 Quando autē fictio consensus est ex parte subditi acceptātis, dispensatio & irritatio sunt irrita. Nam (vt bene ait *Suarez eodem lib. 6. c. 1. ad finem*) subditus non acceptans, eò ipso quasi confirmat & emittit idem votū. Præterea, quia etsi vtraq; in inuitū fieri posse, sustinuerimus c. 24. n. 26. at regulariter non est ea superioris intentio. Quādo autem vellet ea in subditum inuitū exercere, valerent vtique quamuis subditus omnino repugnaret, nedum quando fictè consentiret. At vt hæc haberēt effectum, opus esse superiorem vti cautela, quam tradidimus eo. n. 26.

6 Si de commutatione loquamur, potest fictio hæc dupliciter contingere. Priori modo, quādo subditus verè acceptat commutationem, cum animo tamen materię subrogatæ non exequendæ, & tunc valet vtique cōmutatio, & tenetur vouēs mutato animo illam exiqui nisi eligat ad votum prius redire. Sicut contingit in voto simili fictione emisso; quod quidem obligat ad suā executionem. Posteriori modo, quando fictè acceptatur commutationem, minimè intendens ad materiā subrogatam obligari. Et tūc est irrita commutatio & manet prius voti vinculū. Quia cum idam voti vinculū transferatur in materiam subrogatā, nec votū obligare valeat absque consensu vouentis, nequit materia illa per commutationam subragata obligare voti vinculo subditum fictè acceptantem; atque adeo cōmutatio cadit.

7 Vt tamen conualescat dispensatio, commutatio & irritatio, ratione ficti interni cōsensus irrita, siue fictio sit in superiore, siue in subdito, satis est, vt fictè consentiēs postea quātocunq; tempore transacto, dū alter consensum non reuocauit, consensum internum pręstet. Quia ille est legitimus ex parte alterius, & illa cōsensus fictio alterum latet. Sicut quando matrimonium carnale est irritum defectu veri consensus alterutrius coniugis, inter personas habiles, id cōualescit accedente postea vero alterius consensu, atsi interno. Vt probaui l. 2. de matrim. disp. 32. n. 9. & idem in matr. spirituali per professionem probaui lib. 7. de matr. disp. 37. n. 90. Atq; idem dicendum est, si vtriusq; consensus esset fictus. Cùm. n. externe sit validus, & solus consensus internus desideretur, eo accedenri nihil ad valorem deest.

8 Secunda difficultas est. Quando ratione metus tollatur volūtas superioris requisita ad horum valorem. Et quidem q̄uis metu cadente in virum constantē extorta sint à superiore, dispensatio, commutatio, & irritatio, valent vtiq; si superiori non fictè consensit, & adfuit in dispensatione causa ad eius valorē requisita. Qd de dispensatione loquans tenet *Suarez to. 2. de voto, lib. 6. ca. vlt. n. 17. & 18.* Et rō est, quia contractus simili metu gestos valere probani ex multis, lib. 4. de matr. disp. 8. n. 4. Atq; oīa metu gesta, exceptis paucis, quæ excipit *Glossa c. 2. verbo Coactus, de ijs, quę vi.* valida esse testatur *Glossa cum communi ibi*. Nec hæc clauduntur in casib. ibi exceptis; quamuis. n. excipiatur ibi iurisdictionis trāslatio metu extorta; at in hoc casu nulla iurisdictio trāsfertur, sed solus illius vsus metu extorquetur. Prætereà, quia cū voluntas metu coacta sit vera voluntas, *l. Si mulier, §. Si metu coactus, el 2. ff. quod metus cā*, gesta metu non sunt in iure naturæ irrita. Nec datur ius positiuū hæc metu extorta irritans. Nam textus *capite vnico, de his quæ vi, in 6.* solā absolurionem à censura metu extortā irritat; quæ irritatio tanq̄ odiosa non est extendenda ad alios casus iure non exceptos. Quòd si cōsensus subditi sit is, q̄ metu q̄tumuis graui extorquetur, si verè consentiat, valebūt irritatio, & dispensatio. Quia re vera adfuit voluntas acceptādi, nec acceptatio hæc iure aliquo redditur irrita. At cōmutatio erit irritā, iuxta cōiorēm ac veriorem sententiam, quam amplexi sumus hoc lib. 4. c. 3. dicētem votum metu graui extortum esse irritū. Nam per commutationem illam acceptatur & emittitur votum circa materiam subrogatam.

9 Quod si delegatio potestatis cōmutandi, aut dispensandi, metu graui extorqueatur, quamuis multi negent eam valere, dicentes in genere iurisdictionē, sic axtortam esse irritam, per *leg. secundam, in initio, ff. de iudicijs*, quos retuli libro tertio: de matr. disp. 39. numero decimotertio. At ibi cum alijs probaui valere. Quia textus ille loquitur in casu speciali, cum lingantes compelluntur consentire in iudicem non suum, & ita prorogare eius iurisdictionem, quæ prorogari nequit absque libero eorum consensu. Quare cum sit casus specialis axceptus è regula generali tradente gesta metu valere, non est extendendus ad alios casus. Et clarius hoc procedit in delegatione potestatis irritandi, quia non delegatur iurisdictio aliqua, cum irritare non sit actus iurisdictionis.

10 Vltima difficultas est, quando deficiat voluntas in superiore, ratione doli, tacendo ei verum, aut exprimendo falsum, & sic corruant dispansatio, commutatio, & irritatio. De hac re latissime egi lib. 8. de matrimonio, tota disputatione 21. & ita nō multum immorabor, sed breui proponam triplicem ragulam, ac casus speciales explicabo ad præsentem tractatum spectātes, & illic licebit videre latius. Et primo est præmittendum, qualitates in dispensatione tacitas, aut falso expressas esse in duplici differentia, quædam sunt dispensationi intrinsecæ, quæ nimirum, pertinent ad prudentē illius vsum, eiusve finem atque ita prudētem & rationabilem cum materia voti & dispensationis connexionē habent: & ideo inde moueri prælatum ad dispensandum, vel remoueri, est conforme iuri, ac ex causa iusta & debita procedit concedens, aut denegans. Aliæ antem sunt extrinsecę, & de se impertinentes ad voti dispensationem, atque ideo ex illis minus prudenter, & indebite duceretur superior ad concedendam dispensationē, illamve denegandam, ex affectu, aut alia causa non considerabili ad dispensationem.

11 Secundò est præmittēdum, causam in dispensationibus tacitam, vel falso expressam aliam esse finalem, & aliam impulsiuam. Et quamuis quoad alios effectus sit grauissima controuersia, qualis dicatur causa finalis, & qualis impulsiua: at in dispēsationibus communis sententia habet (vt probaui ex multis, lib. 8. de matr. disp. 21. n. 8.) causam finalem dici, qua non existente prælatus gratiam minimè concessisset, vel qua ei significata denegasset, aut saltē non eo pacto concederet, quo concessit, sed moderationib. quibusdam adhibitis. Impulsiua autem dicitur, quę falso expressa principem mouet ad facilius concedenda petita, vel si vera est, & ea non taceretur concederet difficilius: at re vera prorsus eodē modo concederet gratiā in vtroque euentu. Quare optimè ait *Suarez to. 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. vlt. nu. 9.*) causam finalē esse, quæ fundat dispensationem, estque propria illius causa & ratio: impulsiuam autem non esse proprie & simpliciter causam dispensationis, sed potius se tenere ex parte dispensantis, quatenus voluntatem eius ad dispensandum applicat.

12 His ergo præmissis est triplex regula assignanda. Prima regula est. Quando est ipso iure positiuo, aut stylo curiæ, aut ex consuetudine, est aliquid in dispensationis impetratione exprimendum, taciturnitas illius, at falsa eius expressio, reddunt subreptitiam & irritam dispensationem. Quod docet *Suarez eo. cap. vltimo, n. 5.* & late probaui libro 8. de matrimonio disp. 21. à num. 15. vbi probaui id verum esse, quamuis id ignoranter tacitum fuerit, aut falso expressum; & quamuis constaret veritate cognita esse eodem prorsus modo gratiam concedendam. Quia tanquam formam exigunt iura

eius

eius rei expressionem; quare ea deficienti corruit actus.

13 Secunda regula. Quando nec ius, nec stylus curiæ, nec consuetudo, specialiter præscribunt aliquid in dispensatione exprimendum, tunc ex veritatis taciturnitate redditur subreptitia, & irrita dispensatio, quādo ea veritas tacita, est circa qualitates intrinsecas dispēsationi, & illis expressis prælatus non concederet dispensationem, aut non eodem modo, quo cōcessit, sed cum quibusdam moderationibus. Secus autem, quādo eodem prorsus modo concederet, etsi difficilius: secus etiamsi fit circa qualitates dispensationi extrinsecas tunc enim valebit vtique dispensatio, etsi constet superiorem eis cognitis negaturum vtique dispensationem. Hāc multis relatis probaui eadem disp.21.num.17.18.& 32.vbi multos retuli. & tenet vltra ibi relatos, *Suarez eodem c. vltimo, n.11. vsque ad 16.* Et rationem expresse explicat *Suarez nu.15.& 16.* Quia in priori euenit voluntas superioris dispensantis includit virtute eam conditionē, si ita est & nil falso additur, aut callide occultatur, qd intentioni meæ repugnet. Quod inde probatur quia ea interpretatio est iusta, & rationabilis, & licet tempore dispensationis non habuerit superior actu eam intentionem, sed solum sit quasi habitu, & tunc absolutā dispensari voluntatem habeat: at re vera non censetur retractasse priorem voluntatem, cum ius habeat vtendi sua potestate secundum rationalem suam voluntatem, & suum dictamen, & non ab alio circumuentus, & reductus; & ideo habet hic locū *ea regula, In generali, de regulis iuris in sexto.* In generali concessione non veniunt, quæ pro quibus in specie non esset aliquis concessurus. At in posteriori casu voluntas illa habitualis denegandæ dispensationis, qualitate ea cognita, nō aufert præsentem voluntatem, nec ponit illam conditionem, si ita est, aut nil occultatur. Quia voluntas præsens est interpretanda secundum rectam rationem, & secundum iura, & quoties aliqui recte, & honeste vult, cēsetur retractare priorem rationi dissonum affectum, potius quam secundum illum agere.

14 Vltima regula est, similis omnino præcedenti. Non omnis expressio falsitatis reddit dispensationem subreptitiam, sed quādo nec ius particulariter, nec stylus curiæ, nec consuetudo, aliquid exprimi tradunt, tunc est subreptitia, quando falsitas expressa est talis, vt sit circa qualitates intrinsecas dispensationi, atq; ea sublata non esset illam concessurus, aut non eodem modo, secus qñ eodem modo concessurus erat aut non erat circa qualitates intrinsecas, sed circa extrinsecas, & impertinentes, quamuis vere superior non concederet gratiam ea falsitate non expressa. Hæc regula probatur eisdem rationibus quibus præcedens. Quia in omni veritatis taciturnitate includitur falsa expressio, & si nō expresse, est tñ tacite. Insuper vtraque regula probatur, quia sola taciturnitas veri, aut falsi expressio circa finalē dispensationis causam, vitiat dispensationem. At cum finalis causa sit, quæ fundat dispensationem, estque legitima eius causa (vt diximus n.11.) non potest talis dici, quæ est extrinseca, & impertinēs. Ergo taciturnitas veri circa illam, aut expressio falsi, non reddit irritam dispensationem. Atque vtraque regula constabit ex exemplis particularibus discutiēdis statim. Et eam ex multis probaui contra alios eadem disp.21 n.32.iuncto nu.18. Et vltra ibi relatos tenet *Suarez eodem c.vlt. in eisdem locis citatis nu.præced.*

15 Nec refert ad dispensationis valorem, siue ignorantia inculpabili, siue curiali, aut alterius, malitia, contigerit ea taciturnitas veri, aut falsi expressio circa eas intrinsecas dispensationis qualitates, quibus verè declaratis non concederetur, aut non eodem modo: semper enim corruit dispensatio illa. Et ratio est, quia in valore gratiæ considerando non spectatur impetrantis culpa, aut simplicitas, sed voluntas cōcedentis, à qua vires sumit gratia. Ergo quādo cōcedens expressa veritate, aut non proposita falsitate nullatenus cōcederet, corruet omnino concessio defectu volūtatis concedentis, quantumuis impetrās fuerit culpæ immunis. Atq; ita latius alijs relatis probaui l.8. de matr. disp. vigesima prima, n.56.& 57.71.

16 Econtra autem: quantumuis malitiose taceatur veritas, aut exprimatur falsitas, circa causam impulsiuam, nimirum, quando ea vere expressa concederetur eodē modo dispensatio, quamuis difficilius aut prudēter nō denegaretur quia cōtingit circa qualitates extrinsecas, & impertinentes, valebit dispēsatio existenti alia causa iusta. Quia tunc non deficit voluntas concedentis (vt explicui n.13.) cuius solus defectus posset vitiare gratiā. Atque ita contra alios probaui ea. disp.21.n.74.

17 Consulto autem dixi, existenti alia causa iusta Quia si vnica sola exprimatur causa, & illa sit falsa, qualiscunque sit illa, corruet dispensatio. Ratio est: quia tunc prælatus non vult nisi ex ea causa dispensare. ergo illa existenti falsa, corruet dispensatio defectu voluntatis concedentis. Atque ita probaui eadem disp.21. numero 41. quamuis ex ignorantia, & simplicitate contingat falsitas.

18 Quod si petas vnde dignoscatur voluntas superioris denegandæ dispensationis, cognita vere qualitate concedenti ad dispensationem: eadem disp.21. nnmer.19. multos referens, dixi id prudentis arbitrio relinquendū, quando nec ex iure, nec ex stylo curiæ aliquid constat; idque prudentem dijudicaturum ex dispensantis consuetudine in similibus dispensationibus. Quod idē tradit *Suarez, tomo 2. de religione tractatu de voto lib 6.c. vltimo, numero 15.* sic bene explicans, si non soleat cum tali, aut cum tali circumstantia dispensare, etiāsi possit, idque ex causa rationabili pertinenti ad modū dispensandi, quem ipse putat meliorem, aut prudentiorem; vel si ipse antea declararit sufficienter se esse in tali proposito.

19 Quando autem omnibus circumstantijs pensatis, esset adhuc dubium, an cognita plene veritate prælatus concederet eodem modo dispensationem, & sic an sit taciturnitas veri, & expressio falsi circa causam finalem, ac proinde corruat dispensatio, an potius sit circa causam impulsiuam, & sic valeat: dixi c.44.nu.9. præsumi pro valorem.

20 Sed quid si plures proponantur causæ, vna vera, & altera falsa? Sic distinguendum est, si vera sit sufficiens ad dispensationem eodem modo cōcedendam, quo concessa est, & falsa soli faciliori concessioni deseruiat, valebit dispensatio; secus autem, quādo neutra per se sufficit, sed solum vtraque simul, vel ad concedendam dispensationem, vel saltem ad concedendam eodem modo. Ratio prioris partis est, quia cum sola ea causa vera sit omnino sufficiens, illa reputatur causa finalis, & sufficienter fundat dispensationem. Insuper quia cū plura copulatiue narrantur, quæ de iure non sunt necessaria, resoluitur illa copulatiua in disiunctiuam. Vt traditur, *capit. Cum iam dudum, de prabend.* Et docent *Abbas, & alij, quos refert, & sequitur Mascardus de probationibus conclusione 525. numero tertio.* Posterioris etiam est ratio, quia cum neutra per se sufficiat, censetur vtraque simul causa finalis. Atque ideo hanc partem probaui contra alios, eadem disputatione vigesima prima, numero quadragesimo secundo, & quadragesimo quarto, & tradit *Suarez eodem capite, vltimo numero decimo.* Et apponit optimum huius posterioris partis exemplum. Vt si voti peregrinationis allegetur causa, debilitas aliqua vouenti, quæ est sufficiens cum aliqua commutatione; allegetur etiam falsa paupertas, & ideo dispensetur in eo voto, imposita aliqua commutatione sola personali, dispensatio erit subreptitia. Quia non expressa causa falsa non concederetur eodem modo ea dispensatio, sed admista partim commutatione

in ali-

in aliquod onus reale, vt moraliter ac prudenter fieri solet.

21 Quod si roges, an similiter taciturnitas veri, aut falsi expressio, reddat irritationem, & commutationem voti irritã dicendũ est in irritatione voti absque licentia superioris facti, nullam taciturnitatem veri vitiare. Quia cum possit superior absq; causa valida irritare, & nulla sibi proposita causa irritet, est visus tota sua potestate vti. Quę ratio idem probat, quando cum licentia emissum est, nec tacetur licentia: aut cõstat superiorem memorẽ tunc fuisse licentiæ à se cõcessæ. Cum adhuc possit absque aliqua causa valide irritare Quando autẽ tacetur licentia, ita vt non constet superiori de illa diximus hoc 4. l. c. 27. n. 9.

22 Si falsum narretur circa causam petendæ irritationis, si votum est emissum cum licentia illius superioris irritaturi, est idem dicendum, quod in dispensatione diximus nu. 17. quando vnica causa falsa proponitur: & si proponantur plures, altera vera, & altera falsa, idem quod diximus in simili dispensatione n. 2 . Nã quamuis ad validũ irritationis vsum non petatur causa, petitur tamẽ ad licitum iuxta omnes, & vt sit absque culpa lethali, iuxta communiorem sententiam. Vt satis diximus, c. 27. n. 32. Nec est pręsumendum voluisse tunc superiorem peccare, & abuti sua potestate, irritãdo independenter à sufficienti irritationis causa: eo vel maxime, quod non nisi proposita sibi irritaret, ignarus falsitatis. Quando aũt tunc petitur irritatio ab alio superiore, siue æquiuali, siue maiori, respectu quorum nullam exigi causam, non obstãti ea licentia diximus end. c. 27. n. 5. & 16. aut fuit absque licentia factum & petitur irritatio à quocunque superiore, regulariter credo valere irritationem. Quia cum probabilissimum sit nullã exigi causam ad licite irritãdum, rarissime superiores irritantes illam petunt, & sic à cõmuniter accidẽtibus potest iure optimo præsumi, causam falso expressam non fuisse finalem irritationis causam, absque qua non esset concedenda. At si constaret ex vsu irritãtis aut eo quod suam intentionem sic expresserit, iuxta modum explicatum num. 18. fore vt falsa causa non allegata, minime irritaret, non valebit irritatio Quia prudenter petere potest causam; secundum omnes, vtpote qui sua libera potestate irritandi potest non aliter velle vti, immo ad euitãdam culpam venialem tenetur illã petere, secundum multos, vt satis explicuimus c. 24. Ergo præsumitur voluntas illa habitualis non aliter irritãdi perseuerare, iuxta dicta nu. 13. Et sic corruet irritatio defectu voluntatis in irritante.

23 Si de commutatione loquamur cũ recta prælati commutatio sit cõtenta ea causa, vt subditus pronior sit ad aliam materiam subrogatam exequẽdam, quæ semper concurrit petenti subdito commutationem; non video qualis taciturnitas veri reddat illam subreptitiã, dummodo integre proponatur substantia voti, de quo dicemus à n. 25.

24 Si autem falsa causa allegetur, erit subreptitia. Quia petit causam ad sui valorem quãdo authoritate prælati fit; ita vt propria fieri nõ posset. Vt dicemus tractantes de cõmutatione. Atque tunc superior ex causa allegata ductus est ad commutandum, quare ea existenti falsa, deficit volũtas. Sicut numero decimo septimo, diximus de vnica causa falso allegata ad dispensationem. An vero tunc omnino corruat, dicemus remissiue, numero 39.

25 Rursus dubitabis, an quando tacetur, aut falso exprimitur substantia voti, corruant dispensatio; cõmutatio & irritatio voti. Qua in re sic distinguendũ est, si nulla circa substantiã voti falsitate ꝓposita, tegatur superiori votum proponẽdo tantum illi votum in genere, valebunt irritatio, dispensatio, & commutatio, si nullus alius defectus causæ, aut materiæ subrogatæ reperiatur. De irritatione constat. Quia nil aliud ad sui valorẽ petit, quam superioris irritantis volũtatem; quæ legitima est, quando etsi non cõscius voti in specie, irritat quodcunque sit illud. Immo, & inscius omnino voti posset id efficere sub conditione; quod satis probaui hoc libro quarto c. vigesimoquarto, numero quadragesimo vbi idem probaui etiam in dispensatione, & commutatione: & ideo dixi ibi posse hoc prælatũ efficere circa vota interna. Atque potest dispensare sub conditione, si est legitima causa arbitrio ipsius vouentis, si sit vir doctus, aut alterius viri docti, aut cõmutare in materiá, quam ille iudicabit æqualem.

26 Hinc excipitur quando data opera tacetur votum ad decipiendum superiorem, vt irritationem, dispensationem, aut commutationem concedat. Quia nimirum, scitur superiorem in contraria voluntate habituali esse non hæc concedendi circa id votum occultatum, & id quidem prudenter, & rationabiliter, atque ita expresso voto denegaturum hæc Secus autem, quãdo ea voluntas esset aperte irrationabilis, aut nulla esset talis voluntas, sed tantum creditur fore, vt à concessione aliqualiter retardaretur & forte nollet, eo quod minutissima spectet, vel scrupulis agitetur. Quia in priori euẽtu censetur illa voluntas habitualis rationi consona durare, & ita verificabitur *regula, In generali de regulis iuris, in sexto*, non venire in ea generali concessione voti (quamuis enim sit vnum votum, potest dici generalis concessio ex parte superioris quia id votũ potest esse multiplex, vnum, aut aliud, &c.) id quod in specie esset denegandum. Secus autem in posteriori. Vt constat ex dictis n. 13.

27 Quod si occultetur persona voto astricta, vel eius qualitas non referes ad causam iustam vt si occultetur eam esse vitiosam, aut ex tali progenie, immo etsi falso exprimatur eam esse studiosam, aut doctam, vel quid simile, valebit vtique dispensatio, si aliunde nõ vitietur. Quia cum hæc taciturnitas sit circa impertinentia ad causas dispẽsandi, & similiter ea falsitas neutra vitiabit dispẽsationem, etsi constet eam denegandam, à superiore, sic non decepto. Quod constat ex duplici regula tradita n. 13. & 14. & docet *Suarez tomo secundo, de religione tractatu de voto, libro sexto, capite vltimo, numero decimotertio, & numero duodecimo.* Et similiter est idem dicẽdum de irritatione, & commutatione sic cõcessis. Quia fortior ratio militat.

28 Quando aũt substantia voti falsa exprimitur, vt proponendo votum abstinendi à matrimonio, cum sit castitati, aut ordinis sacri, manifestum est dispẽsationem esse nullam. Quia cum non proponatur substantialia materia circa quam versari debeat volũtas dispensantis, ea dispensatio non procedit à vera superioris voluntate. Præterea, quia cum votum nõ nubendi sit inferius eo duplici voto, nec formaliter, nec virtute clauduntur in illo. Et ita docet *Suarez eod. c. vlt. n. 6.* Quæ ratio idem prorsus probat in irritatione, & commutatione. Atque hoc procedit, quamuis ex ignorantia inculpabili hoc accidat. Quia nil refert hæc ignorãtia, eo quod votum vere emissum minime clauditur in dispensatione. Qua ratione idem probaui l. 8. de matrim. disp. 24. num. 18. quando explicatur ex ignorantia gradus consanguinitatis inferior in dispẽsatione, vt quartus, cũ sit superior, vt tertius.

29 Quod si votum falso explicatum sit grauius, ac difficilioris dispensationis, ita distinguendum est. Si vtrumque sit omnino diuersum, ita vt neutrum includatur in alio, est irrita dispensatio. Vt si proponatur votum Hierosolymitanæ peregrinationis, cum sit compostellanę; aut votum castitatis, cum sit ieiunãdi vnica die. Quod probat ratio tradita numer. præcedenti, cum enim sint diuersa vota nec vnum claudatur in altero, dispensatio in vno nequit explicari, vt censeatur in altero concessa. Qua ratione eadem disputat. decimaquarta, num. 19. probaui cum multis dispensationem narrando maius

impe-

impedimentum matrimonij, vt consanguinitatem in secundo gradu, cum tamen sit minus diuersæ speciei, vt affinitatis, esse irritam. Si tamẽ vnum includatur in altero tanquam pars in suo toto, vt si sit votum non nubendi, aut non fornicandi, & explicetur votum castitatis; vel sit votum religionis, & explicetur votum perseuerantiæ valebit vtique dispensatio. Quia cũ dispẽsans in toto censeatur in eius parte dispensare, illa vota vere emissa clauduntur in dispensatione. Qua ratione probaui eadem disputatione vigesimaquarta, numero decimo septimo, valere dispensationem explicando superiorem consanguinitatis gradum, vt secundum, cũ sit inferior, vt tertius. Atque ita in proprijs terminis tradit *Suarez eo. cap. vltimo numero octauo.* Quæ ratio probat idem in irratione & commutatione: & quãuis in priori euentu error sit per ignorãtiam, vtpote qui est circa ipsam voti substãtiam, & in posteriori sit ex malitia. Qđ non sit circa substantiam, & veritate expressa esset facilior dispensatio. Similiter si explicetur votum ordinis sacri, cum tamen sit non ineundi matrimonij, valet. Quia illud obligat ad non ineũdum matrimonium & ad aliquid amplius. Si tamẽ esset votum non fornicandi, non valeret. Quia votum suscipiendi ordinis sacri non obligat ad non fornicandum, & proinde votum verum non clauditur in expressu.

30 Non reputabitur tamen error in substantia, quando vinculum verũ, & falso expressum, sunt omnino æquiparata, quoad dispensationem, vt sunt votum, & iuramẽtum factum Deo in eius honorem. Et ideo valebit dispensatio, vtrumuis loco alterius falso exprimatur, vt si dicatur esse votum, cum sit huiusmodi iuramentum, vel è contra Quia (vt optime ait *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. c. 14. n. 9. 11. & 13.*) licet in rigore speculatiuo sint diuersarum rationum votum & huiusmodi iuramentũ, at moraliter. & in ordine ad vsum moralem iudicantur paria & id iuramentũ habet eundem modum dispensationis, commutationis, & irritationis cũ voto; & in vtriusque vinculi ablatione consideratur solus Deus, vt creditor, & vt illi tanquam creditori satisfiat, nec multũ ad mores spectat, an Deus sit creditor ex mera promissione, an ex inuocatione testimonij diuini: sed sola spectatur obligatio ex religionis vinculo facta Deo. Quare id mendacium non est circa aliquid substãtiale dispensationis, & ideo illam non vitiat. Nec refert siue iuramentum illud includat promissionem simul cum diuini nominis inuocatione, siue solam eam inuocationem. Quia vtrouis modo factum reputatur secundum communem æstimationem votum. Vt bene ait *Suarez eo. n. 9.* Atque ita hãc partem tenui loquens de dispensatione, lib. 8. de matr. disp. 2. n. 14. Atque eædem rationes idem probant in irritatione, & commutatione.

31 Sed si adsit simul votum, & iuramentum factum soli Deo, *Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 11. c. 3. in fine*, ait explicandum esse vtrumque vinculum. At sic distinguendum est, si iuramentum sit accessorium voto, vel è contra, satis est explicare vinculum principale, vt si iuramentum est emissum in voti confirmationem satis est explicare votum, & è cõtra si votum in confirmationem iuramenti, satis est explicare iuramentum. Quia accessoriũ nulla indiget dispensatione, sed indirecte cessat ablato principali. Et ita probaui ea. disp. 2. nu. 24. & tenet *Suarez eo. c. 14. nu. 25.* Quare idem est, etsi alterum vinculum negetur; cũ non sit falsitas circa rem substantialem. Atque quamuis probabile sit esse necessariam vtriusque vinculi mentionem, quando vtrumque est principale circa eandem materiam, quia vnũ, scilicet, est assumptum absque dependentia ab altero, sed tantum se habet concomitanter. Quod amplexus sum ea. disput, secunda, numero vigesimoquarto. At satis probabile quoque est, sufficere alterutrius vinculi mentionem, etiam altero negato. Quia optime *Suarez eodem cap. 14. num. 21. & numero vltimo.* posuit alterutro sublato esse ęque probabile tolli alterum indirecte, per subtractionem materiæ, in quam alterum cadit. Et quia (vt idem dicit *eo. numero vltimo*) rem moraliter, & practice spectando, parum refert ad voti obligationem in ordine ad Deum, vtrouis modo accedat iuramentum; nec est minor obligatio in voto, & iuramento, siue priori, siue posteriori modo fiãt. Et (vt dicit idẽmet num. 25.) per id nouum vinculum non augetur grauitas intensiua, sed extensiua. Quæ rationes idem probant in priori modo esse quoque satis probabile sufficere explicare vinculum minus probabile. Cum sublato alterutro sit, probabile subtrahi indirecte aliud non solum, quando est accessorium, sed etiam, quando est principale, nec grauitas intensiua augeatur. Atq; idem est dicendum, etsi iuramentum illud nullam includat promissionem, sed soli Deo fiat per solam sui nominis inuocationem. Iuxta dicta num. præcedenti Atque eædem rationes idem probant in irritatione, & commutatione vtriusque vinculi.

32 Quando autem non nouum vinculum additur, sed idemmet reperitur, vt idem votum, aut idemmet iuramentum, absque dubio non est opus mentionem repetitionis fieri, etsi millies repetitum sit. Quia (vt bene ait *Suarez eo. c. 14. nu. vltimo*) votum repetitum quasi idem reputatur; & nullam nouam obligationẽ inducit sed solam pristinam confirmat. Vt bene tradit *Azor tom. 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 14. q. 1.* & probaui li. 7. de matrim. disput. 27. num. 25. Atque hoc sequutus sum li, 8. de matrim. disp. 2. nu. 25. Et tenet *Petrus de Ledesma relatus num. præcedenti.* Et *Suarez eodem lib. 6. c. vlt. num. 12.* Quæ rationes idem probant in irritatione & cõmutatione, & idem, etsi falso negetur repetitio. At aliquãdo per accidens posset irrita reddi dispensatio, tacita repetitione. Vt si votum timore repẽtino absq; prudẽti deliberatione emissum repetatur postea plena indeliberatione, & allegetur pro causa ea indeliberatio, tacẽdo repetitionẽ deliberatam, erit irrita dispẽsatio. Quia falsa redditur causa eius allegata. Atq; idẽ erit in irritatione, & commutatione quãdo ex falsę causæ allegatione redduntur irrita. Iuxta dicta num. 22. & num. 24.

33 Si tamen obtenta voti dispẽsatione, & irritatione aut commutatione, iterum emittatur, opus erit iterum his medijs. Quia cum prius votum sit omninò ablatum, erit iam hoc nouum votum. Hoc autem intellige quãdo superior per seipsum dispensauit, irritauit, aut commutauit; si enim hæc non fecit, sed delegauit alteri suas vices ad hæc facienda, vt solet Pontifex facere cõmittens ordinario examen precum, & dispensationem, & sacra pęnitentiaria idem facit in dispẽsationibus commissis confessario in foro conscientiæ, repetitio voti ante hæc media executioni mãdata per delegatum, etiãsi post delegationem contingat, non obstabit, nec est necessaria illius repetitionis mentio. Quia cum adhuc vis prioris voti perseueret, non additur nouum vinculum, sed prius confirmatur. Quando autem obtenta prioris voti perfecta dispensatione, v.g. castitatis iterum idem votum emittitur, si huius posterioris dispensationem petat, nulla mentione dispensationis prioris voti opus est. Quia nullo iure ea mentio præcipitur, nec ad causã pertinet. Et ita latissime de hoc agens lib. 8. de matrim. tota disput. 22. sustinui ibi num. 4. & 13. & tenet *Suarez tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. vlt. n. 12. fine.* Et à fortiori est idem dicendum in irritatione. & commutatione voti.

34 Similiter est irrita dispensatio, quando non omnino exprimitur substantia, vt si votum certum proponatur vt dubium. Quia tunc moraliter variatur substantia in ipsa dispensationis materia; cum votum dubium non sit vere votum. Sicut non valeret absolutio explicato peccato certo tanquam dubio. Quod sit mendacium circa peccati substantiam. Atque ita probaui

lib. 8.

lib.8 de matrim. disputatione 21. numero 40. & docet *Suarez eodem c. vltimo num. 6.* Atque eadem ratio idem probat in irritatione, & commutatione. Hęc tamē omnia valeret, si superior dispensans, irritans, aut commutās, explicaret siue sit certum, siue dubium, se id facere. Quia iam nullus est voluntatis defectus, nec errore aliquo ducitur.

35 Hinc deducitur, quid dicendum sit, si petatur dispensatio voti religionis, cum tamen fuerit votum perseuerantiæ in ea. Qui sustinēt vota hęc nō differre substantialiter, & in vtroq; licere egressum ex iusta causa tempore nouitiatus, & in neutro absq; illa, quos retulimus hoc libro 4. capite decimo sexto dicent subinde valere hanc dispensationem, irritationem, & cōmutationem. At retenta nostra sententia, quam ibi sustinuimus, dicenti hæc vota esse substantialiter diuersa; & in posteriori non licere egressum ex quacumque causa, videretur adhuc hæc valida. Quippe votum etiam ingrediendi religionem secum affert perseuerādi obligationem, nisi iusta egressus causa adsit; ac proinde, quāuis votum perseuerātiæ eā expressam perseuerandi obligationem contineat, nō tamen videtur diuersæ speciei, sed veluti extensio eiusdem voti. At extensio eiusdem vinculi, vt voti multiplicati, non est necessario exprimēda. Vt diximus numero trigesimo secundo. Cæterum existimo hæc fore irrita. Quia est error in qualitate intrinseca tangenti vnū substantiam, ac proinde non proponitur verum votum. Et ita relatis Doctoribus probaui libro octauo de matrimonio, disputatione vigesima prima, numero vigesimo tertio, agens de sola dispensatione et retenta hac diuersitate substantiali vtriusq; voti ait ita dicendum *Suarez nu. precedenti relatus.* Et eum eadem prorsus ratio militet in irritatione, & commutatione, est de illis idem prorsus dicendum.

36 Præterea, quādo votū, vel iuramentum non nubendi, est factum in fauorem tertij, vel alterius coniugis, qui illud acceptauit, est opus in dispensatione id declarare, nisi ille tertius remitteret, qua parte ipsum tangit. Quia vltra votum, & obligationem Deo quæsitum est ius parti acquisitum. Et ita ꝓbaui libro octauo, de matrimonio, disputatione vigesima quarta, numero vigesimo primo. Quæ ratio idem probat in irritatione, & commutatione.

37 Quamuis autem votum sit sæpe violatum, nulla violationis huius mentione opus est, ad dispensationem eius impetrandam. Quia est impertinens ad dispensationem, & solum illa pertinet ad sactamentalē peccati transgressionis confessionem. Atq; ita contra alios ꝓbaui agens de iuramenti relaxatione, libro primo de matrimonio, disputatione trigesima secunda, numero decimo sexto. Et tenet *Suarez* loquens de iuramento, *tomo 2. de religione, tractatu de iuramento lib. secundo, capite 45. num. 26.* & idem dicit *ibi num. 24.* loquens de voto. Atque ob eandem rationem est idem dicendum de irritatione, & commutatione.

38 Quid autem dicendum sit, quando nulla allegatur causa; at re vera erat. Diximus capite 45. num. quinto & sexto.

39 An in omnibus casibus, in quibus hucusque diximus esse irrita dispensationem, irritationem, & commutationem, sint omnino irrita, an parum valeant, dicemus tractantes de commutatione uotorum, cap. 51. per totum.

40 An etiam ablato uoto principali per irritationem dispensationem, aut commutationem, censeatur ablata obligatio pœnæ, & illa ualeant non explicat pœna uoto; aut explicata pœna, & tacita principali uoti materia, dixi c. 22.

41 Demum quāmuis numero duodecimo, dixerimus necessario in dispensationis impetratione esse narranda, quæ ius aliquod, aut stylus curiæ, aut consuetudo narranda præscribunt. At circa votum nil præscribunt esse narrandū, & ideo ad hæc nō confugitur ad discernendū an dispēsatio sit irrita ex ueri taciturnitate, aut falsi expressione, sed ex generalibus iuris principijs id discernendum est. Sicut hucusq; fecimus. Et ita docet *Suarez, tomo 2. de religione, tract. de voto, l. 6. c. vlt. nu. 5.*

SVMMARIVM.

An ad dispensandum, irritandum, & commutandum exigatur certa verborum forma, nec sufficiat interna superioris voluntas, nu. 42.

An censeatur superior facto ipso dispensare, quando admittit aliquem ad actum, quem vouit impeditum ad illum, numero 43.

An idem sit in irritatione, & commutatione, nu. 44.

An taciturnitas superioris videntis violari votum, inducat dispensationem? Refertur quædam sententia, nu. 45.

Explicatur sententia Authoris, nu. 46.

Quid, in irritatione, & commutatione, nu. 47.

42 Qvæstio posterior. An ad dispensationem exigatur voluntas superioris, aliqua verborū forma declarata nec sat sit nutibus, aut facto ipso, & idē ad irritationem, & cōmutationem? Constat hac in re non sufficere internam superioris voluntatē ad dispensationem, nec eam aliqua verborum forma indigere, sed satis esse eam subdito innotescere verbis quibuscunq;, aut alijs signis sufficientib. Prior pars constat, quia volūtas humana nequit erga homines operari, nisi illis innotescat. Posterior etiam pars cōstat. Quia nullo iure certa verborum forma præscribitur. Et hoc cōstat ex multis authoribus quos retuli lib. 8 de matr. disp. 4. nu. 17 dicentibus posse superiorem solo facto dispensare. Vtn. seq. explicabimus. Et tenet *Suarez tomo 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. fi. n. vlt.* Atq; idem dicendum est ob eandem rationem, de irritatione, & commutatione, nullis enim peculiaribus verbis indigent, sed sufficit ea quibusuis verbis, aut signis nota fieri subdito.

43 Sed difficultas grauis est, an prælati dispensare potentes censeantur facto ipso dispensare, quoties admittunt ad aliquem actum, eum quem sciunt impedimentū iuris habere ad illum. Vt si admittunt ad matrimonium eum, quem sciunt votum abstinendi ab illo emisisse? De hac quęstione latissime egi li. 8. de matrimonio disputatione quarta, vbi varijs sententijs relatis; quibusdam id soli supremo principi concedentibus, & cū quibusdam limitationibus: tandem à num. decimotertio, vsque ad decimum octauum, late ꝓbaui, id quoq; verum esse in inferioribus, siue dispēsent in proprijs legibus, siue in lege superioris, in qua dispensare valēt, siue in voto, & iuramento obligantibus iure naturali. Quod vltra Doctores ibi numero decimoseptimo allegatos tenent *Sylvest. verbo votum 4. q. 8. Sayro in claui regia. lib. 6. cap. 11. nu. 113. & 114.* & quamuis *eo. nu. 113.* id limitet verum pro solo conscientiæ foro: at verius est in vtroque foro verum habere: si tamen pro foro externo probetur legitimam adfuisse causam, q̄ ea dispensationis valor indiget. Vt si esset in lege superioris, aut in voto, aut in iuramento. At in foro conscientiæ valere probaui ibi nulla causæ cognitione præmissa, si re vera erat causa. Hoc enim sat esse probaui hoc libro 4. capite quadragesimo quinto, num sexto. Et ex multis rōnibus, quas ad hoc probandum ibi attuli, vnam vel alteram afferam. Et rō est, quia cum possit superior impeditum verbi gratia, voto non ineundi matrimonij admittere, licite ad matrimonium dispensando cū illo & ad ordines, tollendo irregularitatem, qua erat affectus, non est præsumendum velle eum cū peccato admittere, cū in omnibus personis p̄sumptio peccati vitanda sit, *l. merito, ff. pro socio,* necdū in prælato. Ergo per illud factū satis indicat suam dispēsandi voluntatem: & cū hęc nulla præscripta verborū forma indigeat, sed contenta

sit

si qualitercumque exprimatur voluntas interna, erit legitima dispensatio. Secundo, quia etsi non vitetur peccatum in superiore dispẽsante absque præuia causæ cognitione, quando ea est necessaria; at etiam delinquit admittẽs impeditum ad matrimonium, vel ad ordines, nisi cum eo dispenset. At hæc delicta posteriora sunt longè grauiora priori, vt ex se constat. Et sicut in actu, qui potest exerceri cum peccato, & sine illo, recipienda est præsumptio excludens peccatũ, ita in actu, qui sine peccato fieri nequit, & potest fieri cum maiori, vel minori, recipienda est præsumptio excludens grauius peccatum, *l. Si adulterium cum incestu, §. 1. 2. & 3. ff. ad leg. Iuliam de adulterijs.*

44 Atque idem dicendum est in irritatione, si superior irritans norit se irritare posse, & impedimentũ voti subditi, & sciens illum admittat ad actum contra id votũ. Quia militat prorsus eadem ratio tradita num. præced. In commutatione autem non est idem dicẽdum, cum oporteat aliam loco materiæ promissæ æqualem materiam subrogare. Quod fieri nequit solo facto admissionis ad actum contra votum.

45 Rursus difficultas est. An sola patientia, seu taciturnitas superioris videntis subditum iure impeditum, vt voto, vel alio impedimento, in quibus ipse dispensare potest, exercere ea sibi interdicta scientisque subditum nõ obtinuisse dispensationem, censeatur tacita dispẽsatio. Quidam negant; quos, & eorum fundamentum retuli lib. 8. de matrim. disput. 4. num. 25. & tenet *Suarez tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. finali, in fine*, immo addit idem esse, etsi superior inuitet subditum ad ludendum contra votum. Et neutrum ratione aliqua probat.

46 At ibidem nu. 26. probaui esse tacitam dispensationem, si prælatus ille cum facile contradicere possit, non contradicat; & hoc etiam, quando actus ille est contra superioris legem, & votum, in quibus dispẽsare potest. Et vltra Doctores ibi relatos tenent idem loquentes de voto, *Syluester, & Sayro relati num. 43.* Et ratio est, quia cum prælato ex officio incumbat delictis subditorum obuiare; cũ ea videt, ac facile obuiare potest, præsumeretur grauissimum prælati delictum non contradicentis, nisi ipsum censeri dispensare dicamus. Et confirmatur, quia ratione solius præsumptionis delicti vitandę in quocũque homine præsumebat ius præsumptione iuris, & de iure, copulam secutã post sponsalia de futuro haberi affectu cõiugali, & ideo perficere matrimoniũ, *cap. is qui fidem, de sponsal.* nedum ea dispensandi volũtas præsumẽda erit in prælato, ad vitandam culpę præsumptionẽ. Tandem, quia illam taciturnitatem, quę est ratihabitio de præsenti, aut pręterito, censeri sufficientẽ ad conferendam audiendi confessiones iurisdictionẽ, probauimus lib. 3. de matrimonio, disputatione 35. n. 20. Fundamentum autem contrariæ sententiæ solui eodem num. 26.

47 Atque de irritatione idem est dicendum, quando superior nouit votum, & scit se irritare posse, & irritando vitari illa peccata. Quia militat eadem ratio. At in cõmutatione locum habere nequit; ob rationem traditam num. 44.

CAPVT XLVIII.

A quo tempore dispensatio, commutatio, & irritatio voti prosint.

SVMMARIVM.

An dispensatio, commutatio, & irritatio voti, prosint a tempore concessionis? Refertur quadam sententia, n. 1.

Explicatur sententia Authoris, num. 2.

An sat sit fieri certiorem impetrantem per quemcumque? n. 3.

Quid si priuilegium concedatur per modum statuti, vel constitutionis? num. 4.

An a tempore concessionis id operetur, vt postea reuocari nequeat? num. 5.

An exigatur scientia priuilegij in eo, in cuius damnum cedit? num. 6.

A quo tempore prosit priuilegium impetratum, per nuntium, aut procuratorem, et an sufficiat principalem certiorem fieri per quemcumque? nu. 7.

Quid si dispensatio per nuntium, aut procuratorem impetrata sit, vt contra aliquam legem liceat agere, an sufficiat tunc procuratori, aut nuntio intimari, & idem de irritatione, & commutatione? Refertur quadam sententia, nu. 8.

Explicatur sententia Authoris, num. 9.

1 DE hac quæstione late egi libro 3. de matrimonio, disput. 36. agens de priuilegijs in genere, & ideo breuiter referam addendo aliqua ad præsens spectantia. Quidam opinantur dispensationem, & reliqua priuilegia prodesse à tempore concessionis, nec exigi illorum notitiam in eo, cui conceduntur. Quos & eorum fundamenta retuli ea. disp. 36. n. 1. Atque idem dicerent de irritatione, & commutatione.

2 At dicendum omnino est, priuilegia, & dispensationes, solũ prodesse, suumque effectum sortiri, a tempore quo de illis certiores fiunt ij, quibus conceduntur. Quod multis textibus, & Doctoribus probaui ea disp. 36. n. 2. & solui fundamenta contraria numero vltimo. Et vltra Doctores ibi relatos tenet *Vazquez 1. 2. q. 95. ar. 3. disp. 156. c. 4. n. 30. & 31.* & ratio est, quia priuilegia, & dispensationes, sunt quasi quædam donationes. Hæ autẽ non acquiruntur absenti ante acceptationem. Atque eadem ratio probat idem de commutatione, & à fortiori, cum vt prosit cõmutatio debeat subditus necessario acceptare materiam subrogatam ex eiusdẽ voti obligatione. De irritatione autem non videtur eadẽ ratio, cum non sit tam beneficium eius, cui votũ irritatur, quã actus dominij omnino independentis à subdito, & ideo effectum suum sortitur à tempore, quo superior irritauit, quamuis vt licite virtute eius vouens agat contra votum sic irritatum opus sit in eo notitia irritationis.

3 Atque non satis est notitia priuilegij aut dispensationis habita à quocunque, vt si quidã tertius, qui casu audiuit certiorem faciat eum, cui conceditur, sed oportet sit is, qui impetrauit priuilegium, aut procurator, nũtius ve eius, aut cõcedentis priuilegium, qui id intimat. Qđ probaui eadem disp. 36. n. 7. Quia hæc concessio priuilegij est quædam donatio. Hæc autem vt efficax sit, & omnino valida, oportet vt per nuntium destinatum ad id intimetur. Iuxta veriorem sententiam quã probaui lib. 1. de matrim. disp. 6. n. 3. & debet intelligi, quando priuilegiũ est motu proprio concessum, aut ad alterius, quam eius, cui conceditur instantiã. Vt amplius explicabitur nu. 7. Atque eadem ratio idem probat in commutatione. At in irritatione satis est eam per quemcũque, qui casu audiuit, intimari. Quia cũ independenter à subdito sit suum effectum sortita, vt diximus n. pręcedenti, solaq; notitia eius sit necessaria ad licitum vsum, non est opus nuntio destinato ad intimãdum, sed satis est habita eius notitia à quauis persona fide digna. Vt in simili dicemus nu. 7.

4 Limitatur primò hæc sententia, vt intelligatur de priuilegiis cõcessis gratiose, & per modum rescripti; secus de concessis per modum statuti, & cõstitutionis. Hanc limitationem defendi eadem disp. 36. nu. 3. cum multis Doctoribus, contra alios ibi relatos.

5 Secundò limitatur ab aliquib. vt prosit ante notitiam eius priuilegiũ, ad eum effectũ, vt ex concessionis puncto nequeat a concedenti reuocari. Sic docent aliqui, quos retuli eadem disp. 36. num. 4. Sed ibi reprobaui, & fundamentum eorũ solui, & dixi cum aliis posse reuocari antequam priuilegiatus cõscius eius illud acceptet.

dam tradunt exigi prælati authoritatem. Ducũtur primo, ex illo *Leuitici cap. vltimo: Animal autem, quod immolari potest Domino, si quis vouerit, sanctũ erit, & mutari non poterit, nec melius in malum, nec peius in bonum* Secundo, ex *cap. licet, de regularibus* vbi non licet religioso professo transitus à laxiori ad strictiorem religionem, nisi petita superioris licentia. Cum tamen constet commutationem hanc esse in melius. Tertio ex *capit. primo de voto*, vbi Pontifex ait commutationem ab eius, qui præsidet, arbitrio pendere. Quarto, quia nemo in propria causa est, iudex nec potest vti potestate in seipsum; eo vel maxime, quod priuati iurisdictione prorsus careant. Quinto, quia promittens homini rem determinatam, non liberatur dando meliorem, *lib. 2. ff. si certum petatur*. Sexto, quia ieiunium lege, aut sacramentali pœnitentia iniunctum, nequit in melius authoritate propria commutari. Tandem, quia mendax est, ac fidem frangit, qui rem promissam denegat, quãtumuis meliorem reddat. Et ideo huius sententiæ videtur aperte *D. Thom. 4. dist. 38. q. 1. art. 4. quæstiuncula vltima, in corpore*, vbi hæc ait: *Commutatio est quidam contractus qui perfici nequit absque consensu vtriusque partis, & ideo nequit fieri sine consensu eius, qui vicem Dei gerit in terris. Quare si vtrumque votum est compossibile, debet vtrumq; seruari, nisi authoritate superioris minus præcedens in votũ maius commutetur.* Et in proprijs terminis docent *Innocentius c. peruenit, el 2. n. vnico, de iureiurand.* Et ibi *Ioannes Andreas statim in principio. Hostiensis nu. 1. Antonius nu. 5. Baldus numero 2. Ancharanus numero 1. Abbas nu. 2. Henricus numero 1. Bellamera numero 2. Felinus nu. 1. Alexander de Neuo numero 7. & 8. D. Bonauent. 4. d. 38. ar. 2. quæstione 2. & ibi Richardus art. 8. q. 1. Supplemẽtum Gabriel. ibi quæstione 1. art. 5. vbi de redemptione, & commutatione voti, versic. De votis redemptione litera T. & ibi Paludan. disput. 3. col. 2. f. 87. 5. Syluest. verbo Votum 4. q. 7. dicto 2.*

3 Limitant quidem ex his Doctoribus, nisi prius votum redditum esse illicitum, & noxium. Ita *Hostiensis, Ioãnes Andreas, & Ancharanus n. 2. vbi eos retuli nume. praced.* Alij limitant, nisi votum seruari nequeat simul cum maiori bono, in quod commutatio fit: tunc enim dicũt posse votum in id melius commutari, secus autem si vtrumque impleri valeat. Ita *Antoninus, Syluester, Paludan. relati nu. precedenti.*

4 Sed dicendum est nulla opus esse superioris authoritate ad commutãdum votum in rem manifeste meliorem, sed quemcũque posse propria authoritate, sic cõmutare. Qualiter autem hoc maius bonum computandum sit, dicemus capite 56. numero 6. Probatur ex *cap. peruenit, el 2. de iureiurand.* ibi: *Promissum non infringit, qui illud in melius commutat.* Et ex *c. Scriptura, de voto*, ibi: *Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruantiam commutare*, Vbi Pontifex nullum priuilegium religiosæ professioni indulget, sed huius licite commutationis eam reddit rationem tanquam ex ipsa rei natura petitam, quod fiat cõmutatio in id quod euidenter est maius. Et ex *cap. licet, de regular.* vbi licentia petita, etsi nõ obtenta, licet transitus à laxiori religione ad strictiorẽ, eo quod sit ascensus ad perfectius bonum. Qua in cõmutatione nulla interuenit superioris authoritas, si quidem velit nolit ille, licitus est transitus. Et ex *c. 1. de voto*, vbi dicitur à prælati arbitrio pendere, an peregrinatione promissa sit melior recõpensatio, ac Deo gratior, consideratis circumstantiis personæ, loci, ac temporis, Hæc autem cõsideratio, & arbitriũ in solo casu dubio sunt necessaria, vbi enim res est euidens, his non opus est. Ergo quando materia subrogata est manifeste melior considerans omnibus circumstantiis, colligitur ex illo texto, nulla superioris authoritate opus esse. Tandem quia de consensu creditoris potest vnum pro alio recte solui, *instit. Quibus modis tollitur obligatio, statim in principio*. At id distat inter Deum, & homines, quod hi suam peculiarẽ vtilitatem respiciant & interdũ suã voluntatem, & aliquando est in illis pro ratione volũtas. Atque ideo hominibus non satisfit reddendo rem præstantiorẽ pro alia, quia sæpe minus præstantẽ malunt: at abundãtius illis sic satisfieret, si de cõsensu eorum constaret. Deum autem constat semper malle id quod aperte præstantius est. Ergo abundãter satisfacit promissioni debitæ ipsi per votum soluens rem aperte prestantiorẽ. Quare hęc commutatio non est actus iudicii, & iurisdictionis sed quędã abundantior voti solutio ex creditoris consensu facta. Et ideo huius sententię videtur *Diuus Thom. 2. 2. quæstione 88. art. 12.* quatenus ea ratione probat in votorum cõmutatione exigi prælati authoritatem, quod oporteat in hac commutatione determinare quid sit Deo acceptius: q̃ ex Dei arbitrio pendet, cui votum factum est: & ideo (inquit) ad prelatum vices Dei gerentẽ spectat id determinare. Ex qua ratione colligitur tunc tantũ opus esse hac prę lati determinantis authoritate, quando nõ cõstat quid Deo acceptius sit. Et in proprijs terminis eã sustinent *Imola cap. peruenit, el 2. numero 2. de iureiurand. Maior in 4. dist. 38. quæst. 3. columna 3. vers. Tertio arguitur, & ibi Bachonus quæst. 5. art 6. Angelus verbo Votum 4. numero 2. in fine. Caietanus 2. 2. quæst. 88. art. 12. paulo post principium, & in summa, verb. Votum cap. vltimo, versic. Rationabilis autem. Armilla ibi numero 14. Lex regia 7. n. 8. par. 1. Abulensis cap. 30. Num. quæst. 110. Sotus lib. 7. de iustitia, quæst. 4. art. 1. columna secunda versic. At de commutatione. Nauar. summa Latina cap. 12. numero 75. Couar. de pactis 1. par. §. 2. numero 4 vers. Ego vero. Corduba summa quæst. 149. Aragon 2. 2. quæstione 88. art. 12. dubio 1. dicto 1. Alcozer summa c. 16. vbi de commutatione votorum, conclusione 3. fol. 57. pagina 1. Pedraza in summa, præcepto 1. §. 8. Medina lib. 1. summæ c. 14. § 7. vbi agit de commutatione votorum, regula 2. Graff. 1. par. decisionum, libro 2. cap. 10. numero 1. & 5. Ouandus 4. dist. 38. disputat. vnica, in propositione 27. Philiarchus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. libro 3. cap. 22 ad finem. Ludouic. 2 Lopez 1. p. instruct orij conscientiæ c. 49. in fi. Ioannes Benedictus in summa de peccatis, libro 1. cap. 9. paulo ante finem. Corona confessorum par. 3. tractatu de voto, nu. 18. Angles Floribus 2. par. q. vnica de voto, ar. 8. difficultate 4. conclusione 1. & 2. Antonius Gomez, in bulla Cruciatæ clausula 1. num. 112. Manuel in eadem Bulla §. 7. nu. 105. & to. 2. summæ capit. 100. numero 4. conclusione 4. initio. Azor tomo 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 18. q. 1. Sayre in claui regia, lib. 6. capite duodecimo, numero quinto. Valentia secunda secũda disputatione sexta quæstione sexta puncto septimo, columna 9. vers. Hac ipsa ratione. Leonardus libro 2. de iustitia, capite quadragesimo, dubio 11. numero 8. Serbus in compendio priuilegiorum Mendicantium verb. Votum, in annotationibus suis notabili secundo. Suarez to. 2. de relig. one, tract. de voto, libro sexto capite 18. a numero quarto. Toledo libro quarto summæ, capite 18. numero penultimo. Petrus de Ledesma secundo tomo summæ, tracta n decimo capite octauo, in fine tertiæ partis, vbi agit de voto cum commutatione, versic. Restat tractar de la commutacion. Vinaldus candelabro sacramentorum 3. parte, capite 14. numer. 14. Emmanuel Sà in summa verb. Votum, vbi de irritatione votorum, numero decimo. Henriquez libro qu nto de pœnitentia, capite vigesimo, numero qu n o, & libro septimo, de indulgentijs capite trigesimo, numero quinto*, & est communissima.

5 Vtrum autem idem sit dicendum de votis cedentibus in tertii fauorem, diximus hoc lib. 4. c. 41. n. 8. vbi defendi idem, modo tertius non acceptarit.

6 Hinc deducitur eleemosynam promissam E[illegible] argiendam certo pauperi, dum ipsi nondum sit ius acquisitũ per acceptationem, posse propria vo[illegible] [illegible] alteri dari alii pauperiori, dummodo cetera [illegible] paria. Id est, non concurrat peculiaris aliqua circumstantia in

minus paupere, vt ea eleemosyna illi collata, sit Deo gratior. Quia ceteris paribus præstantior est eleemosyna pauperiori data. Posset autem quispiā existimare posse sibi quoque applicare, si pauperior sit. Sicut res incertas furto ablatas restituēdas pauperibus, potest restitutioni obnoxius, si pauper sit sibi applicare. Cū tamen sit obligatio iustitiæ, quæ necessario est ad alterum. Et iussus eleemosynā inter pauperes incertos distribuere, potest iuxta aliquos aliquam sibi pauperi applicare. At dicendum est non posse, etiam authoritate prælati in id cōmutati. Quia nullā eleemosynæ rationem habet. Sicut eleemosynam iniunctam pœnitentia sacramentali, nequit pœnitens pauper sibi applicare. Nec sunt similia adducta. Quia in ijs datur nomine veri domini incerti, aut iubētis distribuere, & perinde est, ac si ille daret. At in nostro casu dat nomine proprio, & licet prælatus applicet, applicat nomine voventis dandū. At posset prælatus ratione paupertatis dispensare, aut in alia opera pia commutare. Vel ipsemet pauper cōmutare in opus euidenter Deo gratius.

7 Consulto autem diximus in nostra sententia, oportere excessum materiæ subrogatæ esse euidentem: nam si res dubia sit, neutiquam licet commutationem facere propria authoritate. Quod probat textus *in c. 1. de voto*, vt eū ponderauimus numero quarto. Et ratio est, quod in dubio sit melior possidentis cōditio, quare. Cū Deus ratione voti possideat, est illi soluēda materia promissa in propria specie, ad quam Deus voto ius comparauit. Atque ita expresse docent *Caietanus 2. 2. quæstione 88. articulo 12. paulo post principium, versic. Et confirmatur. Sotus libro septimo de iustitia, quæstione 4. artic. 3. columna quarta, versiculo At vero quando in dubio. Nauarr. Couarruuias, Angelus. Angels. conclusione 2. Graff. nume. 5. & 6. Leonardus numero 88. versicul. Ad primum. Suarez numero octauo. Azor. Valentia, Sayro, vbi eos retuli num. quarto*, qui omnes dicunt exigi euidentem esse excessum, nec sat esse quando id est dubium. Atque clare etiā idem significant *Caietan. in summa, Armill. Petrus de Ledesma, Philiarchus relati eodem n. 4.* dum dicunt posse hanc commutationem fieri in rem euidenter meliorē: nam ea euidentia cessat quando res est dubia. Quando tamen est intelligendum cum limitatione tradenda num. 14.

8 Hinc deducitur non satis esse moralem excessus illius materiæ subrogatæ certitudinem admixtā formidini, idest, opinionem probabilem. Quia etsi hæc satis sit, ad recte operandum, non tamen satis est ad soluēdum vnum pro alio, cum de creditoris voluntate non constat. Præterea quia hic assensus opinatiuus nō affert euidentiā excessus, sed solam probabilitatem. At sola probabilitas non satis est ad alterū sua possessione spoliandum, sed euidentia requiritur. Cum ergo Deus ius reddendæ sibi materiæ promissæ possideat, non est eo spoliandus ob solam probabilitatē excessus materię subrogatæ. Tandem quia Doctores omnes numero præcedenti relati petunt excessum esse manifestissimum. Atque ita in proprijs terminis *Valētia 2. 2. disputatione sexta quæstioni sexta puncto 7. columna 10. versic. Notandum est autem. Sayro in claui regia, libro 6. cap. 12. num. 5. vers. Dixi primo.*

9 Ad argumenta numero secundo proposita respondetur. Ad primum cum *Oleastro ibidem, & Suarez eodem c. 8. nu. 12.* eam legem fuisse cæremonialem, & ideo nūc non obligare. Ad secundum dic eum textum *cap. licet*, esse potius pro nostra sententia, vt eum ponderauimus numero quarto exigitur autē ea licentiæ petitio, quod ius eam conditionem petierit, ne temere, & quadam animi leuitate in prioris religionis detrimentum transitus fiat. Ad tertium dic eum textum fauere potius nostræ sentētiæ. Vt diximus numero quarto. Ad quartum constat ex dictis numero quarto, vbi eam commutationem diximus non esse actum iudicii, & iurisdictionis, sed abundantiorem voti solutionem. Ad quintum, constat ex dictis numero quarto, vbi discrimen inter Deum, & homines tradidimus. Ad sextum dic diuersā esse rationem, quia materiam lege, aut pœnitentia præscriptam, nequit subditus commutare imponendo sibi obligationem eiusdem legis, aut pœnitentiæ circa illā; cum illa obligatio, non ex sua voluntate, sed superioris emanarit. Quod secus in voto contingit. Ad vltimum dic esse mendacem, nisi de creditoris cōsensu fiat ea solutio in re meliori.

SVMMARIVM.

An commutatio voti in bonum euidenter æquale, possit fieri propria authoritate? Refertur duplex sententia, nume. 10. & 11.

Explicatur sententia Authoris, & soluuntur contraria, numero 12.

An fieri possit authoritate priuati cōfessoris in æquale bonum, num. 13.

Quid si æqualitas est certa, & dubium est an materia subrogata sit melior, nu. 14.

An promittens religionem, vel certum monasterium illius ingredi possit aliam æqualem, aut aliud eiusdem ingredi, numero 15.

An promittens rem quæ vsu consumitur, possit dare similem, & promittens rem possit dare precium, & promittens pecuniam possit rem eius valoris dare, nu. 16.

An promittens filium religioni, possit alterum offerre, nu. 17.

An votum dandi calicis consecrati, possit commutari, nu. 18.

An sit tuta commutatio propria authoritate in æquè bonum, num. 19.

An sit mortale commutare votum propria authoritate in rem æqualem, aut paulo minorem? Remissiuè, nu. 20.

Post nu. 20. inuenies alia summaria.

10 QVæstio secunda. An commutatio voti in bonum euidenter æquale possit propria voventis authoritate fieri. Affirmant quidam, ac ducuntur. Quia cum vtraque materia sit æquègrata Deo, nil refert vtra illarum eligatur, Deusque ei electioni conniuere censetur. Et confirmatur, quia vtrumque opus absque voto factum placeret æquè Deo ac æquè illud acceptaret, si à principio promissum esset. Et ideo hanc partem tuentur *Maior, Medina, Henriquez vtreque loco Ioānes Benedictus, vbi eos retuli numero 4. Manuel 2. tomo summa, c. 100. numero 4. conclusione 4. in initio*. Atque forte ita esse tradunt *Sotus, Ludouicus Lopez, Emmanuel Sa, eodem numero 4. relati*. Quamuis (vt dicam numero 12.) *Sotus* postea teneat expresse contrariam sententiam. Et docēt esse probabilem *Aragon 2. 2. quæstione 88. articulo 12. dubio 1. dicto 3. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. capite 20. numero 4. in initio*. Et clare etiam sentiūt esse probabilem, *Alcozer summa, capite 16 vbi de commutatione votorum, conclusione 6. folio 58. pagina 1.* tantū enim vocat oppositum probabilius. *Et Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 40. dubio 11. n. 91.* vbi oppositum tantum vocat tutius.

11 Alii admittunt id fieri posse authoritate confessoris. Ita *Leonardus nu. præcedenti relatus & Vivaldus Candelabro sacramentorum 3. p. c. 14. n. 16.*

12 At dicendum est, non posse propria voventis authoritate commutationem voti fieri in rem æquè bonam, sed necessaria est authoritas prælati commutare potentis. Ducor, quia non est certum acceptari à Deo eam commutationem, cum nulla vtilitas in ea acceptatione eluceat. Ergo oportet intercedere authoritatem prælati interpretantis vice Dei eam voluntatem. Insuper quia in hac ęqualitate promissa materia excedit, eo quod ad Dei cultum spectet perseuerantia in priori voluntate, vbi aliquid auctius loco illius nō præstatur, quo compensetur recessus à priori voluntate oblata Deo.

Et

Et hinc cõstat solutio ad contraria fundamenta allata n. 10. Nam supposita promissione non est vtraque materia æquè grata, sed gratius est Deo perseuerare in materia specialiter promissa, vbi nullus est excessus materiæ subrogatæ. Tandem quia cum (vt dicemus n. 19) sit difficillimum, immo fere impossibile attingere hanc æqualitatem, non est creditu dignũ id commissum esse à Deo cuilibet vouenti, & maxime in propria causa. Et ideo hanc sententiam tuentur *Angelus verbo Votum 4. numero 2. Caietan. 2. 2. quæstione 88. ar. 12. columna 2. versic. Et confirmatur hoc, in fine, & summa, verbo Votum, c. vltimo, vers. Rationabilis autem. Sotus libro 7. de iustit. quæstione 4 art. 2. columna 4. versic. At vero quando in dubio. Couar. de pactis 1. par. §. 3. num 4. vers. Est enim prælati. Alcozer nume. 10. relatus. Corduba summa quæstione 149. Toledo libro 4. summa, ca. 18. numero penult. Graff. 1. p. decisionum, libro 2. cap. 30. numero 6. Philiarcus de officio sacerdotis, tomo 1. p. 2. libro 3. cap. 22. ad finem. Petrus de Ledesma 2. tomo summæ, tractatu 10. c. 8. in fine tertia partis, vbi agit de votorum commutatione, in dicto 3. Angles Floribus 2. p. quæst. vnica de voto, artic. 8. difficultate quarta, & difficultate sexta in 2. conclusione. Azor tom. 1. institutionum moralium lib. 11. cap. 18. quæstione 2. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 12. numero 8. Manuel in Bulla Cruciata, §. 9. num. 106. Sorbus in compendio Mendicantium, verbo Votum, in annotationibus suis, notabili 2. Suarez eo. lib. 6. c. 19. a nu. 3.*

13 Nec etiam authoritate confessores carentis potestate delegata ad commutãdum, potest hæc commutatio in bonum æquale fieri. Quia iurisdictio ordinaria confessoris solum extẽditur ad forum pœnitentiæ, ad quod nec dispẽsandi, nec commutandi potestas pertinet, sed ad Ecclesiæ gubernationẽ in foro externo. Et ideo censetur in hoc quasi priuata persona, & militant rationes num. præcedenti traditæ. Hoc est contra authores allegatos num. 11. Et aperte tenent Doctores allegati num. præcedenti, cum petant authoritatem prælati ad eam commutationem. Et in proprijs terminis docet *Suarez eodem c. 19. nu. 6.*

14 In hoc tamen casu admitterem sententiam dicentem posse propria authoritate votum cõmutari in æquè bonum, quãdo scilicet, vtriusque materiæ æqualitas esset euidens, at dubium est an posterior, in quam sit cõmutatio, sit melior, aut probabile esse eam esse meliorem. Quod tunc euidens sit cõmutationem cedere in maiorem Dei honorem, si quidem potest augere, non tamẽ minuere Dei cultum.

15 Hinc deducitur, promittentem certam religionem, non posse propria authoritate aliam diuersam ingredi æqualem. Quod probant rationes traditæ n. 12. Eo vel maximè quod difficilius sit de hac æqualitate iudicare, in hac materia, quam in alijs. Quod si votũ esset de peculiari alicuius ordinis monasterio, liceret propria authoritate aliud eiusdẽ ordinis ingredi. Quia inter ambo est sola distinctio quasi materialis, & determinatio illius fuit accidẽtaria, atque in eo voto non intenditur religionis commodum, sed spirituale vouentis, quod in vtroque idem est, & eiusdem rationis, & ideo votum in propria specie impleri censetur. Hæc docet optime *Suarez eo. lib. 6. c. 19. nu. 11.* Atque hoc posterius membrum limitat, nisi in obseruantia regulari sit magna disparitas inter vtrumque monasterium. Ego etiam limito, vel nisi aliqua peculiaris maioris diuini seruitij ratio induxerit vouentem ad id determinatum monasteriũ promittendum. Vt id remotum esse a propria patria, & consanguineorum familiaritate, & sic aptius esse ad inseruiendũ Deo, seclusis curis sæcularibus, vel esse aptius ad asperiorem vitam, vel ad vacandom spirituali proximorum saluti, vel ad quemcumque alium finem maioris obsequij diuini.

16 Secundo deducitur, in rebus quæ vnico vsu consumuntur satisfieri voto non dãdo rem determinate promissam, sed aliam similem eiusdem bonitatis, vt in vino, oleo, &c. nisi peculiaris aliqua ratio obstaret. Quia nõ est moralis mutatio inter hæc, sed quasi idem reputantur. Quod secus cõtingit in alijs, quæ non vnico vsu consumuntur, vt promisi Ecclesiæ seruum, non satisfacio dando valorem, nec si promisi pecuniam satisfacio dando calicem valoris eius pecuniæ. Quia cum hæc nõ eidem vsui deseruiant, nec inter illa sit tam facilis transmutatio, & possit materia promissa esse vilior, aut cõmodior, non impletur votum in propria specie, & ideo commutari nequit propria authoritata in id æquale. Quæ docet *Suarez eodem c. 19. nu. 12.*

17 Tertio deducitur, vouentem tradere filium determinatum religioni, non satisfacere tradendo alterũ. Quia cum cõmutatio sit in rem æqualem, nequit propria authoritate fieri. *Sic D. Antoninus 2. par. titul. 11. cap. 2 §. 8. notabili quarto. Syluester, verbo Votum 4. q. septima dicto 6.* Quod intelligo, nisi filius traditus sit melior religioni illi, omnibus circumstantijs pensatis. Quia tunc commutatio esset in melius: nec filius promissus tenebatur ad religionem, vtpote qui paterno voto ligari nequijt, nec ipse vouit.

18 Quarto deducitur, quid dicendum de doctrina *Diui Thomæ 2. 2. q. 88. art. 10. ad 1.* vbi sentire videtur votum alicuius rei consecratę non posse in melius commutari. Quod idem sentire videtur *Abulensis c. 39. n. q. 102. & cap. vltimo Leuit. quæst. 33.* Sed credo id non sentire, sed tantum res cõsecretas non posse conuerti in vsum prophanum, quantumuis meliroem. Nam calix consecratus promissus, potest alteri Ecclesiæ applicari, si id constet esse melius, Vt bene ait *Suarez eod. lib. 5. c. 18. n. 12.* Potest etiam commutari id votum in aliam rem euidenter meliorem.

19 Quidquid tamẽ sit de his opinionibus, id exploratum est, nullatenus esse tutam commutationẽ in æquè bonum propria authoritate factam. Quia moraliter difficilimum est, vtriusque materiæ equalitatem nosse euidẽter. Quare cautè *Sotus libro septimo de iustit. quæstione 4. art. 3. columna 2. versic. At de commutatione*, dicens fortè commutari posse votum in qood est euidenter æquale, addit, siue certum esse posset apud Deũ rem esse æqualis valoris: quasi certitudinem hanc impossibilem reputans. Et *Manuel in Bulla cruciata §. 9. n. 106.* impossibilem reputat. Et *Suarez eodem lib. 6. c. 19. nu. 4.* difficillimam esse ait. Quod inde etiam confirmatur, nam quando fit authoritate prælati, in qua non requiritur hęc æqualitatis certitudo, sed satis est æqualitas dubia, consulunt Doctores ad tutiorem commutationem, vt fiat in paulo plus. Vt videbimus c. sequenti, nu. 10.

20 An vero sit mortale, si propria authoritate commutatio fiat in æquale, aut paulo minus, dicemus capit. 5. num. 15. & 16.

SVMMARIVM.

Quando sit necessaria authoritas prælati ad commutanda vota? numero 21.
Potestas hæc est actus iurisdictionis spiritualis, nu. 22.
An ad illam aliquis ordo exigatur, & laicus sit eius capax, aut eius præscribenda? nu. 23.
An fœmina sit illius capax, & possit abbatissa commutare vota monialium? num. 24.
An concessa ab excommunicato valeat? nu. 25.
An ea sit apud infideles? nu. 26.
An his omnibus sit contrarium dicendum, quando commutatio fit in euidenter melius? nu. 27.
Quibus competat ordinaria commutandi voto potestas? n. 28.
An possint hi sua vota commutare, aut delegare confessario, vt illa commutent? Remissiue, nu. 29.
Quid dicendum, quando dubia est commutantis potestas? numero 30.

21 QVæstio vltima. Quando sit authoritas prælati necessaria ad commutanda vota (Cuius decisio ex dictis constat. Nam secundum omnes exigitur quoties commutatio non fit in euidenter æquale: & iuxta multo veriorem opinionem exigitur etiam, quãdo fit in euidenter æquale. Vt numero 12. probauimus non solum autem exigitur quando fit in euidenter melius. Vt diximus numero quarto. Et quando fit in euidenter æquale, dubium tamen an sit melius. Vt diximus numero 14.

22 Hæc autem prælatum potestas est iurisdictionis spiritualis. At vota vice Dei commutãda, concessaque est à Christo Seruatore nostro autem à iure naturali profecta. Sicut de potestate dispensandi diximus capite 37. numero 16. iuncto numero 3. Et tradit *Azor to. 1. institut. moralium libro 11. capite 19. quæstione 18. & omnes.* Exigitur que ad illam iurisdictio in forro externo. Sicut de potestate dispẽsandi probauimus eodem capite 37. num. 22.

23 Hinc deducitur nec laicum, nec clericum coniugatum esse capacẽ huius potestatis, nisi ex Pontificia dispẽsatione, nec posse potestatem hanc quocumque tẽporis spatio præscribere, sufficit autem ad illam prima tonsura. Sicut hæc omnia probauimus de potestate dispensandi, c. 37. n. 20. & 21.

24 Secundo deducitur, nec feminam esse illius capacem. Quare abbatissa nequit vota monalium sic commutare. Vt bene docet *Manuel tom. 1. quæstionum regularium quæstione 16. articulo 7.* sicut etiam probauimus cap. 39. numero septimo, eam non posse in monialium votis dispensare. Quod vtrumque sit actus iurisdictionis spiritualis.

25 Tertio deducitur, non valere hãc commutationem factam à prælato excommunicato denunciato, aut notorio clerici percussore. Sicut de dispensatione probauimus cap. 37. num. 19. Quia vtraque est actus iurisdictionis.

26 Quarto deducitur, hanc potestatem commutandi vota, non esse apud infideles. Quod in eis nulla possit esse iurisdictio spiritualis.

27 Quæ omnia secus se habent, loquendo de potestate commutandi vota in rem euidenter meliorem. Cum enim ea nullius iurisdictionis actus sit, sed proprio cuiusque vouentis arbitrio fieri possit, est apud laicos, & feminas, & infideles, & valet facta sic commutatio à quocumque excommunicato.

28 Quod si petas, quibus competat ordinaria spiritualis cõmutandi vota potestas; ea est regula certissima apud omnes. Omnis & solus gaudens ordinaria dispẽsandi in votis potestate, gaudet quoque ordinaria cõmutandi illa, & è contra. Quia cum vtraque sit iurisdictionis spiritualis in foro externo, omni, & soli, hanc habenti cõpetit. Præterea quia vtraque includitur in pastorali munere, & in illius adæquata iurisdictione, per modũ vnius simplicis potestatis necessariæ ad id muneris: & ideo neutra ab alia seperatur. Atque ita tradunt *Syluester verbo Votum 4. q. 3. dicto 2. Tabiena verb. dispensatio q. 9. n. 11. ad finem. Palacios 4. dist. 38. disp. 3. columna 16. fol. 880. Alcozer summa, c. 16. vbi de commutatione votorum, conclus. 1. fol. 57. pagina 1. iuncta conclus. 1. vbi de dispensatione fol. 58. pag. 1. Toledo lib. 4. summæ, capite 18. nu. vltimo. Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. capite 12. nu. 4. in fine. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu 10. c. 8. in fine tertia partis, vbi agit de commutatione votorum, versicu. Digo lo quarto.* Qui autem habeant ordinariam dispensandi in votis, tam sæcularium, quam regularium, potestatem satis explicuimus ca. 38. & 39. Et ideo omnes illi poterunt eorum vota commutare.

29 An vero possint hi sua vota commutare, aut delegare suo confessario, vt ea commutent; diximus c. 39. nu. 11. & 12.

30 Tandem si dubia sit commutatione potestas, siue ordinaria, siue delegata, & de alijs dubijs, quę circa commutationis valorem occurre possunt, nil noui dicendum est. Nam c. 44. de his circa dispẽsationem egimus. Quæ omnia locum habent in similibus dubijs de commutatione. Solum in commutatione poterit dubitari specialiter, quando est dubia æqualitas materiæ, in quã fit commutatio cum materia promissa. Sed de hoc dicemus cap. sequenti.

CAPVT L.

De materiæ æqualitate per commutationem subrogatæ, & causa petitis ad votorum legitimam commutationem.

SVMMARIVM.

Quotuplex quæstio disputanda sit, nu. 1.
An commutatio votis facta potestate ordinaria, aut delegata, sit facienda in bonum æquale? Refertur duplex sententia, num. 2. & 3.
Explicatur sententia Authoris, nu. 4. & 5.
An hæc æqualitas sit scrupulose, & mathematicè capienda, num. 6.
An possit fieri in materiam, de cuius æqualitate dubitatur, num. 7.
An peccent commutantes vota absque debita æqualitatis inuestigatione, nu. 8.
An præsumenda sit malè facta commutatio, quæ in rem minorem facta reperitur, an potius sit præsumenda dispensatio, admixta, nu. 9. remissiuè.
An sit consilium commutare in aliquid amplius, nu. 10.
Soluuntur argumenta, nu. 11.
Post nu. 11. inuenies summaria quæ desiderantur.

1 DVplex petitur quæstio. Prior, de æqualitate materiæ subrogatæ per commutationem. Posterior, de legitima causa ad commutandum petita.

2 Quæstio prior. An commutatio mera nullam dispensationem admixtam habens, sit necessario in bonum æquale facienda, siue potestate ordinaria, siue delegata fiat? Quibusdam placet posse fieri in paulo minus. Ducuntur primo, quod paulo minus censeatur moraliter æquale. Secundo, quia alias potestas commutandi, siue ordinaria, siue quocũque priuilegio delegata, esset nullius effectus, cum ea opus non sit ad commutationem in bonum æquale, sed propria authoritate possit vouẽs sic commutare. Tandem quod beneficium principis sit largissime interpretandũ, *l. beneficium ff. de constit. principum.* Et ideo hanc sententiam tuentur *Aragon 2. 2. q. 88. art. 12. dubio 1. corollario 2. quod infert ex tertio dicto. Alcozer summa, c. 16. vbi de commutatione votorum, conclusione 7. folio 58. pag. 1. Medina lib. 1. summa, c. 14. §. 7. vbi de commutatione regula 3. Toledo libro 4. summæ cap. 18. nu. penultimo. Emmanuel Sà in summa, verbo Votum, vbi de votorum irritatione, nume. 10. Henriquez lib. 7. de indulgentijs, c. 30. nu. 5. Leonardus libro 2. de iustitia, cap. 40. dubio 11. num. 95. Manuel in Bulla Cruciatæ, §. 9. numero 107. & additionibus ad eumdem §. nu. 107. & to. 2. summæ, c. 100. nu. 4. in 3. documento, Sayro in claui regia, lib. 6. c. 12. num. 19.*

3 Alij idem admittunt cum hac limitatione, si iusta cõmutandi causa adsit. Ita *Angelus in summa, verb. Votum 3. nu. 26. in fine. Viualdus Candelabro sacramentorum 3. p. c. 14. num. 20 & 58 Corduba summa, quæst. 140. & 150. in fine,* explicans hanc causam nõ debere esse velle solum gratificari vouenti, quam ad ordinariam, voti commutationem in rem æqualẽ sufficere, statim dicemus, sed oportere adesse aliam obstantem exequutioni voti, vt non posse vouentem exequi rem promissam absque sui officij detrimento.

Verum

4 Verum dicendum est, esse necessario faciendam in bonum æquale: ac proinde sola commutandi facultate potientes, qualis per Bullam Cruciatam, aut Iubilæum conceditur, nō posse vota in aliquid minus commutare. Dicor, quod hæc votorum commutatio sit contractus quidā inter cōmutantem nomine Dei, & vouentem. Vt testatur *D.Thom.4. distin.38. quæst.1.articul.4. quæstiuncula vlt.in corpore.* At contractus omnes suapte natura æqualitatē petunt, quæ in cōtractu permutationis in eo versatur, vt sit qualitas inter illa quæ permutantur. Vt ait *Aristot.3.Ethicor.* Et confirmatur, quia in humanis iniustus esset contractus, quo res minor commutaretur cum maiori: atque infideliter rem domini ageret œconomus habens potestatem solā alicuius rei commutandæ, si illam pro minori cōmutaret. Secūdo, quia etsi beneficia principis sint largissimè interpretanda id tamē est, quatenus proprietas verborum patitur. At proprietas meræ commutationis nullā in materia subrogata inæqualitatem patitur. Quia (vt optime ait *Sotus lib.7.de iustitia quæst.4 articul.3.columna 4.versic. at vero quando,*) quando commutatio fit in minus, transcendit limites puræ commutationis, & nonnihil habet dispensationis admixtum. Et ideo hanc partē tuentur *Abbas cap.1.nu.3. & 5. de voto. Paludan.4.dist.38.q.4.articul.3.conclusione 1.numero 31.& ibi Supplementum Gabrielis quæst.1. articul.5. ubi de redemptione, & commutatione voti, litera T. ad finem Caietan.2.2 q.88. artic.12.columna 2.versic.in commutatione autem votorum, & in summa, verbo Votum c.vltimo, versic. rationabilis ante causa. Rosella verbo Votum 5.nu.6. Syluest. verbo Votum 4.in fi. Couar. de pactis 1.par. §.3. n.4. versi. illud vero. Sotus clare in verbis eius proxime citatis. Palacios 4. dist.38. disp.3. columna 28. paulo ante versiculum, Memineris porro, fol.876. Gregor. Lopez li.5. verbo Contando, tit.8. par.1. Angles Floribus 2.par. q. vnica de voto, art.8. ad finem, in praxi dispensandi & commutandi, in propositione 2. Ouandus 4.dist.38. disputatione vnica, propositione 25. Alcozer summa c.16. vbi de commutatione votorum, cōclusione secunda, folio 57. pagina prima. Beia in suis responsis prima par. cas.49. versiculo, tum quia dispensatio. Azor tomo 1. institutionum moralium, lib. vndecimo, ca. decimo octauo, quæst. sexta. Sayro in claui regia, libro sexto, capit. duodecimo, num.9. Suarez secundo tomo de religione, tractatu de voto, lib.6. cap. duodecimo, numero sexto, & cap.19. numero 7. & 8.*

5 Nec approbo limitationē traditam ab aliquib. quam n.1. retuli quæ tradit licere commutationem in minus, quādo adest causa in vouente. Nam causa illa non potest variare commutationis naturā & cōcedere facultatem admiscendæ dispēsationis ei qui sola cōmutandi potitur. At sufficiet, si sit causa obstās executioni voti, vt gaudens vtraq; potestate, possit pro qualitate causæ, vel omnino dispensare, vel partim admixta cōmutatione aliqua.

6 Hæc autem materiæ subrogatæ per commutationem æqualitas non scrupulose, & mathematice accipiendi est, & quasi in puncto indiuisibili cōsistens, sed moraliter, ita vt prudētis arbitrio, aut nulla, aut parua differētia esse credatur. Quia cum omnimoda æqualitas sit impossibilis cognitu, vana esset commutandi potestas, si hæc indiuisibilis æqualitas seruāda esset. Et forte hoc est quod volunt Doctores contrariæ sententiæ relati, n. secundo, & tertio, dum dicunt sat esse in paulo minus, idest, non exigi æqualitatem indiuisibilem quam Hispanè explicamus, *poco mas a menos*. Atque ita docet *Syluester, Gregorius Lopez, Ouandus. Angles propositione quarta. Sayro, vbi eos numero quarto, retuli. Azor eodem cap. decimooctauo quæstione decimatertia, in fi. Suarez eodem capit. duodecimo, numero sexto, & eodem capite decimonono, numero nono. Ludouicus Lopez prima pars. instructorij conscientiæ, capit. 50. columna tertia, versic. etiam secundum.*

7 Quare dum dubia est hæc æqualitas, quia dubitatur an materia subrogata sit minor, dūmodo non certum sit esse minorem, est locus huic commutationi. Quia quando res est ita dubia, parua potest esse inæqualitas, etsi fortè in re contingat esse aliquam: & illa censetur ęqualis moralis. Quia in moralibus quod ita parū distat, vt dubiū sit an distet, parum & pro nihilo reputatur. Et ob hæc dubia concedunt potissime priuilegia commutādi censendumq; est voluisse delegantē concedere aliquam benignitatem. Atq; ita docēt *Azor eodem cap. decimo octauo, quæstion.6. Suarez eodem c. duodecimo, num. sexto, & eodem c.19. numer. nono.* Et satis significant *Syluester, Gregorius Lopez, relati, num.4. Sayro in claui regia, libro sexto cap. duodecimo, num. decimo nono,* dum dicunt satis esse hanc æqualitatē arbitrio prudentis, cessante dolo, & lata culpa. Quare (vt optimè docet *Suarez eodem cap. decimo nono, num. nono.*) est necesse vt commutatio fiat sub ratione æqualis, aut probabilis, aut saltem dubij.

8 Ex dictis deducitur primo, peccare mortaliter cōmutantes vota absque debita æqualitatis inuestigatione. Quia deficiunt in re graui, & sunt causa cultus diuini minuendi, & malè commutant.

9 Quid autem faciendum sit, quando reperiuntur commutatio facta in euidēter minus, aut dispēsatio sine sufficienti causa dicemus c. sequenti. à num.7. vsq; ad 19.

10 Secundo deducitur consilium esse, qn̄ mera commutatio fit, commutare in aliquid melius, quantumcunque parum melius sit. Quia sic commutās procedet tutius: & quia cum attingere æqualitatē sit difficillimum, inclinandum est in melius, vt Dei negotium fideliter agatur. Et ita docent *Caietanus in summa verbo Votum c. vltimo, versic. Rationabilis autem. Pedraza in summa, in primo præcepto §.8. Suarez eodem lib.6.c.19. num.4.*

11 Ad argumenta contraria numero secundo relata respondetur. Ad primum dic, quando constat rem esse paulo minorem, non censeri moralem æqualitatem petitam ad commutationis iustitiam. Ad secundum dic multum operari priuilegium. Tum quia non posse in euidēter æquale commutari votum propria authoritate, probauimus capit. præcedenti numero quarto. Tum etiam quia omnes fatentur id fieri non posse, quando non est euidens æqualitas; at priuilegia cōcedunt commutationem, quādo æqualitas est dubia: nec æqualitas mathematica petitur. Vt diximus num.6. & 7. Ad vltimum constat ex dictis numero 4. in secunda ratione.

SVMMARIVM.

An commutatio exigat causam? Refertur duplex sententia, numero 12. & 13.
Exigit causam, quoties indiget authoritate prælati. num.14.
Quid quando fit in euidenter melius? num.15.
Quid quando est probabile materiam esse digniorem promissa, aut id est dubium cum æqualitatis certitudine? n.16.
Quid quando commutatio est in rem æqualem? num.17.
Quid quando in minorem, aut de cuius æqualitate dubitatur? numero 18.
Quid quādo potestate delegata per religionis priuilegia, Bullam, aut iubilæi, aut per alia fit commutatio? num.19.
An exigatur causa obstans? Refertur quædam sententia, n.20.
Explicatur sententia Authoris? nu.21.
An sufficiat causa modica? nu.22.
Qualis sit illa? nu.23.
Quid quando commutatio fit in minus? nu.24.
An sit lethale in paulo minus, aut sine causa commutare, siue authoritate prælati, siue propria fiat, & quid si in rē æqualem? Remissiuè, nu.25.

12 QVæstio posterior. An commutatio exigat causam, & qualem? Quidam cēsent commutationem factam per prælatum etiā in melius, indigere causa. Du-

cuntur

cuntur ex *cap.1. de voto*, vbi prelato votum peregrinationis commutaturo, sic dicitur: *Consideret diligentius qualitatem personæ, & an peregrinatio, an recompensatio melior fuerit & Deo magis accepta.* Et ita tradit *Innocentius ibi numero vnico, ad medium.* Et pro hac parte citantur ab *Angelo verbo votum 4. numero 10. idem Innocentius rubrica de obseruatione ieiun. numero 2. & Archidiaconus ca. presbyter dist. 82. numero 3.* sed tantum vterque ibi dicit ieiunia promissa posse redimi authoritate superioris, si vtilitas subsit: & ideo neuter declarat an id opus sit, quando commutatio fit in melius: & an tunc sufficiat excessus illius operis subrogati pro commutationis vtilitate.

13 Alij petunt causam, quando commutatio fit in minus: & ideo sentire videntur secus esse, quando fit in euidenter equale. Et ratio potest esse, quod nulla prælati authoritate egeat facta in euidenter æquale. Ita *Lud. Lopez 1. par. instructorij conscientiæ, c.49. ad finem. Manuel in bulla cruciata, §.9. numero 107. & addit. ad eundem §. numero 105. & tomo 2. summæ cap. 100. nu.4. conclusione 4. documento 2.* Et idem tenentur dicere omnes Doctores relati cap. præcedenti numero 2. & 3. asserentes cõmutationem in euidenter æquale posse propria vouentis authoritate fieri. Et in proprijs terminis docet *Angelus relatus num. præcedenti.*

14 Sit tamen conclusio. Quotiescunque commutatio indiget authoritate prælati Ecclesiastici, vt legitime fiat indiget quoq; causa. Ratio est aperta. Quia cũ non fiat potestate dominatiua, cuius vsus est liber sed potestate spirituali à Deo tradita prælatis, tanquã suis œconomis, cuius vicẽ generalibus vsus illius nõ potest esse ad libitum, sed rationi consentaneus esse debet. Ergo exigit causam. Præterea quia prælatus in ea cõmutatione interpretatur consensum Dei. At vbi nulla est ratio, sed libera sua voluntas, non est legitima diuinæ voluntatis interpretatio absq; causa. Hoc etiam amplius probabunt rationes afferẽdæ numero decimo septimo. Idq; satis probant verba textus cap. primo, de voto numero duodecimo, & id clare supponit *D.Thom.2.2. quæstion. 88 articul. 12. in corpore.* Et tenent *Gl. eo. c.1. verbo causam. Abulensis cap. 30. Num. quæst. 103. in fine & 104. in initio, & 105. in initio, & in fine.* Et vniuersi Doctores referendi in corollarijs quæ hinc inferam.

15 Hinc deducitur primo, nullã exigi causam ad commutationem in euidenter melius. Ducor primo, quia huiusmodi commutatio non indiget potestate aliqua spirituali, sed propria vouentis authoritate fieri potest. Vt probaui cap. præcedenti num.4. Secundo, quia cum ex ea commutatione magis augeatur cultus diuinus, is solus excessus est legitima causa. Quippe œconomus prudenter, & fideliter rem domini ageret, si debita domini commutaret in res euidenter illi gratiores, absq; alia causa. Id enim est potestate vti iuxta apertã domini voluntatem. Tertio, quia *cap. ex multa, de voto*, permittitur cõmutatio, si vtilitas, aut necessitas id suadeat. At vtilitas est commutatione facta in melius. Tandem quia *cap. quod super de voto*, commutatur votum peregrinationis Hierosolymitanæ feminarũ, ea sola causa, quod subsidium pecuniarium plus prosit, quam earum præsentia. Quare textus *c.1. de voto*, exigens causam, intelligitur dum commutatio non fit in rem euidenter meliorem. Atque ita hoc sustinent *Abbas eo cap. 1. num. 3. & 5. & cap. Magnæ numero 16. de voto. D. Bonau. 4. distin. 38. artic. 2. quæst. 2. & ibi Ricardus artic. 8. quæst. 1. Rosella verbo Votum 5. numero 6. & verbo Papa, numero 1. Angelus verbo Votum numero 10. Syluest. verbo Votum 4. in fi. Caietanus 2.2.q. 88. artic. 12. colum. 2. versic. in commutatione autem votorum. Sotus lib. 7. de iustitia quæst. 4. art. 3. col. 8. versic. ex istis consequitur. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 40. dub. 11. num. 96. Viualdus cã. del abro sacramentorum 3 par. c. 14. numero 14. Sayro claui regia lib. 6. cap. 12. num. 25. Azor tomo 1. institutionum moralium lib. 11. c. 18. q. 3. Beia in suis responsis 1. par. casu 49. versic. tum quia dispensatio. Et 2. part. casu 9. in ordine, qui est primus ex propositis in congregatione habita feri 13. die 29. Martij habetur fol. 81. in notab. 3. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 18. nu. 9.*

16 Secundo deducitur, nullam quoque desiderari causam, quãdo prælatus commutat votum in rem certo æqualem, iudicans probabiliter esse meliorem, aut dubitans an melior sit. Tum quia c. præcedenti num. 7. probauimus huiusmodi cõmutationem posse propria vouentis authoritate fieri. Tũ etiam quia fideliter tractat negotium domini, qui nulla alia causa ductus, cõmutat in rem æqualem, & sic certus de nulla iactura, & dubius de lucro. Et ita tradit *Suarez eodem capite 18. numero 10.*

17 Tertio deducitur, quando commutatio est in rem æqualem, esse opus aliqua causa, vltra prælati authoritatem. Probatur, quia hęc cõmutatio indiget authoritate ecclesiastica, vt probaui cap. præcedenti nu.4. Et ita militant rationes traditæ numero 14. Secũdo, quia imprudenter œconomus debitum domino commutaret in rem æqualem, nulla vtilitate suadente: qualis nõ est, vbi nulla commutandi causa iusta subest. Et confirmatur, quia eo ipso quod materia per commutationem subrogata non est melior, est magis consentaneum fidelitati Deo debitæ, soluere materiã promissam. Ergo vt non fiat hoc, quod est per se debitum, exigitur aliqua causa. Rursus quia huiusmodi commutatio habet non nihil dispensationis admixtum, dispensatur enim in rigore fidelitatis, soluendo in diuersa specie: & subinde aliqua causa opus est. Atque ita docet *Abbas c.1. numero 3. & 5. de voto Rosella verbo Votum 5. numero 6. & verbo Papa numero primo, Syluest. verbo Votum 4 in fin. Armilla verbo Votum num. 14. Caietanus relatus num. 15. & in sum. ma verbo Votum c. vltimo, versic. Ratio nis autem causa. Conar. de pactis 1. par. §. 3. num 4. versic. Est enim prælati Sayro in claui regia, libro 6. c. 12. numero 9. & 25. Beia vtroque loco. Leonardus, Azor, vbi eos retuli num. 15. Graff. 1. par. decisionum libro 2. cap. 30. num. 6. & 7. Angles Floribus 2. par. quæst. vnica de voto, art. 8. difficultate 6. in 4. propositione. Viualdus cã. de labro sacramentorum 3. par. c. 14. num. 15. & 22. Suarez eodem lib. 6. cap. 19. nu. 5. & nu. 14. in fi.*

18 Vltimo deducitur, à fortiori id esse verum, quando commutatio fit in minus, aut in rẽ, de cuius æqualitate dubitatur. Quod in vtroque casu certissimũ fit, opus esse authoritate prælati, vt probaui capit. precedẽti, numero 21. Item quia in priori casu miscetur dispensatio. Et ita à fortiori tenent omnes citati numero præcedẽti. Et in proprijs terminis docent *Suarez eod. lib. sexto, capite 18. numero decimo. Manuel secundo tomo summæ capite 100. numero quarto, conclusione quarta, documento secundo.*

19 In prędictis autem casibus, in quibus exigi causam vt prelato vota cõmutent diximus: à fortiori ex requiretur in commutantibus vota per potestatem delegatam, quando simpliciter delegatur hęc potestas in gratiam delegati, vt fit per religionũ priuilegia, vel quando delegatur simpliciter hęc potestas in fauorẽ priuatę personę. Quia si habens potestatem ordinariam nequit absque causa commutare: multo minus id poterit habens potestatem ob eo delegatam. Et ita docet *Suarez eodem libro sexto, cap. 19. numero decimo.* Addita est autem prędicta limitatio quia quando potestas nõ delegatur simpliciter, sed cũ aliquo onere ob bonũ commune, vt fit per Bullam, vel iubilęum, nulla alia est opus causa, quam conferre eleemosynam in belli subsidium prescriptam in Bulla, & exequi opera in Iubilæo prescripta. Quia ob eam causam Põtifex eam facultatem concedit. Et ita docent *Suarez ibidem, & Manuel in additionib. ad Bullam Cruciatam §. 9. numero 107. in fine.* Quare dum ipsemet *Suarez eodem cap. 19. numero 7. in initio*

initio ait ad commutationem per Bullam, vel Iubilæũ, exigi causam, intelligendus est de prędicta, non autem de alia speciali.

20 Sed maior difficultas est, qualis causa exigatur ad cõmutanda vota in rẽ æqualem. Quidã petunt causam obstantem executioni voti, sicut eam ad voti dispẽsationem exigi diximus c. 45. nu. 15. & 16. Huius sententiæ clare videntur *Abbas c. 1. num. 3. & 5. de voto. Rosella verbo Votum 5. nu. 6. Syluester verbo Votum 4. in fi. Angelus verbo Votũ 4. n. 10.* vbi dicẽtes exigi causam ad commutandum in bonum æquale, exemplum afferunt, vt si vouẽs peregrinari sit ad id debilis. Quæ causa est manifestè obstans. Et clarius *idem Syluester verbo Votum 4. q. 6. ad fin. Abulensis c. 30. Num. q. 105. in initio, & in fi.* vbi causas commutandi dicunt esse impossibilitatem cõmutãdi voti, aut incommoditatem, quæ est impossibilitas iuridica. Quas constat esse causas obstantes. *Et Quandus 4. d. 38. disp. vnica propositione 26. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 11. c. 18. q. 3. Sayro in claui reg. lib. 6. cap. 12. n. 26. Et Vualdus releëtus num. 17* vbi postquam dixere ad hanc commutationem exigi causam: quærunt quę sint iustę illius causæ, & numerant omnes ad dispensationem petitas: quæ sunt causæ obstantes exequendo voto. Idem videtur à contrario sensu sentire *Sotus lib. 7. de iustitia q. 4. art. 3. colum. 8. versic. ex istis consequitur*, vbi ait ad commutationem in melius factam nõ opus esse causa obstanti.

21 Sed dicendum est non exigi causam obstantem executioni voti ad id. Quia est longe diuersa ratio in mera cõmutatione, & dispensatione totali aut partiali habẽti commutationem admixtam. Quod per totalẽ dispensationem tollantur omnino vinculum voti, & materia promissa, & per partialem tollantur eadẽ partim: at in commutatione idem prorsus vinculum manet, & supra materiam æqualem subrogatam, in quo parũ, aut nil cultus diuinus læditur. Non ergo exigitur causa obstans. Et id constabit magis ex dicendis num. 23. Atque ita docent *Caietan. 2. 2. q. 88. artic. 12. colum. 2. versic. in cõmutatione autem votorũ: & in summa, verbo Votum c. vlt. versiculo, Rationabiles autem causa, & ibi Armilla numero 14 Nauar. lib. 3. consi. tit. de voto, in priori editione consilio 16. num 4. in posteriori, consilio 36. numero 4. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. in dubio quod mouet circa secundam conclusionem, in primo dicto, folio 1041. columna 1. Valentia 2. 2. disp. 9. quæst. 6. puncto 7 columna antepenult. versicu. ex commutatione autem. Corduba summa, q. 149. Henriquez lib. 7. de indulgentijs, cap. 30. numero 5. Petrus de Ledesma 2. tomo summa tractatu 10. cap. 8. in 4. par. vbi agit de causis dispensationis, versic. Hablando de la pura comutacion. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. dub. 11. n. 96. Antonius Gomez in Bulla Cruciata clausula 10. num. 105.* & idem constat ex sententia *Suarez, quem num. 23. referemus.*

22 Atque ad huiusmodi commutationem sufficit causa leuis, & parua. Quia parua est remissio per illam facta. Ita *Suarez tomo 2. de religione tract. de voto, lib. 6. cap. 18. num. 9. & 10. & c. 19. nu. 10. & n. 14. in fi.* Et constabit ex dicendis nu. seq.

23 Immo ea sola causa sufficit, vt vouens petat commutationam. Quia semper cũ illa petitione cõcurrit promptior vouentis voluntas ad materiã subrogatam: atque cedit in Christi honorem, & Ecclesiæ ad vtilitatem, si Dei benignitatem vouẽtes experiantur, prælato gratificante vice Dei illis, qui sua se sponte Deo obligarunt, acceptãdo eam commutationẽ, quo facilius in posterũ ad vota Deo dicanda inducantur. Atque ita docent *Caietan. vtroque loco, Armilla Corduba, Valentia, Leonardus, Antonius Gomez, Henriquez, Petrus de Ledesma relati numero 21. Suarez eodem lib. 6. cap. 19. num. 10* Quare optime ait *Caietanus*, tunc prælatum sine causa commutaturum, quãdo pro libito ante subditi petitionem, nec intuitu illius gratificationis cõmutat. Et ideo optime dicit *Suarez eodem ca. 20. nu. 7.* moraliter nunquam deesse causam.

24 Temperat autẽ hoc *Leonardus ibidem*, vt habeat verum, quando commutatio est in rem euidenter æqualem. Nam si dubitatur ęqualitas, ait satis esse notabilem molestiam in voto implendo, vel magnã fragilitatem eum violandi periculo, aut repugnantiam parentis, aut viri, vel quid simile arbitrio prudentis. Et quamuis non exprimat has causas tunc exigi, sed tantũ dicat eas sufficere; at vere videtur sentire eas exigi. At existimo eãdem causam sufficere in cõmutatione quæ fit in materiã, de cuius æqualitate dubitatur, & sic censetur moraliter æqualis. Quia Doctores numero præcedenti relati loquuntur de commutatione mera concessa pręlatis, & alijs, quibus ipsi delegant: & ratio eorum in illa militat. At huiusmodi est hæc commutatio. Vt probaui numero 6. & 7. Item quia aliàs frustranda esset ea doctrina, cum sit moraliter impossibile hanc æqualitatem nosse euidenter. Vt diximus capitulo præced. numero 19.

25 Vtrum vero sit culpa lethalis, si propria, aut prælati authoritate, commutetur votum in paulo minorem materiam, vel in aliam ęqualem, aut dubiam, aut sit æqualis: & etiam quando nulla iusta commutãdi causa adest: dicemus capite sequenti, numero 15. & 16.

CAPVT LI.

Quando commutatio, defectu consensus consurgenti ex fictione, dolo, aut metu, corruat. Et quando ratione defectus æqualitatis materiæ, aut causæ est iniusta, an sit in totum irrita. Et quid de dispensatione carenti causa omnino iusta.

SVMMARIVM.

Quando commutatio corruat ratione ficti consensus, aut dolo, aut metu extorti? Remissiuè, num. 1.

Quid de commutatione sine authoritate prælati facta, siue propria, in rem æqualem aut minorem, absque legitima tamen causa, an in totum corruat, ita vt non satisfiat supplendo partem? Refertur duplex sententia? à numero 2. vsque ad 6.

Explicatur sententia Authoris circa commutationem à prælato factam in rem æqualem, sed absque legitima causa, numero 7.

Et circa commutationem in minus factam eadem authoritate, num. 8.

Et quando vtrumque fit authoritate delegati, num. 9.

An defectum illum materiæ æqualis possit supplere quicumque? num. 10.

Et quando fit propria authoritate, aut cuiuscunque non habentis potestatem commutandi, & fit in bonum æquale, aut in minus, num. 11.

Quis, & qualiter possit tunc supplere defectum? num. 12.

An violans votum ante suppletum materiæ defectum, peccet, num. 13.

Qualiter peccet superior commutans in bonum æquale, aut minus, absque legitima causa? Refertur quædam sententia, numero 14. & ibi de commutante priuata authoritate in bonum æquale, aut minus.

Explicatur sententia Authoris, etiam de commutante propria authoritate? nu. 15. & 16.

An quando commutatio reperitur facta in minus à confessore, vel ab alio, præsumenda sit legitima, & admixta dispensationi? num. 17.

Quando facta est sic propria authoritate, aut præsumitur illegitima quod medium adhibendum? nu. 18.

Quando dispensatio est facta absque causa omnino iusta, an

partim

partim valeat, & satis sit partialem commutationem supplere? numero 19.

Soluuntur argumenta, num. 20.

1 DVo petuntur. Prius est de commutatione, in qua defuit legitimus consensus, eo quod fuerit fictus, aut metu extortus, aut dolo, tacendo veritatem, aut suggerendo falsitatem. Et de hoc satis egimus toto, capitulo 47. Posterius est, quando fuit defectus in causa, aut æqualitate materiæ subrogatæ ad legitimam commutationem petitis. Et de hoc est præsens quæstio, an ratione horum defectum sit prorsus irrita commutatio, ita vt non sufficiat aliud supplere.

2 In hac quæstione quidã videntur affirmare, indistinctè commutationẽ esse irritam, quãdo fit in minus bonum. Hi sunt *Innoc. cap. 1. numero 2. mico ad medium de voto*, vbi ait commutationem hanc non valere Et *Nauarr. lib. 3. consil. titul. de voto, in priori editione, consilio 5. numero 1. in posteriori consil. 19 numero 1. & Azor to. 1. institutionum moralium, lib. 11. cap. 18. quæst. 12.* vbi asserunt tunc manere prioris voti vinculũ. Et reddit rationem *Nauar.* quia illa cõmutatio tanquam irrita nõ obstat. Nec enim præstat impedimentũ quod de iure non sortitur effectum, *regula Nõ præstat, de regulis iuris, in 6. Et Palacios 4. d. 38. disputat. 3. columna 28. paulo ante versiculum, memineris porro, folio 786. & Ludouicus Lopez 1. part. instructorij conscientiæ, c. 50. colum. 3. versic. Etiam secundũ* vbi dicunt huiusmodi commutationẽ esse inualidam. Et *Aicozer summa c. 16. vbi de cõmutatione votorum conclusione 2. folio 57. pagina 1.* vbi ait valorem commutationis exigere fieri in rem æqualem.

3 Alij non ita vniuersaliter loquuntur, sed distinguunt inter commutationem factam authoritate prælati, & propria. Et ita primò dicunt commutationem factam authoritate prælati in bonum æquale, sed manifestè absque iusta causa valere. Quia adfuit potestas in superiori, voluitque commutare, & in solo modo deliquit. Ita docet *Suarez, tomo 2. de religione, tractatu de voto lib 6. c. 20. num. 7.*

4 Secundo dicunt, commutationem factam in minus bonum absque legitima causa, iam ad commutandum, quam ad illam materiam minuendam, factam à prælato, esse prorsus nullam, nec extingui votum solutione materiæ subrogatæ: secus autem quando interuenit causa sufficiens ad commutationem, etsi non ad diminutionem: tunc enim valere commutationem quoad partialem illam voti solutionem dicunt, manenti sola obligatione supplendi id quod ad æqualitatem faciendam defuit. Rationem prioris partis reddunt, quia totus actus fuit vltra prælati potestatem, cum ad neutrũ adfuerit legitima causa, & ita totus corruit. Posterioris autem, quia ea partialis commutatio correspondens æqualitati materię promissæ quoad partem illius, habet omnia requisita, cum quoad illam partem seruetur æqualitas, & adsit iusta commutandi causa. Ita docet *idem Suarez eodem cap. 20. num. 7. & cap. 17. nu. 5.*

5 Tertiò dicunt, commutationem factam in rem æqualem, aut minorem, propria authoritate, aut alterius carentis potestate commutandi, esse omnino irritam, & nullatenus voti obligationem extinguere, & ideo licet vouens impleuerit materiam illam subrogatam teneri prorsus ad prius votum. Ita docet *Suarez eo. capitulo 20. numero sexto, & capitulo 19 numero 14.* Atque in priori loco id probat. Quod ea commutatio facta fuerit absque potestate, & consensu creditoris. nec enim potuit vouens illud commutare in rem æqualem, aut minorem: nec Deus qui promissionis creditor est, ei commutationi consensit. Ergo materia illa subrogata, non fuit ex vinculo prioris voti soluta; ac proinde nec tanquam debita, vtpote quæ nulla alia ratione erat debita, & sic nullatenus commutationi deseruiet. Secundo, potest idem probari, quia ipsemet vouens nõ habet vices Dei, aut eius potestatẽ ad commutandum proprium votum, sed tantum potest commutare in euidenter melius, eo quod Deus acceptet eã solutionem tanquam maiorem debita. Ergo cum talis non est solutio; sed æqualis, aut minor, deficit omnino potestas, & acceptatio Dei, & sic omnino corruet. Et confirmatur, quia si quis absque domini licentia venderet rem eius æquali pretio, quod valebat, nil agit, etsi dominus auctiori dato vellet. Ergo similiter commutans votum in rem æqualem nil agit, etsi Deus acceptaret, si fieret in meliorem. Vltimo, quia si votum est rei indiuiduæ, vt peregrinationis, assumendi ordinis sacri, non potest dici partem eius manere commutatam, cum neutra parte separari valeat: si autem est rei diuiduæ, vt aliquarum precum diuersæ rationis, vt recitandi calculos virgineos, & officium diuinum, non est potior ratio, cur potius valeat in vna parte, quam in alia, & ita in neutra valebit: cũ materia subrogata non æquiualeat vtrique.

6 Tandem *idem Suarez eodem capite vigesimo, numero sexto*, refert aliquos dicentes tacito nomine eorum sufficere petere ab habente commutandi potestatẽ, vt approbet commutationem illam, & quasi denuo eam faciat, probando priorem solutionem. Sed hoc ait videri sibi difficile. Quia cõmutatio debet esse proportionata voto: & ideo sicut votum illud obligat ad nouum opus, ita debet cõmutari in noua opera futura. At fatetur illa opera facta pro illa commutatione irrita, conferre multum ad complendam dispensandi in eo voto legitimam causam.

7 Prima tamen conclusio sit. Quando commutatio voti fit authoritate prælati in rem æqualem, & sola commutandi causa deficit, valet vtique commutatio. Et in hac consentit *Suarez vt eum numero tertio, retuli*, & ibi tradita est ratio. Nec credo aliquid supplendum, cum substãtiæ commutationis nil defuerit, sed soli rationabili potestatis vsui, idque in re leuissima, cum leuissimam causam petat commutatio. Vt diximus c. præcedenti nu. 22.

8 Secunda conclusio. Quando commutatio fit in minus authoritate prælati, etiam si nulla ad commutandum causa subsit, nedum ad minuendum, valet vtique commutatio, cum sola obligatione supplendi id quod defuit ad æqualitatẽ materię subrogatę cum promissa. Hęc est contra *Suarez* qui (vt eum retuli numero quarto) tantum hoc admittit, quando fuit causa iusta commutandi, etsi talis non fuerit minuendi. Sed probatur. Quia minus agitur cum Deo, quam cum hominibus *l. Celsus ff. de receptis arbitris.* Qua ratione dixit *Glossa libro secundo, verbo nõ obligatur, ff. de pollicit.* posse patrem irritare vota realia filij familias puberis, cum nequeat obligationẽ cum homine contractam cessare. At inter homines commutatio iniuste defectu ęqualitatis inter res permutatas, nõ est omnino irrita, sed valet quidem cum obligatione supplendi excessus. Quod constat ex *libro secundo, C. de rescindend. venditio.* vbi quãdo venditio fuit vltra dimidium iusti pretij, datur electio venditori conuento per emptorem receptum, vt restituat excessum pretij, aut reddat rem illi, vbi supponitur valere venditionem, cum hac tamen venditoris electione: si enim nõ valeret, vt contingit quãdo dolus dat causam cõtractui, posset emptor nolle stare illa. Quæ lex procedit etiam in commutationibus. Vt tradunt *Pinellus ea. l. in parte prima, capite tertio, numero decimoseptimo, Antonius Gomez secundo tomo variarum capite secundo, numero 22. Molina tomo secundo, de iustitia, disputatione 349. columna octaua, versicul. praedicta locum habẽt.* Et est hodie decisum *in regia l. prima, tit. 11. libro quinto, recopilat.* Ergo à fortiori idem est dicẽdum in cõmutatione voti, quę est contractus initus à vouente cum pręlato nomine Dei. Secundo probatur ex *l. diligẽter, 5. ff. mãdati,*

vbi

vbi postquam dicitur fines mandati diligenter seruandos esse vt actus virtute illius à recipiente mandatũ gestus valeat: adiuogitur valere venditionem virtute eius factam, quãdo excessus mandati fuit in solo modo, eo quod minori vendiderit pretio, quam iussus fuit, ibi: *Si mandauero tibi vt fundum meum centum venderes, tuque eum nonaginta vẽdideris, & petam fundum, non stabit mihi exceptio, nisi & reliquum mihi quod deest mandato meo prastes. & indemnem me per omnia serues.* Ecce quã clare textus dicat superesse solũ ius dño, vt sibi reddatur res, aut suppleatur pretium, ad alterius electionẽ. Ergo etsi prælatus commissiooem Dei habeat ad commutandũ bonũ in rem æqualẽ, & ille excedat fines mandan, cõmutando in minus, solũ Deo superest ius ex priori voto, vt illud impleatur, aut suppleatur quod ad æqualitatem deficit, prout vouens elegerit; & sic nõ erit cõmutatio irrita. Tandem si esset iusta commutãdi causa fatetur *Suarez* puram commutationem factã in minus, valere partialiter cũ sola supplendi ad æqualitatẽ obligatione. Ergo idẽ dicẽdum est, etsi causa deficiat. Quia defectus causæ (vt ex *ipsomet Suarez* retuli nu. præced.) non pertinet ad vitandum commutationis valorẽ, sed ad potestatis abusum. Et confirmatur quia idem est ius de toto quoad totum, & de parte quoad partem, *l. Qua de to. ff. de rei vendic.* Ergo si valet commutatio quoad totum quando seruatur æqualitas, etsi desit iusta commutandi causa: valebit etiam quoad partem, in qua est ęqualitas cum materia, etsi adsit defectus causæ.

9 Tertia conclusio. Idem prorsus dicendum est, quod diximus duplici cõclusione pręcedẽti, de pręlato commutante, quando non ipse pręlatus sed eius delegatus commutat. Quia eædem prorsus militãt rationes, sicut enim hic non habet ptãtem à pręlato delegante, nisi ad commutandũ in bonũ æquale, & ex iusta causa, ita ipse pręlatos accepit ordinariã cõmutandi ptãtem à Deo.

10 Quod si petas, an opus sit adire prælatum vt eum defectum suppleat. Dico id non esse necessariũ, sed poterit quilibet supplere absque nouo pręlati cõsensu. Quia iam pręlatus quaotum se est consensit commutationi. Atque ita fatetur *Suarez eodem lib. 6. c. 20. n. 7.* quando cõmutatio fuit in minus cum causa ad cõmutandum; quia quãdo deest causa, negat ipse posse suppleri. At tenendo nobiscum posse suppleri, dicendũ est idẽ. Quod eædem prorsus militet ratio. Hoc aute supplementum non est necessario faciendum vsque ad euidentem, & mathematicam æqualitatem, sed vsque ad eã ad quam prælatus tenebatur, quæ est moralis, vt explicuimus c. præced. num. 6. & 7 Quia solum est ad supplendum id in quo defecit prælatus & tota cõmutatio censetur ab eo facta. Quare sicut ab eo facta in rẽ moraliter æqualem esset valida iuxta dicta n. 7. etsi causa deficeret, erit quoque valida, suppleta ea æqoalitate per aliũ, quicunque ille sit, etiam si sit ipse vouens.

11 Vltima conclusio. Quamuis cõmutatio voti sit facta propria authoritate, aut alterius carentis iurisdõne, in bonum æquale, aut in minus, nõ est omnino irrita, sed tenetur voueus vel prius votum implere, vel supplere, quod commutationi defuit, vt esset in bonũ euidenter melius. Ducor, quia si rẽ venditioni qoinquaginta aureis expositam à domino in platea, quispiã furaretur, aut dolose daret dño quadraginta existimãti esse quinquaginta, satisfacere suæ conscientiæ in priori casu restituẽdo domino quinquaginta in posteriori supplendo decem, quæ deerãt. Et in priori casu nulla fuit commissio ad vẽdendum: dominus .n. non vendidit, sed furto res ablata est. In posteriori autem defuit volũtas vendendi eo pretio, & ratio vtriusq; est, quia in vtroq; casu defuit voluntas domini quoad solũ modum, cum adfuerit expressus cõsensus quoad vẽditionis substantiã. Quod idem cõtingit in nostro casu. Nã Deus re vera paratus est ad acceptãdam voti commutationẽ factam à quacunque: & quãdo fit propria authoritate in rem æqualem, aut minorem, est inuitus quoad solum modum, & partialem solutionem. Ergo vere satisfit Deo supplẽdo quod deerat. Quippe alias rigorosior exactor esset Deus, quam homines. Contra id quod diximus num. octauo. Et confirmatur, quia similiter quando prælatus commutat in minus, excedit suæ potestatis limites, & tamen quia quoad solum modũ excedit, valet supplendo quod deerat. Vt probauimus numero 8. Tandem quia opus id minus in commutationẽ susceptum non præstat gratiose ille commutans, sed in voti commutatiouẽ, ac proinde intendens se voto ad id obligare loco prioris. Ergo admittendũ est tanquam partialis solutio voti.

12 Quare sufficiet tũc ꝓpria authoritate supplere quod ad euidẽter melius deficiebat: aut vt gaudens commutandi potestate cõmutet partem voti, quæ supererat vltra illã quæ correspondebat meliori euidenter materiæ subrogatæ in qua parte prior commutatio valuit. Sicut idem cõtingit inter homines, quando in sola pretij, aut rei commutatæ æqualitate versatur iniustitia.

13 Ex his deducitur primò, non peccare contra votum commutatum in minus, qui id violat animo supplendi quod ad iustam commutationẽ deerat, secus si eo animo careat. Quia à commutationis tempore nõ tenetur præcise ad votum, sed ad illud, aut ad supplendũ quod deerat. Ergo satisfacit animum supplendi haos. Sicut rem venditioni expositam certo pretio furans, nõ peccaret postea vtens re illa cum proposito reddẽdi statim iusti pretij domino perseuerauti in eadem vendendi eo pretio voluntate.

14 Secũdò deducitur, qualiter peccet cõmutans votum absque legitima causa, aut in minus, aut in rẽ ęqualem. *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. cap. 19. num. 14.* ait prælatum commutãtem votum in rẽ ęqualem absque iusta causa, peccare grauiter. Idq; probat, quod excedat in sua potestate, & faciat actũ de se nullum, atque ea remissio satisfaciẽdi Deo in eadẽ materia promissa sit inualida, & ideo sit abusus potestatis in re graoi, nec reddat subditum in conscientia tutũ. Addit autem fere semper excusari prælatũ, eo quod parua causa satis sit. Et quãuis non explicet qualis culpa sit illa rationes quibus innititur, probãt esse mortalem. Atque *idem Suarez eodem numero* 14. ait commutantem propria authoritate votum in rem euidenter ęqualem, peccare mortaliter nisi ignorãtia excusetur adhęrẽdo opinioni dicenti id licere. Quia etsi appareat modicus defectus, cũ reddatur æqualẽ: at quia nil prorsus facit, cũ maneat tota voti obligatio, peccat mortaliter habẽs animum non implendi illud, quamuis animũ materiæ subrogatæ exequendæ habeat.

15 Verum existimo solam venialem culpã incurri à prælato cõmutanti votum in rem ęqualem absq; iusta causa. Quia commutatio illa valeat, (vt diximus nu. 8.) & abusus potestatis est in re leuissima, modicũque detrimẽtum ex ea cultui diuino infertur. Cum commutatio hæc leuissimam causam petat. Vt diximus c. pręcedenti nu. 22. Et ita videtur sentire *Suarez allegatus nu. praced.* quia in eodem met loco dicit prius subditum commutantem in rem æqualem peccare mortaliter, & statim subdit prælatum sic cõmutantem absq; iusta causa peccare grauiter, nec expressit id esse mortale.

16 Nec etiam subditus erit culpæ mortalis reus, sed solius venialis, si votum suum commutet in rem euidenter æqualem. Quia est infidelitas in re modica quæ deficit vt res illa sit melior. Sicut veniale est quid modicum materiæ promissæ omittere. Sicut etiã sola venialis culpa esset in fure qui rem venditioni expositam quinquaginta argentis furans, restitueret paulo minus iusto illo pretio, vt dimidio argenteo minus. Quia sicut furtum illius paruæ quantitatis minoris dimidio argenteo non esset mortalis rõne paruitatis materiæ, ita nec omissio restitutionis illius. Nec obstat ratio contraria allata num.

nu 14. Quia eam commutationem valere probauimus nu. 11. Et ita docet *Pet. de Ledesma 2. tomo summa tract. 10. c. 8. in fi. 3. partis*, vbi agit de cōmutatione votorum post tertium dictum, vers. *Pero la tal comutacion.*

17 Quod si petas, an præsumēda sit dispēsatio admixta commutationi, qn̄ consulius vir doctus, aut confessarius, reperit commutationem factam sistendo intra illius limites esse illegitimā eo quod manifeste sit in rem minorem. Sic distinguendum existimo. si commutans fuit vir doctus potest iure optimo præsumi commutatio rite facta, adiunctamq; esse dispensationē, ac illum habuisse eam dispensandi partim ptātem. Quia nō præsumitur virum doctum ignorare rem tā clarā, nec voluisse male consulere. Si autem non constet de ea scientia, vt cōiter contingit, & expressit se commutare virtute Bullæ, aut Iubilæi, præsumenda est illegitima cōmutatio. Quod hęc nil circa votorum dispensationem, sed meram illorū commutationem indulgeant. Si non expressit cuius virtute cōmutarit, nec causam interrogauit, præsumitur & illegitima. Quia si dispensaturus esset causam vtiq; examinaret ad eius valorem requisitā. Si aūt causā examinauit, & erat ex religiosis fruentib. priuilegijs Medicamentum, qui possunt cōmutare, & dispensare est præsumēda dispensatio ad mixta illi commutationi. Atq; ea similiter est pręsumenda, qn̄ ille erat sęcularis, & sic carēs potestate dispēsandi, at dixit consulendum à se pręlatum, aut ita distulit respōsum, vt eo medio tempore posset illum consulere, atq; causam examinauit, vel illius erat conscius: his autem deficiētibus non præsumeretur. Tādem si omnibus hinc indepensatis, res manet in æquilibrio, & ęquè dubia, est possessio pro priori voto: cum de mala cōmutatione illud solutura constet, sistendo intra limites commutationis.

18 Quare quādo iuxta prędicta reperitur commutatio illa facta illegitime, rōne eius inæqualitatis, nec pręsumitur admixta dispensatio, nō est obligandus absolutè ad prius votū ille cui sic commutatum est, sed supplendum est quod defuit modo quem nu. 10. explicuimus, nisi malit ille prius votum implere. Quod si votū illud fuerit diuisibile, poterit si supplementum nolit, implere solam illam partem quæ excedit materiā subrogatam. Quia perinde est ac supplere quod deerat.

19 Tandem quādo dispensatio cum aliquali causa sufficienti ad dispensandum, nō absolute sed commutatione admixta, est facta, & constat de insufficiētia causæ, non est iudicanda irrita sed valebit tanquā partialis dispensatio, & ideo satis erit supplere iniungendo aliquā partialē commutationē, maiorem, vel minorem attētis maiori, vel minori causæ merito ac voti dignitate. Sicut si œconomus iussus à domino remittere totū debitum, existēti tali paupertate in creditore, & solam illius partem, qn̄ minor paupertas esset, remitteret totum in hac minori paupertate, valeret vtiq; remissio partialis, & satisfieret domino soluendo aliā partem, quę remitti nequijt. Quia ad partialem illā dispēsationem nil defuit, sicut nec ad partialem illam remissionem. Et sic docet *Suarez tomo 2. de religione, tract. de voto, l. 6. c. 17. n. 20.*

20 Ad argumēta cōtraria respōdetur. Ad id quod propositum est nu. 4. constat ex dictis n. 8. non .n. excedentur oīno limites ptātis, sed quoad partē, & ita supplēdo illā satisfit Ad primū ex propositis n. 5. constat ex dictis n. 11. vbi probauimus illam materiam subrogatam non gratiose præstari & esse ptātem ad offerendam illā tanquam partialē solutionē, & ita à Deo acceptari. Ad secundū est eodē modo respondendū. Ad confirmat. dic tunc non cōstare de actuali voluntate domini vendendi rē illā, at si constaret, satis esse supplere pretiū. Vt nu. 11. explicuimus. At vlt. dic votum rei indiuiduę esse diuisibile quoad æstimationem materiæ in quā commutari debet, & ita satis esse supplere quod ad rectam ęstimationem deficit quod etiam in voto rei diuisibilis fieri potest: aut potest vouens facere qd diximus num. 18.

CAPVT LII.

Ad quæ vota commutanda extendatur ordinaria prælatorum potestas, & cum quibus subditis.

SVMMARIVM.

Gaudentes ordinaria commutandi potestate, possunt commutare omnia vota, in quibus possunt dispensare, num. 1.

An vota quinque Pontifici reseruata, possint ab eis commutari, nu. 2.

An hac valeant commutari in opere manifeste meliora, prater religionem? Refertur quędam sententia, nu. 3.

Explicatur sententia Authoris, nu. 4.

An possit vnum reseruatum in aliud reseruatum euidenter melius, prater religionem commutari, nu. 5.

An possint hac commutari in votum religionis, nu. 6.

An votum religionis strictioris possit commutari in perseuerantiam in laxiori? Remissiuè, nu. 7.

An vota facta in fauorem tertij, aut interna, possint commutari? Remissiuè, nu. 8.

An possint commutari potestate ordinaria, aut delegata per priuilegia religionis, Bullam, aut Iubilaeum, vota pęnalia quoad pœnam pecuniariam ex eorum violatione incursam: etiam concedente Pontifice facultatem commutandi eius voti, illoque remittenti partem pœnæ debita, & obliganti ad alteram partem soluendam? Refertur quadam sententia, nu. 9.

Explicatur sententia Authoris? & circa pecuniam debitam ex votis absolutis, nec solutam, nu. 10. 11. & 12.

An ex sola voti illius commutatione, aut dispensatione, censeatur pecunia illa iam debita commutari, aut in illa dispensari, nu. 13.

Quid si petatur commutatio, aut dispensatio illius voti, quoad omnia praterita, & futura tacendo commutationem Papa, num. 14.

Qualis subiectio ex parte eorum, quibus vota commutanda sunt, exigatur, tam in regularibus, quam in secularibus, vt pralati valeant eorum commutare vota, nu. 15.

An possint vota subditorum ipsis inuitis commutare? Remissiuè, numero 16.

1 DVplex est tractanda difficultas. Prior de votis subditorum, quæ potestate ordinaria prælatorū commutari valent. Posterior, de subiectione ad id petita. Circa priorem, constat eos posse omnia subditorum vota commutare, siue sęculariū siue regulariū, in quibus dispensare possunt. Id cōstat ex regula generali tradita cap. 19. nu. 28. vt facultas ordinaria dispensandi in votis extendatur quoque ad ea commutanda. Quę autem sint vota in quibus dispēsare valeant, explicuimus c. 40. 41. & 42.

2 Vota autem Pontifici reseruata quoad eorū dispensationem, quæ explicuimus eo. c. 40. à num. 6. sunt etiam reseruata quoad eorum cōmutationem. Quod vniuersi fatentur. Et cōstat ex vsu ecclesiæ, quia in priuilegijs ad solam commutationem cōcessis per Bullam, aut Iubilæum, aut alia religionis, solent hæc omnia, aut aliqua illorum excipi. Et quia in *extrauag. Et si Dominici, la 2. de pœnitent. & remiss.* vbi horum votorum reseruatio supponitur, est sermo de eorum cōmutatione. Et ratio est quia ob horum votorum grauitatem voluit Pōtifex ea in propria specie solui, nisi aliud ipse indulserit. Poterunt tamen prælati ea commutare, in omnibus illis casibus in quibus posse in ijs eos dispensare, diximus eo. cap. 40. à nu. 24. vsque in finem.

3 Controuertitur autem inter Doctores, an huiusmodi commutationis reseruatio amplectatur eam, quæ fit in opera manifeste meliora. Quidam amplecti negāt, dicuntque posse sic commutari. Quod cum commutatio hæc cedat in maiorem Dei cultum, nec aliquo iure humano nitatur, sed ipsa rei natura, non censetur à Pōtifi-

ee

ce impediri; id enim videtur cõtra bonos mores, vtpote qđ meliori bono obstat. Ita docent *Aragon 2.2.q.88. ar. 2. dub. 1. in corollario, quod infert ex tertio dicto. Sayro in claui reg. a. lib. 6. c. 12. num. 14. Valentia 2.2. disp. 6. q. 6. p. 7. col. 3. vers. Hac ip a ratione.*

4 Verũ existimo id fieri non posse. Quia iure optimo potuit Põtifex in his votis grauioribus hoc sibi iudiciũ reseruare, an expediat illa cõmutari; ac subinde ex quo sibi reseruauit, tollitur inferioribus qualiscumq; ea cõmutandi facultas. Nec hoc bonis moribus aduersatur, nõ enim simpliciter interdicitur maius bonũ, sed præscribitur modus illius eligẽdi loco materiæ Deo ꝓmissæ, nempe ex licentia Põtificia. Atque ita docent *Sotus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. col. 4. vers. At vero quãdo. Suarez to. 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 21. n. 17.* Atque indistincte hanc reseruationem docent *Tabiena verb. dispensatio q. 9. n. 21. Leonard. lib. 2. de iustit. c. 40. dub. 13. n. 104. in fine. Azor to. 1. instit. moral. lib. 11. c. 18. q. 4.*

5 Nec vnum reseruatum potest in aliud reseruatũ euidenter melius commutari, præter religionem. Vt votũ peregrinationis Compostellanæ nequit absque Põtificis licentia cõmutari in Romanam, aut Hierosolymitanam, aut in castitatem. Quia cum Pontifex hanc sibi commutãdi facultatem absolute reseruarit: præcluditur inferioribus aditus ad hęc etiam inter seipsa, cõmutanda. Et ita docet *Suarez eo c. 21. n. 17. & 18. in fine.*

6 In votum autẽ religionis possunt omnia illa cõmutari. Vt cõstat ex *c. Scriptura, de voto,* vbi dicitur sic: *Reus fracti voti non habetur, qui temporale obsequium in perpetuã noscitur religionis obseruantiam commutare.* Vbi caute dicitur, *In perpetuam religionis obseruantiam*; quia nõ est intelligendum de voto religionis quocũque, non. n. quodcũque dicitur perpetua religionis obseruãtia, sed loquitur textus de assumptione status religiosi per professionẽ. Quare hæc cõmutatio non fit ab homine sed iure ipso statuẽti omnia vota extingui professione religionis. Vt latius explicabimus lib. sequẽti, tractantes de professionis priuilegijs. Ex quo fit posse quidẽ suspendi vota peregrinationis reseruata per ingressum ad experientiã religionis capiẽdam, siue voto illius emisso, siue absque illo; at talia vota non extinguuntur per illã cõmutationem, aut votum. Quamobrẽ si tempore nouitiatus exeat ille, aut cum eo dispensetur in voto religionis, aut ab eo excusetur, tenebitur aliud votũ reseruatũ exequi. Quæ optime docet *Suarez eo c. 21. n. 18.*

7 An verò votum religionis strictioris possit commutari in votum perseuerantiæ in laxiori; diximus hoc libro 4. cap. 16.

8 Vtrum enã vota facta in fauorem tertij, possint absque illius consensu commutari; diximus cap. 41. à n. 6. vsque in finem. Et quid de votis internis; diximus cap. 20. nu. 40.

9 Restat dubium, an possint commutari potestate ordinaria, vel delegata per priuilegia religionis, bullæ, aut iubilæi, aut alia, vota pœnalia, quoad pœnã pecuniariã ex eorũ fractione incursam. quamuis concesserit Pontifex facultatem cõmutandi illius voti, & remiserit partem illius pœnæ pecuniariæ debitæ, obligãdo ad partẽ residuam soluendam. Vt si quis vouit se non lusurum, sub pęna erogandi decem aureos pauperibus, quoties luserit; & sæpe fregit, & ideo est multorum aureorũ debitor ex illa voti violatione. *Azor to. 1. institut. moral. li. 11. c. 18. q. 11. in fine,* ait posse votũ commutari, quod in futurũ refertur, in eoque dispensari per dicta priuilegia commutãdi, aut dispensandi; secus autem de ea pecuniæ parte, quam à Põtifice ille iussus est soluere. Quare in prioribus illis verbis videtur sentire nõ posse cõmutari pœnã pecuniariam ex illius voti fractione debitã. Atque hoc expresse tenent *Nau. lib. 3. conf. tit. de voto in priori editione, toto consil. 35. in posteriori, toto consil. 32. Graff 1. p. decis. lib. 2. c. 28. n. 5. Sayro in claui reg. a. lib. 6. c. 12. nu. 20. vers. Præter hæc, in fine.* Probatque *Nau.* quod hæc priuilegia solius voti cõmutationem indulgeant. At aliud est commutare votum. & commutare pęnam ex illius fractione debitam; & ideo potest vnũ absque alio auferri. Insuper quia hanc pœnam non produxit votum, sed eius violatio.

10 Sed dico primo, pœnam pecuniariam & quamcumque aliã debitam ex fractione voti pœnalis, & eleemosynã quoque debitam ex voto absoluto violato, posse remitti per potestatem ordinariã, aut delegatã dispensandi in votis, & cõmutari per potestatem ordinariã, aut delegatã commutandi vota, qualis conceditur per priuilegia religionis, bullam aut iubilæum. Exemplum prioris partis sit, vt si quis vouit se nõ lusurum, sub pœna dãdi pauperibus pro qualibet vice decem aureos, & debet centum aureos, eo quod decies fregerit ludẽdo. Exemplum posterioris, vt si quis vouit se daturũ quolibet mense decẽ aureos pauperibus, & omisit dare decẽ mensibus, & sic est debitor ex voto illo absoluto violato, centum aureorum. Dicimus ergo non tantũ posse commutatione, & dispensatione tolli vtrumque votũ quoad obligationem futurã, sed etiam quoad illã præteritam soluendæ illius pecuniæ obligationẽ. Quia tota illa obligatio soluendi pecunias illas in vtroque euentu, est ex voto, qđ ab initio obligauit ad illas, aut absolute, aut eueniente ea cõditione. Ergo potestas dispensandi in eo voto extẽdit se ad pecunias iam debitas, vel in posterum debendas; & similiter de potestate cõmutãdi. Et ita sustinui latius probãs lib. 8. de matrim. disp. 15. n. 14. & *Suarez* docet idem *to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 20. n. 19.*

11 Secundo dico, non obstare huic potestati, Põtificem vouenti illi commutasse partem pœnæ, iniungendo vt alterã partem solueret. Quia adhuc manet reliqua pęnæ pars ex solo voto debita; nec enim Põtifex nouum illius præceptum imposuit; & ita non soluens non erit reus præcepti Põtificij violati, sed solius voti, quo ad eã tenebatur, sed solum illã partem pœnæ non commutauit. Ergo per potestatẽ ordinariam, aut delegatam dispensandi in votis, aut illa commutandi, potest illa tolli dispensando, aut commutando. Et ita tenui eodẽ loco. Et docet *Suarez eodem c. 20. num. 20.* Immo cum solus Deus, cui votum factum est, sit creditor illius eleemosynæ, poterit ea commutari propria vouentis authoritate in rem euidenter Deo gratiorẽ. Iuxta ea, quæ diximus c. 41. nu. 8. vbi probauimus vota huiusmodi posse ita commutari.

12 Tertio dico, Pontifice cõcedente limitatam facultatẽ confessori, commutandi id votum, relicta illa obligatione soluendæ partis pecuniæ iã debitę, nequiret confessor ille eã cõmutare; non quidem eo quod illa pęna sit à Pontifice imposita, aut quia nõ debeatur ex voto; sed quia potestas fuit limitata. Et ita tenui eodem loco. Et docet *Suarez eod. c. 20. n. 18.*

13 Quarto dico, petita solum cõmutatione, aut dispensatione voti pęnalis, aut absoluti erogandę eleemosynę, non extẽdi cõmutationem, aut dispensationem, ad eleemosynam illã iam debitam, sed oportere ea petere quoque circa iã debitã. Quamuis enim in dispensatione, aut cõmutatione voti personalis, non requiratur explicare materiã omissam, & similiter in voto reali, vt integra cẽseantur dispensatio & commutatio, qñ fractio voti nullum implendę obligationis quoad materiã omissam onus reliquit, vtpote quę erat in honorẽ temporis, & vt onus illius; at secus est quando materia omissa adhuc obligat. Quia votum absolute propositũ de facienda quotidie eleemosyna, aut non ludendi sub tali pœna, solum apprehenditur, vt ex nunc obligans in futurum; quare vt talia vota commutentur, quoad vtramq; partem, nempe, præteritam & futuram, oportet ea distincte proponi. Et ita tenui eadem disp. 15. nu. 14. & docet *Suarez eod. c. 20. nu. 21.*

14 Vltimo dico, quamuis taceatur cõmutatio illa facta

à Pontifice, valere dispensationem, & commutationem totius voti distinctè propositi quoad præterita & futura. Quod ad hæc nõ referat illa circumstantia, põt enim ille priori commutatione cedens, ita se habere, ac si illã non impetrasset. Ita docet *Suarez eod. c. 20. in fine.*

15 Posterior difficultas est, de subiectione petita ad cõmutandũ. Qua in re est regula. Eadem prorsus subiectio exigitur in ijs, quorũ vota commutanda sunt, quæ exigitur, vt in eorum votis dispensetur. Quare ijs solis cum quibus prælati possunt dispensare in votis, possũt ea commutare. Quia cum vterque actus sit eiusdẽ iurisdictionis spiritualis in vtroque foro, eandem subiectionem postulat. Quod vniuersi fatentur. Quia autem respectu dispensationis censeantur subditi, & prælatorum sæcularium & regularium, satis diximus c. 7. à n. 23. ad 28 & c. 39. à nu. 4. vsque 22.

16 An verò possint prælati commutare vota subditis nolentibus, & inuitis, dixi c. 24 n. 27.

CAPVT LIII.

De extensione facultatis delegatæ commutandi vota, ad dispensandum, vel è contra & ea commutandi vota, aut in eis dispensandi ad iuramenta soli Deo præstita, siue sola sint, siue coniuncta votis eiusdem rei; & tam ad præterita, quàm ad futura.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 1.
An potestas commutandi vota, aut iuramenta extendatur ad dispensandum in eis, quando est delegata, nu. 2.
An è contra delegata dispensandi in eis potestas extendatur ad ea commutanda? Refertur quædam sententia nu. 3.
Explicatur sententia Authoris, & soluuntur contraria, n. 4.
An saltem extendatur ad partim dispensandum in eis, & partem commutandum, nu. 5.
Post nu. 5. annectes alia summaria.

1 HActenus de ordinaria commutandi vota potestate egimus, iam est agendum de delegata, qualis conceditur per bullam & iubileum & priuilegia religionis & alia similia. Atque in hoc c. tractamus in genere quædam communia triplici illi priuilegio, & cuicumq; similium; in sequenti autẽ tractabitur specialiter de singulis eorũ. Quadruplex est disputanda quæstio. Prima, de extẽsione facultatis cõmutandi ad dispensandũ, vel è cõtra. Secunda, de extensione facultatis delegatæ ad vota ad iuramẽta Deo præstita. Tertia, de extẽsione eiusdem ad vota iuramento cõiuncta. Vltima, de extẽsione eius ad vota emissa & in posterum emittenda.

2 Quæstio prima. An delegata commutandi vota facultas extendatur ad dispensandum in eis, & è cõtra delegata dispensandi ad commutandum. Hac in re cõstat inter vtriusque sententiæ Doctores, delegatã commutandi facultatem, nullatenus extendi ad dispensandũ. Quia cum commutare vota sit multo minus, quam in eis dispensare ex concessione minoris priuilegij, nequit maioris concessio deduci.

3 At difficultas est, an concessa facultas delegata ad dispensandũ in votis extendatur ad ea cõmutanda. Duplex est sententia. Prior ait extẽdi. Huius authores, & rationes retuli lib. 8. de matr. disp 2. nu. 14 & vltra ibi allegatos eã tenent *Sayro in claui regia lib. 6. c. 12 n. 15. & c. 11. à n. 116. vsque ad 119. Leonard. li. 2. de iust. c. 40. dub. 11. n. 94. Suarez to. 2. de religione, tract. de voto, li. 6. c. 12 à n. 10. vsque in finem*, vbi certam ait videri sibi hãc sententiam. Et probat explicando amplius eius fundamenta. Quia cui licet quod plus est, licet quoque minus *Regula Cui licet 53. de reg. iur. in 6.* quæ vera est secundum omnes, quando minus continetur in maiori, tanquã pars in suo toto, vel tanquã species in suo genere. At cõmutatio cõtinetur in dispensatione tanquã pars in suo toto. Quia dispensatio remittit omnino vinculũ voti, cõmutatio autẽ remittit partim, nempe, vt non impleatur in materia promissa sed in alia æquali. Secundo, quia cõmissarius ad totũ debitum remittendum, non excedet suæ potestatis limites, immo fidelius aget rẽ committẽtis, si illud in aliam rem æqualem commutet. Cũ ergo per dispensandi potestatẽ committatur facultas totius voti remittẽdi, non excedet delegatus limites suæ potestatis, sed fidelius aget Dei negocium, commutando illud in rem æquè gratam Deo. Et cõfirmatur, quia potẽs remittere totum debitum, potest partem eius. At potẽs dispensare ex priuilegio, potest remittere totũ voti debitũ. Ergo & poterit partem, nempe, vt id in alia specie æquali soluatur; quod est cõmutare. Tandẽ, quia in cõmutatione duo cõtinentur. Alterum est, ablatio vinculi à priori materia; & hoc nõ repugnat potestati dispẽsandi, immo id illa efficit. Alterum verò est, trãsferre in materiam æqualem, & ad hoc satis est prudens arbitriũ iudicans æqualitatem cum acceptatione illius cui votũ cõmutatur. Ergo hæc cõmutatio nõ excedit limites delegatæ dispẽsandi potestatis. Et hæc est satis probabilis.

4 Posterior sententia negat extendi. Hanc tanquã probabiliorẽ amplexus sum ea. disp. 2. nu. 1[illegible], vbi retuli eius rationes, & solui contrarias, & authores eius retuli. Et præter authores ibi relatos, tenẽt *Corbus in cõpendio priuilegiorũ Mendicantium, verb. votum, in annotationibus suis notab. 4. Azor to. 1. instit. moral lib. 11. c. 10. q. 4. & c. 18. q. 7. Beia in suis responsis 2. p. casu 9. in ordine, qui est primus est propositus in congregatione habita feria 4. die 29. Maij, habetur f. 81. in 3. notab.* Et probatur denuo corroborãdo rationes ibi adductas, & addendo alias, quibus cõtrariæ solutæ manebunt. Probatur primo, quia etsi in cõmutatione reperiatur aliqualis dispensatio, ea tamẽ est valde impropria & secundum quid. Vt fatetur *ipsemet Suarez relatus n. præced.* Idque suadetur, quia valet absque legitima causa. Vt ex *ipso Suarez* probauimus *c. 51. n. 7* Cum tamen dispensatio, siue totalis, siue partialis in voto facta absque legitima causa sit irrita. Vt probauimus c. 45. n. 3. & id est de mente fere omnium. Ergo nequaquã continetur in dispensatione, tanquã eius pars. Sicut pars hominis picta, etsi secũdum quid dicatur pars hominis, sicut homo pictus dicitur secundum quid homo, nõ tamen absolute cõtinetur sub partibus hominis, sicut nec homo pictus sub homine. Ergo non habet locum ea regula, Cui licet id quod plus est, licet quod minus est. Quippe ea petit vnũ contineri in alio, tanquam partem in suo toto. Secundo probatur, quia esto dispensationis sit pars cõmutatio, non procedit dicta regula. Quia vt potens, quod plus est, seu remittere totũ debitum, possit quod minus est, seu remittere partẽ debiti, exigitur vt prior potestas sit omnino absoluta, aut si cũ limitatione aliqua, reperiatur quoque eadẽ limitatione in illo minori, seu in ea partiali remissione. Quod exemplo hoc manifestatur, si quis cõmittat œconomo, vt libere possit debitũ aliquod remittere, aut inuenta tali creditoris paupertate, nõ dubium est quin in priori casu possit partem illius libere remittere, ac possit & illud cõmutare, vbi est partialis quædã remissio permittendo solutionẽ in alia specie. Nec etiã dubium est, quin in posteriori, in quo data est libera remittẽdi facultas, sed cũ illa limitatione talis paupertatis creditoris, possit inuẽta ea paupertate, vtrumque facere, atq; in vtroque euẽtu aget fidelius & vtilius rem domini. At si non inuenta ea paupertate, remitteret partẽ debiti, aut illud in rem æqualem commutaret, excederet limites suæ potestatis, nec actus valeret; nec iuuaretur ea regula, Cui licet quod plus est, licet qd minus est; quia quod plus est non licebat absolute, sed cum moderatione; at qd minus est, absq; illa vsurpauit, & ita id minus nullatenus

tenus

tenus continebatur in eo maiori; & consequenter hic no egit fidelitus rem domini, sed infideliter, cōmutans suum debitum pro alio, absque eius mādato. Hoc ergo contingit in potestate dispensandi in voto delegata aliqui; non enim censetur comissa, vt liberè commissarius illa vtatur, nec potest sic committi, sed censetur cōmissa existenti causa sufficienti ad dispensandū; ita, perinde est, ac si prælatus committens diceret, existēti causa iusta dispēsa; quare nō dubito existēti ea causa sufficienti ad eam totalem voti remissionē dispensando in illo, posse quoque merè commutari id votum à commissario illo, & tunc habebit locum regula, Cui licet quod plus est, licere quoque minus, & potēs totum remittere, potest & partem. At cum deficit ea sufficiens dispensandi causa, nequibit cōmutare, quod minus est, vtpote quod in ea dispēsandi potestate nō clauditur. Atq; hinc manent solutæ omnes cōtrariæ rationes. Tertio probatur, quia priuilegia quantumuis fauorabilia nō sunt extendenda vltra verborum proprietatē. Vt rectè fatetur *ipsemet Suarez eod. lib. 6. c. 19. nu. 8.* Ergo quantuuis potestas dispensandi sit fauorabilis, non est extendenda ad commutationem puram: quæ nec in cōmuni loquendi modo, nec seruata verborū proprietate, clauditur sub dispensatione. Tandem, quia quādo argumentū à maiori ad minus valet affirmatiuè, eo quod in vtroq; eadē sit ratio; valet quoque negatiuè à minori ad maius. Vt sicut valet, Petrus potest dare decem aureos, ergo & quinque; valet, nō potest quinque, ergo nec decem. At à negatione potestatis commutandi nō valet ad negationem potestatis dispēsandi. Ergo, nec valet affirmatiuè à potestate dispensandi ad potestatem commutādi. Probatur minor. Quia si alicui auferetur potestas commutandi vota, non eo ipso cēseretur ablata potestas dispēsandi. Vt optime probat *Nauar. S. in Leuitico, notabili 27. nu. 1. & sequentibus.* Respondet *Suarez eodem lib. 6. c. 12. num. 16.* negando hoc, quia suspensus ab inferiori actu, censetur etiam suspēdi à superiori, si cum inferiori necessariam cōnexionem habeat, vel illum includat. Vt suspensus à diaconatu censetur quoque à sacerdotio. Sed respondeo cōmutationem non habere necessariam connexionem cum dispensatione. Quod constat, quia nec ex iure naturæ est ea connexio, nec ex iure aliquo Ecclesiastico habetur; immo possunt optime separari. Nil n repugnat, si prælatus concedat facultatē dispēsandi, quādo causa legitima adest, & deneget commutādi, sine adsit ea legitima dispensandi causa, siue ea deficiat. Et proinde hæ duæ potestates nullam necessariam connexionem habent.

5 Id tamen tenendum est, habentem delegatam dispensandi in votis facultatē, posse partim dispensare, & partim commutare. Quod etiam defendi ead. disp. 2. n. 15. in fine. Cuius adequata, aut principalis rō nō est, quod ea partialis dispensatio, vtpote quæ vera dispēsatio est, claudatur in dispensatione tāquam pars in toto. Quia adhuc est separabilis, & posset cōcedi sola facultas plene dispensandi, existenti plena dispensandi causa; nihil autem ea deficienti. Sed rō adæquata & principalis, est præsumpta rationabiliter cōcedentis voluntas. Quippe delegans potestatem dispensandi, cēsetur velle eā delegare, quoad meliorem & tutiorē, & vsitatū vsum ab ipsomet Pontifice. At melior & tutior, ac vsitatus in tota Ecclesia & ab vniuersis Doctoribus cōsultus, vsus dispēsationis est, admiscendo aliquā cōmutationē. Ergo potestas dispensandi censetur cōcessa, vt liceat etiā partim commutare. Et tenet *Azor relatus nu. præcedenti.*

SVMMARIVM.

An potestas delegata per bullam, aut iubilaum, aut priuilegia religionis, aut quæcunque alia, ad cōmutationem & dispensationem votorum, extendatur ad idem circa iuramēta soli Deo facta? refertur duplex sententia, nu. 6. & 7.

Explicatur sententia Authoris, nu. 8.

Quid si iuramenta illa nullam includant promissionem, n. 9.

Quid si facultas esset ad iuramenta soli Deo facta, vt extēdatur ad vota, quamuis ea iuramenta nullam continerent promissionem, nu. 10.

Quid si ea facultas esset generaliter ad iuramēta sine præiudicio ter. ÿ, num. 11.

An ea facultas delegata commutandi vota, aut in eis dispensandi extendatur ad iuramenta adiecta contractus, in quo est turpitudo ex parte creditoris, vt quando est metu extortum, aut soluendi vsuras? Refertur quædam sententia, n. 12.

Explicatur sententia Authoris, nu. 13.

An extendatur ad hæc, quando est expressa facultas circa vota iurata? nu. 14.

An ad hæc extendatur, quando priuilegium esset commutādi, aut relaxandi iuramenta sine præiudicio tertij, nu. 15.

Post num. 15. habes alia summaria.

6 QVæstio secunda. An delegata potestas circa vota cōmutanda, qualis conceditur per priuilegia religionis, bullam & iubileum, aut circa eorum dispēsationem, extēdatur ad cōmutationem iuramentorum soli Deo factorum, ac eorū relaxationem. De hac quæstione egi li. 8. de matrim. disput. 1. à n. 16. vbi tres sentētias retuli. Prima negat extendi. Ducitur, quod iuramenta hæc contineāt duplex vinculum, alterum, promissionis factæ Deo, quæ in eis includitur, alterū autem iurisiurandi insuper, quia, etsi vtrumq; vinculum sit religionis, est tamen diuersæ speciei. Huius etiam alia fundamēta, & authores retuli eadem disp. 1. n. 16. Et vltra eos tenent *Azor tom. 1. instit. moralium, li. 11. c. 10. q. 2. Petrus de Ledesma 2. to. summa tractatu 11. c. 4. d ffi ultate 4. Leonardus li. 2. de iust. c. 52. dubio 12. n. 60. p & n. 62. vers. Quinto.* Et dicit probabilem *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 14. num. 5.* & verè est probabilis.

7 Secunda sententia ait, si iuramentum per se fiat, & sine voto, eam facultatem non extēdi ad iuramentū, secus si prius emisso voto statim, vel ex tēporis interuallo emittatur de eadem re iuramentum. Huius authores refert quosdam tacito nomine *Azor nu. præcedenti relatus.* Et quoad priorē partem, in qua concordant cum præcedenti sentētia, ducūtur argumentis illius. Quoad posteriorem autem, quia tunc iuramētum est accessorium voto, & ideo cessat ablato voto, quod per dispensationem; aut commutationem, virtute illius, priuilegij auferri potest.

8 Tertia sententia ait facultatem delegatā ad dispensationem, vel cōmutationem votorū, extendi ad dispensationem & commutationem iuramentorum, quæ soli Deo fiunt. Potissima huius ratio est, quod vinculū voti & iuramenti huiusmodi æquipatērut omnino in hoc, quod tota obligatio & materia vtriusq; vinculi ordinetur ad solū Deum eiusq; honorē, Deusq; solus sit eius obligationis creditor; habeantq; eūdem dispensationis & commutationis modum, eundemq; finem & causationem & connexionem, attento tantum concessi[illegible] & considerata cōmuni fideliū existimatione, qui tanquā vota reputant huiusmodi iuramēta. Et declaratur amplius, quia in eis priuilegijs cōceditur facul[illegible] mittēdi, aut cōmutandi obligationē ex virtute re[illegible] nis soli Deo tanq creditori acquisitā, & sibi spectā[illegible] an ēi homini ius comparatū sit, vt cōtingit in iuramentis non Deo præstitis, sed homini. At tā voti, q[illegible] iuramenti soli Deo præstiti obligatio soli Deo acquiritur. Ergo facultas circa vota extenditur ad iuramēta [illegible] modi. Hanc amplius probās & reijciens rōnem al[illegible] tenui ea. disp. 1. n. 18. vbi authores eius retuli, & [illegible] cōtraria argumēta n. 16. & vltra authores ibi relat[illegible] nēt *Arag[illegible] 2. q. 89. art. 6. quatuor colūnis ante finē, [illegible] Deo 4. & q. [illegible] art. 12. col. 6. d[illegible] 1. Suarez eod. lib. 6. c. [illegible] à n. [illegible] ad 13.* [illegible] latissime id probat *Sayro in clau[illegible] gia, lib. 3. c. 8. n. 9. vers. Dixi, Sorbus in cōpendio priuilegiorū Mendicantiū, verb. votū in suis annotationib. n[illegible]*

9 Atque hæc sententia habet verum quamuis iuramentum non habeat inclusam promissionem, sed absque ea soli Deo fiat. Quia quomodocumque soli Deo fiat, reputatur tanquam votum, cum soli Deo obligatio ex illo quæratur ex virtute religionis. Et ita militãt rationes n. præced. traditæ. Et ita docent *Suarez eo. c. 14. n. 11. Lud. Lop. 2. p. instructorij conscientiæ vbi de claus. bus, c. 9. col. 5. vers. Ad punctum denique*; quamuis hic in iuramentis includentibus promissionem teneat contra nostram, sequens primam sententiam.

10 Et è contra potestas delegata circa dispensationẽ & commutationẽ iuramentorum, quæ soli Deo fiunt, extenditur ad dispensationem & commutationem votorum. Quia hoc æquè probant rationes nu. 8. traditæ. Et ita tenui eadem disp. 2. n. 19. & tenet *Suarez eod. c. 14. n. 24* Quod est verum, etsi iuramenta illa nullam includant promissionem, iuxta dicta n. præcedenti.

11 Immò, idẽ est dicendũ, si generaliter cõcedatur facultas ad iuramenta sine præiudicio tertij; talis n. facultas extẽdetur et ad vota. Quia per iuramenta hmôi potissimum intelliguntur illa, quæ in solũ Dei honorem, vel de aliquo virtutis actu fiunt. Atque respectu Dei nullũ est præiudiciũ, quando ex causa relaxantur, an cõmutantur authoritate legitima. Cũ ergo iuramẽta hęc voti naturã induant, facultas ad hæc extendetur ad vota, iuxta dicta n. præced. Et docet *Suarez eod. nu. 24.*

12 Atque aliqui extẽdunt, vt ea facultas delegata ad vota, extẽdatur ad iuramẽta adiecta cõtractui in quo est turpitudo & iniustitia in creditore; vt ad iuramentũ factum homini soluendi vsuras, aut extortũ metu. Quod per hæc iuramẽta nullũ homini illi, cui fiunt, ius acquiratur, sed soli Deo & proinde voti rationem induãt, nõ aliter, quã si soli Deo iuramentũ fieret. Ita docent *Parthol. a Ledes. in summa sacramentorũ, tractatu de matrimonio dub. 23. post tertiã conclusionem. Manuel 1. to. sum. in 2. editione, c. 231. n. 4. & c. 189. n. 9. & c. 244. n. 4.*

13 At contrariũ est tenendum. Quia etsi per illa nullum homini, cui fiunt, ius cõparetur; at cum non fiãt intuitu pietatis, nec Deo, nullam voti rationem induunt, sed meræ promissionis humanæ; atque proinde nomine votorum non solent claudi. Et ita tenui lib. 1. de matrim. disp. 32. n. 17. & docet *Suarez eo. c. 14. n. 13. & to. 2. de religione tractatu de iuramento, lib. 2. c. 41. n. 13.*

14 Addit *Suarez in hoc posteriori loco* nec priuilegium ad vota iurata, quale est in nostra Soc. Iesu, extẽdi ad huiusmodi iuramenta cõmutanda. Quia hæc iuramenta nullam voti rationem habẽt. Quod etiã sequutus sum ead. disp. 32. nu. 17. Quod nonnullam difficultatem habet propter verba eius priuilegij, quod concessit Greg. XIII. in quadam sua bulla extẽdens priuilegium commutandi vota concessum illi à Paulo III. his verbis: *Insuper facultatẽ aliàs presbyteris Societatis prædictæ a Sede Apostolica concessam commutandi vota, etiam ad iurata dummodo commutatio huiusmodi in alterius præiudicium non fiat, extendimus.* At n. sequenti dicemus cõcessis iuramẽtis absque tertij præiudicio posse huiusmodi iuramenta cõmutari. Et ita probabiliter potest hoc sustineri, probabilius tamẽ credo non claudi in eo priuilegio. Quia cum dicat, *Vota iurata*, videtur loqui de votis, quę iuramento solent confirmari; at iuramẽta votũ confirmãtia, sunt quæ intuitu pietatis, & soli Deo fiunt. Insuper, qa ea limitatio, *Dũmodo cõmutatio hmôi in alterius præiudicium non fiat* additur votis iuratis, cadit tã in vota, quàm in iuramenta. Et ita sensus est, vt per votũ, vel iuramentum Deo facta in fauorem tertij, nõ sit ius aliquod illi tertio acquisitum per eius acceptationem.

15 Si tamen priuilegium concederet commutationẽ, aut relaxationem iuramentorum, absque tertij præiudicio, possent vtique iuramenta hæc virtute illius relaxari, aut cõmutari. Quia nequẽt censeri relaxari cum præiudicio tertij, cũ homini per ea ius acquisitum nõ fuerit, & iniuriam inferat exigendo, & nõ remittendo. Et ita tenui ead. disp. 32. n. 17. & docent *Petrus de Ledes. de matrim. q. 47. art. 3. dub. 3. quod monet circa tertiũ argumentum, §. Sed adhuc est aduertendum. Suarez eod. lib. 2. c. 41. n. 13. Leonard. lib. 2. de iust. c. 42. dub. 12. n. 63. in fine.*

SVMMARIVM.

Quando priuilegium est ad votorum iuratorum commutationem, aut dispensationem, extenditur ad iuramenta quomodocumque facta soli Deo, nu. 16.

An potestas delegata ad vota, nil exprimendo de iuramento, extendatur ad vtrumque vinculum simul concurrens? Refertur triplex sententia, nu. 17. 18. & 19.

Explicatur sententia Authoris, nu. 20.

Quid si facultas sit circa iuramenta, n. 21.

Quid si priuilegium sit limitatum ad vnum votum commutandum, aut in eo dispensandum, an extendatur ad vtrumque vinculum, nu. 22.

Post nu. 22. inuenies omnia summaria quæ desiciunt.

16 QVæstio tertia. An facultas delegata ad cõmutationem, aut dispensationem votorum, extẽdatur ad vota coniuncta iuramento. Et quidem, quãdo priuilegiũ est ad vota iurata, quale est in Societate Iesu ad ea commutanda (vt retulimus nu. 14.) non dubiũ est, quin possint commutari vota iuramento firmata, siue iuramentum accedat accessoriè voto, siue sit etiam principale, & quasi concomitans, eo modo, quem n. 18. explicabimus. Quia priuilegiũ loquitur indistinctè, & nulla ratio cogit ad illud limitandum.

17 Punctus autem difficultatis eo pertinet, quando sola votorum in priuilegio mentio fit; vt cõtingit in priuilegio bullæ cruciatæ & iubilęi, quod vota commutandi facultatem indulget. Triplex est sententia. Prima negat facultatem illam extẽdi ad votum & iuramentũ simul concurrentia. Quia concurrunt duo vincula expressa, quæ aperte maiora sunt vnico expresso. Alia fundamẽta, & Doctores huius sententiæ retuli lib. 5. de matrim. disp. 2. n. 21. Et vltra illos tenent *Azor to. 1. instit. moral. lib. 11. c. 10. q. 2. & ca. 18. q. 15. & c. 16. q. 19. Sorbus in cõpendio priuilegiorum Mendicantium, verb. Absolutio 2. quo ad seculares, in resolutionibus quas ibi ponit, in concl. 8. et verb. votum, in suis annotationibus, notab. 1. Leonard. lib. 2. de iustit. c. 40. dub. 11. n. 64. in fin. Sayro in claui regia, lib. 5. c. 8. n. 9. vers. Dixi absque priuilegio.*

18 Secunda sententia sic distinguit. Si iuramentũ præstetur ad voti emissi confirmationem, tunc priuilegiũ commutationis & dispẽsationis circa vota, extendetur ad ea sic iureiurando munita. Si verò non præstetur in voti confirmationem sed independenter ab illo, & tãtum concomitanter, tunc priuilegium erga votum nõ extendetur ad votum & iuramentum simul cõcurrentia. Vt si quispiã prius vouit ieiunium, & postea iurauit illud non quasi votum confirmans, sed vel eius immemor vel omnino independenter ab illo. Hãc sequutus sum ead. disp. 2. n. 23. & priorem partem tenet *Manuel additionibus ad bullam cruciatam, § 9. n. 11.* Et ratio illius partis est, quod tunc iuramentũ nulla peculiari dispensatione, aut cõmutatione indigeat, sed cum sit voto accessorium, sola voti dispensatione, aut cõmutatione, extinguitur, tanquã extincto principali. In posteriori autem parte cõcordat hæc sententia cũ præcedenti. Et ratio est, quia cum sint duo vincula diuersæ speciei, nec vnum pendeat ab alio, vt sic illo sublato cesset, fortiora sunt vno solo, quod ea priuilegia concedunt.

19 Tertia sententia sustinet in vtroque euentu posse per illam facultatem ad vota, idem effici circa iuramẽtum & votum concurrentia. Hanc tenet *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 14. a n. 19. vsque in finem.* Et eandem non ita distinctè explicans, sed indistinctè loquens quando vtrumque vinculũ concurrit, tenet *Emmanuel Sà in summa verb. votum, vbi de voti irritatione, nu. 16.* Probat autem *Suarez*, quia etsi id iuramentum

sit

sit voto coniunctũ, non efficit, vt votum maneat reseruatum, nec vt maneat iuramento firmatum, loquendo per se, sed tantũ eadẽ materia manet subiecta obligano iuramenti, nec est, cur vnũ possit impedire vsum potestatis erga aliud. Ergo ea cõiũctio nõ impedit, quin illa facultate possit tolli, nunc vnum, nunc aliud, si quidem si alterutrum esset solum, posset per illã tolli. Secũdo, quia habẽs delegatam cõmutandi vota potestatẽ, aut in eis dispensandi, potest nõ semel duntaxat, sed sępius cum eadem persona dispensare, vel cõmutare, circa obligationẽ religionis erga Deum per vota vel iuramenta soli Deo præstita. Ergo postquã delegatus cõcesserit dispẽsatiõnẽ, aut commutatione voti, potest eadem concedere circa iuramentũ; & eadem rõne poterit simul tollere vtrumque quasi duas dispensationes simul concedendo. Tertio, quia etsi sunt duo vincula diuersa speciei; at in ordine ad dispensationẽ & cõmutationem reputantur quasi vnum & idem, & eiusdem rõnis, nec vnum addit alteri nouam grauitatem intensiuã, sed solam extẽsiuam, id est, plura vincula. Quarto probat, q̃a etiam satis probabiliter ait dici posse, sublato tolli indirecte aliud vinculum, absque noua dispẽsatione, aut commutatione. Sicut nu. præcedẽti cõtingere diximus, quando iuramentum est accessorium voto. Quia p dispensationem, vel cõmutationem vnius tollitur materia illa, super quam alterum vinculũ cadit, & declaratur placere Deo, vt illa nõ impleatur. Ergo per materiæ ablationem cessat indirecte alterum. Nec valet si dicas, ex vi dispensationis, aut commutationis voti, solũ intelligi illam materiam non placere Deo, aut cessare, in ordine ad tale voti vinculum, non verò in ordine ad aliud iuramenti vinculũ. Non (inquã) valet, quia causa & ratio illius remissionis nõ est respectiua in ordine ad hoc, vel ad illud vinculũ, sed fundatur simpliciter & absolute in cõditionibus & circumstantijs materiæ secundum se, hic & nunc spectatis. Vt cõstat ex *D. Th.* 2.2. q. 88. *art.* 10. Tandẽ, quia rẽ moraliter & practicẽ spectando, parum refert ad obligationis vim in ordine ad Deũ, siue vno modo, siue altero, iuramentũ fiat, nec est minor obligatio, vtrouis modo fiat. Et ait *Suarez n.* 19. aliquos Neotericos doctos hãc sñiam tenere. Et *Leonardus vbi n.* 17. *relatus* est, dicit non esse improbabilem.

20 Verum existimo secundam sñiam esse probabilem; hanc tamen tertiam esse etiam valde probabilẽ & tutã. Ducor, quod quando duo cõcurrunt impedimẽta, pro babilior sententia habet esse vtrumque in eadẽ dispensatione narrãdum, vt valeat; & ideo si alterum esset ex ijs, in quibus potest Episcopus, alterũ autẽ in quo Pontifex solus, nequiret Episcopus in altero dispensare, pro pter concomitantiam alterius simul narrãdi, & tollendi. Vt latissime ex multis probaui lib. 8. de matri. disp. 23. nn. 2. Atq; ideo, etsi possit ille delegatus virtute eius facultatis auferre quoduis ex his vinculis per se stans, neutrum tamen poterit, quãdo concurrit vtrumque. At quia ea. disp. 23. n. 1. diximus esse probabile, idq; tenere multos ibi relatos, vnius dispensationem vinculi nõ impediri per coniunctionem alterius, ideo est satis probabilis hæc tertia sentẽtia, & nil referre vtrumnã ex illis præcedat, & an sit alterum accessorium, an vtrumq; principale. Vt sustinet illa tertia sententia.

21 Atque idem prorsus dicendum est, si facultas illa sit ad iuramenta Deo facta, nullam votorũ faciẽdo mentionem, similiter. n. extẽderetur ad vota de eadem materia, concurrentia cum illis iuramentis. Sicut q̃n est ad vota, diximus extendi ad iuramẽta. Quia eadẽ militat ratio. Vt in simili diximus nu. 10.

22 Tandem si facultas esset limitata ad vnica votum, *Suarez. eo. c.* 14. *n. vlt.* dicit esse probabile non tolli posse iuramentũ eidem concomitanter adiunctum, sed tantum q̃n accessoriẽ; at esse æquè probabile, posse etiam tolli, etsi nõ accessoriẽ, sed cõcomitanter & principale sit. Quia est probabile tolli etiam tunc iuramentũ indirecte ablato voto. Vt probatum est n. 19. & propter rationem ibi, in fine traditam. Et placet vtriq; dummodo iuxta nostram sententiam dicamus probabilius esse nõ posse, quando iuramentum non est accessorium. Atque idem prorsus est dicendum, si facultas illa esset ad vnicum iuramentũ soli Deo factum, nulla voti facta mentione. Vt constat ex dictis nu. præcedenti.

SVMMARIVM.

Quando concessio dispensandi, aut commutandi vota est perpetua, extenditur non tantum ad emissa ante eam potestatis delegationem, sed etiam ad emittenda in posterum, nu. 23.

Quando est temporalis, vt per bullam & iubilæum, extenditur ad vota emissa post concessionem Romæ factam, ante tamen publicationem illius nu. 24.

An potestas hæc extendatur ad commutanda vota emittenda post illius promulgationem? Refertur quædam opinio, numero 25.

Explicatur sententia Authoris, nu. 26.

Quid si esset potestas dispensandi? Refertur opinio, nu. 27.

Explicatur sententia Authoris, nu. 28.

23 Quæstio vltima. An potestas delegata ad dispensationem & commutationem votorum, restringẽda sit ad sola emissa ante id priuilegium? Qua in re cõstat priuilegia hæc, quando perpetua sunt, extẽdi tã ad vota prætarita, quàm ad futura. Qualia priuilegia sunt religiosorum. Quia cum priuilegia sint perpetua, amplectũtur omnia tempus. Et ita dicit esse certum *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib* 6. *c.* 13. *nu.* 2.

24 Secundo etiam est certum, q̃n priuilegia sunt temporalia, vt Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, extendi ad vota quæcunque emissa, non solum ante concessionem Romæ factam, sed etiam postea, donec publicentur. Quia cum ex tunc incipiant priuilegia hæc suum effectũ sortiri, vota vsque tunc emissa censentur ante concessionẽ facta. Sic dicit esse certum *Suarez ibidem*.

25 Sed difficultas est, an extendatur hæc priuilegia ad vota emittenda post publicationẽ. Et loquendo de priuilegijs commutandi vota, qualia conceduntur p bullam & iubilæum, quidam negant, dicentes huiusmodi priuilegia restringenda esse ad sola vota commutãda, quæ ante publicationem facta sunt. Ducuntur, quia cũ vota sint tanti momenti, absurdum videtur concedere priuilegium exemptionis ab eorum obligatione, antequam emittantur. Sic tradunt *Sotus lib.* 7 *de iustit. quæst.* 4. *art.* 3. *col.* 9. *versic. Post hæc de priuilegijs. Corduba sum. q.* 149. *in fine. Graff. 1. p. decisionum, lib.* 2. *c.* 10. *nu.* 9. *Angles Floribus* 2. *p. q. vnica de voto, art.* 8. *difficultate* 7. *propositione* 2. *Lud. Lop.* 1. *p. instructorij conscientiæ, c.* 50. *col.* 2. *vers. Aduertito tamen.*

26 Sed dicendum est posse commutari vota, siue ante, siue post emissa. Probatur ex doctrina *Glossæ, c. quia circa, verb. Sed futuri, de priuilegijs*, vbi docet verba indefinitẽ, & generaliter expressa in priuilegijs, extendi ad futura. Cũ ergo verba bullæ & iubilæi concedentia votorum commutationẽ, sicut generalia & indefinita extendentur ad vota etiam futura. Secundo, quia etsi verba priuilegij non sint extendenda; at non sunt restringenda, ne claudant, id quod sonant. Cum ergo verba sint generalia, non est cur ad vota præterita restringãtur. Tertio quia eodem prorsus tenore conceditur ibi absolutio à peccatis & censuris, quo votorum commutatio. Sed illa extenditur in vniuersum ad ante & post contracta. Ergo & hæc. Nec valet disparitas tradita à *Soto*, quod absolutio à casibus spectet ad pęnitẽtię forum: alia verò sit facultas specialis. Quippe hoc ad illam restrictionẽm vna parte, & non in altera, nil prorsus refert. Cum forma vtriusque concessionis sit æquè indefinita & generalis. Quarto, quia cõcessio perpetua pro tota vita extenditur ad omnia futura pro toto vitæ curriculo. At eadem est proportio, & ratio cõcessionis pro quodam anno vt est concessio bullæ, & concessionis pro tempore, quo durat iubilæus. Ergo hæc quoq;

extendētur ad vota toto illo tēpore emittēda, quo bulla & iubilæus durauerint. Tandem, quia incōgruitas, qua nititur contraria sententia, est nullius momēti; nec enim rōni dissonat, vt vouens obtineat facilem viam obtinendi dispensationem, aut commutationē, etiam pro votis futuris, immo est fauor prudenter cōcessus ad alliciendos homines ad virtutis opera. Magisq; incongruum videri posset habere viam obtinendę dispensationis ab irregularitate & suspensione postea ex culpa incurrendis, quam cōtraria sententia admittit. Atq; ita docent *Nauar. §. In Leuitico, notab. 34. nu. 4. vers. quæ tamen omnia, & summa Lat. c. 12. n. 80. in fi. Aragon 2. 2. q. 88. art. 12. in dubio circa 2. conclusionē, fol. 1041. col. 2. paulo ante versiculum, si quis autem quærat. Henriquez li. 6. de pœnitentia, c. 26. nu. 3. in commento, litera N. in fi. & lib. 7. de indulgētijs, c. 30. n. 5. Ludou. Lop. 2. p. instruct. conscientiæ, vbi de clauibus c. 9. fol* 846. *Manuel in bulla Cruciatæ, §. 9. nu. 111. Azor to. 1. instit. moral. lib. 11. c. 18. q. 9. Emmanuel Sà in summa, verb. votum, in fi. Petr. de Ledes. 2. to. summæ, tractatu 11. c. 4. dub. 5. Sayro in claui regia. lib. 6. c. 12. nu. 16. Vinald. Candelabro sacramentorum, 3. p. c. 14. n. 37. Suarez eo. c. 13. à nu. 4. vsque ad* 6. Et in hac sententiam inclinat *Cord. ib. in suo quæst. lib. 5. q. 37. proposit. 2.*

27 Rursus circa facultatem dispensandi in votis, quidā sentiūt eam restringendā ad vota antea emissa. Sic tradunt *Manuel in bulla Cruciata §. 9. n. 116. & Lud. Lop. nu. præcedenti relatus.* Idem *Sotus relatus nu præcedenti.*

28 Ceterum nullam differentiæ rationem inuenio; & ideo dicendum est, eam quoque ad vota futura extēdi. Quia rōnes traditæ n. 26. ad id probandum in potestate cōmutandi, procedunt æquè in potestate dispensandi. Atque ita docent *Suarez relatus eo. nu 26. Henriquez lib. 7. de indulgentijs, c. 30. nu. 5.*

CAPVT LIV.

Quæ vota, & qualiter commutari valeant per regularium priuilegia erga sæculares, & per bullam Cruciatam, & iubilæum.

SVMMARIVM.

Proponitur clausula bullæ Cruciatæ concedens vota commutari, num. 1.

Proponitur clausula iubilæi indulgens idem, nu. 2.

Proponitur clausula priuilegiorum religionis idem cōcedens, num. 3.

Qualiter hæc priuilegia sint strictiora, quàm bullæ & iubilæi, quoad vota quæ possunt commutari: & qualiter sint ampliora quoad materiam subrogandam: & qualiter virtute omnium eorum possint commutari iuramenta, etiam coniuncta voto. num. 4.

An virtute horum omnium exigatur causa ad commutanda vota, num. 5.

An hæc priuilegia religiosorum censeantur fauorabilia & amplianda. num. 6.

Quid de priuilegijs bullæ & iubilæi, num. 7.

Quæ vota reseruata excipiantur in omnibus his, num. 8.

An hæc extendantur ad vota & facienda, num. 9.

An per omnia hæc priuilegia commutentur vota ipso facto, num. 10.

An maneant commutata, si confessor requisitus non commutet ex malitia, aut ex obliuione, nu. 11.

An peccet confessarius nolens commutare, nu. 12.

An per hæc priuilegia concedatur sola facultas commutandi vota, & sit necessario commutatio facienda in rem æqualem, num. 13.

An virtute bullæ & iubilæi & priuilegiorum religionis, sit commutatio necessario facienda in confessione? Refertur opinio, nu. 14.

Explicatur sententia Authoris circa bullam, nu. 15.

Explicatur circa priuilegia religionis & iubilæi, nu. 16.

An oporteat vt commutans vota virtute bullæ, aut iubilæi, sit confessor vouentis, nu. 17.

An virtute omnium horum possint commutari vota emissa sub spe accipiendi bullam, lucrandi iubilæi, aut confugiendi ad regulares, nu. 18.

An virtute omnium horum possint commutari vota reseruata in eis excepta, quando potest in eis epūs dispensare, n. 19.

An possit per ea commutari votum castitatis in coniugato, vt solum debitum petat, nu. 20.

An possint per bullam, aut iubilæum, commutari iuramenta absoluta religionis & castitatis, &c. nu. 21.

Quid per priuilegia religionis, nu. 22.

An possint per hæc omnia commutari votum principale, & votum non petenda commutationis, nu. 23.

An materia, in quam sunt vota commutata virtute eorum, possit iterum commutari, nu. 24.

Quid de pœna pecuniaria debita ex fractione voti absoluti, aut pœnalis, etiam si Pontifex commutarit iubendo partem solui, num. 25.

An vota reseruata concessa per bullam, aut iubilæum, possint toties quoties emissa fuerint, commutari, tempore quo durant bulla & iubilæum, nu. 26.

An virtute bullæ possit quis absolui toties quoties à casibus reseruatis Pontifici, occultis tamen, nu. 27.

An si diligentia in iubilæo præscriptæ commutentur, vt breuiori spatio quam hebdomadæ fiant, aut sumptio Eucharistiæ requisita impleatur sequenti hebdomada; vt cōcedit iubilæus possint eo solo breuiori tempore, aut toto longiori, concedi commutatio votorum, & absolutio à reseruatis: & an diligentiæ præscriptæ à iubilæo certis diebus, si commutentur à confessore, debeant iisdem diebus impleri, nu. 28.

An possit iubilæus bis obtineri illis duabus hebdomadis? & illis concedi commutatio & absolutio? Refertur opinio. n. 29.

Explicatur sententia Authoris, & satisfit contrarijs, nu. 30.

An opus sit commutationem votorum fieri intra tempus iubilæi, aut bullæ, nec possint tunc confessarius commutare in materiam, quam ipse, vel vir doctus post iubilæum præscripserit, num. 31.

An sit hic reus voti id frangens ante illius materiæ præscriptionem, nu. 32.

An possit tunc confessarius differre commutationē faciendam transacto iubilæi, aut bullæ tempore, nu. 33.

An possit tunc commutare votum, cuius non meminit pœnitens, aut concèdere tempus ad recogitandum, etsi transeat tempus bullæ & iubilæi, nu. 34.

An possit tempore, quo durat bulla, vel iubilæus, petere pœnitens ipsi vota commutari, quorum numeri, aut obiecti sit immemor, nu. 35.

An transacto iubilæi, aut bullæ tempore possint commutari vota, quorū quis immemor commutationem non petijt, si præcessit aliqua commutatio generalis? Refertur quædam sententia, nu. 36.

Explicatur sententia Authoris, nu. 37.

Quid si ea commutatio generalis non petita est? Refertur opinio, num. 38.

Explicatur sententia Authoris, nu. 39.

Quid si voti memor noluit commutationem petere, nu. 40.

Quid si tempore iubilæi non sit fassus, quod non inuenerit in se mortale, nu. 41.

An absolutus virtute iubilæi à cēsuris, vel irregularitatibus, vel sint illi vota commutata, maneat quoad vtriusque valorem tutus, si non intenderit illum lucrari, nu. 42.

Quid si intendebat, & posteanō lucretur, an reincidat in pristinam casuum reseruationem? Refertur quædam sententia, nu. 43.

Enodatur sententia Authoris, nu. 44.

Quid si in ea cōfessione oblitus fuit alicuius reseruati, an maneat reseruatum, quamuis postea non lucretur iubilæum, num. 45.

Quid si nullam hic confessionem præmisit tempore iubilæi, numero 46.

Quid si vota sint commutata virtute iubilæi, quem postea, non est lucratus, an reuiuiscant? Referuntur quædam sententiæ, num. 47. & 48.

Explicatur sententia Authoris, nu. 49.

Quid si confessor commutauit tūc, remittens opera subroganda ad tempus post iubilæum expletum, nu. 50.

Quid

Quid si nulla voti obliti commutatio est facta tempore Iubilæi, nu. 51. Et ibi, quid de irregularitate oblita.

Quid si tempore iubilæi, non commutauit confessor votum, sed remisit commutationem faciendam post illum, nu. 52.

Quid si habuit animam non commutandi, nisi sub conditione, si ille veri obtinuerit Iubilæum; & an hoc fieri possit, numero 53.

An sit culpa reus, non comparans postea Iubilæum, nu. 54.

An virtute bullæ sit necesse commutare vota in temporale belli subsidium? Refertur opinio, nu. 55.

Explicatur sententia Authoris, nu. 56.

An tota commutatio debeat esse in temporale, belli subsidium? Refertur quædam sententia, nu. 57.

Enodatur sententia, nu. 58.

An facultas commutandi vota per regularium priuilegia, intelligatur cum solis subditis diœcesis, in qua sunt? Refertur opinio, nu. 59.

Explicatur sententia Authoris, nu. 60.

An hæc, & alia regularium priuilegia erga sæculares, suspendantur per bullam, & Iubilæum anni centesimi, ita vt eis vti non liceat, nisi cum habentibus bullam? Refertur opinio, num. 61.

Explicatur sententia Authoris, nu. 62.

1 IN hac disputatione sunt prius declaranda aliqua, in quibus priuilegia religiosorum ad commutanda sæcularium vota & priuilegia bullæ cruciatæ & iubilæi, ad ea omnium fidelium commutanda conueniunt & discrepant. Deinceps autem ad dubia quædam eisdem tribus, priuilegijs communia, & ad singulorum specialia descendemus. Ad id vero oportet singulorũ horũ clausulas referre. Clausula ergo bullæ cruciatæ est hęc: *Possint eligere confessorem ex approbatis ab ordinario, et ab eo quorumcumque peccatorum & cẽsurarum, &c. absolutionẽ recipere: & illi vota omnia, vltramarina, castitatis & religionis, duntaxat exceptis, in aliquod subsidium huius expeditionis per eundem confessorem commutari possint.*

2 Clausula vero iubilæi, qui duplici hebdomada comparatur, petitis tribus diebus ieiunij, eleemosyna, oratione, cõfessione & communione, sic se habet: *Possint approbatos presbyteros eligere qui eorum confessionibus diligenter auditis, licite valeant ipsos a quibusuis peccatis, criminibus, censuris, &c. absoluere: ac vota quęcumque ab eis emissa castitatis & religionis, duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare.*

3 Clausula aũt Pauli III. qui cõcessit religiosis Societatis Iesu facultatem commutandi vota sic se habet: *Cõceditur facultas illis ex vobis, qui presbyteri fuerint, quorũcumq. vtriusq. sexus Christi fideliũ, ad vos vndecunq. accedentiũ confessiones audiendi, & confessionib. diligenter auditis, ipsos, & eorũ singulos ab oĩbus, & singulis eorũ peccatis, criminib. excessib. & delictis quãtumcunque grauib. & enormib. etiam Sedi Apost. reseruatis, & a quibusuis ex ipsis, casib. resultantib. sententijs, &c. absoluẽdi; ac eis pro cõmissis pœnitentiã salutarem iniungendi: nec non vota quęcunque per eos pro tempore emissa (vltramarinis, visitationis liminum Apostolorũ Petri & Pauli de vrbe ac S. Iacobi in Compostella, necnon religionis & castitatis votis dũtaxat exceptis) in alia pietatis opera cõmutandi.* Et Greg. XIII. anno 1575. in sua bulla in Societatis Iesu fauorẽ concessa, incipienti, Ad perpetuã rei memoriam, decet Romanũ Põtificem, extendit hoc priuilegium ad vota iurata, his verbis: *Insuper facultatem aliam presbyteris Societatis prædictæ a Sede Apostolica concessam cõmutandi vota etiam ad iurata dummodo commutatio huiusmodi in alterius præiudicium non fiat extendimus.* Et pater noster generalis Claudius Aquauiua in compendio nostrorum priuilegiorum: verbo commutatio, §. 1. cõmunicat totam hanc facultatem omnibus confessarijs ex Societate Iesu à superiore deputatis, & ab ordinario iuxta formam Tridentini approbatis.

4 Hæc tria priuilegia se habent antequam excedens, & excessum: nã priuilegium bullæ & iubilæi, est amplius priuilegijs religiosorũ, quatenus indulget aliquorũ votorũ Pontifici reseruatorum commutationem; hæc autem nullũ. Est autem strictius, quod vtrumq; priuilegium illud sit tẽpale, hæc vero perpetua. Insuper hęc cõcedunt cõmutationem in quæcumq; opera pia; at bulla nõ, sed in belli subsidiũ. Vt dicemus à nu. 55. vsq; ad 58. Prætérea bulla & iubilæus solã votorũ commutationẽ cõcedunt, nihilq; circa iuramẽta explicãt; ac proinde, an id priuilegiũ extendatur ad iuramẽta cõmutanda & qualiter, nõ modica est cõtrouersia. De qua egimus, c. præcedenti à n. 6. vsq; ad 12. Quæ cessat in religiosorũ priuilegijs, vtpote quæ exprimunt etiam iuramenta.

5 Insuper amplius est priuilegiũ bullæ & iubilæi, quoad cãm petitã ad vota cõmutanda: neutrũ enim illã exigit; cum tñ exigatur ad ea cõmutanda virtute priuilegiorũ religionis. Sicut vtrumque probauimus, c. 50. num. 19.

6 Præterea priuilegia religionis sunt ampliora quoad hoc, quia censentur fauorabilia & extendenda. Quia militant eædem prorsus rationes, quibus priuilegia dispensandi ipsis concessa esse fauorabilia, ostendimus c. 43. nu. 5. vbi authores in terminis commutationis id dicentes retulimus.

7 At an priuilegia bullæ, & iubilęi, sint fauorabilia, est sub iudice. *Nauar. lib. 2. consiliorum, tit de iureiurando, in priori editione, cons. 3. n. 6. in posteriori, cons. 1. n. 6.* Loquẽs de iubilæo, vocat facultates eius odiosas, & restringendas. Quòd nõ sint priuilegia actiua ipsius dispensantis, vel commutantis, sed passiua obtinentis iubilæũ: & ideo cum contineat iuris communis relaxationem, sunt odiosæ. Quæ ratio æque procedit in priuilegijs cruciatę. Alij vero vtriusque facultates appellãt fauorabiles. Sic loquens de iubilæo anni cẽtesimi *Nauar. §. In Leuitico notabili 34. nu. 46.* & loquens de priuilegijs bullæ *Ludouicus Lopez 2. p. instructorij cõscientiæ, vbi de casibus c. 9. col. 6.* & loquẽtes de vtriusque *Enriquez li. 6. de pœnitentia, c. 16. n. 3. & lib. 7. de indulgẽtijs, 30. statim in principio, Suarez, tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 1. n. 3.* Qui id probat. Nã tales facultates ordinãtur immediate ad pleniorem absolutionem faciendam, quæ quoad hanc partem est fauorabilis. Secundo, quia ordinantur non ad bonum priuatũ, sed ad publicum totius Ecclesiæ, ad subueniendũ publicæ eius necessitati. Sed cõtra ipsum obstat, quòd *ipsemet to. 5. in 3. p. disp. 45. sect. 2. n. 2.* ait potestatem concessam Episcopis in *Tridentino, sess. 24. c. 6. de reform.* absoluendi, & dispẽsandi in casib. occultis, esse odiosam, & restringendã, quod sit correctio iuris antiqui, quo attẽto, nequibat Episcopus in illis. Quę ratio militat in nostro casu. Et rationes quib ille probat facultates bullæ, & iubilęi, esse fauorabiles, fortius militãt in ea facultate Tridẽtini, vtpote quę est ad pleniorem fideliũ absolutionem, & vt facilius cõscientijs suis prospiciãt; & sic ordinatur ad cõmune Ecclesię bonũ. Et aliæ rationes concurrunt in hoc decreto, quæ in illis deficiunt. Nã facultas huius decreti cõceditur Episcopis, quos prudentius illa vsuros pręsumitur, quã priuatos cõfessarios, qui vsuri sunt facultate bullę, & iubilęi. Insuper, quod facultas delegata actiua dispẽsandi, cẽseatur fauorabilis, & late interpretãda. Vt probaui ex multis, lib. 8. de matrim. disp. 2. n. 1. nedũ hæc, quę est ordinaria. Vt probaui ibidem n. 18. Item, quia etiã dispensatio à iure exorbitans est latè interpretanda quãdo est in corpore iuris inclusa. Vt probaui eod. l. 8. disp. 1. n. 7. nedũ potestas dispensandi in corpore iuris clausa; qualis est hęc. Ius enim Tridẽtini constituit ius cõmune. Quibus rationibus eo. lib. 8. disp. 2. n. 12. probaui alios referens eam facultatem Tridẽtini esse fauorabilẽ. Hęc adduxerim ad probandum non esse liquidum, sed sub iudice, an facultates, bullę, & iubilęi, sint reputãdę fauorabiles, & extendendę, an potius odiosę; restringendæ. Et ideo vtrumque reputo probabile.

8 Insuper priuilegium iubilęi est amplius, quam bullæ cruciatę. Quia in hac tria vota reseruata excipiuntur, quorum

quorum commutatio non cōceditur confessori, népe, castitatis, religionis peregrinationis Hierosolymitanę. Quare cōceditur commutatio omnium votorum non reseruatorum, & duorum duntaxat ex reseruatis, népe, peregrinationis Romanæ, & Cōpostellanæ. Et quāuis *Enriquez lib. 7. de indulgentijs c. 30. n. 7. in comento, litera A, ad finem*, votum vltramarinū, id est, Hierosolymitanum, quod bulla denegat confessori, explicar quādo ea peregrinatio est in subsidium illius loci At cū bulla ab solutè loquatur, intelligitur de quacūq; illuc peregrinatione. Quia hodie quæcūque talis est reseruata. Vt dixi mus c. 40. n. 6. Nec bulla concedit commutationem in quodcumque opus pium. Vt dixi n. 4. Per iubileum autem conceditur commutatio omnium votorum non reseruatorum, cum nōn reseruatis, exceptis solis duobus reseruatis nempe, castitatis & religionis. Et conceditur aliorum commutatio in quauis opera pia. Vt ex tenore eius relato n. 2. constat.

9 Conueniūt autē hęc tria priuilegia commutandi vota, nempe, religiosorū, bullæ & iubilęi. Primo quod virtute illorum non sola vota emissa ante ea priuilegia, sed emittenda postea, cōmutari possunt. Vt latē probaui c. præced. à nu. 27. & Immo & in hoc ampliora sunt religionis priuilegia. Quia in his hoc est certū; at circa bullam & iubileum, fuot opiniones. Vt ibidem diximus.

10 Secundo conueniunt, quod virtute nullius ex illis commutantur vota ipso facto, sed sola datur facultas cōfessori vt cōmutet. Quare si confessarius non commutet, retinebūt pristinam suam obligandi vim, quantumuis vouēs acceperit bullā, aut iubileum obtinuerit, animo ea cōmutandi, vel confessori regulari ea aperuerit. Cōstat ex tenore clausularum relato triplici nu. priori. Et ita docent agentes de bullæ priuilegio, *Nauarrus summa c. 12. Lat. inē n. 79. versic. Duodecimò, Hispana nu. 80. Ludouicus Lopez 1. p. instructorij conscientiæ, c. 50. colum. 2. versic. Aduertam simplices. Sayro in claui regia. lib. 6. c. p. 11. n. 115. Manuel in bulla cruciata, §. 9. n. 108. Beia in suis responsis 2. par. casu, qui ordine est 9. & est primus ex propositis in congregatione habita feria 3. die 29. Maij habetur fol. 81. notabili 1. Suarez tomo 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. 16. nu. 2.*

11 Hinc deducitur, etsi confessor requisitus vt cōmutet, non commutarit, siue ex obliuione, siue ex malitia, nō manere vota commutata. Quòd hæc ad cōfessoris culpam, aut negligentiam pertineant, non autem efficiāt, vt votum commutatum maneat. Ita tradunt *Nau. Ludouicus Lopez, & Beia relati n. præcedenti.*

12 Peccabit autem confessarius requisitus per bullā, aut iubileum, vt cōmutet, si non commutarit suadens sibi iustā cōmutandi esse causam. Quod sit iudex delegatus in pœnitentis fauorē, petentis ius ex priuilegio illo sibi concessum. Sicut Eps dicitur infidelis, c. *Quanto 2. q. 5* denegans dispēsationem subdito petenti ex causa iusta. Ita docēt *Aragon 2. q. 88. art. 12. in dubio quod mouet circa secundā, conclusionem, f. 1041. col. 2. paulò ante versiculū, Si quis aūt quærat. Viualdus cādelabro sacr. 3. p. c. 14. n. 58. Stunica de voto, in q. 5. n. 38. Sayro in claui regia. lib. 6. c. 11. n. 18*, si At p priuilegia regulariū, nulla est culpa nō cōmutare Quia nō astringūtur vti suo priuilegio.

13 Tertio conueniunt, quod omnia tria solam cōmutandi vota facultatem concedant. Et ideo virtute illorum nō licebit in totū, aut partim dispensare. Et ita docēt *Sayro in claui regia, lib. 6. c. 11. n. 120.* loquens de priuilegio bullæ & iubilæi. Et loquens de bulla *Petrus de Ledesma 2. to. summæ tractatu 10. c. 8. in fine tertia partis, vbi agit de commutatione votorum, versic. Digo lo quarto.* Qualiter aūt debeat fieri hæc cōmutatio in rem ęqualem, satis diximus, c. 50 à n. 2 vsq; ad 11. Et de alio dispensandi priuilegio, quo fruuntur religiosi, diximus toto c. 45.

14 His præmissis, in quibus cōueniunt, & differunt hæc tria priuilegia, sunt agitanda quædam dubia prius cōmunia omnibus, deinde specialia singulis. Prima ergo difficultas est, an cōmutatio virtute huius triplicis priuilegij debeat, necessario fieri in confessione. Quidam affirmāt. Quia in priuilegio iubilęi & regulariū expresse datur facultas absoluēdi reseruatis & cōmutandi vota, & additur *Confessionib. dilige er auditis.* Vt cōstat ex eorum tenore relato n. 2. & 3. Ablatiuus aūt absolutus cōditionē importat *l. a testatore ff. de condit. & demonst.* & ad vtrumq; membrū præcedens videtur referri Itē, quia in eo triplici priuilegio datur hæc facultas solī cōfessario p ordinariū approbato: & ideo videtur in sola cōfessione sacramentali cōcedi, in quo solo est confessor & iudex qui commutat. Et ita tenet loquēs de omni eo triplici priuilegio, *Sayro in claui reg. lib. 6. c. 11. nu. 105.* & loquens de bulla & priuilegijs *idem Sayro lib. 5. c. 60. n. 10. in fi.* Et loquentes de bulla cruciata docēt *Ludouicus Lop. 2. p. instruct. conscientia, vbi de claub. c. 9. col. 8. vers. præterea his dubitatio hac obuia fi. Vega 2. to. summæ c. 129. casu 34. in fi. Manuel in bulla cruciata, §. 9. nu. 115. in regula 9.* Et loquens de bulla & priuilegijs religiosorum tenet *Sorbus in cōpendio priuilegiorum Mēdicantiū verbo Votū, in suis annot. notab. 7.* Et vt virtute iubilæi id fit necessarium tradit *Beia in suis respōsis 2. p. casu, qui in ordine est 9. & est primus ex hab tis in congregatione, feria 3. die 29. Maij, habetur f. 81. notab. 1.* Atque id esse necessarium, quando cōmutatio fit virtute priuilegiorum religionis, aut Iubilæi probat doctrina *Suarez, eod. lib. 6. c. 16. n. 4.* vbi dicit si restrictè explicet priuilegium, dicendo vt commutatio fiat in foro pœnitentię, vel audita confessione, tunc esse necessariū commutationem fieri in confessione: secus autem, si id non sufficienter explicet, sed tantū petat vt commutans sit confessor approbatus, & in foro conscientiæ cōmutet. Sētit ergo virtute iubilæi, & priuilegiorum religionis non posse fieri commutationem extra confessionem, cū in eis expresse dicatur auditis confessionibus.

15 At verius est, posse vota cōmmutari à cōfessore approbato per ordinariū, virtute bullæ cruciatæ, extra sacramentū confessionis. Quia in bulla cruciata nullatenus dicitur, vt auditis confessionib cōmutatio fiat. Nec petit eam fieri à cōfessore per ordinariū approbato, & pro solo cōscientię foro satis est, vt petatur cōfessio. Vt probaui c. 43. nu. 17. Et ideo hanc partem sustinebunt, qui cēsent absolutionē ab excōicatione posse impendi virtute bullę extra confessionē. Et videtur tenere *Sotus li. 7. de iusti. q. 4. ar. 3. col. 9. vers. post hæc de priuilegijs*, vbi ait dispensationē voti nil ad forū pęnitentię pertinere, sed esse distinctā facultatem, quā Pontifex suscipienti bullā concedit. Et pro hac parte est doctrina *Suarez* relata n. præced. quatenus ait non opus esse confessione, qñ priuilegium id nō explicat. Et in propriis terminis docet *Henriq. lib. 7. de indulgentijs, c. 30. num. 6.* & dicit esse probabile. *Manuel 2. tomo summæ, c. 99. n. 6. in fin.*

16 Similiter est verius, nec per religionis priuilegia, aut iubilæū, exigi confessionē ad vota cōmutanda sed posse extra confessionem fieri Qd de priuilegijs religionis loquens, tenet *Henriq. nu. præced. relatus* Atq eadem est ratio de iubileo, cum simili clausula nēpe, *Auditis diligenter confessionib.* in vtroq; priuilegio ponatur. Ducor, quia cū adeo distēt inter se absoluere à peccatis, ac vota cōmutare, nec hoc cōfessione indigeat, non censendus est Pontifex velle totū priuilegiū limitare per illum ablatiuū absolutū in principio positū: sed fingula singulis referēda sunt; & ita ille refertur ad absolutionē à peccatis, quę immediate sequitur Quippe ea est regula, vt clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, cēseatur referri ad ola cōtenta in ea clausula, *c. secundo requiris, de app.* vbi id obseruant Doctores. At intelligitur, quando oium est eadem rō. Vt mulis citatis tradit *Menoch. de præsump. lib. 4. præsump 15. n. 2.* Quod hic non cōtingit. Nam absolutio à peccatis petit necessario confessionē sacramentalē: secus de votorū commutatione. Tandē, quia

quia in priuilegio dispẽsandi cõcesso religiosis, de quo egimus, c.45. nulla fit confessionis mentio, eo quod non est datum simul cum ptãte absoluendi. Quod non obscure indicat, quãdo simul cum ptãte absoluendi, conceditur ptãs commutandi vota, post audits confessiones, nõ ad hanc commutationem sed ad absolutionẽ à peccatis. Pro hac ẽt snia sũt multi docti neoterici qui hac ratione ducti concedebant per bullas antiquas indulgentes auditis cõfessionib. absolutionem à peccatis & cẽsuris. posse extra confessionẽ impendi absolutionẽ à censuris. Quod is ablatiuus absolutus referatur ad solã absolutionem à peccatis ad quam est opus confessione.

17 Hinc deducitur, non oportere, vt commutans vota, virtute bullæ aut iubilei, aut priuilegiorũ religionis, sit confessor vouẽtis. Quia solum petunt eum esse confessarium ex approbatis ab ordinario. Atque ita loquens de cõmutandis diligentijs præscriptis in iubileo quarũ commutationem similiter iubilæus committit cõfessario, tradit *Henriq. lib. 7. de indulg. c. 10. n. vlt.*

18 Secũda difficultas est. An virtute horum triũ priuilegiorum possint cõmutari vota facta intuitu obtinendæ cõmutationis virtute illorũ? Rñdetur posse. Quod nullum ex illis limiter, nec aliqua ratio ad ita limitandum suadeat. Quod eo vel maximè est verum quia quãuis controuersia sit, an facultas absoluendi à reseruatis ibi cõcessa extẽdatur ad reseruata cõmissa intuitu illorum priuilegiorũ; verior tamen opinio est illã extẽdi. Quod certius est in cõmutationis & dispẽsationis priuilegio, quod non sit ex se malum sumere vouendi licentiam spe obtinendi cõmutationem & dispensationem. Et ita loquẽs de priuilegio ipsius pęnitentis vt sibi cõmutentur vota tenet *Suar. to. 2. de relig. tract. de voto, li. 6. c. 13. in fi.*

19 Tertia difficultas est. An vota reseruata excepta in eo triplici priuilegio intelligantur in ijs solis casib. excepta in quib. põtifici reseruantur? Respõdetur affirmatiue, Quare quoties põt in illis eps dispensare, eo qd à vera illorũ votorum rõne deficiant (quos casus latè enumeraui, c. 40. à nu. 26.) aut quia non est dispensatio in substantia voti reseruati, sed in aliqua eius circumstantia, possunt quoq; ea virtute huius triplicis priuilegij commutari. Quia aperta Pontificis mens est, ea solũ denegare, quãdo reseruata sunt. Atq; hoc loquens de priuilegio bullæ, late probaui descẽdẽs ad casus peculiares & referens Doctores, lib. 8. de matr. disp. 15 à nu. 3. vsq; ad 9. Et pręter ibi citatos, docent *Sayro* loquẽs de priuilegio bullæ & iubilęi *in claui reg. lib. 6. c. 11. à num. 72.* & loquens de bulla *Pet. de Ledesma 2. tomo summa, tracta. 10. c. 8. in fi. 3. partis, in qua agit de commutatione votorũ, vers. Digo lo quarto;* vbi hi duo ideo dicũt posse virtute bullę cõmutari vota pœnalia castitatis, & religionis, siue ante, siue post impletam conditionem: quod censeant posse in eis episcopum dispẽsare. Et *Petrus de Ledesma* dicit idem de votis vere conditinnalib. nõ pęnalib. quia censet posse quoque episcopum in eis dispensare, ante & post impletã conditionem. Et loquens de omnibus his trib. priuilegijs, tradit *Suarez eod. lib. 6. c. 26. nu. 17.* Consulto autẽ dixi, quando potest in eis episcopus dispẽsare, eo quod à perfecta votorum reseruatorum ratione deficiant. Quia quoties episcopus potest in eis dispensare ratione solius necessitatis imminẽtis, eo quod Pontifex adiri nequeat, non possunt ea commutari per hæc priuilegia. Vt dixi c. 42. n. 7.

2 Ex quo deducitur, contra *Vinaldum candelabro sacramentorum, 3. p. c. 14. n. 41.* dicentem posse virtute bullæ, vel iubilæi, commutari votũ castitatis, quando eo ligatus ad nuptias transijt, vt possit petere debitũ: id negãdũ esse, & similiter id licere per hęc religionis priuilegia. Quia etsi in hoc possit episcopus dispensare, id tñ nõ est, quasi iure ordinario, & ex natura reseruationis; sed .i. solius Pontificis: & sola consuetudo iurisdictionẽ in hoc tribuit, quæ id non obtinuit, vt id votum cõmutetur per priuilegia hęc commutandi vota.

21 Quarta difficultas est. An iuramenta absoluta rerum reseruatarũ, vt castitatis & religionis possint commutari virtute bullę, aut iubilęi, aut priuilegiorum religionis? Quæ difficultas procedit de iuramentis his quãdo nullam cõtinent promissionem & retenta nostra sententia dicenti posse in eis Episcopum dispẽsare. Et quidem per bullã, aut iubilęum, credo nullatenus posse cõmutari, nisi essent pęnalia, aut verè conditinnalia etiã impleta conditione, retenta nostra sententia dicenti similia vota conditionalia non esse reseruata. Ratio est quia bulla, vel iubileus, nil expresse cõcedunt circa iuramentorũ commutationem, sed ea potestas deducitur ex potestate circa similia vota. Vt diximus c. preced. n. 8. Cum ergo nil concedant circa ea vota similia absoluta, castitatis & religionis, non est vnde colligamus potestatem hanc ea iuramenta commutanda.

22 Atque idem credo virtute priuilegiorum religionis. Quia etsi in eis concedatur expresse facultas circa iuramẽta cõmutanda, nullomq; excipiatur; at Greg. XIII. qui priuilegium commutãdi vota, ad ea iurata extẽdit, tãtum extendit (vt vidimus n. 3.) priuilegium Pauli III. concessum ad vota commutanda, vt etiam eadem cõprehenderet firmata iuremento. Quare sola iuramenta earum rerum videtur cõcedere, quarum concessit vota. Cum ergo exceperit omnia vota reseruata, censetur quoque eadem iuramenta excipere.

23 Ex dictis deducitur, posse per bullam & iubileum, ac priuilegia religionis, commutari non solũ votum principale, v.g. recitandi aliquas preces, sed etiã votum non petendę commutationis illius. Quod votũ hoc nullibi reseruetur. Et ita tenet loquens de bulla & iubileo, *Manuel in bullę cruciata, §. 9. nu. 112.*

24 Secundo deducitur, votum semel cõmutatum in aliquam materiam virtute horum priuilegiorũ, vel quacumque alia potestate, posse iterũ quoad illam materiã subrogatã, cõmutari per hoc triplex priuilegium. Quia cum idem voti vinculum trãseat in posteriorem hanc materiam, nec hæc priuilegia restringantur ad vnicam vicem, nõ est cur nequeat iterum atq; iterum commutari ea materia, in quã est votum commutatum. Et sic loquens de bulla tenet *Corduba summa, q. 150.*

25 An vero possit virtute eorum commutari pęna pecuniaria debita ex fractione voti pęnalis, aut absoluti, etiã si Pontifex cõmutarit iubendo partem solui, diximus, c. 51. à nu. 9.

26 Quinta difficultas An vota reseruata, quotũ cõmutatio cõceditur per bullam & iubileum, possint cõmutari duranti bulla & iubileo toties, quoties emissa fuerint. V.g. vouit quispiã peregrinationẽ Cõpostellanam, impetrauit cõmutationem virtute bullæ, aut iubilei, & iterum tempore, quo bulla, aut iubileus durãt, iterũ illud votũ emittit, aut sæpius. Videtur pars negans. Quia sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice, l. *Boues, §. Hoc sermone, ff. de verborum signific.* Ergo cũ in iobileo & bulle simpliciter concedatur cõmmatio horum votorum, intelligitur de sola prima vice Et cõfirmatur, quia in iubileo dicitur, *Hac vice tantũ* id est (vt explicat *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 16. nu. 17.* vna vice in vna, vel altera hebdomada, & in ordine ad vnam indulgentiam. Sed his non obstantibus dicendum est, posse toties, quoties. Quia nec bulla, nec iubileus cõmutationem hanc limitauit & quando voluit Põtifex limitare, id expressit in bulla respectu absolutionis à peccatis Pontifici reseruatis, limitans eam, vt semel in vita & semel in mortis articulo impẽdi possit. Quare cum hanc commutandi facultatem nõ limitarit, manifesta eius intentio est, vt nõ restringatur ad primam vicẽ, sed intelligatur, toties, quoties. Nec obstant contraria, quia prius procedit, quãdo contrarium non constat de mente concedentis. Posterius autem, quod concedatur pro vna vice, id est pro tẽpore illius iubilei, siue illum quis cõparet priori hebdomada, siue posteriori.

steriori. Et ita loquens de absolutione a reseruatis virtute iubilæi tenet *Henriq.lib.6 de pœnitentia,c.16.n.3.*

27 Obiter autem circa eā exceptionem bullæ,quatenus limitat absolutionem a reseruatis Pontifici,vt solum liceat semel in vita,& semel in mortis articulo, aduertēdum est,aliquos censere non posse confessorem virtute bullæ absoluere ab his casibus quātumcumque occultis,nisi semel in vita, & semel in mortis articulo. Quia etsi qñ occulti sūt, possit ab eis absoluere eps,iuxta *Trident.sess.24.c.6.de refor.*at speciali iure concedūtur episcopo ob personæ industriam & authoritatem. Ita docet *Henriq.* ductus hac rōne, *lib.6. de pœnitentia,ca.14. n.7.*& nullam afferens *Bañez 2.2.q.6.4.ar.vlt.ad fin.*At probabilius credo,posse toties, quoties. Quia bulla solos casus Pōtifici reseruatos excipit,ne liceat ab illis absoluere toties, quoties. At hi casus occulti iā nō sunt casus reseruati,& non iure speciali, id est, ex delegatione cōpetunt epō, sed iure ordinario sunt perpetuo annexi dignitati episcopali:nec exigitur industria personę episcopi , alias ita essent personales, vt eos delegare non posset. Et confirmatur, quia etsi casus episcopales non desinant esse tales per concessionem peculiarem factā ab episcopo;at desinerent esse,si constitutione synodali concederētur parochis,& solis illis reseruati essent. Ergo similiter. etsi casus Papales non desinant esse tales, eo q Pōtifex illos semel, aut iterum concedat epo, immo,etsi semper eis concedat episcopo speciali : at desinunt esse tales per generalem constitutionem concedentem eos in perpetuum cuicūque episcopo. Cū ergo bulla concedat absolutionem à reseruatis,episcopo,toties , quoties, concedet vtique sic absolutionem ab his reseruatis occultis, vtpote qui per id Tridentini decretum iam non sunt Papales,sed episcopales.

28 Quod si quæras quid dicendū sit,si breuiori,aut longiori temporis spatio , quā vnius hebdomadæ obtinetur Iubilæus, an vota facta eo solo breuiori tēpore, aut toto longiori,possint virtute illius commutari,& idem de absolutione à reseruatis.Supponendū est, posse breuiori tempore iubilæum obtineri , quam illius hebdomadæ spatio. Vt si adsit iusta causa vt cōfessor cōmutet ieiunia præscripta in iubilęo expléda feria quarta & sexta & sabbato,& pœnitens sic cōmutans, expleat materiam subrogatam,& reliqua opera perita in iubilæo,in dimidia hebdomadæ parte tunc erit terminus iubilæi, quo ipsum compatauit. (Possunt enim ea ieiunia commutari in opera quocumque die illius hebdomadę implēda:nec est opus vt alligentur diebus,quibus ieiunia sunt explenda. Vt optime *Henriquez lib.7.de Indulgentijs c.10. n.6.*) Similiter cum lucrantibus priori hebdomada concedat iubilæus communionem impleri , vel illa hebdomada vel quacūque die sequentis distrahenti communionēin sabbatum sequentis hebdomadæ, totū id spatium duplicis illius hebdomadę erit ipsi terminus obtinendi iubilæi. Hoc ergo supposito dico spatium, siue breuius, siue longius , quo quis vere obtinet iubilæum,reputari respectu illius hebdomadæ, qua iubilæum compara:& ideo vota toto, & solo eo tempore,aut præterito facta posse vi iure illius cōmutari, securs de factis post obtentum iubilæum, etiā eo breuiori tēpore. Et idem dicendū est de casibus reseruatis. Quia finis huius concessionis est ad iubilæum vere obtinendum. Ergo tamdiu concessio durat, quādiu tēpus quoquoque vere eum lucratur.

29 Sed vrgentior est difficultas,an si quis priori hebdomada expleuit opera in iubilæo præscripta & sic illum cōparauit, possit posteriori hebdomada eisdē diligentijs repetitis, iterum lucrari iubilæum & sic absolui a reseruatis , in quæ postea incidit, aut possit vota postea factā illi commutari, virtute iterati illius iubilæi. Affirmant *Henriquez,lib.7. de indulgentijs cap.11.nu.1. & libro 6 de pœnitent. a cap.16.num.3. vbi in commento litera M. ait id tenere multos recentiores.* Et fauet *Nau.§.In Leuitico notabili 32.n.47. & notabili 34. num.7.q.4.* vbi agens de Iubilæo,quem concessit Gregorius XIII. anno 157 , cuius tenorem refert *notabi 32.in initio*, qui olim centesimo quoque anno , nunc autem vigesimo quoque quinto anno cōceditur, dicit posse eum sæpius repetitis diligenti s obtineri. Nam hic Iubilæus cōtinet eandem Indulgentiam,& sic dicitur in eo:*Concedimus letissimam indulgentiam, qualis in anno Iubilæi cōcedi solet visitantibus &c.* Ducitur autem *Henr q.* quia cū iubilæus non restringat , non est cur negetur posse illum bis obtineri. Secūdo,quia est valde probabile indulgētiam tempore limitato concessam,modo in ea nō limitetur vt semel tantum comparari valeat, posse plus quā semel cōparari. Vt tradunt Doctores in tractatu de indulgentijs.

30 At dicendū est,nullatenus id fieri posse. Quia forma iubilæi ferē aperte indicat illum semel tantum obtineri posse:non enim conceditur complatiuē, vt in vna,& altera hebdomada comparari possit,nec indifinitē pro illa duplici hebdomāda: sed sub forma disiunctiua ibi: *Qui prima hebdomada post publicationem , vel in sequenti post illam.* Et ita cessant contraria : quia iam iubilæus restringit & doctrina *Nauarri*, & aliorum de indulgētia sæpius obtinenda, pendet ex eius tenore:nec potest huic iubilæo applicari. Ita docet dicens esse certū *Suarez,tmo.2.de religione,tract.de voto,lib.6.c.16.nu.vlt.* Et tenent multi alij.

31 Sexta difficultas est. An necesse sit commutationem votorū fieri præcisē intra tempus, quo obtinetur iubilæus,aut bulla durat? Dico primo, posse confessariū rēpore quo durat iubilæus, vota commutare, dicēdo sic: commuto tibi vota ex nunc,in id quod ego postea, aut quidam vir doctus censuerit commutanda. Quia vere fit commutatio intra tempus iubilæi necessario docto delegatur facultas cōmutandi, non enim ille commutat,sed cōfessarius. determinatio autem materiæ in voti locum subrogandæ, non est opus vt infra iubilæi fiat tempus: & potest cuicumque viro docto committi,etiā si sit laicus : non est enim iurisdictionis actus,sed prudentiæ.Sic ait in quodam simili *Nauarro summa c. vigesimo sexto, nume. decimotertio.* Et in proprijs terminis docent *Manuel addi. omnibus ad bullam §. nono, nu. 15. Vualdus candelabro sacramentorum tertia parte,cap. 14. numero 40,Graff. 1.parte, decisionum,lib.4.c.p. 15.nu. 47. Sayro in claui regia,lib.6.c.12. numero 21. in fine.* Atque eadem ratione idem credo posse fieri tempore quo durat bulla.

32 Subdit autem *Manuel ibidem* fore hunc voti illius violati reum, si antequam confessor aut vir ille doctus materiā subrogādam præscribat,illud violet. Quod illa voti commutatio sit in pendenti,donec vir doctus, aut confessarius determinet materiam. Sicut dum Pōtifex dispensat cōmittens ordinario, aut confessori,examen veritatis precum,reus hic voti esset,illi contraueniens, antequam illi declarent. At dicendum est hunc nō fore voti violati reū,contrauenientdo illi ante declarationem illius viri docti, aut confessoris. Neque est simile exemplum adductum. Quia animus Pontificis nō est, omnino dispēsare in eo voto , sed vel delegare ordinario,aut confessori,vt dispenset veritate precum praecognita , vel saltem dispensationem suspendit vsque ad id tēpus. Qui animus ex ipsomet dispensationis tenore constat:& quia dispensatio petit præcognitionem veritatis precum. At non est ea confessoris mens. Quia nec pōt delegare, nec aliquod causæ examen præmitti necesse est vt ideo dicamus eam commutationem esse in pendenti: sed ipse re vera cōmutat: ac subinde obligationem voti extinguit, ea materiā prius promissā , eam transferrens in materiam ab ipso, vel à viro docto explicandā. Et proinde ea iam ante illius explicationē votum non obligat.

33 Potest etiam confessarius tunc non commutare,sed diffe-

differre commutationem in aliud tempus, etiamsi tempus lucrandi iubilæi transeat, si velit maturius considerare commutationis modū. Quod iam acceptarit potestatem, & inchoarit causa, & quodammodo concessit cōmutationem tempore habili quod satis est vt possit postea illam consummare. Quod amplius constabit ex dicendis nu. 39. & docet *Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. cap. 16. n. 15.* Quæ ratio idem probat ratione bullæ cruciatæ.

34 Qua ratione si pœnitens memor sit tūc se voto ligatum, aut immemor speciei, seu materiæ eius in particulari, integrum erit confessario vti prudenti arbitrio, & iuxta modum obligationis, commutare in aliquā materiam, vel maius tempus concedere ad memoriā speciei voti refricandam, etiamsi terminus iubilæi trāseat. Quia militat ratio tradita nu. præced. Et docet *Suarez ibidem relatus*. Atque eadem ratione est idem dicendum, quando commutatio fit virtute bullæ cruciatæ. Potest etiam vti medio explicato nu. 31.

35 Hinc deducitur posse votis astrictum petere tempore iubilæi commutari sibi omnia vota, quorum numeri non est memor at meminit ea esse talis, aut talis obiecti, & confessorem posse vti prudenti arbitrio ea commutando: atque eatenus valebit ea commutatio, vt si postea illorum meminerit, non indigebit alia commutatione Ita tradunt *Beia in suis responsis 2. part. casu qui in ordine est nonus, & habetur fol 9. & est primus ex propositis in congregatione habita feria 3. in die 9. Maij, vers. Crediderim tamen. Et Sayro in clau. reg. lib. 6. c. 12. n. 18.* Atque idem potest fieri per bullam. Potest etiam cōfessarius vti alio remedio explicato nu. præced. & alio explicato nu. 31. quæ tutioria sunt.

36 Septima difficultas. An transacto iubilæi aut bullæ tpe possint commutari vota ante illud emissa, nec tunc cōmutata. Quod magni momenti est scire, ppter commutationem aliquorum votorum reseruatorum Pōtifici concessam in bulla & iubilæo Quidā negant. Quia etsi Doctores fateantur reseruationē peccatorum tolli, & ideo posse ab illis absoluere postea quemcumque confessarium, non est recta æquiparatio cū votis. Quia in casibus reseruatis, si censuram annexam habeant, tollitur directe censura per absolutionem generalē, etiamsi obliuioni mandata sit, si verò eam non habeāt, tollitur saltem eorum reseruatio, quia indirecte remittuntur per eum, qui posset ab eis directe absoluere, si fuissent in confessione detecti. Item in irregularitatib. obliuioni mandatis censetur ēt dispensatū in simili casu, quia absoluens generaliter, intendit etiam in illis dispensare, quatenus ipse potest. At vero in voto nequit ita confusè, & generaliter dispensari vel sub conditione, si forte fuerit. Quia exigitur ad dispensationem cognitio causæ sufficientis: commutatio etiam petit voti cognitionem, & eius qualitatis Et ideo in votis nō habet locum ille modus dispensationis generalis seu conditionalis, inquantum possum & indiges, & sic nulla dispensatio, aut commutatio cadit in vota oblita. Atq; ita docet in his rationib. vtens *Suarez eod. c. 16. nu. 4.*

37 At dicendum est, si cōfessarius tempore iubilæi commutauit omnia pœnitentis vota, quæ virtute illius conceduntur: (quod potest facere commutando ex tūc in id quod ipse, vel alius iudicarit, quando pęnitens voti emissi memor fuerit, iuxta dicta n. 31.) tolli reseruationem. Quod in irregularitatibus & censuris & peccatis reseruatis tradunt Doctores, quos retuli lib 8. de matr. disp. 15. n. 16. Et cessat disparitas tradita à *Suarez*, quia aperte ostenditur modus possibilis commutationis generalis. Idem etiam modus dispensationis posset concedi ab habente potestatem dispensandi. Pręterea quia nu. 34. diximus ex ipsomet *Suarez*, posse cadere cōmutationē, etsi pœnitens non meminerit materiæ voti, & ibi dē dicit, idem *Suarez de dispensatione*, si causa fuerit iudicata generaliter sufficiens. Et tñ militant eadem rationes, non enim potest æqualitas materiæ subrogatę perpendi, nisi cognita prioris voti materia. Dispensatio etiam indiget cognitione causæ sufficientis. Sicut ergo tunc satis ait esse id prudentis arbitrium ad commutationem & cognitionem in genere sufficientis causæ ad dispensationem sic contingit in hoc casu. Erit autem hæc generalis causa, illum esse nimis alijs votis oneratum, aut nimis ratione illorum scrupulis vexatum. Hęc etiam sententia amplius constabit ex dicendis nu. 59. vbi Doctores referam.

38 Maior difficultas est, quando ea commutatio generalis non pręcessit, sed aut nulla vota sunt commutata, aut ea sola quæ pęnitēs commutanda delegit. Aliqui quos retuli eodem lib. 8 disput. 15. nu. 17. ex quorum doctrina colligitur non posse postea commutari. Et id tenet *Suarez nu. 36. relatus*, idque probat suæ rationes. Idē tenet *Beia in suis responsis 2. par. casu 9. in ordine, qui est primus ex propositis in cōgregatione habita feria 3. die 29. Maij. et est fol. 8.* Et fundamentū eius est, quia ea commutādi potestas delegata confessario est ad tempus limitatum, quo Iubilęus durat. Ergo eo trāsacto spirauit omnino facultas, *c. de causis de officio deleg.* Qua etiā ratione vtitur *Suarez num. 36. relatus.*

39 At *Sayro in clauis regia, lib. 6. cap. 12 nu. 17.* tuetur posse commutari, siue ab eodem confessore, siue ab alio ex approbatis ab ordinario Quod idē tuentur *Enriquez, Sanchez, Emmanuel Sà quos retuli, & sequutus sum eodem lib. 8. disput. 15. nu. 17.* vbi non admisi quandam rationem ab aliquibus traditam, sed aliam reddidi, qua ductus amplector ēt nunc hanc sententiam Ratio ergo est. Quia quamuis opera in Iubilęo præscripta ad eū assequendum, alligentur tempori designato in eo ita vt eo tempore transacto fieri nequeant at ijs factis eo tēpore consequens Iubilęum comparat priuilegium vt absoluatur ab omnibus reseruatis & in quibusdā secum dispensetur, & vt commutētur sibi vota vsque ad finem Iubilęi comparati emissa. Quod vtique priuilegiū certo tempori non alligat Iubilęus. Vt constat ex ipsius tenore, qui vbi prius opera facienda alligauit, descendēs ad indulgentias concessas, sic ait absque vlla temporis limitatione: *Concedimus vt possint hac vice tantū idoneos presbyteros approbatos eligere, qui eorū confessionibus diligenter auditis licitè valeant ipsos absoluere, &c. nec non & vota commutare, &c.* Sicut si Pontifex faciendi aliquid certo die, priuilegiū aliquod indulgeat, opus alligatur tempori, non autem priuilegium. Et confirmatur, quia in Bulla Cruciata expressit Pōtifex finito anno cessare omnia eius priuilegia. Cū ergo in Iubilęo id nō expressit, signum est non cessare. Secūdo, quia rō ob quam communiter Doctores tradunt peccata tēpore Iubilęi oblita non manere eo transacto reseruata, non est eo qp pęnitēs sit ab illis tempore Iubilęi absolutus indirecte, dum à reliquis in confessione detectis absolutus est. Vt bene probat idē *Suarez 4. tomo in 3. part. disputat. 31. sectione 4. n. 13.* Et constat, quia si quis fateatur superiori tanquā priuato confessori, absque aliqua casuum reseruatorū intētione, eo quòd credebat se nullo affectum, & simili modo absolueretur à superiore; manifestū est nō ob id amitti reseruationē illius peccati obliti: vt ibi probat *Suarez nu. 18.* cum tamen sit pęnitens ille absolutus indirectè ab eo reseruato. Sed legitimā rōnem tradit bene *Suarez ibid. nu. 20.* esse, qp ius acquisierit pęnitens per ipsum Iubilęum, vt possit postea libere cuiuis confessario reseruata fateri, quorum oblitus est. Quæ rō æque in hoc casu militat: similiter enim dicemus per Iubilęum acquisiuisse eum libertatem a votorum reseruatione. Quippe eodē tenore vota reseruata, & peccata reseruata conceduntur. Sed dices, Iubilęū concedere pro vna dūtaxat vice facultatem eligendi confessoris, qui absoluat à reseruatis & vota commutet. Cū ergo illi soli videatur data hęc facultas, & sit semel electus functusq; munere suo, nō poterit amplius pęnitēs

eligere

eligere cōfessorē à reseruatis absolutum, & vota commutaturum. Sed respondeo cum *Suarez ea sectione 4. n. 21.* eam confessorum distinctionem esse quasi materialem, & omnes complere quasi vnum integrum ministrum à quo omnia illa peccata vsq; ad Iubilęi finē cōmissa, & vota vsq; tunc facta tolluntur ea commutādo. Et ex his constat solutio ad rationes contrarias allatas num. 36. & num. 38.

40 Hinc deducitur primo, quamuis tēpore Iubilęi pęnitens memor voti emissi, noluerit cōmutationem petere, integrum esse ei trāsacto Iubilęo eam petere. Atq; idem dicendū est de dispensatione in irregularitate, & reliquis in Iubilęo concessis. Ita sentiunt aliqui Neoterici docti contra alios. Ducor, quia etsi semel noluerit eo priuilegio vti, cum tamen sit perpetuū, nec tempori alligatum pro casibus, & votis Iubilæi terminū præcedētibus potest mutata sententia eo vti. Vt probaui lib. 8. de matrim. disputat. 32. num. 2.

41 Secūdo deducitur, retenta opinione probabili dicēti non esse necessariam cōfessionem ad lucrandum Iubilæum, quando quis sufficienti examine præmisso se à culpa lethali liberum reperit, dicendū subinde esse hūc qui nullam cōfessionem tunc fecit, bene tamen alia opera in Iubilæo prescripta, posse trāsacto Iubilęo à peccatis reseruatis oblitis absolutionem, & votorum commutationem reseruatorū, & aliorum in Iubilæo cōcessorū obtinere. Quod cū aliquibus defendi lib. 8. de matrim. disput. 15. num. 19. Quia (vt diximus nu. 39.) semel obtentus Iubilæus dat ius omni tempore eligendi confessoris pro ijs, quæ vsque ad finitum Iubilæi tempus reseruata erant. At oppositum est probabilis, eo q; sit communius, & probabilius, hunc non lucrari Iubilęum, Vt ibi dixi.

42 Octaua difficultas est. An virtute Iubilæi possint vota commutari, ac impendi absolutio à reseruatis, ante cōsūmata, aut incepta opera in eo petita, vt initio hebdomadæ, quo comparandus est: & postea eo non cōparato reuiuiscant? Constat posse tunc vtrū que fieri. Quòd nullus ordo in Iubilæo præscribatur, vt cōmutatio votorum reseruetur, aut absolutio à reseruatis in Iubilæi finem, aut donec alia opera fiant. Et ita supponūt Doctores allegandi duplici numero sequēti. Et docet *Suarez tomo 2. de religione tractatu de voto lib. 6. cap. 16. nu. 6.* Vbi bene addit oportere illum habere propositū lucrandi Iubilæum. Quia cū priuilegia hæc concedantur in ordine ad comparandū Iubilęum, & per modū pręparationis ad illū, vbi deest illius comparandi animus, nil conceditur.

43 Quando autem vere intendebat ille lucrari Iubilęū, & postea non lucratus est, affirmant quidam hūc reincidere in pristinam censuratū reseruationem, à quibus absolutus erat. Quòd ea absolutio tacitā habeat conditionem, si postea Iubilæus obtineatur. Ita tradunt *Angles Floribus 1. par. vbi de confessione quæstione 3. artic. quinto, difficultate quarta. Manuel in Bulla Cruciata, §. 2. nu. 8. & alij Neoterici, quos tacito nomine refert Antonius à Corduba referendus num. sequenti.*

44 Sed dicendum est, reseruationē non reuiuiscere, & manere illum vere absolutū. Quia quamuis ea absolutio impertita fuerit in ordine ad futuram Iubilęi cōsequutionē, at non pendet ab ea vt à cōditione de futuro: sic enim absoluere nefas est. Nec absolutio illa à censuris est data ad reincidentiam. Id enim Iubilęus non explicat, & solet Pontifex exprimere, quando id intendit. Vt constat ex *cap. Eos qui, de sententia excommunicationis in sexto.* Et ita docent *Corduba in summa, quæstione 21. Nauarrus, Enriquez, Suarez, Manuel sibi contrarius, Graffis, Vioaldus, Hugolinus, Emmanuel Sà, quos retuli, & sequutus sum, lib. 8. de matrimon. disput. 15 numero 20.*

45 Immò si in confessione tunc facta, oblitus est hic alicuius reseruati, etsi sit satis probabile manere reseruatum: at probabilius est non manere, sed posse posteā à quocunque confessore illum ab eo absolui. Quia cū confessio illa valida fuerit, (vt supponimus) confessor absoluens directe à sibi detectis, & indirecte ab oblitis, virtute iubilæi, intendit omnino auferre reseruationē: cum absoluat quatenus potest, & re vera possit. Quod defendi authores referens, & fundamentū contrariæ partis ead. disp. 15. nu. 21.

46 Hoc tñ intelligendum est si aliquā tpe iubilæi confessionem præmiserit ille; secus si nullam pręmisit, eo q; non haberet conscientiam culpę lethalis. Quia non est ablata reseruatio illa, nisi per absolutionē sacramentalem tempore iubilęi impensam: nec enim iubilęus aufert ipso facto reseruationem, sed confert ius auferēdi confessario media absolutione. Cū ergo nulla tūc impensa fuerit, nec modo impendi valeat, eo quod iubilæus non est comparatus, manebit reseruatio.

47 Nona difficultas est. An similiter vota commutata virtute iubilæi, quem pęnitens intendebat lucrari, reuiuiscant eo postea non obtento Triplex est sentētia. Prima sustinet ea reuiuiscere. Quod cum commutatio illa licite fieri possit sub futuri euentus conditione, nempe, consecutionis iubilæi, vtpote quæ non est sacramentalis sic videtur concessa à Pontifice. Hanc tribuit *Suarez tomo secundo, de religione, tractatu de voto libro sexto, cap. 16. numero 7. candelabro sacramentorum*, sed oppositum tenet.

48 Secunda sententia concordat cum prima, quando ille consulto, ac deliberata voluntate omisit opera in iubilæo præscripta; secus autem quando per impotētiam aut casu, aut obliuione omisit. Hanc refert *Suarez n. 8. nullo authore citato.*

49 Tertia sententia (cui tanquam veriori adhęreō,) ait manere vota illa vere commutata. Quia eodem tenore absoluto ac nulla conditione apposita conceditur absoluendi à reseruatis, & commutandi vota potestas, & commutatio absolute concessa est. Ergo cum semel legitime facta fuerit, ac subinde extinxerit obligationē prioris voti circa pristinam materiam, non est dicendum eam postea reuiuiscere. Secundo, quia cū ea commutatio statim suum sortiatur effectū, ac liceat illi non obseruare prius votū, nequit dici commutatio illa cōditionalis. Nō enim effectum sortiretur, donec impleretur conditio obtento iubilæo Et ita hanc sustinui lib. 8. de matrimon. disput. 15. n. 22. & illam tenent *Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 11. num 4. & lib. 6. de pœnitentia c. 16. n. 6. Viualdus candelabro sacramentorum 3. p. c. 14. n. 59. & 60. Manuel 1. to. summa, in 2. editione c. 184. nu. 15. Emmanuel Sà in summa, verbo absolutio n. 19. Suarez eo. c. 16. nu. 9.*

50 Et idem est dicendum, quamuis confessarius tempore iubilæi cōmutarit vota, non pręscribens opera subrogata, sed ea à se, vel ab alio postea præscribenda remittens, etiāsi voti cōmutandi non fuerit conscius confessarius, sed generaliter ita cōmutarit omnia vota vsque tunc emissa à pœnitenti, quatenus pōt virtute iubilæi. Quia vere iam erat facta commutatio.

51 Secus autem est de votis tunc oblitis, non enim possunt transacto iubilęo vere non comparato commutari, quantumuis alia specialia eo tempore sint cōmutata: & idem de irregularitatibus oblitis. Quia cū ea non sint vere sublata, nec auferendi priuilegiū sit vere obtentum, nequibunt auferri.

52 Secus etiam est, quando confessor non vere commutauit vota tempore iubilæi, sed commutationem distulit maturius considerandam: tūc enim quacumque ex causa postea non obtentus sit, nequibunt vota cōmutari. Quia res erat integra, & priuilegium vere non est comparatum. Ita *Suarez eo. c. 16. n. 15. in fi.*

53 Potest autem confessarius non cōmutare vota, si velit, donec cōpleta sint omnia opera in iubilæo præscripta: aut antea sub conditione, vt non obtineat vim cō-

mu-

mutatio, donec illæ impleantur, aut cum hac intẽtione. Quod non habet locum in absolutione à peccatis, quæ absoluta esse debet: nec absolutione à cẽsuris, quæ præcedere debet ad capacitatẽ obtinendæ indulgentiæ, nec ad reincidentiã concedi potest à confessario, nisi in casibus expressis. At melius est, commutationẽ votorum absolute concedi ad vitandos scrupulos. Quæ oĩa docet *Suarez eod. cap. 16. nu. 10.*

54 Sed dubitabis, an hic qui Iubilæum obtinere intendens, obtinuit virtute illius absolutionem à reseruatis, & votorum commutationẽ, reus sit culpæ, si postea mutata voluntate illum non cõparet. Affirmat *Suarez* grauem esse culpã, *eod. c. 16. n. 11. & to. 4. in 3. p. disp. 31. sect. 4. num. 1.* Ducitur, quod non sit rationi consentaneũ id propositum exigi ad fruendum ijs priuilegijs, & possit postea absq; culpa non impleri. Et idẽ etsi non sit pactũ explicitum, at est implicitum & quasi intrinsece, & ex natura rei inclusum in tali actione, seu ministerio, vt recte, & fideliter fiat: & absq; dubio hæc videtur esse tacita Pontificis intentio talem facultatem concedentis. At oppositũ iudico probabilius, idq; tenui cum *Henriquez*, & alijs lib. 1. de matrim. disp. 41. n. 9. & lib. 8. disp. 15. nu. 24. Quia hic nil promisit, nec obligationem aliquam illi imposuit confessarius, nec iubilæus talẽ obligationem petit: nec de tali Pontificis intentione constar: & si ea esset, facile posset illam explicare. Nec aliqua ratione probatur, ex natura rei includi id pactũ in ea actione; sed satis est propositum bona fide. Sicut ẽt ad absolutionem à peccatis obtinendã satis est propositum bona fide abstinendi in posterum ab illis, absque noua obligatione alia, præter antiquã vitandi illa quæ cõsurgit ex absolutione impensa virtute illius propositi. Quare non est cur præceptum imponatur absq; vrgenti fundamento: eo vel maxime, quod vbi dubium est de præcepti impositione, iudicãdum sit in fauorem libertatis in eo dubio possidentis. Vt diximus lib. 1. capite 10.

55 Decima difficultas. An virtute Bullæ Cruciatæ sint necessario cõmutanda vota in temporale aliquod belli contra infideles subsidium? Quidam dicunt nomine subsidij belli petiti in ea Bulla intelligi aut tẽporale, quale est eleemosyna pecuniaria, aut spirituale, quale sunt orationes, aut alia opera pia ꝑ felici belli exitu. Quod Bulla absolute peragat cõferat aliquid in belli subsidium, nec minoris efficaciæ sit spirituale temporali, sed maioris. Sic docuit *Diaz de Lacieta ... in publicis prælectionibus Complutensis*, vt se ab ipso audiuisse testatur *Vivaldus candelabro sacramentorũ ... p. c. 4. n. 9.* & ipse dicit hoc esse probabile. Idem tenet *Llamas methodo curationis 3. part. c. 6. §. 4. ad finem* limitans quando vota sunt personalia, & vouens ita pauper est, vt non sit subsidio tẽporali erogando. Et *Antonius Gomez in Bulla Cruciata, clausula 10. num. 54.* ait posse virtute Bullæ commutari vota in subsidium belli, vel aliud opus pium, si vouens pauper sit. Et *Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. dub. 11. n. 95. in fine*, dicit esse probabile, qñ adest legitima sic commutandi causa. Et *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 19. nu. 18.* ait in pauperibus habere locum hanc interpretationem. Et probat, quia debet intelligi illa conditio morali modo, & quatenus fuerit possibilis, ac suauiter fieri possit. Et ita pauperes satisfacient orationibus.

56 Verum quamuis in pauperibus hoc sit probabile, nec in diuitibus id admittere audere, at multo probabilius est, in omnibus exigi subsidium tẽporale. Quia praxis ipsa ita id satis testatur: atque quando Bulla est cõtenta orationibus, id explicat, vt ad alias indulgentias cõparandas facit. Et ita late probãs tradit *Manuel addit. ad Cruciatam, §. 9. nu. 109.* Quod & fatentur omnes DD. nu. sequenti referendi. Et *Sayro & Azor alleg. nu. 58.*

57 Immo quidam existimant totam commutationem debere esse in belli subsidium. Quod nil amplius Bulla concedat quam in subsidium belli cõmutare. Et ita affirmant *Sotus li. 7. de iustitia q. 4. art. 3. ad finem corporis, vers. Rursus circa eadem Aragon 2. 2. quæst. 88. art. 12. col. 5. vers. Et ad argumentum. Ludouicus Lopez 1. par. instructorij conscientiæ, vbi de clausib. in c. 9. ad finẽ.* Et sunt clare eiusdem sententiæ alij dicentes hanc commutationem faciendã in temporale belli subsidium. Hi sunt *Nauar. sũma Latina c. 12. n. 80. versic. admonemus insuper, Hispana c. 28. additione ad numerum eundem. Corduba summa quæstione 149. & 150. Angeles Florib. 2. p. q. vnica de voto, art. 8. difficultate 6. Gamboa in expositione Cruciatæ, folio 44. Vega 2. tom. summæ c. 129. casu 105. Manuel in Bulla Cruciata §. 9. num. 109. & additione ad eundem §. n. 109. Ludou. Lopez prima part. instructorij conscientiæ c. 50. col. 3. vers. Commutatio voti.* Et tenet etiã expresse *Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu 10. cap. 18. in fine, tertia partis, vbi agit de commutatione votorum vers. Dubio 4.*

58 At probabilius est, posse commutari partim in tẽporale belli subsidiũ, & partim in alia quæuis pietatis opera. Quod non obscure significãt verba ipsius Bullæ ibi, *In el qual subsidium huius expeditionis commutari.* Quasi dicat aliquam cõmutationis partem debere esse in eleemosynam pro belli expeditione. Præterea quia hãc esse intentionem regis Hispanæ Bullam impetrantis, vel ex eo constat, quia si tota commutatio deberet esse pecuniaria, cederet in magnum eius detrimentũ. Quia pauci vti vellent eo priuilegio, aut quia præ paupertate nõ sint soluendæ quãtitati æquali materiæ voti: aut si diuites sint, nolint tantam pecuniam expendere. Et confirmatur, quia hac ratione concedit Pontifex vna cũ Bulla Cruciata, Bullam aliã compositionis pro debitis incertis, contentus multo minori summa quã est debita, vt vel sic illa remissione attracti debitores, contribuant partem in eiusdem belli subsidium. Et ita tenent. *Enriquez lib. 7. de indulgen. c. 30. num. 6. Viualdus eod. cap. 14. num. 39. Suarez eodem c. 19. num. 18.* Et videntur tenere *Azor tomo 1. institutionum moralium, l. 11. c. 18. quæst. 9. fi. & Sayro in claui regia, lib. 6. c. 12. n. 17. fine & n. 10.* vbi dicũt pauperem etiam voti commutationẽ petentem, debere eleemosynam exiguam in id subsidiũ cõtribuere, quæ suæ paupertati æqualis sit. Quod quidem nõ esset verum, si oporteret totam commutationem fieri in temporale belli subsidium: sed nõ posset pauperis votũ cõmutari virtute Bullæ, sicut nequit alijs Bullæ priuilegijs frui, si pecunijs necessarijs ad eam capiendam careat. Nec tamen est satis minimã pecuniæ quantitatem contribuere, facta reliqua cõmutatione in alia opera. Quia videtur id intentioni Bullæ aduersari, quæ potius spectauit commutationem in id belli subsidiũ. Quare prudentis confessoris arbitrio hoc liberandũ est attentis voti qualitate & vouentis facultatibus. Sicut aperte indicant *Azor, & Sayro quæ in verbis ipsorũ quæ proxime retuli.* Quia mens Pontificis est, vt omnes accipientes Bullam eo priuilegio frui possint contributa aliqua eleemosyna suis facultatib. proportionata, vt vel sic copiosior ex multis eleemosynis quibusdam minutis, alijs vero grossiorib. in belli expositionẽ quantitas cogatur.

59 Vndecima difficultas. An facultas commutandi vota religiosis concessa, sit restringenda, vt tantũ eo priuilegio vti possint erga sæculares subditos Episcopo illius diœcesis in qua sunt religiosi. *Syluest. verbo Domicilium, in fine*, ait Mendicantes qui possunt cõfessiones vndecumque ad se venientium excipere, non posse forensiũ vota cõmutare: quod id nequeat Episcopus eos exponens. Quod idem attentis antiquis Mendicantiũ priuilegijs fatetur *Manuel in addit. ad Bullam cruciatam, §. 9. num. 120.* at viso priuilegio cõcesso Societati Iesu per Paulum III cuius memini n. 3. concedente expresse facultatem commutandi vndecumque venientium, ait id posse Mendicantes. Fundamentum huius sententiæ tractans de simili quæstione in priuilegio dispensandi cõcesso religiosis, retuli c. 43. num. 14.

60 At sicut eod. c. 43. nu. 15. dixi non sic restringendum priuilegium dispensandi, sed esse erga omnes totius orbis: ita de priuilegio commutandi est dicendum, ob rationes ibi traditas.

61 Vltima difficultas. An priuilegia cõmutandi vota, & in eis dispensandi, & absoluẽdi à reseruatis, cõcessa religiosis erga sæculares, suspendantur per Bullã Cruciatã, & ita nequeant religiosi illis vti erga sæculares carẽtes Bulla? Affirmant quidã suspendi, & ita esse necessariam Bullam in sęcularibus, vt religiosi valeant vti illis, erga eos. Ducuntur ex clausula ipsius Bullę Nam datur in ea facultas commissario suspẽdendi omnes gratias, & facultates concessa quibusuis monasterijs, pijs locis vniuersitatibus, &c. Et subditur: *Exceptis tamen concessis ordinum Mendicantium superioribus, quoad eorum fratres tantum.* Et Commissarius suspendit facultates oẽs, quas suspendere potest. Et ideo ita sustinent *Nau. lib. 5. consiliorum, in posteriori editione in tit. de priuilegijs, cons. 16. n. 1. Lud. Lop. 2. p. instructorij conscientia vbi de clau b. ca. 2. col. 10. paulo ante vers. Quaritur deinde. Manuel in Bulla Cruciata, §. 12. n. 4.* Atque in anno Iubilæi centesimi suspendi, tenet *Nau. §. in Leuitico, notab. 28. in fine.*

62 At dicendum est, nequaquã suspendi, & ita nõ esse ad vsum illorũ necessariã Bullã in sæcularibus. Quia cum hæc priuilegia sint adeo fauorabilia, & nõ vni, vel alteri monasterio cõcessa, sed toti religioni, & adeo cedant in cõmune fideliũ bonũ, non videtur suspẽdi per verba adeo generalia, sed opus est specifica mẽtione. Et ideo clausula illa Bullæ intelligitur de gratijs quæ cõceduntur particularibus monasterijs, quales sũt qui visitauerit tale monasteriũ, cõsequatur indulgentiã, &c. his. n. priuilegijs nõ fruentur sæculares carentes Bulla. Atque huius sententiæ videtur aperte *Leonard. l. 2. de iust. c. 42. dub. 12. n. 60 vers. responderi potest.* vbi ait priuilegijs cõmutandi vota concessis religiosis, nõ derogari per Bullas, & alias reseruationes, nisi expressam contineãt clausulã derogatoriam. Et tenẽt in proprijs terminis, *Manuel* mutans sententiam, *additionib ad Cruciatam §. 11. n. 4. & q. regularibus, to. 1. q. 61. ar. 14.* dicens multos viros doctissimos ita sentire. Et *Henriq. l. 6. de pœnit. c. 16. n. 7. & l. 7. de indulgẽtijs c. 28. nu. 7.* vbi *in commento, litera Z.* refert multos viros doctissimos ex Dominicana religione & Franciscana, qui ita censerunt. Immo nec in anno Iubilæi centesimi suspenduntur. Vt bene ait *Henriquez eo. lib. 7. c. 28. n. 7. & c. 21. nu. 3. in commento, lit. R.* & dicit probabile *idem Nau. eod. notabili 28. in fine.*

CAPVT LV.

Qualiter commutatio voti, & iuramenti, extinguat prioris materiæ obligationem: ita vt in nullo euentu reuiuiscat, nec sit licitus ad illam reditus.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint, nu. 1.

An voto commutato transferatur eadem obligatio in materiam subrogatam, nu. 2.

An idem sit in iuramento commutato? Refertur opinio, nu. 3.

Explicatur sententia Authoris, nu. 4.

An iurãs certo termino soluere, teneatur ex vi iuramenti soluere prorogato eo termino per creditorẽ? Refertur opinio, n. 5.

Explicatur sententia Authoris, nu. 6. & 7.

An dilata solutione debitori liberetur fideiussor, eod. nu. 7.

An prorogata ex partiũ consensu, decisione cõpromissi iurati, quando conuentum est in principio, vt posset prorogari, obliget iuramentum in eo termino prorogato, nu. 8.

Quid si non est data prorogandi potestas ab initio? Refertur opinio, nu. 9.

Explicatur sententia Authoris, nu. 10.

Quid si prorogatio fiat cũ cõditione, vt prioris cõpromissi clausula, & iuramentum, censeãtur repetita? aut in prorogatione promittant partes sub iuramento prius facto, n. 11.

An commutato voto iurato, obligent votum, & iuramentum, circa materiam subrogatam, nu. 12.

Explicatur quotupliciter fieri possit commutatio: & an tunc vinculum voti, & iuramenti cadant in materiam subrogatam, nu. 13.

Post nu. 13. inuenies alia summaria.

1 TRiplex quæstio disputanda est. Prima, quando cõmutatur votum aut iuramentum, qualiter desinat obligatio circa priorem materiam. Secũdo an non impleta materia subrogata, reuiuiscat prioris materię obligatio. Tertia, an licitus sit vouenti post voti commutationem, reditus ad priorem materiam.

2 Quęstio prima. An quando commutatur votum in aliam materiam, & similiter iuramentum, extinguatur omnino prioris vinculi obligatio? Certum est, cõmutato voto in aliam materiam, extingui prorsus vinculũ voti circa priorẽ materiã, & transferri idemmet in posteriorem materiã subrogatam. ac proinde hãc obligare sub eodem voto. Quippe prælatus commutans non condonat nomine Dei priorem voti obligationẽ, sed solam materiã mutat, ea lege vt loco illius acceptet vouens aliã sub eiusdemmet voti obligatione. Sicut in humanis quando ex consensu creditoris mutatur debitũ in aliam materiã, eo ipso quod debitor commutationẽ acceptat, liber prorsus manet à prioris obligatione, & cẽsetur materiã subrogatã promittere, & ad illam obligari. Atque ita docent *D. Tho. 4. d. 38. q. 1. ar. 4. quæstiuncula 3. Syluest. verb. votũ 4. q. 1. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 10. notab. 2. & art. 12. col. 2. vers. in commutatione autem votorũ, & in summa, verb. votum c. vltimo, vers. Rationabilis autem causa, & ibi Armilla nu. 14. Sotus lib. 7. de iustit. q. 4. ar. 1. col. 3. versic. Circa hanc conclusionem, & art. 3. col. 6. vers de causis subinde Palacios 4. dist. 38. disp. 3 col. 36. f. 880. & ibi Ouandus disp. vnica, propositione 25. Aragon 2. 2. q. 88. ar. 12. in dubio circa secundam conclusionẽ, art. 1 fol. 1041. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 7. colum. 2. versic. Respondeo, & columna penultima, dub. 2. Emmanuel Sà sũma, verb. votũ, vbi de voti irritatione, nu. 17. Suarez to. 2. de religione, tract. de voto lib. 6. c. 20. n. 1. 5. & 10. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 40. dubio 11 n. 94. & c. 41. dubio 12. num. 57. versic. Tertio commutatione. Manuel in Bulla Cruciata §. nono, n. 116. & addit. ad eamdem, §. 9. nu. 105. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tract. 10. c. 8. in 4. p. tract. de causis dispensandi, statim in principio, vers. Pro intelligentia. Henriquez lib. 7. de indulgentijs c. 30. n. 5. Sayro in claui regia lib. 6. c. 11. n. 120. & c. 12. n. 2. Pedraza in summa, pręcepto 1. §. 8.*

3 De iuramento autem est maius dubium. Quidã enim censent materiam subrogatã non obligare vinculo iuramẽti, sed id prorsus extingui, nisi de nouo emittatur, sed solo voti vinculo obligare, si prius iuramentũ erat Deo factum: & solo promissionis humanę nexu, si factum fuisset homini. Ducũtur, quod iuramentum nequeat ex sola voluntate transferri in aliam materiã, nisi illa denuo iureiurando muniatur. Quare cũ hoc non fiat, illa commutationis acceptatio solam promissionis vim habet: & ideo si iuramentũ erat Deo, erit promissio ipsi facta, & consequenter votũ: si autem homini, erit promissio humana. Et confirmatur ex *ca. penult. de iureiurand.* vbi decernitur clericũ qui iurauerat seruare statuta edita, & postea promisit per idẽ iuramentũ seruare statutum de nouo conditũ, non teneri iuramento, sed sola promissione ad nouum statutum. Cuius ratio est, quod iuramentum prius non repetitum nequeat ex sola iurantis voluntate extendi. At eadem est ratio de translatione ab vna materia in aliã. Quam etiam partẽ confirmat doctrina, quã nu. 5. referemus. Et in proprijs terminis hanc partẽ tuetur *Leonard. lib. 2. de iustit. c. 42. dub. 12. n. 57. vers. Tertio commutatione.*

4 At dicendum est, quoties commutatur iuramentum, siue ex consensu partium, siue authoritate superioris, siue propria, in euidenter melius, nõ omnino extingui

prioris

prioris iuramenti obligationẽ, sed extingui circa solam priorem materiam, & trãsferri eandẽmet in materiam subrogatam. Quia si omnino extingueretur vinculum prioris iuramenti, aut non esset vera cõmutatio, sed extinctio vinculi: aut esset commutatio in speciem diuersam, vt promissionis iuratę in simplicẽ. Hoc autẽ aperte aduersatur contrahentium menti. Quippe creditor cõmutationem ꝓmissionis sibi iuratę acceptãs nullatenus censetur cedere iure suo, velleque promissionẽ minori vinculo munitam loco prioris acceptare: alias defraudaretur. Quod idẽmet contingit in cõmutatione iuramenti facti Deo: nec enim Deus est visus aliter cõmutationem acceptare, nisi acceptando materiã subrogatam, sub eiusdem iuramenti vinculo, sicut in voti cõmutatione contingit. Secundo, quia ratio contraria, & textus in contrariũ adductus, non obstant. Quippe diuersa est ratio de iurãmẽti extensione, & de eius cõmutatione. Extensio em̃ vt sic, non dicit virtualem aliquã iuramenti repetitionem, sed solam eiusdem iuramenti applicationem ad nouam materiã: quæ applicatio est impossibilis. Vt probant ea ratio, & textus. At commutatio iuramẽti claudit virtualem eius repetitionem: sicut in voti commutatione contingit. Atque ita tradunt *Aragon 2.2.q 89.a .9.col antepenul. in probatione secũda propositionis, fol.1088. Suarez to.2. de religione, tract. de iuramento, lib.2.c.36.nu.8. & duplici sequenti.*

5 Hinc deducitur primo decisio eius quæstionis: an iuramentũ soluendi debiti intra certam diem, si prorogetur à creditore terminus, obliget in termino subrogato. Quidam negant, & ideo dicunt hunc non fore periurij reum, sed solius promissionis humanę violatę, si eo termino subrogatæ non soluat. Ducũtur quod iuramentũ ex sola partis voluntate extendi nequeat, *c.penult. de iureiur.* Secundo, quia ex cõmutatio lãta in debitorem, si certa die non soluerit, cessat omnino, prorogata die per solũ creditorem, & ideo ea non incurretur non soluendo die alia destinata. Ita tradũt *Rainerius, et Mattheus, quos refert, & sequitur Cardin. Clem. 1. §. nos itaque q.5.n. 18. de iureiur. Dec. c. de causis, in noua edit n.49. paulo ante versic. Secundo praterea.* Et *l. lecta n. 14. ff. si cert. pet.* Et videtur ẽt tenere *c. praterea, el 2. nu. 11. vers. sed tamen in iuramento de appellat.* tenent ẽt *Cotta in memorabilib. iuris, litera I. verb. iuramentum, vers. iuramentum interpositum per debitorẽ. Berous in suis quæstionib. familiaribus, q.100. in fi. Gratus cons. 15. nu. 18. & duplici seq. vol. 1. Leonard. li.2. de iust. c.42. dub.12. nu. 57. vers. Tertio commutatione.*

6 At dicendum est, iuramentum obligare in termino illo posteriori per creditorẽ designato atque ita debitorem eo nõ soluentem fore prioris iuramẽti violati reũ. Ducor, quod in hoc euentu nulla noua obligatio inducatur sed est eademmet soluendi debiti ab initio cõtracta, solaq; solutionis dies differtur. Ergo manet affecta obligatio illa eodẽ iuramento. Et confirmatur, quia iurãs soluere certa die, duo virtute iurat, prius est, se soluturũ, posterius, id futurum ea die, *l. Celsus 28. §. idẽ ait, vers. Sed ipse recte, ff. de receptis arbitris.* Ergo remittente creditore, seu prorogante posteriorem obligationẽ, nõ manet debitor liber à priori iurata, sed illa ad diẽ destinatam protenditur. Atque adeo hoc nõ est aliqua prioris iuramẽti extensio, sed potius coarctatio: id enim iuramentũ obligabat strictius, & per prorogationem termini indulgetur partis eius remissio. Secundo quia prorogatio videtur facta cũ omnibus qualitatibus, & clausulis rei prorogatæ *l. lecta 40. ff si cert pet. & l. legẽ 19. C. de locato.* Et vtrobique DD. cũ *glo. finali c. hi qui authoritate, de prabend. in 6 & ibi Franco in fi.* Ergo prorogatio illius termini videtur facta cũ qualitate prioris. Nec obstant contraria. Quia ad primũ constat ex dictis in cõfirmatione preced. Ad secundũ dic esse disparem rationem. Quod iudex excommunicarat ad diẽ illam solã: & cum excommunicare sit actus iurisdictionis, nequit ex solo partium iurisdictione carentium consensu prorogari. At iuramẽtum nõ prorogatur, vt diximus: excõmunicatio enim erat illi soli diei alligata: iuramentum autem minime. Et ideo hãc partem tuentur *Bart. l. 1. §. Et post operis, nu.7. iuncto nu. 5. ff. de noui oper. nunciatione: & ibi Alex. n.14. Iason ibi nu.14. & l. lecta, n. 10. ff. de recepit arbitris,* (quamuis in hoc posteriori loco aliquantulum dubius) *Bald. c. venerabilem, nu.16. de electione. Felin. c. 1. nu.5. de iureiur. & c. 2. num. 34. de sponsalib. Caleaneus cons. 80. nu.15. Rebuffus in concordatis, rubr. de prorogatione, vers. idem dicemus in iuramento. Boerius decis. 284. nu. 11. Barbatius cons. 31. Paulo ante finẽ, vol. 1. Natta consilio 57. nu.4. lib.1. Bolognetus d. l. lecta, n. 33. q. 2. & ibi Cagnolus nu.101. Couar. de pactis 1. p. in initio, nu. 6. vers. Secundo constat, in fine, & vers. Quinto vt difficultatem,* vbi cõtrariam sententiã appellat falsam. *Decisio capellæ Tolosana 182. nu. 1. Perez lib. 3. ordinam. in tit. 4. lib. 1. vers. Hinc infertur quod si iurauit. Curt. iunior d. l. lecta, n.10 Anton. Gabriel. in suis communibus opinionib. lib. 2. tit. de dilationib. conclus. 2. nu. 11. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 22. nu. 83. Guttierez de iuramento confirmatorio 1. p. c. 49. n. 10. Tuschus in suis conclusionib. practicis, lit. C. verbo Compromissum, conclus. 518. num. 7. Emmanuel Sà summa, verb. iuramentum nu. 15. Azor to. 1. instit. moral. libro 11. c. 10. q. 13. Suarez to. 2. de religione, tractatu de iuramẽto, lib. 2. c. 36. num. 12. & 13. Blancus de compromissis, q 7. principali, vbi de prorogatione, nu. 58. in fine.*

7 Sed maior difficultas est, quando iuramentum non claudebat vtrumque terminum, sed eius obligatio erat priori tẽpori ligata, & eo transacto finiebatur: an eo termino prorogato per creditorẽ, obliget adhuc iuramẽtum in termino subrogato. Quidã negant obligare. Sic *Bolognetus relatus numero precedenti.* Et ad idẽ sunt Doctores num. 9. referendi, dicentes idem in compromisso, cuius dies ex partium consensu prorogatur. Quia ea doctrina ijsdem fundamẽtis innititur. Ratio ergo huius sententiæ est, quod cũ in hoc casu iuramentũ prius nõ obligaret vltra priorẽ terminum, nec repetatur circa hunc posteriorẽ, si dicamus in hoc posteriori obligare, erit eius extensio contra decisionem *ca. penultimo, de iureiurando.* Preterea quia quando iuramentũ ab initio prestitum cõplectebatur id de quo nunc tractatur, bene extenditur ad hoc, secus autem, quãdo id non complectebatur. Vt tradunt sic intelligentes textum in *eo c. penultimo, Bart l. finali nu. 3. C. de vendendis rebus ciuitatis, lib. 11. quẽ ibi sequuntur Lucas de Peña Platea, Iacobus Rebuffus, Angelus, quos refert et sequitur Boerius decisione 284. n. 11. & Ias. l. 1. §. Et post operis, n. 8. ff. de operis noui nunciatione.* Cum ergo iuramentũ ab initio non complecteretur hunc postariorem terminũ, non est dicendũ extendi ad illum. Preterea, quia quęstionem valde cõtrouersam, an fideiussor obligatus ad soluendũ certa die, eximatur ab obligatione fideiussoria, quãdo ex creditoris cõsensu prorogatur dies solutioni destinata; sic decidunt *Bart. Abbas, Hostiens. Anchar. & alij multi quos referunt, et sequũtur Couar. de pactis 1. p. in initio, n. 6. vers. Quarto apparet. Guttierez de iuram. 1. p. c. 49. nu. 15.* Si terminus prior est appositus ad obligationis principalis extinctionem, non tenetur fideiussor eo prorogato: secus vero quando terminus non appositus est ad obligationem in posterũ extinguendam, sed vt ex tunc possit cogi debitor ad soluendũ. Quod in priori euentu nõ cẽseatur illa vera obligationis pristinæ prorogatio, sed verè noua obligatio: secus in posteriori. Sic ergo videtur dicendũ in presẽti. Fateor rationes has valde vrgere, & authoritatem Doctorum hanc partem in simili omnino compromissi casu tenentium, quos n. 9. referam. Et ideo existimo eam esse valde probabilem. At probabilius existimo adhuc id iuramẽti vinculum obligare in eo termino posteriori subrogato. Ducor primo, quia nullam discriminis rationem inuenio inter votum, & iuramentum: at si votum alligatum diei, vt ieiunandi vigilia beatę Virginis, commutetur in aliam

diem, obligabit absq; dubio votum in die illa subrogata. Ergo idem prorsus est dicendū de iuramēto, siue soli Deo fiat, siue etiam homini. Quippe in vtraque commutatione prorogatur terminus ex cōsensu veri creditoris. Secundo, quia in hac prorogatione non initur nouum pactum in substantia, sed idem et pro maiori tempore differtur, ac subinde totum ipsum eodē iuramēto vestitum prorogatur: atque adeo non est extensio iuramenti ad nouam materiā, sed continuatio eiusdem circa eandem materiam continuatā. Secundo, quia militant rōnes traditæ num. 4. Nec obstant contraria. Quia ad primum constat ex dictis. Ad secundum potest dici hunc posteriorem terminum non omnino esse extra prius iuramentum, cum sit idem pactum cōtinuatum, ac iuramentum tanquā illi accessorium sequatur principale pactum prorogatum. Ad tertium dic cum *Felino referen: Hostiensem*, eam regulam, vt prorogatio censeatur facta cum suis accessorijs, intelligi de accessorijs pendentibus ex partium consensu qualia sunt pignora, iuramentum, pœna promissa: secus de ijs quæ ex voluntate alia pendent vt est fideiussio. Quem intellectū traditeum *Host. ensi, Felinus c. t. nu. 5. de iuretur. & c. 2. nu. 34. de sponsal.* Quæ doctrina est pro hac parte. Et pro ea sunt DD. num. 10. referendi, tenentes in compromissio hanc partem, in quo eadem prorsus militat ratio.

8 Secundo deducitur solutio eius quæstionis, an compromittentes litem die signata decidendā, adiecto parēdi sententiæ iuramento, teneatur ex vi illius iuramēti parere sententiæ si terminus ille cōsensu partiū prorogetur. Et quidē si ab initio conuentū est, vt prorogari posset, certum est teneri iuramēto. Quia terminus prorogatus est inclusus in priori illo pacto iurato. Et ita tradunt *Bald. cons. 436. nu. 1. vol. 1. Decius l. lecta, n. 14. ff. si cert. petat. & ibi Bolognetus, n. 31. q. 2. Blancus de compromissis q. 7 princip. sli, vbi de prorogatione, n. 59. in textio. Couer. de pactis t. p. in initio, n. 6. vers. Septimo. Barthol. Socinus cons. 99. n. 2. & 3. vol. 3. Seraphinus de priuilegijs iuramenti priuilegio 22. n. 84. Guttierez de iuramento 1. p. cap. 49. in fi. Tuschus in suis conclusionib. practicis, litera I. verbo Iuramentum, conclus. 520 num. 2.*

9 Tota autem difficultas est, quando non est conuentū de illa prorogandi potestate, dū compromissum factū est. Qua in re quidam sentiūt non obligari in termino subrogato, virtute prioris iuramēti, sed sola promissione humana. Quia terminus prior adiectus extinguebat id cōpromissum, vtpote quod vltra eū nullas vires habebat. Et proinde militant rōnes traditæ, nu. 7. pro priori sentētia ibi relata. Et ideo hæc opinio est valde ꝓbabilis, vt ibi dixi. Et eam tenēt *Bald. toto eo. cons. 436. Dec. Blancus, nu. 58. in fi Barthol. Socinus, Bolognetus Seraphinus, Guttierez, vbi eos retuli nu. preced. Couar. eo. nu. 6. vers. Secundo constat, in fi. & vers. Octauo si prorogatio. Hippolytus singulari 303. num. 2. Ruinus cons. 61. num. 38. vol. 5. Azor tom. 1 institut. moral. lib. 11. c. 8. q. 12.*

10 At verius est, obligare etiam tunc iuramentū. Quod probant rationes traditæ nu. 7. pro posteriori sententia, vbi & contrarijs est responsum. Et ita docēt *Calcaneus cons. 80. nu. 15.* & fere omnes relati nu. 6. contra sententiam Cardinalis relatum n. 5. sentientes, vt testatur *Couar. eod. nu. 6. vers. Octauo si prorogatio, in fine: & ipsemet eodem n. 6. vers. Fortassis quibusdam,* titubat, & potius in hanc sententiam inclinat. Eandem tenent *Tuschus in suis cōclusionib. practicis, litera C. verb. cōpromissum, conclus. 518. n. 5. Anton. Gabriel. in suis communib. opinionib. l. 2. tit. de dilationib. conclus. 2. n. 11. Suarez to. 2. de religione, tract. de iuramento lib. 2. c. 36. nu. 14.*

11 Quare à fortiori sententia hæc verū habebit, si prorogetur terminus ille compromissis, cū eisdem clausulis, & vinculis prius adhibitis, vel per idē iuramentū ab initio præstitū. Quamuis contrarium velint *Bal. eo. vers. 436. nu. 1. Socinus eo. cons. 99. n. 2. & 3. Couar. eo. n. 6. vers. Nono ex pranotatis. Tuschus in suis conclusionib practicis, litera I. verb. iuramentum, conclus. 520. nu. 2.* dicētes nec tunc censeri satis repetitum iuramentum.

12 Demum duo obseruanda sunt. Prius est, si votū iuramento firmatum commutetur, materia per commutationē subrogata solo voti vinculo obligabit. Quia tūc non commutatur iuramentum, sed solum votū, & iuramentum ex consequēti cessat obligare. Potest tamen qui votum commutat, nolle id commutare, nisi vouēs vtramque obligationē acceptet. Sed modus hic cōmutandi non est necessarius, sed potest simpliciter cōmutari votum, & tunc tolletur iuramentū, & manebit votum non iuratum. Et ita tradūt *Suarez to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 14. nu. 18.*

13 Posterius est, dupliciter commutari potest votū, aut iuramentum. Priori modo, quando absolute fit cōmutatio in aliam materiam, vt communiter fieri solet: & tunc extinguitur obligatio circa priorem materiam, & transit sub eodem vinculo in posteriorem: & hoc siue in voto, siue in iuramento. Vt diximus nu. 2. & 4. Posteriori modo, non auferendo omnino obligationē circa priorem materiā, sed sub conditione, vt si maluerit, possit votum illud, aut iuramentum in alia materia implere. Et tunc nō aufertur omnino obligatio prioris materiæ, sed ex absoluta fit cōditionalis, vel ex præcisa fit alternatiua. Ita docet *Suarez. eod. to. 2. de religione, tract. de iuramento, lib. 2. cap. 36. nu. 11.*

SVMMARIVM.

An non impleta materia subrogata per voti, aut iuramenti commutationem aut ea reddita impossibili, reuiuiscat prioris vinculi obligatio? Refertur quadam sententia, nu. 14.

Explicatur sententia Authoris: & soluuntur contraria, numero 15.

Quid si votorum commutatio fiat à iure, nu. 16.

An ligatus simplici religionis voto, etsi post professionem, teneatur aliam religionem ingredi? Refertur quadam sententia, nu. 17.

Explicatur sententia Authoris, nu. 18.

Quid si vouerat religionem aliam casu quo ab illa eijceretur, num. 19.

An si ficte acceptauit commutationem, teneatur ad prius votum, nu. 20.

An quando votum religionis, aut castitatis, commutatur à Pontifice, vel pœnitentiariū, admixta dispensatione, ad solū prioris matrimonij ineundi effectum, desinat obligare materia per commutationem subrogata, quando redit integra prioris voti obligatio, eo matrimonio soluto, num. 21. & ibi quid, quando Episcopus sic commutat, vel aliud votū commutatur ad tempus.

An obligatio huius materia subrogata incipiat à die qua initur matrimonium, an à die commutationis, nu. 22.

An possit confessarius ita differre commutationem illam, vt materia subrogata incipiat obligare à tempore matrimonij initi, num. 23.

Post nu. 23. inuenies summaria quæ desiderantur.

14 QVæstio secunda. An non impleta, aut red dita impossibili, materia subrogata per voti aut iuramēti commutationem, reuiuiscat obligatio circa priorē materiam? Procedit autem hæc quæstio, quā aliunde non cessauit voti, aut iuramenti circa priorem materiā obligatio, vt quia tempori alligata erat, vel alia ratione. Quidam censent hunc obligari ad priorem materiam, quando culpa sua materiam subrogatam nō impleuit, vel tempore cōmutationis caruit animo implendi. Ducuntur, quod commutatio vtpote quæ prius vinculum non omnino extinguit, sed transfert, fiat instar contractus cōditionalis, factio dūmodo facias, & sic sub tacita cōditione, si materia subrogata impleatur. Secundo, ex doctrina *Soti & aliorū*, quam nu. 17. referemus. Tertio, quia facta commutatione est licitus vouenti transitus ad priorem materiā. Vt dicemus n. 26. Ergo manet obli-

obligatio disiũctiua, vnius, aut alterius materiæ. At debitor sub disiunctione tenetur ad alteram partẽ, quoties ex culpa sua, aut ex inculpabili impotentia alteram partem non soluit. Et ideo hanc partem tenet *Manuel additionibus ad Bullam Cruciatam, § 9. num.* 117. *&* 118.

15 At dicendum est, nequaquam reuiuiscere prioris materiæ obligationẽ, quantumuis sua culpa vouens omiserit materiam subrogatã implere, & reddita sit iã impossibilis. Ducor, quod per commutationẽ sit obligatio prorsus extincta circa priorem materiã, vt probaui nu. 2. At obligatio semel extincta non reuiuiscit *l. qui res §. aream, ff. de solution.* Qđ in obligationibus propria voluntate assumptis, clarius patet, quales sunt iuramẽti, & voti: semel enim ablata obligatio nequit redire nisi iterum votũ, aut iuramentum emittatur. Et confirmatur, quia nullo iure probatur cõmutationem illam sub cõditione fieri, nec quãdo commutatur votum, ea conditio apponitur. Si enim apponeretur, aut tacite inesset, nil referret, siue culpate, siue inculpate non mãdaretur exequutioni materia, in quã est votum commutatum: vtroque enim casu voti obligatio reuiuisceret. Tãdem quia etsi facta cõmutatione, liber maneat vouẽti reditus ad priorem materiam, vt dicemus nu. 26. non inde sequitur obligationem manentem facta voti cõmutatione, esse pure alternatiuã: sed vere est determinata ad materiã subrogatam, quãuis eo priuilegio fruatur vouens, vt possit loco illius priorem materiam exequi: & ideo obligatio per se cadit in materiam posteriorẽ quãuis in priori impleri valeat ex interpretatiuo, & fauorabili creditoris consensu. Et cõfirmatur, quia nõ est par ratio de obligatione exequẽdæ prioris materiæ, quando posterior omissa est, nec impleri põt, & de libertate implẽdi voti in priori materia. Quod hæc ad fauorem commutatione cõcessum spectet: illa autem ad cõmutationis restrictionem, & ad eam reddendã cõditionalẽ, qualis non præsumitur, nisi expresse fiat sub tali conditione. Et ex his constat solutio ad contraria. Et ideo hanc partem amplexus sum lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 21. Et eam tenent *Graff. 1. p. decisionũ l. 2. c. 30. n. 3. Sayro in claui regia, l. 6. c. 12. n. 24. Viualdus candelabro sacramentorum 2. p. c. 14. n. 27. Suarez. to. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 20. à nu. 9. vsque ad* 12.

16 Hoc autem limitant *Graff. ibi, & Viualdus nu.* 28. vt intelligatur quando commutatio fit ab homine, secus de facta à iure, qualis fit in religionis ingressum, *c. Scripturæ de voto.* Sed hanc limitationẽ ibidem reieci, & illam reijciunt *Sayro ibi, & Suarez. n.* 11. Quia vota non in solũ ingressum ad nouitiatum commutantur, sed in professionem, quæ perpetua, & immutabilis est, & ita cõmutatio in illam facta manet perpetua, & immutabilis. Quod si contingat postea professum eijci, nõ reuiuiscunt vota. Vt dicemus nu. 18.

17 Hinc deducitur decisio eius quæstionis: an si quis religionẽ absolute voueat, & ingressus eijciatur post professionẽ in perpetuum reuiuiscat prius id votũ, ac subinde teneatur hic aliã religionẽ ingredi. Affirmãt quidã tanquam probabilius, quamuis oppositum etiam dicãt probabile. Ducuntur, quod votum id ante professionẽ emissum, nõ fuerit determinatæ religionis, sed indeterminatæ, & vagæ. Ergo sicut hic non satisfecisset voto, si petens in aliquã religionẽ admitti, nõ admitteretur, sed teneretur alias religiones procurare: ita nõ satisfaciet, si expulsus à religione, in qua professus est, aliam ingredi non intentet. Itẽ quia voto castitatis astrictus transiens ad nuptias tenetur quatenus potest, ad prius votum, vt abstinendo à debiti petitione. Ergo similiter hic professus expulsus tenebitur ad prius religionis votum, ingrediendo aliam. Ita docent *Sot. l. 7. de iust. q. 2. ar. 1. in solut. ad 3. in fi. vers. quid si. Aragon 2. 2. q. 88. ar. 3. in solut. ad 2. in fine. Graff. 1. p. decis. l. 2. c. 30. n. 3. Manuel additionibus ad Bullam Cruciatam, §. 9. n.* 117. *&* 118. *Vega 2. to. summa, cap. 129. casu 79. Corradus in suis responsis 1. p. q.* 285.

18 At dicẽdũ est, minime teneri. Quia omnia vota ante professionem facta, commutãtur in ipsam, ac per eam extinguũtur, *c. Scripturæ de voto.* At obligatio semel extincta non reuiuiscit. Et hinc constat ad rõnes contrarias. Nã votum religionis indeterminatæ nũ extinguitur, ex hoc quod vouens petens aliquam determinatã, nõ admittatur in eam nec votum castitatis per matrimonium postea initum. Et ideo hanc partem tuentur *Azor to. 1. institutionum moralium, l. 12. c. 16 q. 5. Sayro in claui regia, lib. 6. c. 9 fine. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 41. dub. 15. nu.* 111. Qui omnes iure optimo non distinguunt, an votũ id fuerit religionis strictioris ea in qua professus est: & an fuerit solius ingressus, an etiam perseuerantiæ. Quia etsi peccarit profitendo in laxiori cõtra votum ingressus & perseuerãtiæ in strictiori: at per professionem in laxiori prius id votum est similiter extinctum: iuxta *c. penultimum, de regular. in* 6.

19 Hanc tamen partem limitat *Leonardus ibidem*, nisi dum ille vouit religionem, se expresse obligarit ad aliã religionem capessendã si contingeret semel assumpta eum eijci post professionem. Ducitur, quod id votum non sit in professionem commutatum, cum nulla commutationis ratio adsit; exequutio enim eius non concurrit cum professionis exequutione, sed solum inducitur in eius locum, si contingat eum expelli. Et placet limitatio, at debet intelligi, nisi ille expresse vellet id votum commutare in eam professionem. Posset enim loco illius voti eligere profiteri, & sic in professionem ad quam nõ tenebatur, commutare: & facta commutatione. licet expellatur iam professus, non reuiuiscet. Iuxta dicta nu. 15.

20 Quando autem ficte acceptatur voti commutatio: (quod est alterum membrum opinionis relatæ nu. 14.) diximus satis hoc lib. 4. c. 47. nu. 6.

21 Superest duplex difficultas. Prior est; an quando votum commutatum, re ipsa redit, eo quod commutatio ad actum temporalem duntaxat fuerit, cesset commutationis obligatio quod materiam subrogatam, verbi gratia. Pontifex, & summus pœnitentiarius solent partim dispensando commutare votum religionis & castitatis, in aliqua pia opera. Ad effectum solius prioris matrimonij ineundi, & ideo eo matrimonio soluto redit integre pristina illorum votorũ obligatio dubitatur ergo an tũc cesset obligatio ad pia illa opera loco illius voti subrogata. Et videtur cessare, quod ea materia sit loco prioris promissæ imposita: ergo tamdiu censetur durare, quamdiu prior materia nũ obligat, ac proinde redeunti eius obligatione cessabit. At quãuis regulariter in commutationibus alijs temporaneis ita esse credam, ob rationem propositam: at in exemplo adhibito credo nõ cessare obligationem ad materiam subrogatam. Ducor ex tenore literarum, quibus conceditur facultas confessario in foro conscientiæ ad hæc vota cõmutanda; quam retuli libro octauo, de matrim. disput. 34. n. 1. & 2, qui idem est, quãdo committitur commutatio officiali diœcesano in foro externo; vt notaui ibi, disp. 35. nu. 4. quia ibi sic dicitur. *Dispensando commutes in frequentiam sacramentalis confessionis singulis scilicet, mensibus, semel, vel quoties tibi videbitur: & in alia pœnitentiæ opera per te iniungenda, inter quæ sint aliqua pietatis opera quæ quotidie facere teneatur, ad eum finem, vt ea adimplens meminisse semper possit obligationis, quæ huiusmodi voto astringebatur.* Vbi pondere dicere, *singulis mensibus*, insuper, *in alia pietatis opera, quæ quotidie facere teneamur*, insuper, *vt meminisse semper possit obligationis.* Quæ omnia verba quamdam perpetuitatem important. Præterea quia quando voluot votum non in perpetuum extingui, id declarãt in eisdem literis, dicentes nõ extingui, nisi ad effectum illius matrimonij ineundi. At si idem vellent circa materiam subrogatam, id vtiq; explicarent, nec apponerent verba perpetuitatem indicantia. Et ratio potest esse, quia commutatio eius

voti tam ardui ad statum perpetuum assumendum, & quod pōt nunquam redire, vt si vouens moriatur prius quā alter coniux, aut soluto matrimonio sit ita senex, vt sit religioni ineptus, quamuis redire possit, petit fieri in materiā perpetuā, quæ quamuis perpetua, est multo minoris æstimationis apud Deum, quam materia promissa [illegible] eo modo temporaliter commutata: & ideo adhuc ad [illegible] dispensationis. Quare [illegible] licentiā quando simili commutatione vteretur Episcopus, dispensans partim in eis votis, aut rōne necessitatis, quod adiri nequeat Pontifex, aut quia conditiones [illegible] sunt. Qua in dubio videtur se cōformare [illegible] Pontificis.

22 [illegible] difficultas est. An in ijs exemplis adhibitis [illegible] obligatio materiæ subrogatæ à die quo [illegible], vel à die quo initur matrimonium. Videtur [illegible] obligare, quia tunc incipit vsus cōmutationis, [illegible] materia prius promissam. At [illegible] à die commutationis. Quia ex tunc [illegible] materia prius promissa & potest [illegible] & vere [illegible] voti commutatum, & [illegible] translata prioris voti obligatio in materiam subrogatam.

23 [illegible] confiteor differre commutationem, vt nō obliget nisi à tempore, quo vouens initurus est matrimonium, non de obligando ex tunc a priori voto: id enim fieri nō pōt, nisi acceptata ex tunc commutatione. [illegible] à priori voti obligatione potest cōmutare ab eo tempore, quo vouens est contracturus voto, [illegible]. Sicut etiam potest vouens non præsentate literas illius dispensationis, commutatione [illegible] vsque ad [illegible] tempus. Verumq; autē intelligitur, nisi instaret obligationis tēpus implendi votum religionis, tunc enim nequit differri commutatio. [illegible] enim ea dilata obligeret adhuc votū tenebitur illud implere, aut commutationem ex tunc acceptare.

S V M M A R I V M.

An accepta valeat legitima voti, aut iuramenti commutatione, sit in [illegible] ad voti priorem materiam redire? Referuntur duplex sententia, nu. 24. & 25.

Explicatur sententia authoris, & simul soluuntur cōtraria, nu. 26. & [illegible].

An [illegible] voti commutatio, licet ad quācumque materiam redire, nu. 28.

An [illegible] commutationi possit ad illam redire, n. 29.

An [illegible] commutationem, [illegible] iterum prius votum, [illegible] commutatione: nec tunc licet [illegible] commutatione ad prius votum redire, nu. 30.

24 QVæstio vltima. An acceptata legitima voti commutatione, integrum sit vouenti redire ad priorē materiam promissam, omissa subrogata per illam cōmutationem? [illegible] non potest dubitari quin liceat quando cōmutatio in minus facta est admixta dispensatione. Quia licet cuicumque propria authoritate votū in melius commutare, ne dū redire omissa cōmutatione, ad materiam meliorem prius promissā. Difficultas ergo est, quando commutatio facta est in rem æqualē, aut meliorem. Quidam sentiunt non esse eum reditū ad priorem materiam licitum. Ducitur, quod acceptata commutatione, si prorsus extinctum voti circa priorem materiam, & sit quasi nouum posterioris materiæ votū. At nequibat vouens cōmutare propria authoritate etiam in rem æqualem. Ergo nō licet illi redire ad priorem materiam æqualem. Secundo, quia totam cōmutationem esse in vouentis fauorem, nō probat hūc reditum licere, acceptata semel cōmutatione. Sicut religioso translato ex legitima licentia ad religionē æqualem, nō licet ad priorem æqualē redire propria authoritate; nec pupillo ex tutoris licentia obligatio integrū est retrocedere, quamuis licentia illa in vtriusque fauorem concessa esset. Tandem quia si hic reditus liceret, nō esset cōmutatio in æquale: eo quod prior voti obligatio fuerit ad vnā materiam determinatam, posterior vero ad illam, vel ad aliam. Et hanc sententiam dicit probabilem [illegible] de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 20. nu. [illegible].

25 Alij admittunt hunc reditum ad priorem materiā, quando votum est commutatum in rem æqualem; nō autē quando est commutatum in rem meliorem. Prior pars probatur rationibus tradendis n. sequenti. Posterior autem probatur, quia illa commutatio acceptata habet vim [illegible] voti, quo cōmutans se obligat ad reddendū Deo aliquid melius, quā antea promiserat. Ergo [illegible] non licet [illegible] ratio: id enim virtute erit, votum [illegible] in minorem commutare. Secundo, quia commutatio in melius est absoluta, nec fit in vouentis fauorem, sed solius [illegible] ei, & in maiorem eius cultum. Sed [illegible] quādo commutatio facta est in æquale quod ea sit conditionata, si vouēs voluerit, & ita non inducit præcisam obligationē sed relicta electione vouentis. Ergo is reditus non licebit, quando commutatio est facta in melius. Tādem quia nisi talis induceretur obligatio, nulla fieret cōmutatio in melius: quia potestas faciendi loco minoris boni, id quod melius est, interuenit semper in omni voto, absque vlla commutatione. Ergo quādo fit commutatio, hoc additur, quod illa potestas transeat in obligationē, mutata obligatione voti ab inferiori opere, & trāslata in melius. Hanc partem his rationibus ductus tuetur *Suarez ed. cap. 20. num. 1. & 4.* Et vtraque sententia est probabilis.

26 At probabilius reputo, licere propria authoritate redire ad priorem materiā promissam, siue votū commutatum sit in rem æqualem, siue in meliorē. Ducor quia cum [illegible] commutatio fiat in fauorem solius debitoris, id est, vouentis, vt ipsius vtilitati prospiciatur, ac facilius possit votum implere in materia subrogata, censetur facta multo magis fauorabili ipsi vouenti, ne quod in ipsius gratiam introductum est, retorqueatur ipsius onus. Multus autem fauorabilior est, vt libertas maneat acceptam cōmutationem aut in propria pristina materia votū implere, aut in materia subrogata. Quæ ratio æquè id probat, siue cōmutatio fiat in rem æquale, siue in meliorem. Quia vtraque est tota in fauorē vouentis, quia putat se facilius posse in materia illa, siue æquali, siue meliori, votū implere: ac proinde vt cōmuniter contingit in his commutationibus, non eligitur illa materia melior subrogata, in fauorē Dei, quasi per id intendendo cultum eius augere, & rem meliorem sponte sua illi offerre sed in solam vouentis vtilitatem, vt facilius impleat: eligitur autem melior materia, vel quia [illegible] propria authoritate, & nequit commutatio fieri nisi in euidenter melius vel ad vitandos æqualitatis requisitæ scrupulos, si fiat authoritate superioris. Cū ergo tota hæc commutatio fiat in solam vouentis vtilitatē, sicut quando commutatio fit in rem æqualem: idē de libertate redeundi ad pristinam materiam, dicendum est in vtraque commutatione. Nec obstant adducta in contrarium numero vigesimoquarto. Nam ad primū dico non perinde esse: ac si nouum votum emittatur circa posteriorem materiā subrogatam, independenter à priori: sed dicendum est, votum in aliam materiam commutatū extingui omnino, & absolute, ad eum effectum vt acceptans commutationem, iam in posterū in nullo euentu teneatur ad priorem materiam: at sub conditione, ad eum effectum, vt qualiscumque sit materia subrogata liberum sit vouenti redire ad priorem materiam. Ad secundum dic non esse simile in illis exemplis. Quia non [illegible] ita commutatio in fauorē obligati. Præterea facta [illegible] in monasterio posteriori, acquiritur ius plenum monasterio per

tradi-

traditionem illam, & per obligationem legitimam pupilli homini, cum quo contraxit. Ad tertium respondet optime *Suarez eod. cap. 20. num. 4.* illam inæqualitatem consurgentē ex libera alterutrius materiæ eligendę potestate consurgentem, non esse magni momenti, quod si alicuius sit, reddi iustam ex causa ad commutationē petita; ea enim & ad commutationem, & ad fauorē illum, iusta reddenda sufficit. Ad argumenta secūdę sententiæ proposita nu. præced. respondetur. Ad primum dic idem argumentum concludere idem met, quando commutatio est facta in rem æqualem. Quare tādendum est eodem prorsus modo, quo respōdimus ad primum primæ sententiæ. Ad secūdum negandum est antecedēs: satis enim probauimus totam eam commutationem fieri in solam vouentis vtilitatem, & constabit clarius ex dicendis num. sequen. Ad vltimum negatur sequela. Quia non semper est licitum facere, id quod melius est, omittendo materiam voti promissam, quæ minus bona est sed in solo duplici casu. Prior est, quando vtraque est incompatibilis & si votum impediret maius illud bonum: in eo enim euentu votum non obligat. Posterior est, quādo obligatur sub pristina voti obligatione, in prioris materię minus bonę commutationem. Qui enim absolute proponeret, aut voueret castitatē, non commutando in illam votum ieiunium antea promissum, absque dubio nō liberaretur illius obligatione. Et ideo huius sententiæ sunt aperte *Azor tomo primo, instit. moral. libro vndecimo, capite 18. ques. sine 10. & 11. Sayro in claui regia, lib. 6. cap. 12. numero 22. Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 40. dub. 11. numero 97.* vbi absolute, & nulla adhibita distinctione, an commutatio facta in rem æqualem, an in meliorē, tradunt hunc reditum ad priorem materiam licere. Et quamuis *Azor ea quæst. 10.* id probet eo quod commutatio fiat in bonū æquale, at nō vtitur ea ratione, quasi potissima sed ea quam nos tradidimus: & sic nō videtur suam sententiam limitare, quam ibi, & num. 12. in distinctè tradit de commutatione. Et *Leonardus, et Sayro* solius nostræ rationis meminere: quare nulla est ratio, ob quam cum indistinctè loquantur sint limitate intelligendi de commutatione sola facta in bonum æquale. In neutro autem casu licebit, si acceptans commutationem, renunciarit huic fauori in ipsa incluso. Vt ait *Suarez, nu. 13. in fine.* At credo licere quando facta est in bonum æquale: nō ob illum fauorem; sed ob rationem num. seq. dandam.

27 Si tamē acceptans commutationem in melius bonū id efficeret consulto ad maiorem Dei cultum augendū & ad id eligēs materiā illā meliorē, loco prioris, nullatenus posset ad priorem materiam redire. Quia ea cōmutatio non in sui, sed in Dei fauorem est facta. Secus autem crederem, si in hoc euentu cōmutatio facta esset in bonum prorsus æquale. Quia ea totali æqualitate existente, æquè colitur vtraque Deus, & aliquantulum excedit materia prius promissa: cedit enim in voti fauorē, vt prius in propria materia quam in alia æquali impleatur. Quod si res esset dubia, an commutatio in melius facta sit hoc modo, an potius modo explicato nu. præced. existimo in hoc dub. præsumendū fieri eo modo, quem nu. præced. explicuimus Quia frequētissime fit commutatio illo modo, & ad exonerandū vouentē, potius quam ad illum grauādum: & ideo à cōtter contingentibus, præsumenda est ita facta in hoc dubio, ac proinde in eo licebit reditus ad priorem materiam.

28 Immo, etsi sæpe votum sit commutatum, integrum est huic exequi votum, aut quancumque materiam ex eis, in quas facta est cōmutatio. Vt si peregrinatio annua est legitime cōmutata in menstruā confessionē, & hęc in ieiunia aliquot, & hęc in aliquot preces satisfaciat vouens exequēdo peregrinationē, aut confessiones illas, aut ea ieiunia, illasve preces. Quod omnes hę cōmutationes id vouentis gratiam sint factæ. Et ita docēt *Azor quæstione duodecima, Leonardus, & Sayro citati numero præcedenti.*

29 Quod si roges, an post votū vouens rediji ad prius votum, nolens commutatione vti, possit iterum ad materiam subrogatam per cōmutationē redire. Aliqui simpliciter negant; quos tacito nomine refert *Suarez eod. c. 20. n. 13.* Sed sic distinguēdum est. Si commutatio facta fuit in minus, non licet is reditus. Quia renunciando ei cōmutationi, emittitur virtute de nouo prius votum. At illud nequit propria authoritate in minus bonum cōmutari; nec prior cōmutatio extenditur ad hoc votum, quasi de nouo emissum. Et ita docet *Suarez ibi.* Quod si commutatio facta fuerit in bonum euidenter æquale, similiter non licebit reditus ad materiam subrogatam: retenta nostra sent. dicenti non licere propria authoritate commutare votum in rem euidēter æqualem. Quia in hoc casu militat eadem rō tradita de commutatione in rem euidenter æqualem. Et tradit *Suarez ibidem.* Tandē si commutatio facta fuerit in melius bonū, licebit vtiq; iterum ad illā redire, nisi votū sit ex reseruatis Pōtifici. Quia in alijs votis præter hęc est licita cōmutatio facta propria authoritate in melius bonum.

30 Demū si facta commutatione, illam acceptans emittat iterum prius votū, spectanda est eius intentio, an solum fuerit redeūdi ad prius votū, omissa commutatione, & tunc non tenebitur ad commutationem; secus si animus fuerit se iterum eo voto ligandi, tunc em ad vtrumq; teneri. Quod si dubia sit intentio, crederem etiam eum ad vtrumq; teneri. Quia votū denuo emissum, ac cōmutatio ex vita ab vtriusq; obligatione excusans est dubia, ac proinde obligatio posidet.

CAPVT LVI.

Circa praxim commutandi vota, quæ in ea obseruanda sint ad materiæ subrogatæ æqualitatem, & vt omnibus pensatis rectè fiat.

SVMMARIVM.

Nequit circa commutanda vota præscribi certa regula, sed arbitrio prudentis est committendum, nu. 1.

An ad maiorem, vel æqualem materiæ per commutationem subrogatæ dignitatem, sit sola materia in se, & non vt voto affecta, consideranda, nu. 2.

Quando commutatur votum vitandi alicuius peccati, qualiter æqualitas materiæ subrogatæ sit commutāda? Et opponitur exemplum rectè huius commutationis, nu. 3.

An quando commutantur votum, & iuramentum eiusdē rei, debeat esse amplior commutatio, nu. 4.

Quid si sit votum alicuius rei, & alterum, aut iuramentū non petenda commutationis, an sit vtrumq; vinculi rō habenda, vt maior sit commutatio, nu. 5.

An spectanda sit æqualitas materiæ subrogatæ, iuxta maiorē, aut minorem virtutis excellentiā, cuius alterutra materia est actus; an potius spectandum sit vltra illarum sit vouēti vtilior in ordine ad finem voto intentum, nu. 6.

An opus sit imponere similia opera proximius ad eundem finem ordinata, nu. 7.

An sit tutior commutatio in frequentiam sacramentum, & aliques sacra facienda nu. 8.

An ad maiorem commutationem habenda sit ratio maioris dignitatis sinit intentpter votum, nu. 9.

An habenda sit ratio difficultatis exequendi votum, & materiam subrogatam; ac votum pauperis in minorem eleemosynam commutari possit, quam diuitis; ac pauciora ieiunia imponi valeant laborantibus, cholericis, debilib. quam otiosis, phlegmaticis, ac robustis, nu. 10.

An ad commutandam peregrinationem, sint computanda labor itineris, & expensæ, nu. 11.

An ex his deducendæ sint expensæ faciendæ domi, nu. 12.

An pensandæ sint iuxta decentium status vouentis? Refertur opinio, num. 13.

Refertur

Explicatur sententia Authoris, nu. 14.

An sint computanda, eundi, & redeundi? Refertur opinio, num. 15.

Explicatur sententia Authoris, nu. 16.

Quid si expleta peregrinatione, mutans voluntatem non rediret, num. 17.

Quid si vouit inuisere imaginem, & ipse, aut ipsa sunt iam in loco remotiori, aut propinquiori, nu. 18.

An ad has expensas computandas, sint attendenda itineris pericula, & damnum ex absentia pullulans rebus vouentis? & tributa infidelibus soluenda, vt transitum in Hierosolymam permittant, nu. 19.

An sint computandæ expensæ in commorando in peregrinationis loco, nu. 20.

An sint conuertendæ in fauorem loci peregrinationis, nu. 21.

An votum in fauorem tertij redundans, sit conuertendum in eius fauorem, nu. 22.

An sint expensæ aliquæ computandæ in peregrinationis mendicando faciendæ, nu. 23.

An votum reale possit in personale, & è contra, commutare, num. 24.

Explicatur intellectus textuum, & Doctorum, dicentium expensas commutandas in eleemosynas, & laborem in opera personalia, nu. 25.

An votum Hierosolymitanum sit in eius loci fauorem cõmutandum, nu. 26.

An exigantur in materia subrogata, æqualitas duratione, magnitudine, & numero, & votum perpetuum commutari, num. 27.

An votum certa die implendum, sit commutandum in rẽ eadem die exequendam, nu. 28.

An sit eadem die exequenda, vbi commutans nil explicat, num 29.

Qualiter votum conditionale sit commutandum, conditione non impleta, nu. 30.

Quid si tunc commutatio fiat in aliam obligationem conditionalem, nu. 31.

Quid si impleta conditione, fiat commutatio nu. 32.

Quid de commutatione voti pœnalis, post pœnam incursam, num. 33.

Quid quando pœna non est incursa, an habenda sit aliqua pœnæ ratio, an solius materiæ principalis? Refertur opinio, numero 34.

Explicatur sententia Authoris, nu. 35.

Qualiter sit commutandum votum pœnale, ne in posterum incurratur pœna, nu. 36.

Qualiter fieri debeat commutatio, quando per ipsam sola dilatio datur, nu. 37.

Qualiter in commutatione, sit pœnitentis fragilitas spectanda, & prospiciendum ei sit, vt videtur transgrediendi periculum, num. 38. Et ibi an possit fieri commutatio in opera præcepto debita?

Apponitur exemplum commutationis voti Hierosolymitani, num. 39.

Exemplum affertur commutationis laboris peregrinandi, numero 40.

Affertur exemplum commutationis voti religionis, & explicatur, an illud, & votum castitatis, possint commutari, numero 41.

Exemplum cõmutationis voti non ineundi matrimonij, n. 42.

Aliud exemplum commutationis voti sacerdotij, nu. 43.

Aliud commutationis voti ieiunij omnibus sextis ferijs, n. 44.

1 QVamuis nulla certa regula innumeris votis, & cum innumeris circumstantijs concurrentibus commutandis præscribi valeat; sed id prudentis arbitrio relinquendum sit. Vt c. 1. *de voto*, colligunt *Ab. ibi, nu. 2. Abulensis cap. 30. Num. q. 104. Nauar. sum. Latina & Hispana c. 12. nu. 77. Suarez to. 2. de religione, tract. de voto, l. 6. c. 19. n. 21.* Verum ad scienda, quæ in recta votorum commutatione spectari debeant, trademus aliquas regulas, & deinde aliqua peculiarium votorum commutationis exempla subijciemus.

2 Prima regula sit. Maior materiæ subrogatę dignitas est spectanda respectu solius materiæ promissę, nec vlla vinculi voti est ratio habenda. Quia quamuis vtrumq; in votorum dispensatione attendendum esse diximus c. 45. nu. 37. at in commutatione diuersum est. Quia per illam tollitur omnino voti vinculum: in hac autẽ idem prorsus manet in materia subrogata. Vt probaui c. pręced. nu. 2. Atque hanc tradunt *Caie. 2. 2. q. 88. ar. 12. col. 2. vers in commutatione autem votorum. Sotus l. 7. de iust. q. 4. ar. 3. col. 6. vers. De causis subinde. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. columna penultima, dub. 2. Manuel addit. ad bullam, §. 9 nu. 105.*

3 Hinc deducitur primo votum vitandi alicuius peccati, vt non fornicandi, nõ egere magna commutatione. Quia per commutationem non aufertur obligatio præcepti, nec noua voti obligatio: cum hæc in materiam subrogatam transeat: sed tantum fit, ne illa voti obligatio cadat in eandem præcepti materiam. Quare æqualitas materiæ subrogatæ est quoad hoc solum spectanda, vt recompenset obsequium diuinum, redundans ex eo: vt vinculum voti cadat in priorem præcepti materiam; atque ita sit æquale, aut maius Dei obsequium, id cadere in nouam materiam, cum antiqua solius præcepti obligatione quam superaddi illi pręcepti. Et ideo attendẽdum est, quantum obligatio voti superaddita illi præcepto arceat vouentem ab illius præcepti transgressione. Qui solet esse horũ votorum finis. Si n. valde arcet, cũ illo secluso soleret vouens in id peccatum incidere, est magni obsequij diuini; & ideo indigeret commutatione graui similiter arcenti: qualem reputarem perpetuã confessionem menstruam. Si autem illi fini nil conduceret imò solis multiplicandis peccatis ex pœnitentis fragilitate, transferendo simplicẽ fornicationẽ in sacrilegã, contentus essem recitatione calculorũ virgeneorum semel quolibet mẽse per trienniũ.

4 Secundo deducitur, in commutatione voti, & iuramenti eiusdem materiæ, neutrius vinculi esse in cõmutatione rationem habendam, sed solius materiæ promissę, & ideo nõ opus esse maiori materia subrogata. Quia vel vtrumq; vinculum cadit in materiam subrogatam; vel ablato per cõmutationem vno, cessat alterum. Iuxta dicta c. præced. nu. 12. & 13.

5 Tertio deducitur, quando vltra votum aut iuramentum rei alicuius, adesset aliud non petendæ commutationis, attendendũ esse in materiæ subrogatę ęqualitate, duplex votum, aut iuramentum, aut vnum votum, & alterum iuramentũ commutari, nempe, alterum rei principaliter promissę, alterum autẽ nõ petendę commutationis, & ideo materia subrogata debet esse ęqualis vtrique nexui, nec sufficeret æqualitas cum prioris voti materia. Et hoc est, quod voluit dicere *Manuel in bulla cruciata, §. 9. n.* 112. vbi ait tunc non sat esse commutare votum in rem æqualem, sed in meliorem commutandum.

6 Secunda regula sit. Esse maius, aut minus, aut ęquale bonum materiæ promissę, & eius in quam cõmutatio fit, non spectandum esse iuxta excellentiam virtutis cuius est actus, ita vt semper censeatur commutatio in melius facta, quando commutatur in opus excellẽtioris virtutis. Vt si commutetur ieiunium, quod est actus abstinentiæ in orationem, quę est religionis, quã constat esse abstinentia excellẽtiorem, non semper erit cõmutatio in maius, nec in bonum ęquale. Sed habenda est ratio vouentis. Quia cum vota tendant in Dei obsequium à vouenti exhibendum, nec semper sit Deo gratius, vouentem facere, quod per se est excellentius, sed quod pro tẽpore, & loco, & vouentis dispositione, magis cõgruit eius saluti spirituali, ideo non semper reputatur melius aut æquale, quod suapte natura est tale, sed quod hic, & nunc est grauitas, aut ęque gratũ à vouẽti pręstari. Quod non obscurè significat textus, *c. 1. de voto*, quatenus ait ad dijudicandam meliorem materiam

promissa

promissa compensationem, ponderandas circumstantias personæ, loci, ac tēporis. Cuius rationē reddit optime *Suarez to.2. de religione, tract. de voto, lib.6.c.18.n.8. ad fin.* quia non satis est opus in specie: & secundum se esse melius sed oportet in indiuiduo rem expendere ob rationem traditam. Quare in commutandis votis, sunt maxime spectanda spiritualis vouentis vtilitas, & finis voto intētus. Vt si quis ad domandas carnis illecebras vouit ieiunium, aut ad auferendam auaritiam, vouit eleemosynā, non recte fiet commutatio in opera alia ex se excellentiora, quæ ei fini assequendo non ita apta sint. Atque ita docent *Palacios 4.d.38.disput.3.col.26. fol.875.& col.28.paulo ante versiculum, Memineris porro, fol.876. Azor to.1.instit.moral.lib.11.c.18.q.1.& 13. Leonardus l.2. de iusti.c.40. dub.11.nu.87. Sayro in claui reg.l.6.c.12.n.5.& 6. Suarez eo.l.6.c.19.n.21.* Quod etiā non obscure significat *Sotus lib.7. de iustitia q.4. art.3. col.8. vers. ex istis consequitur*, vbi dicit ad commutationem in melius factam, non exigi causam executioni voti obstantē, sed satis esse materiā subrogatam magis ad fin. conducere. Ecce qualiter rem meliorē perpendit in ordine ad voti fin. Hoc ipsum etiā sentire videtur *Supplementum Gabr.4.d.38.q.1. art.5. vbi de voti redemptione, & commutatione, in litera Y. ad fin.* vbi ait melius aut æque bonum, non attendendum secundū proportionem rei ad rem, sed quod sit melius pro tunc, siue personæ vouenti, siue reipublicę, vt exigit charitas maioris boni vouentis, aut publici.

7 Nec tamen hoc ita pressim intelligo, vt opus sit imponere similia opera quæ proximius ad eū voti finem ordinentur. Vt si fuit opus pœnitentiæ ad domandam carnem, sit necesse alia opera pœnitentiæ iniungere. Quippe poterunt alia opera imponi, quæ licet non ita proxime ad eum finem ordinentur, alia ratione magis ad eum finē conducunt. Vt sunt frequentia sacramentorum; orationes mentales, &c.

8 Imò existimo tutiorem cęteris commutationem esse in sacramentorum frequentiam, si eam facile pęnitens acceptet speretur que fore vt impleat. Quod p hęc, facilius & citius, perueniatur ad rei promissæ æqualitatē cum per hæc communicentur maxime merita Christi, remittantur peccata, augeatur gratia deseruiantque sūmopere emendandæ vitæ & peccatis cauendis, & viribus spiritualibus augendis ad legem Dei obseruandā. Insuper erit sanum consilium cōmutare in aliquot sacra facienda. Quia cum per illa valde augeatur cultus diuinus, sintque magni valoris, adæquabunt magnam rei promissæ quantitatem.

9 Tertia regula sit. Habenda est ratio finis, ad quē res promissa ordinatur. Quippe dignitas materiæ pmissæ augetur ex digniori fine, & ita maiori commutatione indigebit. Vt si quis vouit non ludere gratia vitandi blasphemias & periuria maiori cōmutatione opus habet, quam si finis solus esset, vitare prodigam pecuniæ iacturam. Quare examinandus est vouentis finis, tum ad considerandā maiorem materiæ promissæ dignitatem, tum etiam ad perpendendū, an materia subrogata cōducat magis illi fini assequendo. Vt si quis ad assequendā castitatem promisit peregrinari, magis ad illam conducent ieiunium, & oratio.

10 Quarta regula sit Habenda quoque est ratio difficultatis implendi rem promissam, ac materiam subrogatā. Quia difficultas auget meritum, Quare optime tradūt *Host. summa, tit. de voto, §. Qualiter, & cuius nu.12. vers. sed in redemptione. Angelus verbo votum 4.n.12. l. regia 6. in fin. tit.8.p.1. & ibi Greg. Lopez in gl. Nauar. sum. Latina, & Hispana c.12.nu.77. in fin. Ludouicus Lop 1.p. instructorij conscientiæ, c.49. columna penultima. versi. episcopus votum. Suarez* dicens esse omniū, *to.2. de religione, tractatu de voto, lib.6.c.19.n.16.* tradunt votum ieiunij à paupere emissum, si in eleemosynam cōmuteretur posse in minorē commutari, quam si diues illud emisisset. Cuius reddit optimam rationem *Palacios 4. distin. 38. disp.3. columna 28. paulo ante versiculum, Memineris porro fol.876.* Quod pluris Deus faciat paucas pauperis pecunias, iuxta eius indigētiam, quam multas diuitis, Atque ita Christus Seruator noster *Lucæ 21.* prætulit duo æra minuta pauperis viduæ alijs pinguius offerentibus. Qđ attenta eius paupertate, plus pinguioribus aliorum donis fuerint. Atque eadem ratione dicendū est, pauciora ieiunia posse in eiusdē voti cōmutatione imponi laborantibus cholericis, & debilibus, quā otiosis phlegmaticis, robustis. Quia pauciora in illis æquiualēt pluribus horum ratione maioris difficultatis. & laboris in illis perferendis.

11 Hinc deducitur, in voti peregrinandi commutatione esse considerāda laborem itineris, & expēsas. Quia etsi expensæ illæ nō sint necessario pecunijs redimendæ, at quia augent pondus & æstimationem voti, vtpote quæ per id votū Deo dicatę sunt, ideo earum est habēda ratio, ad materiæ subrogatæ æqualitatem. Id etiā constat ex *c. Magna, de voto*, vbi harum expensarum, & laboris itineris, dicit Pontifex rationem habendā in cuiusdam voti Hierosolymitani cōmutatione. Et ita docent *Hostiensis summa, tit. de voto, §. Qualiter, & cuius, num.12. versic. In voto etiam. Henericus c.1.nu.3. de voto. Paludanus 4.dist.38.quæst.4.art.2. conclusione 1.nu.31. Abulensis c.30. Numer.q.105. Rosella verbo Votum 5.nu.6. Angelus verbo Votum 4.nu.12. Caietanus summa, verbo Votum c. vltimo, versic. Rationabilis autem, & ibi Armilla n.14. Nau. summa c.12. Latina & Hispana num 77. fine. Graffis 1.p. decisionum, lib.2.c.30.nu.10. Angles Floribus 2.p.q. vnica de voto, art.8. difficultate 6. propositione 2. Enriquez lib.7. de indulgen.c.30.nu.5. Petrus de Ledesma 2. to. summa, tractatu 10.c.8. ad finem, in versiculo penultimo; Sayro in claui regia, libro 6.c.12. num.20. vers. Item consideranda. Azor to.1. institutionum moralium, lib.11. c.18.q.13. Aragon 22.q.88. art.12. dub.1. in corollario 2. quod infert ex tertio dicto. Manuel in bulla cruciata, §.9. nu.107. & tomo 2 summa c 100.num.5. documento 5. Ludouicus Lopez 1.par. instructorij conscientiæ, c.49. columna penultima, versic. Atque secundum; & columna antepenultima, versic. Prælatus. Suarez to.2. de religione. tract. de voto, lib.6.c.19.n.19. fine.*

12 Sunt autē hinc deducendæ expensæ, quas domi vouens erat facturus. Quia cum illæ essent cessante ea peregrinatione faciendæ, non sunt Deo dicatæ per votū. Et ita docet *Nauar. Lud. Lopez ea. colum. ante penultima, versic. Prælatus, Angles, Sayro, Graffis Petr. de Ledesma, Suarez allegati nu. præcedenti.*

13 Sed dubium est, an cōputandæ sint hæ expensæ, quas iuxta sui status decentiam & diuitias, facturus esset vouens. Quidam negant; eo quod hæ per accidens se habeāt ad votum, & eundo absq; comitatu aliquo, illi voto satisfiat, Et ita docet *Enriquez allegatus nu.11.* Idem clare sentiūt *Aragon, & Sayro ibidem relati*, dicūt enim disiunctiue teneri hunc ad expēsas quas solus, aut cum vno, aut altero socio esset facturus. Et *Petrus de Ledesma ibidem citatus*, ait teneri virum nobilissimū ad expensas cum duobus famulis faciendas, Et *Manuel to. 2. summ. c.100.nu.5. documento 5.* ait teneri hunc ad vnius famuli expensas. At constat majori sumptu indigere statum illius.

14 Sed verius est has expensas commutandas iuxta statum vouentis, & moralem ipsius consuetudinem in simili itinere, quod non causa ostentationis aggreditur. Quia quamuis in rigore non promiserit hoc, sed tantū ire, atq; ita voto satisfaceret, si solus peregrinaretur; at res æstimādæ sunt moraliter, & prout in re ipsa futuræ sūt. Qua ratione n.16. dicemus idē de computandis reditus expensis, quāuis vouens non teneatur redire, nec id vouerit. Præterea, quia alias dicendū esset, nullas expensas cōputandas, quia satisfaceret voto, si pedester, & mendicans, illud exequeretur. Et ita docet *Suarez eo.*

cap.

c.19.num.vigesimo,fine, dicens esse omnium, & oppositum esse contra rationem.

15 Rursus est difficultas, an computandæ sint expensæ eundi & redeundi. Quidam solas eundi computandas sentiunt. Quod reditus non sit promissus, ac proinde plene voto satisfiat nõ redeundo. Sic *Angles Florib.2.p.q.unica de voto ar.8.diffic.6.propositione 3. Enriquez, Manuel utraq; loco Graffis,ubi eos retuli,nu.11.*

16 At dicendũ est, commutandas quoq; expensas reditus. Quia etsi hic redire non vouerit;at cum votũ intelligatur morali modo,& ,put res se habitura sit,claudi tur tacite huiusmodi reditus in voto, ac eius meritũ & æstimationẽ auget,estq;illi accessorius,& opus religionis Deo dicatũ eo voto,cõsummans. Et cõfirmatur, q̃a se obligans ad eũdum aliquo,cõputat etiam reditus expensas ad iusti itineris mercedem, quamuis redire non teneatur,reditusq; sit inutilis mitteri. Tandẽ,quia *c. Magna de voto* expresse vtriusq;e xpẽsæ computantur i cõmutatione voti Hierosolymitanæ peregrinationis, ibi: *Expensas quas fueras eundo morãdo,et redeundo factu rus.* Nec dici põt id esse speciale in eo voto; Pontifex.n. non intendit imponere onus, quod in voto inclusum non esset. Atq. ita docẽt *Hostien Henricus Palud. Rosella, Angel. Lud. Lopez ea.col.penult. vers. Atq; secundum, Sayro,ubi nu.11.eos retuli. Manuel mutans sententiam additionib. ad bullam cruciatam, §.9.n.108.lex Regia 5.tit. 8.p.1.Suarez eodem c.19.nu.20.*

17 Si tamen hic peregrinaretur ad locum destinatum, ac mutata voluntate nollet redire, nulla expẽsarum reditus commutatione egeret. Quod reditum nequaquam vouerit,& solum ante voti executionem tenebatur eas commutare,vt accessorias voto. Ergo ũ iam principale votum expleuerit, ad eas non tenebitur. Et sic docet *Manuel nu.praced. relatus.*

18 Sed quæras,an si quis promisit visitare imaginẽ,& tẽpore cõmutationis imago est propinquior, aut distantior,eo quod ipsa, aut vouens,sint iam in loco propinquiori,aut distantiori;cuius itineris & laboris;sit ratio in cõmutatione habenda? Breui respondeo, quando iã imago est in loco propinquiori,aut ipse vouens, attendendũ esse,an obliget votũ ex eo loco propinquiori,an ex priori,in quo votũ factum est, & iuxta hoc esse iudicandũ ad commutationem. Ex quo a ũ rloco tũc obliget,diximus hoc l.4 c.11. Quando autẽ imago,aut ipse vouens,sunt in loco remotiori, si est notabilis mutatio, nõ obligabit pro tunc votũ, ratione notabilis mutationis materię, donec ea cesset. Iuxta supra dicta de materia voti mutatione. Si vero non sit notabilis mutatio, credo habẽdã esse solũ rationẽ expensarũ; & laboris, iuxta distantiã itineris,ex quo peregrinatio est promissa. Quod non amplius comprehensum sit sub voto.

19 Sunt &t considerãda itineris pericula,& damnũ ex vouentis absentia rebus eius pullulaturũ. Quod hæc oĩa Deo obtulerit, & augeant meritũ ac voti æstimationẽ. Sic *Manuel 2.to. summæ,c.100.n.5.docnmẽto 5.* Et subinde est idem dicendũ de tributis, quæ soluturus esset infidelibus, vt transitũ ad exequendum peregrinationis Hierosolymitanę votum concedant. Quia hæc omnia ad expensas spectant.

20 Similiter cõmutandæ sunt expensæ in commorando in loco peregrinationis promissæ. Vt si vouẽs promisit se nouẽ dieb. aut certo alio tpe ibi cõmoraturũ. Quod ex se cõstat,& habetur *c. Magna de voto.* Et tradũt *Hostiensis. Henricus, Rosella,relati n.11.lex regia 5.tit.8.p.1.*

21 Non oportet tamen eleemosynam, in quã illæ expẽsæ forte cõmutantur, mitti in fauorem illius loci pij, in quẽ peregrinatio promissa est. Quod nulla ratio ad id cogat, sed vt sola maioris spiritualis boni vouentis, maiorisque diuini cultus,aut saltem æqualis, in cõmutatione,ratio habeatur. Et ita docẽt *Host. Henricus, Angelus, Abulensis,ubi nu.11. eos retuli.*

22 Quare ob eandem rationem non est necessarium, vt ratio habeatur personę,vel loci, in cuius fauorem eleemosyna voto promissa cedebat,vt in eius fauorẽ debeat quoque cedere commutatio: quamuis rationi cõsentaneum sit, vt eorum ratio habeatur in quantũ fieri possit. Quia sic seruatur magis materia, & intentio prioris voti. Et ita docet *Suarez to.2.de relig.tract.de voto,lib.6.c.19.nu.18.in initio.*

23 Quod si peregrinationem mendicando quis promiserit, nullæ expensæ sunt attendendæ in cõmutatione. Quippe nullis vouentis proprijs erat peragẽda. At habẽda est rõ maioris illius laboris peregrinationis pedestris,& emendicando, & maioris illius obsequij diuini exercendo actus paupertatis,& humilitatis.

24 Quinta regula sit. Non est opus ad rectam commutationem,vt votum personale cõmutetur in aliud personale, & reale in aliud reale, sed põt reale in personale, & ẽ contra personale in reale, optime cõmutari. Cõstat ex *cap.2. de voto*, vbi votum personale peregrinationis Hierosolymitanæ commutatur in eleemosynam, quæ quid reale est. Et ratio est, quia cũ solius maioris obsequij diuini,aut æqualis,sit in his commutationibus ratio habenda,& possit hęc æqualitas in vtraque materia reperiri, nõ est opus seruare in hac cõmutatione vnitatem, aut similitudinẽ physicam inter vtramque materiam, sed proportionem, aut æstimationem moralem, in ordine ad gloriam Dei. Et huius sententiæ est *Angel. verbo Votum 4. n.10.* vbi reprehendit *Abbatem c.1.n.3. de voto, & Rosella verbo Votum 5.nu.6.* dicentes votum esse necessario cõmutandum in similem materiam. Et *Sylvester verbo Votum 4.in fine*, vbi eos authores ab hac impugnatione defendit, dicẽs nomine similis materiæ eos intelligere bonum æquale. Et ita vterque clarẽ sẽtit non esse opus seruare similitudinem materiæ, ita vt personalis commutetur in personalem,& realis in realem. Idem supponunt authores nu.10. relati, dum tradunt votum ieiunij pauperis posse in minorẽ eleemosynam commutari, quam idem votũ diuitis: sic enim admittunt posse votum personale commutari in reale, & eadem est ratio de commutando reali in personale. Et in proprijs terminis tradit *Suarez eodem ca.19. numero 16.* Quod si opponunt textus,*cap.1. de voto*, vbi significatur votum peregrinationis, quod ex reali, & personali est mixtum, debere commutari in quid reale, quando necessitatis non cogit: respondet optime *Suarez eo.cap.19.numero 17.in initio*, id cõsilij esse, & non præcepti.

25 Hinc deducitur, dum DD dicunt, vt *Ang.verb.votũ 4.n.12. Angles Florib.2.p.q vnica de voto,art.8. diffic.6.* expensas in peregrinatione promissa consumendas cõmutari debere in eleemosynas, & laborem itineris in opera personalia, quod idẽ docẽt alij,& habetur *c.magnæ de voto*, id non accipiendum esse,tanquã quid pręcepti, sed tanquam quid consilij. & tanquã quid congruentius. Prior pars constat ex dictis n.præced. Ratio tamen posterioris est. Quia inter similia versatur propria æqualitas, & inter ea facile inuenitur, & acceditur magis priori voti materiæ, & fini. Et quando prius votũ fuit reale, cedebat in tertij commodum, cui etiã prospici potest facta cõmutatione in aliquid reale. Et ita docet *Suarez eo.c.19.n.15.& 16.*

26 Quamuis autem votum peregrinationis Hierosolymitanæ,& maxime, quando in eius loci subsidium est factum, soliti sint Pontifices commutare in eleemosynam in eius loci subsidium mittendam, vt constat ex *c. magna,c.quod super his, & c. ex multa, de voto*, & sic videatur ex iuris pręscripto facienda, quamuis ex natura rei id nõ esset necessarium; id tamen olim procedebat, quãdo vrgebat necessitas succurrendi expeditioni bellicæ in illius terrę subsidium; quę cum hodie prorsus cessarit, non est necessaria ea huius voti commutatio; sed instar aliorum fieri potest. Et ita docet *Suarez eod. cap.19. nu.17.*

Sexta

27 Sexta regula sit. Non est necessariũ ad voti commutationem, vt materia subrogata sit æqualis priori promissæ, magnitudine, duratione, aut numero, dũmodo sit ęqualis obsequij diuini. Quia diuturnitas, aut maior quãtitas, maiorve numerus prioris operis, poterit qualitate, & grauitate operis subrogati, minori tẽpore exequendi, aut minoris magnitudine, & numero compẽsari. Qua ratione optime *Leonard. lib. 2. de iustitia, c. 40. dub. 12. n. 101. & Suarez eo. c. 19. n. 21.* tradunt non esse opus commutari votum perpetuum in materiam perpetuam, sed posse in temporalem æqualis obsequij diuini.

28 Atque ob eandem rationem, votum implendũ certa die nõ est necessarium cõmutari in opus aliud eadem die exequendum. Quia potest esse maioris, aut æqualis obsequij diuini, exequi materiã subrogatam altera die. Et ita docet *Henriq. l. 7. de indulg. c. 10. n. 6.*

29 Sed quando confessor votum certa die obligans cõmutauit absolute, materia subrogata, nisi ex eius qualitate, & adiunctis circũstantijs, aliud colligatur, obligat eadem die. Quia duplex commutatio, aut vna virtute continens duas, cõcurrere debet, vt materia subrogata non obliget eadem die: est .n. duplex relaxatio in hac commutatione, altera, ne impleatur votum in propria materia, altera autẽ, ne impleatur tempore promisso. Ergo dum commutans non explicat se vtrumque cõmutare, aut ex materia subrogata & alijs circũstantiis hæc intentio nõ colligitur censenda est sola relaxatio, vt votum non impleatur in eadem materia relinqueturque pristina temporis obligatio. Quia duo specialia in eodem actu non concurrunt, *l. 1. C. de dotis promissione*, nisi quando vnum pendet ab altero, & ita necessariam habent connexionem. Vt bene *Bart. l. si is qui pro emptore, in princ. nu. 71. ff. de vsucap.* Quod hic non contingit, potest enim optime relaxari obligatio eiusdem materiæ, manẽti illęsa eiusdem temporis obligatione. Qua ratione censeo etiã, quando duratio materiæ subrogatæ subdet totam commutationem non implendã esse eadem die, vt si pluries sint recitandi calculi virginei, obligari vouentẽ ab illa die qua votum obligabat, ita vt amplius executionem differre nequeat, nisi aliud cõmutatione explicetur. Quia militat eadem ratio.

30 Septima regula sit, circa commutationem votorum conditionalium, & pœnalium. Et vt à conditionalibus incipiamus: *Suarez to. 2. de relig. tract. de voto lib. 6. c. 19. nu. 21. in initio*, breuiter hanc regulam tradit. Si votũ est conditionale, potest commutari seruata conditione, idest, substinendo aliam materiam sub eadem cõditione, vel mutata cõditione cum eadem pœna, vel materia, vel denique commutari potest in materiã absolutam & tunc ait posse censeri æqualitatẽ, etiamsi quantitas rei promissæ minuatur. Vt si quis promittat dare decem in eleemosynam, si nauis venerit, & tunc velit absolute dare quinque, põt moraliter censeri æqualitas pensatis alijs circumstantiis. Hæc ibi. Sed clarius, & extensis hoc declarando, sic distinguendũ est. Si nõdum impleta conditione commutetur votum conditionale in obligationem absolutam, spectãdum est. quam dubius sit conditionis euentus: quo .n. magis dubius fuerit, eo in minorem obligationem absolutam id votum est commutandũ. Sicut in contractu assecurationis, eo magis augetur eius pretiũ, quo magis dubius fuerit euentus. Cũ ergo admittens hanc commutationem absolutam, contractũ assecurationis cum Deo ineat, reddens obligationem dubiam Deo factam ac ex ancipiti euentu pẽdentem; securam, & certam: quo magis dubius euentus conditionis fuerit, eo auctius pretium recipere debet à Deo. Deus autem id quasi in pretiũ dat, vt remittat obligationem cõditionalem; atque ideo eo minori absoluta remittere debet, quo magis dubia fuerit conditionalis, v.g. promisi religionem, si pater meus incolumis euaserit, debet hoc votum antequam pater incolumis euadat, in plus, aut minus commutari, iuxta maius, aut minus paterni morbi periculũ. Atq; si illud sit æque vtrinque anceps, sufficiet in dimidium cõmutatio, quam si esset absolutum. Et in hoc euentu est bonũ arbitrium quod proxime ex *Suarez* retuli; etsi magis minetur mortem, minor adhuc debet esse cõmutatio, si autẽ magis promittat salutem, debet esse maior.

31 Secundo dico, si ante impletam conditionẽ commutatio fiat in aliam obligationem conditionalem, tũc si maneat eadẽ conditio, aut apponatur alia æquẽ dubia, debere esse commutationẽ in materiam priori æqualẽ. Quod nulla materiæ sub cõditione promissæ securitas pręstetur in materia per commutatione subrogata sed simili dubio euẽtui vtraque obligatio subijciatur. Si autem in commutatione apponatur cõditio magis certa, debet minui materia subrogata debet augeri, si conditio apposita sit magis dubia, iuxta maioris aut minoris incertitudinis proportionem.

32 Tertio sic dico, post impletam conditionem fiat cõmutatio, eam debere fieri in rem æqualẽ materię promissæ, perinde ac si votum esset absolutũ. Quod impleta cõditione sit iã absoluta obligatio, & intrinseca materię promissæ bonitas, verbi gratia, peregrinationis, nõ minor sit, quam si esset absolute promissa. Et quauis ea obligatio absoluta procedat à voto minus perfecto, hæc imperfectio efficit, vt minorẽ causam exigat eius dispẽsatio, non autẽ vt minorem commutationẽ. Sicut facilius, & ex minori causa dispensatur in voto temere ac subito iræ motu facto, ratione imperfectionis voluntatis; at mera commutatio non ideo in minus fieri debet. Quod dispensatio vinculum voti præcipue respiciat, commutatio vero præcipue materiam.

33 Ex quo deducitur, idem prorsus dicendum esse de voto pęnali quãdo post impletam conditionem, & subinde incursa pœna, est cõmutandum; debet enim esse æqualis materia subrogata, perinde ac si votum esset absolutum illius rei sub pœna positæ Quod probat ratio nu. præcedenti allata.

34 Quando autem ante impletam conditionem, & ita nondũ pœna incursa commutatur, dubium est, an spectanda sit dignitas solius materiæ promissæ an etiã pęnæ impositæ. Vt si quis voueat se non lusurum sub pęna religionis an spectandus sit solus ludus in cõmutatione facta ante impletam conditionẽ, nulla religionis in pęnã promissæ habita ratione. Neotericis quibusdã videtur solam materiã principaliter promissam spectãdã esse. Ducuntur, quod ea pęna sit accessoria adeo vt sublata rei principalis obligatione per dispensationem, cesset obligatio ad pœnam deinceps incurrendam.

35 At hoc mihi non persuadeo Quia aut hoc votũ est solius pęnæ, vt si lusero, voueo religionẽ; aut est vtriusque, vt voueo me non lusurum sub religionis pęna. In priori casu votum est solius pęnæ, & in posteriori est vtriusque; ergo in vtroque casu est ratio habenda pęnæ, vtpote quę in vtroque casu cadit sub voto. Preterea quia etsi obligatio ad pœnã sit accessoria rei principaliter vitandę per vouentem & hac sublata cesset obligatio ad pęnam deinceps incurrendam; at augetur obsequium diuinum eo quod in eo euentu sit obligatio illius pęnę, verbi gratia, religionis. Insuper augetur obsequium diuinũ, ex eo quod ita arcte teneatur ille ab eo vitio se abstinere, vt nõ abstinens incurrat hanc pęnã. Sicut ad obsequium diuinũ pertinet augere voto obligationem iuris diuini vitandę fornicationis. Tandem, quia pęna apposita adeo auget dignitatem voti, vt nõ modicum dubium sit, aut reddat votum reseruatum, quando pęna est ex reseruatis. Id tamẽ libenter fateor, multo minori commutatione hęc vota tunc contenta esse, quoad pœnam illam incurrendam, eo quod illius incursus pendeat à futuro voluntario ipsius vouentis euentu, & à materiæ principalis transgressione, aut obligationis illius cessatione.

36 Id tantum monuerim, si votum fuerit sub tali pœna toties incurrendâ quoties tale delictū admissū fuerit, & sola pęna iam incursa cōmutetur, admonendus est pęnitens iterum se ad illam pœnam teneri, si id delictū perpetret. Quippe cum sola pęna contracta commutetur, manet eadem voti vis quoad pœnas in posterum incurrendas. Quare vt liber quoq; euadat ab ea in posterum incurrēda, oportet commutari votum rei principalis, aut saltem quod pœnam incurrendam.

37 Octaua regula sit. Quando non commutatur ipsum votum principale, sed sola voti explendi dilatio cōmutatione conceditur, potest modica commutatione suppleri, quando non multum conducit obsequio diuino impleri illa die destinata, aut in aliā differri, & quo maior est dilatio, eo maior debet esse commutatio. Si autē valde obsequio diuino conduceret non differri, multo maior deberet esse commutatio. Sicut cōtingit in voto religionis, aut ordinis sacri assumendi, dissērēdo vltra suæ obligationis tempus, impediuntur enim multa obsequia diuina, quæ status ille secum affert.

38 Vlt. regula sit Maxime spectanda est vouentis fragilitas, curandúque ne nimis grauetur, ita vt maneat periculo trāsgrediendæ materiæ subrogatæ expositus. Atque ideo procedit commutare in res, quas ipse solitus est facere, vt si solet quotidie recitare calculos virgineos, aut sacro interesse, aut aliquibus dieb ieiunare, optimum erit in hęc opera cōmutare, aut in confessiones aliquas, quas frequētare soleat sic enim facilius, & suauius exequetur. Itē proderit relinquere libertatem, ne teneatur die assignata exequi, sed vt possit in alteram diē transferre Item, vt imponantur diuersa opera, relicta optione illi. V.g. vt sexta feria ieiunet, vel vt certam eleemosynam largiatur, vel vt sacro intersit, &c. Nō tamen potest fieri cōmutatio in opera alio præcepto debita. Vt optime docet *Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. dub. 11. nu. 87.* Quia sicut voto non satisfit per ea opera, ita nec commutationi.

39 Restat ponere exempla aliquarum commutationū factarum à iure, & à viris doctis, vt inde norma aliqua commutandi vota capiatur. In *c. venientis, de voto*, cōmutatur votū Hierosolymitanum cuiusdam pueri, cū quo dispensandi aderat iusta causa, vt id votū eleemosynis redimeret, & toto vitæ periculo vni pauperi prouideret. Et *c. magnæ, eo. tit.* commutatur simile votū cuiusdā Episcopi, vt expensas eundi, & redeundi, & commorandi ibi, integre mittat, & laborem itineris cōpensēt solicitius instādo vigilijs, deuotius vacando orationibus, & fortius se exercendo ieiunijs.

40 Labor peregrinationis promissæ commutatur sic à viris doctis. Si peregrinatio pedestris sit, vt vltra expensas, labor vnius diei, cō mutetur in vnius diei ieiuniū: & duarum dierum in duo ieiunia, & sic deinceps Si nō sit pedestris, vt labor quatuor dierū in vnius diei ieiunium cōmutetur. Ita docet *Sayrus in clau. reg. l. 6. c. 12. n. 10. verſic. in confiteri ...* [illegible] *1. instit. moral. l. 11. c. 1 q. 13.* qui adhuc amplius [illegible] laborē quatuor vel quinque dierum, posse in vnicum ieiuniū cōmutari. Et ita intelligendus est *Aragon et Flor b. 2. p. q. vnica de voto, art. 8. diff. 6 propositio e 2.* vbi absolute ait, pro labore peregrinationis quatuor dierum, imponendum vnicum ieiunium, intelligendus (inquam) est, quando peregrinatio est equestris; nam vbi esset pedestris esset. est modica commutatio. Qualiter autē sint expensæ commutandæ, diximus à nu. 11.

41 *Menna lib. 1. sum. c. 14. §. 7 in tract. de commutatione, reg. 2.* ait potientē facultate voti religionis Dominicanę commutandi, attendere debere assumpto eo habitu recitandum esse illi quotidie officium canonicum, ieiunandum septem mensib. cuiuslibet anni, abstinendum perpetuo à carnib. Quare concludit id votum cōmutandum esse vt ille ieiunet tota vita ferijs sextis, fateatur, & Eucharistiam sumat decimoquinto quoque die, & eroget eleemosynā iuxta suam facultatem, & quotidie recitet Psalmos pęnitentiæ. Idem docet *Sayrus in clau reg. l. 6. c. 12. n. 21* quamuis latius loquatur, cōfessionem enim singulis mensibus iniungit nec communionis meminit. Sed existimo commutationem hāc nullo modo esse æqualem, nec noui qualiter vota religionis, & castitatis, absoluta commutari in rem æqualem possint. Atque ita *Sotus l. 7. de iustit. q. 4. art. 2. col. 4. verſ. at vero*, ait simplex castitatis votū non posse puta cōmutatione tolli. Quod nil illa melius sit, iuxta illud *Prouerb. 26. Omnis ponderatio non est digna animæ cōtinentis.* Et *Aragon 2. 2. q. 88. ar. 12. dub. 1. in corollario 1. quod infert ex dict. 4.* ait neutrum votum posse puta cōmutatione tolli. Quare admiscenda est aliqua dispensatio à potenti dispēsare. Tunc autem poterunt commutatione pura tolli, quando sunt pęnalia, aut conditionalia, nec impleta est cōditio. Iuxta regulam traditam de his votis nu. 30. & sequentibus.

42 Præterea votum non ineundi matrimonij commutari potest in confessionem mensibus singulis biennio faciēdam. aut triennio, & in nouem sacra. Ita arbitrati sunt quidam neoterici docti.

43 Similiter ijdem arbitrati sunt, votum sacerdotij assumendi, attenta sacerdotis obligatione ad castitatē solemniter promissam, & ad pensum diuini officij quotidie persoluendum, & sępe ū sacra faciendum, commutari posse in quotidianam Psalmorum pęnitentiæ cum litanijs recitationē vel officij B. Virginis, vel calculorum virgineorum, & in confessionem, & communionem, quinto decimo quoque die facienda, & in faciendum celebrari sacrum singulis mensibus, & vt voueat ille castitatem in statu seculari. Quod si nolit ille castitatē seruare, sed ad nuptias transire, censerem addendū ieiunū omnibus sextis ferijs. Atque in votis ita grauibus, melius est partim miscere di pensationem, obtenta dispensandi facultate, & existenti iusta partim dispensandi causa. Quippe hac partiali dispensatione seclusa, non auderem prædictam commutationem iudicare æqualem.

44 Tandem votum ieiunandi omnibus sextis ferijs, arbitrati sunt ijdem viri docti, posse cōmutari in confessionem & communionem anno integro, decimoquinto quoq; die, & in tria sacra facienda; aut in recitationē calculorum virgineorū, & eleemosynam, modica sextis ferijs perpetuo facienda. Sed attendendū est in hac cōmutatione, an materia subrogata deseruiat ita fini intento per illa ieiunia, iuxta regulam nu. 6. traditam. Et adhuc prior commutatio non mihi videtur æqualis, nisi ea triennio duraret aut adderetur recitatio quotidiana eo anno calculorum virgineorum.

F I N I S.

Frater Andreas Berna Ven. Ord. Min. Conuent. Sacr. Theolog. Doct. Corrector publicus corrigebat.

INDEX LOCORVM
QVI EX IVRE PONTIFICIO
Conc. Tridentino, Motibus Proprijs, Et Iure Cæsareo;

IN HOC OPERE NOTABILIVS EXPLICANTVR.

Ex Decretalibus.

Ex libro 6. Decretalium.

Ex Clementinis.

Ex Decreto.

INDEX

INDEX
RERVM OMNIVM,

QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR,
Ordine Alphabetico Dispositus.

Clerici,

sub

Commutatum.

Compelli.

Compensatio.

Conceptio.

Concilium.

Concio.

Conditionalis, & conditio.

Confessarius.

Confessio.

Con-

Deſpe-

rioribus

Dispensari.

Dispensatio.

hæc

Disputatio.

Diuinatio & diuinator.

Diuinatores.

Diuina.

Doctor.

Doctrina.

Dolus.

Dolor.

Domicilium.

Dominatiua.

Dominium.

Dominus.

Dos.

Dubitans.

Dubius.

Duellum.

Ebrie-

E

Ebrietas.

Ecclesia.

Effectus.

Eligere & electio.

Eleemosyna.

Emphyteusis.

Ensalmadoras.

Episcopatus & Episcopus.

Equites.

Error & erronea.

Eucharistia.

Exceptio.

Excommunicatio.

H

Habitus.

Hæredi & hæreditas.

Hæresis & hæreticus.

Herus.

Hora.

Humani.

I

Iactantia.

Idolatria.

Ieiunium.

Ignarus.

Ignorantia.

sit

eun-

Irritari.

Irritata.

Irritatio.

tura-

Locare.

Locusta.

Ludus.

M

Magi.

Magister.

Maioratus.

Mala fides.

Maleficiatus.

Maleficium.

Maritus.

Martyrium.

Pactum.

Fore.

Potestas.

Praxis.

Præcepta.

Prædicare.

Prælati.

Præscriptio.

Præsumo.

Primas.

Rel...

Religiosi.

Reliquiæ.

Res.

Remiges.

Repetitio.

Repudians.

Reseruata.

Reseruati.

Reseruatio.

Reſignare.

Reſtituere.

Retractare.

Reuocare.

Reus.

Rex.

S

Sacerdos.

Sacra.

Sacramenta.

Salutatores.

Sanctus.

Sæculares.

Santiguadoras.

Scandalum.

Spiritualis.

Vouere.

Votum.

uoto

Votum

xerit

F I N I S.